Bibliothèque numérique
medic@

Ioannis Heurnius, (Van Heurne). Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam spectantia... Iuxta Otthonis Heurnii,... tomus Secundus

Lugduni : sumptibus J. A. Huguetan et M. A. Ravaud,, 1658.
Cote : 322

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00322x02

IOANNIS HEVRNII VLTRAIECTINI,

Primarij quondam, in Academia Leidensi,
Medicinæ Professoris,

OPERVM OMNIVM:

TAM AD THEORIAM, QVAM AD PRAXIN
Medicam spectantium:

Iuxta OTTHONIS HEVRNII,
Auctoris filij, Medicinæ in Leidensi quoque Academia Professoris
Clariss. recensionem ac œconomiam fideliter
expressorum:

TOMVS SECVNDVS:

Postrema Editio: Prioribus, non tantùm augustiore formâ, sed & typorum nitore, & mendarum raritate infinities, tum luculentior, tum accuratior.

LVGDVNI,

Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN,
& MARCI ANTONII RAVAVD.

M. DC. LVIII.

©BIUM

ILLVSTRISSIMIS,

Ampliſsimis ac Prudentiſsimis

ORDINIBVS GENERALIBVS PROVINCIARVM CONFOEDERATARVM BELGICÆ

IOANNES HEVRNIVS

dedicat conſecrátque.

SVMMA Dignitas & Amplitudo veſtra, & Fortunæ noſtræ tenuitas faciunt, Ordines Illuſtriſſimi, vt non modò veſtris in Prouincias confœderatas Belgicæ meritis referre parem gratiam nullam poſsimus; ſed vt etiam in hoc ipſo officio noſtro, quo gratias vobis referimus, non tam obſeruantiæ (quam nos omnes ſummam vobis debemus) onus leuare, quàm augere videamur. Etenim in hoc libro meo, quem Studioſorum precibus ac grauium virorum hortatu iam edo, vobis nuncupando, beneficium me potiùs relaturum; quàm daturum intelligo. Neque enim vobis, Ordines Nobiliſsimi ac Ampliſsimi, nec Gloriæ celeberrimarũ Virtutum veſtrarum (quæ excelſo loco poſita iam toto terrarum orbe ſplendet, ab omnibúſque populis conſpicitur) quicquam decoris meis ſcriptis ego conciliare poſſum. Sed ex aduerſo, Liber hic meus per ſe obſcurus futurus, nomen veſtrum, toto iam orbe celebratum, præferendo mirè ſplendebit. Quis enim titulus poſſit inſcribi ſplendidior, quàm nominis Veſtri? Vos illi eſtis qui, Diuino vobis annuente numine, ciuili prudentia ad altiſſimum hoc faſtigium Prouincias confœderatas Belgicæ prouexiſtis. vt ſanè aput Prudentiores viros nihil miri ſit, Potentiſſimos etiam orbis terrarum Reges ac Principes (norunt enim iam illi quantum potentiâ, prudentiâ, ac

¶ 2 *belli*

©BIUM

belli gloriâ excellatis) veſtram amicitiam , quæ nulli vnquam fraudi fuit , ſibi ſuiſque ſtudioſè vouere. Singulares virtutes veſtras iam perſequi nolo , quæ ipſæ ſplendore ſuo omnium in oculis ſunt. cur vobis ipſis eas narrarem ? Veſtræ æquitatis ac prudentiæ erit , Ordines Illuſtriſſimi , voluntatem meam , quod vnum facultatis meæ eſt , pro munere amplecti. Rectè de Diuinis Pythagoras olim referebat , Cœlites non rerum copiam , ſed animos offerentium ſpectare. Eam etiam virtutem apud vos ſplendere noui , quæ non tam muneris exiguitatem , quàm egregiam tribuentis voluntatem ſpectet ; qualecumque munus id tandem fuerit. Oro vos , Ordines potentiſſimi , vt quemadmodum hactenus prudentiſſimis conſiliis Rempublicam habuiſtis , eodem cultu ingenia ſtudioſa promoueatis , iuuetis , ac defendatis. DEVS Optim. Max. Illuſtrem veſtram Amplitudinem , ad veræ Relligionis tutelam , Prouinciarúmque Confœderatarum incrementum ac gloriam , tueatur incolumem. Ex Academia Leyda in Batauis.

ELENCHVS

ELENCHVS CONTENTORVM TOMO SECVNDO

I. DE Febribus, Liber.
II. De Peſte, Liber.
III. De Morbis Mulierum, Liber.
IV. De Humana Felicitate, Liber.
V. De Morbis nouis & mirandis Epiſtola.
VI. De Morbis Ventriculi, Liber.
VII. Reſponſum nomine Academiæ Leidenſis, *Nullum eſſe aquæ innatationem Lamiarum indicium.*
VIII. Oratio De Medicinæ origine, Æſculapidum ac Hippocratis ſtirpe & ſcriptis.

COMMENTARIA:

IX. In Hippocratem De Natura Hominis.
X. In Hippocratis Iuſiurandum.
XI. In Hippocratem De Medico.
XII. In Hippocratis Legem.
XIII. In Hippocratem De Arte.
XIV. In Hippocratem De Veteri Medicina.
XV. In Hippocratem de Elegantia.
XVI. In Hippocratis Præceptiones.
XVII. In Hippocratem De Carnibus, ſiue de Principiis.
XVIII. In Hippocratem de Purgatoriis Remediis.
XIX. In Hippocratis Prognoſticon Libros III.
XX. In Hippocratis De victus ratione in morbis acutis Libros IV.
XXI. In Hippocratis Aphoriſmorum Libros VII.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 5 sur 513

©BIUM

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM TOMI SECVNDI.

DE FEBRIBVS LIBER.

CAP. I. DE Febris essentia: & quid febris, & eius subiectum. pag. 1

II. De Generalibus causis febrium, quæ omnibus febribus sunt communes. 3

III. Quo modo hæ causæ febrem accendant. ibid.

IV. Differentiæ & species febrium. 5

V. De febribus non putridis. Et primò de Hecticis febribus: hoc est, de earum Differentiis, Causis, Signis, Prognosi, & Curatione. 7

VI. De febrium Ephemerarum Natura, Causis, Differentiis, Signis, Prognosi, & Curatione. 11

VII. De Ephemera plurium dierum, hoc est, Synochi vel Continentis non putridæ Natura, Causis, Differentiis, Signis, Prognosi & Curatione. Barbari hanc vocant Synochum inflatam. 14

VIII. De Febribus Putridis Generali quodam modo, & omnibus putridis communi. vt de Natura putredinis, & putridarum Causis, Differentiis, Signis, Prognosi, & Curatione generali. 16

IX. De Putridarum Febrium causis. vel De Putredinis Causis. 17

X. De Differentiis Febrium Putridarum. ibidem. 20

XI. De Periodorum ac Paroxismorum natura & causis. quid sint, & quid eorum naturam mutet. 20

XII. De Signis ex quibus cognoscimus febrem putridam esse quæ infestat. & quænam illa sit. Et de Signis temporum febrium. 22

XIII. De Prognosi vniuersim spectante ad febres putridas. 24

XIV. De Curatione Febrium putridarum vniuersali: hoc est omnibus febribus putridis communi. 25

XV. De Fluxibus aluinis, ac de generali eorum curatione. 33

XVI. De Synochi putridæ, hoc est Febris continentis putridæ Natura, Causis, Differentiis, Signis, Prognosi, & curatione. 37

XVII. De Febrium Continuarum putridarum, vt de Causi, hoc est, Concluſa & ardentis febris, & de Tertianæ continæ, reliquarumque febrium continuarum Natura, Causis, Differentiis, Signis, Prognosi & Curatione. 39

XVIII. De Syncopali Febre. 43

XIX. De Febribus Pestilentibus. Deque earum Natura, Causis, Differentiis, Signis, Præsagiis, Præseruatione, & Curatione. 44

XX. De Symptomatis maximis febris Pestilentialis. & primò de Carbunculo, deinde de Bubone, & Pestigiis. 57

XXI. De Febribus Intermittentibus. Et primum De Tertiana intermittente. 61

XXII. De Tertiana notha intermittente. 63

XXIII. De Cottidiana Febre intermittente, Amphiemerina Græcis dictâ, quòd particeps sit amborum: nimirum diei & noctis. 65

XXIV. De Epiala febre, & Lipyria. 66

XXV. De Quartana febre. 68

XXVI. De quintana, Septana, Nonana, Erraticis, & Febribus Compositis. 71

DE PESTE LIBER.

CAP. I. PEstem omnium morborum esse grauissimum. 72

II. Quid sit Pestis. 73

III. De Causis Pestis. ibid.

IV. De Signis Differentium causarum. 74

V. Vnde noscatur num quis Peste laboret. 75

VI. De Indicationibus curatiuis. 76

VII. De Prognosi, num ager euadet vel non. ibidem.

VIII. Pestis quo modo sit cauenda vel auertenda. 77

IX. Pestis quo modo sit curanda: & primùm de Vena secanda, & de Purgatione. 80

X. De Antidotis & sudorificis, propriaque Pestis curatione. 82

XI. De Victus ratione eorum qui ex Peste laborant. 83

XII. De Symptomatibus quæ in peste eueniunt. & primum de Pestifera Syncope, & Lypothymia. 85

XIII. De

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 6 sur 513

XIII. *De Phrenitide pestifera.* ibid.
XIV. *De Vigiliis.* 86
XV. *De Soporosis affectibus.* ibid.
XVI. *De Fluxu alui no.* ibid.
XVII. *De Sanguinis effusione per nares vel per os, aut ex hæmorrhoïdibus, vel ex vtero.* 87
XVIII. *De Exanthematibus.* ibid.
XIX. *De Bubone Pestifero.* ibid.
XX. *De Carbunculo Pestifero.* 89
XXI. *De variis Passionibus quæ se sæpe Pesti iungere solent.* 89

DE MORBIS MVLIERVM LIBER.

CAP. I. *DE Suppressione mensium.* 94
II. *De Profluuio sanguinu ex vtero copiosiore: vel de immoderato fluxu mensium.* 97
III. *De Substillo menstrui sanguinis; & de vteri dolore.* 98
IV. *De Profluuio muliebri, quod Græcis dicitur ῥῆξις γυναικεία, vel ῥῆξις τῆς ὑστέρας, id est, vteri profluuium.* 99
V. *De Infœcunditate.* 102
VI. *De Mola.* 103
VII. *De Abortu.* 104
VIII. *De difficili Partu.* 106
IX. *De suffocatione à Matrice.* 108
X. *De Excoriatione vteri.* 109
XI. *De suppressa vrina.* ibid.
XII. *De Sanguinis mictu.* ibid.

De Humana Felicitate Libellus. 109

De Morbis Nouis & Mirandis Epistola. ibid.

DE MORBIS VENTRICVLI LIBER.

CAP. I. *DE difficili ciborum deglutitione.* 122
II. *De Ardore stomachi.* 123
III. *De oris ventriculi inflammatione.* ibid.
IV. *De imbecillitate ventriculi, vnde coctio labefactatur, fitque eruditas.* ibid.
V. *De Vlcere ventriculi.* 126
VI. *De Inflammatione ventriculi, eiusque de dolore.* 127
VII. *De læso appetitu quo quis cibum fastidit, qui Anorexia Græcis dicitur.* 129
VIII. *De Appetentia canina, & de Boulimo.* 130
IX. *De Pica.* ibid.
X. *De Coctione ventriculi læsa. Cœliacæ passio.* 131

Responsum ad Nobilissimos & Amplissimos Præsidem *Ioannem Banchemium*, & Consiliarios Supremæ Curiæ Hollandiæ, Zelandiæ & Vvestfrisiæ; *Nullum esse aquæ innatationem Lamiarum indicium.* 132

De Medicinæ origine, Æsculapidum ac Hippocratis stirpe & scriptis, Oratio. 133

In Hippocratem de Natura Hominis Commentarius. 137

Hippocratis Prolegomena, & Prognosticorum libri tres: Cum Paraphrastica versione & breuibus Commentariis. 156

Hippocratis Iusiurandum. 157

Hippocratis De Medico. 160

Hippocratis Lex. 166

Hippocratis De Arte. 168

Hippocratis De Veteri Medicina, Quam *Diæteticam* vocare videtur. 177

Hippocratis de Elegantia. 197

Hippocratis Præceptiones. 205

Hippocratis De Carnibus, siue, De Principiis. 214

Hippocratis De Purgatoriis Remediis. 226

Hippocratis Prognosticon Liber Primus. 231

Hippo

©BIUM

Hippocratis Prognoſticon Liber Secundus. 246

Hippocratis Prognoſticon Liber Tertius. 270

In Hippocratis de victus ratione in morbis acutis Libros quatuor Commentarius. 283

Hippocratis de victus ratione in morbis acutis Liber Primus. 284

Hippocratis de victus ratione in morbis acutis Liber Secundus. 297

Hippocratis de victus ratione in morbis acutis Liber Tertius. 320

Hippocratis de victus ratione in morbis acutis Liber Quartus. 336

Hippocratis Aphoriſmi : Breui Enarratione, fidaque Interpretatione ita illuſtrati, vt ab omnibus facilè intelligi poſſint; Cum hiſtoriis, obſeruationibus, cautionibus, & remediis ſelectis. 363

Hippocratis Aphoriſmorum Liber Primus. 364

Hippocratis Aphoriſmorum Liber Secundus. 381

Hippocratis Aphoriſmorum Liber Tertius. 399

Hippocratis Aphoriſmorum Liber Quartus. 411

Hippocratis Aphoriſmorum Liber Quintus. 434

Hippocratis Aphoriſmorum Liber Sextus. 457

Hippocratis Aphoriſmorum Liber Septimus. 469

IOANNIS

IOANNIS HEVRNII DE FEBRIBVS LIBER.

AD LECTOREM.

SVMMO DEO hominibus nihil præstantius corde ad vitæ tutelam concessum fuit: in quo vitæ prædia ac fundia habitant. Est enim id, viscus nobilissimum ac per se micans, tribus intextum villorum generibus, caloris natiui fons & officina, domicilium & οὐρανὸς ἡ νῦς συμφύτων, hoc est, caloris viuifici & humorum. Etenim nectar illud viuificum tanquam ab uberrimo fonte hinc procedit, vnde partes omnes calorem genuinum atque decorem tuentur, vel amissum induunt. Hoc caloris vitalis domicilium solum, febris focus est; qui, ni prompte extinguatur, funestam calamitatem adfert, absorptis illis vitæ thesauris qui hoc domicilio stabulantur, totumque corpus in funestam intemperiem rapit. Quare, si vita humana chara, nunquam febris negligenda; at strenuè vitæ propugnandum, ac illa oppugnanda. Præterea rari morbi sunt qui febrem, tanquam certam sociam respuant: & vix quisquam sine febre moritur. Vnde ob frequentiam & ob solitam calamitatem quam ferunt, olim Romæ multa templa Febris Diuæ fuere, in quibus tabulæ ponebantur, scriptæ remediis ritè probatis. Legimus & Archigenem, antiquum medicum, decem longissimos libros de Febribus scripsisse: quòd natura harum ac causæ ni explorata fuerint, fugari nequeant. Quare & nos lucidè earum historiam & curationem proponemus. Gal. 2. crisi. 8.

ORDO ATQVE SERIES IN HIS.

PRIMVM breuiter de febris essentia dicemus. Secundò, generales febrium causas adducemus, quæ nimirum per omnia genera febrium se pandunt. Tertiò, differentias & species febrium enarrabimus. Quartò, de non putridis, vt hecticis, diariis, & synochis agemus: de earum dico naturis & curatione. Quintò, de putridis febribus generali quodam modo: & de rebus, omnibus putridis communibus: vt de putredine, paroxysmis, & periodis: & de earum curatione vniuersali, quæ cunctas attingit. Sextò, de peculiari cuiusque putridæ continuæ, & intermittentis natura & curatione breuiter transigam. Septimò, de compositis febribus agendum num sit.

CAPVT I.

DE FEBRIS *essentia: & quid febris, & eius subiectum.*

VT igitur febris essentia nobis rectè explorata sit perueſtigare in primis debebimus quidnam febris sit. Dicitur febris à feruendo. Februum, inquit Varro, Sabini purgamentum vocant, quòd quæ deferbuerunt pura sint. Hippocrates τὸ πῦρ sæpe appellat: nam maxima febris, ignis opera imitatur vrendo, liquando, dissipando. Febris autem Definitio variè à veteribus tradita fuit, non solùm apud Medicos, verùm etiam apud agricolas: etenim & bruta febribus tanguntur. Scribit M. Varro, Capras sanas sanum neminem promittere: nunquam enim sine febri sunt. Erasistratus apud Plutarchum libro quinto De placitis Philosophorum, eam definit, Motionem sanguinis incidentis

5. *De lingua Latina.* Definitio. 2. *De re rust.* 3.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 9 sur 513

incidentis in pulmonis vasa, vltrò factam. Galenus definit Febrem esse calorem natiuum versum in igneum. At, De differentiis febrium, addit, calorem esse præter naturam in corde. Verùm sexto Epidemiôn adiicit, in totum corpus, vel saltem in principes partes effundi debere. Et decimo Methodi ait, permanentem illum calorem esse debere, atque actionem lædere. Ex his Galeni locis vnam febris Definitionem colligimus: FEBRIS est calor natiuus præter naturam in corde accensus, per venas & arterias, mediantibus spiritibus & sanguine, per totum corpus effusus, actionem primò & per se lædens. Diximus esse calorem: id ex omnium hominum opinione. Non enim, si propriè loquaris, vlla febris est frigida; sed ex euentu ita interdum vocatur, quòd nascatur à causa frigida, vel quòd frigidas reddat partes quasdam; vel iungitur illi alius morbus. Cùm itaq; sit calor, videndũ quotuplex in nobis is sit. Est in nobis calor innatus fluës, & fixus in mẽbris. Fluës cõsistit in substantia seminaria, spirituosa, sanguinea, calida, blanda, cordi, arteriis, venis, iecorique insita. Ita in vitali viscere luxurians, vt etiam ad cæteras partes effluat. Hic calor fluens acriorem calorem induit, acriórque euadit nonnunquam, & fixum calidum in membris, vnà afficit. Acquisititia enim qualitas calida, substantiæ est terreæ & mordacis, consumpta humidi natiui parte. Ingeniti enim caloris substantia, aërea est & aquea, vt semen. Videtur ille fluens calor esse spiritus, spirituosúsque sanguis, per quem algemus & calemus. Calidum natiuum fixum etiam constat humido spermatico primigenio, quod perfusum est calore & spiritu. Nam est humiditas viscida, calida, spiritibus plena, blanda, & generationi commoda. Eiusdem cum fluente originis: sed in corde adeò circumfluens, vt effluens calidum producat. Diximus febrem esse calorem natiuum præter naturam accensum. Nam & Galenus assentit febrem esse natiui caloris in igneum declinationem. Sed dices, in quonam calore consistit febris? an in fluente illo qui ex corde, toto funditur corpore: vel in fixo, qui est quasi entelechia quædam partium solidarum? Sanè cum febris sit affectus: affectus autẽ sit in censu eorũ quæ permanent, consectarium videtur febrem in calore potiùs fixo constituendam esse, quàm in fluente. Nam calidum illud fixum dum extra lineam suæ temperaturæ non rapitur, causa est naturalium functionum. Si itaque eam excesserit (vt dum fit igneum) lædet functiones: nam vitiabitur temperamentum partium similarium: dum fixum in illis calidum affligitur. Affligitur autem per febres à calorificis præter naturam causis: vt dum à spiritibus fluentibus, ab incendio incandescentibus, vel putridis vaporibus aliáve ratione in æstum abripitur. Si enim subiectum ephemeræ febris, esset spiritus sinistri cordis ventriculi, febris ephemera non esset morbus. Nam morbus est passio viuentis animataque partis. sed spiritus fluentes non sunt partes corporis animatæ quare nec erunt subiectum febris: nec eorum calor præter naturam dici poterit febris. Nec etiam calor in spiritu accensus præter naturam, peruertet actionem primò & per se: quare nec morbus dici poterit: nam spiritui nulla est actio propria; (sed defert facultatem parti, qua illa actionem edat) propterea non percellet primò actiones partis, sed secundariò, quòd, dum ipse incendio præter naturam incanduit, peruertat partium temperiem similarium. Quare, cùm febris sit morbus, hoc est, affectus permanens, essentiam suam habebit, verùm permanentem. Quin & humores cùm nec sint animati, nec partes propria actione ornatæ, quæ primò ac per se à putredine lædantur, etiam subiectum febris putridæ esse nequeunt. Hi enim partium actionem non lædunt, ni temperies similarium partium flectatur. Et cùm humorũ iniquus calor sit causa febris putridæ; sanè is, febris esse non poterit. dum enim humores causæ febrem efficientis rationem subeunt, earum subiectum esse non poterunt: quòd materia & efficiens, nunquam coincidant, respectu eiusdem. Sunt qui contendunt in calido natiuo febrem non consistere: & rationes eorum conuincunt calidum hoc copià in vitio esse non posse; imò quò vberius circumfluit, eò naturales functiones feliciores edi. Quamuis suspecta sit illa spirituum abundantia, etiamsi ad vires videatur plurimum faceret; attamen ea periculi plena est ac σφαλερά: quòd spirituum luxurians copia nunquam succorum vacet plenitudine: quæ, non extra discrimen est. Sed esto, sit felix eius vbertas; ex eo tamen nemo concluder, hoc calidum vel suam qualitatem à sua natura degenerare non posse, aut vllo modo immutari. mutatur enim aliquo modo eius substantia, etiamsi non corrumpatur. Hippocrates scribit, Senes vsque adeò febribus non impliceri acutis, quòd accisus sit in illorum corporibus hic calor fixus, humido radicali inhærens; ex aduerso autem euenire reliquis ætatibus. Consistit ergo in hoc calore febris: tantóque erit ea vehementior, quanto hic calor in corpore erat copiosior, priúsquam mutaretur. & qui antè erat actionum naturalium opifex & author, iam immutatus, easdem edit titubantes ac vitiosè: tandémque, perseuerante affectione, actiones abolentur exhausto calore natiuo. Sed dices, febris est calor præter naturam. quasi dicas, febrem esse calorem alium, ac calori naturali superadditum, vt quondam Gentilis de S. Sophia & quidam alij putárunt. Fateor quidem febrem esse calorem præter naturam; sed dico, illum esse calidum natiuum præter naturam affectum. Vnde alioqui quæso à foris venit hic calor tam subitò? aut qua ingressus est? Quamuis non negauerim, calorem qui erat in corpore, à causis quæ sunt à foris & calore aduentitio exagitari ac mutari: Sed opus erat, vt is calor, qui ob temperiem sic familiaris erat naturæ, aut potiùs qui ipse natura erat, & actiones perficeret, ab illa temperie deiectus eadem lædaret ac corrumperet. Dubia res erit, si calidum natiuum adeò peruertitur in corde; vbi itaque vitalis calor erit? Respondemus, calorem natiuum non omnino extinctum esse, sed restant quidam illi gradus. Verùm dices, Galenum vocare calorem febrilem aduentitium & externum. Dico, eum id facere hoc sensu, quòd qui erat primus animanti familiaris, quique actiones cunctas perageret, is idem deposita iam priori illa humanitate, tanquam hostis, illas debellat, efficitúrque præter naturam, cùm primùm amicus & naturalis esset. Quòd si calor ille natiuus integer & incolumis perennaret, nec à natura sua degeneraret, profectò non æquè actiones peruerterentur. Attamen rogabis, qua in parte ita peruertitur calidum illud innatum fixum? Galenus primi de differentiis febrium quarto, statuit cor subiectum causæ febribis: quod etiam fecit vndecimo libro Methodi. Cor constat partibus solidis à semine patentum, carneísque, & spiritalibus humidis aëreis: hac enim compage cunctæ partes nostri corporis fabricatæ fuere: iam enim omitto spiritus & humores sinuum cordis. Calidum autem natiuum fixum ac temperies harum afficitur partium, córque ita æstuans, vnà fluentem calorem in intemperiem abripit, vnde toto corpore funditur malum: vel interdum, flammans primùm fluens calidum, imprimit æstum cordi. Nam à fluente illo calore, tanquam Sole, infixus membris calor in energiam efloreſcit. non enim substantia natiui calidi deserit cor, sed eius sola qualitas corpori affunditur. Nec tamen hæc ratio Hecticæ febris excludit species: nam

1. *Aph.* 14. & 1. *ac.* 18. 1. *Dif. feb.* 3. 1. *Sect.* 29. *Idem colligitur ex* 8. 1. *Meth.* 1. *vbi dicit febrem in nobis consistere non aliter ac cæteri morbi qui ex intemperie.*

Definitionis explicatio.

Calor in nobis geminus.

Calor fluës.

1. *Aph.* 16. & 14. & 1. *acut.* 43.

In quo subiecto sit febris.

In calore fixo.

Non in spiritibus.

Non in humoribus.

Dubium, num spiritum vbertas vitiosa.

1. *Aph.* 3.

Responsio.

1. *Aph.* 14.

Quæstio.

Responsio.

De his cor- nam cùm humiditas cordis iam conſumitur, eius pri-
ſis partibus vide caput 5. 1. De dif. feb. 2. mum gradum conſtituit : cùm carnoſa, ſecundum: cùm ſolida, tertium. Si rogaueris, Cur ſpirituoſa vel carnea cordis pars æſtu flagrans, non affligit ſolidas partes? Quin, dico, vt ſtuppæ flamma eſt in ferrum inualida, ita & hic in ſolidas partes calor, qui in ſpirituoſa vel carnea parte æſtuat. quamuis, ſi diu perſeuerauerit flamma in ſpiritibus, humores vnà trahant in intemperiem: qui etiam tandem ſolidas affligunt. Quare febris conſiſtit in corde & in calefacto eſſe, hoc eſt, ni γεγονέναι. Quid ſi ſumeretur hoc aporeleſma? Febres ſubiecto non diſtinguuntur, ſed cauſa: Diaria oritur ex ſpirituum calore: putrida, ex humorum putredine: quæ tamen putredo varia eſt; alia enim leuiuſcula eſt, alia eſt excellens: hectica, ex ſolidarum calore. Dixi præterea in definitione, febrem eſſe calorem in corde accenſum: quamuis enim in hepate, & aliis partibus æſtus concipiatur, attamen meritò febris non dicetur, niſi calor cordis ita afficiatur, vt toto corpore ſpargi poſſit. Cor enim ſubiectum primum febris, fluentem calorem ita afficere debet, vt toto ſe fundat corpore ardentior vis. Dixi mediantibus ſpiritibus & ſanguine, primùm enim calor acquiſititius incenditur in corde, ac calorem natiuum fluentem afficit, ac ſanguis dein incaleſcit, poſtea venæ & arteriæ, dum pars poſt partem incendatur. Nec tamen neceſſe eſt vt cunctæ corporis partes in calorem abripiantur, quò febris nomen mereatur is calor: nam ſufficerit cor incendio adeò incanduiſſe, vt illud toto corpore pandi poſſit, niſi obſtaculum inuenerit. Impeditur enim vel à concepta viſceribus phlegmone, quæ inſtar cucurbitæ in ſe rapit ſpiritus & calorem. vel putredinis inæqualitas hoc non admittit. Ita in lipyria febre, caput, manus, pedes, à frigore algent: attamen Galenus hanc, veram febrem eſſe aſſerit. Nam febris eſt primaria affectio cordis: ſecundaria aliarum partium, dum ſpiritus & humores inde inflammati, totum corpus in ardorem rapiunt, ac eius actio etiam percellitur. Quòd ſi ſpiritus & ſucci primùm accenſi fuerint, febrium effectrices cauſæ cenſendi erunt. Verùm num febris hyparxis in ſola caliditate, verùm etiam in ſiccitate poſita ſit, quæſitum eſt. nam Hippocrates in ſiccitate potiùs quàm in caliditate febrem collocare videtur, cùm febricitantibus victum imperet humidum: ac illi de frigore ſilentium ibi eſt. Reſpondemus, omnes authores aſſerere calidam ac madidam intemperiem conſociari poſſe. Finge iam hominem naturâ humidiorem: hic corripiatur febre à putreſcentibus ſuccis: an non calor madori ibi iungetur? Sed dices, calor iſte corpus ſiccum reddet: eſto, verùm antequam eò ventum fuit, homo febricitabat: quare illa ſiccitas non ex febris eſſentia, ſed per aliud accedit. Tandem enim calor, eam, vt ſociam accerſit. In ephemera nulla etiam ſiccitas in vitio eſt; nec enim ſiccus appellari morbus poteſt, niſi ſit ἡ γεγονυῖα: verùm ephemera facilè abit, quod minimè fieret ſi ſiccitas pedem fixiſſet. At febris perpetuò eſt affectus calidus ἡ γεγονυῖα. Quare dum curatrices notas humectandi febrem accerſere dicũt, id eò aiunt, quòd calor exſiccet: at quæ à calore ſumitur refrigerandi indicatio, petita eſt ex febris eſſentia: verùm quæ à ſiccitate, ab accidente. Nam omnis febris exigit refrigerantia & humectantia; illa, vt remedium: hæc, vt præſeruans, niſi fuerit hectica. Hæc ſatis ſint de eſſentia febris.

Dubium.

1. Progn. 4. 7. Aph. 42. 7. Meth. 8.

Quæſtio. 2. Aph. 16.

CAPVT. II.

De Generalibus cauſis febrium, quæ omnibus febribus ſunt communes.

QVOD certæ febrium cauſæ ſint, exemplis abundè oſtendit Galenus. Sunt autem cauſæ febrium, aliæ naturales, vel non naturales, & eæ quæ contra naturam. Naturales ſunt occultæ vel manifeſtæ. occultæ, vt in Antipatro, quem refert Valerius Maximus, natali die tantummodo quotannis febricitaſſe, eodémque tandem interiiſſe. Manifeſtæ verò naturales cauſæ ſunt hæ, quæ à natura nobis inſunt, ac promptos in febres reddunt: vt ætas; ita iuuenes facilè febricitant, quique temperiem ſqualidam ac calidam nacti ſunt. Et ad alias febres, aliæ naturæ promptæ ſunt. vt homines frigidi & humidi ad cottidianas facilè abeunt: verùm in febres ſimpliciter facilè abripiuntur calidi & ſicci. Sunt & non naturales febrium cauſæ, à rebus calentioribus ac ardentioribus & ſiccis profectæ: qualia ea quæ aſſumuntur, excernuntur, aguntur, admouentur, ſi calidiora fuerint. Cùm hæc incommodè in vſum ducuntur in ſubſtantia, qualitate, copia, tempore & vtendi modo. Cauſæ autem præter naturam quæ febres pariunt, ſunt, quæ præter naturam calorem noſtrum accendere poſſunt. Id aguntratione motus, vel caloris. ratione motus & caloris, ita. Quare nobis perluſtrandæ erunt eæ res qnæ calorem noſtrum in incendium abripere poſſunt. Galenus aſſerit quinq; eſſe quæ tali potentia micant; nimirum motus vehemens tum corporis, tum animi: animi, vt ab ira: corporis, vt à labore. Quare de ira frenanda veteres dicebant, Pegaſo indomito, aureum Palladis frenum iniicere oportet. & Pallas iratum Achillem crinibus retrahit. & draco igniuomus, pharmaco Medeæ ex Promethei cruore confecto, ſopiendus eſt. quin Cerbero latranti, offa medicata Sybillæ obiicienda eſt. Maximè enim cor percellit ira; quæ eſt quaſi ebullitio quædam iraſcibilis facultatis, quæ habitat in ipſo cordis corpore. Secundò, putrefactio, ſeu corruptela in humore non diffiato; quod euenit à calore externo & alieno. Tertiò, ſuppreſſio calidi effluuij, ſeu fuliginoſi excrementi. Quartò, contactus externi caloris, vt Solis, ignis, remediorum calidorum. Quintò, permiſtio calidæ ſubſtantiæ, vt alimentorum acrium, ſalſorum, vel malignorum. Qui has quinque cauſas latè ſibi demonſtrari velit, perlegat primum Galeni De differentiis febrium, à capite quarto ad ſeptimum: ibi quàm plurimis elegantiſſimis exemplis, certam fidem, incerto animo adfert.

1. De dif. feb. 3.

Naturales.

Occultæ.

Lib. 3.

Manifeſtæ.

Non naturales cauſæ.

Cauſæ præter natu- ram.

1. De dif. feb. 2.

CAPVT III.

Quo modo hæ cauſæ febrem accendant.

QVOD verò nulla harum cauſarum, ſine patientis aptitudine agere poteſt, elegantèr demonſtrauit Galenus. Cunctæ autem hæ cauſæ febrem adferunt, vel ſimplici ab incendio, vel totius ſubſtantiæ à permutatione. Permutatur ſubſtantia, cùm vel in putredinem trahitur, vel cum ab incendio vritur. Spiritus noſtri corporis, & ex ſimplici incendio, & ex putredine febrem adferre poſſunt. Nec verendum caſtiſſimam illam philoſophiam à nobis ſtuprari, quæ ait ſpiritus putreſcere non poſſe, eò quòd

1. De dif. feb. 6.

Spiritus cauſa febris.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 11 sur 513

naturâ ignei sint, & leptomeriâ excellant:: & Aristoteles libro quarto, qui inscriptus vulgo Meteorologicôn, (qui rectiùs inscriberetur De elementorum actionibus, vel De concretis) asserit illa putredine interire, quæ nulla violentia in interitum rapiuntur. Ignem tamen inquit, putrere non posse, eò quòd illi sint omnia, veluti materia, substrata. Respondemus, spiritus non verè ignitos esse, sed ex puriore sanguine, & aëre inspirato genitos, vt docuit Galenus: qui asserit hos ex aëre gigni per coctionem, admixtionémque sanguinis purioris. Cùm itaque ex aëre & sanguine spiritus gignantur: aërem autem putrescere pote cùm sit, vt fatetur ipse Aristoteles, & etiam aqua putredine contaminetur: cur non etiam spiritus, ex his geniti, putredini obnoxij erunt, maximè cùm, in cauernulis cordis volutati, putridis inquinamentis permiscentur? Fateor tamen lubenter, ea quæ humido primigenio ac viuifico calore circumfluunt, ægrè à putredine expugnari, & non nisi à valida internecináque causa. Sanguis quoque simplici incendio, & putredine febrem accendere potest: quamuis Galenus nullum febris genus, à putrido sanguine ortum agnoscat, vnde ab Auicenna & neotericis acriter reprehenditur: licet ille satis clarè suam sententiam, vbi de febribus agit, aperuerit. Sed nos breuiter Philosophica ratione rem deducamus. Sanguis necessariò aliquando putrescit: quòd cuncta ab elementis nata, cùm intereunt, putrescant. Et vsus loquitur in phlegmone concepta, sanguinem putrescere: quamuis non malignè; attamen putrescere. Cùm sanguinem putrescere dico, ita putredinis vocabulo vtor, vt alterationem dispositionémque denotet, non factam iam corruptelam. Etenim putredo quæ sanguinem fatigat, vel est ἐν γίνεσθαι, vel ἐν γεγονέναι. ἐν γίνεσθαι, cùm aptatur: ἐν γεγονέναι, cùm iam corruptus est. vt vinum acescit dum corrumpitur: sed cùm corruptum est, in acetum iam euasit. Propterea Auicenna rectè scripsit, ex putrescente sanguine febrem generari: & etiam præclarè Galenus, ex putrido sanguine febrem haut nasci sanguineam: quia antequam ad eam effertur putredinem sanguis, iam incendio flagrans, in bilem vritur: indéque nata febris, biliosa dicitur. Melancholia autem & pituita ad eum caloris ambitum accendi nequeunt, quo, absque putredine, febrem excitent. vel enim pituita putrescit priusquam ad illum ardorem veniat: vel melancholia vritur in terrestrem frigidámque materiam. Nulla ergo ex pituita, nulla ex melancholia, ni priùs putruerint, febris incendi poterit. Verùm bilis & incendio & putredine febrem accendere potest. Num incendio bilis incandescens febrem accersat, multis doctissimis viris in dubio est. Nos hoc ita probamus. Illa ad vstionem flammámque concipiendam sunt paratissima, quæ, cum leptomeria sunt calidissima & siccissima. quæ verò humore madent, nec natiuo calore circumfluunt, ea citiùs putredine contaminantur, vt asserit Galenus. at bilis in humano corpore est omnium succorum calidissima & siccissima: quare citiùs exuri, quàm putrefieri poterit: & solitariâ vredine, nondum putredine labefactata, febrem corpori adferet. Galenus ipse, talem in iuuene febrem depingit: qui erat vigintiquinque annorum, temperaturæ siccissimæ, musculoso habitu, corporéque hirsuto: hic longo itinere, laboribus, vigiliis, curísque fatigatus fuerat. huic Galenus, ineunte paroxysmo, cibum exhibuit: id non facturus in initio putridæ. Sed dices, Galenus asseruit nullum humorem, citra putredinem, posse febrem accendere, præter vnum sanguinem. & secundi Crisiôn nono, id disertè asserit de bile, pituita, & melancholia Respondemus, Nos cum Galeno non ire inficias, rarò sinceram bilem febrem accendere, ni primùm in putredinem abierit. Attamen dicimus illud aliquando euenire: cui iam narrata historia fidem facit. quin non rarò nulli fœtores, nec vlli humores aut vapores putidi ab ægris excluduntur. Sed quid Galeno? dicimus eum quinti Simplicium decimoquarto appellare omnia vrentia, putrefacientia, propter symptomatum similitudinem: licet verè putrefacientia, calida sint & humida. Galenus itaque ibi sub vstione putrefactionem comprehendit. quare hoc eum etiam egisse libro secundo De differentiis febrium, & secundo De crisibus credibile est: vt quæ ab vsta bile surgit febris, sub putrida contineatur.

Spiritus nũ putrescant.

Responsio.

Gal. De vsu respir. & De vsu puls. & lib. quòd sanguis in arterias continetur.

Sanguis causa febris.

2. De crisibus 12.

2. De dif. feb. 12.

Sanguis nũ putrescat.

Melancholia & pituita ni putrescant, non accersunt febrem.

Bilis febriũ author: & num solo æstu febrẽ det.

3. De Temper. & 1. Simplic.

10. Meth. 3.

Dubium.

2. De dif. feb. à 1. ad 5. cap.

CAPVT

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 12 sur 513

CAPVT IV.

DIFFERENTIÆ & *ſpecies Febrium.*



Interdum & alio quodam modo, per alias nempe differentias Galenus febres diuidit. Quas (ne quem turbent) breuiter ſubnecto.

Febris
- Per ſe conſiſtens, vt tertiana, &c.
- Symptomatica, vt à pleuritide, &c.

Aliter.

Febris in eam
- Cuius cauſa à febre excitata adhuc remanet, vt putrida.
- Cuius cauſa externa iam deſiit, febre excitata: vt
  - Diaria.
  - Hectica.

Aliter.

Febris in eam quæ eſt
- σχέσις ſeu σχετικὴ, quæ facilè ſoluitur, vt ephemera, & bilioſæ, hectica incipiens.
- ἕξις ſeu ἑκτικὴ quæ ægrè ſoluitur, vt putrida pituitoſa, vel melancholica, & omnium difficillimè Hectica abſoluta maraſmodes.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 13 sur 513

Verùm maximè propriæ differentiæ ſumuntur à Materia, in qua calor ille præter naturam exiſtit, tanquam in ſubiecto: & medici omnes has maximè perſequuntur, nimirum: à ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis. Febrem enim omnem in aliquo horum trium, æſtu incandeſcente, habitare doctiſſimi credunt viri. Et aliàs ex alio incipit, & ab vno dimanans, alia duo inuadit. Sæpè tria hæc febrium genera, vt in hecticis; ſæpiſſimè duo, vt in putridis, ſimul miſcentur.

Nulla enim ferè hectica eſt, in qua & humores & ſpiritus ſimul accenſi non ſint: nullaque omninò putrida, quin & ſpirituum inducat inflammationem. Nomen autem febris habet ab eo quod primùm accenſum eſt; niſi ex miti in magnam abeat. ita diaria putridam inferens, quamuis accenſi ſpiritus maneant, dicitur putrida: & putrida in hecticam abiens, quia ambæ inſignes ſunt & periculoſæ, vtrumque nomen ſortiuntur.

Et quanquam priùs omnem febrem febriſque calorem in ſubſtantia cordis habitare diximus, non propterea tamen celebrem hanc febrium ex materia ſeu effectrice cauſa, diuiſionem damno. Etenim Galenus interdum per febrem nihil aliud intellexit quàm illud incendium quod ſe offert tangentis manui, quacumque id tandem in materia ſtabuletur. Qui autem calor manui ſe exhibet, aliàs ſqualorem quendam præſefert, vt hecticæ febris calor: aliàs cauſæ effectricis ideam calor refert, vt bilis acrem mordacemque calorem: ſanguis mitiorem madidioremque calorem ſpirat: pituita, quaſi per cribrum quoddam exilientem: eò quòd humor ille nunquam æquali filo putreſcat. Quare ille calor qui manui ita occurrit, quique variam ſui cauſam, in qua conceptus eſt, indicat, febris, cum Galeno, aliquo modo dici poteſt. Quamuis is calor propriè febris dicatur, qui in ſubſtantia cordis concipitur, vt ab accenſis ſpiritibus, vel ſuccis: vel iam in ſolidis partibus qui conceptus eſt. Adeò vt ex materia & effectrice cauſa, (non ex eſſentia) hæc febrium diuiſio conſtet. Vt ſi ſpiritus cor accenderit, diaria fiat febris: ſi humores, putrida dicatur. Fatetur enim Galenus, nullum humorem, præter ſanguinem, abſque putredine febrem excitare poſſe. rarò enim bilioſa corpora à bile ſine putredine febricitant. Qui verò doctiſſimi viri febres partiuntur in ſimplices, putridas, & peſtilentes, nec vocum proprietati, nec naturæ hiſtoriæ ſatisfeciſſe videntur. Nam præterquam quòd ſimplici febri rectiùs compoſitam oppoſueris, peſtilens ſub hectica, & putrida continetur. Ita Galenus cunctas peſtilentes aſſerit ex putredine oriri, vel hecticas eſſe. Imò multas peſtilentes ab initio hecticas eſſe exiſtimat. In putridis peſtilentibus, ab aëre putri, interni putreſcunt ſuccí: in hecticis peſtiferis, ipſa cordis ſubſtantia putreſcit, vel genuinus cordis nutricatus, qui in foco roſcido conſiſtit. Hic in ſimplici hectica ſolùm exhauritur. Nec benè diſcriminatur inter peſtilentem hecticam, & aliam quæ peſtilens non eſt, eò quòd hæc ab aëre externo orta ſit, illa verò minimè. Efficiens enim cauſa morbi ſpeciem vertere nequit: neque aër peſtilentem febrem periculoſam reddit, niſi per putredinem internam, quà plurimos enecat. Cùm ergo peſtilens febris, ſit vel putrida vel hectica, ab harum cenſu eam non auellemus. Et meritò diuiſio febrium à cauſis, & ab adiunctis hoc modo iniri poterit: Febris excitatur ab accenſis & adhuc plus iuſto calentibus ſpiritibus vel ſuccis; vel in intimam cordis ſubſtantiam receptus iam calor ab aliqua cauſa, ibi focum ſtabilem concepit. Quæ à ſpiritibus enata fuit, ephemera appellatur: ſiue ab æſtu incandeſcentibus ſpiritibus, ſiue à putredine contaminatis oriatur. Nam vtraque hæc, tẽpus diurnum, niſi interim humores labefactentur, excedere nõ ſolet. Ab humoribus quæ flagrat febris, varia eſt, vt & illi ſunt varii. Sanguis ſi citra putredinem in ardorem trahatur, ſynochum ſeu continentem febrem non putridam profert, quæ etiam diaria non exquiſita vocatur. Hæc plerumque vno paroxyſmo, more puræ ephemeræ, paucis diebus ſuam abſoluit hiſtoriam. Solus Sanguis, inter alios humores, ita incandeſcere, citra putredinis labem poteſt, vt febrem accendat: eò quòd natiuo ſuo calore à corruptione ſe, non aliter quam generoſiſſima quæque vina vindicat. At ſi putreſcere inceperit, ſynochus ſeu continens febris putris excitatur; eaque vel ſemper accreſcens, vel decreſcens, vel eodem ſtilo ad metam vſque excurrens. De putreſcente ſanguine, non de putri loquor: nam cum Galeno, omnem febrem, ex ſanguine putri oriri, bilioſam, non ſanguineam voco. Reliqui ſuccí in incendium, putredine niſi contaminati fuerint, cor haut abripiunt, niſi quòd ſqualidis bilioſiſque corporibus id aliquando eueniat, ſed rarò. Quare ab his ſuccis accerſita febris, putrida appellabitur: eò quòd ſanguis putreſcens ſolùm, (non putris) febrem excitet. aut, ſi gignat, ea non ſanguinea, ſed bilioſa ſit: ſanguine, per putredinem, in bilem commutato. Pituita putrida, quotidianas: bilis, tertianas: melancholia, quartanas excitat. Ab adiunctis febrium alia diuiſio ſtatui poteſt: eſt enim alia continua, alia intermittens. Continua, cuius cauſa coërcetur regione cordi vicina, adeò vt continuò cor ab ea fatigari poſſit. Quales ſunt venæ maiores quæ intra inguina & axillas ferũtur; vel pars remotior, cui tamen ex prægrandi arteria, magna eſt cognatio cum corde. Eſt verò continua, vel primaria, vel ſymptomatica. Primaria appellatur quæ non eſt conſectaria alij morbi. Hæcque vel exacerbatur, vel non. non exacerbatur, cuius focus, ſanguis putreſcens vel nimium efferueſcens, venis clauditur maioribus, vt ſynochus putris, & etiam ſynochus non putris. Exacerbatur ea, quæ ex putredine aliorum ſuccorum enaſcitur. Harum quædam ſunt grauiſſimæ, aliæ mitiores. Grauiſſimæ, cauſi, hoc eſt, deurentes febres appellantur, propterea, quòd ratione foci, qui vicinus eſt cordi, ac materiæ ardentioris, vrens ille harum ſit calor, vnde ſitis inexplebilis, linguæ ſcabrities & ſiccitas. Galenus exquiſitum cauſum à flauabile naſci aſſerit, quæ intra vaſa putreſcit: nothum verò ex ſalſa pituita prouenire prodidit: quam etiam ex ſanguine putreſcente ſurgere alibi affirmat. Non enim purum cauſum dabit: omnis enim febris ex putrido ſanguine nata, mitior eſt, & remiſſiora ſymptomata edit, blandéque ſe remittit. Exacerbantur autem hæ febres vel certo ordine, vel incerto. Quæ certis periodis recrudeſcunt (ſine intermiſſione tamen perennantes,) hoc illis quotidie euenit, dicitúrque cottidiana continua: aut tertio die, vocatur hæc tertiana continua: aut quarto excandeſcunt die, nominatur hæc quarta continua. Quæ incertis vicibus recurrit, ordinis expers appellatur, nonénque ſumit ex idea humoris, cui propiùs accedit. Febres aliæ ſunt primariæ, aliæ ſecundariæ, quas ſymptomaticas vocant. Inter has vltimas Auicenna etiam cenſet febres obſtructionum. Dices, ergo omnis putrida febris erit ſecundaria. Reſpondemus, ſi intra viſcera concepta fuerit illa obſtructio, faciet ſecundariam febrem: ſi in venis, primariam. Symptomatica febris dicitur, quòd conſectaria ſit aliis ita, vt ab eis dependeat morbis. Sunt autem hi morbi phlegmones, partium nobilium & cordi vicinarum; vt euenit in peripneumonia, phrenitide, & cæteris talibus. Vel ſi partes phlegmone occupentur, quæ contagione quadam cordi, ob vaſorum communionem iunguntur, vt in fractura calcis. Vel ab obſcuro viſceris alicuius vitio, vt ab hepatis fracta vi, eiúſve obſtructione. Rectè accipienda eſt hæc de ſymptomaticis

Gal. 1. ad Glauc. 2. de Criſ. 6. Epid. 1. 2. 3.

Diuiſio febrium non bona.

Gal. 1. de dif. feb. 3.

De præſag. ex pulſ. 3.

A cauſis diuiſio.

A Spiritibus quæ febres.

Ab Humoribus quæ febres.

A Sanguine febres.

2 Criſ. 12.

Ab adiunctis diuiſio.

Continua.

Primaria.

Quæ exacerbentur.

Cauſus.

4. Acut. 33.

Symptomatica.

maticis febribus ratio. nam affirmamus febrem ſymptomaticam pendere ex phlegmone, non ei conſectariam eſſe. Nam qui ex tertiana vel cotidiana laborat, huic alia ratione phlegmone ſubnaſci poteſt, ita vt febris ſociam phlegmonem habeat: non tamen fiet ſymptomatica. Quemadmodum etiam nec ea, quæ euictâ phlegmone, ſæpe ex ſuccorum colluuie & putredine incurrit. Ita lipyria, febris primaria cenſenda eſt, licet ſociam phlegmonem habeat. non enim ex phlegmone, ſed ex ſuccorum putredine dependet. Non tamen negamus lipyriam, typhodem, epialem, heleodem à phlegmone prodire poſſe: ſed ex vnius certæque alicuius partis inflammatione, vt pleuritis, phrenitis, & ſimiles, pendere has, cum Galeno negamus. Quare febris lipyria quidem omnis cum phlegmone internæ partis prodit, & cum phlegmone conſiſtit; non tamen ſymptomatica eſt; quia à phlegmone non pendet, verùm ex ſuccorum putredine. Poſtremò hæ omnes febres ſunt, vel ſimplices vel compoſitæ: ſalutares, vel lethales. Particulariùs de his mox, vbi de putridis: iam ſubnectam pauca de cauſis differentiarum: nam iterum, vbi de putridis, de his peculiariter agam. Cauſa cur febris perpetua naſcatur eſt, nulla aut perquam exigua materiæ aut ſpirituum exhauſtio. Non exhauritur vel ob peculiarem partis conditionem, vt ſi validus infarctus adſit parti quæ cordi iungitur, vel ſi copioſâ materiâ circumfluat, vel ſi ea craſſior fuerit, aut ſi hæc cuncta ſe mala iunxerint. Vt ſi in prægrandibus venis materia craſſa copioſaque concepta fuerit, quæ tota exhauriri nequit. Quòd verò intermittant, cauſa eſt totius morbificæ materiæ excluſio, ac nouæ ſuccreſcentis quibuſdam periodis aggeſtio ex reſtibili empyreumate, aut à prauo victu. Nam paroxyſmorum cauſam in materiam, & efficientem referimus. Sanguis enim & ſpiritus, ſiue incendio ſolùm incanduerint, ſiue putredinis labem traxerint, morbos continuos pariunt. Cur verò ab his febres vel eodem filo caloris ferantur, vel acriùs exardeſcant, aut feruor ſenſim miteſcat, cauſa eſt exhauſtio materiæ morbificæ, quæ vel ſuccreſcit eadem copia, vel atteritur, aut grauiùs inualeſcit. Nam ſi præ exigua obſtructione plus exhauriatur quàm accendatur, pedetentim accidetur febris, vt euenit in ſynocho decreſcente. Sin præ valido infarctu plus accendatur, quàm exhauriri poſſit, validiùs illa febris exardeſcet. quòd ſi eodem filo ſuccreuerit materia illi, quæ exhauſta iam iam eſt, eadem idea febris perſeuerabit. Cæteri ſucci morbiferi in putredinem tracti, paroxyſmos accerſunt. Poſtea periodorum cauſas aperiemus, vbi de putridis: nam ibi vnà de ſignis & prognoſi agemus.

Notandum de ſymptomaticis.

Lipyria.

7. Aph. 42. 4. Aph. 48.

Cauſæ differentiarũ. Cur continuæ.

Vnde intermittant: & vnde acrius exardeſcant.

CAPVT V.

De Febribvs *non putridis. Et primò De* Hecticis *febribus: hoc eſt, De earum Differentiis, Cauſis, Signis, Prognoſi, & Curatione.*

Hecticæ vox varia.

HECTICA Febris nonnunquam denotat omnem febrem ſolutu contumacem: vt eam etiam, quæ à melancholia contumaci, ac tenaci à pituita perennat. Ex aduerſo, omnis febris quæ facilè fugatur, Schetica appellatur. De his iam non agimus. Alio modo dicitur hectica, quæ in ſolidis partibus cordis ſtabulatur: (ſpiritus enim & humores calefiunt in hecticis, non ſunt calfacta, vt ſolidæ partes in hecticis) nam ἕξις habitum coporiſque ſubſtantiam ſignificat. De hac agemus, quòd inter cunctas febres, quæ extra putredinem ſunt, hæc ægerrimè expugnetur. Cuius curatio explorata cùm fuerit, facillimè etiam ephemerarum oppugnationem aggredie mur: cùm eiſdem ferè armis rangantur ambæ. Hectica ergo febris in cordis ſubſtantia conſiſtens, vt verè eam abſumit, ita & varij hecticæ gradus ſunt. Nam quadruplicem in corde ſubſtantiam ponimus. Primò, adipem quendam, qui inuenitur in partibus ſolidis: cuius abſumptio conſtituit primam ſpeciem febris hecticæ, eiúſque initium. Nam hectica febris dari poteſt ſine ſiccitate, authore Galeno. Secundò, adeſt ros quidam carni inſperſus: hoc eſt, guttulæ quædam ſanguineæ, roris more inſperſæ, quo, commeatus more, carnis ſubſtantia nutritur & reſtituitur: & ſecundum gradum febris hecticæ conſtituit cùm abſumitur. Tertiò, adnata eſt fibris caro, quæ tandem abſumitur. & hæc ſingula ſuam quandam amplitudinem habent. Et hactenus ſimpliciter febris hectica dicitur. Quartò, fibræ ipſæ attinguntur; & à calore colliquantur: & hæc tunc duplex eſt, prima, cùm fibræ conſumuntur, ſed nondum perfectè conſumptæ ſunt, dicitúrque febris maraſmodes. ſecunda, cùm iam ſunt conſumptæ, vt exuſtum elychnium. Et hæc conſumptio eſt terminus, ad quem hectica ſpectat: & dicitur Marаſmus, Celſo Tabes, & Marcor Latinis. Nam marcor, teſte Galeno libro de Marcore, dicitur de toto corpore; non de vna parte. Eſt autem duplex marаſmus, vnus à calore & ſqualore, de quo iam egimus, alter à ſiccitate & frigore. Hic iterum duplex eſt, vnus ex lege naturæ; alter, præter naturam. Ex lege naturæ marаſmus frigidus & ſiccus, cùm humidum primigenium ob inopiam calidi nativi ſiccatur; appellatur Senium. Marаſmus præter naturam, eſt calamitas illa, qua partes proprio genio ac nutricatu fraudatæ, iam ſine febre tabeſcunt: & appellatur Senium ex morbo. Galenus teſtatur ſe hunc morbum vidiſſe in ſenibus, inuenibus, & pueris. Philippus, antiquus medicus, hunc vocabat Hecticam ſenectutis, ac febrem eſſe putabat. At Galenus redarguit Philippum, ac febrem minimè hunc eſſe demonſtrat. & ex Galeni ſententia, eſt corruptio corporis viuentis à ſiccitate: primò in corde, deín in aliis partibus, ab extincto calido natiuo. Dividitur etiam marаſmus alio modo à Galeno, in verum, & non verum. Verum vocat, cùm omnes marceſcunt corporis partes, initio à corde facto: quod ſit à mœrore, ita. Non verum, cuius cauſa primò in aliqua parte alia conſiſtit; plerumque ſit ab hepate vel ventriculo. Veteres exiſtimârunt à ſolis his partibus eum naſci: at Galenus aſſerit, ex omnibus diuturnis inflammationibus, quæ cor ac totum corpus in ſqualorem tandem abripiunt, eum poſſe naſci, vt ab hepate, ventriculo, inteſtinis, meſenterio, vtero, renibus malè curatis, vel concepto in his pure: vt dici poſſit hectica ſymptomatica. Quibuſdam, in his febribus, areſcit tantùm cor: quibuſdam etiam ad putredinem rapitur propria eius ſubſtantia, putrefacto eius rore malignè. éſtque hæc peſtilens hectica, oritúrque ſolùm ab aëre peſtifero. Reliquis hecticis ſiccatur cor à prægreſſa alia cauſa (quod frequenter euenit) vel ab externa cauſa inuritur. Iam ad cauſas venio. Cauſæ hecticarum ſunt vel procatarcticæ, vel partium intemperies. procatarcticæ, vt motus vehemens animi vel corporis: animi, vt mœror, cura, æſtus: corporis, vt labor, ſitis, inedia, venenum. Hæ cauſæ ſi parum vehementes fuerint, diarias; at valentes, hecticas febres inferunt, aridis corporibus. Nam, teſte Galeno, nullus humido corpore præditus, ab initio Hecticâ tentatur. Hecticæ expoſiti ſunt calidi & ſicci homines. Rarò hæc primigenia hectica homines capit. Frequenter verò illa hectica tentat homines quæ ſuccedanea eſt ardenti febri bilioſæ, (non pituitoſæ) ſi huic non occurſum fuit

Gal. de Hectica agit 1. De diff. feb. 10.

Differentiæ.

Quæ humiditates in ſolidis partibus ſint, vide apud Auicennam, De Humoribus.

1. De dif. feb. 1.

Præclarè de his Galenus. 1. De dif. feb. 10. in initio.

Gal 1. dif. feb. 10. in fine.

Lib. de marаſmo, & 7. Methodi.

1. Dif. feb. 11. De Marаſmo 1. 10. Method. 8.

Cauſæ.

1. De dif. feb. 12.

Cauſam reddit Gal. lib. De marаſ. 7.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 15 sur 513

frigidis humidísque medelis. Tunc enim hæc populabunda ſe inſerit partibus ſolidis: breuíque illam calamitatem inuehit, quam hectica primigenia longâ die vix daret. Cauſa autem illius marasmi qui dicitur ſenium ex morbo, eſt hectica febris, vel rerum frigidarum immoderatus vſus: nam à perenni febre exhauſto calore natiuo, cor frigidum remanet: ex frigidorum verò immoderato vſu cor algeat, cum horum neceſſarium vſum ſuadet præſens periculum quod illi intentatur ab hectica febre: vt nimirum ex marasmode febre in ſenium ex marasmo transferantur: nam illud tolerabilius eſt, quam integrum radicale humidum abſorberi à calore incendij. Ideò Galenus author eſt, ne temerè quis illi manum admoueat, qui ex febre calida & ſqualida marasmóque laborat, niſi cum præfatione, cùm in alterum marasmum, qui ex ſenio dicitur, transferendus ſit æger. Iam ad Signa veniendum. Hi poſt horam à cibo ferè incaleſcunt. Cauſa verò cur calor in Hecticis incendatur à cibo, ſunt flatus, qui, à facto innati ventriculo in aridum rarúmque corporis elati habitum (per quem calor expirat) cum infarciunt, vnde hi binis vel ternis horis rubore ſuffunduntur. hoc eſt, dum flatus diſſipati fuerint, interim ſit quidam in corpore inæqualis calor, qui tunc ſentitur ob inæqualitatem. Ita inquit Galenus calcem efferueſcere ab affuſa aqua frigida: patuli enim eius meatus, quibus exhauriri ſolet eius calor, ab aqua obturantur; hinc bullæ. Dicit Galenus, quòd arida caliditas membrorum, à ſuccis nutrictis partibus ſolidis infuſis nutriri videtur. nihil ergo Galenus aſſerit; ſed videtur, inquit. Malè hanc ſententiam incurrit Auerrhoës, dum ait, Licet calx habeat contrarietatem cum aqua, Alimentum tamen non eam contrarietatem gerit cum partibus ſui corporis: Ergo nulla eſt ſimilitudo ea quæ à calce. Quòd ſi ille rationem à nobis allatam perpendiſſet, hæc ita temerè non protuliſſet. Et ſi hæc dicta à nobis ratio abeſſet, cur quæſo, ô Auerrhoës, ſi calx aqueo madore irrigata efferueſcit, ac tactum ardentiùs ferit quàm antè; non poterunt membra hecticorum ſuum ardorem edere, affuſo alimentali humido? quod nimirum humidum illud non ſit membris contrarium? Sanè omne alimentum dum ab alumnis partibus patitur, his contrarium eſt: atque dum nondum aſſimilatur, tamdiu patitur: paſſio eſt à contrario. In corde, hectica occupato, roſcida humiditas præ febre efferueſcit, ſerpentéque febre incipit exhauriri. At à ſumpto cibo tenuiores partes, antequam diadoſis ad hepar veniat, appellit in cor, quò reſarciatur id quod exhauritur, vnde calor cordis increſcit, qui inæqualis efflореſcit. hoc ſentiunt ipſi ægri. Quin in hecticis ſqualent ab ariditate membra: at alimentum omne humet actu, commiſſum nutriendo corpori. Dicebat Galenus in calce nutriri ſqualidum calorem ab aqua: idem euenit hecticis, dum alimentum à calore ſqualido præter naturam, qui eſt in nutriendo membro, imbuitur ardore. quod in putridis febribus locum non habet, ob madorem, qui illis adeſt. Grauius argumentum eſſet, ſi quis obiiceret, pyloron claudi dum cibus coquitur. quin ſi à ſuccis id fieret, à ſeptem vel octo horis tandem in ardorem traherentur. Sed hoc fit poſt vnam aut alteram horam. Saltem hoc fit hîc quod in calce ab aqua. etenim vt ignis in calce celatus ab iniecta aqua deprehenditur, ita à cibis hic calor. Signa alia ſunt ſolius hecticæ; alia ſunt febris hecticæ cum putrida. Solius hecticæ quædam ſunt, quæ demonſtrant hanc adeſſe: quædam, quænam ſpecies hecticæ ſit. Hecticam adeſſe imprimis demonſtrant ſigna quæ ex actione violata: nam pulſus in his eſt exiguus & obſcurus; (cùm in diariis ſint magni & celeres,) ſubduri, tenſi: attamen à cibo maior ac velociot euadit pulſus. Etiam ex recrementis: nam ſyntexeos quædam argumenta proferuntur: quamuis alioquin hîc deiectiones non ſint pingues neque fœtidæ admodùm, vt in putrida colliquante: nam pedetentim hîc ſyntexi tentantur. quin ab accidente mutato; his enim adeſt calor aridus & ſiccus, mordax (quamuis primo attactu ſit exiguus) cum ingenti ſqualore: adeò vt bona inde coctio non celebretur; nam in ephemeris, illico naturæ vis coctrix explendeſcit. Semper totoque ſuo decurſu hæc febris eſt exigua & æqualis. à cibo tandiu æſtuat, donec ſqualorem cordis madefecit; & tunc redit ad priſtinum ſtatum. Arteriæ calidiores ſunt, quàm circumpoſitæ partes. A cauſa etiam notæ ducuntur. Si enim à cauſa procatarctica ortum non ducit febris, illa non erit hectica, modò non conſectaria fuerit alij febri. etenim nulla hectica febris, ſine cauſa manifeſta, ilicò inuadere poteſt. Et quamuis cauſa procatarctica quodlibet febris genus inurere poſſit, peculiaria tamen ſigna hoc ab hectica diſcriminabunt. A ſympſomatis etiam diagnoſis hæc; nam ſunt perpetuæ, nil intermittentes, ſed inſurgunt fortiùs 3. vel 4. horas à cibis: etenim poſt vnam aut alteram horam, à cibo, efflореſcit hæc febris; adeò vt febris putridæ imago multos fallat, quotidianam continuam putantes. Verùm quòd cibo accendatur, abundè hecticæ ideam exprimit. Cùm enim ſqualida membra genio fruuntur ſuo, nouóque pabulo calor efferueſcat, vel potiùs dum flatibus, in ventriculo natis, patuli habitus pori infarciuntur, indéque calor qui effundi ſolet retineatur, fit, vt variis periodis exhibitus cibus, varia viciſſitudine febrim adferat. Si non à cibo, ſed certâ periodo efferueſcat, putrida erit. Calor his toto corpore eſt fuſus, nec id ſentiunt: nam eſt illis iam quaſi conſentaneus. Eſt maior calor in volis, quòd ibi deſinant arteriæ, quódque carne ſint ſpoliatæ. Præterea à duodecim horis non quieſcunt; nec robur die induunt, vt putridæ, ſed eodem caloris ſtilo trahuntur: ægri aiunt ſe non febricitare. nã ſũt doloris expertes, quia adeſt æqualis intemperies. Sed in putrida & ephemera ſentiunt ſua mala. Dolorifica enim actio fit, dum eſt paſſio ἐν ὑγιεῖ, non autem in διαφθορᾷ. Etenim in non hecticis febribus adeſt intemperies inæqualis, (non ratione diuerſarum qualitatum, ſed ratione eiuſdem caloris, qui in vna parte validior vrit quàm in alia) vnde quædam partes minimè ægrotant. Vnde cùm pars vna in alteram agit, fit dolor. Sunt etiam certa ſymbola quæ indicant quænam ſit ſpecies hecticæ. Cùm ergo deprehenſum ſit, febrem eſſe hecticam quæ affligit, ſi nondum eximiè ſqualeat homo, erit prima hecticæ ſpecies: nam ſummus corporis ſqualor, vltimam eius ideam deſignat: mediocris, mediam ſpeciem delineat. Pulſus celer, creber, exiguus, primam: durus apertè, ſecundam: ſummè creber, & conuulſiuus, & exiguus, tertiam hecticæ ſpeciem denunciat. Excrementa cruda & liquida, primam: pinguedine imbuta, ſecundam: quiddam oleaceum, aut polentæ ideam referens ſi excernatur, tertiam ſpeciem indicat. Pinguedo tamen vrinæ ſæpè innatat, ex renibus profecta: quæ fallit ſi putes ex eliquato toto corpore eam proficiſci. Notas hecticæ febris in marasmodem tranſeuntis diligenter perſequitur Trallianus libri duodecimi quarto. Author eſt Raſes, quòd oculi cinere conſperſi videntur; & quòd aures minores redduntur: addit Auerrhoës, has etiam citrinas euadere, ſi fuerit cum marcore, oculi erunt concaui, inquit Galenus, & lippitudo arida adeſt, vt his euenit, qui per loca ſqualida ſub ſole ac per arenas iter faciunt. Ad hanc ſententiam alluſiſſe videtur Raſes, cùm de cinere loquitur. Cadaueroſa tandem facies apparet illa Hippocratica. hypochondria retracta,

Cauſæ marasmi.

10. Method.

Signa Cur calor in Hecticis incendatur.

4. Collect. 33.

Signa quòd hectica ſit.

1. de diff. feb.

Gal. 1. de diff. feb. 11.

1. de diff. feb. cap. initio.

Notæ indicantes ſpeciem hecticæ.

Gal. de diff. feb. 11. 12.

Raſ. De feb. 11.

1. De diff. feb. 11.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 16 sur 513

retracta ſunt ad thoracem mita vt venter inteſtinis ſpoliatus videatur. Pili falsò videntur augeri: quia prominent, exhauſtâ carne, inquit Auerrhoës. Ariſtoteles & Raſes ſcribunt, in maraſmo acutam edi vocem: quòd, attritis iam viribus, fortiter ſpirabiles partes iam collapſæ aërem expectorare nequeant: addit Auicenna hîc pediculos luxuriare. Cutis circa frontem his tenditur, ab exhauſtu. Diximus ſigna quædam eſſe quæ hecticam adeſſe indicant; alia verò, quæ cuiuſque ſpeciem aperiunt: de his hactenus. Iam ſi hecticæ putrida iungatur, tunc, inquit Galenus, hectica difficilè agnoſcitur. Attamen magni momenti eſt hæc diagnoſis: nam hectica ſimplex cùm ſua remedia habeat peculiaria, hæc ſi admoueas vbi conſociatur putridæ, calamitatem adferent. nec enim illa purgationem feret; nec hæc lac admittet. Agnoſcetis, quia à ſudore & declinatione putridæ, calidus ſqualor corpus tenet, nec euaneſcit. Deinde, quòd maiorem gracilitatem corpus induit, quàm vis putridæ inferre ſolebat: Præterea ex vrina craſſa, cum pinguedine: verùm hoc ſolùm labente ac progreſsâ hecticâ euenit. Tandem ex fuga ardoris ad interanea: pulſuſque ex varia contractione. Hactenus vt natura hecticæ, ac eius variæ ideæ dignoſcantur; iam videamus quænam eius ſpecies admittant vt vires redintegrari poſſint: ne operam ludamus. Prognoſis ergo ſcitè ineatur. Omnis autem prædicendi ratio poſita eſt in diſtinctione ſimilium, & diſſimilium, corporum, cauſarum, & ſignorum. hæc ergo ritè examina. Qui in maraſmum tracti ſunt ex inſcitia Medicorum, (qui neglexere curandi occaſionem) vbi iam mala diu inualuere, redintegrari nequeunt: nam exaruit in his cor, inſtar emarcidæ arboris: & à priuatione, habitus denuò comparari non poteſt. Cùm autem primum veſtigium preſſit, necdum validè robur corporis attritum fuerit; cúmque efferueſcentia ſolùm quædam humidi natiui adeſt, ſatis loci ſanationi eſt: nam vires immotæ adhuc perſeuerant. Sed mox conſectaria elucet huic efferueſcentiæ macies: quâ, in longum protractâ, cordis ſolidæ partes tenues euadunt, ſuo fraudatæ genio: hîc tunc febris dubia nutat in vtramque partem: nimirum ad hecticam curabilem, & maraſmodem inſanabilem. Quò autem maraſmodi fuerit vicinior, eò periculo erit propinquior. Salutis verò ſpem præbet alia, quæ ad primam recedit: nondum debellatâ facultate nutricâ: dum enim reſtibilis adhuc micat vis coctrix, caro reuocari poteſt. Argumento ſunt vulnera, è quibus abſciſſa caro reuocatur: non tamen partes ſolidæ. Quare hæc febris quæ maciem hanc adfert, ſuum, vt diximus, ambitum habet. Quòd ſi ergò hæc media omnino fuerit inter ambas recenſitas febres, facili momento huc vel illuc fertur. Plurimis funeſta eſt à decimo-octauo anno ad trigeſimum vſque quintum; maximéque viris, idque autumno. Quæ iungitur putridæ, plerumque eſt inſanabilis: vt enim putrida euacuatione, ita hectica nutritione ſanatur. Cùm conſociat ſe hecticæ, viſceris phlegmone, conclamatum eſt. Iam ad curationem venio. Initio à qua cauſa ortum hectica ducat perſpiciendum, & quibus ea affectibus ſit conſociata: & num ſit morbus vel ſymptoma: erenim ſi ſumptoma fuerit, curari non poterit, ni primùm auferatur morbus, cuius hæc eſt ſympтoma. vt ſi ab vlcerato pulmone nata fuerit. Sin hectica non ſymptomatica fuerit, eius curationem in duo capita partiemur: cùm duplex genus ſit hecticarum febrium; vnum ſine maraſmo, alterum cum maraſmo. Sed dices, maraſmodem incurabilem pronunciaſti: cur ergo eius curationem inſtituis? Vt, nimirum, humanitatis hoc officium hominibus demus, vtque quamdiutiſſimè vita proferatur. Itaque cùm hectica febris ſit affectus ſimplex, ſine materia: eius quoque curatio ſimplex erit. Eſt affectus calidus & ſiccus; curatio ergo frigidis ac humidis perageratur. Securiùs tamen madefacimus, quàm refrigeramus, ob habitus tenuitatem. Res non naturales in algorem & madorem abeant: famem fugiat & ſitim: ſomnus ſit vberior, nam humectat. Veſtibus tegatur quidem, ſed non incaleſcat corpus. Si ventriculus vel hepar primariò affligatur, quolibet aëre fruatur. verùm ſi cor primariò afficitur, aër frigidior commodus erit. Aluus ſi immemor fuerit officij, ſoluatur rebus pinguibus & humidis. Talis præſcribatur clyſter: Accipe caput dimidium veruecis: maluarum vel violarum ſemmanipulum: fiat decoctio ex aqua hordei, ad conſumptionem quartæ partis. accipe illius decocti libram: adde butyri recentis vncias tres: olei amygdalini dulcis vncias quatuor: fiat clyſma. Vel accipe iuſculum pullorum, humida vi imbuta. Celſus & Oribaſius ex ſolo ſucco hordei præſcribunt clyſteres: quia recreant arida inteſtina, & humectant. Cibus ſit humidus, & qui facilè ſe per corpus traiiciat; ſine calore valido. vtiliter dantur hordeata, amygdalata, emulſiones ſeminum frigidorum. Piſanæ ſuccus celebratur ab antiquis. Capo nutritus frumento. Accipe carnis, ex femore bouis vel veruecis ſuctipleni, libras duas: pulpam caponis integri, paſſularum Corinthiacarum, vncias duas: cinnamomi drachmas duas: macis ſcripulum: affunde cyathum aquæ endiuiæ, & vini albi non fortis. Conciſa ſit caro in tenues partes: coquatur in diplomate horas octo: exprimatur ſuccus in amplam patinam: vſus tempore, (nam hic ſuccus concreſcit) cochleari auferes tegmen quo tegitur pinguedinis: & quod illi ſubeſt ſucci, cochleari excipies, ac igni appones, ilico liqueſcit in tenuem ſuccum: adde parum panis, hoc ſorbeat. Commendatur etiam carnes coctæ ex aceto & aqua. Aſina nutritur hordeo, cicereo, nymphæa, ſalice, lactuca: lac eius tepidum vacuo ventriculo propinatur. Hacarte tepidum excipitur. mulctrum innaret aquæ calidæ: panco addito ſaccharo, bibitur. Sed ineunte eius vſu parca manu exhibeatur. bibat primùm ſeſcunciam vel vncias duas: ſi iuuat, adiice cottidie ſemunciam: dum perueniatur ad vncias quinque vel ſex. hoc agat horis tribus vel quatuor ante prandium. In cibo laudantur etiam porcelli, & eorum pedes: perdices: gelatina: panes mazij ex pineis, ac ſeminibus frigidis maioribus facti. Accipe amygdalorum macetatorum in aqua roſata, vel viciata, ſemilibram: pinearum vncias duas: medullæ ſeminum 4. frigidorum maiorum vnciam: ſeminis papaueris ſemunciam: ſaccharo quantum ſatis ſit, vt fiat mazius panis. Accipe pulpam alarum gallinæ, hanc tere ac perfunde lacte & vino, iunge vitellum oui, cum farina & ſaccharo, coque dum ſpiſſum aliquantulum euadat: coque pullum, adiecta lactuca, dum molleſcat pes: contunde, ac iterum iuri eum redde, ac denuò coque: mox exprime. Sumat cum lacte papaueris, vel per ſe, aut adiectis amygdalis. Lactuca etiam condita vtatur. Verùm tamen præſtat liquidis indulgere cibis. nam alimentum non ſeipſum deducit ad nutriendas partes: ſed ab ipſis partibus nutriendis attrahitur. Sed hæ partes ſunt in hecticis adeò attritæ, nimiaque ſiccitate exhauſtæ, vt omnis trahendi potentia in ipſis ſtupeat. Propterea tractu facile debet eſſe alimentum. attractu autem facile eſt, quod eſt tenue & calidum. At hoc non validè nutrit: nam id quod nutricatui ſtudet, ſit oportet craſſum & viſcidum, vt diu hæreat, nec facilè exhauriatur. Verùm id ægrè ab ægris partibus prolectari poteſt. Idcirco mediocre ſit oportet, quod hîc nutricatui ſtudebit. tale eſt ſuccus carnis, ita vt dixi eliquatus: lac, & gelatina

Lactuca, &c.

9. Problem. 37.

Signa ſi putrida iungatur.

Gal. 11. de diſf. febr. c. fol. 250. & proſequitur (cum poſſilente) cap. 12. & elegenter cap. 13. cum inſpersa: fol. 251. D.

Prognoſis.

Gal. 1. de diſf. feb. 10. in fin.

Pulchrè de hac Gal. 1. De diſf. feb 20. in medio.

Curatio

Dubium.

Res naturales.

Aër.

Aluus.

Gal. 10. Meth. 7. & ſeq.

Cibus.

Vide Galen. lib. Meth. & cap. ult. mo: & De marasmo ibi ſine.

Lactucam commendat Galenus. Portulaca coquatur in iusculis. Conueniunt cocta poma: pinei nuclei: passulæ. Si metus adfuerit diarrhœæ, fiat hordeatum ex hordeo retorrido: vel auenatum. Cæner hora quarta: & ferò sumat ius pulli. Commendatur etiam ius quod ex femore veruecino ferè assato, sæpiùs puncto emanat: id, patina exceptum igni redditur, adiecto pauco vino. Potus sit ceruisia tenuis; si metus adsit infirmarum virium, vinum addat. sin diarrhœæ periculum fuerit, coquatur aqua cum hordeo torrefacto. Inter cœnam & prandium licebit semel bibere. Potiones etiam præscribuntur. Accipe foliorum endiuiæ, lactucæ, florum nymphææ, singulorum manipulum: coque ex aqua ad libram: colaturæ adiice sirupi cicorei vncias duas: sirupi papaueris drachmas sex: misce: dentur vacuo ventriculo. Ineunte autem hecticâ, quia vires sunt fumæ, & corpus sanguinis adhuc benignitate rigatum, aqua frigida propinetur. At in attenuato corpore cautiùs agendum, ne frigus lædat. Galenus homini tenui cyathum aquæ vnum aut alterum concedit: at crassiori, hæminas duas vel tres. Fiunt etiam potiones ex decocto violarum, bugloſſæ, portulacæ, maluæ, radicum satyrij, quatuor seminum frigidorum, papaueris, cydoniorum, alkekengi, liquiritiæ. Iolabiis etiam castigatur squalor corporis; In aquæ violaceæ & boraginis libra macerentur flores violarum & boraginis: colaturæ adde sirupi violacei vel rosacei simplicis vncias tres: vel solum saccharum adiiciatur. Vtiles etiam sunt sirupi hi, nenupharinus, ex succo endiuiæ aut boraginis: cum aqua hordei, in qua emulsa sint quatuor semina frigida, & lactucæ semen. In Italia fit iolabium limpidissimum, quod magna voluptate ab ægris bibitur, hoc modo, Accipe aquæ puræ, vel rosatæ, & sacchari optimi æquas partes: adde oui optimè quassati albumen: (ita vt quælibet aquæ libra vnum albumen oui accipiat) remiscent cuncta exactè. Sed in aqua primùm immacerant rosas albas: lento igne coquunt: despumant: ter deinde colant: iterum coquunt, ad iolabij dum venit consistentiam. Accipies huius iolabij vnciam: aquæ lympidæ vncias quattuor: misce. Quidam conseruas amant ad alterandum: quare accipies 4. seminum frigidorum maiorum excorticatorum vncias duas: caphuræ semiscriptulum: adde margaritas lucentes: conseruæ violarum, vel rosarum, aut endiuiæ, vncias quinque: adde lactucam conditam: fiat mixtio omnium. Foris admouentur epithemata, vel irroramenta. Sed cauendum ne illa sint frigore horrida: deinde ne illa semel pectori adhibita validè incalescant, sed sæpè innouentur ac reperantur: tertiò, sint odorata & grata, quò partibus & visceribus robur adflent: talia sunt rosæ, santala, diarrhodon abbatis, violæ, nymphæa, caphura: quartò non remisce validè stringentia, nam siccant illa, ac poros occludunt. Talia imponantur parti primariò affectæ. Accipe aquæ cicorei, hepaticæ, vel acetosæ, nenupharis, violarum, endiuiæ, rosarum, succi solatri, singulorum vncias tres: aceti vncias quattuor: cum pannis lineis cordi, hepati, vel parti primariò afflictæ adhibeantur. Galenus hoc modo; Vuas immaturas contunde in mortario, succum exprime; & in eo contunde portulacam: remisce hunc succum cum aqua niuis. (in erysipelate adde quid olei rosati) hæc imponenda, dum alsiosæ reddantur internæ partes, ibique frigus sentiatur, & dum minùs æger sitiat: hæc Galenus. Vel accipe hordei mundati pugillum: cucubitæ vel cucumeris vnciam: coque ex aqua: in fine coctionis adde olei violacei, vel amygdalorum dulcium vncias tres: misce vehementer; & pannis applica pectori & hypochondriis. Ita coquitur etiam semen lactucæ, papaueris, & folia nymphææ. Vnguenta quoque & olea pectori illinuntur, vt oleum nymphææ, violarum, rosarum, feminis melonum, cucurbitæ, papaueris, salicum, cydoniorum. Sed ceratum Galeni optimum est, quod ab eo describitur decimi Methodi nono. Sed admonet ibi Galenus, in medio Capitis, vt hæc admota assiduò mutentur, ne incalescant. Balneum cùm sua propria vi, & per aliud alsiosum corpus reddat, proprium hecticarum febrium remedium erit. Propterea Galenus scripsit, cunctis hecticis febribus balneum prodesse: cùm solùm hecticæ fuerint. Si enim erysipelas, aut phlegmone aliqua corpus fatigarit, vel si corpus crudis putridisve succis circumfluat, horum ratione corpus lædi poterit. Verùm hoc nihil ad hecticam, quæ semper à balneis temperatur. Quin asserit Galenus, hoc efficax auxilium esse ad auertendum marasmum, ne ille incumbat, & confidenter hos balneis immittendos iubet. Sed dices, Galenus vtitur frigido balneo: quod sanè periculi plenum: cùm medicus certam refrigerij mensuram ac copiam præscribere difficilè possit: quo modo enim eam percipiet? maximè cùm corpus hecticorum exsangue, carne nudum, & adipis expers sit? Certè, cùm partes solidæ nullum munimen ab adipe & carne habeant, frigidæ occursum non sine noxa excipient. Respondemus, Galenum non confertim hos frigidæ aquæ intrudere: verùm ille priùs corpus eorum præparat ad frigidum balneum; & primùm tepido in balneo corpus æqualiter calfacit. Iterum dices, Metus erit ne corpus in diuersa transferas, ac in validum frigus abducas. Fatemur: siquidem si aliter has febres curare liceret, consultius id foret. nunc, quia tota curatio in refrigeratione & madefactione consistit, & quia ex cunctis frigidis remediis, his corporibus attenuatis noxa imminet, necessarium erit Thucydidis consilium, agere aliquid, vel periclitari. Quibus enim alia salutis ratio non est, & quæ vnica est, ea dubia est, hac aduersum pericula eundum. Præterea, frigida hæc intemperies, à curatione hac contracta, non est irremediabilis: nam postea licebit sensim ac tutò calfacere. Quare præstat aliquid cum periculo facere, quàm certò perire. Quædam ante & post balneum sunt obseruanda, & quædam in ipso balneo. Ante vsum balnei aliquid offeras quod vires firmat, vt lac vel ptisanam. Non tamen ilicò ante balneum his indulgeat. Scribit enim Hippocrates μήτε νήφοντα μήτε νεόπωτον λούεσθαι: hoc est, neque potu neque cibo saturatum lauare est æquum: ne, scilicet, cruda materia ex aluo in venas, & habitum corporis rapiatur. Cur ergo Medici, modò lac asininum exhaustus biberit æger, in balnea immittunt? respondent, vt rapiatur in habitum corporis. At non assimilabitur, cùm non mitificatum fuerit. Rectiùs ergo id agerent post quartam horam. Imò, inquit Hippocrates, * μήτε βρῶσιν μήτε πόσιν ταχὺ μὲν τὸ λεπτὸ. excitatâ (nimirum calore,) vi attractrice, quæ eripit occasionem mitificandi. Primùm immittatur æger aquæ valdè tepenti, vt partes corporis placidè se fundant: deinde affunde frigidam, vt leniter repescat; hoc enim humectat corpus. vltimò, tantum frigidæ affundatur, vt frigescat balneum: id alsiosum reddet corpus, densabit partes ac firmabit, non aliter, ac candens ab igne ferrum, cùm aquâ frigidâ extinguitur. In primo balneo non hæreat diu: in medio, mediocrem nectat moram: in tertio, minùs hæreat quàm in secundo. Sed primo manè iniiciatur clysma: prandeat hora nona: & sumat iusculà in quibus decoxere pedes vitulini & porcini. Horâ primâ post mediam noctem sumat ius pulli, vel ptisanam aut ouum: quatuor vel quinque horis post, ingrediatur balneum, cui aliquando violæ, rosæ, malua incoxere; hinc abstergeatur, nec sudor exprimatur, sed oleo

Illitus.

Balnea.

Dubium.

Obseruanda ad balneum.

Dubium.

* Neque consilium à balneo sorbendum, neque bibendum.

Encheiresis.

De marasm. 13.

Potus & alterantia.

Aqua frigida.

Lib. 10. meth. & De Marasm. 10. cap.

Iolabia.

Foris admouentur. De marasmo 3.

Cautiones.

10. Method. 9. Epithemata.

Lib. De marasm. 13.

De marasm. 12.

3. Aphor. 54.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 18 sur 513

oleo vngatur ; dormiat horas duas vel tres. A ſomno capiat ptiſanam & iuſculum: deinde in cœna bibat vinum, & manè, à ſolidiore cibo, balneum repetat. Decimo quoque die, tribus continuis diebus vtatur balneo. Si ventriculo debiliori fuerit æger, primùm ille roboretur impoſitâ cruſtâ panis vſtâ, & vino aſperſâ, caryophyllisque transfixâ: mox balneum accedat. Hæc itaque eſt optima ratio ineundi balnei. Antiqui varias opiniones ſparſere de his hecticorum balneis: & Galenus pulchrè contra Philippum

10. Method. 10. & de maraſ. 10. & 12. in fine.

differit de his. Galenus vtitur actu frigido: Alexander tepido: Philippus ille, balnei vſum reiiciebat. Iam ad maraſmodis hecticæ curationem venio. Hæc curatio reſpondet hecticæ. id peculiare habet, quòd ſolida refici debent. Et quamuis maraſmo occupati nequeant redintegrari, attamen homines, hominibus humanitatis hoc præſtare debent officium, ne, periculis inuoluti, prorſus animum abiiciant, vtque quantum licet, vita hominis protrahatur. Sed tamen, vt monuit Galenus, quem planè maraſmus iam occupauit, hunc non ita cura vt ſanationem promittas, ſed vt transferas in ſenium à morbo; quod, vt aſſerit Galenus contra Philippum, non eſt febris. Potus ſit tenuis cereuiſia, vel aqua hordei. Et, quia ſolidæ partes ab exhauſtu laborant, à vino eſt abſtinendum, inquit Galenus De marcore, capite vltimo. Si enim ſpiritus ſolùm exhauſti eſſent, vinum eſſet propinandum. Cibus his ſit caro vitulina, caponum, lac, oua, veruecina caro, & inde eliquatus ſuccus. Accipe capum optimè purgatum: pedem porcinum: & duos pedes ouillos coctos: vini Rhenenſis vncias octo: ſacchari perlati vncias tres: cinnamomi ſemunciam: coque in duplici vaſe horas octo: & vſui ſerua. Accipe pulpæ caponis & perdicis, cuiuſque vncias tres: amygdalorum dulcium aquâ roſarum maceratorum vncias tres: pinearum vel piſtachiorum ſemunciam: contere: adiice gummi Arabici & tragacanthi, ſingulorum ſemidrachmam: ſpecierum diarrhodonis, & pulueris Hali ad tabem, cuiuſque drachmam: conſeruæ violarum vnciam: cinnamomi drachmam: ſacchari perlati vncias tres: cum pauca aqua roſata fiat paſta regalis, auro obducta. Hippocrates caſeum commendat ad corpus pinguius reddendum. Trallianus eum concedit cùm declinat febris. Teſtudines, authore Galeno, potenter nutriunt. Sed bene parari debent, vt facilè mitigari poſſint. Diu ſunt ſeruandæ, vt teneriores reddantur & coctu faciliores. Integræ in feruentem aquam iniiciuntur, quò teſtæ & oſſa ſeparentur: deinde carnes, oua, cæteræque internæ partes coquuntur. Sanguis actu frigidus ſentitur, quem hecticis nonnulli in potu dant, tum ad refrigerandum, tum ad alendum. Maximè hîc vtiles ſunt hæ carnes cum hordeo coctæ. Iuſcula coquantur cum ſeminibus quatuor frigidis maioribus & minoribus, papauere, floribus bugloſſi, violarum, nymphææ, nucleis pineis, paſſulis, prunis, pomis. Coquatur gallina cum coxis ranarum: ſumat hoc ius. Deſtillatur aqua ex limacibus & canaris, ſæpiùs lotis in decocto hordei. Accipe paſſularum mundatarum libram, lauentur aquâ roſatâ, coque cum pauco ſaccharo: ſumat manè, & ante cœnam. ita etiam nuclei pinei. Mellis vſum refugiant omnes hectici. Accipe pulpam caponum, hanc tere cum paucis pineis, adde parum cinnamomi, coque ex aqua cinnamomi cum ſaccharo: fiant rotulæ teretes: capiat manè & ſerò. Accipe carnis cancrorum fluuiatilium, teſtudinis, cochlearum, caponum, æqualem copiam: coque ex aqua, adde olei amygdalini dulcis recenter extracti, vncias tres: à coctione fiat colatura. Accipe huius colaturæ libras duas: amygdalorum dulcium libram: ſacchari albi vncias tres: coquantur ſimul vſque ad conſiſtentiam mellis: dein adde præſcriptas carnes tritas & contuſas, & etiam caphuræ drachmam: raſuræ eboris drachmas duas: miſce, fiat electarium: capiat ſummo manè vnciam. Nutricatui ſtudet, hæret facilè partibus, nec à ſqualido calore facilè tenues euaneſcit in auras. Condimenta fiant ex amygdalis tuſis, agreſta, ſuccò acetoſæ cum ſaccharo. Balnea inſtituantur ex violis, maluis, capite & inteſtinis veruecis. Hactenus de hecticis: iam ad ephemeras abeo. Si quis graphicè hiſtoricaque fide curationem ſibi depingi velit, legat Galeni quintum caput, libri decimi Methodi. Breuiter ita quidam curant. Inſtituatur balneum ex aqua tepidâ & oleo; ſi diues fuerit, ex oleo: mox oua comedat, vel lac: & lac bibat; dein dormiat. Aër tepeſcat & madeſcat. fugiat famem & ſitim & iram. Subinde ſumat libram lactis: addat vitellos ouorum tres: vini albi dulcis vncias quatuor. lentè coquantur. Vtatur radicibus conditis eryngij & ſatyrionum. Iniice interdum nutrientem clyſterem: totúmque corpus vngant oleo amygdalino dulci. Iuuenculam lactet nutritam molliter humidis calidiſque cibis. Conſociatur ſæpè hecticæ febris putrida: hæc purgationis eget: illa verò minimè illam admittit: quare molliter id agendum. Sed vide quem typum ferat. Caue tamen inaperientium vſu, ab his quæ validè ſiccant. Si tertianæ ideam præ ſe fert febris iuncta, parabimus cauſam morbificam capillo veneris, endiuia, fumaria, violis. Deinde purgabimus ſirupo roſato laxatiuo, vel mannæ ex decocto præſcriptarum herbarum, adiectis tamarindis & ſebeſten, vnà adiectis ſeminibus frigidis. Vel propinabimus rhabarbarum infuſum aquæ endiuiæ, cum ſirupo violato & roſato. Si cottidianam imitatur, dabimus ius annoſi galli, cui incoxit vncia ſeminis carthami & paſſularum Corinthi, cum drachma aniſi: addimus ſaccharum. Interdum geminatus pondus carthami. Coquimus materiam ſirupo capillorum. Robuſtioribus præbemus infuſum agarici ex aqua violata, cum melle roſato. Quartanam ſi æmulatur, vtatur decocto mercurialis ex iure galli, cum polypodio: coquatur tamen primùm materia ſirupo violato, de fumaria ſimplici, boraginis, bugloſſæ. A balneo & lacte hi abſtineant. Ita tractandi cùm iungitur putrida hecticæ. Quatuor enim ſymptomata ſe ſociare hecticæ ſolebant, fluxus ventris, & eiuſdem aſtrictio, ſyncope, & corporis fœditas. Fluxui occurrendum frigidis ſtringentibus (niſi lienteria fatigârit) vt oryza, pullo infarcto hordeo, cum tragacanthi & arabici gummi drachmis duabus, vt fiat reſtaurans ius, cum ſirupo myrtino. Syncopen vt eures conſule Trallianum 12. lib. 5.

Potus.

Cibus.

Lib. De aëre & aquis. & agrâ viæ.

Rondeletius De Piſc.

Aër. 2. 1. 93.

CAPVT VI.

De *febrium* EPHEMERARVM *Natura, Cauſis, Differentiis, Signis, Prognoſi, & Curatione.*

EPHEMERA, quæ Latinis Diaria dicitur febris, fit ex phlogôſi, ſine putredine, cùm calor ſine fuligine (putrida ſaltem) communicatur cordi, qui primùm in calore fluente conceptus eſt. Dicitur Diaria, quòd diem viginti quatuor horarum non ſuperet, vel paulò prolixiùs excurrit, authore Tralliano. niſi tamen alterius affectus, vel perſeuerantis cauſæ internæ ſoboles ſit, cuius præſentiâ hæc febris conſeruatur: at illa verè ephemera non eſt. Naſcitur ephemera febris vera omnis, à cauſa quæ à foris eſt. Falluntur ergo illi, qui exiſtimant eam incumbere poſſe ſine aliqua perturbatione

Fol. 246. & 248.

Lib. 11. Cauſæ. 1. De diff. feb. 8. 122.

corporis

10. Method. 2. fol. 239. 1. Ad Glauc. 368. D.

corporis vel animi. In hanc febrem promptè trahuntur calidi & ſicci, cùm nimirum acerrimas fuligines colligant: vnde facilè vel æſtu incandeſcunt, vel aſtrictis venis occluſaque cute, exardeſcunt fuligines, ac calorem fluentem inflammant, ac ephemeram febrem ſimpliciter proferunt, abrepto in æſtum corde. Quòd ſi his fraudetur genius, abit in hecticam. Sin corpus plethoricum fuerit, ſynochum non putridam proferunt: ſi verò cacochymia fœdatum fuerit, ſynochum putridam inducere ſolent. Sunt hæ, quas dixi, cauſæ naturales quæ procreant hanc febrem: ſed ſunt etiam aliæ, quæ à rebus non naturalibus; & ab his quæ ſunt præter naturam. Aër calidus, vel frigidus, obſtructis venulis ac arteriis aſtrictáque cute, (vnde ſupprimitur calidum effluuium) ephemeras accerſit. cibus in ventre & inteſtinis calidior redditus, continui ſucceſſione, calorem fluentem & cor in æſtum abripiunt, ſine putredinis notâ. Ita motus, laſſitudo, & vigiliæ ſpiritus ac cor incendunt. ira, timor, gaudium, mæror, dolor acerbus: obſtructio à viſcidis & multis ſuccis: ebrietas: phlegmone conſpicuæ partis, vt inguinum: ſucceſſione quadam cùm inde ſenſim incandeſcant partes, cor tandem feritur: nam putridæ fuligines non eò vſque ſe erigunt. Eadem ratione cæteræ partes à foris in æſtum raptæ, id agunt. Hactenus de cauſis. Differentiæ ſumuntur à cauſarum tantùm varietate. Galenus tamen aſſerit duplicem eſſe ephemeram, quarum vna ſimpliciter ita vocatur; altera, plurium dierum: & dicitur ſynochus non putrida. hæc in tertium vſque diem excurrit. Appellatur diaria, quòd vna acceſſione breuiter finiatur. hæc de differentiis. iam ad ſigna. Hæc animaduertantur ex modo caloris, actionibus, excrementis, cauſis, & figura. Ex modo caloris, nam hic ſuauis eſt, & vberrimus: ex actionibus, vt pulſu magno, veloci, crebro, ſine vlla retractione aut inæqualitate: & adeſt euphoria in ſtatu etiam quædam, quæ ab aliis febribus abeſt: nec rigor nec pigritia fatigant. Tamen interdum corripit corpora biliosa cum horrore, dum illa ab inedia laborant: nam acres profert ſuccos, qui tertio die mordicant: & quia horror corpus ſtipat, fuligines expirare nequeunt, teſte Galeno 10. Methodi, capite 4. Vide ergo ne pro putrida hanc accipias. Ab excretis; nam hæc, à naturæ vi mitigata primo die appârent, ſine vlla putredinis notâ. niſi tamen phlegmone concepta fuerit in vrinalibus viis, aut hepate: tunc enim abſque febre putridâ poteſt vrina putrida videri. A cauſis: ſi à cauſa manifeſta non nata fuit, vera diaria febris non erit: non tamen ſi à cauſa manifeſta incepit, neceſſariò diaria erit: nam quæque febris inde oriri poterit. iungeergo alia ſigna. A figura: non intermittunt; ſed ſunt perpetuæ. Si adſint ſigna æſtus phlegmonoſi interni, & excrementa ſi nullam ideam putredinis præ ſe ferant. Sin vrina, vel alia excrementa putredinis notam referant, tunc roganum febris phlegmonen anteceſſit, an ſecuta ſit. Si anteceſſit, non eſt ſymptomatica febris: igitur necdiaria. Si ſecuta eſt; inſpice alia etiam ſigna. Focus autem ephemeræ cognoſcitur ex perſpicientia cauſæ procatarcticæ. Nam ſi à cogitatione, curâ, & pertinaci ſtudio euenerit, focus eſt in cerebro. Si à triſtitia, ira, & ſimilibus affectibus animi, focus erit in corde. Si à longa rerum Venerearum cogitatione, focus erit in hepate. Particularia ſigna cuiuſque cauſæ, ex quibus nimirum cognoſcere poſſumus, num ex vigiliis, cura, mœrore, laſſitudine, cruditate orta ſit, perſequitur Galenus libro ad Glauconem philoſophum. Satis difficilè, cauſæ dignoſcuntur, niſi ipſe æger referat. Primo die, dicit Paulus, cocta appâret vrina. & tota eius hiſtoria eſt vnius paroxyſmi, 24. horarum.

Differẽtiæ. 1. De dif. feb. 7. & 9. vlt. Method.

Signa.

1. De diff. feb. 9.

Focus.

Signa cauſarum.

1. Lib. 2. & 1. De dif. feb. vltim. & Fern. De ſi b.

Si ab inflammatione, calor acrior erit, ob acerrimam vim fuliginum: & pulſus pro phlegmones modo mutatur; euphoria adeſt. Si à cruditate, hoc euenit à calore, vel plerumque à frigore: ructus nidorulentus, calorem: acidus, frigus denunciat. adde totius temperamentum, vitæ inſtitutum, & talia. Non negligenter hæc perpendi debent, ſi rectè curatio ineunda: nam, minimè mirum, inquit Galenus, multos tantum in curatione aberrare, quantum in cognitione falluntur: facillimè enim curatur, modò agnoſcatur. Ad prognoſin iam venio. Hæc febris eſt placidiſſima, vt ſubiectum in quo conſedit leuiſſimum eſt. euphoria adeſt; augmentum non ſuperat duas horas: ſtatus non eſt vehemens: curatio etiam facilis: at difficilior eſt eius cognitio. Vapores & ſudores humidi prorumpentes, bono ſunt. Sed dices, hæc febris eſt materiæ expers; vnde hi ſudores? Ichor, ſanguinis vehiculum, qui per ſanitatem per ſenſibus incompertam ſpirationem euacuatur, in ſudorem hîc abit, vel in vapidum rorem denſatur. Hippocrates ſcripſit omnes febres quæ ex bubonibus naſcuntur malas eſſe, niſi ephemeræ fuerint. Si ex cruditate nata fuerit ephemera febris, aluum ferri, eſt bonum: ſupprimi, malum. Nunc de Remediis. Contrarium ſemper remedium illi adferatur: vt laſſitudini quies: vigiliis ſomnus: iræ furori, triſtitiæ, animi accedat iucunditas: quibus moleſta eſt cogitatio, omittant ratiocinationem. Remedij autem quãtitas, à quantitate affectus ducitur. hæc autem febris cùm omnium mitiſſima ſit, clementioribus remediis excutienda. Leniſſima autem ſunt illa, quæ ad victus rationem pertinent. quare primùm de cibo agemus: qui, ſi malè inſtituatur, in hecticas calamitoſas ac febres putridas abducit ephemeram. Balneum tepidum his vtiliſſimum eſt. Quòd ſi ergo dum lauatur neque horror inſolitus acceſſerit, nec quid moleſtum fuerit, ſed à balneo ſi recreetur homo, paſtum ineat, ac vinum propinetur, mediocri copia. At qui ex denſitate cutis, aut ex glandularum phlegmone febricitant, non ita plena nutriantur manu: nam his tenuis victus debetur, & vinum tenue. Laſſitudine autem fractis da cibum coctu facilem, ac cruditatem vitet, & liberaliùs vino indulgeat. Sed nihil quod validè exhaurit agat aut ſumat. Ex glandularum phlegmone qui laborant, arcendi ſunt à vino, dum vis inflammationis deferbuerit: ne maius rheuma concitetur ad partem inflammatam. Ex perfrigeratione vel à ſtrictâ cute ſi ephemera fuerit nata, vinum dabis: modò non valida fuerit illa aſtrictio, nec multum perfrigerati ſi fuerint, nec corpus plethora circumfluat. Ex animi perturbatione, vel ſi ex perennibus vigiliis ephemera obnata fuerit, cibo humido & euchymo erunt recreandi à balneo: vinúmque intrepidè hauriant, niſi cephalalgiæ metus adſit, & pulſu micent arteriæ capitis. & ab ira placata dandum eſt vinum. Si incurrerit ephemera à cruditate calida, abſtineat à calidis: nam tametſi hæc, diſcuſſis flatibus, prodeſſe videantur primùm, poſtea tamen maiorem febrem, & etiam putridam accerſunt. Si cibus nidorulentus adhuc hæſerit ventriculo, calidam ceruiſiam præbe: hæc eluit, humectat, meatus laxat, ſpiritus flagrantes temperat. Si non adſit æſtus ventriculi, radices apij leniter coquantur ex iuſculis, cum ſemine coriandri: ſi æſtu flammat ventriculus, coriandri ſemen ſolum incoquatur. Si incendio non incanduerit ventriculus, vini ſtringentis momentum detur. Sed, ſuaſore Tralliano, viribus validis, cauendum à vino, in hominibus calidis, ſi à cruditate calida, oborta febris fuit. Dabis potiùs quid quod refrigerat, & quod non facilè corrumpitur, vt piſces ſaxatiles, pullum gallinaceum. Cùm à cruditate inducta ephemera, fluxum alui, ſocium habet: qui ſi perdurat, inſperges

4. lib. 3. & Fuchſ. 4. lib. 1.

Tral. 12. lib.

1. Ad Glauc.

Prognoſis.

1. Ad Glauc. 367. cap. medio, vſque ad D.

Aët. 2. 1. 68.

Curatio.

C. bus.

1. Ad Glauc. 3. Aët. 2. 1. 64.

Trallianus 12. 1.

cibo

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 20 sur 513

cibo granatorum ſuccum; & cibus coquatur cum malo cydonio: & vtatur decocto myrtillorum. Si proſtratus appetitus languet, vtatur oxyporio medicamento; ita appellato, quòd citò peruadat, & coctorium eſt: quale hoc quod fit ex malo cydonio cum melle cocto, accipiat huius cochlearium vnum aut alterum. Si nauſea moleſtiam à cruditate adferat pituitoſa, vomataque tepidæ à potu: foueat ventriculum, & dormiat, & tenui diætâ vtatur. Qui ex vſtione & ira febricitant, his, inquit Oribaſius, frigida & humida diæta conuenit, cum modico tamen tepore. At ſi ex mœrore & vigiliis ita febricitat, addes humida quæ ſomnum prouocant. & fatigatis plenior, refrigeratis tenuior diæta debetur: reliquis, mediocris. Fatigatio ſi febrem præbuit, hordei talem cremorem ſumat. accipe hordei mundi pugillum; coque dum crepat, ac in mortario contunde; & adde amygdalorum dulcium purgatorum binas vncias: ſeminum quatuor frigidorum, ſemunciam: contunde cuncta ſimul, & cum aquæ huius decocti hordei libra, traiice per ſetaceum: adde ſacharum, vel violatum ſirupum. Biliosis ac hirtis hominibus inedia eſt damnoſa: quare vel ineunte etiam paroxyſmo febrili his cibum concedes: eo nimirum tempore cùm horrere incipiunt. Quòd ſi iam vltra horrorem ventum fuerit, à cibo abſtineat, donec inclinare

10. Meth. 4. febris inceperit. Nec tamen expectabis dum ad febris vacuitatem ventum ſit. nam in calidis & ſiccis naturis, inediâ aut laſſitudine defatigatis, non euaneſcit febris, priuſquam cibum ſumpſerint ægri. alioqui in hecticam trahuntur hæc ſqualida corpora: mordax enim & acre, fumi fuliginiſve æmulum eſt quod expirat ex horum corporibus: longéque aliter his euenit quàm ſucci plenis corporibus, hæc enim halituoſum vaporem effundunt. His ergo corporibus victus vtilis eſt qui dulces ſuccos generat.

Egin. 2. 16.

8. Method. 2. Balnea. Si aluus immemor, ob calorem, officij fuerit, vtatur lactucâ, endiuiâ, ptiſanâ. Vult Galenus omnes ephemeras balneis curari: maximè ſi ab vſtione obnatæ fuerint. Quòd ſi ex corruptis cibis liberaliùs feratur aluus, etiam hi ad balnea ducendi

Ad Glau. 1. 3. 8. Method. 3. Lib. 12. 1. 68. eruntſuaſore Tralliano: niſi tamen omnino fractæ fuerint vires: inquit Aëtius, modò iam ſubſiſtat: alioqui cibus potiùs erit præbendus. Nam ſcripſit Hippocrates, χυμωμένων ἢ κεκλάσθαι. hoc eſt, vt interpretatur Galenus, κατελευμένων; hoc eſt, quibus fractæ ſunt vires. Si adſit catarrhus. ni coctus ille ſit, non lauetur, dicit Paulus. Aëtius tamen id laudat, ſi materiam calidam agnoſcit catarrhus; ita etiam Raſes. Quare de crudo aquoſo loquitur Paulus: de aſtricta

8. Method. 3. cute cum calida materia Aëtius. Si ex inedia obortafuit ephemera, primùm diu hæreant in calido balneo, & tunc calidam ceruiſiam bibant, ptiſanam edant, deinde lactucam, & piſces teneros. Ita etiam ages, ſi ab aſtrictâ cute fuerit. Quatuor de cauſis hic Auicenna arcet ægros à balneo: dum metus eſt putredinis, & cum infarctus adeſt à craſſis ſuccis, vel ſi ex nauſea fatigentur; tandem, ſi catarrhus moleſtus ſit. Vbi ab animi afflictione incubuit

Illitus. ephemera, illitus valdè à Galeno celebrantur. hi enim oleo tepido & multo manibus molliter fricandi. & maximè etiam hi, qui ex laſſitudine febricitant: deinde balneis fruantur, & pauco vino oligophoro, hoc enim ſudores & vrinas mouet. Deinde etiam qui ex meatibus aſtrictis in ephemeram trahuntur. præterea ſi ex glandularum phlegmone oborta febricula hæc fuerit. & hos ſæpiùs, quantum licuerit, lauabis. Addit Trallianus, illos vnà humectandos eſſe, qui ex laſſitudine laborant, & refrigerandos balneis & inunctionibus. Eradmonet, ne hæc exhauriant: ſed potiùs ex hydrelæo vngi hos vult: minimèque oleo tepido: quo maiorem madorem & algorem bibant artus calidi. Hoc non fiat ſudante corpore: nam vnà oleum effluet. Poſtea ineant balneum: & iterum à balneo vngantur. Ita agendum dum ex vigiliis, vel mœrore febris illata fuit. Miſce aquam tepidam vel frigidam, vt conceptus calor, & corporis temperies ſuaſerit. Si fluxus ventris adeſt à cruditate, aluina regio vngatur oleo roſato, vel cydoniorum, vel maſticino, in quo macerârunt balauſtia, acacia, cortex caſtaneorum. Si à cruditate frigida hoc euenerit, vnguento nardino vtemur, vel oleo menthæ, adiectis aromatibus. Cùm febris hæc ex frigore inuaſit, rigabitur caput oleo nardino, irino, chamæmelino. Cùm ex ardore Solis, madeſcat caput frigido ab oleo roſato. Sin enata fuerit hæc febris à cruditate, & ſi aluus non ampliùs laxè feratur, abſinthium aquâ maceratum coque ex oleo in maris balneo, cóque ventrem inungat. Si os ventriculi debile fuerit, contundes maſticem in oleo nucis moſcatæ: & hapſo calidum impone, non tepidum. Si cruditas iam delapſa ſit ad inteſtina, (quod animaduertemus ex anguſtia & oppreſſione quæ ibi negocium faciunt) iniiciatur clyſter ex decocto furfurum, cum ſaccharo. Si adſint flatus, coque ex oleo cuminum, rutam: ſemen aniſi, fœniculi: flores chamæmeli, anethi. &, euacuatâ aluo, nutriatur: tenui tamen diæta hi vtantur. Hi poſtridie, ſi benè dormierint, immittantur balneo: ventriculus nardino vnguento, cum vino foueatur. Sin morſus ventris adſit ex cruditate, accipies oleum in quo aliquid adipis anſerini vel gallinacei, vel ſuilli ſit liquatum, & pauca cera adiecta fiat vnguentum. Iam dedecoctis: ſi craſſi, viſcidique humores obſtruant, extenuantibus vtendum erit ſine calore: tale eſt oxymel. Si tamen ægri temperies ſiccior fuerit, & materia craſſior, ne tum quidem oxymel dandum: aut ſi mœror, laſſitudo, ira, vigiliæ præceſſerint: nam ſiccando nimium craſſefacit. Quæ enim à ſiccitate coaluere, ea remedium ſiccans non attenuat. Propterea ſcribit Trallianus ſe vidiſſe febrem auctam, & vrinam ſuppreſſam fuiſſe ab oxymelite, in tali intemperie. Detur ergo oxymel vbi materia eſt cruda, craſſa, frigida: habitúſque fuerit pituitoſus, frigidáque temperies corporis. in quibus nimirum cruditatis plena ſunt omnia. Dabitur ex decocto adianthi, petroſelini, aniſi, apij. Sed in labefactatis viribus. & vbi circumfluit æger melancholico ſucco, cauendum erit ab oxymelite: nam, authore Hippocrate, τὰ μέλαινα ζυμοῦται, ἢ μαλαθρίζεται, ἢ πολλαπλασιοῦται. ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος. hoc eſt, nigra fermentantur, & maiorem acquirunt (ab vſu oxymelitis) molem, & acceſſione quaſi incrementis augeſcunt: nam nigra acetum mouet. Iam paucis de purgantibus: Si fluxus adſit à crudis nidorulentis cibis, adiuuetur rhabarbaro, myrobalanis, ſirupo roſato laxatiuo. Accipe rhabarbarum in pulue-

Clyſteres. Aëtius. Oribaſ. De morb. Cur. 33. Galen. 8. Meth. 5. Decocta. Trall. 12. 3. Acut. 38. Purgantia. Trall. 12. Aët. 2. 1. 68. rem redactum, cui affunde ſuccum roſarum & ſaccharum, cum pauco cinnamomo, Soli expone. Quòd ſi vehementiùs ſe effuderit aluus, propina cydoniatum ex aqua roſata; & citra balneum nutriantur: nam, authore Hippocrate, qui deiectis ſunt viribus, non debent lauari. Si materia ſola praua (citra virium iacturam) ſit abiecta, lauandi & nutriendi. Conuenit ne in hac febre phleborotomia? Si, ex copia ſuccorum, infarctu teneantur pori corporis, vt nimirum hinc ſanguis effertueſcat, ſoluatur vena. Deinde vtemur his quæ laxant, diſcutiunt, attenuant. nam ſi hæc adhibueris, inquit Galenus, non euacuato toto corpore, incrementa ducet obſtructio. quin, ait, vbi obſtructio adeſt, etiamſi non adfuerit plethora, vena erit pertundenda. Niſi enim vitioſus ſuccus tranſpiret, ex ephemera neceſſariò putridam dabit. Quare, vt tranſpiret, ſoluenda erit vena, quò maximâ

3. Acut. Phlebotomia. 8. Method. 4. Trall. 12. Aët. 2. 1. 69.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 21 sur 513

parte ſucci, qui in vitio erat, accisâ, cùm adaperientia & detergentia ventum fuerit, ſine metu his vtaris, nec geminandæ obſtructionis periculum incumbat. Quin etiam laxatâ venâ, fumoſa ſuccorum excrementa, ſuccis acciſis, pauciora reſtabunt: vnde & minor reddetur calor febrilis, & foras tranſpirabit calor conceptus, ſi exigua fuerit obſtructio. Copia ſanguinis educatur quæ ſit analoga obſtructioni. obſtructionis autem quantitas, ex magnitudine febris elucebit: nam magna obſtructio febrem magnam; parua, paruam adfert. Si adſit phlegmone glandularum inguinis, ſine manifeſta cauſa quæ oborta fuit, pletumque id ſymbolum eſt circumfluí ſanguinis toto corpore: quare ilicò ſeca venam, antequam phlegmones materia putreſcat, & putridam febrem concitet. & tenui victu viuat. Et ex ſententia Aëtij, inguini, ante phlebotomiam, appone repellentia & aſtringentia: ſed poſt phlebotomiam, laxantia & modeſtè diſcutientia. vt decocto maluæ & chamæmelorum ex ſtupa foue tepidè. Vt breuiter dicam. Cùm metus eſt ne in putridam febrem res abeat, pertundenda vena. Roborentur tandem viſcera. Si à crudore frigido vitium enatum fuit, vtatur diacydoniato calido, diatrionpiperio, aqua cinnamomi. Si à calido, conſerua roſarum cum ſpeciebus diarrhodonis: citrio malo cocto ex aqua roſata, cum margaritis & pluri ſaccharo: iolebo roſato vel violato. Iam manum de tabula tollo. Qui veterum remedia velit, legat Trallianum, duodecimi primo. is curationem ex quaque cauſa vt oborta fuerit proſequitur latiſſimè. & Galenus toto octauo libro Methodi. & Ægineta breuiſſimè vno capite, 2 libri 16. & Oribaſius 3. De curandis morbis 2. ſatis prolixè omnium cauſarum curationes proſequitur; ſed ſatis confuſè. Diſtinguit optimè omnia cauſarum genera Aëtius 2. 1. 58. & ſequentibus. De ephemera ex cruditate agit Galenus 8. Method. 5. & de ea, quæ ex occluſa cute 8. Meth. 4.

Aët. 2.1.67.

Confectiones. *Trallianus 12.1.* Veteres vbi de hac febre.

CAPVT VII.

De Ephemeræ plurium dierum, hoc eſt, Synochi vel Continentis non putridæ Natura, Cauſis, Differentiis, Signis, Prognoſi, & Curatione. Barbari hanc vocant Synochum inflatam.

HANC febrem veteres Diariam vocârunt, quòd, modò ritè tractetur, vt ephemeris euenit, vno paroxyſmo finiatur. Quare non nomine, ſed re, ephemera dicitur, ab eo quòd ſæpiùs ei accidat. Sanguis in hac febre feruet, neque putrefactus nec vſtus in plethora, & durat quatuor dies: neque acerbationes habet. interdum, inquit Galenus, ad ſeptimum vſque diem vna acceſſione perſeuerant. Et habet verè eſſentiam ephemeræ; non enim in hac febre eſt calor ἐν γενέσει in partibus: (procul enim receſſit ab hectica) neque ſanguis in hac vſtus eſt aut putredine contaminatus. Conſiſtit ergo potiùs in ſpirituoſa cordis parte: nam ſpiritus ardentes & cum ſanguine vberrimo permiſti hanc febrem faciunt. Non autem vno die hic ſpirituum calor finitur, quia calor ſpirituum mutuò ab eo, qui in ſanguine eſt fouetur, interdum vltra tertium diem excurrit. Atque eo modo calor ſpirituum alitur; qui, ſi cum ſanguine minùs feruido conſociaretur, intra diem vnum finiretur. Verùm ob æſtuoſum ſanguinem (etiamſi genium ſuæ eſſentiæ nondum exuerit) dies quatuor durat. intra quos, ſi mediocris cauſa fuerit, quieſcit. ſin magna, mutatur in putridam: quòd ſanguis prolixiùs tantum ardorem perpeti nequeat extra putredinem. Naſcitur à ſanguine incandeſcente ab æſtu, ob eius vbertatem, quæ cordi proxima vaſa maximè implet. Nec tamen putret ille ſanguis, ſed ab ea vbertate fit coarctatio, ac tranſpiratio intercipitur: ſuppreſſaque tranſpiratione, ſanguis æſtum concipit à fuliginum retentione. Retinentur fuligines ob cutis denſationem. ſtipatur cutis à copia ſanguinis, vel à frigore quod à foris, ſordeſcente à cute, balneis alumine tinctis, aliiſve remediis ſtringentibus. quin cauſas agnoſcit eaſdem vnde genuinæ ſurgunt ephemeræ, ſed grauiores. Sanguis autem non facilè putreſcit, ob ſucci eius bonitatem, & naturæ gubernatricis vim, quæ emicat circa viſcera vbi maximè ſtabulatur ſanguis, quem ab hac iniuria, ob nutricatus neceſſitatem vindicat. ſi hoc vindice fraudetur, putreſcit ilicò. Quin videtur etiam hinc fieri. Si, nimirum languidior reddatur corporis calor; hinc naſcitur bilis pallida, ad citrinum colorem non ſurgens, quæ, cùm caloris impotentia à reliquo ſanguine ſeparari nequit, vertitur in ſanguinis ichorem: hinc fiunt interdum ſynochi non putres. Synocho quæ fit à ſanguinis copia obnoxij ſunt temperati homines intemperanter viuentes: & hi, quibus ſolemnis aliqua euacuatio ſuppreſſa eſt; vt menſium aut hæmorrhoidum, vel ſi mutili ſint membro. Iam ad Differentias abeo. aliàs tantum fuliginum perennitate quadam gignitur, quantum perpetuò exhauritur. tunc tota morbi hiſtoria calor ſui ſimilis ſibique par permaner. & dicitur ſynochos homotonos. Nonnumquam verò exhauſtio copioſior eſt fuliginum, quàm earum recens incendium: & tunc ilicò emicans ardor, paulatim miteſcit. & dicitur paracmaſtica. Interdum recens fuliginum inflammatio, quàm exhauſtio eſt copioſior: & tunc perenni incremento augeſcit calor. dicitur epacmaſtica, hoc eſt, increſcens. Ad Signa venio. Iuuenes ſucci pleni huic obnoxij ſunt hyeme & vere. Pulſus adeſt fortis, vehemens, celer, frequens: ſed æqualis. Vrina non longè à naturali receſſit in colore & conſiſtentia: quia non eſt tantus ardor, qui plurimum bilis gignat. nec fœtet. Habitum ſui corporis exiſtimat turgeſcere æger: durior, aſtrictior, & compactior ſentitur. calor non admodum mordax. hepar calidum & humidum ei eſt: victus in plethoram promptus præceſſit. Moles corporis manet, nec concidit: quia nihil exhauritur; propterea nec oculi his cauantur. Facies his maximè inflammatur. laſſitudo tendens omnia tenet. adeſt iactatio. venæ copiâ diſtentæ turgent. tempora pulſant. caput ingraueſcit cum dolore. ſomnus ſæpè veternoſus. halituoſus vapor adeſt: reſpiratio (diſtentis copiâ pulmonum vaſis, arctatiſque bronchiis) difficilis. nulla adeſt excandeſcentia, nulla intermiſſio. Ad Prognoſin iam abeo. Ephemera febris quæ ſine putredinis notis, diem vnum aut alterum exceſſit, ſuſpicionem præbet ſynochi. Soluitur haimorrhagiâ ex naribus, vel ſudore intra tertium vel quartum, &, quod longiſſimum, ſeptimum diem: aut mutatur in ſynochum putridam poſt tertium diem. Sin ſanguis valdè luxuriârit copiâ, tranſpiratione cohibitâ, ſuffocantur, vel à ſyncope, pleuritide, & phrenitide, & angina periclitantur: niſi vel virium robur, vel ſudoris copia, vel exanthemata, aut haimorrhagia eos à morte vindicet. veternus hîc malus. Scopus curationis hic eſt, euacuare copiam: extinguere calorem præter naturam; & craſſitiem attenuare, ſi adſit. dein temperiem redintegrare. Galenus aſſerit, eos qui euaſere, phlebotomiâ vel haimorrhagiâ euaſiſſe: nam venæ ſectio aufert intemperiem calidam & ſuccorum vberratem, vnàque excludit obſtruentem & acrium ſuccorum copiam. Rarò euenit his, qui ſunt corpore calido & ſicco, vel habitu raro. Propterea rarò his titubant vires. Quare iam de ſanatione. Aufert tantum ſanguinis quantum

8. *Method. 1. in fine.* Natura.

2. *De dif. feb. 13.*

Cauſæ.

9. *Method.*

Differentiæ.

8. *Method. 2. Aet. 2. 1. 70.*

Signa. *Hiſtoriam vide 5. Methodi 4.*

Prognoſis.

Curationis ſcopi. *Aet. 2. 1. 70. in fine. 9. Meth.* Phlebotomia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 22 sur 513

quantum vires ferunt : etiam ad lipothymiam. alioqui ſuffocantur : niſi aut haimorrhagia, vel ſudoris copia eos eripiat : nam plethora à vaſis capi nequit. Quare illicò ſecate venam : nam natura recreatur, mole humorum depoſitâ. Nam venæ, ratione vacui, loco depoſiti ſanguinis, aërem frigidum iterum contrahent : vnde venæ & humores refrigerantur, & puttedinis metus arcetur. Cautio tamen hæc adſit, vt, ſi recens cibus fuerit in ventriculo, id fiat, eo concocto : ne, cùm liberali manu educitur ſanguis, crudi ſucci in venas rapiantur. Deinde, ſi metus ſit futuræ euacuationis, vt menſium vel hæmorrhoïdum, vt tantum relinquas quantum exiſtimas à natura vacuandum. Tandem, ſi natura tentat haimorrhagiam, permitte illi ſuum negocium: & ſi non ſatisfecerit, iuua. Præterea habitum corporis nota : Nam durus habitus, abundè rigatus ſanguine, facilè fert phlebotomiam : quòd ægrè tranſpiret. & ex aduerſo, calida & ſicca corpora non ferunt ſibi abduci ſanguinem. & etiam hi qui calent ac hument, raro habitu corporis præditi ſunt : & qui ſunt picrocholi τὰ ἄνω, hoc eſt, quibus ſtomachus ab amara bile debilis eſt : nam facilè tranſpirat horum corpus ac exhauritur. Homo ſi fuerit frigidus & humidus, exigui ſanguinis, pinguis, albus, maximè æſtate phlebotomiam non feret. Quin, inquit Aëtius, quidam ita expiârunt intra manus Medicorum. Nec ſint fractæ vires à morbo, vt ab hydrope, orthopnœa, vel ab hepatis vel ſtomachi debilitate : periculoſè enim his abducitur ſanguis. Nec ad dierum numerum collimandum : nam etiam poſt ſextum & ſeptimum diem ſanguis abducendus, ſi vires adſint. Et qualibet etiam diei hora hoc licet : alioqui metus erit, ne ſanguis in pulmones ſe effundat, vnde peripneumonia : vel, ſi in latus transferatur, ne pleuritidem exciter : vel ne in putredinem trahatur. Si vires reclamant, ſcarificatione ac magnis cucurbitulis ſanguis accidatur. Si vires ægri non rectè nobis exploratæ fuerint, repetita venæ ſectione euocetur ſanguis : Ita, ſi dubia fuerit ſpecies febris, nec benè comperta ſi ſit eius magnitudo : vel ſi cruditas ſe conſociârit : vel ſi timidus ſit æger. Si, progreſſo iam aliquantulum morbo, nulla criſis ſigna appârent, & ſi febris incrementa ducit, ſi vires adſint, ſeca venam : attamen non æquè copioſè abducatur ſanguis, ac ſi primo die id egiſſes. Galenus aſſerit huius mali duo eſſe maxima remedia, phlebotomiam, & aquæ potum. Aqua loco & iure hîc propinata corroborat partes ſolidas, quæ tunc prætenuatos humores aggrediuntur, ac ſeceſſu, ſudore, aut vomitu euacuantur. Quare ſi æger phlebotomiam refugerit, ad aquæ potum veniendum erit. Sed videndum, quænam aqua ſit propinanda, qualis, quanta, quo modo, quare, quibus. Quando ? cùm pepaſmi ſigna appârent, maximè in vigore morbi. Confidenter dabis his, qui per ſanitatem frigidæ aſſueuere : quòd viſcera aſſuetum frigus facilè ſuſtinent : & maximè iam, ſi æſtu incanduerint : ſint homines ſucci pleni. His, qui tenues ſunt, periculoſior hic potus eſt : ad ſolidas enim partes facilè traducitur frigus : quòd ſint carnibus exutæ. Non adſint craſſi humores huic qui liberaliter frigidæ potu ſe inuitabit, nec ſint viſcera tumoribus aut phlegmone obſeſſa : nam euacuationem, coctionem, & vrinarum effluxum prohibet, & denſat corpus : hinc aliam grauiorem febrem accerſit. Nec propinetur vbi debilia adſunt viſcera : vt ventriculus, hepar, caput. Nam cuidam ita deglutitio ferè periit : aliis fracta aluina œconomia fuit, coctioque labefactata. quibuſdam hepar ita fuit afflictum, vt hydropem dederit : non nullis colum, veſica, pulmo, renes inde adeò afflicta fuere, vt munia ſua ferè depoſuerint. Quidam inde incurrêre orthopnœam, alij ſoporem, vel parotides, ſpaſmum, tremores, & ſiderationes : vt breuiter dicam, caput ac eius τὰ παρεκπτ affligit non iure data frigida. Quibus vena ſecta eſt, his, poſt duas horas dabimus aliquid cibi, vt ptiſanæ ſuccum, imitatione Galeni : & indicemus ægro quietem & ſomnum. Tunc enim facilè ſomnum captant, fatigati primùm vigiliis ac mœrore à mole. A ſomno iterum quid exhibe : ita ages ad tertium vſque diem. Quarto autem die, quia facilè tunc ſudores prorumpunt, ad balneum tepidum, ſi commodè id fiat, ducantur. Paſtum autem ineat eo tempore, quo per ſanitatem conſueuit : vel cùm minùs premi à febre videtur. Si virium robur adſit, ac iam iam futurus ſi ſit vigor, extemplo fraudentur cibo : ne natura auertatur à ſuo inſtituto, hoc eſt, à pepaſmo, excretione & criſi, ad pepſin. Interdictus ſit vſus carnis & vini. Attamen cùm ſigna coctionis eduntur, vtetur vino aquoſo ; tenui vtatur ceruiſia, vel aqua cum iolabio roſato : Galenus ante vndecimum diem non dat vinum, metu hecticæ. Pomis veſcatur acidis, & prunis. cocta vtatur lactuca, & portulaca ; nam tenuiſſima diæta his vtilis. Si vires frangantur, vtetur iure vitulino, vel pulli, in quo portulaca, lactuca, borago, & ſemina frigida coxêre. Præſcribatur lac amygdalinum, cum ſeminibus frigidis. In tenui diæta non facilè peccabimus per hoc morbi genus : rarò enim fatigat corpus calidum & ſiccum : quare etiam rarò adeſt fracta facultatis vis. Clyſteres ſint modicè refrigerantes, ne nimia vis frigoris ſtringat : & emolliant. Accipe foliorum althææ, maluæ, cuiuſque manipulum : violarum, lactucæ, cuiuſque ſemimanipulum : ſeminis aniſi drachmas duas : pruna octo : fiat decoctio : cuius libræ iunge caſſiæ pro clyſteribus, vel electarij lenitiui teſcunciam : olei violati vncias tres : ſalis drachmam : fiat clyſma. Vtatur iolebo roſato ex decocto endiuiæ, acetoſæ, & talibus cæteris. Confert etiam ſirupus de cucurbita : & ſirupus de acredine citreorum, nam arcet putredinem : oxyſacharum, ſirupus de granatis, & de fumaria. Si morbus vſque in ſeptimum diem ducetur, â phlebotomia illicò detur purgatio : ne ſeroſa & bilioſa excrementa putreſcant, indéque putrida naſcatur febris. Sume talia remedia quæ citra calorem & agitationem id agunt : vt mannam, ſirupum roſatum vel violatum laxatiuum, rhabarbarum, electuarium lenitiuum, caſſiam cum tamarindis, catholicum, typheram Perſicam. Accipe tamarindorum vnciam : pruna octo ; florum cordialium ſemimanipulum : aniſi ſeminis drachmam : coque ex aqua. & in decocti huius tribus vnciis inde ſirupi roſati laxatiui vnciam : mannæ teſcunciam. Hæc purgant, & acrimoniam in ſanguine conceptam extinguunt. Vel teſquidrachmam rhabarbari infundimus aquæ endiuiæ : colaturæ addimus ſirupum roſatum, vel mannam. Si ex bona victus ratione, tertio die videris parum febris reliquum eſſe, nec vlla ſubſint indicia putredinis aut cruditatis in vrina & pulſu ; quinque tunc horis ante ſuſpectum tempus ad balneum ducatur : vt ſi hora duodecima ſuſpecta fuerit, lauet hora ſexta. In vſu balnei abſit materiæ copia ; quare non ſit illa nata ex nauſeabunda ſatietate : nec adſit obſtructio : nec catarrhus frigidus, nec alui fluor. In declinatione conuenit. A balneo nihil detur, niſi decoctum petroſelini : nam iam in procinctu erit paroxyſmus : alioqui pulticulam hordeaceam exhibe. Si prolixiùs excurrit ephemera, abit in putridam vel in hecticam. In putridam, ex cibi copia : & ſi notæ puttedinis edantur in pulſu, excrementis, fœtore. In hecticam, ſi ſqualet naturâ corpus, in inedia ſi verſatur, & ſi ab exhauſtu obnata fuit ephemera.

Cautiones.

Quando.

Cucurbitæ. 1. Aph. 23.

Aquæ frigidæ exhibitio. 9. Meth. 5. fol. 221. Aët. 2. 1. 72.

Dieta. Aët. 2. 1. 73. 9. Meth.

Decocta.

Clyſteres.

Sirupi. 8. Method. 4.

Purgantia.

Balnea.

Signum permutatæ in aliam febrem.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 23 sur 513

CAPVT VIII.

De Febribvs Pvtridis *Generali quodam modo, & omnibus putridis communi. vt De Natura putredinis, & putridarum Causis, Differentiis, Signis, Prognosi, & Curatione generali.*

Galen. 3. De dif. resp. 9. 193. 2. De dif. feb. 7.

PAVCISSIMI sunt morbi quibus non ilicò febris putrida se iungit. adeò vt Athenæus & eius assectæ existimârint, cunctas febres putridas esse. Cuius opinionem enarrat Galenus, nec eam apertè refellere voluit, eo quòd etiam hecticæ febres plerumque ex putridis nascantur. Et sanè hæc opinio antiqua fuit: argumento est scriptum De vetere Medicinâ Æsculapidum, vbi eam vindicat ab iniuria Gorgiæ Leontini, & discipulorum Poli. atque asserit non à solo calore, quod illi dicebant, febres surgere, sed ἐκ δωμάτων: ita vocat quod succis nutriciis inest, vt salsum, amarum, acre, acidum, & cætera talia. Hæc, inquit, cùm à miscella se eximunt, morbos faciunt. Vt itaque methodo quadam naturam Febrium putridarum peruestigemus, ab ipsa essentia & natura putredinis initium faciemus; & primùm variorum nominum, ad putredinem spectantium, rationes dabimus. Cuncta quæ viuunt, vitam haud sortiuntur sine decenti quatuor elementorum mixtione. hac solutâ, vitam deponunt & τὸ τί ἦν εἶναι. Hæc autem mixtio soluitur à causis quæ intùs sunt, aut ab his quæ foris. hinc aput Aristotelem, Theophrastum, & Galenum variæ leguntur corruptelarum ideæ ac nomina. Quæ intùs fit, euenit vel subitò, vel sensim. quæ subitò, appellatur violenta extinctio: vt cùm altè micans flamma strue lignorum opprimitur. Quæ sensim euenit, vocatur μάρανσις & μάρασμος, cùm natiuum humidum à calore exhauritur: hinc ipse calor suo fraudatus pabulo cadit. Quæ à foris, hæc prouenit ab externo calore vel frigore. quæ à frigore sicco, appellatur ἄνανσις, hoc est siccatio: vt cùm plantæ vi frigoris pereunt: nam ἄνανσις est in plantis, quod γῆρας in senibus à siccitate. ita etiam subito incursu frigotis extinguitur ignis. aut fit à frigido madore, appellatúrque σβέσις, vel extinctio: nam ita vocatur extinctio quæ ab alio fit. Aut nascitur à calore: eóque vel valido & ilicò siccante, vnde καῦσις: vel non magno, sensimque in squalorem ducens, appellatur σῆψις vel putrefactio. Illud notandum, cunctas has corruptelas communi nomine φθορὰς καὶ σήψεις dici. quin omnes mutationes in aliam speciem, vt vinum in acetum, ita nominant. Vnde quando Galenus & Auerrhoës scribunt, à frigore externo putredinem trahi, ea sanè propriè dicta putredo non est, sed ἄνανσις vel σβέσις. Est itaque triplex putredo: vna naturalis: eáque duplex, mixtorum, & viuentium. altera est putredo secundum partem, κατὰ μέρος ab Aristotele appellata: tertia, est morbosa. Naturalis putredo mixti, Aristoteli est caloris proprij diminutio in proprio humido, à calore ambientis, per exitum vnà cum humido: ac proinde per dissolutionem humidi cum sicco. At naturalis viuentis putredo est, cùm calidum natiuum sensim extinguitur, appellatúrque senium. Verùm κατὰ μέρος putredo nominatur alteratio & recessus à propria natura: vt cùm aqua incalescit: ac vnde abierat, redit. Talis ferè quædam putredo est Medicorum alteratio ducens ad putredinem; qualis hæc, quæ nihil aliud est quàm humorum solummodo recessus à proprio eorum temperamento. Nam humores cùm ita putrescunt, non omnino intereunt, sed secundum partem. vt cùm alterati à statu suo abeunt: his si citò medelam admoueas, à putredine verâ vindicabuntur. Pronascitur autem hæc putredo ex materiæ alienæ commixtione: vt cùm humor humori miscetur, nam inde eius temperies flectitur in intemperiem. Cùm calor vehementer augetur, fit morbosa putredo. hæc exustioni proxima est. non fit ab occubitu caloris natiui, qui hîc omnino non euanescit, sed solùm mutatur. & veteres omnem mutationem, putredinem dixere. Calore autem ambientis, vt quid putrescat, opus est. & omnium primus dixit Hippocrates, aërem in nostro corpore omnis putredinis authorem esse. Aër autem ingreditur aut per respirationem, vel per transpirationem, aut cum cibo & potu. Hic si intùs prætet naturam cohibeatur, calorem natiuum in æstum abducit, qui etiam tunc humores alterat. Hoc est, quod asseruit Galenus, cùm scribit corpora calida & madida, loco æstuoso ac humido clausa, putrescere ex facili. nam ita vi caloris efferuescentis incandescunt, ac à natura abeunt. Quare Galenus definit Putredinem esse mutationem totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelam, à calore externo. Ferè idem quod Aristoteli dicitur putredo κατὰ μέρος: quæ sumitur non pro mutatione ab esse ad non esse: sed ab esse naturali, ad esse præter naturam. Etenim Medici humores, in initiis febrium putridarum, putridos vocant, vel potiùs adhuc putrescentes. & hæc putredo Medicorum est via quædam, ad illam putredinem quæ aput Aristotelem est mixti corporis. hoc est, ad interitum simplicem, qui totius substantiæ dissolutionem continet. Diximus in Definitione, Totius substantiæ putrescentis. quod nihil aliud est, quàm humidum & calidum natiuum. Hisce enim duobus tota rerum putrescentium substantia constituitur. Imò Galenus scribit, sola illa corpora putrefieri quæ naturam humidam & calidam habent. Quin si altiùs rem peruestigauerimus, deprehendemus, quòd in corporibus quæ putrescunt, (mixtorum etiam naturali putredine,) partes frigidas & siccas non mutari; sed humidum tantùm, & calorem qui humidum gubernat. Quare cùm Galenus dicit, Totius substantiæ putrescentis; calidum natiuum putat, & illud humidum cui insedit illud calidum. Sæpè per putridas febres euenit, vt putredo ea quæ succos inuadit vasorum, non simpliciter sit putredo, sed habet aliquid in se quod mitigari potest à restibili vasorum coctrice vi. Aliud enim pus est, aliud mera putredo. Hæc autem materia febrium putridarum, dum pepasmi est capax, vbi integra natura, ita elaboratur, vt puri respondeat. Propterea scribit Galenus, tot ἐμπυρόματα vrinis misceri, quot in abscessibus puris differentiæ inueniuntur. Quæstio oboritur ex Galeni verbis, Num, cuncta quæ putrescunt, fœteant. Hoc tamen non asseuerat Galenus. Nam non omnia quæ putrescunt, fœtent: vt muscus: & plurimæ arbores, authore Theophrasto, dum putredine afficiuntur, benè olent. Asseruit Galenus, Quòd cuncta quæ corrumpuntur atque simul fœtent, putrescant: non quòd omnia putrescentia fœteant. In putredinem abeunt succi cum obstructione corporis; vel sine ea: attamen per febres putridas nunquam liberum est ab obstructione ita corpus, quin adsit prohibita transpiratio: alioqui fuligines cor non ferirent.

Hactenus de putredinis natura, voce, & definitione.

* *
*

CAPVT

Natura putridarum vnde noscatur.

Varia corruptionis nomina.

Lib. De long. & breui. vitæ, & 3. Problem. 25. Lib. De Igne. 3. de caus. Morb. & De vsu respir.

Extinctio violenta. μάρανσις marcor. ἄνανσις siccatio. σβέσις extinctio. καῦσις vstio. σῆψις putrefactio.

5. Simplic. vbi De putrefacientibus.

2. Artis Med. 5. 3. Collect. 4.

Quid & Quotuplex putredo.

Mixti putredo.

Viuentis putredo.

Quæ κατὰ μέρος.

Causæ putredinis & κατὰ μέρος.

Morbosa putredo.

Lib. de Flebot.

Galeni definitio putredinis. 1. Method.

5. Simplic.

1. De dif. feb. 8. Quæstio.

1. De caus. Plant.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 24 sur 513

CAPVT IX.

De Putridarum Febrium Cauſis. vel De Putredinis cauſis.

CAVSA harum alia eſt efficiens, alia materialis. Efficiens eſt ambientis calor : vt aër, aqua. Aër enim calidus valdè ingrediens noſtra corpora, ſuccos inflammat. Cauſa verò materialis eſt humidum. ita accipe quicquid madeſcit totâ noſtri corporis œconomiâ. id autem varium eſt, vt elementale, nutritium, & excrementitium, & id quod in ſolidis partibus. Elementale, vt aëreum, & aqueum. Aëreum, vt ſpiritus, quibus aliquando putredo bellum indicit, ac citâ morte funeſta eſt; vt olim euenit in Ephemeta Anglica. Si nutritiam humiditatem inuaſit, vt chylum & inteſtinorum ſuccos, naſcuntur modò febres, modò vermes, vel diarrhœæ. Quòd ſi ichorem ſanguinis contaminârit putredo, abripiuntur in ſynochum putridam. Cùm excrementitium ſuccum cepit, vt pituitam, profertur quotidiana : idem de reliquis ſuccis excrementitiis cenſendum. Si carnibus aut adipi ſe inſinuârit putredo, producitur hectica peſtilens. Ita hecticæ quædam febres putridæ ſunt : vt non immeritò Galenus videatur Athenæo conceſſiſſe, febres putridas eſſe etiam hecticas. Si putredo ſtabulatur in lacte vel ſemine, tractis in contagionem humoribus, ad cor iniuria hæc manat. Hæ ſunt illæ putredinis ideæ, quibus corpus noſtrum tentari ſolet. Sunt & aliæ cauſæ putridarum febrium, ex foco putredinis. Nam ſucci putreſcunt intra, vel extra vaſa. Si in vaſis, vel amplioribus, aut exiguis. Si amplioribus, naſcuntur continuæ febres nihil remittentes : Si exiguis, fiunt continuæ remittentes. Si extra vaſa, inde ſurgunt cuncta tumorum genera putreſcentium : & febres intermittentes, ſi in exiguis carnium venis putreſcere inceperint humores. Hæc erat Græcorum, Galeni, & Auicennæ de putridis ſententia. Verùm aput veteres, vt refert Trallianus, variæ fuere de febribus ex putredine natis opiniones. Quidam credidere nullam in venis pullulare putredinem, ſed ſola ex * phlogôſi oriri febres, non aliter ac charta vel pix accenduntur, nec tamen putreſcunt. Argumento, aiunt, eſt lumbricorum in his abſentia. At vermes non gignuntur, ni ſenſim in putredinem quid degeneret. Addunt, Galenum non alias febres quàm peſtiferas propriè putridas appellaſſe. Reſpondemus : opus eſt alta quadam putredine, certóque eius ambitu vt inde pullulet animal : aſt is nobis minimè eſt compertus, imò quidam vnà cum ſemine effudere animalcula. Galenus verò putridas vbi ait peſtiferas, de fœda putredine loquitur, vnde peſtiferæ febres ſurgunt; non tamen negat alias putridas ex minori putredine ortum ducere. Nam vt datur debilis coctio, ita datur debilis corruptio, authore ipſo Galeno. Ex aduerſo alij, cunctos humores in vaſis putreſcere exiſtimabant; & continuas ſolùm produci, quòd ignis ille in quamplurimis craſſis ſuccis flammaret, nec citò inde poſſe extingui. Sed hi rigorum ac frigorum, per paroxyſmos incurrentium, cauſas dare nequeunt. Hi etiam putârunt melancholicum humorem putredine non contaminari : quòd frigida & ſicca non putreſcant. Sed hi falluntur. quamuis enim cum cæteris ſuccis commiſſa melancholia ſqualeat, & algeat : attamen eſt liquor proprio calore præditus. Quidam exiſtimârunt ſolam pituitam putreſcere, quòd phlegma Græcis ἀπὸ τοῦ φλέγειν appelletur. Verùm ita per Antiphraſin appellatur, authore Aureliano : vt Græcis fel dulce dicitur, inquit Plinius. ita Galenus, optabilis, dulcis, formoſæ voces pro rebus contrariis proferri aſſerit. Quidam bilem ſolam putreſcere affirmant, ac hinc febres enaſci. Cui ſententiæ ſubſcribere videtur Hippocrates, vbi ait οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίνονται ἀπὸ τῆς χολῆς. Hoc idem videtur Ariſtoteles adſcripſiſſe Anaxagoræ, nimirum bilem, ſeu bilis receptaculum acutorum morborum cauſam eſſe. Quam ſententiam etiamſi damnaſſe videatur; attamen ſi quis perpendat, vehementiſſimos morbos qui cum ſummâ ſymptomatum vi ſuam abſoluunt hiſtoriam, à feruidiſſimis ac tenuiſſimis ſuccis pronaſci, ac orgaſmos & tranſlationes ſymptomaticas ab his illabentibus in partes principes fieri, rem argumento non carere deprehendet : atque tenuia Ariſtotelis argumenta facilè contemnet, quibus ille debellare Anaxagoram nititur. Cur enim ibi Ariſtoteles laudat veteres, qui fellis inopiæ vitæ diuturnitatem aſcribunt? Veruntamen non ex ſola bile putreſcente tales duci febres, argumenta ſunt quæ per febres manant excrementa, & variæ aliorum ſymptomatum ideæ. Sectatores quidam Auerrhoïdis aſſerunt vredine ſolùm humores in phlogôſin abripi, non putredine tentari, vt in ſynocho ſanguis incendio extra putredinem incandeſcit : facer enim naturæ ille focus ægrè in putredinem abripitur : tutelarem enim vim naturæ habet. Quin, aiunt, flaua bilis citra putredinem tantam flammam concipit, vt febrem proferat. Reſpondemus; dum ſuccorum calor natiuus valido ab æſtu aliò flectitur, gubernacula ſua deponit; hinc illi putreſcunt. Sed dicat ipſe Auerrhoës, cùm febrem definierit, Febrem eſſe calorem conſociatum ex calore natiuo cum putrido; quo modo intelligat in febribus (quæ ab humore) calorem putredine contaminatum abſque putredine? Verum eſt à ſanguinis ſpiritibus, in calorem abreptis nimirum, ſynochos prouenire ſine putredine. Si tamen validè inealuerit ſanguis, putreſcet, labefactato eius natiuo calido. Talis etiam cauſarum cenſus adferri poterit. cauſæ aliæ humores putridos generant : aliæ, genitos humores putredine afficiunt. Generantes cauſæ, vt cibi praui, & intercluſa corporis tranſpiratio; cruditates; hepar ſi caleat, algente ventriculo; omnia quæ obſtruunt ac aluum cohibent. Afficientes cauſæ genitos humores putredine, vt aër peſtifer, ſine prohibita tranſpiratione. Cauſas quintanæ vel nonanæ febris dicemus, vbi De Periodis. Plato in Timæo proximè ad elementa retulit cauſas febrificas : & tertianas ad aquam; ad aërem cotidianas. Contra hunc diſſeruit Galenus octaui libri De dogmatibus Hippocratis & Platonis vndecimo.

1. De diſ. feb.

Aliæ cauſæ.

Variæ ſententiæ De putridis.

12. Lib. 2. * Accenſione.

6. Epid. 1. 28.

Plut. 8. Sympo. 9.

1. De diſ. feb. 7.

Per figuram dictionis.

3. Diatarm. 1.

27. Lib. 10. 3. De fract. 5. Lib. De Natura humana.

4. De part. animal. 2.

Cauſæ aliæ.

11. Meth. 4. 8, 9. 1. De diſ. feb. 3. 2. De diſ. feb. 5. De cauſis Morb: 8. Ad Piſonem De Ther. 16. De inæqual: intemp. 7.

CAPVT. X.

De Differentiis Febrium Putridarum.

HARVM Febrium duæ ſunt præcipuæ differentiæ. Continuatio, & Interpolatio. harum rationes perueſtigandæ. Continuæ quædam ita ſunt continuæ, vt nullam exacerbationem habeant : quòd eodem filo labantur in declinationem. Quædam continuæ febres exacerbantur cottidie, vel ſecundo die, tertio, vel quarto die; quamuis nunquam his febris vacuitas adſit. Et quamuis nonnunquam ex conſociatis febribus ita petennent, attamen continuas has vocamus. Continuæ focum ſuum habent in venis omnibus, vel maioribus. iiſque vel proximè cortangentibus, vel longiùs aliquantulum recedentibus. Dum enim ſucci in venis cordi proximis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 25 sur 513

putrescunt, tunc perenni quodam allapsu, sine vllis induciis, cor putrido calore inquinatur: hinc febris perpetua, sine vlla remissione. Hæc quibusdam concluſa appellatur. talis est synochus putrida, & causus. Cùm verò longiùs materia putrida recedit à corde, remittit illa interdum suam vehementiam, nec tamen intermittit, nec vacuum à febre hominem videas. Si enim tunc in sanguine putrescat pituita, cottidie exacerbabitur: ita & reliqui succi sese periodis suis efferent statis. Nam in venis, vnus ex nutriciis illis quatuor succis, aut eorum ichoribus, putredine contaminari potest, aliis intactis. Nam si etiam alij putrescant, nascentur febres ordinis expertes: &, si tota massa sanguinis nutricia simul putrescat, pestilentes febres gignentur. Hinc est quòd sæpè fallantur Medicorum iudicia: quòd vno exhausto edomitóque succo, mox alter, germen putredinis redolens, putrescere incipiat. Continuæ nonnunquam, per febres continuas, exacerbationes incidunt: quòd exhaustâ parte humoris morbifici à calore febrili, alia pars putrescere incipiat: idque toties dum nihil restibile fuerit. Et quia modò ichores humorum, modò melancholia, modò alij humores putrescunt, separatim, vel iunctim, inde variæ continuarum ideæ, synochus, lipyria, epiala, hemitritæus, continua tertiana, cottidiana, quartana. Variæ febrium formæ pronasci videntur etiam ex fuligine quæ inuadit cor, ac illi calorem importat: nam hæc fuligo est varia, pro natura materiæ putrescentis vnde surgit, & loci in quo putrescit: vt autem varia, ita variè cor in æstum abripit. Hæc enim materia est nutritia, vel excrementitia. Ita Galenus nonnunquam scribit, tumores aliquos surgere ex affluxu sanguinis: hoc est, nutritij. Excrementitia materia, vt pituita in ventriculo: quæ est excrementũ primæ coctionis. ita alia ad intestina, alia ad iecur fertur. hinc variæ febres. Quin quædam pituita est excrementum tertiæ coctionis, qualis illa quæ ex capite promanat, vnde febres catarrhales. Hîc errant illi, qui ventriculo remediantur, quod capiti debebant. Ita etiam varia est bilis: nam alia est nutritia, nimirum quarta pars sanguinis, illa leuissima: alia est excrementitia; quæ etiam gemina, vel vtilis, aut inutilis. Vtilis illa bilis excrementitia, solùm progignitur in secunda concoctione, quæ officinam suam habet hepatiésque flaua vel pallida. In his, cùm febrilem focum habent, extra venas non mouetur materia; attamen rigent, nam acrior aura fertur per totum corpus, (quamuis materia bilioſa non extra venas feratur) & per carnem. Inutilis bilis excrementitia est illa porracea quæ in ventriculo generatur, & æruginoſa, cærulea: nam vitellina in ventriculo non gignitur. Scribit Galenus, cibum in ventriculo corrumpi. hinc febris ex corruptione acidæ pituitæ. vel fit corruptio nidorulenta à bile praſſina, vnde intermittens praua. errant hîc Medici qui sirupos solùm præscribunt, dicatos venis, cùm hæc cloaca ilicò exigi debebat. Sed febrem perpetuam esse aut interciſam, non efficit succi idea. nam vtraque ex eodem succo exardescit iam putrefacto: nam vt est febris perpetua bilioſa, ita etiam est bilioſa interciſa. quamuis, vt ferocior magísque indomita illa fuerit, plus negotij & periculi adferat, ob pepasmi contumaciam; typum tamen seruat naturæ suæ. Quare potissimùm id facit membrum in quo succus putrescit, vt antea etiam diximus, non vi quadam sibi insitâ, sed vt à corde propiùs vel longiùs receſſit. Quidam doctissimi viri putant, febrilis intermissionis & continuitatis causam esse putrescendi modum quo contaminatur succus. Vt si serpat putredo in omnes sanguinis partes, itavt non separatim vnus eius humor putrescat, continuam febrem excitari putant. Etenim nutritius ille qui in venis est sanguis, non vnus succus est, sed ex quatuor succis coaluit. sub idea sanguinis: nimirum ex bile, pituita, sanguine qui κατ' ἐξοχὴν ita vocatur, quique cæteris vnà hoc nomen præbet, & ex melancholia: omnibus nutriciis. Oculis quatuor hæ partes conspicuæ sunt in sanguine extra venas effuso & concreto. Quòd si ergo, aiunt, seorsim vnus horum succorum initium & finem putrescendi acceperit, intermittentem febrem parier. Cùm ergo succi recepti venis ac arteriis maioribus putrescunt, quia simul confusi putrescunt, perpetuas febres faciunt. Cùm verò exiguum est quod intrò putrescit, aut putredo exigua, sid verò quod manifestò putrescit reiiciatur extra venas, aut in locum aliquem, aut in habitum corporis, & periodis quibusdam extrudatur sensim pars post partem, interciſa nascitur febris. Tunc enim irritata vasa excludunt, dum copiâ aut qualitate laſciuientes succi molesti sunt. Si perpetua motio succi adfuerit, & illius irritatio, perpetuam illa adferet febrem. Quòd si viciſſitudinibus quibusdam moueatur succus, (qui sine perpetuo motu intra vasa exardescebat) à partibus tentantibus exclusionem, ac sidat sine exactione succorum ea agitatio, fit continua febris, non continens, hoc est, interdum aliùs sese euchens. Illis horis crescit, cùm copioſior fumus ferit cor, vt commotæ fæces grauiùs olent. Mouentur à synathrismo, ac grauiori putredine. Hinc aiunt, solùm sanguinem synochas febres proferre, qui solus hoc blandimentum habet, vt naturæ familiaris, ardere possit minimè irritatis venis. Sed ardor ille interdum in sanguine validior exardescit, vel exhaurit materiæ partem ob materiæ mollitiem ac corporis raritatem; inde variæ differentiæ synocharum, vt antè definiuimus. Verùm nos existimamus dum tota illa nutritia massa sanguinis putrescit; confusionem maximam sanguinẽ inuadere ac ichores, adeò vt pestilentes proferantur inde febres vi calamitoſa pernicioſæ. Quare cogitent doctiores, num ea quæ primùm dicta sunt, ichoribus succorum nutritiorum ascribi possint. Nam nutritij illi quattuor in sanguine succi quique suum peculiarem ichorem obtinent, vt eleganter docuit Plato in Timæo. Hi intactis sui succi partibus, sæpe putrescere videntur; imò prima pestis contagia accipere. Nam plurima febrium genera sudoribus, qui ab ichoribus fiunt, finiuntur. nec alio modo feliciùs pestis abigitur: nec ipsius sanguinis detractione quicquam in hac calamitoſius: argumento eum non æquè ibi fœdari; qui si abducatur, aut pestifera vi obsideatur, fractis viribus à dissipatis spiritibus, interceptóque nutricatu, pessundantur ægri. Certè cùm substantia humoris in corde putrescit, nascitur putrida febris pestilens. Intermittentes autem febres non fiunt ex humore per totum corporis habitum sparso: nam ictericorum ac elephanticorum corpora tota, ita fœdata sunt; qui tamen nequaquam febricitant. Sed vt intermittentes febres in paroxysmum exiliant, opus est tribus rebus, quarum vna si adfuerit, paroxysmus non fiet: nimirum, vt adsit synathrismus, hoc est, collectio humoris præter naturam. (quod fit in aliqua parte, vbi focus putredinis est, quòd illa repleatur præter naturam, quia suscipit vel attrahit materiam. suscipit, ob debilitatem: attrahit, vi doloris aut caloris.) deinde, vt is humor putrescat. tandem, vt ita affectus humor moueatur, (non autem vt iam motus confideat) à partibus, quæ eius copiâ vel qualitate extimulantur ad eius abactionem. Ad putridæ febris intermittentis essentiam hæc tria requiruntur. quorum nec duo suffecerint. Cùm autem vapor vel succus acer è venis exilit, & cùm inde partes sentientes perreptat, fit corporis quædam concussio, eáque varia, maior vel minor, vt id quod exilit acrius, mitius, vel copioſius fuerit. Etenim si acer hic multúsque fuerit succus & vapor, rigorem proferet: sin mitiora hæc fuerint, eueniet leuis quædam corporis concussio, quam horrorem appellamus. Porrò si humor multus ac acer è venis exciderit, validior quàm à vapore

Fer. fol. 69. 29.

Fer. 97. lin. 16.

De inæqual. intemp. cap. vlt.

Galen. de atrabile 8. 5. Acut. 44. Cautio.

2. Crisi. 6. Epid. 5. 31.

Sanguinis nomen homonymon.

Ichores humorum qui sunt in venis nutriciorum.

Intermittentes febres.

Rigoris causa; & Horroris.

pore mouebitur concuſſio, quô, ſcilicet, craſſior fuerit humor vapore. Reſtibilis autem humor craſſior in venis permanet. Etenim ſi craſſior ille humor è venis excideret, in perpetuam concuſſionem corpus abriperet, longéque maiorem, quàm ſi vel à vapore humoréve tenui fuiſſet progenita: verùm cùm paulo poſt, per febres interciſas, rigorem abire videamus, conſectarium eſt, id quod reſtibile eſt materiem in venis permanere. Huc accedit, quòd ſi materia quæ febris eſt cauſa, è venis in muſculos incideret, ac ibi ſi conſiſteret, tumorem ibi procrearet, qualem non rarò peſte tactis euenire ſcimus, cùm materia validè à natura excluditur. Poſtremò, ſi extra venas, carnibus concepta hæc materia contineatur, quo modo quæſo poterunt tum muſculi tum caro ipſa immunes eſſe à putredine? Videtur ergo humor, in intermittentibus febribus, non hærere extra venas. Sed dices, Si putret in venis, cur ergo non profert continuam febrem? Id fit, quia colligitur in minoribus vaſis, quæ diſperguntur per muſculos & partes, quæ quia longè à corde receſſere, non æquè citò vapor ex illis elatus, cor ferire poteſt: & dum putrere incipit, acrimoniâ ſuâ pungit vaſa quibus continetur, quæ dum excludunt tenuiorem partem, illa putreſcit, ac partes ferit. Sed continuæ naſcuntur in venis maioribus, vel prope viſcera, quia his nunquam deeſt materia putrida, vnde feritur cor. Quare magni ingenij homines non ſatis benè aſſerere videntur, focum intermittentium febrium conſiſtere in ſpatiis circa membra interna, vel in ipſis viſceribus. Nam ipſa viſcera plena ſunt venarum, & cauitates habent vicinas venas. Quare ſi in iis ſtabularetur febrilis focus, & hic ſi locus eſſet vbi primùm igneus calor accenditur, (qui tamen calor priùs non dicitur febris, quàm ad cor, proprium nimirum febris ſubiectum perringat) vix fieri poſſet, quin febres ſemper continuæ, quarum focus in venis eſt non procul à corde quæ abſunt, generarentur. quia materia putrida hærebit locis cordi vicinis & magnis vaſis: quare planè continuæ fient. Quæ verò intermittunt, & quæ periodos habent, generantur, cùm in minoribus venulis & remotioribus locis focus febrilis conſedit. Atque hinc appâret, cur ex intermittentibus continuæ febres gignantur: & ex aduerſo. Quando enim in continuis materia minuitur atque coquitur, & foras pellitur ex venis, ſæpè intermittentes his conſectariæ fiunt. Sicut ex aduerſo, dum diætæ negligens eſt æger, ac per frigora febrilia potat, aucta materia morbifica, geminatáque obſtructione adeò, vt extra venas in muſculos ſpatiáque illa ſimilarium partium excuti nequeat, ex intermittentibus continuæ fiunt. Sed illi obiicient, In intermittentium curatione Medici non collineant ad eam materiam quæ in paruis venis eſt habitus corporis. quin multi liberantur vomitu, purgatione, ſanguinis miſſione, vel haimorrhagia. Reſpondemus, curatiuam methodum id petere, vt primùm cauſa, vnde morbus natus fuit exſcindatur. Quare cùm in pituitoſis febribus prima cauſa ſit pituitâ luxurians ventriculus, ſicut in tertianis & bilioſis iecur & fölliculus fellis, in quartanis lien: neceſſe eſt vt iis membris, quæ materiam & fomitem ſuppeditant, non tamen foci ſunt, ſuccurramus. Sicut in continuis, ne ſanguinis emiſſionem negligamus. Quare non ſine iudicio applaudendum nouis ſententiis. Nec, quòd illi putant, cogimur omnium morborum ferè cauſas, ad illos humores qui in venis ſunt referre. nam ex apoſtematibus, inflammationibus viſcerum, & aliorum membrorum, febres continuas, atque interdum interpolatis reſpondentes, (dum tenuiores viſcerum venulas occupant ſucci morbifici) cum Galeno oriri putamus. Secundò, quod aiunt abſurdum eſſe, ineunte paroxyſmo materiam è venis in habitum corporis propelli, & extimas in partes, vt manus, pedes, naſum: nam hæc primùm ferè frigeſcunt: Reſpondemus, non neceſſe eſſe vt humores ad loca remotiſſima pellantur: ſed ſatis eſt, vt ad vicina. Quòd verò partes frigeſcant, id euenit palindrome calidi natiui, quod intrò viam affectat. Tertiò obiiciunt, ſi intermittentium focus in venulis eſt, cur in continuis, quarum focus magna vaſa, portio ſuccorum putreſcentium in habitum corporis non effunditur, quæ ſæpè rigorem efficiat? Nam inuadunt plurimæ harum cum rigore; cur deinceps id non euenit? Dicimus quòd Natura adhuc vegeta nondum alta putredine in ſanguine concepta, excludere poteſt tenuem bilis partem: vnde initio continuarum oboritur rigor. Vt verò putredo cepit, oppreſſo calido natiuo, exigere materiam nequit, niſi reſoluat primùm eam in vapores vel ſudores. Sed in principio alacrior natura poteſt excludere: at poſtquam incrementa duxit materia, ac calidum natiuum infimius in putredine redditur, nequit ipſos humores è venis expellere, niſi reſoluantur ac ſeparentur: itaque putreſcunt ibi vbi collecti erant. Quartò hoc argumento nituntur: Per rigorem & horrorem febrium intermittentium, vrinæ meiuntur albæ & tenues: ergo tunc intrò, non foras mouetur bilis materiáque febrifica. Reſpondemus, id arguere maximè tranſlationem aliò eorum humorum qui vrinas inuadere ſolebant. Progreſſo verò paroxiſmo euadunt coloratiores vrinæ & craſſiores, quia fuligines genitæ in venis ab æſtu febrili, in vrinas affunduntur. At, aiunt, interdum tota febris intermittentis hiſtoria vrinæ appârent bonæ ſubſtantiâ, colore, & hypoſtaſi: argumento, venis focum hunc febrilem non ſtabulari. Nos magnis venis hunc focum non aſcribimus. & tamen rarò fit, quin vrina plerumque hîc vitium habeat in ſubſtantia, calore, & hypoſtaſi. De hypoſtaſi, quod vrgent, bona per has febres, id ſanè non magni momenti: cùm interdum in pernicioſis ac cõtinuis febribus illa alba edatur, nõ à materia morbifica, ſed à portione chyli quæ ſubterfugit aſſimilationem, cùm crudior eſt, quàm vt in ſanguinem verti poſſit. Addunt, In tertiana exquiſita, intermittente, extremarum partium frigus percipitur: ergo bilis ibi flaua non effunditur in habitum corporis; nam ea eſt calida & acris. Dicimus bilem proferre ibi frigus per aliud; nam calidum natiuum intrò tunc ſe vertit, ac moleſtiam hanc refugit: vnde externa ſuo calore ſpoliata algent. Subdunt, Quartana continua rarò moleſta eſt, quòd rarò melancholia putreſcat in vaſis: at quartana intermittens frequentiſſima eſt: ergo in vaſis harum focus latere nequit, quia ibi rarò putreſcit. Fatemur melancholicum ſuccum non æquè circumfluere, attamen cottidie, ex membrorum debilitate ac calore febrili ſuccreſcit; ita vt craſſitie tum perenni illa generatione ſufficiat tot paroxyſmis mouendis. Compoſitarum febrium rationem vt reddamus; & cur in tertiana duplici bilis portio cotidie in habitum corporis pellatur; Hanc damus: Compoſitæ febres naſcuntur, vel quia eiuſdem naturæ ſucci diuerſis temporibus in diſſitis locis coacteruantur; qui propterea variis temporibus naturam ad excluſionem irritant: vel interdum non eiuſdem ideæ ſucci, in eiſdem locis, vel non eiſdem locis, eodem vel alio tempore congeruntur; qui eodem ſynathriſmi loco putreſcunt, vel aliò effunduntur vbi putreſcunt. hinc polydædalæ febrium ideæ, & diuerſæ variis temporibus excluſiones ſuccorum. Poſtremò curationis legem adferunt. Si, dicunt, materia febrifica eſt in venis, phlebotomiâ ſolâ cutabuntur: at hæc febrem non tollit. Reſpondemus, & continuas febres non ſolùm phlebotomiâ curari, verùm & pharmaciâ & diætâ: quibus redintegrantur membra, ne nouam

Cõtra Neotericorum oppugnationem de foco intermittentiũ febrium.

I.

II.

III.

IV.

Ad alias eorum rationes.

1. Criſis. Objectio.

Compoſitæ febres.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 27 sur 513

©BIUM

materiam febri gignant, vnde iterum ſynathriſmus ſuccreſcat: atque his humoris febrilis impetum & focum frangunt: ſuccos collectos temperant, attenuántque, ne naturam ſtimulent. Quin, quod omnium eſt commodiſſimum, obſtructa aperiunt, quô via detur effluentibus ſuccis, adeò vt non ampliùs illorum congeſtio aut putrefactio fiat. Sed nos etiam nouas eorum rationes perpendamus, non ſine ratione, num veterum ſententiis meliùs poſitæ ſint. Intermittentium, dicunt, ſedes & origo in prima eſt corporis regione circum præcordia, circum ventriculum, diaphragma, iecoris cana, lienem, pancreas, omentum aut meſenterium. Sed ſi hoc verum eſſet, vix ictericus febris expers vnquam foret, tunc enim folliculus fellis bile circumfluit: vt in ictero nigro melancholicus ſuccus etiam lienem occupat: at febris his abeſt. Præterea ſi contaminata materia ſtabularetur in parte præcordiorum exquiſiti ſenſus, nulla eueniret interalaris febris abſque præcordiorum acerbo dolore ac oppreſſione; quod falſum eſt. At, vt aiunt, dum pars vlcerata pungitur, fit horror, ob inſignem ſcilicet dolorem. (refero argumentum) ergo etiam in intermittentibus, cùm materia morbifica pungit præcordia, dolorem inferet, cuius ratione horror totius oboriretur. at hoc non euenit in omni febre intermittente. Quotidiana, aiunt, euenit, cùm pituita in ventriculo laſciuit. Imò Ariſtoteles negat vermes ibi gigni, quòd tantus caloribi concipi nequeat, vt putredo ibi fiat: ergo, nec febres ibi à pituita putreſcente ſuum habebunt focum. Præterea, ſi bilis putreſcens in inguine, author eſt febris continuæ, cur eadem circum præcordia putreſcens potiùs intermittentes adferet, maximè cùm tota materia eô conſedit, nec aliunde importatur? Quin ſi hæc putredo focum ſuum habet circa membranas præcordiorum, perennis ibi dolor in querela eſſet. Sed iam abeo, quòd antea etiam has ſententias concuſſerimus.

Nouarum rationum examen.

4. Meteor.

CAPVT XI.

De Periodorum ac Paroxyſmorum natura & cauſis, quid ſint, & quid eorum formam mutet.

Periodus quid.

PERIODI & Paroxiſmi maximè febribus intermittentibus aſcribuntur. eſt autem Periodus tempus intenſionis & remiſſionis febrilis: à quo fit reditus à ſimili, ad ſimile. Nam Galenus diuidit periodum in intenſionem & remiſſionem. Intentionis tẽpus dicitur Paroxyſmus: nã Paroxyſmus nihil aliud eſt, quàm deterius Periodi tempus. Priſcianus vertit paroxyſmũ commotionem, & exagitationem. At Typus febris, eſt ordo & forma periodi, hoc eſt, intentionis & remiſſionis. Ad putridæ febris intermittentis eſſentiam tria requiruntur, morus, putredo, & coaceruatio. Quorum nec duo ſuffecerint. Nam in ſuccedentibus paroxyſmis triplex materia putreſcit: vna eſt caput rei, vt in quartana melancholicus ſuccus: ſecunda eſt reſtibilis materia putrida à præcedente paroxyſmo, éſtque illa vaſis elapſa: tertia, eſt ſanguis effluens in hanc partem; qui cùm non diffletur, ſuccíſque miſceatur contaminatis, in infirma hac parte putreſcit. Hunc ad ſanguinem collineans Galenus, ſcripſit, vndecimo Methodi, præclarè emitti ſanguinem in omni febre putrida. Humor enim non excitat intermittentem febrem, niſi cùm putruerit: ille, niſi moueatur, nunquam febrem dabit: neque ſi moueatur, erit febris, niſi adſit putrida coaceruatio. nam ſi pituita non putrida mouetur, fit rigor ſine febre. Cauſas in primis videamus Periodorum ac Paroxyſmorum vniuerſales: mox, cur modò certis, modò incertis ſpatiis recrudeſcant. Particulæ cuique à S. Deo illud inditum eſt, vt quod illi noxium eſt longè à ſe repellat, hócque perpetuò facit, niſi aut fracta fuerit eius genuina vis, aut partis vicinæ potentiâ prematur. Frangitur labefactatúrque genuina eius vis cùm materiæ copiâ vel prauitate opprimitur. Copia materiæ in parte coaceruatur, vel alicunde in partem illam irruit. Coaceruatur, dum flectitur partis temperies, ita, vt eius calor minimè coctionem promoueat, adductúſque ei ſanguis ad nutricatum, oneri eſſe incipit: & etiam naſcitur hæc coaceruatio materiæ, à tardeſcente vi expultrice partis, vel à lenteſcente ibi materia, aut, dum infractu fatigatur pars, indéque fuligines cùm detinentur. hinc enim fit, vt illa quæ obſtruunt, & illa quæ obſtruuntur, tandem putreſcant. Sin verò materia affluat, id fit orgaſmo, vel cùm pars mittens effundit ſe in contentam, vel doloris vi. & hæc cauſa eſt quòd ophthalmiæ quædam ſingulis diebus, aliæ tertio die infeſtent. ita aurium ac capitis quidam dolor: quin arthritis etiam ſuas nouit periodos. Argumento ſunt venæ. quæ tunc in his partibus attolluntur: nam id etiam in internis, vt in pleuritide & peripneumonia euenire, author eſt Galenus. Vnde huiuſmodi excrementa præter naturæ legem coaceruata cùm adeò luxuriant, vt à calore natiuo ampliùs cõtineri nequeant, incaleſcunt ac putreſcunt: nam putridis iam etiam excrementis remiſcentur, nec difflantur commodè. Putredinem autem natura vt arceat, mouet, dum extimulatur pars materiæ iniquitate: hinc febres. Vt autem certis temporum curriculis noua materia congeritur, putreſcit, ac mouetur, ita varij febrium paroxyſmi ac periodi naſcuntur. Nam dum cauſæ perſeuerant in corpore, nimirum congeſtio ſuccorum, foméſque caloris in cineribus reſtibilis, (vnde putredo, ac putridi ſucci motus) non mirum videri debet, ſi idem redintegretur affectus, hoc eſt, nouus paroxyſmus. &, vt obiter id dicam, quò fuerit cauſa maior febris, eò eſt paroxyſmus diuturnior: vt in tertiana ſi plurima materia adſit, vel ſi fuerit bilis: æruginoſa craſſa. Et hinc eſt quòd hypoſtaſis bona declarat, ad febris declinationem iam ventum eſſe: nam focus in quo latebat calor præter naturam, tunc excluditur. Generantes & ſuppeditantes autem partes, ex quibus cauſa antecedens in focum febrilem, (qui eſt in habitus corporis venis) emittitur, plures eſſe poſſunt, cerebrum, ventriculus, hepar, venæ, lien: harum enim ratio ſemper in curatione habetur. Intermittunt autem febres, cùm materia non ita eſt pertinax, nec eâ putreſcat copiâ quin tota ea quæ partem irritat, poſſit conſumi. Remittunt tantùm, cùm materia, antequam ſit exhauſta, nouum putredinis exordium ſumit. In continuis verò periodi non fiunt, quia tota materia præſens eſt, ſimúlque inflammatur tota, ignémque conceptum tam diu retinet, dum materia exhauſta ſit putrida. In intermittentibus, variis temporibus conſociatur materia, vel per affluxum, vel per ſynathriſmum ſenſim. Cùm per ſynathriſmum, potiùs ſtudendum vt arceatur ea congeſtio, quàm inanitionibus vt operam demus. Cauſa cur modò ordine affligant, modò ordine nullo: cur modò anteuertant, modò diuturnior inuaſio ſit; horum, inquam, cauſa eſt materiæ vis, corporis diſpoſitio, & errata ægrorum. Cùm in parte focus eſt permanens intemperiei, neceſſum eſt nouum ibi gigni febri excrementum, ab eo ſanguine qui nutricatus cauſâ allabitur, nec totus mitigatur, ſed ab excrementis putridis in parte relictis, & ab ipſa propria prauitate initium putredinis ſumit. Materia vnius generis, vniformes periodos facit: virtus robuſta, breues adfert paroxyſmos: error, deformes & inordinatos facit. Statas periodorum vices facit eadem materiæ qualitas

Galen. 2. de diff. feb. 5.

Eleganter de hu Gale. nus 2. De dif. feb. 14. & ſequent.

2. De dif. feb. 13.

2. De dif. feb. 4.

3. De Præſag. ex pulſu.

Cur remittant.

Cur ordine vel nullo ordine recedant paroxyſmi.

Fer. 109.

tas & copia, cadémque naturæ vis. Sed tria à nobis explicari debent, vt periodorum & febrium intermittentiũ ratio in aperto ponatur. primò, cur ineuntibus paroxyſmis anomalia, frigus, vel horror, aut rigor appareat. Secũdò, periodorũ quæ ſit ratio; cur in febribus quædã ſint cottidianæ, tertianæ, quartanæ: nã & nonanas Hippocrates vidit. tertiò, num ſucci cùm fluunt ab vna parte in aliam, vt febrim efficiant, ſint putridi: vel num ſolùm vbi iam conſedere in parte, in putredinem abeant. Primæ ſententiæ rationem hanc adfert Galenus; anomalia, frigus, horror, rigor, differunt cauſæ copiâ, acrimoniâ, & motionis impetu. Hæc, ſi vehementia fuerint, rigorem: alioqui horrorem: ſin mitiora, frigus vel anomaliam adferunt. Vt ſi benigna ſuauiſque pituita excludatur, quæ nec copiâ nec qualitate validè fatigat, naſcetur anomalia, nam reluctatur infeſtanti humori aliquantulum calor natiuus. Sin humor vel vapor acredine ac copia bellum moueat, ac ſe traiiciat per membra ſubitò, horror eueniet, vt in tertianis nothis: à calido natiuo refugiente huc ac illuc. Sin copioſi fuerint ſucci valdè frigidi, & confertim ſe effuderint per ſenſibiles partes, intrò viam affectat calor, hinc frigus, vt in quartanis. Si his mordacitas acceſſerit, rigor oritur; & vegetus calor reluctatur. Sin fractus calor natiuus fuerit, modò cedit, iterúmque contendit, vnde concuſſio illa & tremor. Eſt autem rigor, inæqualis partium totius corporis concuſſio, cum ſenſu perfrictionis dolorificæ per affectionem caloris natiui, à contrariæ materiæ occurſu. Dum enim ex venulis in habitum corporis materia vel vapor acrior, aut quauis ratione vehementi cum incurſione moleſta, ſubitò excluditur, ferit ac peruadit quaſi membranulas illas quibus omnes partes corporis iunguntur. inde dolorifica refrigeratio naſcitur in cute. Totum enim corpus, ſpatiis alioqui inanioribus futuris, membranulis repletur, quibus, veluti arctiſſimis vinculis, partes conſociantur. Hæ ſunt illæ membranæ, quæ in ſectione anatomica maximam obſcuritatem pariunt, ac ita cunctas nectunt ac inuoluunt partes, vt omnem earum diſtinctionem obumbrent; ab anatomicis non benè depictæ aut diſtinctæ. Hæ, vt & cæteræ membranoſæ ſenſiléſque partes, à fœdis ſuccis ac vaporibus cùm confertim feriuntur, refugiente & obluctante calido natiuo, hæc ſymptomata iam dicta proferunt. ita cùm contraria hæc materia occurrit, in ſuperiori ventre, vbi neruoſæ ſunt partes, calido natiuo rigorem etiam adfert. nam ſecundæ venæ non modò in exterioribus, ſed etiam in partibus internis terminantur, & febrile excrementum etiam eò deponere poſſunt. In rigore autem duo eueniunt, expultricis motus in omnibus membris, & motus reciprocus caloris natiui. Differt autem copiâ cauſæ, acrimoniâ, motionis impetu, qui pendet ex facultate expultrice. Eſt triplex rigor, periodicus, criticus & ſymptomaticus. Iam ad ſecundam ſententiam à nobis propoſitam venio. Variæ fuere de periodis ſententiæ recentiorum & veterum authorum. Aſtrologi, quòd ſtatis ita vicibus recurrerent febres, ab aſtris fieri dicebant. Saturni enim filia melancholia, Moloch (Chaldæis) aſtri, id eſt, Saturni motum ſequitur: bilis Martem; ſanguis Iouem, qui Remphaam Chaldæis, Græcis βροντὴν, ζεὺς φαέθων appellatur: pituita Lunæ motum imitatur. Etenim cottidie motam Lunam oculis animaduertas, vt Saturnum die quarto. Hos motus ſequi ſuccos putant. Mirandulanus Comes hos refutauit: & nos non vniuerſalem, ſed propinquam cauſam quærimus. Alexander in Problematibus, quem ſequitur Montanus, humorum copiæ aſcribit paroxyſmorum vices: nimirum quò fuerint illi copioſiores, hôc fore frequentiores paroxyſmos. At in pluribus corporibus melancholia ſuperat copiâ flauam bilem, & ſi hoc verum, frigora quartanæ eſſent mitiora cottidianæ, nam pituita eſt in corpore vberior. Sed vt has illaqueationes vitaret Alexander, ſcripſit, non ſolùm humorum copiam, verùm & humorum naturã, vt qui vel facilè vel ægrè putreſcũt, periodos efficere. Sed ita pituita faciliùs putreſceret (quia cottidie affligit ea) bile. Verùm hoc omnes negant; nam frigida & humida non æquè facilè putreſcunt. imò rarò cottidianæ eueniunt. Auicenna, & cum eo Arabes omnes, Gentilis & Iacobus de Partibus, circuitus hos occultæ humorum proprietati tribuunt: exiſtimantes proprietatẽ ſpecificam eam eſſe (vt eavis quâ magnes trahit ferrũ) qua certis ſpaciis mouerent ſe humores: vt bilis, tertio die. Idq; ex Galeno, qui aſſerit pleuritidẽ ex bile: morbos lienis, ex melãcholia ſuos paroxyſmos habere & certis periodis. Reſpondemus, Si ea proprietas hunc affectum moueret, perpetuò eiſdem curriculis recrudeſcerent paroxyſmi, nec à facili occaſione peruerterentur: quare à materiæ potiùs qualitate & copia, vel aliis talibus rebus pendet hæc cauſa, cùm non ſemper eodem filo fluant periodi. Nam ſuccorum copia & qualitas diætâ augentur, minuuntur, mutantur; non autem his flectitur rerum proprietas. Præterea, ſi victus ratio periodos inuertat, & non vertat humorum proprietatem, ſed eorum copiam & qualitatem, proculdubio hæc proprietati aſcribi non poterunt. Huc accedit, quòd plures ſint febrium circuitus, quàm humores aut humorum proprietates. Quinto enim die quædam febres, inquit Alexander: ſunt quæ ſeptimo, ſunt quæ nono die redeant. & Galenus, de Typis, earum meminit: & etiam Auicenna vſu eas ſe deprehendiſſe aſſeruit. Quare aut proprietati cauſa adſcribenda non eſt, aut tot adferendæ proprietates, quot febrium periodi & paroxyſmi. Si à proprietate fiunt paroxyſmi, cur in morbo regio inſultus non præbet humor? Præterea, ſi menſes muliebres proprietati tantùm, non manifeſtæ qualitati aut copiæ ſuum excurſum debent, ſanè ex vna illa ſua proprietate, ſingulis menſibus, adeóque ſingulis menſium diebus recurrent. Sed ſæpe bis térve in menſe, modò initio, iterúmque in fine, ex varia qualitate & copia ſanguinis effluunt: & cunctis menſtrualibus effluũt, ſiue ſint pituitoſæ ſiue bilioſæ. Auicenna quoque ipſe cauſam febris quintanæ & nonanæ humori aſcribit febris quartanæ, ſed minori. Ergo vel ipſo etiam iudice, humoris copia, alicuius circuitus erit cauſa. Deinde, ſpecificæ corporum proprietates actum proferunt ſuum dum integra earumſunt corpora, miniméque corrupta, aut temperie ſua exuta. ſed in periodorum viciſſitudinibus humores à lege naturæ abierunt. propterea proprietates eorum operari non poterunt. Vt hoc argumentum euitaret magni ingenij vir, dicit non eſſe proprietatem humoris, ſed putredinis. Reſpondemus, Ergo quacumque putredine tacti, hoc agent. Quare itaque dum magnis in vaſis putreſcunt, ſuam vim illam non proferunt? cur intermittentem non proferunt febrem propriis periodis reſpondentem? Sed dices, Auicenna ſcribit, acceſſiones febriles quintanas, ſeptimanas, nonanas (de quibus agit Hippocrates primo Epidemiõn) ex parua melancholiæ copia oriri: Cur ergo, ſimili ratione, ex minori pituitę copia, tertiana nõ oritur? Cauſã adhuc non potui inuenire aliã, quàm quòd humor melancholicus ſit omniũ maximè terreſtris, & omniũ difficillimè diſcutiatur, quodque nec putredine, nec vſtione in aliũ ſuccũ permutari queat. Veluti pituita, dũ non eſt ſegregata à ſanguine, ex putredine in aliquã flauæ bilis ſpeciem, & hæc in atram tranſmutatur. atra verò, in nullum aliud humoris genus, ſed tantùm in deteriorem naturam abit. Cùm itaque bilis vel pituita aliquando

I. Gal. 2. De cauſ. Sympt. 5. Vnde anomalia, frigus, horror.

Rigor quid. Et quòd fiat ex naturæ conflictu: intrò ſe recipiente, calore. 8. Epid. 5. 31.

II. 3. Del dieb. decret. 8. 3. Contra Aſtr. 17. 2. Probl. 10.

Num proprietas ſpecifica id agat. Auic. De feb. apoſtem. 1. Apb. 12.

2. Problem. 10. Hipp. 1. Ep. 3. 2. Fend. cap. 4. 71.

Dubium. 3. 7.

aliquando congeruntur, tam exigua in copia, vt ſtatuto ſuo die paroxyſmum inferre non poſſint, diſcutiuntur vel euacuantur ita, vt nulla planè febris recurrat. Aut ſi non euacuantur, in aliud humoris genus mutatæ, aliam febrem diuerſam, maximeque erraticam inferunt. At melancholiæ nihil horum euenit, vt quæ ad euacuationem & diſcuſſionem minimè apta ſit, quæque in humorem alterius generis mutari nequit. Sed quænam cauſa eſt inæqualitatis febrilis, ita vt homo iiſdem partibus calorem & frigus percipere videatur? Huius cauſa eſt, inæqualis calidi natiui motus. non quòd febris, modò augeatur, modò minuatur: ſed quòd corpus contrariis qualitatibus, frigoris, inquam, & caloris affligatur: quod Galenus nec præter rationem ita fieri aſſerit: quamuis Phyſico axiomati id aduerſetur. Exiſtimârit aliquis id fieri poſſe, cùm non eadem vi ac eodem gradu qualitates in vitio ſunt. Verùm nos exiſtimamus non modò febrem vllam, ſed ne morbum quidem vllum poſſe eandem particulam contrariis qualitatibus, quæ eâdem vi micant, afficere. Et quamuis in epiala febre id euenire Galenus aſſerit, id tamen ita fieri interpretamur, vt exiguæ admodum corporis partes incaleſcant, iterúmque aliæ frigeſcant. Quæ cùm admodum exiguæ ſint, tactúſque eas diſtinguere non poſſit, eadem omnino pars & frigore & calore perfundi illis videtur. Hocipſe Galenus his verbis innuere videtur, In febribus epialis refrigeratur & incaleſcit corpus, cùm calidum & frigidum aſpergatur corporis exiguis particulis. cùm enim corpus per minimas partes frigore & calore aſperum eſt, nullam poſſis particulam deprehendere, in qua alterum non ſit. De Periodorum ac Paroxyſmorum cauſis, inter cunctos Medicos veriſſimam ſententiam attuliſſe videtur Galenus, qui geminas cauſas adfert, nimirum ſanguinis, quo nutritur pars, varietatem, & partis quæ nutricatu fruitur, naturam ac temperiem. Humor ergo qui coaceruatur, vel is qui aliquando influit in partem, potens eſt ad hanc rem: conſpicuum id inde eſt, quòd cùm flaua bilis in atram abit, fit, ex tertiana, quartana. Et humor variis rationibus à tẽperie, ſubſtantiæ modo, ſuáq, natura abire poteſt: eiúſq; copia accîdi vel augeri: motus eius variari poteſt: quin ipſa pars, hoc eſt, ipſe focus febrilis, hoc eſt, fomes caloris putridi qui reſtibilis eſt à quolibet paroxyſmo, modò hoc, modò illo modo diſpoſitus eſt, vt inde variæ ideæ ac tractus periodorum fiant. Nam vt olla recens nidorem retinet, ita febrilis foci venæ & vaſa. Et talis affectio partibus impreſſa ægrè cedit cùm corpus ſuccis circumfluit nimis, & infarctus meatuum ſi adſit, ac partis fracta œconomia ſi iacuerit. Dum iſta perſeuerant, etiam paroxyſmi recurrent. Quo itaque ſuccus citiùs putreſcit, eo citiùs redintegratur paroxyſmus. Citæ verò putredinis cauſa, eſt ſucci copia, & qualitas. Vt pituitæ magna copia eſt, ex craſſa alimenti parte, & in ipſo ventriculo gignitur facilè, nec diffiatur facilè. & hæc in parte maius relinquit inquinamentum. Iam itaque dico, cottidiana inuadit ex multa craſſa pituita: & propterea hæc non diſſoluitur, cùm nec calor vehementer eam exerceat, ac fomitem caloris magnum retinet illa pituita reſtibilis, vnde ex ipſa nouus facilè ignis exardeſcit. Sed cur ita ſtatis periodis recrudeſcit? Id fit ex menſura coaceruati ſucci, quæ nobis indeprehẽſa eſt. nam vbi eadẽ diſpoſitio eſt corporis, & partis vbi focus eſt febrilis, eadẽq; copia & qualitas ſuccorum dum allabitur, eodem modo periodi recurrent. Neceſſe enim eſt, æquale ac ſimile quod ab eadem alteratur facultate, æqualia ac ſimilia fiere excrementa. At tantum bilis coaceruatur tertio die vt naturam ſtimulet ad ſui excretionem. His adde naturam partis in qua focus. Tertium quod à nobis propoſitum erat, nimirum num ſucci putridi extrudantur: vel num extruſi in putredinem abeant. Dicimus humores dum fluere incipiunt non eſſe putridos: nam dum putreſcunt fiunt paroxyſmi. Sed cur ergo natura excludit eos? quia copia & qualitate cùm iam putreſcant, ſtimulant naturam. Habitat cauſa febrilis intermittentium in venulis habitus corporis: quæ cottidie alitur ex humoribus viſcerum ac maiorum venarum. Ibi in venulis igitur coaceruata, qualitatem malam bibit ex vicino foco, (vbi reſtibile empyreuma) ac copiâ víque creſcente, ſtumulatur excretrix, eliditúrque hæc materia in habitum corporis. Ac ita putreſcens vapore ferit membranulas, & membranoſas partes, vt antea diximus, hinc anomalia, vel frigus, horror, aut rigor. Iam ergo patet cur ſtatis certiſque periodi vicibus interdum recurrant, & quâ cauſâ varient. Si enim bilis, quæ tertianam intermittentem accendebat, eadem permanſerit copiâ & qualitate, tertio die certo ordine certáque hora febris recurret, qua inuaſit primùm. Aut ſi acrior vel auctior reddita ſit, affliget citiùs: ſin languidior fuerit iam eius vis, & copia minor, tardiùs incumbet. Sin in atram bilem tranſierit, quarto tunc die mouebitur. Sed illud notandum: Cùm ob humoris mutationem & mutatam victus rationem non certis temporibus redeant febres, falli interdum Medicos ab implexione paroxyſmorum incognita ſibi; quam putant inuaſiones ordinis expertes.

Causa anomaliæ.

De inæquali intemper. 2. De dif. feb. 3. Simpl. 15.

De inæquali intemperie cap. 11.

Vera ſententia.

2. De dif. feb. vlt. fol. 157. lin. vlt. Et cap. penult.

2. De dif. feb. 16.

III.

CAPVT XII.

De Signis, ex quibus cognoſcimus febrem putridam eſſe quæ infeſtat. & quænam illa ſit. Et de Signis temporum febrium.

POSTQVAM iam tranſegimus de iis quæ ad febrium putridarum naturam, generationem communem, cauſas, differentias, periodóſque attinent, nunc harum ſigna depingenda nobis ſunt. Etenim non magni vſus fuerit, cuncta prædicta in numerato habere, niſi notæ quædam nobis competerẽt, quibus in cuiuſque febris cauſæ dignotionem veniamus. Primùm compendiosè, mox fuſiùs aliquantulum hoc agemus. Communia febrium ſigna deſumuntur ab eſſentia febris, hoc eſt, calore, quo corpus plus vel minùs foris acri ac pungenti, vel intùs moleſto affligitur. Vel ab effectibus, vt pulſu celeri, frequenti, & ſubinde inæquali; virium languore, & ſubinde imbecillitate totius corporis, eiuſq; grauitate, ſiti, linguæ ariditate, vrina ardẽtiori. Vel à cauſis: vt à cunctis his quæ vel intùs aſſumpta, vel foris admota: aut è corpore abducta, vel in eo retẽta febrem excitare poſſunt. Iam ſingularum febrium ſigna facilè ex his peti poſſunt. Putrem verò à non putri diſtinguet in primis rigor, horror, aut frigus, pulſus inæqualitas, mordax acriſque calor, vrina crudior: plethora, cacochymia; hypochondriorum diſtentio, difficilis reſpiratio, nauſea, vomitus. ſic alui vel vrinæ copioſa vel planè ſuppreſſa excretio. Hæc dicta ſint breuiter: iam aliquantulum prolixiùs id agamus. Signa, vt etiam in reliquis morbis captandis ac dignoſcendis, petuntur ab accidentibus, actione læſa, excrementis, cauſa morbi, & figura febris. Ab accidentibus, vt hîc à qualitate caloris: nam in putridis febribus nihil eſt moderatum aut ſuaue, omnéque blandimentum abeſt, ſed mordax calor tangentem ferit manum, non aliter ac fumus oculos & nares: maximè dum ad vigorem ſurgit paroxyſmus. At acris crodensque calor, inquit Galenus, eſt ſoboles putredinis.

Vide Galen. 1. de dif. feb. c. 11. 4. vſque ad 13. Fer. 99. lin. 4.

Ab effectis. A cauſis.

A ſymptomatis in qualitate mutata.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 30 sur 513

1. Dif. feb. 7. tum. Alij cobices 9. capit.

dinis. Calor itaque maior flammat in putridis febribus, quàm in hecticis: cum minori tamen ariditate, attamen mordax est cùm manu sentitur: at hærente manu, acrimonia aliquantisper vinci videtur: hæc talis febris biliosa erit. Sin ex aduerso, primus occursus non præseferat acrimoniam, & mordacitas sensim increscat ad tangentē manū, pituitosa hæc febris erit, vel melancholica. Quòd si illa mordacitas quæ succrescit, non æqualiter manus partes feriat, sed si veluti punctio multarum acuum adsit: aut, vt scribit Galenus, veluti per cribrum inæqualiter prosiliat, ac primo occursu sit vaporosus potiùs quàm mordax; sed si sensim accedat mordacitas, erit pituitosa. Inæqualitatem hanc habent solæ pituitosæ, quòd crassi succi lentè tenuentur, nec toti, nec æqualiter; sed quod computruit, extenuatur solùm, & foras fertur. Et à dolore capitis putridam esse agnoscimus. Sed dices, Ephemeræ febres etiam fiunt ex dolore capitis. Dicimus illum præcedere ephemeras: at in putridis sequitur. Et linguæ nigredo putridam loquitur. Referes, Galenus ait nigredinem nasci ex ventriculo, vbi is imbuitur talibus succis: ergo hæc nota non arguit putredinem. Respondemus, Si linguæ nigredo prouenit ex aduſtione, erit proprium signum putridæ febris: si non inde fuerit nata, ita imbui lingua poterit ex succo atro qui ventriculum peruasit. Nam, authore Aristotele & Theophrasto, corpora ex variis causis nigrescunt, vt aduſtione Æthiopes: putredine senes: siccitate sanguis: vel quia fuligine obliduntur, vt culinæ à fumo. Quare si siccitas adest linguæ vnà cum nigredine, erit ab ardore illa nigredo. Ab actionibus læsis etiam signa ducuntur: ab animali actione, vt à delirio feroci biliosa febris notatur. A pulsuum motu: nam cùm ad vigorem venitur, magni, celeres, crebri, inæquales, ac systoles celerrima contractio, putridam arguit. Sed hæc omnia moderata eueniunt per pituitosas febres. At in melancholicis febribus pulsus sunt rari, ac magnitudine mediocres. Ineunte febre putridâ, calor non est magnus, nondum enim computruit materia: & tunc pulsus retractatio & quasi coarctatio adest, submersio, & profunditas: quia materia morbifica suffocat ferè calidum natiuum. quamuis in florida caloris vi fortes quasdam pulsationes interdum edat: illicò tamen premitur ac paruus euadit. Ab excrementis: hæc si nullam putredinis aut cruditatis in initio notam habent, indicio erit illam febrem expertem esse putredinis. biliosa si effundantur excrementa: erit febris biliosa: idem de aliis dictum puta. A causis efficientibus, vt ab assumptis, admotis, eductis, retentis. Si sine causa à foris incurrente ortum traxit, plerumque putrida est: si biliosa victus ratio præcessit, biliosa erit. A typo: Si febris est intermittens, certè putrida est. & si exacerbatur tertio, quarto, quinto die, suspicio hecticæ aberit. Si cottidie exacerbatur, erit vel putrida, vel hectica: si à cibo, hectica erit: si non, putrida. Quòd si cottidie putrida ingraueſcat, est pituitosa. Si intermittit, est ex putrescentibus succis extra vasa magna. Si se remittat manifestè, tum vide num incipiant iterum exardescere cum rigore; si ita, erit ex intermittentibus, etiamsi nullum detur otium à febre. Ab Auicenna aliud quoddam enumeratur signum quod præcedit febres putridas, quod ambigit inter morbum & sanitatem (etiamsi à Raze febris dicatur) lassitudo vlcerosa, enata ex succis tenuioribus sub cutem excurrentibus. & tarditas motus pandiculatio, à copia vaporum musculos ferientium. pulsatio arteriarum in aliqua parte, ex humorum ebullitione. perturbatio in somno, ex humorum plenitudine. vigiliæ ex anathymiasi acriori, membranas cerebri vellicante. spirabilium partium arctatio. ex fumis crassioribus. tensio venarum & hypochondrij ex repletione. dolor pulsans capitis. Febrem itaque putrem à non putri distinguit frigus, horror, pulsus inæqualitas, acris calor, vrina cruda, cacochymia, plethora, hypochondriorum tensio, anxia respiratio, nausea, vomitus, alui vel vrinæ copiosa vel suppressa excretio, causæ externæ in impurum corpus incurrentes, vt Sileno euenit. & rigor, qui sine febre antiquis non eueniebat. Per febres putridas oboritur rigor à materia calida, vel frigida. Si calida, erit illa vaporosa, vel humor. Vapores enim interdum non aliter ac acerrimi succi extimulant excretricem vim, ac intrò vocant calorem nativum: quare rectè Hippocrates scripsit rigorem à flatibus nasci. Vel humores, vt bilis vel eius ichor acrior, aut salsedine qui tincti sunt succi per corpus sese traijcientes, membranas feriunt instar effusæ aquæ calentis: vnde vis expultrix insurgens contra horum iniuriam, rigorem efficit. Febris sua habet tempora, (loquor non de paroxysmi particularis temporibus, nam hic etiam sua tempora habet: sed, de totius morbi historia) nimirum principium, augmentum, vigorem, & declinationem. Notamus hæc ex morbi specie, more, motu, corporis charactere, ac robore, anni tempore, ætate, vitæ instituto, pulsu, rigore, periodis, & paroxysmis, signis pepasmi. Si eadem hora reuertatur paroxysmus, febris illa ad vigorem venit: si anticipat, erit in augmento: si postponit, in declinatione versabitur. Sed in hoc recursu ac tardatione notare debemus, quis paroxysmus fuerit vehementior, posterior, vel prior: vel num eodem se modo trahant. Si eodem afflixerint modo, denunciabunt ad febris vniuersalem vigorem ventum esse. Si posterior sit vehementior priore, indicabunt augmentum totius morbi historiæ adesse. Sin remissior illa postpositio fuerit, id arguet declinationem adesse. Ergo si ille paroxysmus qui postpositioni confectarius fuerit, leniùs afflixerit ac breuiùs, non prolixiùs excurret illa febris: sed suam breui finiet historiam. Sin ex aduerso euenerit, longa euadet, quia fit à materiæ copia. Præterea hoc à nobis obseruatum est vsu, vt ex peculiaris paroxysmi effusis excrementis, totius curriculi febrilis tempus colligamus. Verbi gratia, si in tertianæ intermittentis paroxysmi initio bilem vomit æger, in principio totius sui curriculi versatur morbus: id si euenerit in augmento peculiaris paroxysmi, totius febris augmentum voluitur. Præterea, tempora febrium dignoscemus ab excrementis: num scilicet illa ideam pepasmi referant, aut num cruditatis plena adhuc illa sint. Si coctionis quædam notæ eluceant, illæ erunt debilis coctionis aut manifestæ, vel perfectæ. Vt si cruditatis adhuc signa eluceant, vel lotium renue, albicans spiceo colore, ac fraudatum hypostasi, febris in initio suo versabitur. Quòd si id lotium quod subruffum apparebat, euadat ruffum, restibili adhuc tenuitate; quia hoc tenuem aliquam coctionem denotat; significabit febrem per suum augmentum ferri, ac primam augmenti partem eam decurrere. Cùm incepit coqui, enæorema producitur, & vrina ruffa euadit, tunc augmentum plenè sui curriculi inuasit. Perfectæ verò coctionis signa sunt, color vrinæ inter subruffum & subflauum; substantia eius mediocris; hypostasis eius alba, læuis, & æqualis. Et tunc, in declinatione, est maximè purgandum: quia cùm materia in substantiam partis verti nequeat, corrumpitur, & deterrima fit febris. Cùm, causa morbifica pepasmi est expers, ita vt vinci nequeat à natura, omnia redduntur nigra, impura, opaca. Præter vrinam, alia quoque excrementa inspicienda, vt variis focis fouetur febris: vt expectorata, sudores, mucci emanans copia. Metam impositurus huic capiti, breuiter notas addimus peculiares cuique febri intermittenti. Biliosæ febres à

Qualis sit illa putrida febris, à caloris qualitate.

2. De dif. feb. 12.

6. Epid. 5.

Lib. de coloribus, & 38. Prob. Lib. de igne.

A pulsu.

1. Dif. feb. 17.

3. De præsag. ex pulſ. 7.

Ab excrementis.

Ab efficientibus.

Anacephaleôsis.

1. Ep. 2.

Gal. De opt. secta.

Hipp. De morbis.

Lib. De flatibus.

4. Aph. 46.

Signa temporum. 1. Criſ. 3.

Obseruabile.

rigore

©BIUM

Signa particularia febrium intermittentium.

rigore incipiunt magno, exiguo perseuerant tempore, mox calescit, ac vigor in procinctu iam iam erit. Tertianæ vigor est breuissimus. Quartana ab horrore incipit, paroxysmi tempus mediocre excurrit. Cotidiana à frigore inchoatur: ac eius paroxysmus est longissimus. Vt hoc addamus, rigor non est initium febris: quia dum rigor affligit, non adest necessariò febris. Galenus scribit, in epiala febre ægros simul frigus & calorem sentire. frigus, inquit, ratione materiæ nondum putrefactæ: hæc frigiditas eritne febris? Frigus & rigor sunt notæ principij periodi, & signum mox adfuturæ febris. Anomalia nascitur, cùm materia incipit putrescere. Incunte paroxysmo opprimi videtur pulsus, liuent ac frigent extremæ partes, lassatæ sunt partes motui dicatæ, anxietas adest, in somnum procliuitas, os madet sputo, tussis molesta est. In augmento adest magnus pulsus, ac calor toto spargitur corpore. In vigore calor eodem statu hæret, & symptomatum plena sunt omnia. In declinatione cuncta mitescunt, ac sudor manat.

De Inæquali intem. 6.

CAPVT XIII.

De Prognosi vniuersim spectante ad febres putridas.

IAM ad Prognoscs venio quæ quamplurimis febribus putridis communes sunt. Fuerint autem hæ quidem istiusmodi, vt vel metu terreant, vel spe miseros consolentur. Mors non incidit in declinatione vniuersali, ratione materiæ; sed vel ratione essentiæ febris, vel symptomatis. Ita in decrescente semper synocho, vbi illa declinat, moriuntur. In declinatione autem particulari, sæpè calor desinit febrilis, & euacuatur æger, attamen moritur. Pulsus prænuncius erit: hunc tange: in eo qui euadet, validus erit: at paruus, inæqualis si fuerit pulsus, moriquc ægri in lipothymiam si trahantur, funestum. Inter febres intermittentes maximè veretur Hippocrates de quintanis: nam, inquit, ad tabem ducunt. Inter continuas febres potissimùm Hippocrati suspecta est ea, quæ tertio die fortiùs exardescit. Quæ febris noctu affligit, est longior & periculosior: spiritus enim tunc maximo impetu intrò feruntur, cùm vi tenebrarum, tum febris: hinc enim validior exardescit æstus. Quartanæ etiam ab aliis liberant morbis. Signa prognostica in genere, non aliunde meliùs quàm ab ipso Hippocrate peti poterunt. Alia itaque sunt quæ diuturnitatem febris præsagiunt; alia quæ salutem, alia quæ perniciem. Diuturnitatem hæc, Febricitanti sudor superueniens cum febris assiduitate, malum: producitur enim morbus, nimiámque significat humoris morbifici copiam. Illud autem malum: quia iudicatorium non iudicans, ad mortem vel ad deterius apparet. Producitur: quia cùm pars humoris tenuior euanuerit, restibilis erit crassior materia: vnde ad naturæ infirmitatem accedit pepasmi difficultas: inde longæ euadunt. Et farinæ ideam referens hypostasis vrinalis, diuturnitatem morbi denunciat. summam enim pepasmi difficultatem significat, vnde vel mors, aut longa inualetudo arguitur, vt in Sileno, & in eo qui in horto Dealcis decumbebat. Signum quod ad diuturnitatem & breuitatem morbi pertinet ita refert quoque Hippocrates, Si febricitanti nec omnino leuiter, statu suo permaneat corpus, nihilque concedat, aut etiam plus æquo gracilescat, malum, hoc enim diuturnitatem morbi: hoc, corpus plus æquo tabescere significat. Notandum ab Hippocrate ita scribi, Si non omnino leuiter febricitarit. Etenim si leuiter febricitet, nihil mali significat: sin verò non leuiter, sed si vehementer febricitet, & corpus eadem mole atque charactere maneat, indicat materiæ morbificæ copiam, quæ non potest tam citò à viuida potentia caloris subigi: quare longam febrem denotat. At si plus, quàm febris vehementia suadet, tabescat, significat maximè affici naturam, hoc est, calorem natiuum, modò non præcesserit copiosa aliqua vacuatio: vt alui, vrinæ, sudoris, vomitus. Propterea dicit, Plus æquo si tabescat: hoc est, affectione caloris natiui. ita vt appareat illa facies Hippocratica & cadaverosa, fœdata narium acumine, &c. Alibi Hippocrates ita, Qui sudores oboriuntur per febrem acutam frigidi, mortem: at cum minore febre, morbi diuturnitatem denotant. Nam qui frigidi manant in acuta febre, tantam copiam significant humoris morbifici, vt nec febrili maximo calore incalescere, nec potentiâ natiui caloris possint: inde & necrosin partium solidarum, vnde dimanant, denotant. Et Hippocrates alia quædam signa enumerat, quæ significant salutatem fore febrem, vbi ait, Sudores per febres oborti, boni iudicij sunt qui manant tertio die, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, decimoseptimo, vicesimo primo, vicesimo septimo, & tricesimo quarto. sunt enim huiusmodi sudores secundi iudicij. Qui aliis diebus manant, sunt sinistri iudicij. nam sunt symptomatici, ac motu morbi exprimuntur. morbi longitudinem denotant hi, ob nimiam crudorum humorum abundantiam. Et, inquit, recidiuas adferunt: ob superstitem scilicet cacochymiam. Cùm itaque hi morbi, qui paribus diebus mouentur, paribus iudicentur: illi autem qui imparibus, imparibus: & longi morbi moueantur paribus, acuti imparibus: cúmq; in paroxysmos incidat crisi: Ergo illi sudores qui dictis diebus eueniunt, erunt boni: alij, mali. Febrem, bonis ægri rebus, aliquando morbis superuenire est author Hippocrates, vbi ita scribit, Dolores circa hypochondria obortos, inflammationis expertes, soluit superueniens febris. Cùm nimirum nullus morsus sensus adest, erysipelatis soboles, nec inflammatio. tunc enim dolor non agnoscit aliam causam quàm intemperiem frigidam, flatum, vel crudam materiam. Hanc igitur frigidam intemperiem temperat superueniens febris, crudam materiam coquit, ac flatum discutit, (cùm nimirum ille dolor in parte non nobili constitit) nam per aluum aut vrinam ex hypochondriis materiam eiicit. Et libro quarto Aphorismorum inquit, Quos ab vrinæ subsillo ileos fatigat, intra septem dierum spatium moriuntur, nisi superueniente febre, copiosè vrinæ effluxerint. Cùm, scilicet, illud vrinę subsillum ab intemperie frigida vesicæ ortum fuit, cum copia crassorum humorum, qui in collo vesicæ, exitum præcidunt vrinæ. Vnde vesica vrinæ copiâ turgescens, ob communionem maximam quam inter se intestina & vesica habent, illa afficit, ac ileum accersit, sursum raptis fæcibus. Verùm vi febrilis caloris mitigatus humor in vesica, protruditur, ac euadit interdum æger. Sed si à phlegmone fuerit, potiùs nocebit febris. Alibi dicit Hippocrates, Quibus per febres ad dentes glutinosus humor obnascitur, iis acerbiores febres redduntur: id enim significat nimiam crudi humoris in aluo abundantiam, quam calor febrilis in glutinosam excoquit substantiam, cùm flammam humor concepit. Si fuerit ater color, moritur æger, exhaustis succis. Et antea dixerat, Quibus in febribus lachrymæ inuitis profluunt, terrificum est. modò nulla excusatio affecti oculi, vt ophtalmiæ, vel perturbationis criticæ, (vt in cocta materia, & in suspicione hæmorrhagiæ) adferri possit. Nam hæc talis illachrymatio alioqui significat resolutionem carunculorum quæ sunt in canthis oculorum, quarũ resolutio & cerebrum resolutum

4. Aph. 56. Diuturnitatis signa.

7. Aph. 31.

4. Aph. 37.

Salutis signa.

4. Aph. 36.

6. Aph. 40.

Aph. 44.

Calamitosæ febres.

4. Aph. 53.

4. Aph. 52.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 32 sur 513

resolutum esse significat. Quæ ad febres calamitosas
2.Aph.26. spectant, Hippocrates etiam refert in Aphorismis, vbi
ait, Febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm
Dubium. conuulsionem febri. Sed dicet quis, Hippocrates in
Coacis inquit, Conuulsio febri finem imponit. Respondemus, Si superuenerit eodem die: tunc enim humoris diffusione sæpè musculi velluntur. Nam oritur talis conuulsio, quãuis febri superueniat, à repletione: cùm materia à venoso genere ad habitum corporis
1.Aph.14. excutitur. quin tunc sanguinem exhaurire erit consultissimum. Præterea Hippocrates asseruit, Senibus febres non esse vehementes, quia frigidum est eorum corpus. Etenim cùm febris nihil aliud sit, quàm caloris natiui in igneum conuersio, cúmque senes parum caloris habeant, hoc æstuare nequeũt, nisi ex immanitate quadam causæ. Quare cùm seni febris accidit, qualis iuueni solet, pernicios a est: nam indicat causæ
Aph.65. immensitatem. Et quarto libro Aphorismorum inquit, In febre si cui incendio alnus conflagret cum cardiogmo, malum. A fluctuante nimirum bile, in tunicis ventriculi resoluti, tunc omni genere ciborum damnis augetur: & cùm magnam communionem stomachus cum corde habeat, & ob doloris acerbitatem, in syncopen ægri incidunt. & tunc cor palpitationis motu agitatur: id valdè funestum: nam vitæ principiũ
4.Aph.30. inflammatum denotat. Præterea, Quibuscumque paroxysmi fiunt, quacumque hora febris dimiserit, eadẽ si sequentibus diebus affligat, difficilis iudicij erit: nimirum difficultate pepasmi & excretionis, ob crassorum succorum coaceruationem. Et postea in-
4.Aph.35. quit, Si cui febre detento, subitò collum vertatur, & vix deglutire potest, sine vllo tumore, lethale. nimirum vertebrâ secundâ quæ dens dicitur, luxatâ in anteriorem partem, adeò vt fossa in collo appareat. Nam validissimo ligamento occipiti & primæ vertebræ iungitur. Fit autem ob inflammationem musculorum gulæ, qui cùm iungantur meningi spinam cingenti, retrahunt spinam, eámque luxant. Et sexagesimo secundo Aphorismo scribit, Qui in febres incidunt morbi regij ante septimum diem, sunt calamitosi. Nulla ergo febris ante septimum diem salutariter iudicari potest per cutem. Diem ante septimum ictetus ergo appãrens calamitosus: nisi haimorrhagiâ liberali, vel vrinæ aut alui eruptione copiosâ, quod Heraclidi euenit, periculo defungantur. Accído hoc caput: plurima enim talia sunt aput Hippocratem; atque illorum plurima consociauit Lommius fol. 9. Obseruationum. Hoc denique obseruabile, In declinatione particulari interdum homines abripi. & tamen falsa idea remittit se febris: verùm pulsus imbellis ac inæqualis euadit, sinéque ordine fertur.

CAPVT XIV.

De Curatione Febrium putridarum vniuersali: hoc est, omnibus febribus putridis communi.

PRÆCLARVM est vniuersim quid complecti posse: id enim menti ac memoriæ gratissimum. Et Galenus ita docet agendum esse: nam hac ratione deprehensâ, facilè deprehendemus qua arte particulatim febres curari debeant. Quia verò febres pu-
11.Method. 7. tridæ interdum sunt meræ febres; aliquando autem his symptomata grauissima consociantur: iccirco maximè agemus de curatione febrium, neglectis symptomatibus. dein, quo modo symptomatis occurrendum sit, breuissimè scribemus. Itaque putridæ febris vniuersim natura ex duabus rebus cohæret, nimirum ex forma, quæ est calor præter naturam in corde accensus: & materia, quæ est humor putridus. Cùm autem prima indicatio curatiua sumatur à natura ipsius morbi, quam frangimus contracij remedij obpugnatione: sed cùm in consociatis indicationibus, vt cùm causa adhuc morbo se iungat, ratio suadeat authorem mali primùm debellandum esse; à causæ remotione exordienda curatio erit. In putridis autem febribus perpetuò causa his iungitur, nimirum putredo; huic ergo primò occurrendum. Qua autem militia putredo excindi debeat, hoc ipsa putredinis loquetur natura. Parens putredinis, obstructio si adsit, illâ liberandæ partes: dein putrida materia erit excludenda: & quæ nondũ in putredinem abiit, erit alteratione castiganda, ac in ptisanã temperiem flectenda. Hinc duæ meræ curationis surgunt, euacuandi, & alterandi. Euacuatio fit clysmis, sudore, frictionibus, vomitu, aluina exclusione, vrinarum prouocatione, sanguinis exhaustione, inediâ. vnâ, vel singulatim his adhibitis, vt consuetudo, naturæ, materiæque morbificæ inclinatio suaserit. Alteratio fit ventilando & refrigerando, facultatémque alticem firmando. Vt qui semiputridas carnes à putredine vindicare nititur, primò putridas abscindit, cæteras liberiori auræ exponit, aceto adspergit. Ita & nos hîc, sirupis decoctísque aperientibus & acetosis, balneísque ventilamus. Quin res, quas non naturales nominant, huc flectimus, vt aërem in primis. Nam & febris & materia putrida aërem frigidum postulant. Omnes vno ore clamant aërem purum, frigidum atque madidum ex vsu esse. Sed in dogmatica disciplina, dogmaticè, hoc est, ex certis rationibus deducta medendi ratio solùm locum habere debet: id fit ex natura affectus pellendi, certis notis ac indicationibus sumptis. Aër autem duplici ratione se iudicio humano offert per febres, vel vt peculiari vi vires fouet, & harum ratione in iudicium trahitur: vel vt peculiari vi frangit affectus præter naturam. Prima Gal.11. ratione indicatur à viribus vt eas conseruet. Vires ha- Method. bitant in spiritibus, humoribus, & partibus solidis. Spiritus seruantur spiratione: ergo aër, vt hoc agat, purus esse debet. Quare si quis tutelarem se præbere 12.Meth.5. voluerit spiritibus, purum illum eligat & temperatum. Secundò, vt diximus, aër in iudicium trahitur à rebus quæ præter naturam sunt, vt à materia morbifica. Hæc materia ita affecta est vt vel in putredinem iam abierit, vel vt facilè in putredinem degenerare possit. Si in putredinem iam tracta est, illi opus est aëre frigido & sicco, vt in pestilentibus: nam dum putredo in vitio est, circumfluit materia madore. Proptrea in magna illa peste, quæ tempore belli Peloponesiaci Græciam internecina calamitate vastabat, Hippocrates, imitatus factum Acronis Agrigentini, (qui primus Empiricæ sectæ auctor fuit) corolla herbasque odoratas ignibus iniecit maximis, & nemora incẽdit. Inde inquinamenta illa madida quæ aëra contaminârant absumpta fuere: vtilitatéque publica statuam emeruit. Quòd si materia illa nondum putredine à naturæ linea abducta sit, varius aër indicabitur commodus: vt si bilis facigârit, aër frigidus & humidus ex vsu erit. ita de cæteris à contraria vi statuendum. Collineamus etiam in putredine ad obstructionem, tanquam ad huius parentem: & propterea fugimus vsum obstruentium. Non sit igitur, per febres putridas, aër 10.Method. summè frigidus, sed temperatus. Iubet Galenus vt ardentibus febribus implicita corpora etiam tegerentur, ne ita obuia forent frigido aëri. Quare ratione quidem febris erit ex vsu frigidus aër: at ratione densitatis, conueniet is, qui laxat poros. Attamen in ardenti febre, magis in se curam rapit calor febrilis: nec tamen is adeò vrget, vt non aliquantulum tegere ægros liceat, ne aër denset horum corpus. Si hoc iure locum habet de ardente, quid ergo censendum de cæteris? Quare vt febris fuerit, arctiùs vel leniùs tegantur. Recenterur aër pânolineo, ab acero & aqua rosata madido:

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 33 sur 513

madido: hoc obducantur parietes. fronde ſalicum, vel pampinis aut gramine, vel aceto & aqua irroretur cubile: & propter lectum fragrantes ponantur fructus, & aquæ. Cibus præſcribatur talis, qui vnà naturæ ſtudet, & cum morbo eiúſque cauſa pugnat. Præcipuè tamen cibus datur, vt naturæ conſulamus. Variæ ſunt veterum Medicorum de victu febricitantium ſententiæ. Quidam valida inedia vtebantur in febribus, adeò vt ne aquam quidem concederent: alij ptiſanam conceſſere. alij iterum laborabant, ne hordeum ægri potarent. Petronas autem ſuillam etiam carnem conceſſit, & vinum nigrum: ad vomitum cogebat, &, quâ libuiſſet copiâ, frigidæ potum permiſit ægris. Apollonius verò & Dexippus, Hippocratis auditores, tantum abeſt vt vinum darent, vt ne aquam quidem conceſſerint. Nam fabricabant cyathos exiguos duodecim, qui ſinguli caperent* heminæ partem ſextam. horum cyathorum duos vel tres dabant ægris, alternis diebus. Etaſiſtratus exiſtimabat per febres ciborum coctionem lædi, non quòd calidum natiuum læderetur, ſed quòd vis labefactata ventriculi non æquè amplecteretur & attereret cibos; hoc refutauit Galenus. Omnes iam Medici vno ore aiunt his cibum præſcribendum eſſe optimi ſucci, minimè excrementitium, qui ſit facilis coctionis & diſtributionis, quique non facilè corrumpatur, refrigerans, abſtergens, ab infarctu liberans. Nos dogmaticè hoc perpendere volumus, ac perluſtrare quæ ſint ſuadæ indicationum, admittentium, & prohibentium. Cibus duplici modo conſideratur, ratione alimenti, & remedij. Ratione nutricatus, indicatur cibus à viribus. Nam ſi morbus non refragatur, exhibemus cibum illum quem vires poſtulant. quæ, quo robuſtiores fuerint, hoc pleniore nutricatus copiâ denunciant opus eſſe. Et in morbis acutis, (qui ſumma cum ſymptomatum vi breuiter ſuam abſoluunt hiſtoriam) quo vires fuerint validiores, hoc tenuiorem cibum indicant: ne natura vertatur à ſuo inſtituto, hoc eſt, à pepaſmo ad pepſin. Alioqui vires ſui cuſtodiam ſemper indicant. At vires conſiſtunt in ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis. Solidæ ſeruantur cibo ſolido. Solidæ autem hæ partes, cùm homo incipit ægrotare, vel ſunt temperatæ, vel intemperatæ. Si temperatæ fuerint, facilè vires tuebimur, modò earum temperies ſeruetur. Sin ſolidæ partes intemperatæ fuerint, id his eueniet abſente morbo, vel eo præſente. Si morbus affligit, remediis illæ tentari non debent, nec eo tempore in temperiem flecti: nam ſolidarum temperiem per morbos mutare non licet: ſed per ſanitatem id agendum: tunc enim cibo contrario intemperiem talem caſtigamus. Ratione morbi & virium conſideratur cibus in ſubſtantia, qualitate, quantitate, tempore, & exhibendi modo. Subſtantiæ ratione vtilis eſſe videtur caro. Sed ſcribit Auenzoar, omnes ſpecies carnium citiſſimè febricitantibus ad putredinem verti. Sed carnes tamen hoc tempore ita parantur, vt minimè noxiæ ſint. quale illud inſtaurans dictum: Accipe pulpæ carnis caponis vncias duas: ſeminum melonum mundatorum, amygdalorum dulcium, ſingulorum ſeſcunciam: ſacchari optimi quinque vncias: fiat confectio per bolos: comedat hos inclinante febre. Carne vtatur pulli, vel hœdina, ex cruce vituli, perdicum. Nam hæ carnes quamuis non conſiſtentiâ, attamen qualitate ſunt humidæ. quales Hippocrates febricitantibus conuenire ſcripſit. Elixis vtatur: non ita aſſis: niſi longiores febres fuerint, & periculum immineat fluxus aluini: nam elixis aluus magis humeſcit. Alioqui coquatur caro cum prunis, paſſulis, lactuca. Sed peculiaris cuiuſque natura ſemper obſeruetur: non enim ſemper contuſæ, quod quidam faciunt, carnes dandæ: ſed quidam ægri omne contuſum euomunt. Si verò natura non reclamat, & ſi ægrè deglutire poteſt æger, exhibe colatitiam contuſam carnem. Sin eam æger reſpuat, & difficilè deglutiat, viréſque proſtratæ langueant, fiat deſtillatum, hoc modo: Accipe pulpam integri caponis, reiectis neruoſis partibus: foliorum acetoſæ, endiuiæ, boraginis, cuiuſque pugillum: diſtillatio fiat ex duplici vaſe. Aſſerit Auicenna, hoc magis nutrire quàm vinum. Propterea hoc propono; quòd vbi fractas vires vident Medici, illico de vino exhibendo cogitant: at hi delirium inuehunt. Sit capo carnoſus, non pinguis, cute remotâ: pulpa incidatur in aliquot partes quæ filo iungantur; & inter pulpæ ſpatium, boraginem, endiuiam, & acetoſam iunge: hæc fiolæ vitreæ immitte ita, vt pulpa fundum vaſis non attingat: bulliant in diplomate, obturato vaſe, quatuor vel quinque horas. Sed vnà vaſi immitte crus caponis filo alligatum, quod vnà cum pede coctum cùm fuerit, reliquam etiam carnem mitigaram eſſe iudicabit. liquore illo vtatur. Si iuſculum validius velis, quod conſummatum appellant, & reſtaurans ab aulicis dicitur, quo hodie principes vtuntur mulieres, Coctum caponem contunde vnà cum oſſibus in mortario, & iterum coque, & ſummâ vi exprimatur: vtatur hoc iuſculo cum pane: efficaciter nutrit. Scribit Plinius, ouа omnium maximè conuenire in morbis, eo quòd nullum ſit alimenti genus quod æquè alat, nec oneret, ſimilitérque vim cibi ac potus habeat. Sine dubio de ſorbili loquutus fuit Plinius: ſed hoc aluo ſæpe negocium facit. noui qui ex duobus vitellis iuri mixtis in fluxum alui trahebantur. Rogandi ergo ægri, num ouа ament. Optima ſunt, authore Galeno, tremula: non enim ita robur alui laxant. Sed ſit æger etiam his par. At ptiſana laudatiſſimum fuit omnibus ætis edulium. Fit ptiſana ex hordeo: eáque integra, vel colata, hoc eſt, ſuccus ptiſanæ. Caſſius Dionyſius dicit hanc valdè nutrire. & Galenus ſcribit eam refrigerare & humectare: apperit, nullámque impedit euacuationem, nec alui, vrinæ, nec ſudoris. Prolixior eſſem ſi, quas ei attribuit laudes Hippocrates, De victu in acutis morbis inſtituendo, recenſeam. Exoleuit hoc ætate modus quo antiquitus parari ſolet, adeò, vt vix norint iam quid veterum ptiſana fuerit. Antiqui hoc modo eam parabant. Hordeum maceratũ decorticabant, & in Sole ſiccabant, atque ita reponebant. Inſpergebatur ei quod tenue eſt ex eo ducuſſum, hoc enim ipſam conſeruabat. decuplam partem aquæ ſumebant. Nos hoc ita imitabimur: Accipe hordeum optimum, & rectè excorticatum, quod infundes horam vnam aut alteram in aquam tepidam: granaque lineamento aſpero fricentur, quò immundities cuncta cedat: Deinde coque in magna aquæ copia: Cape vnam partem hordei, & aquæ viginti, quò exactè coquatur, repetitâ nullâ aquæ affuſione. Hoc non fiat ex iure pulli, etiam ſi æger fuerit obnoxius flatibus aut imbecilli ventriculo. Nam ſi ex iure coquatur, euadet ſalſum hordeum. Planè coctum fuerit, dum granum grano hæret, adeò vt vix id cognoſcas, hoc eſt, dum in maſſam conglobatur. id appellatur ptiſana. Si exprimere velis, id fiat ſine contuſione, & leuiter exprimatur: hoc dicetur ſuccus ptiſanæ: alioqui integra foret hoc ptiſana. Succus ptiſanæ miſcetur cum iure quod redolet vim petroſelini, vel acetoſæ; vt febris, in qua præſcribitur, fuerit. Accipe vnam partem iuris, & duas ſucci hordei, vel vt res ſuadet, ex aduerſo; coque quadrantem horæ. Panis ſit furfurum expers, niſi quid prohibeat: quia ſæpè à longa febre habent ægri aluum ſiccam; nec æquũ eſt ſemper remediis vti. Tunc cõferet panis furfuraceus, ſi in primã menſam venerit. Sin aluus fluxa fuerit, purus panis vtilis erit. Sit ſemper ritè fermentatus. Panificij quoddam

Cibus.

Antiqui. *Ad Thraſybulum* 4.

* Nam hemina continet vncias decem. Harum ſexta pars, facit drachmas 14. 2. *Nat. fac.* 8. 104. *Græco* 35.

1. *Aph.* 14.

11. *Method.* Vires quid ſint.

Lib. 3.

1. *Aph.* 16.

Colatitia.

Diſtillata.

Reſtaurans.

39. *lib.* 3. *Ouа.*

Ptiſana.

Gregoric. 3. *lib.* 9. *&* 2. *libr.* 8. *Methodo.*

Ptiſana veterũ quid.

Panis.

quoddam genus eſt quod Nebulas appellant à candore & tenuitate. Id fiat ex pane trito, (non ex farina) cum ſaccharo, & vitellis ouorum. ſi febris mitior fuerit, adde quid cinnamomi. Lactuca ad ardentem febrem commendatur, & endiuia, cichoreum, ſpinachia, cucurbita. Fructus niſi coctos non dabis: nam ſuperflua humiditate putredinem adferunt. Cocta dentur poma. Pira aſtringentia noxia ſunt febribus ex putredine natis. Si crudis pomis vti velint, exugant tantùm ſuccum. Quartanariis conueniunt poma & pira dulcia, matura. In febribus lubenter concedimus piſtacia, ſemen melonum, amygdala dulcia. Si febris fuerit valida, ſemina melonum tantùm ſumenda: alioqui iunge amygdala dulcia. Si lenteſcat febris, piſtacia vtiliter præſcribentur: ſi illa pituitoſa fuerit, adde cinnamomum. Accipe ſeminum melonum mundatorum vncias tres: piſtaciorum, amygdalorum dulcium, cuiuſque ſeſcunciam: ſacchari albi vncias quinque: cum aqua roſarum fiat panis mazicus, vel boli. adde ſcripulum cinnamomi ad libram maſſæ præſcriptæ. Si fuerit frigida materia febris, parentur condimenta ex melle, petroſelino, fœniculo, cinnamomo. Si calida materia fuerit febrifica: illa inſtruantur aceto, ſaccharo, emulſionibus ſeminum frigidorum, ſucco citri, acetoſæ. ſit cibus ſimplex & ſincerus. Vt autem vires temedia, quæ perpetuò his bellum indixere ſpernunt, cibos verò exigunt: ita, ex aduerſo, morbus ſemper remedia poſtulat, cibos autem negat. Propterea ex viribus & morbo fit quædam moderatio ciborum, quæ abit à nutricatu ſanorum. Quare in examen vocare debemus res præter naturam, & vires. Res præter naturam, vt morbum & cauſas eius. Morbum, vt ſi acutus ſit exactè, hoc eſt, talis qui ſeptimum ſuperat diem, non decimumquartum: hic exactè tenuem diætam poſtulat, vt ſuccum ptiſanæ. Peracutus ſi fuerit morbus non exactè, qui ſcilicet quartum diem ſuperat, non tamen ſeptimum, mulſam indicat vtilem fore: aut ptiſanam colatam paruâ copiâ. Sin morbus peracutus exactè fuerit, hoc eſt, talis qui quartum diem non egrediatur huic conferet oxymel, aqua, vel inedia. Ratione verò morbificæ cauſæ, Si vires languent cum ſuccorum corruptela, ſæpe offeratur parua cibi copia. Si vires languent in humorum integritate, parum & rarò cibo indulgebimus. Quòd ſi vires validæ fuerint cum ſuccorum corruptela, multum cibi ſæpè offeratur: nam metus eſt de infimis viribus. Talem ergo ordinis inibis in his rationem: vt primum ſollicitus ſis de cauſa putridarum: dein de morbo, num ille ſit acutus: deinde de virtute, & quæ eò ſpectant: vt de temperamento, ætate, conſuetudine, ſtudio vitæ, regione. & quid inter hæc maximè vrgeat. Regio aliquid poteſt: nam Trallianus ſcribit, quod etiam iam fieri aſſerit Doctiſſimus Proſper Alpinus, qui nuper in Ægypto Medicinam fecit, & de ea ſcripſit, Ægyptios Medicos peponibus aliiſque fructibus & herbis frigidis ægros nutrire. Galeni verò tempore in Italia paſſim vinum propinabatur febricitantibus. Quidam iam Italiæ populi niuoſam præbent aquam: ac aſſerunt ab eo more ſolemni facto, pauciores interiiſſe. Noſtrates etiam libenter à vino abſtinent. Sed quo tempore genio indulgebit æger per febres? In principio decurſus vniuerſalis, cibus offeratur parcâ manu, ſi cum eo quem ſumere ſolebat ſanitatis tempore committatur: in augmento hæc parcitas adhuc accidatur: in ſtatu, parciſſimè habeatur: in declinatione, liberaliùs. Interrogate num ineunte febre & ante febrem cibis liberaliùs indulſerint, ita vt his repleti fuerint. Nam hi ineunte iam morbo parciùs haberi debent, quàm in augmentum dum ille ſe erigit. Et hi ante phlebotomiam purgari leniter debent: & deinde liberaliùs.

Olera, & fructus.

Copia cib.

Exactè acutis qualis victus conueniat.

Peracutis non exactè.

Peracutis exactè.

Ratione cauſæ morbificæ & virium.

Vſus horũ.

Quæ ſpectant ad vires.

Tempus alendi. Galen. *Meth. 15. & vltimo, Medicorũ & Dogmaticorũ nutriẽdi modum docet.*

Notandum.

Hyeme ſi ægrotet quis, liberaliùs habeatur: nam ſi morbus admittit, vires ſemel abundè ſatiati poſtulant. ſi Vere, quia plethora adeſt, ſatius eſt parum ac rarò alimentum offerre: nam ver ſoluit humores, qui hyeme concreuerant. Quin graciles biliosíque ſi fuerint homines, ac ex intemperie calida & ſqualida ſi febricitauerint, vt à Solis ardore ſi vſti fuerint, & fatigatione, inediâ, vigiliis, ſollicitudine, ira, aliiſve ſiccantibus cauſis ſi exhauſti fuerint, ante paroxyſmum etiam, neceſſitate cogente, nutrimento rigabis; metu maraſmi. Horum enim ardor ac ſqualor, ſine madore nutricatus non facilè cedit. Sunt quædam febres quæ lentè in ſummum ſui decurſus ſtatum ac vigorem ſe erigunt, & per plurimos paroxyſmos eò tandem veniunt: quin ipſe illarum ſtatus amplum decurſum habet; ita vt ſtatus illarum generalis, plures paroxyſmos contineat. Ita quartanæ generalis ſui decurſus ſtatus eſt quinque, ſex, vel ſeptem paroxyſmorum. In tali ſtatu non erit præſcribenda inedia, ſed tenuis victus. Vt ſi ineunte tali febre dederis ptiſanam integram cum ouo: in augmento detrahes ouum: in ſtatu dabis ſuccum ptiſanæ: declinante febre, integram offeres ptiſanam, pleniorique manu. Deinde ad piſces, carnes, & illa quæ illi ex more ſunt, conuertat ſe. Sed quâ horâ genio indulgebit febricitans homo? Obſeruandum in primis quænam ſit hæc febris. Si hæc fuerit continua, & ſi ſemper eâdem vi feratur, cibum concedemus eâ horâ quæ illi in more eſt ſano. Sed tamen quibuſdam horis ægriùs febrem ferunt; vt eſt ea hora diei quæ magis calet: nam tunc materia magis putreſcit in vaſis: quare ſæpè ad meridiem ægriùs à febre laborant. Si fuerit febris continua remittens ſe, eâ inducias horâ ægeralatur. Si ſit febris intermittens diu, adferemus cibum quinque vel ſex horis ante paroxyſmum. vt fuerit cibus facilis aut difficilis mitigatu, ita prolixiùs ante paroxyſmum præbeatur: ita ſi venter fuerit ignauior: nam decet vt febris vacuum incurrat ventriculum. Vt, ſi validus fuerit ventriculus, & ſi ſorbitiunculam cum ouo & carnibus exhibere decreueris, id ages quinque vel ſex horis ante inuaſionem febrilem. ſi ptiſanæ ſoli indulgebit, eam ſumat tres horas ante acceſſionem febris. Si febris vacuitas non prolixa concedatur, dabimus cibum inclinante febre. Cùm infirmæ vires languent, notabis quæ ſit infirmitatis cauſa. ſi illa fuerit oppreſſio, à cibis abſtinebis: ſi exhauſtio, dabis. Dum pedes frigent, abſtineant à potu & cibo: donec totum corpus ardori implicitum, à pectore illũ abire ſentit, dúmque calor relictis ſpirabilibus partibus, ad pedes deſcendit. Noſtri populares vix à potu, dum per febrilia principia frigore, horrore, aut rigore quatiuntur, arceri poſſunt: indéque fit, vt hîc ex intermittentibus ac ſalutaribus febribus, continuæ ac calamitoſæ euadant. Alantur ægri potiùs ſorbili nutricatu, quàm his, quibus mandendo fruimur. Et ſedentes in lecto alantur: nam cùm iacentes cibum capiunt, is fundum ventriculi vix attingit. Deinde à cibo ſumpto ſemihoram ſedeant, vel ſaltem erecti aliquantulum iaceant. Ante cibum memores ſint purgationis oris, nam à febre plurimi vapores feruntur in caput, qui limum quendam linguæ inducunt, qui cùm guſtum perturbet, cibos etiam mala qualitate imbuit. Quin œſophagus ſemper per febres aridiuſculus eſt, ita vt illi vix cibus hæreat, ni rigetur madore. A cruda aqua abſtineant, eſt enim ſitifera, nec meabilis: & propterea amareſcit, cunctandóque putreſcit. Alia ratio eſt aquæ quæ propinatur in cauſo: nã illa remedij ratione habet, plenâ enim hauritur manu, vt peruadat. Aqua cocta commendatur in febribus vbi ventriculus eſt validus. vel huic miſcetur iolabium, vel ſirupus acetoſus. Vel coquitur aqua cũ endiuia, & acetoſa; ſucco aranciorũ malorũ aut citreorum. Iam ægri coquunt acetoſam in acidi lactis ſero. Coquitur etiam hordeum ex aqua: ſed

Bilioſi vt nutriendi.

Longæ febres vt habendæ.

Modus alẽdi.

Potus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 35 sur 513

©BIUM

sed id quatuor vel quinque horas coqui debet, quò exuat omnes flatus. Hæc suauissima aqua mihi in vsu est: Accipe aquæ libras octo: sacchari vncias quatuor: cinnamomi vncias duas: coque: & labatur per manicam Hippocratis. Imminui cinnamomum poterit, prout ardentior flammauerit febris. Si pituitescat humor febrilis, miscemus mel, addimusque fœniculũ, anisum, petroselinum. Si bilis ferocior fuerit, miscebimus aliquid aceti. In pituitosis febribus non validis, vbi ventriculus languet, interdum quid vini remiscemus, imitatione Galenica; seni enim dat aquam cum exiguo vino: non iucunditatis, inquit, gratiâ, sed vt aqua meliùs penetret. modicum scilicet, ita vt vinum vix gustum feriat. Mulsa etiam conuenit diluta, vel oxymel: æstate frigidum: hyeme, calidum. Si his non cedit sitis, plenâ manu aquam frigidam, remedij loco propinamus, si frigidæ homo assueuit: sed cruda non sit materia morbifica. Cùm melancholicus humor in vitio est, incoquimus aquæ boraginem, & saccharum, buglossam. Ius longum, à pragmaticis dictum, potui etiam datur. Conficitur ex parua carnis mole, affusâ plurimâ aquâ, dum ventriculi vis languet, hoc modo: Phiala repletur aquâ: adiicies carnem vituli vel pulli adipis expertem, sicque semicocta: coque in diplomate. Gratum erit hoc ius, ac odoris expers: nam caro cùm non cruda ita coquitur, vacat graui odore. Vel si æger vellet distillatum bibere, id quoque licet. Coquatur pullus ex aquæ vberrima copia: dein eum contunde: & vnà cum iure immitte balneo maris; bibat id distillatum frigidè, si fuerit æstas. Vinum oligophorum conuenit album, non austerum nec fuluum. Tamen illud semper perpendendum, Galenum scripsisse, omne vinum calidum esse: quare illud non propinabis, si mentis mouendæ sit metus, vel cephalalgiæ, aut phlegmones principis partis, vel ardentis febris. & si falsa destillatio iuncta sit febri: hæc enim à vino incrementa ducerent. Verùm si nil tale adfuerit, & febris sit remissior, vinum dabis; sed non sùsque déque quocumque tempore, sed dum signa pepasmi manifestò apparent, ex sententia Galeni. Quare non ilico cùm signa pepasmi appârent, memus in vinum: nam vinum datur ea lege, vt quæ iam triumphata sunt, à naturæ vi, excludantur quæ, si excludi non poterunt à vino, ob cruditatem, geminabitur infarctus. Distingues etiam num sit intercalaris febris, vel perennis. In continua febre vbi crudor adest, vel etiam pepasmus, si maxima adsit materiæ copia, coctáque si sit, da vinum aquosum, si febris non sit vehemens. Dices, Galenus tamen author est, vt vinum, ineunte morbo, ilicò exhibeatur. Sed ibi loquitur de febre cui iungitur syncope. Potus copia cibo respondeat. Si ventriculo sit valido, & si fuerit æstas, frigidæque si assueuit æger, bibat frigidum actu, si valida fuerit febris. Si ventriculi vis languet, calidum potet. Nisi sit quartana, non debebunt se exercere: nam quies refrigerat: & scribit Hippocrates, calidis naturis otium amicum esse. Galenus existimat, causâ febris vtendum esse quæ refrigerant actu, potestate, & per aliud. In paroxysmorum initiis non dormiat: nam spiritus per somnum intrò ruunt vnà cum calore natiuo; idem illis euenit ineunte paroxysmo. Quare metus est ne à subito illo raptu suffocetur calidum natiuum. Sed dices, Auicennam scripsisse, somnum pessimum esse, si quis cum ineat in statum prouecto paroxysmo. Respondemus, Galenum affirmasse, melius esse vt quis dormiat in statu, quàm ineunte paroxysmo. Sed Auicenna signum id pessimum asserit esse, si quis dormiat vigente paroxysmi robore. De balneis egit Galenus vndecimi Methodi vigesimo. Diximus putredinis priùs causis occurrendum esse. Hoc agemus dum obstructionem, putredinis aut horem, abigimus, ac calorem præter naturam refrigerando ac euentando fugamus, id quod compertum est euacuamus ac siccamus, quod verò in putredinem nunquam alteramus. Hæc vt à diæta obtineamus, per febres putridas diximus. Iam quo modo putrida medicamentis sint subigenda, inque naturam pristinam reuocanda; &, si id fieri nequeat, vt secernenda ac pharmacis abscindenda sint, iam dicendum erat; nisi aliud remedij genus in primo curationis vestibulo se nobis offerret, quod non minùs quàm pharmacia morbi ablationem adfert. Dicitur id phlebotomia. Etenim duorum horum celebrium remediorum, nimirum pharmaciæ & phlebotomiæ cùm incidit vsus, à phlebotomia est auspicanda curatio. Nisi tamen validè impleuerit se ante morbum: tunc enim leniter primò purgandi, deinde vena tundenda, demum validiùs est purgandum. Remedia itaque putridarum febrium sunt duplicia, euacuantia, & alterantia. Alterantia maximè dicata sunt causis morbificis & morbis: at euacuantia causas auferunt. Euacuantia geminâ facie occurrunt: nam sunt quæ propriâ vi id agunt, alia per aliud euacuant: nam inedia id, alienâ facit vi: at phlebotomia & pharmacia per se id moliuntur. Phlebotomia vt ritè fiat, quædam conueniant necesse est, materia, morbi vehementia, æras florens, virium robur. Materia; nam tunc maximè secari debet vena vbi plethora in vitio est. Plethora autem exquisita duplex est, vt cùm vasis contineri sanguis præ copia nequit, dicitúrque κατ' ἐξοχὴν Plethora. Est etiam plethora ad vires, quæ non est ex cacochymia, sed quòd vires tantam copiam sustinere nequeant. Sed dices, Scripsit Galenus, in omni febre putrida, salutariter admoueri phlebotomiam. Accipienda est ita sententia Galeni, vt seruentur seruanda. nam libro quem aduersus Erasistratum scripsit, reprehendit eos, qui in omni putrida febre venam secant. Et De morbis epidemicis scripsit Galenus, in biliosis non secandam venam: id, dixit Hippocrates, ne quidem agendum in sanguinis sputo, vbi maximè venæ sectione opus est. Et Galenus vbi ita scripsit vndecimo Methodi, subintelligit aliquam plenitudinem: nam subdit, Natura ita onere leuata, domat materiam morbificam. & illud dicebat in diuitum adulatores Medicos, qui verebantur de venæ sectione. Nam ex illorum sententia qui aiunt, In omni febre putrida venam esse perrundendam, quæstio nasceretur, Num phlebotomiæ locus sit, vbi materia morbifica est viscosa & crassa sine plethora. Sed huic respondet Galenus, Si plethora adsit, secetur vena: Si non adsit plethora, sed cacochymia, illa erit remixta cum sanguine, nec ita longè ab eo degenerauit, hæc phlebotomiam admittit: & hoc est, quod dicit Auicenna, Si vrina sit crassa: vel hæc materia longiùs à sanguine abiit, vt est materia viscida, crassa, lenta: hîc non est secanda vena. Præterea, vt ritè vena secetur, opus est, vt id suadeat morbi vehementia præsentis, aut si eius futuri metus adsit. Propterea sexto libro Epidemiôn, ad finem tertiæ sectionis, in pleuritide non aperitur vena: nam morbi magnitudo non aderat. Magnus sit morbus ex malignitate moris, symptomatum magnitudine, causæ immanitate, inflammata quia est pars princeps, vel translatione sympromaticâ. Tertiò, vt ritè ineatur phlebotomia, virium ratio est habenda. nam si mulieri febricitanti menses non satis copiosè fecantur, vena huic erit perrundenda: nam criticus hic est fluxus, & de naturæ motu editur; quare cùm vires valent, nec metus imbecillitatis adsit, hoc licet. Quamuis Galenus aliàs, nec robustis in viribus venam secandam putârit, ob metum qui aderat iam futuræ infirmitatis: nam

Potio præstantissima.

In pituitosa: & biliosa.

4. *Acut.* 40.

Ius longũ.

Vinum.

8. *Simpl.*

10. *Meth.* 6.

Qualitas & copia potus.

Motus & Quies.

11. *Method.*

2. *Aph.* 1.

Remedia.

Phlebotomia.

Quibus opus vt fiat phlebotomia.

I. Materia.

4. *Method.* 6. & *De vena sect.* 8.

1. *Aph.* 3.

11. *Method.* 15.

6. *Epid.* 3.

Aph. 11.

Sensus Galeni.

Refutatio.

10. *Method.* 2. 240. 1. & 9. *Method.* 11. 1.

II. Vehementia morbi.

Magni qui morbi.

III. Vires.

12. *Meth.* 5.

1. *Ad Glauc.* 13.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 36 sur 513

nam vbi fames, laborandum non eſt. Si mulier ingrauidata ex febre laborat, viribus robuſtis, ſecate venam, quamuis fœtus perire poſſit: ne fœta & fœtus alioqui pereant. Vires autem robuſtæ ſunt ἀμφοῖς, id eſt, abſolutè, vel κατὰ τι, hoc eſt, ſecundum quid. Abſolutè, cùm partes ſpirituoſæ, carnoſæ ac humidæ, & ſolidæ ſunt robuſtæ. Secundũ quid dicuntur vires robuſtæ, cùm aliqua horum robur habent. Cùm partes ſolidæ ſunt imbecilles, hoc eſt, molliores & laxiores, & faciles reſolutioni, quamuis alioqui carnoſæ & ſpirituoſæ robuſtæ fuerint, nunquam his ſecanda erit vena, vt in pueris, & mollibus albíſque corporibus ac pinguibus. Et vt ſolidæ prohibent ſanguinis extractionem, ita ſi validæ fuerint, eam interdum admittunt, quamuis carnoſæ & ſpirituoſæ labaſcant. Nam ſpiritus duplici de cauſa fiunt infirmi, reſolutione, & oppreſſione. Si ab exhauſtu fuerint imbecilles, non erit ſecanda vena, etiamſi in carnoſis & ſolidis adſit robur. Dum autem à materia opprimuntur, modò ſolidæ ſint robuſtæ, ſecari vena poterit. Ita Hippocrates venam ſecat in pulſus defectu, obmuteſcente etiam ægro, ratione materiæ opprimentis ſpiritus. Quòd ſi fuerit mulier ab vtero præfocata, emaciata, langueat vt in ea carnoſum genus, dummodo ſolidæ partes eius fuerint firmæ, ſecabimus illi venam, etiamſi iam quoque præfocata ab vtero iaceat. Id enim ni fiat, morietur, oppreſſis ſpiritibus à mole. Si ab exhauſtu languor adſit, non tundenda vena. ita Galenus Romanæ illi mulieri noluit venam pertundere, nam quatriduum in inedia fuerat. ita in exquiſita tertiana intermittente Galenus non ſecat venam: nam hæc febris naſcitur æſtiuis caloribus, regione calida, temperie ſicca & calida: quæ cuncta atterunt vires. Si res fuerit tibi cum ægro, cui carnoſum genus ab exhauſtu fuerit imbecille, huic non aperies venam: Sed ſi carnoſum genus ex impuro ſanguine languorem contraxit, ſeca. Nota ergo num turgidulæ venæ emineant: ſi ita, emitte ſanguinem. In ſecundo etiam ſenio eſt triplicis generis imbecillitas: propterea in hoc vena non debet feriri; nam etiam exangues ſunt. Neque in pueris id agendum eſſe ait Galenus, vbi putridis febribus occupantur. Quidam doctiſſimi viri putant tamen his aliquando venam aperiendam eſſe, annuente Galeno, libro De curandi ratione per ſanguinis emiſſionem: & ex Auerrhoïde, qui teſtatur Auenzoarem filio ſuo trimo ſanguinem detraxiſſe, ac eum ex acuto morbo ſeruatum fuiſſe. Reſpondemus, Galenum venæ ſectionem illam, ſuo tempore ſolemnem, quæ ad libras exhauriebat ſanguinem, non admiſiſſe ante decimumquartum annum. Et locum Galeni libro De ſanguinis miſſione, de cucurbitulis & hirudinibus fortè accipiendum eſſe. Idem fecit fortè Auenzoar: vel inflammatio illi puero adfuit, non putrida febris. Sed dices, Si morbus phlebotomiam exigit, verùm ſi ætas impedierit, quid agendum? cucurbitis vtar: nam hi, cùm ſanguinem tenuiorem prolectent, non æquè diſſiciunt ſpiritus. Ita Raſes agit in lactentibus pueris. Alioqui purga. ſed non ſit laborioſa purgatio. Sed qua copia emittetur ſanguis? Si plethora exquiſita preſſerit, copioſè educatur. minùs in plethora notha: verùm multò parcius in plethora ad vires. Si morbus vrget magnus, notabis num adſit phlegmone. ſi ita, fluat dum mutatur ſanguis: vt dum loco boni fluat malus. Si ſit phlegmones expers, educatur donec pro malo effluat bonus: ea enim naturæ cura eſt vt meliorem ſeruet. Liberaliùs abduces ſi fuerit ſynochus putrida, quæ focum ſuum in magnis habet vaſis. Attamen ſemper collinea ad vires, vt ſi media ſit ætate æger, & viribus ſi fuerit mediocribus, decem vncias exhaurias. Sed ſi tenui habitu fuerit ægre, vt ſi in balneis vitam agat, non validè euacuabis. In diuturnis febribus, quales ſunt quartanæ, repetitis vicibus id fiat: nec ſimul plurimum euacua. Regionem etiam in iudicium euoca: nam Auicenna non ita audax eſt in exhauriendo ſanguine ex popularibus ſuis, ac Galenus aput ſuos. Si fluxu aliquo exhauritur æger, vel ſi eius futuri metus adſit, parciùs effluat ſanguis. At quo morbi tempore aperiemus venam? Quo citiùs, eo meliùs. Si cruditas fuerit in venis, detrudatur, coquatur. ne, quod Auicenna ait, obſtructio reddatur grauior eo attractu. Sed conſidera morbi ſpeciem. Si enim fuerit vehementiſſima febris, illicò feca. & deinde ducatur aluus. Si morbus non adeò vrget, & ſi validè ſplendent vires, differre licet. Si vires non adeò validè micant, ſitque acuta febris, ſtatim ſoluatur vena. Quòd ſi non fuerit acuta febris, & tamen non vllam cunctationem ferât vires, illicò ſeca. Iubet Auicenna, vt poſt quartũ paroxyſmum vena non aperiatur in tertiana febre: nam titubat plerumque tunc virtus. Sed ſi ventriculus doloribus fatigatur, eritne ſecanda vena? Reſpondet Auicenna, Dolor ſedetur primùm, & ventriculus roboretur. Reſpondemus illum loqui de dolore ſecundario: ſed in primario illicò ſecetur. Si perſeuerârit febris, ſecabis à ſoluta aluo horam aut duas horas. Si calor nimium æſtuat, ſeca dum ille deferbuit. Tertiana cùm vrit continua, ſeca quinque vel ſex horis ante maiorem afflictionem. Aperietur ergo vena ineunte febre, non tamen in paroxyſmo, exceptis tribus caſibus, authore Oribaſio, qui ex Herodoto id notauit, vbi periculum eſt ſuffocationis: nam nonnunquam ineunte febre ita irruunt ſucci, vt penè ſuffocent homines. Deinde, cùm periculum eſt conuulſionis. Vltimò, dum dolor excrucians adeſt in paroxyſmo. At quænam vena ſecari debet? ſi focus febris ſit circa iecur, aperiatur baſilica: ſi hæc latet, mediam pertundite venam. Si putrida ſit ex ſuppreſſis menſibus, inferiores venæ aperiantur, ſi plethora non te aliò reuocet. nam ſi illa adſit, toti priùs ſtudendum. alioqui ob affluxum copioſiſſimi ſanguinis, illa in venis hiſtericis obſtructio geminabitur; non aliter ac cùm plurimi homines ex eadem porta ſimul nituntur egreſſum. Quin totum corpus non eſt per ægrum locum euacuandum: illud enim iniquum foret, vt afflictis daretur afflictio. Hac ratione Galenus ſcripſit, vtero inflammato ne moueas menſes: idem aſſerit de inflammatione obſeſſis renibus & veſicâ. Sed inſignis quædam difficultas oboritur de vena ſecanda, vbi fluxus adeſt. nam Galenus narrat, omnes febricitantes interiiſſe, quibus ſecta in fluxu vena fuit. & Auicenna ait periculoſum eſſe fluxum fluxui addere. & tamen hi authores aliis in locis præſcribunt talia remedia. Quare cuncta rectè diſtingui debent. Eſt enim fluxus alius hominibus ſolemnis, alius inſolens. Solemnis fluxus eſt vel ſanguinis, vel aliorum ſuccorum. Si ſanguinis, vt menſium, hæmorrhoïdum, erit vel copioſus nimis, vel acciſus. Si copioſior, vena erit ſecanda, non tamen reuulſionis cauſâ, ſed vt naturam quò vergit ducas. ita Galenus in menſium fluxu diminuto ſecat venam, ſed infernam. Nam talis ſolemnis euacuatio ſemper promoueri debet, etiam ineunte morbo, quamuis alioqui in morborum initiis, nihil naturæ ex legibus erumpat, ſed vi morbi. Sit ſanè ita, in non ſolemni euacuatione: ſed id in ſolemni euacuatione, locum non habet. Si fluxus hic ſolemnis ſit, at aliorum humorum qui à ſanguine ſunt alieni, & ſi ille copioſior quàm decet fuerit, vena non erit ferienda, nec purgandum, ſed potiùs reuellendum. Si copia acciſior ſit quàm decet, iuuetur: quia natura aſſueuit ita euacuari. Sin fluxus non ſit ſolemnis, ille

Vires duplices.
4. Acut.
5. Method. 13. 6. Epid. 3. 29.
Ætas.
11. Method. 14.
Pueris num ſecanda vena.
Cap. 14. 7. Collect.
Lib. De peſte 14.
11. Method. 15.
4. De Sanit. 11.
Quantitas emittendi ſanguinis
2. Acut.
9. Meth. 3. & 10.
De curandi rat. 15.
9. Meth. 5. 224. B. Tempus.
9. Method. 5.
1. Aphor. 23. & Ad Glauc. 14.
7. Col. 8.
Quæ vena.
Gal. De curat. per ſang. 15. & 13. Meth.
De curat. per ſang. 14.
Si fluxus adſit, num ſecanda vena.
1. Ad Glauc.
Solemnis fluxus.
9. Method. 5.
Inſolens fluxus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 37 sur 513

ille erit criticus, vel ſymptomaticus. ſi criticus, erit
Criticus. effuſior. vel contractior. ſi effuſior, emitte ſanguinem,
quò reuellas: ſi contractior, iuuetur. Si fuerit fluxus
Symptomaticus. ſymptomaticus, notandum erit, num ille ſe effun-
Per diſſentaneas. dat per vias lege naturæ conſentaneas, vel per diſſenta-
neas. Cùm per diſſentaneas, inhibeatur. ſi per con-
Per conſentaneas. ſentaneas, perpendemus num ſit primarius ille fluxus,
vel potiùs ſecundarius. Si ſecundarius, ille erit vel abū-
dans nimium, vel contractior. ſi nimis abundè feratur,
cōſtringatur, & reuulſioni ſtudeatur. Si cōtractior fuerit,
debili præſidio irritari debebit, quia fertur per vias lege
naturę conſentaneas. Sed quòd ſymptomaticus ſit, & vi-
res titubant, illud auxilium non validum eſſe debet.
1. *Epid.* 3. Hoc indicauit Hippocrates in curatione Meronis, qui
laborabat ex ſecundario fluxu ſanguinis, nam ſuper-
uenit is febri ſymptomaticè: nam ſubſtillus erat, nec
aderant ſigna pepaſmi. Attamen Hippocrates illi fo-
uebat caput balneo laxante. Non vtebatur phlebото-
mia, ſed tenui remedio. Ita Galenus ſcribens Glauco-
ni, damnat validum remedium. Sed poſtea prolixiùs
aliquantulum de fluxibus agemus, ac peculiare fortè
de iis caput ſcribemus. Cucurbita officium interdum
ſumit phlebotomiæ, ſed ſenſim euacuat: quare à phle-
botomia, perſeuerante ſanguinis vitio, dum vires
phlebotomiam non admittunt, ſcarificatione vtimur.
locus tepidâ aquâ foueatur. Dorſo hîc non admoueа-
tur: ibi enim cor eſt; at totum corpus per afflictam
partem vacuari non debet, ſed ſuris admoueantur.
Pharmacia. Sed ſi ingrauidata ſit mulier, brachiis affigantur. A
De lenientibus. ſecta vena, in febribus putridis, vt id quod putruit,
ritè ac ex naturæ legibus abſcindatur pharmaco, præ-
parati debet, quò naturæ expellenti & pharmaco
trahenti cedat. Nam hoc naturæ munus illúdque ſtu-
dium eſt, vt, priuſquam excernat, ſecernat. Secretio
fit attenuando materiam craſſam, lentam incidendo,
viſcidam abſtergendo, tenuem incraſſando, calidam
temperando. Sed in prima aluo nonnunquam mate-
ria fœda eſt: vnde euenit vt remedium integris viri-
bus non facilè materiam coquendam præparandám-
que attingere poſſit. Quare primò lenientibus vten-
dum, dein ad præparantia eundum, tandem purgan-
dum. Hæc materia excrementitia detenta in primâ re-
Vomitoria. gione aluinâ, vel ſurſum repit, vel deorſum. Si ſur-
ſum, vomitum mouebimus leuioribus pharmacis.
Vt ſi materia bilioſa fuerit craſſior, accipiemus aquæ
hordei tepidæ, vel iuſculi pulli tepidi, decem vn-
cias: ſuccí raphani vncias duas: oxymellis ſimplicis
ſeſcunciam: miſce pro vomitorio. Si pituiteſcat ma-
teria, accipies medium corticem nucis iuglandis ar-
boris, maceretur tota nocte vino: manè bibat hoc
vinum. Ab oleo abſtinendum: quia nimis laxat ven-
triculum, cuius robur in febribus eſt ſeruandum. Qui-
dàm in iuſculo, octo vel nouem folia aſari macerant,
Dubium. ius propinant. Dicet quis, Qui ineunte paroxyſmo vo-
munt, his leuior fit febris: ſemper ergo erit vomitus
excitandus. Reſpondemus, interdum ſyncopen inferri
niſu vomendi, maximè ſi ſenſilis ſit ſtomachus, &
homo ſi fuerit naturâ bilioſus, refuſâ ad ſtomachum
bile: hinc enim cor trahitur in conſenſum. Quare ita
tranſigendum, Si æger dicat ſe leuiùs agere à vomitu,
detur. Sin ex vomitu, ante paroxyſmum inciderit in
ſyncopen, iniicietis primùm clyſteres, & roborantia
admouebitis ventriculo, ne materia eò ſe effundat.
Dum enim iecur expellit materiam ad ambitum corpo-
ris, aliquam etiam partem ad ventriculum eructat. quа-
re vt ea ad inteſtina reuellatur, vtemur clyſmis. Sed
in initiis febrium, ad leniendum, debent admodum
mites præſcribi. Accipe aquæ hordei libram: ſucci betæ
vncias duas: olei communis vncias tres: ſacchari ru-
bri vnciam: oui virellum: ſine ſale, vel ſaltem eius
cum ſcriptulo, fiat clyſma. Alius mediocris robo-
ris, Accipe mercurialis, furfurum, cuiuſque ſemi-
manipulum: fiat decoctio ex aquæ. huius decocti ac-
cipe libram: mellis roſati & colati vncias duas vel
tres: electarii lenitiui ſemunciam: olei communis vn-
cias tres: oui vitellum: ſalis ſcriptulum: miſce, fiat
enema. A potentioribus caue. Vbi vires fuerint infirmæ,
balani fingantur ex ſale & melle. Veteres ſola mulſa,
benè cocta, cum oleo vtebantur ad vſum clyſteris. Per
os etiam dantur remedia lenientia, hoc eſt, leniter Lenientia.
excrementa per aluum eiicientia: nec tamen purgant,
hoc eſt, non attrahendo validè, euacuant: ſed potiùs
molliendo. Audacter per febres leniendum; timidè
purgandum. Hoc agimus ſirupis, bolis, & potionibus.
Sirupi alij educunt tenues ſuperfluitates, alij craſſos, Sirupi.
tenues, vt ſirupus roſatus: maximè confert vbi venter
eſt imbecillior. Sirupus violatus ſolutiuus, cùm acres
& mordaces ſunt vitioſi ſucci. Craſſa excrementa ab-
ducit mel roſatum & violatum ſolutiuum: nam non
ita conficiuntur cum aqua vt ſirupi. Accipe folia mer-
curialis, itidem & maluæ, hæc infunde melli, eo modo
vt roſæ infundi ſolent. Propina cum decocto acetoſæ,
endiuiæ, & hordei. Vel boli præſcribuntur lenes. Si Boli.
tenuior fuerit materia, præſcribemus tamarindos;
non enim adeò adſtringunt quàm roſæ. quin Meſue
caſtigat myrobalanorum ſtrictam vim à iunctis tama-
rindis. Sint hi acidi, cum quadam ſuauitate & pin-
guedine. tales enim bilis ferociam obtundunt, naturæ-
que ſtudent. Manna præbeatur ad tenues cruditates,
vbi frigidior fuerit hominis temperies, & mulieribus,
& pueris. Ad craſſa excrementa portiges ſpecies hieræ:
hiera enim vtitur Galenus ad ducendam aluum. Non 7. *Method.* 11.
tamen vtemur ea in continuis febribus, ſed pituitoſis.
& in febribus ſuffecerit ſeſquidrachma hieræ. ſed 2. *Aph. com.* 9. *in fine, & 3. Aph. com.* 2. *text.* 20.
quòd ſit calida, nec ſatis lenit, propterea confocia illi
caſſiam. Craſſa & tenuia educit caſſia. da eius ſeſcun-
ciam: cum aniſi ſemidrachma: adde ſaccharum. Ac-
cipe caſſiæ vnciam: tamarindorum pulpæ ſemunciam:
cum ſaccharo. Si flatibus homo obnoxius ſit, flatus eo
modo à caſſia fugentur: accipe ſucci endiuiæ, aceto-
ſæ, vel cichorei depurati vnciam: caſſiæ vnciam, ad
duas vncias: ſimul traiiciantur per cribrum: poſtea
fiat coctio: lento igne deſpumetur. Nam coctione
non exuitur vi purgandi. Accipe pruna matura dul-
cia, coque ex infuſo roſarum, iunge ſaccharum. Vel
accipe carnem pomorum dulcium maturorum, coque
ex infuſo ſolutiuo violarum. Accipe ius caulium ſe-
micoctorum, miſce huic acetoſam. Pro tenellulis illis
delicatulis accipiemus pruna integra, matura ac dulcia:
inſternemus his folia roſarum pallidarum, & iniicie-
mus ſaccharum modicè, ac Soli æſtiuo exponemus
illa vt modicè ſiccentur. Potio, vbi tenuis materia: ac-
cipe ſirupi roſati ſolutiui, ſi laxior fuerit ventriculus,
alioqui ſirupi violati ſolutiui ſeſcunciam; adde man-
nam & pulpam tamarindorum: diſſolue hæc cum de-
cocto acetoſæ, & endiuiæ, ſi bileſcit excrementum.
Accipe mannæ vncias duas: ſirupi roſati ſolutiui vn-
cias tres: decocti acetoſæ quantum ſatis erit vt fiat
potio. Sin craſſum fuerit excrementum, accipiemus
ſpecierum hieræ ſimplicis ſcriptulos quattuor: cum
ſirupo roſato ſolutiuo fiant pilulæ, vel boli quinque.
Et mox ſuperbibat hunc potum: nam hiera ob ama-
rorem nunquam potari debet: accipe ſirupi roſati ſo-
lutiui vncias quattuor: decocti endiuiæ parum: miſce,
fiat potio breuis. bibat illico à ſumptis pilulis. hoc
aperit etiam menſes & hæmorrhoïdes. Hactenus quo
modo aluus debeat prima liberari à fœditate excre- Præparan-
mentitia: iam de præparantibus. Præparantia alterant tia in fe-
occulta vel manifeſta qualitate. Occultâ, vt antidota, bribus pu-
quæ occultam abditámque morbi vim frangunt. Vti- tridis.
liter hæc nouis & inauditis morbis propinantur. Ita Occulta.
vipera exhibita fuit ſeruo Crateri medici Romani, vt Nouis & in-
prodidit Porphyrius Tyrius libro 1. De differentiis auditis mor-
animalium. Qui cùm in inauditum morbum incidiſſet bi.

ita,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 38 sur 513

ita, vt caro aboſſibus diſcederet, nec remediis proficiquicquam potuiſſet, à vipera deuorata, cùm piſcis more præparata eſſet, carnem oſſibus hærere fecit. Tales tres vel quatuor hiſtorias narrat Galenus. Manifeſtis autem qualitatibus prædictis remediis præparamus, vt apta fiat ad purgandum materia. Sed apta reddi nequit, niſi cognoſcamus quo modo ſit inepta. Eſt autem inepta ratione viarum, materiæ, & formæ. Dicit Galenus, non ſatis eſſe vt partes attrahant, quò illæ fruantur ſuo nutricatu, ſed & viæ ac materia nutritia benè comparata, vt id fiat, eſſe debent. Si itaque viæ non recluſæ fuerint, ſymptomata loco purgationis pharmaco inducentur. Nam cùm purgare conſilium eſt, corpora debent effici meabilia: nam ita ægri alacriter id ferent. Secundò, materia purganda debet parari ad excluſionem: ſi craſſa, attenuetur: viſcida, abſtergeatur: lenta, incidatur, alioqui tormina, vertigines, & cætera mala adferet. Tertiò, forma materiei debet excoli in cultum: vt cùm illa fuerit cruda & inculta, ſirupis coqui debet, & ſeparari bona à mala. Et quamuis fuerit materia cocta, attamen non ſemper poteſt euacuari; ſed ſi viſcoſa fuerit, erit abſtergenda, craſſa tenuanda: mulsa cum origano id benè conficitur. At materia tenuis cocta ſi fuerit, his non eget: nam quanto humor fuerit tenuior, eo faciliùs euacuatur. Quòd ſi verò tenuis materia cruda fuerit, coqui debebit. Propterea Hippocrates ſcripſit, In morbis acutis rarò pharmaciæ eſt locus, idque iis ineuntibus: atque id adhibito antè ſingulari iudicio eſt faciendum. Dicit, rarò, ineunte tali malo, vtendum eſſe pharmaco. interdum ergo eò veniendum. quando? cùm materia eſt effera, ne inde calor febrilis augeatur, vires frangantur, néve irruat effera materia in partem cuius officio vita carere nequit. Galenus ibi in commentario ait, In acutis morbis, initio ſtatim vel circa primum diem, aut non vltra ſecundum, purgatione vtendum. Studebimus ergo vt calor nativus fortior euadat, nam ille coctionis eſt author: operámque dabimus, vt calor præter naturam abigatur. Notabimus in primis quænam ſit materia mitiganda, quæque ſit corporis temperies. Præparamus itaque decoctis & ſirupis. Hos ſine aquis offerimus, cùm non petimus vt ad longas vias ſe traducant. Sed cùm materia recedit longiùs, aquis hos diluimus. Præparari ad excluſionem maximè per febres ſolet materia biliosa & pituitoſa. Si materia fuerit pituitoſa, accipiemus ſirupi de betonica, & oxymelitis ſimplicis, cuiuſque drachmas ſex: decocti betonicæ, & petroſelini vncias quatuor: miſce. ita etiam vtemur cupatorio vulgari, & agrimoniâ. Galenus celebrat hîc oxymel. Sed per febres dum vſus eius initur, accipiat maiorem aquæ copiam. Ego ſoleo in fine coctionis, dum enarratæ iam herbæ ex aqua coquuntur, libræ decocti admiſcere vncias tres aceti & mellis. Cautio adſit in febribus pituitoſis, vt in corpore non aſſueto frigidæ, in ventriculo debili, aëre frigido, potus ſint actu calidi: nam plerumque ventriculus hîc in vitio eſt. Oxyſaccharum etiam & mulſa commodè præſcribuntur: nam vnà naturæ ſtudent, & cauſam morbificam oppugnant: quod cæteris plerumque negatum eſt. Si fuerit febris biliosa, accipiemus ſirupi de ſucco acetoſæ, & acetoſi ſimplicis, & de cichorei ſucco, ſingulorum ſemunciam: decocti endiuiæ, acetoſæ, hordei, vncias quatuor: miſce: bibat manè. Si materia ſit vitellina vel æruginoſa bilis, commodè coquitur lactuca & flores nymphææ in ſero lactis: dantur vnciæ duodecim: vel ſucci endiuiæ vel lactucæ vncia remiſcetur ſero. Vel ſi iolabium velit, accipe ſirupi de ſucco endiuiæ, de ſucco acetoſæ, cuiuſque drachmas ſex: aquæ endiuiæ, acetoſæ, boraginis, cuiuſque vnciam: miſce. Sed decocta magis placent. Fit in his decoctio ad tertias, ne vires exhalent. Accipe ſirupi de acredine citreorum, de cichoreo ſimplicis, ſingulorum vnciam: decocti acetoſæ, endiuiæ, cichorei, vncias quatuor: miſce. In diplomate quæ fit decoctio non ita exuitur viribus. Accipe foliorum endiuiæ, acetoſæ, boraginis, ſingulos ſemimanipulos: aquæ ſeſquilibram: coque horas quatuor in diplomate. accipe colati huius decocti vncias quatuor: ſirupi de ſucco acetoſæ, roſarum, recentis, cuiuſque drachmas ſex: miſce, vtatur manè & ſerò. Sed ſimplex herbarum, ſeminum, aut fructuum infuſum mihi maximè probatur: ob leptomeriam qua excellunt; qua infarcta faciliùs expediunt per febres putridas: nam id quod tenuiſſimum eſt ſolùm bibit aqua: quod alioqui per coctiones ſurripitur, ac tenues euaneſcit in auras. Hyeme, vbi non licet infundere aquæ herbas, hoc ego vtor, Accipio aquæ cardui benedicti, cichorei, cuiuſque ſemilibram; (ſi grauis æſtus vrit, affunde aquæ papaueris rhœados vncias quatuor) ſeminis lactucæ & cichorei, cuiuſque ſeſquidrachmam, contunde & tepidè immacera ſimul: expreſſioni adde ſirupi violati, vel nenupharini, aut cichorei, vncias tres. Ita calidam materiam præparamus frigidis ſirupis. at paratâ materiâ calorem fouemus ſirupo boraginis, capillorum veneris, & ſimilibus. Bugloſſi radicem non lubenter decoctis remiſcemus: nam præter quam quòd ſitum adferat decocto, etiam obſtruit. ſemina frigida cortice ſuo abſtergent & aperiunt, medullâ nutriunt. Iam nos monent Euacuantia vt illa etiam per febres putridas in vſum ducamus. In febribus putridis materia quia adeſt putris, euacuandi ſeſe offert indicatio. Sed captata ita à qualitate materiæ indicatio nondum perſuadet hoc agendum eſſe. Sed natura ægri in conſilium eſt ducenda, ac videndum, num natura hoc admittat: ſi enim illa ſatisfacit euacuationi, ſuperſedendum. Deinde videbimus quo remedij genere ſit vtendum, num vomitorio, deiectorio, diuretico, ſudorifico: quare notabimus quò naturæ ac materiæ fiat inclinatio: & qua corporis regione materia morbifica lateat. Quin peculiarem etiam ægri naturam notabimus. nam ſi ægrè vomat, vt ſi anguſto ſit pectore, ſi laboret ex aphthis, obnoxiúſque ſit cephalalgiæ, hæmorrhagiæ, veterno, ſi ſcapulæ alarum more emineant, ſi tenui gracilíve collo fuerit prædius, ſi à vomitu ſyncope corripiatur, non propinabimus vomitoria: nec etiam ſi ventriculus habuerit vlcus. Inuento remedio quod commodè exhiberi poterit, vide qua copia offerri debeat. Non enim hoc ſatis eſt, remedia præbere quæ plurimum recrementorum effundant, nam authore Hippocrate, excretiones non copiâ & multitudine ſunt ſcienter colligendæ, ſed provt qualia decet feruntur, ægríque ferunt ex facili. Quaſi dicat Hippocrates, Duo ſunt iuſtæ quantitatis tecmeria in omni vacuatione, ægri alacritas, & humoris qui in vitio eſt excretio. Et quo tempore exhiberi debeat deprehenſum iam remedium, cognitáque poſtquam fuerit copia eius, videndum eſt. Hoc docuit Hippocrates, vbi ait, Incipientibus morbis ſi quid mouendum eſt, moue: vt nimirum reuellatur effera materia, quæ orgaſmo ruit, à nobili parte, doloris acerbitas tollatur, corpúſque perſpirabile reddatur. At ſi materia cruda fuerit pituitoſa, ſemper pepaſmus erit expectandus: nam ab hac præceps periculum non eſt; etenim partim coquitur, & partim euacuatur: vt enim ſunt gradus coctionis, ita & euacuationis eſſe debent: ita fit, vt natura non facilè ſuccumbat. Quare ineuntibus morbis, tenues & ſeroſos ac biliosos humores euacuabimus cùm non poſſunt coqui, vt in hydrope: craſſos verò, vt pituitam & melancholiam, coquemus.

Lib. De ſub figurat. empiric. Manifeſta.

Gal. 3. De ſymp. cauſ. 2. de dyſenteria in fine. Viæ.

2. Aph. 9. Materia.

1. Aph. 24.

Pituita vt præparanda.

8. Method. 4.

Cautio.

Bilis vt paranda.

Euacuantia.

Cautio.

Copia.

1. Aph. 28.

Tempus.

2. Aph. 29.

2. Acut. 11.

3. Epid. 2. 76.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 39 sur 513

Vomitoria.

Euacuationem molimur vomitu, deiectione, vrinæ prouocatione, sudoribus. Vomitoriis primùm vtemur lenioribus: at si morbus trahitur, nec remediis concedit, audacter agendum. Galenus dum quartanam curat, probat vomitorium ex elleboro albo, si anni totius curriculo domari non potuit. quare idem tunc nos tentabimus. Cautio adsit ne vomat valido ex remedio, nisi pepasmo domita fuerit materia morbifica. & potiùs à cibo id agat. Coquuntur pauca folia asari ex vino, cum melle, macis foliolis, & cinnamomo; bibunt cottidie, vel alternis diebus cyathum. curat quartanas & tertianas. Quidam addunt centaureum, quod febrifugam vocant. De aluum purgantibus pharmacis, singulatim dicemus in cuiusque febris historia. Propinétur quinque vel sex horis ante cibum. Sed interdum ilicò à remedio hausto cibum offeremus, maximè si vires fuerint prostratæ. quia etiamsi materia morbifica purgetur, vnà tamen quid nutricij succi excluditur: argumento sunt hi, quibus in hydrope perrunditur abdomen: nam moriuntur ilicò, si tota his aqua confertim excludatur. Si pharmacum hæserit orificio stomachi, author est Hippocrates vt ptisanam sorbeat, quò illud elui possit. Superdormiat sesquihoram. sed quò venter eius validior fuerit, hoc minùs dormiat. Somnus tamen maximè prodest, dicit Auicéna. Hac authoritate pragmatici præscribunt pilulas tribus horis elapsis à cœna, & vt totâ nocte somno se det eger imperant. Sed Auicennæ studium fuit hoc, vt ea ratione calor natiuus promptiùs agat in medicamentum, eiúsque sopita vis euocetur: hoc enim tempore somni pepsi operam dat natura. Sed eo tempore in actum ducitur remedij vis, cùm natura distributioni studet, quod fit per vigilias. Hoc, de somno, dictum puta de illis pharmacis quæ in nutricatum non abripiuntur. Nam cassiæ illicò cibus iungi debet. Quare dum consociatur cassiæ cibus, commodè somnus imperatur: alioqui non. Sed videamus, antequam à purgantibus abimus, Num diebus criticis licitum sit purgare. Dicimus, Si nihil indicatum antè fuit, licebit die quarto, septimo, vndecimo, decimoquarto, vigesimóque die purgare, & sanguinem etiam abducere: nam non erunt, hoc indicio, critici. Sed si fuerint hi dies critici, notandum erit, num illis diebus natura molitura sit vacuationem, vel non. Si eam moliatur perfectè, Medicus nihil agat. Sin imperfectam moliatur crisin: tu nota num id agat vomitu, sudore, hæmorrhagiâ narium, sedis, vel vterinâ. Tunc sanè leni vomitorio iuuare licet vomitum, frictione sudores, fotu aquæ calidæ vel hirudinibus hæmorrhagiam: nam hæc in nostra manu sunt, ac sisti possunt. Sed si per secessum natura moueat imperfectam crisin, præstiterit Medicum hunc non iuuare motum, ne maior quàm par sit fiat euacuatio, cùm semel haustum pharmacum reuocari nequeat, nec illud amouere liceat. Naturæ enim is adest mos, vt cunctanter interdum moueat, mox validè aluum excludit. Quare postridie potiùs erit pharmaco vtendum, quò id quod restibile est à crisi excludatur. Sed si natura impedita, die critico nullam moliatur crisin, pepasmo si mitigata fuerit materia, medicus pharmaciâ vel phlebotomiâ vtatur, si certò sciat naturam id non acturam esse. Sed dices, Hippocrate authore, critico die nihil mouendum esse. Sed illi sermo est de tali die, in qua natura mouet: nam vires defatigatæ sunt eo die symptomatum vi. Hactenus de critica euacuatione. Sed si natura symptomaticè euacuationem moliatur, éstne ea cohibenda? id sanè affirmare videmus Galenum. attamen experimur id ægrè ferri ab ægris. Ita decisionem adferemus huius dubij. Symptomatica euacuatio vel fit per loca lege naturæ consentanea, vel dissentanea. Si per dissentanea, debet cohiberi: de hac loquitur Galenus. Si per consentanea feratur loca, non semper debet cohiberi. Nam fallit interdum, cùm primùm mala videtur, quæ tamen benè cedit, vt in Methone, qui quinto die hæmorrhagiam experiri cepit. Præterea talis euacuatio non est cohibenda: nam praui humores copiâ vel qualitate stimulantes euacuantur: qui alioqui fortè metastasi aliò calamitosè raperentur. Licet alioqui talis euacuatio cruditatis sit argumentum, ac signum malum; ratione tamen causæ bonum est, vel minùs malum: nam minùs malum est humores educi, quàm in principem partem ferri. Si in otio & quiete hærerent illi succi, præstaret eos non excerni: sed cùm praui adeò sint, vt partes irritent, præstat eos excludi. Cautione hîc opus: Quod, licet incuntem euacuationem talem non libeat cohibere, minimè tamen à Medico est valdè iuuanda, cùm fiat à natura malè agente, etiam si fuerit diminuta. nam vbi natura rectè exclusionem mouet, huic auxiliares manus porrigere debet Medicus. Deinde vbi perseuerat talis euacuatio, ac vires prosternit, erit cohibenda. Diuretica verò remedia sunt duplicia. Nam quæ ἐκκαυστικὰ, hoc est, exquisitè sunt diuretica, lepromeriâ quadam partium excellunt, sunt que calida & sicca, sanguinem fundunt, & serum eius separant, vt calamintha, dictamnum, semen dauci, ammi, oleum iuniperinum, & vinum. Sed hæc, dum flammat febris, locum non habent. Non exactè diuretica, à tenui substantia vrinam mouent, non calore; vt ceterachum, capilli veneris, & glycyrrhiza, semina majora frigida, hæc vtiliora sunt febricitantibus. Propterea Galenus vtitur solum aqua, in qua petroselinum maduit. Omnibus febribus tale vrinale commodè propinatur: Accipe capillorum veneris viridium, ceterachi, cuiusque pugillum: aquæ hordei calidæ ac feruentis libram: fiat infusio horas octo: adde radicum petroselini vnciam: expressioni colatæ adde emulsionis seminum frigidorum maiorum sescunciam: sirupi acetosi simplicis vnciam: misce. bibi id potest ad decem vnciarum pondus, nam copiâ quadam opus est, vt vrina procedat affatim. Tenui & oligophoro vino lac infunditur: Serum id bibitur, adiecto succo pauco petroselini. Sudorifica, porétiora sint diuretica, & nisi febris immanis ardor impedierit, sint calida. Si febrilis calor impediuerit calidorum vsum, accipiat diuretici mox descripti vncias duodecim: id ad sudorem abibit. Si pulueribus vti consilium fuerit, sint illi tenuissimè attriti, vt capillorum veneris folia, ceterachum, fœniculum, dictamnum. Foris admota sudorem mouent illa quæ laxant, vt oleum amygdalinum, chamæmelinum cum aqua dulci: fricetur hoc cutis, quo se fundat illa, & vt acrior fuligo temperetur. Accipe olei amygdalini dulcis, aquæ pluuiæ, singulorum vncias duas: vini albi tenuis semunciam: nam ita penetrabit; modò non ardua febris fuerit. Sal absinthij etiam commendatur: & decoctum radicum Chinæ. Epithemata cùm ex rebus frigidis & adstringentibus fabricentur, meritò suspecta esse debent in febribus putridis. nam ab exitu arcent vapores putridos; hinc geminatur putredinis causa, obstructio. Excipio causos & pestiferas febres: in his enim stringendum est cor; in illis intolerabilis flamma est extinguenda. Ex more nostro iam pauca empirica remedia accersamus, quæ tamen à ratione non sint aliena. Auerrhoës scribit, ad ardentes febres salutariter propinari aquam anguriæ. Idem melonum, & cucumerum aqua præstat. Quidam propinant aquam ex ranis destillatam: ac dysenteriam vnà curant. Illi tegi postea debent, qui his aquis vtuntur: quò sudor euocetur. Macerantur tamarindi toto die aquâ, vnà cum berberis, prunis acidis, cum exigua copia seminis fœniculi dulcis.

Cautio.

Purgantia per aluum.

An diebus criticis sit purgãdum.

1. Aph. 21.

Symptomatica.

4. Aph. 46. 47.

Diuretica.

Sudorifica.

11 Method. 9.

Topica.

Epithemata.

Empirica.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 40 sur 513

dulcis. interdum vncias duas mannæ cum eo percolant. Clysteribus quidam vtuntur ex decocto seminis maluarum, althææ, hordei, lactucæ, endiuiæ, sonchi, & quatuor frigidorum: cum oleo nenupharis, violato, cum cassia. Quidam, in febribus nothis à pituita & bile, in potu dant singulis diebus succum betæ cum saccharo candido, ad vncias octo, in aurora. Quidam offerunt drachmam agarici, cum calido decocto chamædryos alij absinthij decoctum, cum drachma puluer is chamædryos, per horamante paroxysmum. Nonnulli drachmam rhabarbari singulis paroxysmis exhibent: dum nondum occupat febris corpora. Alij hunc potum celebrant, si anteuertit paroxysmum duabus horis: accipe mannæ, cassiæ, tamarindorum, singulorum semunciam: bulliant in aquæ libra, dum duæ partes exhauriantur: colaturæ adde olei amygdalini recenter expressi vncias duas. Sunt qui duabus horis ante paroxysmum propinant duas vncias aquæ betonicæ & endiuiæ: cum sacchari crystallini semuncia. Commendatur decoctum pentaphylli, agrimoniæ, ac althææ, cum sirupo violato: hoc triduo exhibetur in aurora. Aliud: decoctum pulegij cum saccharo datur horam ante paroxysmum. Scribit doctissimus vir Prosper Alpinus, probari admodum hoc æuo Ægyptiis opobalsami drachmam, si sumatur ex decocto radicis Chinæ, & spicæ Indæ, vel ex iure pulli cum radice petroselini ebullito. mox sudori se dant. ter, inquit, eo iure vtuntur. Quidam totum corpus fricant oleo amygdalino amaro & chamæmelino, cum pauco nitro. Incoque aquæ ac aceto rosarum flores, chamæmelum, violas, boraginem, semen endiuiæ, & maluarum, fœnigræci, althææ, psyllij, papaueris: adiecto tandem colaturæ, diarrhodonis abbatis pulueres, fiat epithema spirabilibus partibus. Succus cucurbitæ cum oleo rosarum pulsibus illitus, pellit omnem febrem. Succus semperuiui cum vino, aceto, & lacte muliebri, si illinatur plantis pedum, volisque manuum, & fronti, calorem extinguit toto corpore conceptum, ac somnum conciliat. Idem fiet si quis pedes fouerit decocto foliorum salicis. Bibat aquam plantaginis, rosarum, tormentillæ: & fiat epithema ex decocto agrimoniæ. Accipe pulueris cumini drachmas duas: furfurum vnciam: salis drachmam: misce duobus albuminibus ouorum: pedibus subdatur, emplastri modo. Aliud: Accipe chelidoniam cum radicibus, contunde: adiice salis pugillum: aceti parum. vesperi plantis pedum suppone. & brachiorum pulsibus impone duo ouorum albumina stuppâ excepta. Ego saponem, salem, & fermentum sub pedibus apponi iubeo: si metus sit ne ilicò in atiditatem trahantur, folio brassicæ excipiantur. Si acutus sit morbus, incoquat acetosam sero lactis: bibat. Cucurbita viridis inuoluitur pastæ, & coquitur in furno: deinde exprimitur succus; in quo tandem coquitur gallina vel perdix: addi poterit hordeum, vuæ passulæ, munda semina frigida: coque in balneo: postremò exprime, & adde saccharum. hoc nutrit, modestè infrigidat, & robur addit. Coquetria corda ranarum vna ebullitione in vino: hoc tepidum bibat. Propinetur ante paroxysmum scripeulus theriacæ cum aqua scabiosæ. Pentaphyllon cum vrtica mortua, & tela aranearum, pulsibus adligatum. In oculos reuoco curationis filum. Aluum solue, venam tunde, præpara alienum à sanguine succum, purga, ab infarctu liberatam materiam exclude, incide, attenua, refrigera; sicca ea quæ putruere, & elide, robora.

* * *

Admouenda.

Anacephalæosis curationis.

CAPVT XV.

De FLVXIBVS *aluinis, ac de generali eorum curatione.*

MAGNVM negotium ægris & Medicis aluini fluxus facere solent. Quare de his, iterum iam agere iubet periculum, quod illi adferre solebant, si quid temerè ad hos compescendos, aut irritandos moliamur. Et vt nil temerè, naturam illorum ac causas exploratas habere debemus. Cùm excrementum aluinum corpulentum περίττωμα elabitur ex aluo, animaduertemus eius substantiam vel consistentiam, qualitatem, copiam, excernendi tempus & modum. Consistentia ex lege naturæ sit cohærens: non dura nec liquida, vt euenit intemperie calidâ obsesso hepate, & in affectione iecoraria; cœliaca, lienterica, & cæteris talibus. sed sit mediocris substantia, nec pinguis, vt euenit in syntexi. Et copiâ, excrementa respondeant cibis. Tempore autem si eo, quo per sanitatem excerni solemne est illi homini, excludantur, bono est. nam vegetam naturæ vim denunciat: vt quæ nihil remiserit à suo officio. Odore non sint ita fœdo vt in pestiferis fluxibus. Colore sint subrufo. Exclusionis modus sit citra molestiam. Si ab his ideis abierit excrementum, in vitio erit. Huius ergo causas inuestigemus. Materia hæc excrementitia effluit ex toto corpore, vel ex parte aliqua; vel in aluo gignitur. Ex parte, vt ex cerebro, iecore, liene, mesenterio. ex aluo, vt ventriculo vel intestinis. Effluit materia, quòd à propriis vasis non retineatur: id fit vitio vasorum, vel facultatis. Vitio vasis, vt cùm elabitur à disrupto laceróque vase. Facultatis vitio, vt dum sphyncter musculus paralysi soluitur; tunc enim assiduò labitur excrementum. Interdum retentrix vis in vitio est, dum intemperie ab humida laborat pars: nam ita euenium fluxus lienterici & cœliaci. Expultrix nonnunquam fatigatur, irritata succorum copiâ vel acrimoniâ. Succrescit autem copia materiæ, & etiam eius acrimonia ex causarum internarum, & earum quæ à foris sunt, non moderato incursu & vsu. Causæ enim internæ crimen habent, errore attractricis facultatis, vel alteratricis vt dum vis attractrix altiùs se erigens, plus prolectat in partem, quàm illi pro nutricatu suo opus sit. Hoc euenit caloris vel doloris potentiâ. Dum verò alteratrix vis immemor est sui officij, quòd pars tacta intemperie languet, procreatur materia ibi quæ qualitate aliqua in vitio est. Causæ aliæ sunt externæ, vt si haustum fuerit pharmacum virulentum, vnde iniqua quædam vis humoribus corporis impressa fuit. Aër etiam acrioti caloris vi si corpus liquârit, ac bili stimulos addiderit: vel si madidior is, corpora succósque laxârit. Præterea si aër pestilentiâ infamis fuerit. Cibi etiam hoc faciunt, qui facilè in corruptelam degenerant, vt horæi fructus, & omnes qui excrementitiis partibus circumfluunt. Scribit Auicenna parciorem cibum etiam fluxum accersere: dum à nimio corporis accenditur ardore; inde acriorem potentiam induens, corruptelâ acri excretricem vim irritat. Fungi etiam cæteráque talia quæ virulentiam quandam redolent, in fluxum corpus interdum præcipitant. Quidam cibi, quibusdam antipraxiâ quadam sunt bellicosi, vnde in fluxus aluinos vel alias calamitates trahuntur. Picrocholis melicratum turbat aluum. hoc etiam interdum molles ac lubrici faciunt cibi: quibusdam strictâ vi præditis cibis fertur aluus. Frigidæ etiam potu ieiunis redditur infirma retentrix: & à motu qui mox excipitur à cibo. & à nimio ocio, quod fœcundum

Causæ.

Cur effluat materia.

Causæ externæ.

dum eſt in vbertimum excrementum, quod laceſſit tandem excretricem potentiam. His verò qui altero crure mutili ſunt, κατὰ λόγον naturæ ſingulis ferè menſibus per ſedem effluit ſanguis, qui alioqui in cruris nutricatum abiturus fuiſſet. Variis labuntur excrementa ideis. lienteria fertur crudis: cœliaca, aliquantulum mutatis, ad chylum quaſi nutantibus. Differentiæ.

A materia. Hæc chyliformis materia eſt vel putredine contaminata, vel putredinis expers. Si putredinis fuerit expers, faciem gerit cibi qui in chylum abit. ſi imbuta fuerit putredine, Diarrhœæ nomen induit. Meminit etiam Auicenna fluxus merè fœcalis. Si verò fluxus materia non ſit chylus aut cibus, ſed quæ iam cibi ideam depoſuit, hæc erit nutritia materia, vel excrementitia. A nutritia, naſcuntur ſanguinei fluxus. ab excrementitia, oritur diarrhœa, aut ſanioſus fluxus, vt dyſenteriæ euenit. Diſtinguuntur etiam fluxus à partibus, vnde ducunt ſui motus initium. nam effunditur excrementum ex toto corpore, vel ex peculiari aliqua parte. A toto naſcitur diarrhœa, & ſyntexis. à cerebro, cerebralis fluxus appellatur Auicennæ. A ventriculo, lienteria, cœliaca paſſio, diarrhœa chyloſa, cholera. A iecore prodit fluxus hepaticus: à liene, ſpleneticus. à mezenterio, chyloſus, dum chylus non putreſcit: diarrhœa chyloſa, dum illa in putredinem abit. Ab inteſtinis, fluxus inteſtinalis, iſque fœcalis; dyſenteria, vel teneſmus. A partibus. Præterea, vt effectrices cauſæ fuerint variæ, variè diſcriminantur fluxus, vt à vaſe diruptо, vel à laxato eius oſculo. Vel ob ſolutam vim retentricis; aut expultricis ob vexationem à copia vel acrimonia ſuccorum. Materiæ vitio euenit fluxus, cùm ea à benignitate ſua abit, cùm coctrice ceſpitante, vel attractrice nimis vegetâ corrumpitur: vel quòd à foris iniuriam acceperit, vt à rebus quæ aſſumuntur, excernuntur, admouentur, & aguntur. A cauſa. Præterea, alius criticôs euenit: alius, ſymptomaticôs. Iam ſymbolis quibuſdam interſtinguamus cuiuſque differentiæ ſpeciem. Criticus fluxus noſcitur ex ſignis pepaſmi, & ex euphoria: nam ſi ſymptomaticus fuerit, damnis inde augentur ægri. A toto corpore eum prodire argumento erit, quòd nulla pars in querela fuit, & febris hominem occupat. A parte aliqua ſi elabatur, hæc in vitio fuit, & excrementum geret ideam eius partis vnde dimanat. Si à laxata facultate animali elabatur excrementum, id noſcetur ex paralyſi ſphyncteris ani. Cùm à fracta vi retentricis obortum malum eſt, elucebunt humidioris intemperiei notæ, maximè ventriculi & inteſtinorum, & cum doloris vacuitate effundentur. Expultricis irritatione qui euenit fluxus, copiâ vel acrimoniâ excrementorum ſe prodit. A foris illatum dum vitium eſt, relatu aſtantium & ægrorum id agnoſcitur. Quando attractricis importunâ vi oboritur fluxus, prodromos aderit calor inſignis, aut dolor. Namſi à proſtrata coctrice fluxus concitabitur, nec calor, nec dolor aderunt. Quare aſſero, In fluxu aluino critico, impedito, vel effuſiore, aliquid remedij adferendum eſſe: in moderato nihil. In ſymptomatico fluxu, materia quæ in vitio eſt, auferenda, & aliò reuellenda. Deinde partes vnde effluit roborandæ; & ſi à toto, illud redintegrandum. Iam ad Prænotionem abeamus. Criticus fluxus eſt ſalutaris; at ſymptomaticus eſt periculi plenus. Quò excrementum aluinum longiùs abit à lege naturæ, eò plus periculi adeſſe indicat. Quare κακόχυμα excrementa, vtpote nullius vſus, non ſunt periculoſa: at ſanguinea periculi plena. Videndum etiam ex quibus in quæ fiat mutatio. ſi flauam deiectionem mox exceperit viridis vel nigra, malum. Si eadem labantur ſemper ideâ; ea ita ferentur ſincera, vel aliis remixta. hæc bona ſunt; illa, praua. Quæ à principe dimanant parte, præſentius periculum indicant. ita ſpleneticus fluxus minus periculi habet hepatico. Si ex vaſorum diæreſi effundantur ſucci, plus periculi habent, quàm ſi illa recuderentur. lienteria & cœliaca paſſio, quia in hac retentrix titubat vis, in illa verò aufertur, ægrè curatur. Cùm verò expultrix vis vitium facit à copia laceſſita, faciliùs redintegratur quàm ſi acerrima à ſuccorum vi hoc illi euenirет: faciliùs enim accidimus copiam, quàm acrimoniam eluimus. Si ortus fuerit fluxus à rebus quæ ſunt à foris, faciliùs inhibetur, quàm ſi ab internis rebus hæc excrementorum copia vel acrimonia ortum duxerit, modò venenum exceperis. Si fluxui conſociauerit ſe nauſea, ſingultus, ſyncope, corporis ſumma tenuitas, ſcirrhus hepatis diuturnus, ſummi res erit periculi. Deprehenſâ iam cauſarum naturâ ac vi, ad curationem pergamus. Eſt ne vena ſecanda fluente aluo? Clariſſimi authores cenſent periculoſum eſſe, addere periculo periculoſi morbi. & in aluino fluxu ſtupent vires.* Aliis tamen locis ſcripſere ijdem, fluxum interdum promouendum eſſe. Si reſponderimus criticum fluxum non eſſe irritandum, aduerſabimur Galeno, qui hoc affirmat nono Methodi. & ſi dixerimus ſymptomaticum fluxum eſſe promouendum, eandem Maleam feriemus, cùm hoc noluerit Galenus vbi ad Glauconem ſcribit. Vt deciſio doctè adferatur, varias fluxuum naturas perpendamus, & aliquantulum latiùs, vltra aluinum fluxum, illum pandamus. Fluxus eſt quidam naturæ ſolemnis; alius eſt illi inſolens. Solemnis, vt menſium, & hæmorrhoïdum; qui iure & loco eueniunt. Inſolens, vt diarrhœa. Si fuerit ſolemnis, ille erit ſanguineus, vel à ſanguine alienus. Si ſanguineus, is erit accîſus, vel effuſior; ſecetur vena; hîs, reuulſionis cauſa; ibi, quô naturam iuues. Ita Galenus in accîſo menſium fluxu venam incîdit infernam; non enim reuellendi conſilium erat. Ergo in ſolemni ſanguinis fluxu licet pertundere venam. Sed dices, In principiis morborum nihil κατὰ φύσιν euacuatur, ſed ſymptomaticè. Reſpondemus, ſolemnem excretionem eſſe ex naturæ lege: quare etiam impellenda & promouenda: non enim fit à cauſa morbifica, ſed à pellente natura. Si ſolemnis euacuatio fuerit aliorum ſuccorum, & ſi copioſior fuerit, non concitanda, ſed reuellenda. ſi parcior fuerit, auxiliabimur: nam eſt naturæ ſolemnis hæc euacuatio, atque ex more. Si verò inſolens ſit euacuatio, eueniet criticôs, vel ſymptomaticôs. Si criticôs feratur, at liberaliùs quàm naturæ in more ſit, reuulſionis causâ vena aperienda erit, modò ſanguinea effundantur: ſi alij humores effluunt, aliis auxiliis quàm phlebotomia, fiat venæ ſectio. Si parciùs ferantur, auxiliandum erit naturæ, phannaco. Cùm ſymptomaticôs excluduntur alieni à ſanguine ſucci, notandum num id fiat per loca lege naturæ conſentanea, vel incommoda. Si per diſſentanea, reuellendum erit ad loca commoda: vt ad inteſtina. Si effuſiùs excludantur per loca lege naturæ conſentanea, cohibendi, ac nonnunquam inhibendi; quanquam interdum illud non liceat. Quare obſeruandum, num hic fluxus qui abit per partes ex lege naturæ conſentaneas, ſit fluxus primarius, vel non. Primarium voco, qui non eſt febri conſectarius: vt cùm diarrhœa, vel dyſenteria fatigat abſque febre. Non primarium fluxum voco, cùm fluxum febris excipit, hoc eſt, qui febri eſt conſectarius, & hic eſt ſymptomaticus. Si non fuerit primarius, ſed ſymptomaticus, atque is ſi ſit effuſior, etiamſi ſe effundat per loca lege naturæ conſentanea, erit reuellendum & ſtringendum. Si fuerit acciſior, tenui auxilio illi ſuccurrendum erit: nam fertur per loca legi naturæ conſentanea. tenui tamen id agendum medicamine, ne vires fatiſcant, & etiam quòd ſit ſymptomaticus fluxus.

Num criticus. Vnde. Signa. Indicationes. Prognoſis.

Phlebotomia. Gal. Ad Glauc. 1. 14. & 5. De Sanit. tu. 2. & 4. Acu. 116. * Vi Auic. 1. 3. tract. 5. cap. 22. & Gal. 1. Aph. 20. & 2. Aph. 22. & 5. Method. 5. & 9. κρ. πεπ. & Diaſc. lib. 3.

Dubium.

9. Method. 5.

xus. Ita egit Hippocrates in ſubſtillo ſanguinis non primario, ſed à febre: & vbi nulla prodroma notabantur pepaſmi argumenta; nam ſymptomaticum illud ſubſtillum erat. Laxat tamen meabiléſque partes reddit ille Senex, fotu aquæ tepidæ. hoc eſt, tenui auxilio ſuppetias fert: & à phlebotomia abſtinet. Hoc modo Galenus etiam repudiat pharmaciam in fluxu ſymptomaticôs oborto ac diminuto. Nam etiamſi fundantur ſucci per ſoca lege naturæ commoda, nec admodum effusè id agant, non tamen eſt concitandus validis pharmacis. Sufficeritenim myrobalanis & rhabarbaro paruâ copiâ præſcriptis, ac ſæpè repetitis, inteſtinis conceptam materiam eluere, nec tamen nouam attrahere. Si fluxus fuerit primarius ſanguinis, erit is effuſior, vel acciſus. Si effuſior, non modò aſtringere, verùm etiam reuellere licèt phlebotomiâ. Si acciſior, ſecetur vena: nam natura eſt iuuanda vbi ſanguinis vacuatione opus eſt. Si à ſanguine alienus fuerit qui effunditur ſuccus, ſi fuerit copioſior, reuellendum erit frictionibus ac loris, non venæ ſectione. Si parciùs elidatur, pharmaco irritandus: & ita fluxu fluxum curamus. Quia fertur materia per loca lege naturæ conſentanea: & eſt primarius hic fluxus; nec ab antegreſſa febre corpus labefactatum eſt. Vbi igitur conſilium eſt ſoluendi venam, ea copia abducatur ſanguis, quam eius vbertas, vires, ætas, & ſimilia admiſerint, morbique magnitudo ſuaſerit. Dum euacuandi ſtudio ſcinditur vena, maiori fluat copiâ: cùm reuellendi, minori. Euacuandum vnica vice: reuellendum pluribus. Quando vena ferienda? ilico, quôliceat tutò & ſtatim in vſum vocare ſtringentia remedia. Quæ vena? ſi hepar in querela fuerit, dextra: ſi lien, ſiniſtra. Cucurbitæ loco venæſectionis dorſo admouentur. Tandem, cùm totum corpus purum eſt, ventriculo adhæreant quatuor horas cucurbitæ, ſuaſore Auicenna: id agendum ſine ſcarificatu. Iam ad Pharmaciam. Medicamenta præſcribuntur ad cauſam fluxus, vel ad fluxum. Ad cauſam fluxus; vt illæ variæ ſunt, ita & medicinæ. nam inde eſt quòd modò aſtringentia, modò reuellentia præſcribamus. hæc, vt materia quæ ad inteſtina fertur, reuellatur in alias partes: illa, vt refrænetur impetus ruentis ſucci. verùm his non vtendum antequam corpus à fæditate fuerit liberum. propterea eſt euacuandum, & materia acris temperanda. Euacuantia remedia locum habent in aluinis fluxibus tum parcioribus, tum effuſioribus. nam materia infixa hæret inteſtinis, ac ita irritat vim expultricem, vt etiam alimenta exigat. Abſit vt demus pharmacum ratione materiæ affluentis; ſed id damus quô hærens ibi materia, expultricémque laceſſens excutiatur. Calamitosè enim hæc materia ſupprimitur, dum infixa eſt inteſtinis. Verumtamen audaciùs hoc agendum in fluxu acciſo. Euacuantia ſunt aluina, vomitoria, diuretica, & ſudorifica. Aluina & vomitoria ſint leniſſima: abſtinendum ab his quæ naturæ ſunt infenſa, quæque validè ſuccos rapiunt in centrum corporis, vbi ſymptomaticè per loca commoda fertur materia, parciore copiâ. Tamarindos commendat Auicenna: nam præterquam quòd modeſtè excludant, vnà naturæ ſtudent moderando feruorem & ſuccorum æſtum, ac partibus robur addunt. Accipe pulpæ tamarindorum ſemunciam, aut quid amplius: conſeruæ roſarum drachmas duas: ſantalorum odoratorum ſemiſcriptulum: cum ſirupo roſato ſumat ex cochleari. Pruna etiam non omnino dulcia commendantur. Præ ceteris tamen nobilitauit Auicenna myrobalanos; nam excludunt fœda, roborant, ac ſtringunt: &, cùm variæ ſint, varios ducunt ſuccos. Celebre remedium eſt ſirupus roſatus laxatiuus, cum decocto tamarindorum. His adde rhabarbarum, exiguâ mole, (ne à toto adducat ſuccos ad inteſtina) ſæpiúſque repetitum: Accipe rhabarbari optimi ſcriptulum vel ſemidrachmam, aut ſcriptulos duos: puluerís corticum myrobalanorum citrinarum ſemiſcriptulum vel ſcriptulum: cornu cerui, vel margaritarum præparatarum ſemiſcriptulum: miſce cum ſirupo de ribes: ſumat ex cochleari. Serum etiam lactis acrem mitigat ſuccum, & hepar refrigerat. Si nullum ſtringendi conſilium fuerit, vtemur infuſis rhabarbari, myrobalanorum, tamarindorum. Sin magis ſtringendum putaueris, his toris vtemur. Si validiùs exiſtimaueris ſtringendum eſſe, vſtulatum rhabarbarum in vſum ducemus. Ita agemus dum biliosa recrementa effunduntur. Sed ſi ab atra bile natum ſit malum; ſumat mel roſatum laxatiuum cum iuſculo pulli. Fiat etiam clyſma ex lacte caprillo in quo chalybs ſæpiùs extinctus ſit addé mel roſatum. deinde vſtulatum ſumat rhabarbarum. & poſtridie iniiciatur clyſter abluens, qui fiat ex ſucco carnis, vel ex aqua hordei cum eius ſucco & ſaccharo. vel ex lacte & ſaccharo. Sequenti inox die infundatur clyſma hoc: Accipe aquam chalybeatam, cui incoque hordeum mundatum, balauſtia, & roſas ſiccas, pro tribus vicibus. Colaturæ adde ſacchari rubri vncias duas: ſeui ouilli vncias quatuor: trochiſcorum de carabe ſeſquidrachmam: miſce, fiat clyſter. ſopit mirè dolores. Sed non temerè ſtringendum. nam, vt ait Celſus, Vno die fluere aluum ſæpè pro valetudine eſt, atque etiam pluribus, dum febris adſit, & intra diem ſeptimum id conquieſcat, purgatur enim corpus, & quod intùs læſurum erat, vtiliter effunditur. Verùm ſpatium periculoſum eſt; interdum enim tormina & febriculas excitat, vitéſque conſumit: interdum euenit vt fluxus diu neglectus, curari difficilior ſit. Dum ſtringis, vſum remediorum quæ temperant viſcerum calorem vnà inire debes; & leniter hæc etiam ſtringant. Fiant ex roſis, cicoreo: vel ex mentha, ſi materia frigida fuerit. A dulcibus abſtinendum: nam aluum promouent, faciléque bileſcunt: maximè ſi biliosis feratur aluus. propterea vſum melicrati interdixit picrocholis Hippocrates. Si corpus naturà fuerit calidius, decoctis vtemur ex ſoncho, endiuia, dente leonis, cicoreo: nam ſirupi ſaccharum habent, quod facilè fluxui addit. Iunge ſuccum de ribes, vel granatorum, aranciorum malorum, citreorum, limonum. Sed cautio adſit, ne his vtamur dum tuſſis fatigat. tunc enim præſtiterit viſciditate quadam aluum continere, ac lentore quodam fluxum cohibere: vt farinà amyli, radicibus conſolidæ, oryzà: nam hæc pectori non officiunt. Aceto alioqui vti licet, ſi abſit tuſſis, nec inteſtina fuerint [illegible]: nam nulla vlceratione occupata inteſtina roborat & ſtringit. Sin illa imbecilla aut aphthis obſita fuerint, ne oxymel quidem propinandum putabimus. Præſtaret ſucco concreto cicorei, vel conſeruæ eius ex modico ſaccharo confecta vti, quàm ſirupis & decoctis, niſi exiguâ offerantur mole, authore Auicenna. Clyſteres etiam temperantes ex ſucco hordei liquido, cum ſaccharo commendantur: adde interdum quid trochiſcorum de carabe. Vomitus etiam vtiliter præſcribitur. ſed cautio ſit ab oleo: hoc enim, dum ventriculum laxat, effuſiorem reddit fluxum. Vrinalia remedia, ad diuerſionem, commodè etiam in vſum vocantur. Vbi febri incanduit corpus, dabimus emulſionem ſeminum peponum, melonum, cucumerum, ex decocto ſeminum cydoniorum. alioqui diluto radicum perroſelini vtemur. Sudorifica locum habent intùs & foris. ſi materia morbifica fuerit frigida, decoctis ſudorificis id agemus; quale eſt decoctum radicis chinæ. Quòd ſi materia calida fuerit, balneis prouocabimus ſudores, prouiſione primum habita de toto corpore. Quin etiam frictione molli vtemur,

1. Ad Glauc. 14. Method. 13.

In primario fluxu.

Copia educendi ſanguinis.

Quando.

Quæ vena.

Cucurbitæ.

Pharmacia.

Ad cauſam fluxus.

Varia ſunt euacuatoria.

Cautio. *Lib. 4.*

Temperantia.

Cautio.

3. Aphor. 38. & 32.

Vomitoria.

Vrinalia.

Sudorifica.

Ad fluxum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 43 sur 513

©BIUM

vtemur, vnctâ manu, dulci oleo amygdalino, cum pauco vino albo tenui, ex præscripto Auicennæ.

Astringentia. 5. Method. 5. Astringentia quæ præscribuntur ad fluxum, sunt vel narcotica, vel stupefactionis expertia. Sed præcipuè animaduertendum num copiosus, vel exiguus sit aluinus fluxus. vtrumque tamen superfluum intellige: alioqui non esset stringendum. Si effusior, validis vtendum stringentibus. Si exiguus, debilioribus: maximè cùm metus sit, ne vires labantur. Est tamen suus ambitus effusior fluxui: nam vel longè excedit, vel modicè. Si plurimum, validè stringendum: si modicè, modestè stringentibus vtemur. Modestè stringit rosa, mastix, terra lemnia, hæmatites lapis, oryza, farina hordei siccata in furno, cydonia mala, caseus vetus assatus, & lotus sæpiùs dum insulsus euadat. detur drachma, cum scripulo gallarum, & conseruæ veteris rosarum drachmis duabus. Ita etiam datur coagulum leporis vel hœdi ablutum sæpiùs: datur cum aqua symphyti. Cydoniatum soluitur cum aqua antiqua rosata, propinatur. Si frigida sit materia morbifica, Accipiemus macis, masticis, caryophyllorum, cuiusque drachmam. sumat manè drachmam. Quidam accipiunt turturem antiquum, hunc immittunt vasi virteo, absque vllo liquore, operculo obstruunt, ac patis massâ vndique combinant rimas, & furno immittunt vnâ cum pane: inde fac puluerem, & eum propina manè & serò. Distillant quidam aquam ex viuentibus ranis: quam propinant remixtam cum puluere à ranarum distillatione restibili. Si sanguis effundatur, commendatum est spodium sumptum ad semunciæ pondus, cum sirupo myrtillorum. Accipe sirupi myrtini, sirupi cydoniorum, & de rosis siccis, cuiusque vnciam: aquæ prunellorum, plantaginis, foliorum quercus, singulorum vncias quatuor: misce, fiat clarum iolabium: propinetur cum aqua rosarum. Aliud; accipe smaragdi grana nouem: teratur in puluerem, ac cribro excernatur, ac ex aqua calida, vacuo bibatur stomacho. Auenzoar & Auenrhoës vniones aceto soluunt; & coralium, succo ribes: cochlear huius succi propinatum, dysenteriam etiam curat. Fortiter astringit acacia, balaustia, cortex mali granati, galla immatura, vinum prunorum siluestrium. Prædictis ex quibusdam adiectis validius in strictionem vinum rubrum redditur. Potens etiam hoc est, Accipe corticum granatorum vncias duas: seminis nigellæ Romanæ vnciam: granorum tinctorum, seminis fœniculi, cuiusque semunciam: radicum cyperi, ireos Florentinæ, singulorum drachmas binas: radicum tormentillæ, bistortæ, singulorum drachmas tres: masticis electæ vnciam: balaustiorum, rosarum rubrarum, corticis citri non conditi, cuiusque semunciam: sumachij semunciam: cinnamomi ruditer contusi drachmas tres. Coquantur ex lege artis, ex aquæ libris tribus, dum supersit iuris decocti libra: tunc adde vini Gallici subastringentis semilibram: ferueant duabus vel tribus ebullitionibus: & macerentur duodecim horis. Postea colentur expressione mediocri. De hac colatura excipe cochlearium vnum: cui adde vini stringentis tantundem: & cum multo saccharo rosato subtilissimè trito, aciisdem probè commisto, fiat haustus breuis, initio cuiusque pastus exhibendus. Conserua etiam ex cornis semimaturis validè stringit. Scribit Auicenna, cibum in ventriculo à coriandro valenter retineri. Aliud: Accipe boli, terræ sigillatæ, lapidis hæmatitidis, cuiusque drachmam: picis naualis, vel masticis sesquidrachmam: coralli rubri, margaritarum, cornu cerui vsti, & loti aquâ plantaginis, singulorum scripulum: sacchari rosati drachmas duas. addo lubenter aliquid caphuræ. Sumat æger cochlear ante cibum, vel ex oui vitello, vel misce cum succo granatorum, vel cum decocto nostro astringente, quod iam descripsimus, & vino de rosetta, vel rincto, vt vocant. Aliud: coque folia quercina in ceruisia, ad dimidias. Ante cibum sumat drachmam penis cerui siccati, ex vino rubro. Alia autem stiptica dicebam esse narcotica: vt, Accipe conseruæ rosatæ semidrachmam: theriacæ scripulum: requiei Nicolai scripulum etiam: dentur sub noctem. In prauis febribus quæ cum fluxu fatigant, solebam decoctis adiicere magnam copiam seminum papaueris & capitum eius, cum scordio, carduo benedicto, scabiosa, semine citrij, acetosa, bugloss, & cicoraceis, acoréque limonum, adiecto sirupo de ribes vel cydoniorum. Aliud: Accipe seminis hyoscyami albi, cuiusque drachmas decem: terræ sigillatæ, coralli rubri, singulorum drachmas quinque: sacchari rosati antiquissimi, quod satis sit, vt fiat electarium. sumat manè & vesperi drachmam. Si à liene fluxus est, sumat chalybis liquorem: qui hoc fiat modo: Accipe chalybis limaturæ libram, quam ablue aceto: dein cola, ac limaturam extende super pannum, & insperge semunciam caryophyllorum in puluerem redactorum: viginti quatuor horis ita hæreant. Deinde accipe sex vel octo libras vini potentissimi, quale maluaticum est, (sint vina alba) vitro simul infundantur, ac solibus æstiuis exponatur: alioqui in balneo maris foueatur, & cottidie vas agitetur. Liquitur illa limatura ferè tota. sumat ex eo vino manè cochlearium vnum aut alterum, & affundat tantundem aquæ plantaginis, vel vini. Auicenna admouet olea astringentia ventri, vt balaustiorum, rosarum, myrtinum, cydoniorum; ex oleo omphacino parari hæc debent. Si frigidior videtur materia, vtemur oleo masticino, cum nuce cupressi, mentha, caryophyllis, ladano, absynthio. alioqui inngemus acaciam, corallum, balaustia. Accipe foliorum cydoniorum, mespilorum, prunorum siluestrium, cornorum, cotticum malicorij, rosarum siccarum, cum fructibus singulorum: ferueant in aqua: & colaturâ foueat ventrem & pedes. Sed religiosè transigendum in narcoticorum vsu, & obseruandum, quod monuit Auicenna, vt misceas quæ mitigant veneficium in his algoris. Refert enim is author, ab enematum opiatorum vsu, quendam obiisse: quare non sine discrimine per os his periclitamur. Iunge ergo castoreum, crocum, myrrham, lignum aloes verum. Hac serie: primùm admoueantur foris: deinde indantur suppositoriis & clysmis: vltimò per os exhibeantur. nam periclitari præstat de frigore ventriculi, quàm permittere vt homo intereat. Talia hæc sint, inquit Auicenna, quæ vnâ incrassant materiam affluentem, ac partem quæ infrigidant: ita materia ægriùs effluet. Sintque somnifera: per fluxus enim vigiliæ fatigant. præterea dolorem sedent, maximè si cuncta in calorem conspirauerint, vt materia, aër, corpus. A victu absint dulcia, aquea, salsa, aroma validum fragrantia. Ouum coquatur ex aceto. Passulæ conueniunt stringentes: fuge dulces. Coquantur cibi cum malis cydoniis, symphyto, plantagine, oryza, sumachio, aqua rosata. Abstine à liquidis, modò non sit fractus æger, aut validè à febre fatigetur. tunc hordei farinam furno inde vnâ cum pane: ex ea puls coquatur, cum succo granatorum, vel de ribes. Potus fiat ex aqua chalybeata & aqua plantaginis. vel plantago coquatur ex aqua hordei. Si tussis molesta sit, adiice radices symphyti. Modò febris admittat, iunge vinum austerum. Potet frigidum, nisi phlegmone, obstructio, aut frigidior intemperies eius vsum renuant. Parcâ tamen manu potet. nisi fortè remedij loco potari vinum liberaliùs velis: vt, reuulsione, sudores aliò vocent orgasinum succorum, nimirum ad peripheriam corporis, ita iussit Auicenna ad ebrietatem potandum

Modestè stringentia.

Fortiter astringentia.

Narcotica.

Quo modo ipse chalybs potabilis redatur.

Foris.

Cautio de stupefa. cientibus.

Victus.

Potus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 44 sur 513

dum esse. Sed id semel, remedij vice, agatur. Verùm aliis sudorificis id longè feliciùs moliemur & tutiùs. Somnus. Partes infernæ sint in otio. A cœna propinentur somnifera ex decocto oryzæ cum consolida, & emulsione ex duabus vnciis seminis lactucæ, & duabus aut tribus drachmis seminis papaueris. Subitus terror reuocat aluum. Subdo, coronidis loco, quædam empirica. Empirica. Accipe limaturam chalybis, hanc ablue cum muria, & dein cum aqua dulci. tum desuper superfunde acetum acerrimum, quod supernatet quatuor digitos. Soli expone dies aliquot, ac nouum subinde affunde acetum; ita tenuior fiet limatura. Aperto vase per integrum diem reuerbera, dum euadat rubicundissimum & læuissimum. Coque iterum diu cum aqua pluuia. Ex eo potest fieri oleum, vi aquæ vitæ. Dabis guttulam cum conserua rosata vel symphyti. Cordus commendat philonium Persicum. Aliud: Vino rubro infunde limaturam chalybis ab igne candentem: id decies repete: remisceo quid eius vini, cum alio vino quo vtitur. Puluerisatam verò illam limaturam ablue aquâ: dabis semidrachmam cum conserua rosata. Sumat cottidie drachmam succi acaciæ solutam aliquo liquore. Immittuntur vino austero pruna siluestria. Fiunt etiam clysteres ex decocto succi acaciæ. Accipe radicum tormentillæ, radicum pimpinellæ, cuiusque semunciam: zedoariæ, cinnamomi, macis, ligni aloës, singulas drachmas: sacchati parum: sumat drachmam. Vt ventriculus redintegretur languens: accipe aristolochiæ rotundæ radices quinque: menthæ, rosarum rubrarum, singulos manipulos: calami, galangæ, zinziberis, cuiusque duas drachmas: masticis semunciam: olibani drachmas duas: bulliant ex aceto: & spongiâ admoue ventriculo hoc acetum: vel panis assus eo madescat. Sed cautio per febres adsit, vt quàm frigidissimis ex his vtamur, vel saltem minùs æstuantibus. Cautio.

CAPVT XVI.

De Synochi putridæ, hoc est, Febris Continentis putridæ Natura, Causis, Differentiis, Signis, Prognosi, & Curatione.

SVPRA egimus de Synocho non putri, hoc est, de Ephemera multorum dierum, quam vocant Latini Continentem non putridam. Iam ad eam venio cui originem dedit sanguis putredine obsitus, quæ dicitur Synochos vel continens putrida. De sanguinis putredine. 4. Collect. 31. 2. De dif. feb. 11. 9. Meth. 4. 2. Crif. 8. 11. Inter maximos authores maxima fuit quæstio, Num sanguis putrescat. Auerrhoës ait tam arduam fuisse hanc quæstionem, vt Galenus dubius hac in re deprehendatur: cùm modò affirmare, modò hoc negare videatur. Sanè Galeni sententia fuit, sanguinem bilioſum dici posse, cùm in bilem facessit: hoc est, dum est mutatio illa ἐν γενέσει, non autem ἐν φθορᾷ. De Plethora 10. Aris. 3. Hist. animal. 15. & 2. De Part. animal. 9. Dum enim putrescit, remanet adhuc sub forma sanguinis: quia nondum perfecta corruptio est: nam dum ita putrescit, plures adhuc intactas putredine partes habet. Non aliter ac vinum dum acescere, & ad acetum abire incipit, nondum acetum euasit; nam plures adhuc partes illæsas habet. Ita etiam sanguis dum putrescit, potest sanguis vocari: nam adhuc ad pristinam naturam reuocari potest. Tunc quamuis ichorosa eius ac tenuior pars non fiat bilis, attamen illi simillima redditur. Hinc est quòd paroxysmi eius, febris faciem quandam induant bilioſæ ac tertianæ: qui tamen, authore Galeno, mites sunt, etiamsi magnis claudatur materia venis. propterea aliquo modo bilioſa dici potest. & tempus aliquod datur certum, in quo aliæ partes sunt putrefactæ, aliæ putrescunt, aliæ dispositæ sunt ad putredinem. Propterea dicit Galenus secundi De febrium differentiis vndecimo, Pleuritici cùm rubrum expuunt, tertianarium habent motum: vbi verò supra modum assatur, mutatur penitus pars tenuis in pallidam bilem. primò verò erat in confinio bilis collocatus humor. Febris autem, inquit, fit pro specie humoris, in quem sanguis mutatur. De hac reprius etiam egimus: quare superfedeo. Hactenus de natura eius. Causam agnoscit massam ichorosam sanguineam, quæ in magnis venis putrescit. Est enim sanguinis vox homonyma; duobus enim modis intelligitur: primò, pro puro illo & sincero humore sumitur, qui propriè sanguis appellatur, ab aliis tribus humoribus nutriciis secretus. Secundo modo, pro omnibus quatuor humoribus qui in venis continentur, quibus apertis effluit sanguis quatuor humoribus præditus. Hi humores singuli suis perfunduntur ichoribus, ceu lac sero. Est ergo ichor sanguineus, bilioſus, pituitoſus, melancholicus. Hic ichor sanguineus maximè in vitio est. Sed dices, Si febres ex ichore nascuntur, ergo hydropicos maximè fatigabunt. Sed horum ichorosa materia nullam analogiam habet cum ichore sanguinis qui copia in vitio est. verùm hydropicorum ichor potiùs qualitate in vitio est: vt in pituitoſi ichoris culpa. Propterea Galenus scripsit, eorum qui laborant ex synocho corpora, esse robusta ac calida. Ichor ergo sanguinis ad putredinem abit. Si enim sanguis ipse in putredinem traheretur, non ferrent hi sanguinem ad lipothymiam vsque abduci. Dicit Galenus, corpora calidis excrementis circumflua, hac febre tentari. Igitur calida recrementa putrescunt: & nihil æquè facilè putrescit ac ichor; quod in vino obseruamus. Primò itaque putrescunt ichores: progressu, nisi occurratur, etiam succi alimentales trahuntur, & tunc synochi pestilentes nascuntur. Sed ad constituendam synochum non pestiferam, satis est vt putrescant ichores. Sed dices, Cur non cuncti quibus plethora molesta est, synochis implicantur? Quòd circumfluant non cuncta plethorica corpora hoc ichore: est enim præter naturam. Quare primùm necesse est vt causa accedat, astrictio, obstructio, intercepta transpiratio, repletio, insolens exercitatio, eò ichores, qui putrescunt, hi nascuntur ex horæis fructibus, & aquosis. Et, si sanguis putresceret in maioribus vasis, quo modo viuere posset homo? & qua vi tam facilè superaretur malum? affirmat Galenus, synochum quarto die iudicari solere. 3. Crif. 4. Gignuntur ergo hi ichores in corporibus plethoricis, cùm intercipiuntur fuligines & vapores: hinc ichorum copia, qui paulatim putrescunt, interceptâ transpiratione. Et nisi occurras, trahuntur nutricij succi, vnde synochus pestilens. In hanc prompti sunt iuuenes irrigui sanguine, in otio degentes, quique subitò ab inedia ad epulas deliciasque se vertunt. Ad Differentias venio. Differētiæ. Synochus est febris συνεχὴς, nullis paroxysmis distincta. In hoc enim differt ἀπὸ τῆς συνεχοῦς πυρετοῦ, hoc est, à continua, quòd hæc paroxysmos habeat pro humoris à quo genitur specie. Si namque eam pituita excitauit, cottidie effert se; si bilis, alternis; si melancholia, quarto exacerbatur die. Verùm ὁ συνεχὴς, hoc est, continens, nullas huiusmodi mutationes habet, sed ab vno paroxysmo, eodem filo, nullis paroxysmis interstincto, ad finem fertur. Huius tamen tres differentiæ statuuntur. aut enim perennis ille paroxysmus æquali fertur pede, ita vt nec se efferat, nec dimittat toto suo curriculo, quæ συνοχὸς ἐυήνεος siue ἀκμαστικὴ appellatur: vel sensim altiùs se euehit, dicta ἀναζαπτικὴ & ἐπακμαστικὴ. vel pedetentim ferociam suam remittit, ἀφακμαστικὴ dicitur. Præterea sanguinea hæc materia vel leniter putrescere incipit, vt cùm ad benignum alimentum verti iterum possit. 2. De dif. feb. 11. 2. Crif. tunc

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 45 sur 513

tunc quamuis tenuis eius pars non fiat bilis, attamen illi ſimillima redditur : adeò vt Galenus interdum has ex flaua bile naſci dixerit. Hinc eſt quòd paroxyſmi interdum tertianæ ideam æmulentur : ſin ad melancholiam abeat ſanguis , quartanam quadam facie exprimant : idem in aliis ſuccis euenit. Sed tamen mites ſunt hæ febres , inquit Galenus, etiamſi magnis in venis ſtabulentur. Sin adeo in putredinem degenerârit , vt redintegrari nequeat in priſtinam naturam , fient tertianæ acceſſiones. Iam ad ſigna. Eiſdem ſignis ſe prodit quibus ſynochus non putrida, ſed manifeſtioribus : longè enim acerbior feruor hîc fatigat ob vim putredinis. Guttur flammam & quaſi tumorem recipit : nam in glandulas ſpongioſas gulæ reſudat actis humor ex venis, & acerrimis replentur vaporibus : & propterea ægrè lingua officium ſuum facit. oculi ſunt lachrymabundi : nam ſanguine abundant eiúſque ichore, qui acrior ad oculos reſudat. Pulſus idem qui in ſynocho non putri : ſed inæqualior. hîc tamen , analogiâ ad aliarum febrium pulſum, dici poteſt æqualis: ſed per ſe eſt inæqualis : velociter enim ſe contrahit; tardiùs ſe diſtendit. Vrina his eſt craſſa , turbida, rubra , hypoſtaſis expers. Exanthemata ſæpè toto corpore efflorescunt liuida , nigra : adeò vt ideam ducat peſtilentis : eſt tamen morbus hic mitiſſimus & periculi expers. Fit enim hoc , quòd pars aliqua ſanguinis pellatur in cutem. Quin & talia nonnunquam per intercalares eueniunt febres : ſed metus abſit : non enim pote eſt , vt aliqua ratione peſtilens febris intermittat. Hæc febris nunquam fatigat eos quibus contigit habitus corporis gracilis ; ſed plethoricos & homines venoſos inuadit : nec ferit ætatem frigidam & ſiccam. Illa indoles huius febris eſt, vt totum ilicò hominem caloribus inuoluat, ſine prodromo frigore, horrore, aut rigore. Ad prognoſin abeo: qui enim exercitationem peculiarem velit, legat Galenum nono libro Methodi , vbi duos iuuenes proponit , quorum vnus putridâ , alter ex non putridâ laborat. Ineunte morbo ſi euacuatio valida fiat ſponte , conſtantibus viribus , bonum ſi non perennant. Exanthemata à pepaſmo critico die efflorescentia , bona : alioqui calamitoſa. Si pepaſmi ſigna diu non appareant , facie inſtar ſphæræ turgida , tornatilem vocat faciem Auicenna , perlongum futurum morbum inde ſignificatio fit. Scripſit Raſes, ſe experientiâ exploratum habere , quòd , vbi ſynocho inuolutis aluus immemor officij redditur, ceruix & collum grauantur, in procinctu eſſe phrenitidem vel lethargum. A quarto die deſinit plerumque. Si inſurgat ſemper febris , linguáque reddatur nigra , vrina craſſa & nigra , oculíque refugiant lucem , calamitoſum : nam increſcens hæc febris labefactato in ægro, cauſæ validam denunciat vim , ac mortem. Sin decreſcens ſit febris, ſine his notis, ſalutaris erit. Homotonos verò ambigit inter has : tanto ſecurior, quanto ab anabatico longior. Facilis à non continente putrida, in putridam ; & ab hac iterum in tertianam continuam , vel in peſtiferam tranſitio eſt. Sunt periculi expertes, ſi rectè tractentur. Quartum diem curioſè obſerua , ſi tunc pepaſmi elucent ſigna, criſis fiet die ſeptimo. Auicenna docet, tantum temporis intercurrere inter exordium huius febris, & prima pepaſmi ſigna , quantum ſpatij eſt inter pepaſmi ſigna , & ſolutionem. Vt ſi primæ notæ pepaſmi in conſpectum venerint die quarto , ſoluetur febris die ſeptimo : ſi die ſeptimo eluceant hæc ſymbola coctionis, ſoluetur decimo quarto : eò enim vſque excurrere poteſt. Iam ad curationem abeo. Duo præcipui ſunt curationis ſcopi. vt nimirum ebullitio ſanguinis ſedetur ; & ne ampliùs putreſcat ichor ſanguinis, vtque id quod facilè in bilem abit , excludatur. Ebullitionem ſiſtunt victus bona ratio , & remedia. Victus , vt fraga, prunæ , ceraſa acida , mala punica & aurantia, cucurbitæ. Sit cibi parca quantitas. abſtineat à carnibus , & à rebus dulcibus ; nam validè nutriunt. Veſcatur portulacæ maioris ſtolonibus coctis. Potet aquam hordei, vel tenuem cereuiſiam abſtineat à vino. Conferet etiam aqua cum ſucco granatorum. Melicratum non conuenit, quia putredinem in ſynocho auget. Aluus ſi ignaueſcat , ſollicitanda erit enemate, ex decoctomaluæ, althææ, hordei, lactucæ, endiuiæ, ſonchi , ſeminum cucumerum, & melonum : cum oleo violato , nenupharino ; adde caſſiam. Inter medicamenta eſt aquæ frigidæ potio , modò venæ ſectio poſthabita fuerit : nam hæc, abſque frigidæ vſu, ſæpè abegit hanc febrem. Paratur ichor biliosus ad excluſionem decocto & ſucco ribes , tamarindorum decocto : cum ſirupo lactucæ, nenupharis, boraginis , de iuiubis. Accipe foliorum lactucæ , portulacæ , nymphææ , endiuiæ ; cuiuſque pugillum : tamarindorum vnciam : fiat decoctio ex aqua hordei. huius decocti accipe vncias quatuor : ſirupi de iuiubis , & oxyſacchari, cuiuſque vnciam. ita caſtigabis ſanguinis tenuitatem , refrigerabis , & vias parabis ad excluſionem. Scribit doctiſſimus medicus Proſper Alpinus , hoc æuo , per has febres ab Ægyptiis propinari anguriæ aquam: quam Auerrhoës etiam teſtatur peculiari dote dicatam eſſe feruentibus febribus. Ita etiam præbent aquam cucumeris, & melonum : à quarum potu tegunt ægros in ſpem ſudoris. Alij, inquit Proſper Alpinus, propinant plurimam aquam in qua tamarindi , berberis, & prunæ, cum paucis fœniculi ſeminibus macerata fuere. Si corpus exanthematis fœdetur, metus abſit, ſoluite venam ilicò. Dices , Natura ad peripheriam inclinat , ac eò humorum colluuies rapitur : hæc non impedienda. Reſpondemus , collineandum eſſe non ad exanthemata , (quæ ſolùm feruente paroxyſmo efflorescunt, móxque ſedatâ acceſſione euaneſcunt) ſed ad cauſam antecedentem: nam infarctus alioqui geminabitur. Sermo nobis eſt non de exanthematibus quæ per febres peſtiferas ſe in conſpectum dant, ſed quæ in ſynochis effunduntur. Si alicubi venæſectio locum habet, is hîc eſt ; hæc enim recludit infarcta , quæ alioqui in peſtiferam vim degenerarent : mera enim plethora hîc in vitio eſt. Prorahemúſne ergo ſanguinis eductionem ad lipothymiam ? Periculi ſanè plenum eſt hoc remedium in hoc morum more , vbi ab ingluuie cruditatibúſque infarciuntur corpora , ac obrutum his ſtupet calidum illud nobis à primo ortu conſociale. illud eſt quod putredini frena iniicit, ne latiùs exiliat. hoc , inquam , animi deiectione deiicitur. Cucurbitæ ſuris affigantur ſcarificatis altioribus plagis. nam in Ægypto, inquit D. Proſper Alpinus, tria vel quatuor ampla vulnera ſuris inferunt ſcarificando , ac vberrimè ſanguinem proliciunt. deinde cucurbitas admouent ponè aures ad ſpinam : vel pertundunt venam frontis, vel temporum arteriam , ſi perennes vigiliæ fatigârint. Auerrhoës & Auenzoar feriunt frontis venam. Cùm materia excluſioni parata eſt, purgetur ſanguis modeſtè. vt mannâ, vel ſirupo granatorum laxatiuo , tamarindis. Accipe mannæ , caſſiæ , tamarindorum , ſingulorum ſemunciam : bulliant in libra aquæ endiuiæ ad exhauſtionem duarum partium : colaturæ adde ſirupi roſativel violati ſolutiui vncias duas. Si bolum malit , Accipe pulpæ tamarindorum , caſſiæ recenter extractæ , cuiuſque drachmas ſex : ſucci condenſati fumariæ ſeſquidrachmam : fiat bolus , aſpergatur ſaccharo. Si potum velit , Accipe tamarindorum ſemunciam : myrobalanorum corticum citrinarum, drachmas tres : paſſularum Corinthi , ſemunciam: fumariæ

2. De dif. feb. 2.

2. Criſ. 12.

Signa.

Trall. 11. lib. 2.

Prognoſis.

17. Continentis.

Curatio.

Dieta.

9. Method.

Præparanta.

Phlebotomia.

Cucurbitæ.

Purgantia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 46 sur 513

fumariæ ſemimanipulum: infunde ſero caprillo: colatæ expreſſionis accipe vncias quatuor: mannæ optimæ vnciam vnam; duas, vel tres. vel eius loco caſſiæ recens extractæ vnciam. Epithemata fiant ex aqua roſata, violata, nymphææ, adiectâ caphurâ, croco, aceto. Moue vrinas ſeminibus frigidis, aſparagis, capillaribus, cicoraceis. Purgato corpore ac ſedata febre, aboleantur veſtigia putredinis, quæ ſanguini inuſta ſunt; & partibus robur addatur. præterea cottidie vtatur conſerua de acredine citreorum: & ipſis citriis malis: & ſuperbibat cochlearium aquæ diſtillatæ ex totis citreis: conſerua roſarum, boraginis, bugloſſi, lactuca condita: remiſce quid ſpecierum diarrhodonis Abbatis. Si æger ſomni expers fuerit, vtatur noctu emulſione ſeminum papaueris, & ſeminis pſyllij, quæ extracta ſit in aqua lactucæ, cum ſirupo papaueris.

Roborantia.

Ad vigilias.

CAPVT XVII.

De Febrium Continuarum putridarum, vt de CAVSI, *hoc eſt, Concluſæ & ardentis febris, & de Tertianæ continuæ, reliquarúmque febrium continuarum natura, Cauſis, Differentiis, Signis, Prognoſi, & Curatione.*

CAVSOS hæc febris dicitur, quòd ardoris plena videantur omnia in hac febre: potiúſque calorem, quàm putredinem præſeferre. Interdum quæuis valida febris ita appellatur. Eſt autem Cauſos vel febris ardens exquiſita, febris continua bilioſa, à bile putreſcente non longè à corde. Per bilem intelligo bilem ichoroſam, & humorem bilioſum nutricium, ſiue is in propria natura putreſcat, ſiue mutetur in excrementitiam. Bilis enim conſiſtens in maioribus venis & arteriis, ſanguini reliquo infuſa, facit febrem ardentem. eadem ſegregata à ſanguinis concretione, facit tertianam exquiſitam. Eſt namque eadem materia tertianæ & cauſi: ſed hoc intereſt, quod inter herpetem & eryſipelas: Nam materia cauſi eſt ſanguini affuſa. Bilis itaque nutricia, putredine abit in excrementitiam, vel in propria natura corrumpitur. & vtcumque putreſcat, febrem proferre poteſt. etenim excrementitia bilis, cùm per ſeceſſum non eliditur, ſed cùm per venas rapitur, febres adfert. Diximus in definitione hanc bilem putreſcere non procul à corde: nam bilis putreſcere poteſt in magnis, paruis, cordi proximis, vel ab eo remotis vaſis. In remotis venis dum putreſcit materia, (cùm ſcilicet eò extruditur à maioribus venis) fieri nequit quin portio aliqua excidat per carnoſas partes: vnde fit rigor paruus; & tunc dici nequit hæc febris exquiſitè ardens. Ea enim differentia eſt inter febrem ardentem ſeu cauſum, & inter tertianam continuam, quòd in tertiana continua putreſcat materia in venis remotis à corde: At ſi cordi vicinis in magnis venis putreſcat, erit ardens paroxyſmi expers. Tertiana continua habet exacerbationes febriles: ergo eius materia non putreſcit in cordi proximis venis, tertio enim die recrudeſcit. Sed dices, Hippocrates ſcripſit, in tali febre, nimirum in continua tertiana, diebus paribus recruduiſſe in pluribus paroxyſmum. Reſpondemus, Si fuerit duplex tertiana, ſingulis diebus experietur acceſſiones febriles æger. nam in geminis febribus paroxyſmi efflorescent paribus & imparibus diebus: nam ſexto quoque die inuadet. Primæ autem febris, duplicis tertianæ, acceſſiones ſunt ſemper vehementiores. vnde dies impares ſunt plerunque infeſtæ magis. Fit tamen interdum, vt paribus diebus paroxyſmi

Quid ſit.

1. *Epid.* 2. 19. & 2. *Criſ.* 6. *Auer.* 3. *Colleſt.* 4. 7. 11.

2. *Criſ.* 6.

Dubium.

3. *Epid.* 3. 36.

ſint grauiores. rarò tamen hoc euenit. Eadem bilis quæ tertianam facit, cauſa eſt ardentis febris; niſi quòd in ardenti febre calor bilis ſit acrior, materia copioſior, & venis concepta calidioribus. Vt ſi vtraque hæc febris ortum duxerit à calore hepatis, illud longè calidius erit cùm ardentem accendit febrem: idem de temperamento calido corporis cenſendum. Hyeme affligit per aliud, dum intercipitur bilis euacuatio. Procatarcticæ cauſæ ſunt duæ, ſitis, & labor. Differentes hæ ſunt febres à cauſa materiali, & loco in quo putreſcit materia. Ratione materiæ: nam putreſcit bilis nutricia, ichoroſa, vel excrementitia: hæc vltima exquiſitam cauſum profert ſi ſit flaua: at ſi fuerit vitellina, æruginoſa, vel cærulea, edit febrem colliquantem. A loco: in magnis venis putreſcit, vnde naſcitur, ſi ichoroſa bilis putreſcat, ſynochus bilioſa, quæ vnico paroxyſmo excurrit plerumque ad quartum diem, & eſt exactè peracuta: nonnunquam ad ſeptimum producitur, nec vltra. Si enim vltra ſeptimum efferatur, non erit peracuta febris exquiſitè. ita hîc putreſcit bilis. Vel putreſcit materia in venis paruis in viſceribus, vt in pulmonibus, ventriculo, hepate, cerebro. plures facit paroxyſmos: plerumque tamen non eſt exactè peracuta hæc febris: excurrit in ſeptimum, ratò quarto die finem habet. Cùm materia circa cor putreſcit, lipyriam producit. Eſt à cauſis procatarcticis cauſus dipſodes & copiodes. Iam ad ſigna venio. Ardens febris ſemper eſt vehemens, breuitérque ſuam abſoluit hiſtoriam: nihil hæc febris remittit, ſed perpetuò vrit. Tertiana continua remittit ſe, ſed tertio die iterum exacerbatur. Et cuncta ſymptomata ſunt mitiora in tertiana, quàm in cauſo. Cottidiana continua, cottidie: & quartana, quarto die efflorescit. Quædam ſunt ordinis expertes, quæ à pituita & melancholia eſſe videntur. Ita vt alio die bis terve inſiliant; alio, non vllam perturbationem adferant. quia his putreſcentibus ſuccis, fieri nequit quin & alij contaminentur; hinc febres ordinis expertes. Sed magna diligentia opus eſt vt cottidianam continuam rectè internoſcas ab hectica. Quare hæc nota. Cottidiana continua, quam Barbari etiam Laticam appellant, circa principium noctis exacerbatur, ſiue per inediam, ſiue ſumpto à cibo. Cutis eſt mollis, lenis, miniméque tenſa. ventriculus maximè affligitur, & à cibo opprimitur. non anteceſſere cauſæ exſiccantes: facies tumet, ſitis eſt æger expers. vomit pituitoſa, pulſus eſt mollis, ſyſtoléque eius velocior eſt. Dignoſcitur febris ardens ex ſymptomatis: pulſus ineunte morbo eſt validus emicante naturæ vi: quâ preſsâ, fit frequens, creber, & durus ob ſiccitatem quam trahit à bile. Delirant ægri, pertinax vigiliarum fatigatio; ægrè ſpirant, animam fœtentem exſpirant; vomunt bilioſa, niſi plurima, ante inuaſionem febrilem, pituitoſa alimenta ingeſſerint. Sitis inexplebilis adeſt, niſi adſit tuſſicula quæ fauces rigat. A qualitate mutata: ſummum incendium intùs flagrat: foris mordax calor vrit: lingua aſpera & ſicca, ctalla, amara, quæ lingua, cùm acrior redditur bilis, morbuſque cùm ingraueſcit, nigra redditur. His adde temperiem corporis calidam: & ſi homo liberali manu aromatibus rebuſque calidis indulſit, potaritque copioſè aquam vitæ. Validus æſtus præcordia ferit. Aliis ſoluta, aliis eſt ſtricta aluus. In tertiana continua non ſunt omnia ita intenſa vt in cauſo. Cùm à bile originem ducant plerumque febres continuæ, videndum quænam bilis in vitioſit, nimirum ichoroſa, nutritia, vel excrementitia. Id agnoſces ex ſymptomatum diſcrimine: nam ab ichore ſunt longè mitiora, quòd tenuis materia facilè dometur. Si ſit à nutritia, pulſus non erit admodum validus. Si fuerit ab excrementitia,

Cauſa.

Differentiæ.

4. *Aph.* 58.

2. *Criſ.* 6.

Signa.

Pulſus.

Signa cauſarum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 47 sur 513

hæc erit flaua, vitellina, porracea, vel æruginosa. Ex lotio id dignoscetis: si enim à prassina bile fuerit nata febris, lotium erit viride, iactant se ægri loco iacere nescij: est hæc pessima febris, necdum tamen pestilentialis. A loco quæ sumuntur signa, ita decernenda: Si materia putrescit in magnis venis, nullus aderit paroxysmus, nec vlla ratione remittent febres. causus perpetuum habet ardorem corporis, ac sitim inextinguibilem. bilioſos iuuenes plerumque inuadit. Si focus sit in paruis viscerum venis, tunc interdum videas febrem remitti, iterúmque intendi, & querela est de ardore eius visceris. hæc rarò quarto die terminatur. Si focus hic febrilis consederit in ventriculi venis, aderit inextinguibilis sitis, morsus ventris, ac ibi anxietudo, lingua erit admodum aspera. Si hepatis venæ afficiantur, pressum hepar, vehementer dolebit, regio verò lienis, doloris erit expers. Si sit à capitis venis, aderit delirium, rubent oculi, modò à capite sit materiæ synathrismus. Continuarum frequentissima est tertiana: rarior est cottidiana: at quartana continua est rarissima; continua ordinis expers, est frequentior his duabus. Ad Prognosin abeo. Breuis hic est morbus. nam causus exquisitus non excedit septimum diem. Tertiana continua, vt synochus, non effertur vltra decimumquartum. Si rigor crudo adhuc morbo euenerit, hoc est, in principio, vel, vt ait Galenus, die sexto, (nihil enim boni in initio apparere potest) & si pulsus sit paruus, lethale signum: nam solidam cordis substantiam affligi id designat. Pulsus si frequens fuerit, quique facilè opprimatur tactu. minimèque tangentibus digitis resistat, calamitosum. Substillum sanguinis atrum ex naribus, in omni ardente febre pessimum: nam symbolum est lethargi. Si is sanguis non fuerit ater, & si fuerit non ardens febris, non erit deplorata omnino res. nam tunc sæpè iuuenibus in parotidem abit morbus: alioquì rarissimè abscessu iudicatur hic morbus. Hoc dicebat Hippocrates, vbi ait, abscessus rarò fiunt his qui rigent. quasi dicat, morbi rarò iudicantur per abscessum, vt causus, tertiana. Nam natura ab excretione ad abscessum se conuertit materiæ contumaciâ, naturæ infirmitate, meatuum angustia. vt in hæmorrhagia, si non largè satis effluxit sanguis, fit parotis. Senibus calamitosa est ardens febris: immanis enim causa sit oportet, vnde senile corpus in tantum abripiatur ardorem: iuuenibus frequens hoc malum, nec æquè funestum: pueris non admodum lethale: quòd, vt scribit Hippocrates, hæ febres siccando enecent. Signa pepasmi si initio apparuerint, soluetur morbus quarto vel septimo die vomitu, alui profluuio, vel hæmorrhagiâ. In peripneumoniam si abierit, in propinquo mors erit. Scripsit Hippocrates, Ictérum ante septimum diem apparentem per febres ardentes, malum esse. quod euenit Hermocrati, qui sexto die ictero tentatus, obiit. Sed dices, Heraclides euasit. Respondeo, Hi laudabilibus excrementis ferebatur aluus & vrina, & sanguis huic liberè profluxit. at Phanagoræ seruus, inquit, cui tale nihil euenit, obiit. Si à rigore extrema marmore frigidiora manserint, & liuidi digiti appareant, malum. Continuæ vigiliæ quas excipit sopor, calamitosum: nam à resoluto id fit cerebro. Duplex intrò reuocatio spiritus, τὸ ἀνάπαλιν ἀναπνεῖσθαι vocat Hippocrates, quæ fit spiratione in faucibus illisa, malum: significat enim conuulsionem à siccitate musculorum intercostalium. & cùm aëre defraudetur cor, calor in æstum degenerat. Surditas aurium quæ non soluitur profluente aluo, lethalis est. nascitur enim à labefactione facultatis animalis, vt in Hermocrate. Vrina alba his est lethalis: nam ea bilis qua vrina tingi solebat, rapitur in caput. Sudor qui manat in initio morbi, malus est. Sed oculi maximè vim morbi produnt. est enim consentaneum, si in trium partium virtute, omnis depellendi morbi causa consistat, id quod certò & constanter earum vim vel infirmitatem arguit, spem aut desperationem salutis significare. huiusmodi autem sunt oculi: vt enim oculi fuerint affecti, ita & totum corpus, inquit Hippocrates. Scribit idem author primo Prognostico, Si oculi non sponte illachrymant, (resolutis nimirum caruncules, quas oculorum canthis ad arcendas lachrymas Deus obduxit) aut peruertantur; (contractis sex musculis ab aridítate febrili.) aut alter minor fiat, exhaustis humoribus oculorum, & spiritus affluentis inopia. Et si palpebra reflexa fuerit, inquit Hippocrates, ira nimirum vt imperfectè committatur, ex conuulsione, vel resolutione alterius musculi palpebram mouentis: atque rigida, inquit, si fuerit, ira vt ipsa nullo modo committatur, exhausto ab humido primigenio: aut liuida si fuerit, caloris vitalis inopiâ: aut pallida, alimenti & succi altilis corruptione: hæc cuncta calamitosa sunt. Quòd si etiam decliuus sit æger, & ad pedes delabatur, perniciosum illud est: quia est signum exhausti spiritus animalis, & musculorum infirmitatem arguit, & mortem in propinquo esse. Quòd si etiam denudatis pedibus deprehendatur, (vt nimirum frigidam captet auram,) nec admodum calidis, vt ea refrigeratione sit opus, malum. nam conceptam visceribus inflammationem significat, aut intus concluſam putredinem, cuius coacerpatione, perpetua excitatur febris. manibus, inquit Hippocrates, collo & cruribus negligenter proiectis & nudis, malum: nam halisimum significat. Fanaticus factus dentibus si stridet, etiam malum: imò tunc in propinquo mors est: quia omnis conuulsio quæ in delirium cadit, mortem propinquam esse significat. Singultus post citam aluum vel copiosam hæmorrhagiam, malum. nam est conuulsio ab inanitione: quæ conuulsio in neruoso genere difficilè resarcitur: nam longa die opus est, & morbus non dat inducias, sed cita mors deiicit hominem. Si perseuerat febris, & sanguis coactus infrà deiiciatur, postridie moriuntur: à resolutione partium nutritioni dicatarum. Inferior etiam dolor, si transferatur in viscera, malum. Vlcus etiam quo quis ante morbum obsessus fuit, liuidum si euaserit & siccum, perniciosum. nam ab huiusmodi vlceribus qui exhalat vapor, venenosus est & pestilens, hic intrò recurrit, incendio internarum partium attractus; ibique spiritus dissipat, & calidum innatum extinguit. Frequens etiam in febris assiduitate rigor, fractis iam viribus, funestum. Hoc enim euenit ob labefactatam naturæ vim, quia calor ad interiora se conuertit, vnáque materiam morbificam eò ducit: & est iudicatorium non iudicans: illud autem semper est malum. Et siue, sequatur euacuatio, siue nulla sequatur, malum erit: nam nec vacuationem insignem, aut concussionem fractæ vires ferent. est enim rigor, inæqualis totius corporis concussio, affectione caloris naturalis, à materiæ contrariæ occursu, maximè in superiore ventre. In tertiana continua si imparibus diebus crisis fiat, aluo, sudore, vrinis, bonum est: si paribus, malum. quia bilis imparibus diebus mouetur. Cottidiana continua, quam etiam laticam vocant, diuturna est. prolabitur interdum ad quadragesimum, sexagesimúmve diem: imò in sextum vsque mensem. In hac, vrina bullis obsita confusáque earum minatur, si sominolentus sit æger, ac algeat si illi caput. Si non rectè habeantur, sequitur hydrops, vel atrophia. Iam de curatione. Quia exquisitus causus

Causum vedit Per. 99. 38. & fol. 101. 15. Prognosis.

Substillum semper pessimum ardenti febri.

6. Epid.

1. Aph. 14.

1. De Morbis.

4. Aph. 62.

1. Epid. 3.

4. Aph. 68.

4. Aph. 13.

4. Aph. 46.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 48 sur 513

Curatio. cauſus non excurrit vltra ſeptimum diem ; quò dum peruenit, vide num natura moueat criſim, & quà. iuua ſi imperfectè mouet, & eò ducas, quò ipſa viam affectat. ſi ſubſtillum ſanguinis naribus feratur, ſetis porcinis ſtimulentur, & vellicentur. Si nihil natura effecerit ſeptimo, & febris deferbuerit, die octauo vel nono da pharmacum ex rhabarbaro & ſimilibus. Nam apud Aëtium Philumenus, author grauiſſimus, dicit, hanc febrem primùm blandè ac leniter aggrediendam eſſe. Auicenna author eſt, eandem curationem his deberi, quæ tertianæ puræ intermittenti: ſed maximam curam habendam eſſe ſymptomatum & virium. Duæ præcipuæ indicationes ſeſe offerunt, ductæ ab incendio, & à
Fol. 110. F. materia morbifica. A Philumeno plurima remedia
Dieta. ſcribuntur apud Aëtium, quæ febrile incendium extinguunt. Aër ſit frigidus & madidus, maximè ſi focus febrilis in pulmonibus ſtabulatur: aquâ frigidâ cingatur lectus. Manus non iniiciantur aquæ frigidæ : nam refluxu vaporum ad cor, ita peſtiferæ febri occaſio dabitur. Cibus ſit actu & vi frigidus
4. Acut. 9. & humidus : & parcè paſtum ineat, inquit Hippocrates : & inedia ſtatus tranſigatur. Coquatur lactuca cum acetoſa, rigetúrque aceto. Cibus & potus bibat vim quatuor ſeminum frigidorum maiorum. Quo tempore offeretur ? in aurora : quia tunc, aurâ frigidiore, vires ſunt valentiores. Detur ptiſana, vel lactuca cocta, vel cereuiſia ſaccharata. pomum coctum. Incoque interdum cereuiſiæ hordei farinæ parum ; vt tenuis fiat ſorbitiuncula. Potus ſit aqua hordei cum acredine citreorum. vel ſerum acidi lactis, in quo coxit acetoſa. Soluta febri, potet vinum album oligophorum. A phlebotomia auſpicanda eſt curatio. Si exquiſitus fuerit cauſus, à pura bile ortus, non ſecabimus venam, inquit Auicenna : nam grauiter ebulliret bilis, ſpoliata ſanguine. Sed raro naſcitur ex bile pura : nam temperies corporis, aëris, regionis, cibi victúſque, ætatis, vel tale quid, bilis puritatem contemperat ; ac ſanguini commixtam hanc eſſe teſtantur. Qua ergo copiâ ? Ad vncias decem, duodecim, vel ſedecim : vt fuerit feruor, & quod cæteræ indicationes admiſerint. pulſus facilè monebit quid ferat æger. Hac arte frangitur febris immanitas : nam omnes humores euacuat ſecta vena. Quo morbi id agemus tempore ? illicò : etiam ante alui ſubductionem. Quæ vena ? cubiti interna feriatur : ſi in capite fomes, media vel cephalica pertundatur : mox frontis vena, ne firmet ſe materia morbifica, ac phrenitidem inducat. Ilicóque hirudines circa aures & ad frontem ponantur, quò caput à circumfluo ſanguine vindicetur. Si ſubſtillum ſanguinis inciderit, id promoue ſetis ſuillis, ne in phrenitidem abeat. ita capitis lotionibus promouit ſanguinem Hippocrates, qui Metoni ſtillabat. Infligat chirurgus tenue foramen venæ : eſt
1. Epid. ſect. 3. hiſt. 7. enim tenuis in febre hac ſanguis. Lenientia remedia
Lenientia. per os non ſunt danda, nullam enim cunctationem admittit morbus. quare prima velitatione iniiciatur clyſma ex ptiſana. Accipe iuſculi carnis libram : olei violati vncias tres : mellis violati vncias duas : oua integra duo : ſalis ſcriptulum ; fiat enema. ſequentia non accipiant ſalem vt diu hæreant : id enim alſioſa reddet inteſtina & hepar. Accipe herbarum 4. emollientium, foliorum lactucæ, cucurbitæ, cuiuſque manipulum : pruna decem. colaturæ adde caſſiæ vnciam : olei violati vncias quatuor. Interdum iunge ſemina frigida, flores & folia nymphææ, & violas. Fingantur balani ex melle violato, & pauco ſale. Ea cura adſit, vt cottidie aluum deponat æger. Si materiâ obſeſſus ſit ventriculus loco clyſteris vtemur hac potione, Accipe pulpæ tamarindorum ſemunciam : fiat decoctio ex aqua : colaturæ adde ſirupi roſati laxatiui vncias tres : mannæ ſeſcunciam : fiat potio. Ita coquuntur pruna, paſſulæ, flores cordiales, ſemina frigida. Vel fiat bolus ex caſſia & tamarindorum pulpa. Auicenna, ob acerrimam vim bilis, vult plena manu lenientia propinari, vt, Accipe mannæ & ſirupi roſati laxatiui, cuiuſque vncias duas vel tres : miſce cum pauco decocto tamarindorum & hordei. Secta Præparantia. venâ, ſolutáque aluo, præparetur materia excluſioni. Et quia feruor hic eſt inſignis, & acerrima hæc bilis, imò longè acrior illa quàm in tertiana intermittente, vtemur frigidioribus rebus. vt ſirupo nymphææ, lactucæ, acetoſæ, ita vnà vigilias demulcebimus. Accipe aquam lactucæ cum ſirupo nymphææ. edat ribes vuas conditas & berberis. bibat aquam in qua ſemen pſyllij maceratum fuit, plena manu. Præclarè hoc ad feruorem facit, Accipe ſucci acetoſæ li- Sitim extinguentia. bras duas vel tres : bulliat, & per ſetaceum traiice : adde tantundem aquæ ; & aceti cochlearia tria, ſacchari vnciam : coque. bibat. Coque in aqua hordeacea lactucam, nymphæam, & papauer. Vtemur etiam aqua plurima in qua maceratur tamarindi, berberis, pruna : interdum iungimus quid fœniculi, vt ſudet rectus æger. Interdum etiam hoc diluto ſoluimus mannæ duas vncias, vel ſirupum de granatis dulcibus cum manna factum. In tertiana continua vtimur ſirupo acetoſo ſimplici, oxyſacchato. & damus emulſionem ſeminum frigidorum, cum ſirupis. Si fuerit cottidiana continua, eiſdem eam pellemus quibus intermittentem : ſed addemus ſirupum endiuiæ. In continuis bilioſis, Accipe ſirupi portulacæ, de ſucco acetoſæ, de ſucco endiuiæ, & ſirupi de nymphæa, cuiuſque drachmas ſex : decocti acetoſæ, lactucæ, endiuiæ, portulacæ, vncias ſex : remiſce oleum vitrioli ad acorem : ita iucundè præ- Aquæ frigidæ potus. paratur materia, ac ſitis extinguitur. Frigidè ſumantur potus vbi aër ab æſtu incanduit, & ventriculi vis admiſerit : nam metus eſt ab hectica : quare ſi vehementer vrit febris, pepaſmus etiam rudior & inchoatus ſufficit, ne in hecticam trahatur. Propinetur 11. Method. 272. etiam eandem ob cauſam aqua frigida, ſi nihil prohibet eius vſum ; plenáque ea hauriatur manu, etiam ante pepaſmi exquiſiti notas. Præſtat enim morbum longiorem reddi, quàm ægrum immani ab æſtu iugulari. Ita Auenzoar, inquit Auerrhoës, puero propinauit aquam anguriæ, ac ilicò deleuit febrem, quæ tamen in diuturnum tranſiit morbum. Hæc enim aqua materiam vacuat, & corpus humectat. Pleniore hîc datur ea manu quàm in ſynochis, quòd ardor ſit maior ac perſeuerantior, quódque non tantam copiam ſanguinis hîc extrahere licet. Vt commodè detur, explorandi erunt affectus præter naturam. Si materia morbifica fuerit craſſa & frigida, hanc non dabimus. Si materia fuerit calida & tenuis, hanc bibat ; talis eſt in cauſo : conſentanea ergo illi eſt, ratione cauſæ. Morbus præterea debet eſſe calidus & ſiccus, vt cauſus : nam ephemerâ occupatis conceditur metu maioris morbi. quare & in tertiana, vbi vrit vehementiùs præſens morbus, hac vti licebit. Phlegmone autem increſcit à frigidæ potu. Sed ſi eryſipelas adſit cum magna febre, ratione febris iure conceditur : aliquin enim in hecticam vel in interitum abripiuntur. Accedant ad iudicium res naturales : vt habitus corporis ſi ſit carnoſus : conſuetudo ſi non reclamat. ſi fuerit gracilis, ſenex, frigida temperie præditus, non detur, nam ſubitò calidum natiuum extingueretur, quod Arrio Peripatetico euenit. Quo tempore ? cùm notæ pepaſmi eduntur in vrina & pulſu. Sed vide, Hypoſtaſis nutricia cum pulſu debili, mortem in procinctu eſſe denotat : ne detur tunc. Edomitâ materiâ morbificâ, cùm pulſus prementi obnititur manu, propinetur tunc, nec pepaſmi exactiſſimi

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 49 sur 513

notæ expectentur, nam acumine ſuo fatigat morbus. Noli crudam propinare aquam, ſed coctam cum pauco, ſi lubet, ſaccharo. Aqua etiam anguiæ humectat & abſterget; & Auerrhoës ſcribit eam peculiari quadam dote cauſo mederi. Si pituita mixta fuerit, accipiemus foliorum endiuiæ, acetoſæ, boraginis, cuiuſque pugillum, apij ſemi pugillum: fiat decoctio ex aqua ad libram: colaturæ adde ſirupi acetoſi ſimplicis, ſirupi endiuiæ, ſingulorum ſeſcunciam: fiat apozema clarum. Parata materia excludatur, & quia orgaſmo fertur aliquando effera bilis, ante quartum diem, à vena ſecta, purgetur. Nam ſi perfectè cauſus criſin experietur, eorum alterum fiat neceſſe eſt: vel vt bilioſus elidatur ſuccus, vel huius extinguatur feruor. In tertiana continua ſi natura, editis iam pepaſmi ſignis, nullam excluſionem molitur, poſtridie, à die critico, detur purgans remedium, maximè ſi aqua frigida vſus non fuerit, nec inde ſudârit. Coque tamarindorum ſemunciam ex aqua endiuiæ, cui infunde rhabarbari ſeſquidrachmam: expreſſioni adde ſirupi violati ſolutiui vncias tres. ſi verò ſit imbelli ventriculo, vtemur ſirupo roſato laxatiuo. Si velit rhabarbarum, ſuperponet libram ſeri lactis. Ineunte morbo, cùm materia turget, hac potione vtemur: at in ſtatu & augmento ab his abſtinebimus. Declinante morbo addemus puluriſati rhabarbari ſemidrachmam, vt membra firmentur. Cùm vehementiùs purgare conſilium eſt, adiicimus electarij de ſucco roſarum drachmas duas. Si æger purgari bolis malit, ſumat puluris rhabarbari ſeſquidrachmam: pulpæ tamarindorum, caſſiæ, cuiuſque ſemunciam: miſce, & cum ſaccharo fiat bolus. Sed ea cautio adſit, vt, cùm rhabarbarum ſumpſit, poſtea quædam frigida ſumat, vt hecticam febrem vitet: talia ſunt hæc, conſeruæ cicorei vel endiuiæ vncia; aquæ cicorei, aut decocti endiuiæ vncias bibat octo. Si materia pituiteſcit, loco rhabarbari veniat agaricum: vel decoctum ſeminis tarthami, cum melle roſato ſolutiuo. Bilioſa etiam materia commodè abducitur vnciis duabus mannæ, cum aqua melonum, vel cum ſirupo granatorum dulcium maturorum parato cum manna. Vel ſumatur vncia caſſiæ cum ſaccharo. Electarium de ſucco roſarum vehementiùs id agit. Clyſteres fiant ex ſemine pſyllij, hordei, maluarum foliis & althææ, lactucæ, endiuiæ, melonis, cucumeris: cum oleo nenupharis, vel violarum, & caſſia. In augmento & ſtatu admouemus epithemata cordi, hepati, renibus, teſtibus, quo vindicemus ægrum à periculo quod illi eſt de hectica: nam tunc incendij plena ſunt omnia. Accipe ſuccorum endiuiæ, cicorei, hepaticæ, lactucæ, cuiuſque vncias duas: aceti, (quô remedium peruadat) vnciam: fiat epithema dictis partibus, quater die, maximè autem hepati. ante paſtum id agatur. Ab vſu epithematis ſiccetur regio hepatis, & vngatur olei roſati vnciâ, & olei maſticini vnciis duabus. Vel, accipe vnguenti ſantalini ſeſcunciam: olei nymphææ, olei roſati, cuiuſque drachmas tres, laua hæc aceto, adde ſpicæ grana duo, tepidè admoue regioni hepatis in tertiana continua. Vel ex roſis & ſantalis, & ſemiſcriptulo ſpicæ, fiat ſacculus: manè rigatum aqua roſarum & endiuiæ, adhibe hepati. Sed nec diu id fiat, ne nimiùm conniueant venulæ in gibba hepatis parte. In morbi vigore hæc maximè locum habent. Cordi etiam ſolatium adferunt epithemata: Accipe aquæ violarum, lactucæ, acetoſæ, nymphææ, cuiuſque vncias duas: aquæ roſatæ vncias tres: aceti vnciam: adhibe cordi, nec iunge aromata, interdum tamen caphuræ quid additur. Vel accipe florum roſarum, nenupharis, violarum, ſingulorum pugillum: ſantalorum drachmam: ſpicæ grana quinque: fiat ſacculus ex ſyndone. qui ex aqua roſata expreſſus, cordis regioni admoueatur. Hæc admouentur vndique pectori & dorſo: nam id metum hecticæ arcet. Adiicimus interdum aliquid margaritarum: & grana tria vel quatuor caphuræ. Si maximus adſit ſqualor, pectus vngatur olei violati & nymphææ ſemunciâ, cui iunge muccaginis pſyllij in aqua violata extractæ drachmas duas: & ceræ quod ſatis ſit ad vnguenti vt veniat formam: & lauetur aqua plantaginis. Aliud: accipe olei violati & amygdalorum dulcium, olei nymphææ, æquas partes miſce, & frigidè inunge. vel ſudariolum tenue complicatum, oleóque & aqua tepentibus madefactum pectori applicetur. Vel aquâ roſatâ oleóque roſato id agatur. Vel vnguento nenupharino remixto cum oleo roſato dorſum perſtringemus. Cauebimus ab ea parte cui ineſt focus putredinis. Rén recreabitur vnguento roſato, cum oleo nymphææ, vel violato: iunge caphuram, & ſuccum nymphææ. applica cum folio nymphææ. Teſtes foue aqua nymphææ, & plantaginis, cum pauco vino. Quidam abhorrent ab epithematibus, his admoue ſacculos: Accipe florum roſarum rubrarum, violarum, nymphææ, cuiuſque pugillum: ſantalorum omnium, ſingulas drachmas: ſeminis acetoſæ, portulacæ, cichorei, cuiuſque ſemidrachmam: fiat ſacculus ex ſyndone, ad lunæ creſcentis formam: hic exprimatur ex aqua cichorei & roſarum: manè regioni hepatis apponatur. Si focus cauſi ſtabulatur in venis ventriculi, vberiùs calida inſpergemus frigidis, quàm cùm hepar focum febrilem continet: vt, Accipe olei nymphææ, violarum, roſarum, olei maſticis, ſingulorum ſemunciam: puluris roſarum, maſticis, ſingulorum ſemidrachmam: ceræ parum: fiat vnguentum. Metu futuri delirij admouentur quædam remedia fronti & temporibus, ita vt quid etiam detur auribus & naribus, ſi ſomniferis illud egerimus. Talia ſunt oleum nenupharis, papaueris, violarum. Accipe olei roſati vncias quatuor: ſucci citrij mali ſemunciam: fronti linteo adhibeatur. Aliud; accipe olei roſati, violati, nymphææ, cuiuſque vncias duas: aquæ lactucæ, nenupharis, vncias tres: ſucci citrei vnciam: adde quid aquæ meliſſæ, vel betonicæ, aut chamæmeli. Cautio adſit, vt hæc admoueantur dum capitis dolor ſymptomaticè euenit: ſi enim ille euenerit ratione futuræ hæmorrhagiæ, ab his ſuperſedendum, alioqui calamitatem dabis. Si verò delirium ſymptomaticôs incubuit, illico à ſecta vena applica oxyrrhodinon, metu phrenitidis quæ in procinctu eſt. Sed dices, qua arte dignoſcam delirium criticum? Si pepaſmi ſigna ediderit lotium, & pulſus ſi validior, ac euphoria ſi adfuerit, abſtine, iam iam enim proruet ſanguis. Sin pepaſmi nullæ edantur notæ, ac vires ſi titubare videantur, dum ſcilicet preſſi euictique ſucci, triumphatâ naturâ, in caput transferuntur, hoc arce, ac ſomnum inducas. Cùm neceſſitas dormiendi vrget, accipiemus olei nenupharini drachmas duas: opij, croci, cuiuſque grana tria: miſce, vnge nares & tempora. Vel vnge frontem, nares, tempora oleo violato & papaueris, vel mandragoræ. Accipe vnguenti populnei ſemunciam: olei mandragoræ & papaueris, cuiuſque drachmas duas: opij grana duo: miſce: fiat linimentum. Accipe vnguenti roſati, populnei (ſi illud ferant) ſingulorum ſemunciam: requiei Nicolai drachmam: miſce cum oleo nenupharino. Accipe croci, opij, myrrhæ, ſeminis hyoſcyami albi, corticis mandragoræ, cuiuſque ſcripulum: cum ſucco lactucæ rediguntur in trochiſcos. Vſu exigente dilue vnum ex lacte mulièbri, aut ex albumine

9. Meth. 16. D.

Purgantia.

Renibus.

Sacculus hepati.

Frontalia.

Somnifera.

Foris admouenda.

Epithemata hepati.

Cordi epithemata.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 50 sur 513

Lotiones. mine oui;illine tempora & frontem. Fiat etiam embrechma manuum & pedum; Accipe foliorum maluæ, lactucæ, vel nymphææ, salicis, vitis, cucurbitæ manipulos quattuor: capitum papaueris sex: corticum radicum mandragoræ semunciam: foliorum meliſſæ manipulum: semipis anethi semunciam, fiat decoctio ad quintæ vel sextæ partis consumptionem, vt reſtent libræ sex. Addimus interdum flores nymphææ, salicis, vitis, cucurbitæ, meliloti. Si hæc quæ foris admouentur, non adferunt somnum, propinetur primùm lac amygdalorum cum semine papaueris. hoc etiam ad semunciæ pondus contundatur, & linteo illigatum, iuri imponatur horis quinque. quod exprimitur cibis affundatur. His non iuuãtibus, dabis poſt tres vel quattuor horas à cibo, lactis seminis papaueris semunciam. Emulgeatur iſtud lac ex iure alterato lactucâ & paucis meliſſæ foliis. His euictis vi morbi, ad seſcunciam ſirupi papaueris ſurgemus, cum decocto lactucæ & meliſſæ, vel cum vnciis quattuor aquæ lactucæ, iunge tandem ſcripulum Philonij. Cautio adſit, vt non ſemper noctu præbeantur hæc, ſed cùm non remittit febris, noctu dentur. Fit etiam emulſio ſeminum papaueris in aqua lactucę: interdum adiicimus ſirupum papaueris. Aliquid ore teneatur, vt aliquid per os labatur, quo eius partes madeſcant. Coque drachmam ſeminis pſyllij, & ſeminum cydoniorum in aquæ lactucę vnciis quattuor: colaturę adde ſirupum violatum & de ribes. vel lac melonum, poma arancia, aut citri acorem. Conſerua oxalidis & nymphææ. Puppa ex ſemine pſyllij aquâ macerata, teneatur ore. Vrinam mouentia etiam pręſcribuntur: Emulſio ſeminum melonum ad duas vncias diluitur cum decocto vel aqua endiuię. Vel ad nimium feruorem febrilem accipio aquæ cichorei vel decocti endiuiæ libram: addo ſeminum frigidorum, & ſeminis cichorei ſemunciam: fiat emulſio: colaturæ addo ſirupum capillorum ad tres vncias: & vitrioli tantum, vt leniter aceſcat. Victus ratio ea habeatur, vt in vigore cibo non egeat æger. Ius pulli imbuatur aceroſæ & endiuię vi, adiecto pauculo aceto. Vinum, non niſi declinante morbo concedi debet. Empirica quædam addo. Pimpinellæ folia immacerata aquæ calidę, ilicò ſoluunt febrem continuam. Idem facit aqua bibita anguriæ vel melonum. Decoctum acetoſę & tamarindorum, cum pauco vitrioli oleo. Semę pſyllij maceretur tota nocte in aqua: colaturæ adde ſirupum violatum, vel ſaccharum, detur potui; febrilem æſtum extinguit, & ventrem laxat. Immacerati flores nenupharis aquæ, quę cum ſacchato propinetur. Veſcatur iuſculo gallinæ cum agreſta, & emulſione ſeminum frigidorum. Hactenus de febribus continuis putridis.

Lac amygdal.

Cautio.

Ad oris ſqualorem.

Vrinalia.

Victus.

Empirica.

CAPVT XVIII.

De Syncopali Febre.

CVM præſcriptas febres, ſcilicet continuas, ſiue illæ biliosæ vel pituitoſæ fuerint, ſæpe excipiat ſyncope, quæ æquè curationem flagitat atque febris ipſa, de hac paucis tranſigemus. Præceps enim periculum hanc exercitationem exigit. Syncopem excipit febris phlegmatica, vel biliosa. hanc Arabes appellãt Syncopalem minutam: illam, Syncopalem humoralem nominant. In phlegmatica cauſam habet ſæpè ſyncope, copiam ſuccorum in ventriculo conceptam, deinde vitium imbecillitatem, tandem vel anguſtiam vaſorum. Succi hi, vel putreſcunt. vel non: ſi putreſcant, veneni quadam maculâ pituita contaminatur interdum: quæ exercet ſuo vapore cor. In biliosa continua febre, naſcitur Syncope à tenui prauáque materia. iuuenilia ſunt corpora quæ huic malo expoſita, macra, rara, biliosa. his iunge diætam calidam, & tale anni tempus. His ita compoſitis, ſi ſyncope ingruat, à bile erit. Si paroxyſmus reuiuiſcat veſperi, ſuſpicio erit pituitoſæ febris. Iam ad Prognoſin. Hoc tædium æſtate & autumno plerumque affligit, tunc enim ferocior vis bilis fatigat. Si magna fuerit & vilida, plerumque lethalis eſt, & vix ad quartum paroxyſmum peruenit, quin antè iugulet: nam cauſę quandam immanitatem denotat, & fractas teſtatur vires. & ſenſim in vigorem cùm ſurgat febris, materia illa praua validiùs mouetur. Et pituitoſæ febres cum ſyncope plerumque calamitoſæ ſunt: nam pharmaco agitari materia ſine metu nequit: id enim validiùs mouet materiam veneno delibutam, quàm paroxyſmus. Cordis & vitæ hæc ęgritudo eſt, vt eleganter diſſeruit Aretæus Cappadox; De ſignis acutorum libri ſecundi tertio capite. Iam quibus leuari ſubſidiis poſſit, videamus. Si ab exhauſto incurrit ſyncope, vel à bile, vt in ſqualido & calido corpore, fingatur aër frigidus & humidus. aquâ & aceto conſpergatur cubile, roſis linteis iniice & lecto, ita & pampinos, myrtum. Galenus, Ad Glauconem ſcribens, hos aſpergit frigidâ, & vento eos exponit. ſed, inquit, abſit fluxus ad ventrem: quo enim magis ſtrinxeris cutem, hoc magis fluxum augebis. Si pituitoſa fuerit febris, ſit aër moderatus, lucidus. nam calidior, vires ſoluet: frigidior obſtruet poros. Frigus pellatur ſuffitu ex caryophyllis & ſtyrace: id fiat ante paroxyſmum. Viteraërem humidum & frigidum. Cibus detur duabus vel tribus horis ante. Si à bile fuerit, exhibe ptiſanam cum ſucco granatorum, ouum cum agreſta, panem tritum ac coctum ex aqua & ſucco citreorum: ius pulli, cui immaduit acetoſa & buglosſa. Si materia febrifica fuerit pituitoſa, incidendi vim habeat ex petroſelino, origano, hyſſopo. Offeratur cibus ſæpè & parca manu, & ſit eupeptos. ſuccus carnium in balneo maris eliquatus. vel oui vitellus: panis cum vino, ſi ſubitò trahantur in ſincopen, & aliquid alicæ: vel panis parum torrefactus, vinóque immiſſus. & cinnamomo pauciſque caryophyllis aſperſus. Iuſcula cum origano coquantur. Potus, ſi à bile nata fuerit febris, ſit aqua hordei cum iolabio roſato vel violato, aut de acredine citreorum. Si incendij plena fuerit febris, atque ſi materia morbifica biliosa adhuc fuerit pepaſmi expers, à vino inſanabilis redditur febris. Sin pituitoſa fuerit hæc materia, vinum album oligophorum initio quoq; morbi propinare licebit: vel vinum diluatur decocto radicis circij. Sed extra cibum poteris aquam coctam cum ſaccharo, vel tenuem cereui ſiam. Sed ſi copioſiſſimi adfuerint humores, ſuadet Galenus, à vino eſſe abſtinendum: da oxymel, vel hydromel in quo coxit hyſſopum & pulegium, & origanum, vbi non admodum febricitat. Sed, dicit Galenus, ſi fuerit ex imbecillitate ſtomachi, calidum vinum propinetur & tenue. Si ſit à nimio ſudore, potetur vino frigido. Fricentur artus in pituitoſa febre: ſed biliosa febris, quiete fruatur. Nam in pituitoſa, caput curationis eſt frictio quæ fit aſperioribus pannis, tribus diebus primis: vt etiam ligationes & calfactiones. ita etiam ſi à phlegmone vel maligna vi enata fuit febris. A pedibus proficiſcatur frictio, deinde eatur ad brachia, collum, dorſum, pectus latera verſus; id enim auertit à corde vapores. Panni frictorij ſint imbuti odore caryophyllorum, lignique aloës. & hoc triduo dum ita fricatur, vtatur mulſa hyſſopitide, vel oxymelite & ſirupo de integris citreis. & à frictione imponatur cordi epithema ex vino aromatico, aqua & aceto roſato, & ſpeciebus diarrhodonis abbatis. Somnus non obrepat eo tempore

12. *Meth.* 5.

Prognoſis.

Diæta.

Cibus.

Gal. ad Glauc. 385. *D.*

Potus.

Ad Glauco. nem 384. *A.*

Frictiones.

Somnus.

Gal. 11. *Meth.* 12. 1. *ad Glauc.* 13. 380. 382.

Cauſæ & ſigna.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 51 sur 513

Balnea. ad Glauc. 383. 384.

tempore quo ſyncope inuadere ſolebat. Balneis abſtinendum, ait Galenus, ſi à ſuccorum copia febricitârit: ſin à calore fuerit nata febris, vel ſi ſuccorum effuſio fuerit ad ventrem, concedit balneum. Cogit nos ilicò hîc neceſſitas in vſum rerum corroborantium. Si non adſit flagrans incendium, accipiemus conſeruæ roſarum drachmam: theriacæ ſemidrachmam: miſce. Vel conſeruæ boraginis drachmam: puluueris ſcordij ſemidrachmam: hæc danda vbi ſuſpicio adeſt prauorum ſuccorum. Si biliosa ſit materia febrifica, Accipe conſeruæ de acredine citreorum drachmam: boli optimi ſcriptulum. Manus Chriſti perlata, cum ſantalis. Malum citreum coquatur ex aqua roſata in tabem, adde ſaccharum & margaritas. Accipe ſpecierum diamargariti frigidi, coralli rubri, compoſitionis de hyacintho, vel alkermes, cuiuſque ſemidrachmam: ſerapij de acredine citreorum vnciam: cum aqua acetoſæ fiat hauſtus. ſumat ſyncopes tempore. Si à pituita fuerit malum, vtemur aqua cinnamomi; & aqua theriacali, cui, ob febrilem ardorem, iunges quid aquæ boraginis vel cardui benedicti. Cordi imponemus epithemata ex aqua roſata & nymphæa aqua, cum aceto, vino, ſpeciebus diarrhodonis, croco vel caphura; vtatur his ante paſtum. Talia etiam admouebitur teſticulis, mammis, vtero. Sacculi etiam fingantur ex meliſſa, roſis, caryophyllis, ligno aloës, ſantanis, croco; & cordis regioni impone. Si languet os ventriculi, remiſce vnguentum nardinum cum oleo macis, & maſtice. Pulſibus ſuperligetur maſſa facta ex cruſta retorrida atri panis, macerata in vino aromatico, vel aceto, adde caryophyllos & crocũ: duabus peciis excipiatur. Aluus ſoluatur molli enemate. Si à bile ſit morbus, Accipe herbarum emollientium, lactucæ, cucurbitæ, ſingulorum manipulum; pruna xij. ſeminis aniſi drachmam: coque ex aqua: colaturæ adde caſſiam, ſaccharum, & oleum violatum. Si à pituita fuerit, Accipe decocti mercurialis, betæ, braſſicæ, hordei & furfurum, libræ menſuram: adde ſacchari ſubrubri ſeſcunciam; vitellos duos ouorum: olei communis vncias tres: fiat enema. Potio leniens, vbi bilis moleſta eſt: Accipe pruna & tamarindos cum paſſulis: hæc coque ex iuſculo pulli. in colatura diſſolue mannæ electæ vncias duas. Vel ſumat caſſiam. In pituitoſa ſyncopali febri vtemur melle roſato cum ſirupo roſato laxatiuo, & talibus: nam grauioribus non eſt hîc irritanda materia, ne illa agitata, transferatur in cor. Præparetur materia morbifica hoc modo: Illo primo triduo quo vtitur frictionibus, indulgeat ſolùm melicrato hyſſopo tincto. Hoc aget, in pituitoſa febre, ad ſeptimum vſque diem, ſi is morbi motus adſit, qui tunc vigorem ſuadet futurum, modò vires eam tenuitatem victus adminiſtrent. Alij propinant oxymelitis ſeſcunciam, cum aquæ fœniculi, hyſſopi, & bugloſſi vncia: cottidie id præbent, & poſt biduũ purgant. Ita euictâ ac abductâ parte materiei, explendeſcentéque naturæ vi, ſi perſeuerârit febris, ſenſim ad maiorem attenuantium vim ſurgunt, ac præſcribunt ſirupum de duabus radicibus. Si ab infarctu principis partis, vel quòd vberiùs pituitâ rigetur ventriculus, obnaſcatur ſyncope, vel etiam ex aliis ſi ſit cauſis, remedia docet Galenus libro ad Glauconem primo. Paratam materiam purgabimus forti medicina, non grandi mole præſcripta: vt ſemidrachmâ turpeti, cum granis ſex vel ſeptem zinziberis, ſumat ex iuſculo pulli ſacharati. Purgatione tamen non vtemur dum adeſt metus ſyncopes: quia dum ſtomachus affligitur, ſyncopen lethalem adferret. Alioqui ſumat mel roſatum laxatiuum cum manna. Accipe radicum fœniculi, petroſelini, cuiuſque ſemunciam: capillorum veneris, boraginis, meliſſæ, ſingulos manipulos: florum cordialium pugillum; ſeminis aniſi drachmas duas: foliorum ſenæ ſemunciam: pruna octo: coque ad vncias ſex; adde oxymelitis ſimplicis, & ſirupi de acredine citreorum, cuiuſque vnciam: ſumat bis manè.

Corroborantia.

Epithemata.

Sacculi.

Lenientia.

Præparatio.

Purgatio.

CAPVT XIX.

De Febribvs Pestilentibvs.

Deque earum Natura, Cauſis, Differentiis, Signis Præſagiis, Præſeruatione, & Curatione.

TAm funeſta calamitate hæ nonnunquam ruunt febres, vt ex viginti hominibus qui his inuoluũtur, vix duodecim à pernicie vindicentur. Accedit & illud, quòd quibuſdam annis, plurimos homines inuadant. Quare harum febrium notitia maximè eſt expetenda, quò perſpectâ harum naturâ, dextrè medicina his admoueri poſſit. Agemus autem hoc capite de exacta febre peſtifera, quæ contagia agit funeſta: & quoque de alia, quæ non adeò contagioſa eſt. Quare vt ordine rem tranſigamus, agam primùm quid nomen indicet, & quæ ſit natura harum febrium, quaque circumſcriptione definiantur. ſecundò, cauſas. tertiò, differentias. quartò, ſigna. quintò, præſagia. ſextò, præſeruationem. ſeptimò, curationem deſcribam. De nomine id vobis notandum, Peſtem non eſſe nomen morbi alicuius proprium: ſed eam communem eſſe omnibus morbis tum epidemiis, tum vernaculis. Nam peſtis endemia, id eſt, vernacula, accidit ſoli vitio. hoc eſt, aëris alienæ materiæ permixtio corrupti. Sed peſtis epidemia, euenit vitio aëris, propriæ ſubſtantiæ corruptione laborantis. Qui enim morbus, multis vno in loco accidit, hic epidemius appellatur. Si verò huic morbo contingat, vt tollat multos è medio ex cauſa communi, hoc eſt, vitio aëris, peſtis eſt. Sic eryſipelas poteſt eſſe peſtilens, quemadmodum etiam tertiana. Quare fallimur interdum cùm putamus aliam peſtis cauſam eſſe, quàm putredinem. Nam ſi paulò accuratiùs perſcrutari velimus ſententiam Hippocratis, vbi ſtatum deſcribit peſtilentem, inueniemus, eo in ſtatu omnia putredinis eſſe plena. Præterea illud de nomine eſt notandũ: differentiam eſſe inter peſtem, & febrem peſtiferam. Galenus ſcripſit ſæpe fieri febres peſtiferas, ſine peſte. At nunquã videtur peſtis incidere, ſine febre peſtifera. Propterea diximus, nos, acturos eſſe de exacta febre peſtifera, & etiam de alia quæ non ita contagioſa eſt. Eſt autem peſtis morbus, qui plurimos ſubitò è vita tollit. Quæ vt exactè intelligamus, notare debemus, antiquos in duo ſumma genera morbos diſpertitos fuiſſe, in ſporadas & communes. Sporades appellabantur, qui non vlla re ſimiles, integras regiones inuadunt: vt ſi omne ferè morborum genus vagetur. Hi autem morbi, vel ſunt periculi expertes, vel calamitoſi. Communes morbi, hoc eſt, ſimiles morbi eiuſdemque generis, duplices ſunt: vel vni regioni ſunt familiares, vt in hac regione ſtomacace, & ſcelotyrbe; in Ægypto elephantiaſis; vt dracunculi in Æthiopia circa mare rubrũ; & leucophlegmatia in Delo: dicuntur hi morbi Endemij. Vel per plures regiones ſe fundunt: & hi appellantur Epidemij. Hi ſunt duplices, vel ſalutares, vel pernicioſi. Pernicioſi, vt peſtis. Hæc iam nobis eſt definienda. Hîc hallucinor, & ſanè neſcio num Peſtis definiri bene à me poſſit. Hæc enim modò humidas, modò ſpirituoſas, nunc partes ſolidas occupat. ac vt ſunt diuerſæ temperaturæ hominum peſte laborantium, ita quoque eſt alia atque alia peſtis idea, & alia efflorescunt vbique ſymptomata. Eſt autem Febris peſtifera, vel Peſtis, Græcis λοιμὸς ſeu λοιμώδης πυρετὸς, febris orta ab excellenti putredine in corde: peracuta, contagioſa, venenata, populariter graſſans, multos perimens; bubone, carbunculo,

Nomen.

In Epidem.

3. De præſag. ex puls. 4. & 3. Epid. 3. 10.

Quid peſtis.

Diuiſio morborum.

Definitio, & eius explicatio.

bunculo, aut exanthematis comitata, ſi exquiſita fuerit. Diximus eam naſci ab excellenti putredine: 4. Epid. 3. 14. Nam Galenus aſſeruit eam ab aliis febribus differre, eximiâ quadam putredine. Etenim excellens quædam putredo inuadit ſucculentam partem cordis, Vt differat ab aliis febribus. eiúſque ſubſtantiam totam interdum affligit. Eſt infignis hæc putredo, longéque maior quàm in aliis putridis febribus, eſt enim venefica ob nimis * altam putredinem. Propterea hîc pulſus admodum languet: venenum enim formam habet maximarum virium in agendo (quam ſubſtantiæ proprietatem vocat Galenus) licet inſtrumentum, hoc eſt, calor, non ſit vehemens in veneno. Et hoc eſt, quod Galenus dicebat, ſecundi De Natura humana quarto, In euaporationibus quandoque affici corpora potiùs ſubſtantiæ proprietate, quàm nuda qualitate. In hectica autem peſtilenti, non tantùm incaluit cor, ſed eius ſubſtantia ſolida putreſcit: quod non fit in aliis febribus hecticis. Vt dum naſcitur febris hectica ex vlcere pulmonis, ſanies inquinat cor ſuis fuliginibus putridis. inde naſcitur hectica febris, nam cor rapitur in illum calorem, qui eſt ὁμογενὲς. Non tamen abit in hecticam peſtilentem, quia non prouenit ab inſigni putredine, hoc eſt, peſtilenti. Galen. de præſag. ex pulſibus 3. in fine. nus aſſeruit tunc peſtiferam febrem naſci putridam, quando calor putridus peſtilens vniuerſus deflectit ad cordis ſuccos. Hinc concludo, hecticam peſtilentem eſſe, cùm calor putridus peſtilens, occupat cordis ſubſtantiam ſolidam. Nam qui his impliciti iacent, authore Galeno, non ſentiunt febrem. Id enim argumento eſt, hanc febrem hecticam eſſe: id Dubium. enim oritur, ab æquali partium intemperie. Sed dices, 5. Loc. aff. 2. Non poteſt cordis ſubſtantia putreſcere, dum vitâ fruimur: Id Galenum aſſeruiſſe; dum ſcribit, Cor phlegmonem pati non poſſe; nam ea ſi occupetur, hominem extingui. Reſpondemus, In corde eſſe nobiles Reſponſio. & ignobiles partes. Si nobiles putreſcant, ilicò hominem rapi. Propterea dicebat Galenus, Si vulnus non peruadit vſque ad ſiniſtrum ſinum cordis, non tam citò hominem cadere. Nec dicit Galenus, hos ilicò, inflammato corde mori: ſed aliquandiu viuunt: nam ait, Quamdiu vixerint, non delirant. Quare etiam hectica peſtilens in cordis ſubſtantia concipi poteſt. Huc dum trahitur cor, primùm humida pars cordis putreſcit, ſolidior verò eius pars eſt in putrefieri: quæ tamen tandem ex habitudine in habitum trahitur ita, vt cùm primùm eſſet peſtilens putrida, fiat tandem hectica peſtilens. Cauſæ Cauſæ. harum febrium ſunt, propriæ ſubſtantiæ corruptiones humorum, vel alienæ ſubſtantiæ admixtiones. Neoterici ſcriptores, doctiſſimi viri agnoſcunt ſolum aërem huius febris authorem. & tamen fatentur cuncti, putredinem pernicioſam hîc vim ſuam exercere. Rogo itaque, cùm putredo ita flagrat, an non etiam venenum hauſtum quod putrefacit, id talem febrem excitabit? vtramque enim id cauſam habet, putrefaciendi vim, & calorem. Non ergo negandum eſt, à cauſa interna 6 Loc. aff. vlt. produci eam poſſe. Docuit Galenus, pernicioſum venenum in corpore noſtro vltrò generari humorum vitio, vel diætæ crimine. Corpus autem illud quod veneno obſeſſum eſt, ſi ſit infarctu impeditum, an non poterunt illi humores veneno deprauati in cor repere, ac fœdam putredinem excitare? Quòd ſi hinc cordis putreſcant ſucci, cur peſtiferam non acceſſent febrem? Quare aſſerimus peſtiferam febrem pronaſci à cauſis internis vel externis. 1. De diff. feb. 6. Ab internis. Ab internis fit febris peſtilens ſine peſte, cùm ſucci putreſcunt; excellenti & venefica putredine. & 4. Aph. 43. propterea febris peſtifera erit ſemper continua: nam in hac cordis humores putreſcunt; & ſucci alimentales venefica putredine affecti, poſſunt cauſa eſſe putredinis cordis. Ita in peſtilentialibus febribus videmus extractum ſanguinem omnino corruptum eſſe ac à naturæ lege alienatum. Hippocrates ſcripſit, morbis diuini quid adeſſe: id ſi aliquo in morbo, certè hîc locum habet. Tum, inquit, obſeruandum, & ſi quid diuinum inſit in morbis: ob materiam ſcilicet indomitam & pepaſmi expertem & propriæ ſubſtantiæ corruptione vitioſam. Huiuſmodi materia eſſe ſolet morborum peſtilentium, venenatorum, & contagioſorum. Illius ergo diuini prouidentiam nos conſectari voluit medendi ille præceptor. Duo enim ſunt, quæ in omnibus morbis, mortis conſecutionem adferunt, τὸ δεινὸν, καὶ τὸ ἄσημον: hoc eſt, magnitudo, & malignitas. Sumit enim Hippocrates hanc vocem τὸ δεινὸν ex loquendi more, pro materiæ in nos irruentis maximè extrinſecus, extraordinaria malignitate. vt illa tertiana quæ pronaſcitur ex aëris vitio, eſt longè difficilior, quàm quæ à diætæ orta fuit incommodo. A valida putredine quæ concepta eſt ſuccis putreſcunt ſpirituoſæ, vel humidæ, vel ſolidæ partes cordis; quare proferuntur interdum ephemeræ & hecticæ febres putridæ peſtilentes: quæ tamen rariùs eueniunt. Eſt enim id in natura peſtis, vt ablumpto ſpiritu extincto que calore natiuo, ſua malignitate tollat vſum reſpirationis; hinc cita mors. Doctiſſimi tamen viri dubitant, Num peſtis fiat à putredine, an Dubium. potiùs ab occulta qualitate. Quidam aiunt, Qui ex quartana laborant & ex elephantiaſi cœli ſtatu peſtifero, effugiunt hanc calamitatem: & tamen hi graui tenentur putredine. Dicendum, omnem peſtem eſſe à putredine: & id docuiſſe Hippocratem 3 Epid. per herpetes qui oſſa nudabant, ac corpus glabrum Duplex putredo. qui reddebant. & tabo manabant corpora pepaſmi experte. Nam ad primam illam putredinem, alia quædam deterrima & inexplicabilis accedebat. eſt enim duplex putredo; quædam pepaſmi capax, à qua tertianæ & quartanæ febres ſimplices fiunt: alia pepaſmi expers, ſordida & profunda, à qua eſt peſtis. Nam ipſe etiam Galenus agnoſcit variam 2. De diff. feb. 10. in fine. putredinis vim, vt ea quantitate vel qualitate fiat grauior. Cauſa externa, vt cibus & potus. Sed in- Externæ cauſſæ. ter cunctas cauſas externas, maximè aëris vitium cauſa eſt peſtis. Hoc aſſeruit Galenus primo De diffe- Vide lib. de cibis boni & mali ſucci, & 1. De diff. feb. 4. rentiis febrium capite quinto, vbi ait, cùm peſtilentes ſubeunt conditiones, inſpiratio potiſſimum cauſa eſt. Qui aër, vel valida alteratione, vt in tempeſtatibus intempeſtiuis, propriæque ſubſtantiæ corruptione in vitio eſt, vel mixtione alienæ ſubſtantiæ. Miſcentur enim lutulenta quædam corpuſcula, vnde aër conſputcatur & fœdatur. hæc appellat Hippocrates miaſmata: eius verò præceptor Democritus, atomos: Lucretius, ſemina. ſurgunt ex aqua putredine affecta; vel ex corruptis leguminibus, vel oleribus, aut ſpecubus, vel fodinis, cloacis, barathris, (maximè ſi tempeſtates anni non tempeſtiuè ſibi ſucceſſerint,) vnde fœda putredo: vel cùm mota terra expirat quædam praua quæ aërem contaminant, & cùm ab inedia proſternuntur corpora, hæc aërem inquinant. Thucid. lib. 2. cum ſcilicet madida calidaque tempeſtas ſuperuenit ſtragi ab inedia. Author eſt Iulius Obſequens, Ætnam montem terræ motu ignes ſuper verticem latè diffudiſſe, & adinſulam Liparas mare efferbuiſſe, piſcium vim magnam exanimatam fuiſſe, quos Liparenſes auidiùs epulis appetentes, contaminatione ventris conſumptos fuiſſe, ita vt noua peſtilentia vaſtarentur inſulæ. Scribunt Oroſius, Obſequens, Eutropius, & Auguſtinus 3. De ciuitate Dei, & Liuius libro nono, locuſtarum in Africa prodigioſam copiam fuiſſe, quæ ingenti nube in mare deiecta fuit. Qua mortua redditaque littoribus, atque hinc aëre corrupto, tantam ortam peſtem dicunt, vt in ſolo regno Maſiniſſæ octingenta hominum millia

Diuinum quid. 1. Prognoſt. in initio.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 53 sur 513

millia perierint, & multo amplius in terris proximis, tum Vticæ ex triginta millibus virorum quæ ibi erant, decem remansisse. Propterea scripsit Vitruuius, salubritatem esse à ventis frigidis Aquilonaribus: minúsque his exposita à peste tentari. nec enim hyeme pestis fit, vel si quæ fiat, aëris frigore ilicò extingui. Sed illud in tota natura maximè mirandum, ab homine pesti implicito, tanquam venenoso, alium hominem veneno aspergi. Hoc genus dicitur contagium habere, sed vnde habeat, pauci aperuere. Solus Fracastorius dixit, à praua qualitate, quæ ab vno corpore in aliud transfertur per aërem nasci: fit etiam per contactum spiritus & humorum. à spiritu, vt lippitudo, & tabes. ita etiam pestis nascitur, traductis spiritibus. vel morbi contagium faciunt per humores. verùm non cuncti humores fœdi id possunt, nisi duo adsint, nimirum vt hæreant in peripheria corporis, & vt lentore adhæsionem faciant. Propterea scripsit Aristoteles, apoplexiam & epilepsiam non esse contagiosa mala. Sed in peste, vt in carbunculis, maximè per spiritus serpunt contagia: & propterea accessum fugiunt eorum cuncti homines qui vitam amant. Nec tamen hoc contagium bellum indixit cunctis animantibus: nam quamuis omnia animantia aëre fruantur infecto, tamen corpus à corpore, natura à natura, nutricatus à nutricatu differt. propterea quæ alia aliis dissentanea & similia sunt. Sed contagio suæ speciei corpora ferit. Ita arbores fatáque inuadit alia, alia bruta, alia homines contaminat, vt eleganter cecinit Lucretius libro sexto De natura. Quidam autem existimant, occúlti quid his morbis inesse, ac putredinem negant causam esse pestis. Quam rationem si probare vellem, hoc argumento id ego agerem: Si pestis esset ex valida tantùm putredine, tantùm secundùm magis & minus differret ab aliis putridis: Sed magis & minus non variant speciem: At pestilens & non pestilens variant speciem: longiùs ergo distant, quàm vt solùm secúdùm maius & minus differant. Si tamen paulò accuratiùs perscrutari velimus pestiferá constitutionẽ ab Hippocrate descriptá, deprehendemus in ea putredinis plena fuisse omnia; vt qui nó alia ratione carbunculos vocárit σήψεις, quò ostenderet magnitudinẽ putrefactionis. Dicet quis, Cur non omnes in pestilenti constitutione corripit pestis? Respondemus cum Galeno, id fieri, ex temperaturæ proprietate, vt corpus fœdis vel moderatis succis præditum fuerit: hoc est, id pendet ex afficiendi corporis præparatione. Qui enim prauis succis abundant, facilè à peste & contagiosis morbis exercéntur. Hinc est quòd pauperes, otiosi, gulones, luxuriosi, sordidi, facilè, ob viúendi negligentiam congestis succis prauis, pesti inuoluantur. Aristoteles putauit etiam coitione Saturni & Iouis innasci pestem, ac regum imperia opprimi. Albumasar id Ioui & Martí ascribit, humido si excipiantur signo. Alij eclipsi id tribuunt. Sanè aër sæpe in vitio est: non solùm quòd putredinem ex eo venire videas; sed quòd vaporibus coinquinetur, & tunc nec crassus nec turbulentus est: vapor enim pestilens non crassefacit aërem. Variæ ideæ pestis occurrunt. quædam enim febris pestilentialis ab aëre est, quæ totâ naturâ est pestilentialis & cùm peste. alia, secundùm accidentia tantùm. Si anni status non fuerit pestilens, erit præcipua causa pestiferæ febris, succus putrescens extra cor. Pestis modò spiritus, modò humores, vel partes solidas occupat. Sed datúrne ephemera pestilens? Galenus, De differentiis febrium scribens, id negare videtur. Sed tamen ille non negat ab aëris putredine eam nasci posse, quamuis asserat eam non oriri ab humorum putredine. nam dicit, Non videntur mihi sequi humorum putredinem. vt, inquit, si phlegmone inguina occupauerit, ephemeram præbet, cùm pars à parte calescit: at si putridi humores efferantur ad cor, non erit ephemera, ait Galenus. Quare spiritus cùm ab aëre putrescunt, faciunt diariam pestiferam. argumento est subita calamitas: nam intra tres dies, homines abripiuntur: quare nec succi nec solidæ cordis partes obsessæ sunt. Quanquam fatemur spiritus difficilè putrescere, ob calidum natiuum quo circumfluunt, motum, & tenuitatem. attamen cùm aër propriæ substantiæ corruptione in vitio est, inde putrescunt etiam spiritus, nam inde nascuntur. Asserunt etiam Aristoteles, omnia putrescere, excepto igne. Sunt fatemur spiritus calidi & sicci, si conferantur cum humoribus, & propterea etiam longè difficiliùs putredinem concipiunt quàm humores: attamen non ita calent nec squalent, quin extremâ putredine affligi possunt, tum ex mixtione alterius rei putridæ, tum propriâ naturâ. Cùm ergo febris nasci potest ex putrefactione spirituum, quæ vno die iugulat hominem, hæc Diaria dici potest pestilens. Sed datúrne hectica febris pestilens, ex solidarum partium cordis putredine? Variæ hac de re sunt sententiæ. Quidam Aristotelica authoritate id negárunt, quòd cor graue vitium non accipiat, quòd ne propriorum quidem succorum ferat vitium: accédit quòd hectica passio suam hyparxin habet ἐν γενέσει, at pestilens, ἐν γίνεσθαι. & dicunt, Pestiferæ febres curantur phlebotomiâ & pharmaciâ, & crisi: quare nulla pestilens est hectica. Respondemus, hanc pestiferam, verè hecticam non esse: nam verè hectica illa, semper consectaria est aliis febribus, aut mœrori, iræ, & talibus. Sed verè pestilens fit à solo aëre: ergo non est verè hectica. Et hectica verè ita dicta, est putredinis expers. hectica pestifera habet pulsus similes sanis, & aliqua pars cordis in ea putrescit. Ergo hæc non est verè hectica. Attamen idem subiectum fatigant. Quod dicant cor non ferre magna tœdia, fatemur, atque profitemur propterea homines subitò mori, cùm cor putredine occupatur: nec diu patitur cor: & hyparxin suam habet ἐν γίνεσθαι, nam non est verè hectica. Sed dices, Ad quam ergo febrium speciem referemus has febres? ad ephemeráne, vel ad hecticas? Habent sanè hæ nullum genus proprium & peculiare: nam modò spirituosas, modò succulentas, modò solidas partes cordis occupant. Hinc est quòd Galenus has, modò inter hecticas, modò inter putridas recensuerit. Maximè veræ nascuntur ab aëre pestifero. Cùm ab humoribus prouenit, non dubium quin à singulis illis amplâ putredine fœdatis prouenire possint: potissimùm tamen vbi tota massa sanguinea putrescit. Sed dices, Potuerúntne ergo dari intercalares pestiferæ febres? Minimè: nam adest venenata qualitas. Sumuntur præterea differentiæ ab accidentibus: quia hæ febres fiunt vel cum papulis, vel sine papulis. Si papulæ efflorescant, illæ erunt magnæ, vel paruæ; paucæ vel copiosæ: nigræ, vel aliis coloribus imbutæ: pedem figentes, vel ilicò euanescentes. Vel socium habent bubonem aut carbunculum. Quin nonnunquàm hæ febres sunt tumorum expertes: & tunc materia vel intus retinetur, ac hominem enecat: vel excluditur sudore, vrinâ, secessu. A loco; nam cordis spiritus, humores, vel solidas eius partes occupat. Iam de signis. Horum quædam denunciant futuram pestem: quædam iam præsentem. Futuram, vt si Sol oriatur multo tempore suo splendore hebetato: quò enim is obscuriùs fulserit, eò faciliùs ea, quæ mundi theatro continentur, putrescunt. hinc vetus illud dictum, Nos Sole & sale nihil habere melius. maximè si à ventis filet aër, Cometæ, trabes in cœlo, chasmata

1. Lib. 4.

Contagiũ.

1. De dif. feb. 2.

Num ab occulta qualitate.

Dubium cur non omnes peste occupẽtur.

2. De dif. feb. 6.

Differẽtiæ.

2 Lib. 5.

Num spiritus putrescant. Vnde.

4. Meteor.

Num sit pestilens hectica.

3. De part. animal. 4.

Galen. De præsag. ex pulsib. 4.

Dubium.

4. Aph. 44. Ab accidẽtibus differentiæ.

Signa.

Futuræ pestis.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 54 sur 513

mata, aranearum inopia; muſcarum, murium, culicum copia, & fungi ſi enaſcantur plurimi, peſtem in procinctu eſſe arguunt. Antiqui dicebant, A fame, peſtis: & poſt inediam rerum abundantia. & variolæ paſſim vagantes peſtis ſemina ſpargi ſignificant. Cælum etiam ſua dabit ſymbola, vt ſi concurrerint Saturnus, Iupiter, & Mars in Scorpione. Nam ex ſiderum aſpectu terræ viſceribus innaſcuntur vapores praui, ſi fides Aſtrologis; indeque terræ ſuperficies coinquinatur, ac fruges rubiginem ducunt: tunc talpæ ac lumbrici terram linquunt. terra præter rationem ſterilis euadit. Hi diri halitus non petunt aërem (vt faciunt hi à quibus fit terræ motus, qui eruptionem faciunt, ac aërem & aquam inficiunt) ſed ſuperficiem terræ petunt ſpiritus exitiales, vnde brutorum clades. Si tempeſtates non tempeſtiuè eueniant. In primis oues & boues, dein ſues proſternuntur. Nonnunquam ab aqua in calamitatem pecora trahuntur. Ita in Hollandiæ paluſtribus locis, noſtra memoria, boues & oues mactatæ cùm eſſent, pulmonibus ac in hepate viuos paruos piſciculos, ſoleis ſimiles habebant. Canes quàm plurimi ſi rabie tententur, fructus terræ innaſcentes ſi inſipidi fuerint, & facilè ſi in putredinem trahantur. Si vina turbentur. Si luxuriarint prauæ herbæ, terram iam venenum concepiſſe indicio erit.

Vicinæ peſtis ſignæ. In procinctu verò peſtem eſſe denunciant febres prauæ. &, ſi ros ante Solis ortum collectus canidetur, & is ob id moriatur: vel poma nocturnæ auræ data integra, ſi putreſcant. Quin ſi corpora quidam languor habet: &, ſi bruta calamitas fatigat, quod Thucydidis hiſtoria etiam teſtatur. Præterea, ſi caro citiùs putredinem trahat, quàm ratio exigat: vel ſi ea aëri expoſita, facilè putreſcat. Præſens autem peſtis interdum ægrè agnoſcitur à dato clam veneno. Signa communia peſtiferis febribus ſumuntur ab actione læſa, excrementis, & ab accidentibus. Non tamen hæc ita accipienda, vt exiſtimes cunctis his opus eſſe: vnum enim aut alterum interdum ſignum ſufficit. Ab actione læſa: nam ſcribit Thucydides, adeò quoſdam à peſte fatigatos fuiſſe, vt proprij nominis obliti fuerint. quare principes cerebri actiones hîc validè laborant, laſſitudo adeſt, & vertigo, capitisque dolor: ſtatim hæc eueniunt in morbi initio. A naturalibus actionibus etiam ſymbola præſentis peſtis ducemus, nam ſitis inexplebilis fatigat; nauſeant. Interdum lingua areſcit ſine ſiti: cauſa eſt, quod putredo cor occupat; quod refrigeratur ab aura ſpiratione inducta: potus lædit hîc: nota malignitatis. nauſeant à vaporibus prauis. A vitali etiam vi, quia pulſus eſt debilis. Meticuloſi facilè tanguntur: metus enim quatit, ſuccosque confundit, ac inquinat: nihil enim periculoſius humorum ac ſpirituum agitatione. Pulſus in ſe gerit proprium ſignum huius morbi, nam cæteris etiam viribus integris, hic citra cauſam flacceſcit, cum inæqualitate. Ab excrementis. His liquida, bilioſa, & aquoſa funduntur, paludoſo quodam odore; ſyntexis fatigat, non tamen ſemper; nam quidam ſtipatam habent aluum. Sed dum fluxu fatigantur hi qui febribus peſtiferis inuoluuntur, ille erit colliquationis ſoboles: nam maximi caloris id argumentum. fætoris cauſa eſt ſumma putredo: colliquationis cauſa eſt incendium: & in tanto fœtore, tenuiter febricitare videntur. Et quamuis nonnunquam authores ſcribant, à remiſſo calore febrem indicari peſtiferam, id ita interpretari neceſſe eſt, vt intus ille vrat, non foris. & qui foris eſt, initio occurrit mitis, ſed quò diutiùs tangitur, eò acriùs fetit. Emiſſus è venis ſanguis non concreſcit: abſumptis à putredine fibris. Vrina, inquit Hippocrates, conturbata, quin ſæpè liuida illa funditur, ab extincto calido natiuo. Corona apparet in vrina rubicunda ac conturbata, gilua, florulentiam quandam æruginoſam continens, vt loquitur Hippocrates in Coacis. Dices, Galenus teſtatur vrinam ſimilem eſſe ſanorum hominum. Ita eſt: ſed illud obſeruabile, peſtiferam febrem ex aëre vel ſuccis naſci; ſi ab aëre tantùm computreſcunt humores cordis, vrina primùm nihil indicat. Sin ſucci putreſcant extra cor, erit neceſſariò lotium vt ſit prauum. Sudor his manat frigidus; ſudatiuncula à laſſata natura quæ à materia morbifica opprimitur. Parotides etiam febrem peſtiferam arguunt. Sed dices, Caſſius Medicus ait parotides veteribus *Prometopes* vocatos, quòd fauſto oſtento appareant in calamitoſis morbis. Fatemur, ſi in fine morbi, triumphatâ materiâ morbificâ appareant: at ineunte morbo, triumphatâ naturâ funeſtæ. Horror frequens, à prauis vaporibus, etiam in æſtu febrili fatigat. Notandum, hoc peculiare eſſe peſtiferis malis, cuncta grauia ſymptomata ſtatim incunte morbo inuadere: quæ alioqui per alios morbos increſcentes euenire ſolebant. Magna interdum pituitæ copia è naribus manat, feruidus tamen efflatur halitus. Illa corpora maximè peſti obnoxia ſunt quæ madent ac calent, quæ hircum olent. Æſtatis fine, & medio Autumni tempore, eiusque initio contagia agit; nam eo tempore languor corpora habet, ac circumfluunt corpora prauis ſuccis ab oporæ fructibus. Oculi viuido ſplendore in omni peſtifera febre fraudantur, quia cor acerbè affligitur. Cùm quis iam iam ſubitoque à peſte tangitur, anxiè è ſomno excutitur: dein vertigo occupat, ac laſſitudo cum languore & inquietudine, & nauſea fatigare incipit. Illicò tunc remediis pugna. Si natura preſſa nihil excernit, humoribus iam contaminatis, in earum trahuntur ægri non ſine delirio, ac puſtulis facies occupatur, & orthopnœa fatigantur, intùs cuncta fœdante vapore. Pulſus imbecillitas cum magna inæqualitate, cæterarumque virium infirmitate, ſtatim initio continua febris, peſtilenti in ſtatu, ferè eſt indicium peſtis. Certiſſimum erit, ſi ſyncope & vomitio adſit cum cardiogmo ſpontaneo. Peculiaria ſunt præterea ſigna, quæ notant num ſit ephemera, putrida, vel hectica febris peſtilens. Spirituoſam cordis partem putrere oſtendunt corporis agitatio, nullumque ſi excrementum emanat fœtidum ex corpore; vomendi quædam libido corpus fatigat, animique deliquium, vrina ſimilis, primùm ſanorum; totum corpus imbelle labitur: decem vel duodecim horis plerumque hominem rapiunt. Si peſtilens febris fuerit putrida, remiſſio quædam his aderit, ita vt quibuſdam horis meliùs ferant febrem, & niſi mens ægrotârit illis, ſentiunt febrem. Adſunt ſumma putredinis ac colliquationis ſigna. varia ſymptomata premunt, vt variorum humorum dominatu corpus tenetur. Exuſtus ſanguis carbunculos profert: pituitoſus parotidas & bubones; bilioſus eryſipelata excitat. Hecticam adeſſe peſtiferam inde colligimus, quòd ea intentionis & remiſſionis ſit expers. Sed pulſus inſignem præſefert debilitatis notam. Sed dices, Galenus affirmat ſanorum pulſui horum pulſum ſimilem eſſe. Reſpondemus, in omni peſtifera febri pulſum languere. attamen ita, vt in putrida ſit alacrior, quàm in hectica peſtifera. quamuis nonnunquam eueniat vt in hectica peſtilenti hic admodum ſit ſimilis ſanorum pulſibus. Galenus autem loquitur de pulſu febricitantium, in quibus partium cordis diuerſa eſt intemperies: nam, ait, euenit vt ſolida ſubſtantia cordis ſit calidior, ſubſtantia autem contenta frigidior. Cùm ſolida cordis ſubſtantia homini alicui eſt calidior, is præcipuè febribus peſtiferis hecticis tentatur tempore peſtilenti: quia magis illa peſtifera pernicies vim ſuam fundit in ſubſtantiam cordis,

Præſentis peſtis ſigna.

3. Epid. 3. 55.

9. Simplic. de terra Lemnia. 6. Epid. t. 29.

3. Epid. 3. 61.

3. De præſag. ex pulſ. 3.

Problem. 35.

8. Method. 9. 1. De dif. feb. 7.

Patho-gnomonica certa.

Signa differentiarum.

Dubium.

3. De præſag. ex pulſ. 3.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 55 sur 513

cordis. Et in his, quorum cordi temperiei quædam varietas eſt familiaris, pulſus inuenietur quædam mediocritas. Quare Galenus, dum hoc ait, non loquitur de qualibet hectica peſtifera quæ occupat cor: ſed de hectica quæ occupat cor, quod habet diuerſam partium intemperiem. Sit ergo cordis pars ſolida calidior, erunt illi pulſus crebriores: ſit verò humida pars frigidior, fient inde pulſus rariores & tardiores. hinc fiet quidam affectus medius, qui edet pulſum nec rariorem nec frequentiorem, nec velociorem nec tardiorem. Attamen neceſſariò in peſtifera hectica febre, pulſus eſt debilis, paruus, nec reſiſtens preſſui: veruntamen quamuis ita paruus ſit, erit tamen nonnunquam in celeritate mediocris: aliquando tamen frequentiſſimus. Quare, vt breuiter rem dicamus totam, in ephemera peſtifera, & etiam in hectica, typus abeſt: eſtque continua ſine reciprocatione, vrina ſanorum, mitis ſentitur manu calor. In hectica peſtifera fœtidus eſt anhelitus: ab extincto calido nativo enim putreſcunt ilicò ſucci. Putrida peſtilens paroxyſmos habet, fundit vrinam ſubiugalem, nigramcalor vexat vehemens, faciliúsque curatur quàm hectica aut ephemera. Sed dices, Nónne vera peſtis ſit, quòd aër peſtilens hauſtus cor contaminat; vnde ergo notæ putredinis variis in partibus? Reſpondemus, Aër peſtilens à corde hauſtus, illud contaminat, à quo per venas & arterias in viſcera effunditur: quòd ſi iſtic deprehenderit materiam contaminationi aptam, eam malignitatis ſuæ notam inurit. Per vaſa enim communicatur labes: vt ſi cerebrum ſerofis, iecur aut ſplen vel venoſum genus cacochymia circumfluant, eam inficit: vnde ſopor, phrenitis, feruor ingens, putredo vrinarum, & in aluinis excrementis labes, tumores qui etiam intus deliteſcunt; vnde, ſi pectus occupauerint, ſputum ſanguinis: ſi cor, mors. Blanda nonnunquam facie hæ fallunt febres tertianaria velitatione, quæ mox hemitritæi formam induunt, peſtiferamque demum malignitatem proferunt. Nonnunquam venenatæ qualitatis argumenta ilicò proferunt, ſæuiuntque deliriis, vigiliis, aphthis, inextinguibilique ſiti vrunt, ſpirabiles partes opprimunt, animi deliquia adferunt. Manant fœda liquamenta: fœdatur que exanthematis corpus; ſubſtillant nares interdum ſanguine: ſudores miliares appârent, fractus eſt pulſus. Vnde hæc? quòd peſtifera febris plerumque ſit putrida: rarò hectica: ephemera rariùs affligit, niſi adſit pernicioſiſſima peſtis: hanc enim doctiſſimi quidam viri peſtem abſque febre appellant. nam ilicò hi cadunt, & ſæpè non abſque putredinis notis. Affligitur in peſtiferis ſemper cor, ſiue primariò occupetur, ſiue à deprehenſa parte affligatur. Aliis enim ilicò de capite querela eſt, aliis artus tædia concipiunt prima. aliis ilicò excandeſcit maligna febris vis, dum cor focum malignitatis concepit, quibuſdam febris non omnino prauæ, vt diximus, idea appâret, quæ mox in malignitatem degenerat, vbi cor totum occupauit prauitas. Ita ex communi venarum putredine naſcuntur peſtiferæ phrenitides, anginæ, pleuritides, peripneumoniæ: hoc eſt, conſociantur peſtiferæ febri, à venenata qualitate. Iam ad Prognoſin venio. Lethargus aut phrenitis poſt vndecimum aut 14. diem, plerumque lethalis. Peſtiferæ febres hecticæ curari nequeunt. Ephemeræ verò peſtiferæ interficiunt plerumque decem vel duodecim horarum ſpacio. Author eſt Iacobus à Partibus, quòd in graſſante peſte, cùm ægri ipſum accederent, ac eos tangeret, minimeque ſibi febricitare viderentur, paulo tamen pòſt hos interiiſſe. Pauci euadunt quibus ſtatim ab initio pulſus paruus & valdè inæqualis exiſtit: quamuis cæteris valere videantur. nam plenus & ordinatus pulſus ſeeritatis index eſt. Si hũmores hoc virus inuaſit, putredinum plena erunt omnia. nam tota ferè maſſa ſanguinea corrumpitur. timor ſi tunc adſit ægris, cor occupari indicio erit, maximè ſi alieni ſint à cibo. Ineunte morbo ſi grauis adſit cephalalgia cum caro, pulſu debili & inæquali; vel ſi frequens animo linquantur; vel frigidum ſudârint, ſatis concedunt ſubitò. Ita ſi perpetua vomitio premat cum ſyncope frequenti. Pulſus princeps in hoc indicio eſt: is enim ſemper languet hîc: ſin moderatè hoc illi eueniat, bonum. Si facies in colore, charactere, & mole, à natiua forma longè receſſerit, malum: vt ſi nigreſcat faciei color. Nigræ ſi per corpus ſpargantur maculæ, inſtar culicum morſus, hoc malum eſt: ſunt enim argumenta ebullientis putredinis ac mole creſcentis. Si intùs vratur homo, & ſi is foris marmore frigidior fuerit, non fugaci, ſed à fixo frigore, hoc calamitoſum eſt. Excrementa ſi fundantur nigra cum fœtore, lethale. Si ſtatim, ineunte morbo phlyctænæ apparuerint, vt Critoni, calamitoſum. Subſtillum ſanguinis initio morbi ohortum, lethale. Idem denunciat fluxus alui, vrinæ, vel ſudoris, ſi primis diebus iniuerint: nam copiam ſuccorum indomabilem denotant, aut eorum ferocem acrimoniam. Vbi tamen vera peſtis adeſt, obſeruatum fuit ineunte morbo ſudorem ac alui fluxum profuiſſe. Vrina nigra fœtens, mortem. Si proſtratis viribus ventriculus inflatur, conclamatum eſt. Bubo ſi exardeſcat cum ingenti dolore, & mox ſi ſopiantur omnia; ſed ſi ſtupeſcat æger, & amens ſi reddatur, malum. Cùm à preſſa iam natura in ſtatu, vt dum extremis algentibus, ſudant, ſubſtillat ſanguis, nigreſcit aſpera lingua, ſomnus non obrepit ampliùs, conuulſione tentantur, tunc ſi bubones, carbunculi vel puſtulæ nigræ appâreant, ſubitò cadunt. Quia ineunte morbo præſtaret hæc apparere, integrâ adhuc naturâ. Carbunculi parui cum puſtula nigra, peſſimi ſunt: nam nigri ſunt rubris etiam carbunculis peiores; & quò plures, eò calamitoſiores. Quò cordi fuerint viciniores, eò periculoſiores. Agemus iam de Præſeruatione à peſte, & de eius curatione. Præſeruatio conſtat ex rebus ſex non naturalibus dictis, ſi hæ ita comparentur, ne facilè contaminationem admittant. Inter hæc principem locum tenet aër, quo ad momentum temporis vix carere poſſumus. Sit aër cubiculi non perflatus, ſed in eo colluceat ignis; niſi cælum æſtuârit, tunc oxycrato reſpergatur cubiculum, quò ignis calor moderetur. Sed ſemper tepeatne ſpiracula cutis obſtruantur: maximè ſi bubo aut exanthemata apparuerint. nec ante triduum innouandus eſt aër. Auſcenna aërem craſſum hîc veliorem putat, quòd non æquè putreſcat. Huic reclamant cuncti, quòd aër naturâ ſit tenuis, qui cùm craſſeſcit, hoc illi à miaſmatis euenit. Sit domus munda, fœdi odores à putredine nati pellantur, cloacæ purgentur, ac optimi venti admittantur, noxii arceantur. Rationi tamen conſentaneum eſt, graues, attamen à putredine alienos odores ſalutariter aëri affundi: vt cor à ſe reiiciat potiùs omnia ſyſtole, quàm vt ſuaui odoris blandimento, ſeſe fundendo diaſtole, attrahat. Ita enim contagium facilè bibit. Hoc innuit Hippocrates cùm ſcribit, Spiritum non copioſum introducendum eſſe. Ita cotiarii & ſalſamentarii, & qui per fœtores vitam ducunt non putridos, rarò peſte occupantur. Propterea quidam Principes peſtifero cæli ſtatu hircum in aula alunt, & aſſam fœtidam olfaciunt. Vſu conſtat, cùm primùm halecum ſale conditorum copia à piſcatoribus in maritimas ciuitates defertur, peſtem breui euaneſcere. Aput Varronem narratur de quodam, qui, Corcyræ cùm eſſet exercitus ac claſſis, & omnes domus cùm repletæ eſſent ægrotis ac funeribus; immiſſo feneſtris nouis Aquilone, & obſtructis peſtilentibus, ianuâque

Præſeruatio.

Aër.

Ex 3. Epid. 3. 25. & Plutarcho in vita Romuli. 1. Prorhet. 2. 17.

Prognoſis.

1. Ep. d. 5. bijl. 9.

1. Lib. 4.

que permutatâ, cæteráque eius generis diligentiâ, ſuos comites ac familiam incolumem reduxit. Quare ſuffiantur cubicula roſarum aqua & aceto, in quibus coxêre ſantala, lignum aloës, caphura, & caryophylli. Arnoldus tamen Villanouanus ſcribit, herbarum accenſiones ſpiritus inflammare ac ad peſtem flectere. Sed hoc nonnunquam agendum, quò aëre concepta putredo exuratur: & interim nos caſtigamus eum feruorem algioſis remediis. Inſigne eſt inuentum Raſis, qui lintea aceto madentia parietibus extendit. Nos die cubicula irroramus aqua cui immixtum eſt acetum, tum veſperi lapidem ignitum per domum circumferimus, ac aceto aſpergimus, quò fumus aërem corrigat. Ignis ſtruatur ex lignis reſiniferis, qualia illa quæ vnà cum ceſpitibus hîc eruuntur, Belgica lingua *keenen* appellata: vel ligna iuniperi hoc agant. Odores aromatum fugiant, quia tenui calore caput opplent. Potus ſit ſalubris, ceruiſia vim citreorum habeat, & pimpinellæ vel bugloſſi. Non plurimum potet, etiamſi valdè ſitiat: attamen ſitim extinguat. Aqua ſi quis vtatur, ea primùm coquatur cum pauco aniſo: vel ei affundatur iolabium acoris citrei mali. Vel accipe aquæ libras quattuor, quibus incoque drachmas duas ſcobis cornu ceruini: ſacchari vncias ſex: cinnamomi drachmas duas: adde ſuccum citreorum. Vinum ſit oligophorum, attamen odorum. Legumina vitet. Caro columbarum in menſam veniat, ineppatum, & ruſticæ gallinæ, auium non paluſtrium, veruecum, gallinarum; coquatur ex aceto, & cum acetoſâ, agreſtâ, & cum acredine limonum. Sumant imbecilli reſtaurans ex pullo, cum ſucco citreorum. vel incoque pimpinellam, calendulam, boraginem, acetoſam, aſparagos, cornu cerui. Si caro ſit infecta, primùm debet aceto & ſale macerari, dein ſal abluatur. Piſces, ob madorem, vitet exceptis halecibus. Exerceat ſe moderatè & tempeſtiuè, cùm Sol emicat. & ineunte peſte, moderatè ſe moueat, ſi infirmitas non fatigat. Valida vitabis exercitia: quia inflammant & corpus proſternunt: qui enim à valido exercitio peſte corripiuntur, aut à terribili imaginatione, ferè pereunt. Exerceat ſe non ad ſudorem, ſed ad vdorem. Nec etiam in ocio torpeſcat: hinc enim cruditas. Somnus & vigiliæ ſint moderata. nam immodicæ vigiliæ ſpiritus diſſipant, calidum natiuum hebetant, hinc cruditates, & inde imbecillitas. immoderatus verò ſomnus, humorum madorem adfert, putredinis pabulum. Qui peſte iam fædati ſunt, non altum dormiant, ſed ſubinde concutiantur: maximè etiam iam eminentibus tumoribus. Qui ſunt in morbi principio, à ſomno caueant: alioqui duas horas manè dormiant, ſi ſomno vel imbecillitate premantur. Venus, quia eneruat vires, eſt fuganda. Cibus varius eſt noxius. Simplex verò laudatur, hunc enim natura meliùs coquit. Balnea ad ſordium ablutionem inſtituantur cum toſis, violis, cypero, foliis ſalicis, meliloti. alioqui vitentur, nam debile corpus reddunt. Veſtes citreorum malorum ſuauem odorem redoleant; vel roſarum, caryophyllorum, xyloaloës, ſantalorum. Induſia ſæpè mutentur, nam id refrigerat. Aluus ſit lubrica: nam non facilè acutis febribus tentantur, qui eam facilem habent; nam ita corpus perſpirabile redditur, & ſiccius euadit. Clyſter optimus ſit, vbi maximus feruor, ex ſucco ptiſanæ cum ſaccharo, vitellis ouorum, & oleo roſato. Animi motus hîc plurimum poſſunt; arceatur timor quantum fieri poteſt: hic enim rapit in cor, vnà cum ſpiritu, peſtiferam aëris vim. Lætitia animique explicatio vehementer confert. Argumento fuit Thales Cretenſis, qui, vt refert Pauſanias & Plutarchus, muſicâ peſtem à corporibus fugare ſolitus erat. Inter corroborantia eſt citrium malum ex aqua roſata in pultem cum ſaccharo eliquatum ebullitione. ſumitur manè ſemicochlear. Acetoſa commendatur, & ſuccus pentaphylli, corallium, caphura, bolus, ſantala: nam ſtrictione quadam prohibent innati caloris exhauſtum. Ex ruta & caricis cum aceto, fiat confectio. Foueatur regio cordis, inguina, & axillæ aceto caryophyllato. Germani manè ſumunt radicem petaſitidis aceto maceratam, vel bibunt vinum abſinthites. Optimum illud eſt, Accipe mala citrea decem: conſcindantur in multas partes: ſeminis angelicæ ſemunciam: ſcordij, vel, ſi calor adſit, acetoſæ, vel boraginis manipulum: vini albi libras tres: fiat immaceratio. manè ſume cochlearia duo, cum theriacæ particula exigua. diſtillari id etiam poterit. Qui aqua vitæ vti velit, huic miſceat roſas, ſantala, ſaccharum. Sacculi cordis regioni admouentur, ſi frigus ſit. Accipe calaminthæ montanæ, meliſſæ, maioranæ, dictamni, cuiuſque pugillum: ligni aloës, caryophyllorum, zedoariæ, cuiuſque ſcriptulos duos: muſci grana quattuor. fiat ſacculus. Aliqui ex arſenico ſacculos ſub axillis & in regione cordis geſtant. Illinitur regio cordis theriacâ vel mithridatio: inde enim cor robuſtum redditur. Venetiis & Patauij oleo vtuntur dicto Magni ducis Florentiæ: fit ex theriaca & mithridatio, & hypericō: hoc regio cordis, arteriæ temporum, pedum & brachiorum inunguntur: ita cor trahit vim olei. Fit etiam vnguentum ex ſucco radicum & ſeminis angelicæ, & ex adipe ſerpentum venenatorum, cum vitriolo. Vel accipimus ſucci cardiacæ, vel ſcordij, aut meliſſæ vnciam: caphuræ ſemidrachmam: croci ſcriptulum: cum cera fiat vnguentum. Olfaciat flores nymphææ, ſantala citrina, roſas, caphuram cum ambra, acetum, rutam. Coquantur aceto herbæ, vt ſerpillum, baccæ, iuniperi. Si frigidum tempus fuerit, accipiemus ſtyracis odoratæ, myrrhæ: cuiuſque ſcriptulum: caryophyllorum, macis, cuiuſque ſemiſcriptulum: moſci grana ſeptem: ambræ grana quatuor: ladani ſemunciam: cum vino aromatico & aceto acerrimo fiat pomum. Auribus inſtilla guttam olei ſaluiæ vel caryophyllorum, cum pauco moſco. Sed in victus ratione notetur num aquæ infectæ ſint: ſi ita, primùm ea coquatur cum aromate, deinde cum ea cibi coquantur. Nam, vt author eſt Ariſtoteles, magis ex aqua quàm ex cibis ægrotamus, quòd & in potu & in cibis ea vtamur. Aluus reſpondeat cottidie: ſi ea ignaueſcit, corpusque fuerit calidum, & feruet cœlum, mollibus laxetur medicinis, vt ſirupo roſato laxatiuo cum manna, tamarindis, & caſſia. Tempore verò frigido & corpore algioſo, præbe pilulas Ruffi, quibus interdum iungimus agaricum, bolum, caphuram, zedoariam, dictamnum, gentianam: vel ſumat mel roſatum, & hieram ſimplicem. Tempore frigido & corpore non ita æſtuante, tuebimur corporis temperiem ſirupo de corticibus citreorum cum decocto ſeminum eorundem: meliſſâ, betonicâ, carduo benedicto, roſmarino, angelica, dictamno. Cùm verò cor ex inæquali intemperie laborat, vt cùm calet ſolida cordis pars; (hi enim facilè peſtilenti hectica tentantur ab aëre) his noxia ſunt remedia calida: faciliùs enim inde in peſtiferam hanc calamitatem trahentur. Proptereà author ad Piſonem ſcripſit, theriaca non vtendum eſſe in pueris, nec tempore feruido. Ea quæ corroborant, non ſint aſtringentia: nam putredo inde ſuboleſcit. Sumat cottidie opobalſami ſemidrachmam is, qui frigidior. Vel accipe ſuccum recentium baccarum iuniperi; adde ſaccharum: redigatur in formam opiati. id calculos etiam eiicit: & hoc ad arterias quoque illinitur. Ex cunctis alexiteriis aqua coctis, ac fortiter expreſſis iterumque cum ſacchato coctis, electaria fiunt. Obſeruabile illud, Auicennam vti ad præcautionem theriaca

Potus.

Cibus.

Motus.

Somnus.

Balnea.

Aluus.

Animi motus.

Correborantia.

1. Problem. 14.

3. De præſag. ex pulſ. 3.

Cap. 17.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 57 sur 513

& mitridatio, ſed vbi curationem inſtituit, altum de his illi eſt ſilentium: ſed frigidis fiduciam adhibet. Quidam vtuntur nucibus, caricis & ruta, cum aceto contuſis. Quidam ſub axillis & ad regionem cordis venena portant: & puto optima illa remedia eſſe. Nam ſimilitudine quadam venenum trahit ad ſe venenum: at contrà agit theriaca & mithridatium, nam venena pellunt. Hoc ergo fit cum quodam labore & renixu: illud, vltrò allicitur ac affluit: faciliùs ergo & promptiùs agit hoc. Quin cor cùm ſentit venenoſam vim, contrahit ſe magis quàm pandit. Accipiunt bufones magnos & veneno turgidos numero binos: hos occides menſe Maio, ac ficcabis in libera aura, mox tuto, cauendo ne vrantur: & redigantur in ſubtilem puluerem. Huius puluerис accipe binas vncias, arſenici ſemuncias: radicum tormentillæ & dictamni, cuiuſque drachmas duas: ſiccentur igne: margaritarum drachmam: corallorum, hyacinthi, ſmaragdi, cuiuſque ſemidrachmam: croci ſcriptulos duos: hæc pulueriſa: & ex ſyndone carmoſina fabricentur ſacculi plures ad cordis ideam. Cùm ægrum accedes, tibi hunc admouebis. Si homo fuerit frigidus, qui à ſudoribus fatet, is ferat collo aliquid ambræ & muſci, hæc feriant regionem cordis. Hactenus de præſeruatione, iam de curatione. Vt rectè curemus, naturam iam morbi compertam inſpicere debemus. Hîc adeſt maxima ſanguinis ebullitio, adeſtque putredo maxima & excellens, éſtque materia eius venenoſa. Causa ergo ebullitionis naſcitur Indicatio temperandi ſanguinem ac refrigerandi: ratione verò putredinis, id quod computruit eiiciendi: & id quod ita comparatum eſt vt facilè putreſcat, ſiccandi: at ratione venenoſæ materiæ, antidotis, quia totâ formâ alterant, cor erit roborandum: huius enim facultas validè labefactatur ab immenſa hac putredine venenoſaque vi. Scribit Aretæus, morbos quoſdam eſſe medicamentis pernicioſis ſimiles. Hinc eſt quòd in peſtilentia quæ Athenas afflixit, non alienum fuerit quoſdam exiſtimaſſe in puteos Pyræi à Peloponenſibus venena fuiſſe iniecta. Cùm ergo hæc febris ſuam hyparxin non ſolum habeat in intemperie, verum etiam in labefactata proprietate cordis, hæc vt dixi, ſtabilienda erit antidotis. Et quia hæc febris præſertim augetur, cùm obſtructio cor affligit, orietur indicatio aperiendi & refrigerandi. Ratione quidem febris eſt humectandum: ſed immenſa illa putredo, ſiccantia flagitat. Coque ergo ex iuſculis tormentillam, bolum, & talia. Quare lenitâ primùm aluo, aperi, ſicca, refrigera ebullitionem, proprietas cordis labefactata reſtituatur; praua materia exhauriatur, quæ ab incognito putredinis eſt gradu. Si fuerit peſtilens hectica, erit refrigerandum & humectandum ratione febris: & etiam vt occurramus venenatæ qualitati, deindè, vt tueamur vitalem vim, quæ hîc titubat. & quia putredo adeſt, an non etiam ſiccandum? Sed quia hectica, potiùs humectandum: at vincit venenata vis, quæ ferè à putredine, inuaditque ſolidam cordis ſubſtantiam; propterea ſiccandum: nam veneno & eius cauſis eſt occurrendum. Quæ iam computruere, vt dixi, exhaurienda, & eorum cauſæ abſcindendæ: materia humida eſt ſiccanda: cohibita tranſpiratio laxanda: craſſa tenuanda: copioſa accidenda. Si occultæ fuerint cauſæ, occultis remediis debellandæ. Virtus vitalis, quæ hîc flacceſcit, redintegretur. Ita ducimus curandi leges à febre, venenata qualitate, & à viribus. Vincit tamen cætera, quæ à venenata vi elicitur medendi lex. Breuem curationem peſtis vide apud Geſnerum epiſtolarum libro primo, epiſtola trigeſima quinta, folio vigeſimo nono: & epiſtola trigeſima ſeptima, folio trigeſimo primo, vbi quædam ex Hali. Sed ad poſitas à nobis notas curatrices redeo. Sanè ſcopos, quos hæ denunciant, interdum attingere nequimus, vt ſi hectica fuerit peſtilens. In putrida tamen peſtilenti hos ferire licet, attamen non ſine magno negotio: eſt enim hic morbus maximus & perennis, nam ſuccos cordis inuaſit hæc deterrima pernicies, vnde vitalis vis hîc vehementer frangitur. Sunt venenati hi morbi malè morati maléque conſtituti, quare numquam audacter promittite ſalutem: qui enim morbi à materia mouentur venefica, hi non certis periodis mouentur, nec certo ordine: & poſteà, cùm minimè id cogitas, hæc materia metaſtaſin facit, & opprimit vitam. Talis medicomaſtix peſtis, in fronte ſalutem, in occipitio funus gerit. Illud obſeruabile, peſtiferos & venenoſos morbos ilicò, priuſquam cor vaſtârint, oppugnandos eſſe: dum enim toto corpore exardeſcit morbus, vt dum carbo & bubones ſe efferunt & in conſpectum dant, (nam cùm primis diebus anxietas nauſeabunda, & vertiginoſa laſſitudo affligit, alexiteriis pugnandum) vix remediis locus, ob virium iacturam. Propterea quidam ſtatim alexipharmacis vtuntur, eodemque tempore vomitum mouent, ſeceſſum, & ſudorem. Nullus enim hîc ignauiæ locus: aut enim à prompta medicina vita; aut à ſegni, mors in procinctu. Mihi nihil videtur peſtilentius in peſte, multis auxiliis polydædalaque pharmacorum turbâ. Si enim non profuit remedium, peſſundatur æger: nec enim tempus datur deliberationi, nec mutationi remediorum. Sed extemplò cuncta peragenda ſunt, cùm in præcipiti morborum occaſione, grauia repentinaque pericula, multæ deliberationis conſilium non admittant. Quare dum graſſatur peſtis, in principio obſta, hoc eſt, dum anxius homo nauſeat, ac vertigo dum occupare incipit. Ilicò ſumant tunc drachmam theriacæ cum ſpiritus ſeminis angelicæ ſemidrachmâ: dilue vino: ac ſudet, repetat ſi reiecerit, & ter die id fiat, abſque ſudore vltimis vicibus. Sed nos ordine tranſigamus. & primùm pauca de Diæta. Hæc ita inſtituatur, vt temperetur ſedetúrque ſanguinis ebullitio, tollatúrque putredo. Nam, authore Galeno, Maxima pars generationis morborum eſt, afficiédi corporis præparatio. Aër ſit frigidus, maximè, ſi ex eo contagia fiant: alioqui ſit familiaris. Arceatur hominum multitudo à cubili. Cuncta inſtituantur eo modo vt diximus De præſeruatione. De cibo hîc controuerſia eſt. Nam quidam dicunt, plena manu paſtum eſſe ineundum: periclitantur enim à virium caſu. nam, aiunt, ſcribit Hippocrates, eos euaſiſſe, qui ſtrenuò comedebant. Maleam hi feriunt: nam vires titubant, nec cibis pares ſunt. Et prædia virium hîc abſumuntur non ab inedia, ſed à morbi prauitate. & corpora impura quò plus alimenti aſſumunt, eò pluribus damnis augentur. Et languet hîc ventriculus, nec coquet; ergo non eget plurimo cibo. Nec ſeruabantur, inquit Galenus, qui plurimum edebant, ſed qui moderatè, hoc eſt, qui viriliter quidem comedebant, ſed ita tamen, vt tenuem diætam non violarent. Author eſt Galenus, eos mortuos fuiſſe qui maluere mori, quàm comedere. Vtantur ergo non multo cibo, ſed pauco, peſti aduerſo: iuſculis alterantibus herbis tinctis, vt pimpinella, calendula, aceroſa, citreorum ſucco, ceruino cornu. Si nihil prohibet, vino vtatur: dilue aqua decoctionis cornu ceruini. Vitetur inedia: nam, vt author eſt, aput Aëtium, Herodotus, ἀσιτίαν, hoc eſt, omnimoda cibi abſtinentia efficit feruciores humores. Veſcatur hordei ſucco cum acido citreorum. venenis reſiſtit citrium malum, & cotonium, & perſicum: nam Ægyptij putabant, hoc indicio, eis cordis formam euenisſe, quòd illi ſuccurrant. Carnium vſum, per febres, reiicit Auenzoar: nam grauem putredinem, ni coquantur, concipiunt. Dilapſa iam ferè morbi

Secretum.

Curatiuæ Indicationes.

1. *Aëtii. 7.*

Prognoſis.

Venenoſis ilicò ſuccurrendū.

In peſte nihil deterius multis remediis.

Diæta peſte laborantiū. 1. *De diff. feb. 16.*

Num plurimum comedere debeant. *Ex Hip. 3. Epid. 3. 59.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 58 sur 513

morbi vehementiâ, coquantur illæ ex aqua roſata, cum aceto, & ſucco citreorum. Initio iuſcula conueniunt imbuta vi pimpinellæ, acetoſæ, citriorum, berberis. Rhaſes lac laudat acidum cum farina hordei. Idem author ſuadet nec lac recens, nec aquam calidam potandam eſſe. A vini potu abſtineat. ex aqua pura bibat tolabium citreorum, vel berberis, vel roſarum, vel conſeruam acredinis citreorum miſceat cum aqua, vel aranciorum aut citreorum ſuccum: vel coquatur aqua cum aceto roſato, & ſucco granatorum. vel ſerum lactis acidi coquatur cum acetoſa: adde ſi vis ſirupum de agreſta. Somnus immodicus obeſt: vigiliæ ſint moderatæ. Repletio omnis fugienda, & clyſmis procuretur alui mollities. Animi mœror excutiatur: lætè viuat, & in meliorem ſe erigat ſpem: nam Thucydides & Lucretius aiunt, eos maximè periiſſe qui animis ſternebantur. Hactenus de viribus firmandis, vtque prouiſio habenda ſit ne longiùs ſerpat putredo. iam ad ſecundam indicationem venio, vt ritè educamus id quod computruit: hoc efficiemus phlebotomia vel medicinis. De vena ſecanda variæ ſunt medicorum ſententiæ: quidam plenâ manu ſanguinem educunt: alij religiosè abſtinent à venæ ſectione: nonnulli partem auferunt eius partem. ¡Quid dicas? penè neſcio: tanta enim calamitate hoc ſæuit malum, vt, quicquid agas, malè egiſſe videaris. Nam ſiue ſanguinem emiſeris, ſiue non, vix calumniam fugias; vltra enim remedia hoc ſe effert malum, vindice quaſi manu S. Dei impulſum. quis illi reſiſtet, quis par? homines humus ſumus. Attamen aliquid agendum, ac periclitari, id enim potius, quàm certò interire. Relligiosè ſummaque cautione in vena ſecanda tranſigendum eſt. Eſt enim phlebotomia remedium magnum: & vires corporis obſeſſi à peſtifera febre languent iam, vel ſaltem metus adeſt iam futuræ imbecillitatis, & natura ipſa intùs foras elidit materiam, vnde exanthemata, bubones, carbunculi: & veremur ne in cor retrahatur morbifica materia. Quare ſi corpus purum fuerit, nec illi querela fuerit ante, puto à phlebotomia & pharmacia eſſe abſtinendum. Si verò cacochymia adſit, non ante aluus ducatur catharſi, quàm antidotis vis veneni deuicta fuerit, quod ex pulſu intelliges: & non ante quàm tubercula ſuppurârint, veleuanuerint. Enema interim ſufficit. differ ergo poſt ſeptimum vel decimumquartum diem. Tamen quia adeſt maximus morbus, maximè ſi materia non fuerit aliena à ſanguine, maximaque eius ſi adfuerit ebullitio, vt cum adſunt* peſtigia rubra, quæ maximè circa collum & ſcapulas efflorescunt, nondum progreſſo morbo, vena ſecanda eſſe videtur. Sed ſi hæc non adſint, & tamen corpus ſi ſatis commodè à ſanguine rigetur, eritne vena aperienda? Videndum num id vires ferant. nam quamuis hæ validæ ſint, non tamen validiſſimæ eſſe poſſunt: his enim pulſus titubat, & metus adeſt mox futuræ infirmitatis. Quare accuratè perpende num hæc peſtifera putredo, hoc eſt, ardua illa ac valida, ſit * ἐν γενέσει, an ἐν γεγενῆσθαι. Si ſit ἐν γενέσει, adeò vt maximæ illius putredinis argumenta nondum edantur, vt contagium, vermes, & talia, ſed ſi vires adhuc integræ floreant, adſitque plethora, ſanguinisque ebullitio, & morbus non diu inhæſerit, maculæque fuerint rubræ quæ inter ſcapulas erumpunt, ſi ætas, & tempus anni admiſerint, & ſi nondum peſtifera facta ſit febris, audacter emittemus ſanguinem. Si peſtifera ſit ἐν γενέσει iam concepta, etiamſi adſint quàm plurima quæ venæ ſectionem ſuadeant, vt nimirum materia putreſcens adimatur, vtque arceatur putredinis vis, ne altiùs ſerpat per corpus; parcè tamen id agendum erit: nam adeſt futuræ iam iam infirmitatis metus. Quum verò ardua validaque illa putredo eſt ἐν γενέσει, & iam ſi omnia putredinis plena eſſe videntur, contagiaque illa faciat, ſumma hæc putredo non feret abduci impunè ſanguinem. Quâ cauſâ? quia putredo eſt extinctio calidi natiui, & reſolutio ſpirituum: ergo his friget calidum natiuum. At venæ ſectio frigidiorem facit ſanguinem, & ſpiritus exhaurit: quare ad incrementum putredinis faciet. Ergo vbi valida elucet putredo, non valida venæ ſectio conferet, languor enim corpus habet, nam etiam ſpiritus in putredinem trahuntur: & à vena ſecta fraudatur mitigandi vi iam proſtrata natura. hæc enim vis eſt huius putredinis, vt ilicò cordis abſumat humiditatem, & ſanguinem depaſcitur, viresque labuntur. Propterea in venenoſa, corrupta, peſtiferaque materia non emittemus ſanguinem. Sed dices, Galenus ad lipothymiam educit ſanguinem in ebullientibus carbunculis. At in his vnicam ſolùm partem occupat putredo, ad quam, impetu facto, ruunt humores, vnde metus maximi doloris vel gangtænæ, quare reuulſioni ita ſtudendum eſt & id locum habet dum eſt putredo * ἐν γενέσει: tunc ſanè opportuna eſt venæ ſectio, & hoc eſt quod innuit Galenus, dum ait, niſi fuerit phlegmone maligna. Ita etiam vbi lethargus huic malo ſuperuenerit, hirudines ano & rectè admouemus, reuulſionis & eductionis venenificæ ac peſtiferæ materiæ cauſâ. Sed interdum fit, vt ad inflammata membra, per hunc morbum, non trahatur ſanguis; maximè ſi is non abundârit. nam anginas peſtiferas rubentes ſine tumore videas, & etiam pleuritides eryſipelatodas inueni. Si tamen tumor apparuerit in corpore ſanguine circumfluo, perrumpi poterit vena intra viginti quattuor horarum ſpatium: nam ſecundo vel tertio die, hoc eſt, cùm morbus ad vigorem venit, perennt à ſecta vena. Galenus vbi de valida iam concepta putredine agit, non meminit phlebotomiæ. in libris De ſimplicium medicaminum vi, vbi agit De terris, ſcribit eos, qui bolo Armena non fuiſſent curati, interiiſſe omnes, etiamſi cuncta rectè adhiberentur. Nam non plus cõmodi adferre videtur phlebotomia, quàm quòd corpus ab ea frigeſcat, moles ſanguinis accidatur putredo quæ eſt ἐν γενέσει coerceatur, auerſio quædam fiat fluentis in partem ſucci, quo ſymptomata quædam leniantur. ſed ita non vindicatur corpus à venenoſa concepta putredine. Et vbi ſcribit Galenus de boni & mali ſucci cibis, aſſerit in peſte illa medicos abſtinuiſſe à venæ ſectione: nam erat aliena putredo hæc à ſanguinea vbertate. Doctiſſimus etiam Geſnerus reiicit venæſectionem: nam, inquit, obſeruaui quamplurimos ab ea interiiſſe: niſi, inquit, conſociârit ſe angina vel pleuritis, in qua tamen plus vena tali ſecta & antidotus profuere. Eiuſdem ſententiæ fuit, doctiſſimus Fracaſtorius, & Fallopius. Sed ſi prædictæ res admiſerint venæ ſectionem, qua erit copia extrahendus ſanguis? Author fuit Galenus, quò magis ſcopi huius emiſſionis ſe extulerint, hoc pleniore manu eſſe ſanguinem extrahendum, & admonet, ſe per ſcopos intelligere magnitudinem morbi & robur virium. Quantum ad morbi magnitudinem, ea ſanè ſuaderet ad lipothymiam abigendum vſque eſſe ſanguinem: ſed iam iam futuræ infirmitatis metus eſt, mox enim debilem deprehendes pulſum. Nam venenoſa altaque illa putredo adeſt, vel mox aderit, hoc eſt, ἐν γενέσει eſt. & Galenus author eſt phlebotomiâ non tolli putredinem. & hîc virium lapſus exhauſtioque ſpirituum in procinctu eſt: infirmis, ſuadet ratio, vt non detur affliction: vires atque ſpiritus affligit ſanguinis extractio. nam vires hîc non oppreſſione à copioſo ſucco, ſed ab exhauſtu laborant, hos enim immanis vis putrida depopulatur. Vbi autem

10. Ad Almanſ. 16.

Curatio.

Phlebotomia.

* Hoc eſt, Petechiæ, Italorum.

* In fieri, vel in facto eſſe.

9. Meth. 8. & 4. 11. Method. 8 & 5. Meth. initio. & 10. cap.

14. Method. 10.

* in putre fieri. De ſangu. miſſ. 14.

Copia quæ ſanguinis emittenda. De ſect. venæ 16.

3. De præſag. ex pulſ. 3. it. Method. 14.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 59 sur 513

©BIUM

causa cespitantium virium non est oppressio, sed exhaustio, nunquam secari vena debet. Cùm enim ab oppressione laborant vires, etiam in aphonia sanguinem emittendum puto. Sed cur hîc attritis vel mox à venenata putredine atterendis spiritibus exhaustionem ab abducto sanguine adferemus? Oribasius scribit, se non probare vt cottannis aperiatur hominibus vena: nam, inquit, vnà vitalis spiritus egreditur, hinc imbecilli euadunt homines. At hîc dum putredo est ἐν γενέσει, vel cùm iam iam acerba putredo sanguinem eiúsque ichores mouebit, vires euanidæ sunt: nam, authore etiam Galeno, pulsus his non sunt validi. Sed si plethora, & si quæ cæliqua, suaserint venæ sectionem, quænam erit aperienda? Suadet Oribasius venam non esse secandam, sed crura esse sacrificanda. Doctissimus Medicus Prosper Alpinus, qui in Ægypto nuper medicinam fecit, author est, eos, vsu doctos, (est ibi enim pestis ferè endemia) id agere, nonaculâ scindere carnosam illam molem trium musculorum suræ, ita vt recto tramite tria, quattuor vel quinque vulnera, satis profunda inferantur, diúque ne coëant caueri, ita fœdam expui eluuiem. Id sanè rectè fiet, cùm generali euacuationi operam damus, copiosè enim effluet sanguis, & ita recessit ille locus à corde, vt non æquè id iniuriam hanc sentiat. Id etiam benè fiet, si ad regionem cordis carbo confederit, & sanguinem emittendum esse existimaueris. Sin alias partes, à corde diffitas, occupauerit ille, proxima, à tumore, pars erit secanda. Si carbunculi vel bubones ad inguina appârent, inferna secentur. Si in collo apparuerit, vena frontis pertundatur, vel narium venæ millefolij aculeis lacessitæ recludantur, vel externæ iugulares feriantur, aut sub lingua vena referetur, & cucurbitæ brachiis, cruici sacrificatio alta præbeatur. Ex iam dictis rationibus (vsui tamen fidite) ferè auderem hoc apotelesma nostro Atheneo inferre: Tumor malignus, vltrò obortus si febrem antecesserit pestiferam, in sui principio, vegetâ adhuc virtute, admittit validam venæsectionem ex proxima sibi vena, vt venenosa materia exhauriatur, febrísque futuræ metus arceatur. Sed tamen, si nullum putredinis signum alui excrementum aut vrina habet, vena non est secanda, etiamsi symptomata vrgeant. Si verò hoc apostema consectarium fuerit febri pestiferæ, nocebit phlebotomia. Ergo antequam pestifera sit febris, secare licet. Cùm tamen à contagio nascitur pestis, ob venenosam putredinem iam conceptam, à sanguinis exhaustione abstinendum putarem. Sed si vena recludi debet, quando hoc agemus? Quamprimum, inquit Aëtius, imò intra vigintiquattuor horas. Etenim pessimus iam ardor inuasit vitale viscus; quare progrediente morbo, iam iam cadent vires. Id colligimus ex historia illa Critonis, quam ita explicat Galenus. Cùm itaque scopi mittendi sanguinis adsint, & notæ ebullitionis sanguineæ, vt pestigia interscapulea rubra, sicque ea primo vel secundo die appareant, secate venam. Hæc enim non sunt critica, sed denotant naturam opprimi, fusi & ebullientis sanguinis à copia. Nec erit periculum vt intrò repant à vena pertusa: imò natura ab onerosa pressione recreata, quod reliquum est materiæ feliciùs propellet. At elapso iam si accersetis biduo, à venæ pertusione abstinete: sed scarificatione potiùs totius plenitudo eliciatur. Hoc si agendum cucurbitulis, quibus eas dabimus partibus? Ignobilibus, si rationi & Oribasio fides; vt partibus quæ sunt infra renes, vt suris. Non eas admouebimus dorso, ne ad cor, quod ab incendio flagrat, praua attrahatur materia. Postea tamen, reuulsionis à corde causa, cùm totum corpus euacuatum est, dorso admoueri poterunt: & si aliqua superet sanguinis luxuriantis copia, cum scarificatione id agemus è regione cordis; & pestigiis tunc etiam has applicabimus. hoc etiam delirij metum arcet. foueatur primùm locus aquâ tepidâ, ita se fundet sanguis. Hirudinibus etiam vtimur, cùm cucurbitulis non datur locus. Has affigimus partibus ignobilibus, vel sedi, cùm sanguis crassus in vitio est suppressis ab hæmorrhoïdibus. At prorepente malo & delirio, cùm materia iam capiti impacta fuerit, venis aurium & frontis commodè imponuntur. Cauteria ad præcautionem præclarè faciunt: plurimíque clinici horum beneficio intacti ac impunè pesti implicitos homines tractant; plurima hi sibi inurunt. Sed ad curationem, cauteria repudiamus: quia antequam beneficium suum edant, (quod fit post decimum diem) vi pestis abripiuntur ægri. Vesicatoria laudamus: hæc enim virus prolectant ad ignobiles partes, citra virium iacturam: non enim sanguinem effundunt, vt cucurbitæ, sed solùm virulentam eliciunt materiam, necmalè corpus turbant, vt cauteria. Galenus quinto Methodi asserit, plurimos euasisse, quibus obsitum erat corpus vlceribus. Calorem sanè à partibus imis euocant, spiritúsque venenatos alliciunt. Et his vti licet in phrenitide occupatis, & etiam in eius vacuitate, & etiam cùm papulæ appârent. In peste in cutem criticôs natura expellit ferum contaminatum sanguinis quod orgasmo concitatum ruit. Tu ergo abducas in ignobilem cutem: quod à fera letifera tactus ageres; hoc etiam hîc. Galenus ait, omne deleterium venenum, à foris impositis medicamentis euacuatur: nimirum vi calidorum remediorum, aut totius substantiæ similitudine: talia verò vi æstuosa prædita sunt, phœnigmi, vesicatoria, dropaces, & sinapismi. Sed dices, Hic motus exanthematum & sudorum, euenit in morbi principio; quare non est criticus, sed symptomaticus, à nobis nec imitandus nec promouendus. Ita est: est hic motus symptomaticus; sed tamen abducitur materia praua per loca commoda, hoc est, per partes ignobiles: hunc ergo adiuuabimus debili remedio. Ita agimus in symptomaticis alui fluxibus. Elicia quadam vi hæc foras æstuosum incendium, quod intùs flagrat, euocant, & materiæ diadosin facit venenosæ, & orgasmo concitæ. Hæc auertunt à corde venenum; quod si semel ibi pedem fixerit, operam ludes. Prosunt deliuantibus, comate somnifero pressis, cardiacis. Lubenter hoc auxilio vtimur, nam citò operatur. Velim vt quamprimum his vtamur: si enim cauteria vsui maximè sunt præcautionis ratione, cur non tactisiam à peste hæc etiam ilicò succurrant? Quibus partibus hæc inuremus? Manibus & cruribus & coxis, quò reuellatur venenosa materia à corde. & etiam ratione deriuationis, progrediente iam malo, ponè aures, humeris, scapulis, coronali futuræ. Si qua pars incurri solet humoribus, huic maximè vesicam inuremus, vt si coxendicis vel genu aut pedis doloribus fatigari soleat, his locis inurantur. Vtilitet in vsum vertimus cantharides. Si autem hæ femoribus admotæ vesicam tentant, illud remediabimur facilè emulsione seminis papaueris albi ex fero lactis: iungimus semina frigida maiora & maluæ. Vtimur etiam flammula Iouis, & plantagine aquatica. Caue dum talia admouentur, ne partes sint illitæ oleo. Vesicis ilicò pertusis admone folium caulis butyro illitum, vt laxentur partes, & profluat materia. Post biduum hoc repeti debet, idque bis vel ter. Pharmacia ambigua in peste est, nescio quid hîc totum exhibeas, & à crimine liberum. Abstinebimus hîc à calidis, vt à Ruffi pilulis, nisi vsus quædam comprobauerit. Tenellulis datur sirupus rosatus solutiuus, & si pituitescit corporis habitus, mel rosatum solutiuum: vel manna cum decocto tamarindorum, acetosæ & quinquefolij. Cassia hoc modo castigetur: eius accipe &

3. De præsag. ex pulsu. cap. 3. Quæ vena aperienda. Ex Gal. 4. De sanit. tuenda 4.

Apotelesma de venæsectione.

Quo tempore secanda vena.

1. Epid. 3. 26.

Cucurbitæ. 4. sanit. tuend. 4. 2. Aph. 17.

Hirudines.

Cauteria & vesicatoria.

6. Aph. 25. 37. 3. Aph. 20. & 4. & 30.

5. Simpl. 17.

Quo tempore phœnigmis vtendum.

Quibus partibus.

Quæ vlceranda.

Pharmacia.

Lenientia & Purgantia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 60 sur 513

& tamarindorum ſemunciam : iunge ſcriptulum ſeminis citreorum. Si purgatio ſit inſtituenda, ea fiat innoxiis remediis. Si fuerit hectica febris peſtifera, à vacuantibus remediis eritabſtinendum: nam ne quidem putridis peſtiferis occupatos, putamus validè pharmacis agitandos eſſe, ne vires frangamus, néve naturæ raptum in peripheriam, iterum ad centrum violenter reuocemus. Obſeruauit Hippocrates, ventrem cunctos abſtuliſſe. Vſus hîc plurimi eſt momenti. Quidam Patauij, inquit Fallopius, accipiebat cæpas duas albas, has excauabat, & in qualibet ponebat mithridatij drachmas duas: coquebat furno: expreſſioni addebat confectionis Hamech, vel electarij roſati Meſues, aut diapruni ſolutiui ſemunciam: miſcebat cum aqua ſcabioſæ. Fallopius dicit ſe pharmaco vti ex euphorbio. Innoxia remedia ſunt rhabarbarum, agaricum, ſenæ folia, myrobalani, electarium de pſyllio. Abſtinendum ab illis, quæ deleterij vim habent. Præſtiterit ergo, vt, ratione pituitæ, non ſuperet hæc vis agaricum: melancholiæ, ſenam & epithymum: bilis, rhabarbarum. Propinentur etiam hæc cum frigidis. Si homo fuerit in bilem & melancholiam promptus, Accipe rhabarbari drachmam vnam aut alteram: ſenæ ſemunciam: decocti polypodij vel epithymi cum paſſulis & acetoſa quod ſatis ſit vt immacerentur: expreſſioni adde mannæ electæ vnciam: vel ſirupi roſati laxatiui vncias duas: miſce, fiat hauſtus. exhibeatur dum mitescere videtur aliquantulum febris. Sed tenelluli pueri blandè remediis tententur. Scindatur in taleolas rhabarbarum, eas humecta cum vapore vini albi: & infunde poſtea cum cinnamomo in aqua roſata, ſi æſtas ſit; ſin hyems, vino. Cùm colorem rhabarbari bibit aqua, eam effundes, & nouam illi rhabarbaro affunde; id toties, dum aquam non tingit amplius rhabarbarum. Accipe aquas illas, & leniter bulliant, dum media pars exhauriatur, iunge ſaccharum vel mel: & coque ad mellis conſiſtentiam: tandem redde his rhabarbari taleolas. Pueri duorum vel trium annorum ſumant duo vel tria cochlearia ex hoc pharmaco, qui prouectiores ſunt, taleolam accipiant vnà cum ſirupo. nam & lumbricos deturbat. Interdum primùm irroramus rhabarbarum aquâ vitæ, & poſtea iſtud maceramus in aqua boraginis. Vel coque rhabarbarum ex ſirupo violato aut roſato: iunge quid cinnamomi. Felix vſus eſt huius electarij: Accipe recentium foliorum ſcordij: menthæ nobilis, viridium radicum angelicæ, vincæ peruincæ, agrimoniæ, cuiuſque manipulum; abſinthij ſemimanipulum: ſeminis angelicæ ſemunciam: foliorum ſenæ vncias duas; vel eius loco epithymum, polypodium, agaricum, & talia: fiat decoctio ex aqua diu: expreſſioni forti adde ſaccharum ad ſuauitatem; & caſſiæ vel tamarindorum, aut mannæ vncias duas: fiat ad ideam opiati. Vel ſolue mannam in aqua ſcabioſæ, miſce illi ſirupum roſatum laxatiuum, & diacatholicum. Sed ſemper animo hæreat, peſtem eſſe morbum indicibilis putredinis, quæ maximè ſpiritum vitalem ferit ſubtili veneno, quod non tam vomitoriis ac deiectoriis, quàm ſudorificis, quæ corpus διάπνοον faciunt, curatur. Quidam initio vitant vehementia pharmaca illa quæ deorſum purgant, ſed ſuadent vt vomitus moueatur. Accipiunt chalcanthum aut vitriolum Romanum accuratè ſiccatum: id diſſoluunt in aqua, ac curant vt depuretur per reſidentiam: depuratam euaporant: eius quod in fundo eſt granis duobus vtuntur cum conſeruæ boraginis ſemidrachmâ vel drachmâ. A vomitu nutriunt aquâ carnium: deinde præbent quid carnis cydoniorum cum cortice citreorum vel ribes. Ruſticis pinguioribus quidam propinant antimonium. Si imbecillior ſit, accipiat decoctum aſari cum oxymelite. Si ſit pituitoſus, abſque magna febre, robuſtis adhuc viribus, ac nauſeabundus; Accipe radicum bryoniæ, cyclaminis, cuiuſquo vncias tres: ellebori albi vncias ſex: accuratè purgentur, & redigantur in puluerem, qui ſiccetur parum in aëre: affunde ei aquam vitæ, dum duobus digitis ſuperemineat, & digeratur aliquot diebus in balneo. Deinde lentè extilletur alembico, dum nihil amplius prodeat. Quod reliquum eſt iterum puluerizetur, eique reddatur ablectata aqua: hoc ages ter. Plumæ apicem huic aquæ immerges, & elues vino; ſtatim mouebit vomitum. Poſt euacuationem, ne prauitas ſuccorum longiùs ſerpat, eam frigidis & ſiccis coërcebimus rebus: nam ſordida putredo ſuccos diſſociat, ac ſpiritus diſſicit, ac partium robur diſſoluitur: quare ſicca remedia quodammodo continent ac firmant ſuccos & partes ne diſſoluantur, néve longiùs ſerpat putredo. Horum quædam ſunt quæ intus ſumuntur, & quæ foris admouentur. Intus ſumuntur decocta, conſeruæ, & ſirupi ex ſucco acetoſæ, de acredine citreorum: ſi verò vigiliæ nocent, ex cichoraceis, boragine, meliſſa, pimpinella, ſcordio, nymphæa, violis, ſcabioſa, carduo benedicto, pimpinella, calendula, (nam ſucci harum etiam coquantur cum ſaccharo & vino: & aroma afflatur cinnamomo & ſantalis: vel immacerantur, quæ vitæ: expreſſio coquitur cum pari ſaccharo in ſirupum: ea lege, vt in ſqualidis naturis admiſceas ſuccum acetoſæ, vel limonum) ſemine citreorum, margaritis, cornu cerui, lapide bezoar. Ineunte malo miſce ſemper ſiccantia aliis remediis quæ ſpiritum venenoſum extinguunt. remiſsè ſicca, ne putredo ad cæteros ſuccos & partes ſerpat. A calidioribus caue rebus, neceæ ſuperent ſecundum feruoris ordinem: nam ſatis erit ſi primo ambitu calent; etenim calor febrilis cor habet, & metus eſt ne fiat tranſitus in hecticam. Accipe aquæ acetoſæ, cardui benedicti, ſcabioſæ, calendulæ, cuiuſque vncias quatuor: ſirupi de acredine citreorum, cichorei, oxyſacchari, cuiuſque vnciam: adde parum olei vitrioli. bibat manè, horâ à ſudore, cyathum. Et repetat horam ante prandium, alioqui, ſi theriacam ſumpſit hora decima, poſt ſemihoram hoc bibat. Veſperi duabus horis ante cænam ſumat theriacam ſiccam: & poſt mediam horam bibat hunc potum. Nam primis diebus, dum anxietas premit, ter vtendum theriaca: ſemel manè in potu, vt ſuder per horulam. hora decima ſiccam theriacam offerimus, nec in ſudorem cogimus: & poſt horam ab abſterſo ſudore iolabium propinamus in peſte; idem veſperi hora quarta agimus. Hæc triduo primo dum anxietas euaneſcat. nam tunc ſolo vtimur iolabio, cùm hæc abiit. Aliud, Accipe cichorei, florum boraginis, pimpinellæ, ſcabioſæ, calendulæ, ſingulorum ſemimanipulum; ſeminis acetoſæ & citreorum, cuiuſque drachmas duas: coque in aquæ hordei libris ſex, vſque ad exhauſtum tertiæ partis: colaturæ leuiter expreſſæ adde aciditatem citrij mali cum ſaccharo. Si calidis vitendum, ſint ea ſcordium, meliſſa, betonica. Auicenna vbi curationem inſtituit, frigidis vtitur. Si ſqualor ingens corpus habet, vti licet ſirupo boraginis, de pomis; nymphææ, ſi vigiliæ vexant. Sumantur hæc ex decocto acetoſæ, & acetoſitatis citrij, radicis quinque ſolij, endiuiæ. Nec vnquam vtemur meterè calidis: nam etiamſi primo gradu caluerint, tamen frigidorum, conſociatione temperari debent: Accipe ſcordij manipulum: foliorum endiuiæ, acetoſæ, boraginis, pimpinellæ, nymphææ, cuiuſque pugillum: ſeminis citrij ſemunciam: decoque ex aqua hordei ad libram: colaturæ adde ſirupi de acredine citreorum, vncias tres: iunge olei vitrioli quid quo ſuauiter aceſcat: iunge grana ſeptem. Vtatur conſerua de acredine citreorum, vel berberis, ribes. Natura interdũ

Pro pueris.

Notatio.

Vomitoria.

Præparantia vel Alterantia.

Diuretica.

per vrinales meatus ablegæ materiam morbificam: quare nos vnà eò propellemus. Sed ſint vrinalia hæc remedia frigida: in decocto acetoſæ & quinquefolij fiat emulſio ſeminum melonum, adde quid olei vitrioli, & ſaccharum. Sudor optimè in hoc morbo, vbi ipſa graſſatur peſtis, ac præclarè ad ſalutem facit: & neſcio ego an fidelius ac felicius ad hanc rem, remedium inſtitui poſſit. Hunc præclarè elicit lachryma cerui: dantur tria grana ex vino vel aqua ſcabioſæ. Aut miſce drachmam theriacæ vnciis quatuor ſucci depurati ſcabioſæ, & ſpiritus aniſi ſemidrachmæ. Vel accipe cœpam, hanc caua, theriacáque imple, & ſub cineribus coque, coctam extunde aceto & aquâ ſcabioſæ, & mox lateres aceto extinctos, madentibúſque ab aceto linteis inuolutos, tepidè cruribus, femoribus, & axillis admoue. Et Saxonica Meobani antidotus, quam deſcripſimus in Methodo praxis, vbi de alterantibus cor humidum. Sed ſudoris elicium non ſuperet tres horas: tunc enim abſtergeri debet. Accipe pulueris Meobani, & theriacæ, cuiuſque drachmam: aquæ acetoſæ vel calendulæ vncias tres: aceti cochlearium: miſce. vel accipe pulueris radicis angelicæ, theriacæ, cuiuſque drachmam: aquæ angelicæ quattuor cochlearia: aceti cochlear vnum: miſce. Quidam ſumunt ſuccum rutæ cum theriaca, diluunt aceto. Artemiſia, ruta, ſaluia, meliſſa, abſinthium, hypericum, centaurium minus, medius fraxini cortex, ſiccantur, vruntúrque ſeorſim: cineres horas duodecim aqua tepente macerantur ſeorſim. Singulorum limpidiſſimum lixiuium tam diu coquitur dum abſumptum ſit. ſale vtimur. datur à ſcriptulo ad drachmam ex aqua cardui, cum mithridatij momento. datur primo vel ſecundo die. calendula maximam vim habet: aromatica eſt, nec validum calorem afflat. Sæpè ſumes panem calentem adhuc à furno: huic foramen inferes, quod implebis theriacâ & aceto. & vmbilicus ægri immittatur foramini. hoc validè exſugit venenum. Amotus tandem panis proiiciatur in aquam. Poſt ſudorem alexipharmacis prouocatum, à ſomno noctu abſtinendum. acerrimo aceto ſpongia imbuta nares feriat; ac ſomnum tunc, ſi fieri poſſit, vigintiquattuor horas arceat. non enim aliter his ac ictis à venenatis feris euenit, qui ſi ſuperdormiant, in cor venenum rapitur. Abſterſo ſudore, recreetur ſitis, acore citreorum, vel aranciorum. Sudorem tribus horis fluere cotidie, ineunte morbo, per triduum, conſultum eſt: nec interim nouus captandus aër, ſed igne purgetur. Abſterſo ſudore, ſumat cochlear aquæ cinnamomi cum ſucco citreorum. Sed non vltra duas horas dormiat à ſumpto hydrorico. Noctu quattuor horas dormiat: interdiu, vt iam dixi, duabus, ſumpto alexipharmaco. & dein comedat. Nam poſt quattriduum arte non eliciendus ſudor: ſed cardiacis firmetur cotidie. Saſſaphras coquitur cum pimpinella, & carduo benedicto, & angelica. Febris ſi vrit, da decoctum caricarum, florum rhœados, radicum ſcorſoneræ, ſeordij, & trifolij odorati, pimpinellæ, calendulæ. Accipe magnam copiam abſinthij & ſcabioſæ: contere, ac vaſi vitreato inde, obtura in balneo, vel ſaltem ad ignem aliquot dies digere, dein exprime ſuccum; hunc diſtilla lacinioſo philtro: diſtillatum euapora igne, dum mellis quædam ſuccago reſtet. Huius dabis grana decem, ex aqua mali citrei. Ex cineribus fraxini fiunt ſales; dantur grana decem ex aqua ſcabioſæ; inde enim totum corpus ſudore perfunditur. Aqua theriacalis cum ſucco berberorum & calendulæ. fit autem hæc aqua theriacalis ex eo vino, quod media in diſtillatione elabitur. Miror ego, Matthiolum & quoſdam magnos viros præcipuum antidotum peſtis facere antimonium, quod cor mirè debilitat: & peſtis totius ſubſtantiæ morbus eſt, qui maximè ſpiritus ferit ſubtili veneno. Sed hoc non tam vomitoriis ac deiectoriis, quàm ſudorificis, quæ corpus διάμορσιν faciunt, excluditur. Florentini medici maximo ſucceſſu propinant euphorbium cum elemnio gummi & maſtice. Geſnerus adiicit paſtum opij. Accipe theriacæ optimæ ſcriptulos duos: philonij Romani ſemidrachmam: caphuræ, euphorbij, ſingulorum grana quatuor: lapidis beſoar vel terræ Lemniæ ſemiſcrupulum: diluantur pauco aceto: & bibat. mox lateribus tepidis ſuperinſuder. optimum hoc eſt remedium. Poteſt huic etiam miſceri antidotus Saxonica Meobani, qua nihil in ſudorem felicius. huius etiam drachma datur cum aceto & aqua theriacali. Primæ verò notæ eſt lachryma cerui, hanc principes ſtudeant, vt venando nanciſcantur. Theomneſtus grauis veterinariorum author ſcribit, ceruos inteſtinorum inuolucris implicitos vermes ſerpentium eſu enecare, quos ex cauernis narium ſpiritu eliciunt, & ne illorum virus illis obſit, ad fontes accelerant, quibus ad labra ſe immittunt, tum oculis lachrymæ lentè deſtillant, quæ viſcedine ſua coagulatæ in angulis oculorum nucis inglandis pondere coaleſcunt. Cùm ſeſe veneno exoneratos ſentiunt, aquam egreſſi, in latebras diuertunt, & caput arboribus affricant, vt viſus obſtaculum decidat. Hunc lapidem in Sicilia & Oriente magni vendunt: de quo Auenſoar grana tria in lacte vel aqua cucurbitæ aut roſata diſſoluta, filio regis Hali dedit potandum; & eum à virulenta aurigine liberauit. Huius etiam meminit Scribonius Largus. Sed nemo exactiùs Iulio Scaligero. Ante centeſimum, inquit, annum in ceruo nulla eſt lachryma: poſteam ætatem accreſcit ad oculi canthum, ea duritie, quâ cornu ſuperet. qua parte prominet, rotunda eſt, inſigni nitore, coloris fului, non ſine veſtigiis atriorum venarum, tanta læuitate, vt penè tactum aufugiat: ita enim ſeſe ſubtrahit, vt penè ſeipſam mouere videatur. Aduerſus venena remedium præſtantiſſimum, peſte correptis datur cum vini momento, vnde tantus cietur ſudor, vt penè totum corpus ſolui credas. Cùm hæc in circulis interdum recitarem, vnus ex his qui è legatorum comitatu, rerum Aſiaticarum cognitionem profitebatur, negabat ad ceruum quicquam attinere, ſed eſſe verè lapidem. Ego illi poſtridie oſtendi qua parte ex oſſe fuiſſet auulſa. Hanc Solimanus olim dono dederat Samblancardo trierarcho, & ea ego poſtea eius filij Bernardi munificentia expertus ſum. Hæc Scaliger Exercitatione 111. Aqua extillatur ex cerui primis cornibus: vel in ſcobem verſum cornu maceratur in aqua cardui benedicti. Captos quoque apros & ceruos illachrymare Plutarchus aſſerit. at ceruorum falſas, aprorum dulces eſſe. Cauſam refert Plutarchus in calorem & frigus: hic fugit, ille impetu ferit, ira hic ſpiritus in lachrymas eliquat: eiúſque, inquit Xenophon, recenter occiſi dentes adeò feruent, vt crines, ſi quis admoueat, exurat. Sed ad rem. A principio ſtatim puto ſudorificis incumbendum eſſe, & per horulam pòſt in lecto collocentur, aluo priùs ſoluta balano. Et etiamſi vena ſecanda foret, tamen primùm antidotus dabitur, ſiue ea ſudorifica ſiue non ſudorifica fuerit: & dein paulo pòſt vena ſecanda: & paulo pòſt danda quæ corroborant: alimenta, debilioribus; medicamenta, fortioribus. Et quattuor horis elapſis, iterum ſudorifica præſcribenda: & tum demum ſudandum, non ante phlebotomiam. At ſi magna copia ſanguinis detrahatur, vt in plethoricis, ſudorifico omiſſo, antidotus aliqua non ſudorifica tum ante, tum poſt phlebotomiam tribus aut quatuor horis interpoſitis dari poterit. Cacochymia etiam fœdati, maximéque phlegmatici & debiliores, omiſſa venæ ſectione, principio purgari poterunt antidoto & purgatione mixtis. Deinde cibo recreati, ac breui tempore interpoſito, antidoto data, ſudent. Accipe theriacæ drachmam:

electarij

Sudorifica.

Lachryma cerui. Lib. 3.

cap. 153. Lib. Subtil.

Symposi. 7. 2.

Lib. De veter. ad Cyri.

Nouum inuentum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 62 sur 513

electarij de ouo ſemidrachmam : olei vitrioli grana quattuor : aceti fortiſſimi & aquæ calendulæ ſingulas vncias : ſumat tepidè. Accipe philonii ſemidrachmam : maſticis, angelicæ, tormentillæ, euphorbij, caphuræ (ſi calet natura ægri admodum) ſingulorum ſemiſcriptulum : aquæ calendulæ ſeſcunciam; aceti ſemunciam : miſce, fiat potus. Quidam dant recentem theriacam cum bolo, ne magis moueantur humores. Datur etiam aqua theriacalis cum eo aceto quod deſcribit D. Geſnerus. Sed in muliere ingrauidata abſtinendum ab aceto. Obſeruatum eſt à doctiſſimo & diligentiſſimo Geſnero, opium in antidotis ſudorem mouere, aut ei reſpondentia, vt ſolatrum tetraphyllum, hoc eſt, herba Patis, ſolanumque ſomniferum, nux vomica. Sed his remiſſeri debent quædam calidiſſima. A leui pharmaco ſudent ilicò, ſed non vltra horam vnam aut alteram; & id agant vacuo ventriculo. Hoc modo. Manè propina validum ſudorificum, cùm primùm ſuſpicio eſt peſtis, & ſi ardor & ſitis vrgent, poſtquam per horam ſudauit, recreetur æger altera horula, & hoc iolabium, vt De præparantibus dixi, exhibe. Deinde horâ nonâ ſumat theriacam ſiccam, nec ſudet, & poſt horam bibat iolabium : deinde prandeat : idem veſperi reperat hora quarta. Hæc hactenus dum anxietas cedat. Cottidie manè per vnam horam ſudoribus ſtudeat. Vtetur ter, vt dixi, cottidie theriacâ, dum anxius eſt. Optimum etiam eſt hoc : Accipe pulueris Meobani drachmam : aceti deſtillati ſeſcunciam : miſce, bibat calidè. Senioribus & pueris ſatis erit ſemidrachma. Crato, aput Geſnerum, author eſt, vſu compertum eſſe, theriacam datam cum decocto medii corticis ſambuci, ferè omnes ſanare; nam ita non purgat, ſed ſudores mouet. Vel ſume theriacæ & pulueris Meobani, cuiuſque ſemidrachmam. Talibus medelis optimè euincitur leteriferum hoc malum : hæc enim occulta vi occultum venenum demoliuntur. Hæc etiam, cùm acerbiſſima putredo adſit, ſiccant, & exhauriunt per ἀόρατον διαπνοὴν, & etiam per ſenſibus compertos meatus, & vnà corpus ἀδιάπνοον faciunt, parentemque putredinis abigunt. Vbi incendio flammant omnia, à calidis pax ſit : ſed vbi obſcurus fouetur calor, ibi nihil theriacâ & mithridatio præclarius inſtitui poteſt : alioquì theriacalem, (huius enim feruor à lepromeria euanidus eſt) miſcemus cum aqua boraginis. Recens ſit theriaca; hæc non admodum calet; nec friget. Antoninus Imperator ſomnum ab hac conciliabat ſibi. Et ſiccat ea quæ maligno madore putrent. Auicenna ſcripſit, ſummam curationis eſſe ſiccationem. Si æger non ſitiat admodum, & ſi extrema eius frigeant, indicium eſt calidum eius natiuum opprimi à veneno, da ſilicò theriacam : nam inflammatio viſceris hîc non eſt auctor frigoris illius, ſed venenum, quod pepaſmi eſt expers, longè à virali principio abigendum. Et ne crudi ſucci fundant ſe nimium, miſcetur terra lemnia, & talia quædam. Nec verendum eſt vt in hecticam abeant ab vſu theriacæ : nam, vt priùs monui, hectica peſtilens, non eſt verè hectica, ſed ratione ſubiecti, nimirum ſolidarum partium, ita appellatur, quòd venenata hæc qualitas has inualit : verùm hæc non niſi antidotis debellatur. Cùm partes extremæ frigidæ fuerint, internæ verò exardeſcunt, nec tamen anxiè vrantur, liberaliter aquæ theriacali affundi debet acetoſæ vel cichorei liquor. Primo die, imò primâ hotâ hæc agenda, emicante adhuc naturæ vi expultrice : ſaltem intra vigintiquattuor horas id agatur maximè ſi vires aliam non ſuſtinent euacuationem, vt in hectica peſtifera, hîc animosè ilicò propina theriacalia. theriaca datur hîc ad binas drachmas. Scio doctiſſimos quoſdam viros in peſtifera febre, ipſa peſte calamitoſiorem putare theriacam, quòd illa caleat ac ſiccet. Tamen quia vſu didicimus eam præclarè ad ſalutem facere, & longè feliciùs quàm alia, hac vtendum puto : & interim diſcernendum, cur id agat, & quare eius calor & ſqualor non æquè nocent. Recentiorem nos lubenter propinamus hanc, quæ ſanè ſecundum gradum caloris non attingit, ſi non refrigerat. Sed theriaca non ſolùm calore aut frigore prodeſt; verùm aliæ in hac vires etiam potentiſſimæ micant, quibus opus eſt ad peſtis debellationem. Nec enim peſtifera febris ſolo vrente calore ac ſqualore offendit, ſed indicibili quadam putredine enecat. Putrida omnia madore quodam maligno fœda ſunt : & calidum natiuum in illis extinguitur. Sed theriaca calidum natiuum erigit, ac ſiccat madida illa venenoſa : &, vt antea monui, Auicenna caput curationis hîc ſiccationem appellat. Pulſus languor ſatis indicat, à vi praua potius premi cor, quàm ab æſtu. Non meminit theriacæ Auicenna, vbi curationé inſtituit, quia in præſeruatione id egerat : quæ enim præſeruant à venenis, eadem concepta venena extinguunt. & Galenus ſcripſit, peſtem eſſe veluti venenoſam beſtiam, quæ vrbes & regiones depopulatur. Febris peſtilens poteſt eſſe ſine peſte : at peſtis non eſt febris expers, quamuis ea ſit ſæpe languida febris. eſt enim morbus acutus qui biduo aut triduo interimit. Et gignitur ita peſtis, quòd ab aëre putrefacto cor affligatur : ergo calidum eius in igneum abit. Quare ſunt quædam peſtiferæ febres quæ parum veneni habent, & plurimum incendij : hîc vſus theriacæ non ita vtilis, tamarindi ſaccharo condìti vtiliſſimi tunc erunt, & etiam eodem modo parata berberis. Vbi verò febres multum maligni vitoris gerunt, & parùm æſtuant, vt hîc plerumque euenit in veris peſtiferis, neceſſariò theriaca præſcribi debet in morbi initio & augmento. Longis ſanè paraſangis vincit venenata hæc putredo cæteras indicationes. nam Galenus ipſe hîc non humidis, ſed ſiccis medetur. & idem medendi magiſter aſſerit, has febres, verè peſtiferas, non eſſe calore vehementes : nulla enim ardoris ſymbola in pulſu nec in vrina, & tamen ſubitò moriuntur. Si verò plus æſtus quàm peſtiferæ putredinis habet febris, id ages quod Galenus iubet tertio libro De victus ratione in morbis acutis, Aphoriſmo decimo tertio. Cùm per febres, inquit, abiiciunt ſpumantia & ſaturata biliosa, febrem ſcito eſſe quæ liquefacit, & ad tabem ducat. Tunc obſerua aliquod pepaſmi ſignum ex vrinis, quatumuis momentaneum : ſi tunc frigidam dederis, maximo erit præſidio. Purgantia initio nulla dentur quibus enim fluit aluus, his vicina mors. Sed vincatur primùm pernicioſa vis mali : dein ſeptimum poſt diem vel à decimoquarto, detur dilutum rhabarbari ex aqua theriacali, ſcabioſæ, cum cornu ceruino, & ſirupo citreorum & diacatholico. Iam ad corroborantia venio. Cordi ſemper robur affletur, theriacâ, mithridatio, bezoar lapide, ſumat interdum cochlearia duo aquæ citreorum, cum dimidio cochleari aquæ theriacalis caphuratæ. Accipe ſemunciam conſeruæ acetoſæ cum ſcripulo margaritarum : ſumat ante & poſt cibum. margaritas miſceo parua copia, ne obſtruant. Regioni etiam cordis feliciter admouentur foris quædam remedia quæ cor tuentur à cauſis prauis & venenatis : quibus preſſis, cor firmatur, & ſpiritus puriores redduntur, vnde faciliùs obluctantur venenis : nam hæc remedia refrigerant cor, & putredinem ſedãt. Oleum ex corticibus & ſeminibus citreorum ſumitur ore, & pulſibus cordisque regioni admouetur. Ruber pannus cocceus madens tali liquore, tepidè cordis regioni imponatur. accipe aquæ roſatæ, in qua cacumina calendulæ macerata fuere, libram vnam : ſpecierum diarrhodonis abbatis drachmam : croci & caphuræ, ſingulos, ſemiſcriptulos : aceti ro-

Lib. 1. epiſt. fol. 95.

Theriacæ vſus.

Gal. Ad Pi onem cap. 16.

2. Aph. 7. & 3 De diſ. reſpir. prope finem & 1. De diſ. feb. 2.

Gal. 9. Simplic. De terra Samia, & 6. Epid. t. 25. & 3. Criſ. 4. & 3. De Præſag. ex pulſ. 4.

Corrobo- rantia.

Topica.

Epithema- ta.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 63 sur 513

©BIUM

ſati vncias quatuor : immacerata ſit aceto cortex citri, vel meliſſa, aut caryophyllus flos, vel ſcordium. Mox vngatur cordis regio theriacâ, cui miſce ſuccum ſcordij & citreorum, cum pauco vnguento roſato. Vel vngatur pectus pulſuúmque ſedes oleo ſcorpionum Mathioli. Oleo ſcorpionum adde arſenicum : vnge præcipuas partes corporis, vt regionem cordis, pulſuum, axillarum, inguinum. Ad curationem & præcautionem eſt hoc ſingulare remedium : nam ratione ſimilitudinis validè trahit. Singulis tribus horis hoc ſemel agatur. Panem vſtum macera aceto forti, vt abeat in pulticulam : adde caryophyllos contuſos, theriacam, & aquam vitæ, pulſibus admoue. Electarium de hyacintho & theriacam cordi illine cum aceto. In oleum hyperici theriaca & venenis reſiſtentia etiam iniiciuntur : totum corpus hoc illinitur cùm ſe ſudori dabit. Accipe ſucci cardiacæ vnciam : caphuræ ſemidrachmam : croci ſcriptulum. fiat vnguentum : hoc cordis regio

Ad hepar. vngatur. Hepar etiam recreetur : Accipe trium ſantalorum odoratorum, ligni rhodij, & ligni aloës optimi, cuiuſque ſemunciam : redigantur in puluerem ; hunc coque ex aqua ſeſquihoram. vbi aqua inde benè tincta fuerit, coletur forti expreſſione : eámque coque ad mellis craſſitiem : adde ſucci cichorei vel ſonchi, & petroſelini, cuiuſque ſemunciam : caphuræ drachmam : adiecto pauco vnguento ſantalino vel roſato, fiat linimentum. Hoc modo ex roſis, & radicibus vnguenta facta, facilius ad cor eunt, quàm ſi ignaui pulueres remiſceantur. Tere roſas rubras, eaſque lentè coque ex aqua roſata, traiice per ſeracum, & iterum coque dum ad mellis formam abeat : hoc illine regionem cordis. Idem ages flauedine citreorum & aranciorum : vſus tempore remiſce parum ſucci maturi citrij. Hæc etiam commodè admouentur cordi dum efflorescere incipit bubo. Intùs ſumatur confectio de hyacintho, vel de bolo Armeniæ, quater de die. Mercatus hæc deſcribit De febribus malignis pag. 167. Gratus odor concilietur aëri ſuffitu : aceto optimo cum aqua roſata remixto iniiciantur radices cyperi, & flauedo corticum citriorum malorum, lignum rhodium, lignum aloës, ſantalorum lignum, roſæ. bulliant quædam horum iniecta, vaporéque rigetur cubile. Hoc ſiccat, putredinẽ arcet, nec plethoricis cauſis, vt cætera aromata, caput implet. Si frigidum cælum fuerit, accipiemus vini generoſiſſimi ſemilibram, aceti roſati & aquæ roſatæ cuiuſque tres vncias : caryophyllorum, & cinnamomi, ſingulorum binas drachmas : bulliant, & ollula fumum per cubile fundat. Adiicimus interdum caphuræ drachmam & manipulum ſcordij. Empirici quidam iam in Ægypto, vbi frequens ſerpit peſtis, audacter, quod obſeruauit doctiſſimus medicus Proſper Alpinus, propinant quatuor cantharidarum capita & earum alas ex tribus vnciis aquæ endiuiæ : atque ita venenum effundi dicunt ſudore vel vrinâ. Quidam ex aqua boraginis & roſarum decoquunt radicem chinæ, ſemen citrij & melonum : & adiiciunt parum ſucci citrij. Alij chinam cum tamarindis coquunt in aqua limonum : bibunt eius ſemilibram, ac ſudant. Alij coquunt baccas iunipeti & lauri, cum ſemine pæoniæ, ſantalis, caryophyllis, & caphura : addunt beſoar & theriacam. Aput Turcas & nobiles Ægyptios, inquit Alpinus, opobalſami vſus eſt frequentiſſimus : nam putredinem arcet, fouet calidum natiuum, roborat viſcera, ac peruadit occyſſimè. Multi, inquit, vſu illius à plurimis peſtilentiis ſuperuixêre. Quare huic maximè cuncti fidunt. quo ſe à contagio vindicent, ſumunt aliquid eius liquarum in aqua acidi citrij, vel ex vino albo, aut iuſculo pulli. Vel, quod his in ſecretis eſt, miſcent illi myrrham, beſoar, & quid croci : manè vnum

Suffitus.

Empirica. *Libro De Medicina Ægyptiorum.*

turt drachmâ. Alij veſicatoria peſte tactis admouent cruribus, brachiis, inguinibus ; ac vlcera his inurunt. Quinetiam tria longa & profunda vulnera furis vtriſque inſcindunt, nec ſinunt vt ea coaleſcant, antequam euaſerit æger. ita reuellunt in ignobiles partes noxiam materiam, eámque ſimul euacuant. Quare in cunctis peſtiferis febribus hi vlcera profunda & lata inguinibus imponunt, ſi hepar primùm affectum fuerit : brachiis, ſi cor : collo, ſi cerebrum in vitio fuerit. Hanc encheireſin habere hodie videntur Ægyptij per hunc morbum. A molli clyſtere, inquit Alpinus, eodem die à ſcarificatis furis copioſè ſanguinem euacuant. Secundo die tamarindorum pulpam ex aqua ſonchi coquunt, addunt vncias tres mannæ, vel ſirupum granatorum ſolutiuum. Potum præſcribunt ex aqua endiuiæ, bugloſſæ, roſarum, cum acido citrij : hûic infundunt per integrum diem & noctem berberis & tamarindorum, cuiuſque geminas vncias : & ſeminis citrij drachmam : colaturæ adiiciunt ſucci citreorum, emulſionis ex ſemine melonum cum aqua roſata extractæ, ſingulorum duas vncias : fit potus. ſumunt ſemilibram. Deinde vngunt corpus leniter fricando, oleo amygdalino amaro, adiecto nitro : & ilicò ſudores mouent à data theriaca cum aqua citrij adiecto cornu cerui præparato, margaritis, caphurâ, & corallis, nam his caret theriaca. manè & veſperi ſumitur horis ſex à cibo, & ſudatur. Quidam dicunt caueri à peſte, & eam occupantem arceri, ſi quis bibat guttas ſex olei ſulphuris per campanam diſtillati, ex vnciis quatuor iuſculi pulli, in quo herbæ cordiales coxere. Alij capiunt terræ lemniæ ſcriptulum, cui inſtillant tres guttulas aceti : hoc ter ſiccatur : dein iungunt ſemidrachmam theriacæ, & propinant ex cochleario ſucci rutæ, vini, aquæ roſatæ & ſacchari. Nonnulli oxalidem, petum, & rutam immacerant calido vino per horam, & adiecto citriorum ſucco propinant. Dantur drachmæ duæ aquæ vitæ cui immiſſum fuit ſemen rutæ, cum ſucco citreorum : & illâ aquâ illinuntur arteriæ foris. Theriaca immittitur aquæ vitæ ; cum caphura ; quidam addunt myrrham, ſed nimis amareſcit, & angelicam, citríque flauedinem. huius cochlearium paruum bibunt aquæ, cum tribus cochlearibus aquæ acetoſæ ; vel boraginis, aut acoris citrij mali vel aquæ cardui benedicti. Si purgandum, vtantur intra duodecim horas, pilulis de euphorbio. Ad præcautionem celebres ſunt pilulæ peſtifugæ hæ. Accipe aloës Zocotorinæ ſemunciam : myrrhæ optimæ drachmas duas : (quidam tantundem ammoniaci adiiciunt) croci ſelecti drachmam : confice cum balſamo Peruuiano. Eſt ſanè illud balſamum viribus excellens. ſtyracem hoc ſuaueolentiâ ſuperat ; eiuſdem enimarboris liquor videtur. Accipe theriacæ optimæ ſemunciam : florum ſulphuris drachmas duas, lachrymæ cerui ſemidrachmam, olei ſeminis angelicæ vel iuniperi drachmam : miſce. Sumat duas drachmas ex vino : bibat calidè : hoc quatriduò vel triduò agat, cùm ſe primùm peſte tactum ſentit ; & ſudet. Manè ſolùm ſudandum : dein : poſt tres horas ſumat theriacæ vnam drachmam. In pueris & imbecillioribus leniùs agendum. Plurimi hodie plurimum ad turelam commendant flores ſulphuris ; ſiccant enim, & minimè calfaciunt : quare hos cum præſcriptis pilulis remiſcent. Chymicorum vt hîc chimæras vitemus & inanes luſus, modum damus quo facilè & omnium puriſſimi hi haberi poſſint : Accipies tantum vitrioli Romani quantum lubet, hoc ollæ indes, obſerabis, & in fornace laterificio coquetur dum rubeſcat. Deinde contundes id in puluerem : cuius libris duabus affundes libram vnam ſulphuris, & exactè miſcebis. Hæc cucurbitæ indes terreæ, quam mox paruo fornaci impones, ac tegmen illi inferes vitreum, galeam

Balſamum Peruuianum.

Flores ſulpheris quo modo facilè fiant.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 64 sur 513

leam vocant: & luto conglutinabis galeam cucurbitæ, ne quid halitus effundat ſe. Deinde leniſſimum ſubdes ignem, qui ſenſim incrementa ſumat. Initio extillabit fœtidiſſima quædam aqua: hanc ſcabiei commodam aiunt quidam. mox ſequetur ſulphur, quod galeæ adhærebit. hoc manu abſtergebis, collectúmque iterum cucurbita in noua diſtillabis, adiecto rurſum recenti vitriolo; vt antè ſcripſimus. Reliquum videbis vitriolum funditus hærere atramenti more nigrum & reiectaneum ac inutile. Ter hoc agi debet. Eleuſinium ſacrum chymiſtarum habes.

1. De dif. ſeb. 6. Præſeruatio à peſtiferis febribus.

Galenus ita docet præcautionem inire febris peſtiferæ. Putredo arceatur. Quare, inquit, incipiente peſtifera conditione, quæcumque corpora vidimus præhumida, ſtatim quouis modo ſiccare tentauimus: quæcumque verò ſiccíora, priſtinam naturam in his cuſtodiuimus: quæcumque excrementis plena, purgationibus ſanauimus: cunctáſque meatuum obſtructiones, ſoluimus, atque aperuimus. Et mox, capite ſeptimo, inquit, vnum primúmque conſilium in omnibus epidemicis morbis commune eſt, vt corpus maximè vacet excrementis, & vt ad tranſpiratum habile ſit. ſecundum verò poſt hoc, vt exuperanti cauſæ repugnet, quoad fieri poteſt. Quibus verò contraria horum inſunt, ocyſſimè patiuntur, maximéque ægrotant. Citria mala condita præſeruant. Fiat ſirupus ex tormentilla, pimpinella, & carduobenedicto, ſcordio. Duorum digitorum latitudine ſub ſiniſtra papilla mammaria illinatur regio pectoris theriacâ. Accipe æquales partes nucum ficuum, & rutæ; ſingulatim contunde. & tandem ſimul cum ſirupo citreorum: adde granum ſalis: interdum adde parum puluerís Meobani, & theriacæ. ſuperbibe parum aquæ ſcordij, vel cardui benedicti. Radix petaſitis pota iuuat. Ne ſepulta cadauera ex tumulis peſtem exhalent, ſeratur graminis ſemen, quo illud denſè pullulet. Cùm quis moritur ex peſte, facilè aſtantes inficit: quòd igneus ille vapor exiliat in extremo illo conatu. Ingrauidatas facilè capit fœminas, quòd circumfluant cacochymiâ, & violentiùs in ſe rapiant, aucto reſpirationis vſu ob fœtum.

CAPVT XX.

De Symptomatis *maximis febris Peſtilentialis, & primò de* Carbvnculo, *dein de Bubone, & Peſtigiis.*

Anthrax quid.

Carbvnculvs Plinio dicitur qui Græcis Anthraxi. Anthrax aput authores varia denotat; Vitruuio ſignificat glebam ex qua minium conficitur. denotat etiam nobilem gemmam, quam Plinius carbunculum, vulgus à præclaro rubore & fulgore rubinum vocat. carbonem etiam denotat. agricolæ in plantis etiam morbum quendam carbunculum vocant, dum vruntur hæ æſtu vel frigore. Nos ita etiam vocamus vlcus cruſtoſum, excitatum à ſanguine in atrabilem conuerſo, eóque efferueſcente. Nomen hoc inueniſſe videtur à puſtula ambuſtis conſimili: quamuis etiam ſine hac incipiat.

Signa & cauſæ.

Pruriginoſæ ſunt hæ puſtulæ: ab vſto ſanguine enim naſcuntur; cruſta autem cinerea & partim nigra eſt. Inter initia qui hoc malo tenentur, particulam ſcabunt, vnde nunc vna, nunc plures puſtulæ erumpunt milij ſeminis modo exiles, carni inſertæ. His ruptis, cruſta ſuperinducitur velut cauterio iniuſta. ima hæc radice adhæret, & rodit. Circumpoſita caro nigreſcit ac incendio torretur, bituminíſque more fulget. Febris magna fatigat. Antequam erumpant carbunculus & bubo, percelluntur ægri anxietate, ingenti ſiti, & delirio: quarto vel ſaltem ſeptimo die erumpit tuberculum durum, pulſans in profundo, cum ingenti punctione. Bubo peſtifer ita dolorificus eſt, vt non ferat tactum. Nauſea adeſt, cordis tremor, ſomni, vel vigiliæ, carbunculo calor, dolor, & pruritus inſunt, maximè noctu, & cùm cibus in ventriculo coquitur. Aliquando citra puſtulam eſt, quaſi cauterio muſtus. Pars quaſi vinculo preſſa videtur. Sed quænam cauſa eſt quòd modò naſcantur carbunculi, modò eryſipelata, modò phlegmones? Cauſa eſt ſanguis; huic enim triplices inſunt partes, tenues, mediocres, & craſſæ. Dum vna harum exuritur, exuſtáque ebullit, varios profert tumores. Si illa ſubtilior fuerit, fit eryſipelas phlegmonodes: ſi media, naſcitur vera phlegmone: ſi craſſa, carbunculus. Quæ exuſtio vt fuerit acerbior vel mitior, ita varias carbunculorum ideas profert. Hoc, vt iam diximus, modo, naſcuntur etiam non peſtiferi carbunculi. Sed nos agimus iam de peſtifero carbunculo, qui nihil aliud eſt, quàm illud vlcus quod iam deſcripſimus, niſi quòd quædam iuncta habeat: nimirum aërem infectum: proptereáque eſt hic peſtifer, contagioſus, & indicibilem quandam prauitatem induit. Naſcitur ab aëre miaſmatibus inquinato: quæ, cùm multiplicem ortum habeant, maximè tamen à madore & calore proueniunt. Talis ille Athenienſium aër erat, cùm, vt ſcripſit Thucydides, homines in tuguriis ſuffocabantur. Bifariam hic aër corpora contaminat, vel cùm reſpiratione cor inuadit, quod validè illud venenum à ſe excutit: vel dum cuncta corporis peruadens aër, quaſdam eius partes rectè comparatas ad contagium reperit, harum aliquam, priuſquam cor venenum petat, commaculat. Ebullit & putrefit in hoc peſtifero carbunculo ſanguis. Scribit Galenus, febrem ſemper ſociam eſſe carbunculo: quare peſtifer carbunculus ſemper peſtiferam febrem ſociam habebit. Communia etiam ſigna quædam ſunt. vt ardor totius corporis, horror aliquando, cùm ſe aliquantulum remittit incendium: nam illa remiſſione horrent. Adeſt iactatio, inquietudo, ſitis, vigiliæ, laſſitudo, fœtent excrementa omnia. lotium nunc atrum, nunc viride, craſſum, turbatum; ſudor diaphoreticus, faucium & ſtomachi incendia, lipothymia, deliria. Affectus hic periculi plenus eſt vel tunc, cùm ſolùm ex prauis ſuccis pronaſcitur. quod ſi præter natiuam hanc prauitatem, accedat etiam aëris prauitas, longè calamitoſiſſimum euadet malum, vt in Thaſo & Cranone euenit. Si punctura naſcatur circa diaphragma, cum ſudore frigido, vicina erit mors. Si inciſa caro liuida fiat, & ſpuma prodeat, calamitoſum. Quidam lac mulieris lactantis maſculum infundunt vrinæ ægri: ſi ſidit, moritur intra ſeptem dies. Euomere omnia, malum eſt. Si leuetur æger à tumoribus & excretis, bonum. & mente conſtare, benéque cibis indulgere, ſalutare eſt. Si circulus iridis inſtar coloratus ambiat tumorem, mortale. Si tardè appàreat per febres bubo, malum. Duriores vix maturantur ſine exulceratione maligna: molliores ſunt ſalutares magis. Bubones aut anthraces ſi fuerint horrendâ magnitudine, periculi pleni. Si confectarij ſint febri, die non critico, funeſtum. Rarò euadunt quibus intrò rapiuntur; & qui ineunte morbo purgantur naturâ vel arte per ſedem, vel quibus ſecatur vena à triduo poſtquam ægrotant, moriuntur. Qui non procul conſedere à principe parte, periculi plus adferunt quàm hi, qui longiùs ac ad ignobilem abiere partem. Qui iuxta carnem conſiſtunt, citò ſanantur: qui neruoſa occupant;

Gal. De tumoribus cap. 6. & 6. Aph. 45. Paul. 45. lib. 25. Tumorum cauſæ.

14. Meth. 16. Communia ſigna.

Prognoſis. 3. Epid. 3. 12.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 65 sur 513

cupant, diutiùs perſeuerant, ac ſubiectis partibus luem impertiunt. Nam qui in capite conſiſtunt, collum, ceruicem, pectus, brachia, aut alas in contagionem abducunt: ita quæ in inguinibus, crura afficiunt. Dolor vbique eſt grauior quàm pro ratione exigui affectus. Nigri ſunt calamitoſiores: deinde liuidi & virides, tandem rubri. cuncti tamen funeſti ſunt. Dormiat noctu horas quatuor: interdiu, dum ſudorificum hauſit, primis nimirum tribus diebus, horas duas ſomno indulgeat: cor epithemate roboretur. Tumore aperto modeſtè purgetur corpus, adiectis cardiacis. De præſeruatione, & de internis remediis egimus, vbi de febre peſtifera, quæ hîc ſemper adeſſe videtur. Curatio. Et quamuis de venæ ſectione ibi ſatis noſtram aperuimus ſententiam, idem hîc agendum putamus: eſt enim res hæc magna & dubia, de vita ac nece. Dubia ſanè res, num ſanguis hîc emitti debeat; eſt enim ſanguis aut eius ichor qui hîc pletumque fomitem peſtiferum habet, & omnia hîc præ incendio æſtuant ac flammant. Ratio & vſus ab alia parte reclamare videntur: nam phlebotomia reuocat ſanguinem & ſpiritus à circumferentia ad centrum & ad cor. Et quò natura vergit, eò ducere oportet: at illa intùs foras viam affectat: indicio ſunt exanthemata, bubones & carbunculi. Ita in feratum venenis, & in puſtulis & bubone venereo, antequam ſuppurârit, nec venam ſecamus, nec purgamus. Accedit & illud, quòd virium infirmitas maxima adſit, vel iam in procinctu ea eſt. Scio medicos ob virium imbecillitatem terreri non adeò deberi vt à venæſectione omnino abſtineant, ſed cauſam infirmitatis eſſe perueſtigandam. videamus ergo imbecillitatis ſubitæ cauſas. Vires conſiſtunt in ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis. Spiritus omnium facillimè labefactantur. Hoc autem fit, quia illi vel ſuffocantur mole ſuccorum, vel diſſipantur, vt dum tenues euaneſcunt in auras, vt dum nutricatu ſuo fraudantur: vel cùm propria eorum ſubſtantia corrumpitur à maligna materia, quæ illis bellum indixit. Vbi ergo ab oppreſſione ſola, virium hæc proſtratio naſcitur, vena ſecanda eſt, ſi ſanguinea ſit materia, etiam actu exiſtente ſyncope. Sed vbi virium hæc preſſio, eſt ab exhauſtu & ſpirituum diſſipatione, nunquam eſt vena ſecanda. Talis autem eſt virium labefactatio in carbunculo & bubone peſtifero: ergo non eſt ſecanda vena. Vſus etiam docuit, plurimos cecidiſſe quibus etiam à doctiſſimis medicis vena pertuſa fuit: quibus autem loco phlebotomiæ antidota propinata fuere, eorum multos euaſiſſe. Putredo enim alta quamuis adſit, hæc fit non ab obſtructione, ſed à contagio. nam ſcripſit Galenus hos facilè tangi peſte, qui meatibus ſunt apertis: at hi non facilè infarctu obſidentur: non ergo vena ferienda. & contagium intrò fertur ſua natura; in hoc ergo noli ferire venam. Sed dices, interdum adeſt plethora: ſit ita: ſed eſt ſæpè, immigrante contagio, ſanguis inuiolatus. Sed ſit totus contaminatus, ne tunc quidem ſecanda vena, nam vires ceſpitant. Paulus in principio ictus venenati non ſecat venam, ne virus in cor trahatur. Si tamen ineunte ilicò morbo, ob plethoram & efferueſcentiam vena pertundenda, omnino videtur (quod non ſuadeo agendum poſt ſeptimam horam à morbi prima inuaſione, ſed ante) vel quòd carbo pulmones, hepar, lienem, aut latus, vel renes occuparit, primo die ſeca. Præterea qua tecmarſi id agendum ſit, ita habeto. Si, dum natura incipit expellere materiam, ſtatim delireſcat tumor, quod ſæpe euenit, quia refluit ad cor, ex loco affecto emitte ſanguinem: vel ſaltem idages cucurbitis. Sed ſi præter hunc euentum ſanguis ducendus videbitur, (quod tamen rarò agendum puto) ſedis quam carbunculus occupat ſummam rationem habebis. Veluti ſi carbunculus pectus occupat, tali vena feriatur. ita materia veneno delibuta ad partes remotas abducetur. Si conſtiterit carbunculus in femore vel brachio, à partibus vicinis educatur ſanguis. Sed caue ne magnam ſanguinis abducas copiam. Verùm dices, Galenus ad lipothymiam vſque abducit ſanguinem in carbunculo. Ita eſt, ſed non agit de peſtifero. De purgantibus, alterantibus, & corroborantibus fusè egimus vbi De febre peſtifera. Purga lenibus, quarto maximè die. E re fuerit cucurbitas vicinis admouere partibus, quò virus elidatur, & vnà à corde in affectam trahatur partem. Quin quàm primùm eluceſcit carbunculus hoc agatur, & ipſi carbunculo admoue cauterium noſtrum. vel ſaltem veſicatorium: & crudum adhuc ferro aperi à potentiali cauterio. ita non ſentiet æger dolorem; & ita fundent ſe venenoſi vapores, & contaminatus effundetur cruor: qui alioqui ſub cruſta fouetur. Fiat ergo ſcarificatus, quo emanet ſanguineus ichor. Deinde potenter ſiccandi ſunt attracti in partem humores, vt ſucco nicoſianæ; vel pimpinellæ, aut cardui benedicti vel ſcabioſæ, cum pauco præcipitato, vel ſublimato: miſce cum vitellis ouorum coctis, adde theriacam. Sed illud obſeruabis, vt, dum venam ſecas, purgas, vel dum clyſmis aluum eluis, perpetuò tumori hæreat cucurbita. Laudo etiam vt tumor foueatur decocto chamæmeli, meliloti, ſcabioſæ, & maluæ ex aqua vel vino: ex ſtuppa tepidè admoueatur: quò perenni vaporatione exhauriatur venenum, ac tenues vt abeat in auras. Emplaſtica non laudo nec oleoſa. Si cauterium non fert, accipe folia rutæ, acetoſæ & nicoſianæ, chartæ triplici inuolue, conde cineribus: coctas tere cum theriaca, vel cæpa coctæ impone. Vngula caballina, morſus diaboli, acetoſa, malua, ſambucus, coquuntur ſub cineribus, adde crocum & theriacam: adde ad feruorem folia hyoſcyami, & ouum integrum contuſum. Infra ſex digitis, cucurbitam admoue cum ſcarificatu. Præſtat cauteriis malum exurere. Si potentia illa non ferat, amotis cucurbitis, appone veſicatorium ex ſemidrachma cantharidum, ex fermento & ſcabioſa contuſa cum oleo ſcorpionum Matthioli. Si validè depopulatur vicinas partes, caſtigetur ferro ardenti, & ad dolorum leuamen circumpone panis medullam, quæ calida ex furno immaduit aceto & aqua plantaginis. vel adde pulpam coctæ lentis aquaticæ, vel caphuratum album Raſis. ſæpe reperatur hæc impoſitio. Cruſta illinatur butyro cum ſucco ſcabioſæ & vitello oui cocto, vel cum herba Roberti. quæ cùm excidit, mundetur melle roſato cum terebinthina, vel ſucco nicotianæ, ſcabioſæ, pimpinellæ, vel cardui benedicti, & ſenecionis. Et diu pòſt carbunculus ſanie vt manet ſtudebis. Miſcent his quidam carbonem quernum, ex Plinio. Accipe fuligi- Lib. 36. nis vncias tres: ſalis communis vnciam: cum vitellis ouorum fiat cataplaſma. ardorem lenit, ac pus mouet. Alia verè ſuppurantia, cadaueroſam hîc putredinem adferunt. Admoue cum ſtuppis cataplaſmata. Si indolens ſit tumor, nec ſatis excreſcat, attrahe cataplaſmate ex rad. liliorum, cæparum, & fermento, coctis in aqua; adde ſinapi, ſimum columbinum, ſaponem album, cum pauco mithridatio: ſæpe innouetur. His ſatis prouocato carbunculo, alia, quæ iam dixi, maturantia adhibe. Tandem ſublato gangrænæ metu, vulgaria maturantia, tergentia, ſarcotica vſurpanda. Dum ſurgit carbunculus, ſi eius acumen liueſcat aut nigreſcat, tangatur cauterio, vel aqua forti. In omni peſte fuge potum aquæ frigidæ: potiùs vtantur ceruiſiâ, aqua nimis comprimit.

Quæ vena ſecanda.

Quod deſcripſi 1. lib. Method. cap. De cauteriis.

Bvbone verò emicante ac ſe primis rudimentis oſtendente, ilicò ad cucurbitam veni, & illi eam

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 66 sur 513

eam impone: quò enim plures humores immiſcuerint ſe his venenatis ſuccis, eò faciliùs ad pepaſmum venient. ſcarifica & elide aliquid; niſi puer fuerit. Singulis ſex horis iterum impone cucurbitam, donec tumor adoleuerit in iuſtam molem. Sed acerbus dolor abſit, hæc dum fiunt: nam is ſatis attrahit. Deinde ea adfer quæ tenues in auras conceptum exhalant venenum. vt, fiat fotus ex decocto chamæmeli, melilori, ſeminis lini, fœnugræci, radicum althææ. Cùm ad pús abire videtur, tale quid imponi poterit, Accipe radicum althææ, liliorum, cuiuſque vncias duas: coque, tere, cribra, adde galbani ſemunciam: nitri drachmam: farinæ lini & fœnugræci, cuiuſque vnciam. Fiat cataplaſma. Vel impone ei diachylon magnum. Cataplaſmata ſingulis horis nouentur, nec dormiat æger viginti quatuor horis. poſtea ſumpta antidoto dormiat noctu horas quinque, & die duabus horis, dum ſudat. Primùm illine tumorem theriacâ. Accipe radicum ſymphyti maioris, liliorum, cæparum, cuiuſque vnciam: foliorum acetoſæ manipulum: cum inſulſo butyro fiat pila ſub cineribus coquenda: tere cum axungia & lilino oleo, adiecto mithridatio, & fermenti momento. Acetoſa etiam coquitur cum butyro contuſa, ſub cinere: addunt baſilici duplum, in calidioribus: alioqui fermentum addunt. Et infra duos digitos cuti immitte radicem ellebori nigri ſilueſtris, hoc eſt, conſiliginis Plinij. Dum bubo amplificatur, veſicatorium admoue ſuper ipſum proximè, proniore ſitu, rectâ lineâ, vt ſolito ductu materia feratur: id præſtantius, quàm ſi infrà admoueas. Exſcinde veſicas, & caue ne ſiccescant: ſed folio braſſicæ rigentur. Si axillas occupat bubo, exciſa manu interna, è directo minimi digiti, ſcordium admoue. Solent Hiſpani noſtrum buboni imponere cauterium, vt fluat ab eſchara ſanies: præſtat ſuper tumorem aliquantulum admouiſſe: hoc eſt, recedendo paululum à tumore ſuperiora verſus: niſi tamen ingens phlegmone gangrænæ metum adferat: tunc tutius eſt paulò longiùs, decliui loco adhibuiſſe. Et hac arte non opus erit crudum bubonem incidere, ne grauior ſurgat phlegmone, quia expuitur venenum. niſi tamen liuidus bubo gangrænæ metum adferat. nam hos ilicò crudos ſcarifica, vel cauterio vre, & ſeca: mox gallinas admoue illi, vel decoctum chamæmeli & ſcordij, & ſeminis lini. In hoc ſtuppa cannabis in puluinare efficta mergitur, ac calidè imponitur, horiſque ſingulis immutatur. Hoc vtile in omni bubone, poſtquam cucurbita illi proximè adhibita fuerit infra, mox ſeriatim aliæ tres vel quatuor rectâ linea, qua chorda quædam tenſa ſe trahit; ſæpè hæ poſtremæ cucurbitæ repetantur: mox veſicatorium in ea parte vbi remotiſſima fuit cucurbita excitetur. dein cannabis imponatur buboni: hæc curatio doloris expers eſt. ante ſeptimum diem glutinoſa coquentia & maturantia ne imponas. Sed præclarè ad ſalutem facit, ſi, vt anteà dixi, commodo loco vlcus excitetur. Quidam accipiunt folia oxalidis, rutæ, & peti; inuoluunt hæc triplici papyro: coquunt ſub cineribus, miſcent cum vino, imponunt, & liquidam partem bibunt. Alii coquunt ſub cinere cæpam, cum theriaca, croco, & myrrha, vt fiat cataplaſma. Nonnulli contundunt rutam cum theriaca, melle, & aqua vitæ. Quidam addunt ſcordium, ſcabioſam, cæpam, vel parum fimi columbini. Vel cæpa cum ſemine ſinapi albo. Cauterium noſtrum attrahit, & elidit. ſed dein maturantibus leniatur dolor. Sed fotus mihi maximè placent ex chamæmelo, melilloto, ruta, althæa, fœnugræco, furfuribus. Cùm aliquo modo ſuppuratur bubo, doloriſque fiat ſi expers, is aperiatur cauſticò noſtro: ne praua hæc ſerpat materia. Deinde abſtergatur melle, balſamo Peruuiano, cum iride, ariſtolochia, & farina lupinorum, ſucco nicotianæ. Hæc purgant & ſiccant vlcus. Vel remiſce his ſuccum ſcordij. Deinde claude ſolo balſamo: vel fiat puluis ex iride & myrrha, & illis impone emplaſtrum de ceruſſa, & vnguentum album caphuratum: tandem claude diapalmate. Per os da theriacam & Meobani puluerem cum aceto ſambucino. Et tertio vel quarto die leniter purga. adde electarium roſatum. Poſt ſeptimum vel decimum quartum diem, cùm iam antidotis virulenta pernicies obtuſa eſt, & ſi corpus purgatione eget, dum aliquid ſupereſt duritiei vel tumoris in vlcere, vide ne combinetur: ſed molli, ſuppura, & deterge. Quidam tres cucurbitas rectâ lineâ à carbunculo applicant, tertia ſæpè repetitur: veſperi veſicatorium admouetur tumenti ab hac admotione parti: vlceri braſſica imponitur. Si dolor non concidit his, ſcarificetur tumor altè, vt craſſus aduſtúſque ſanguis veneno pollutus effluat: ita dolor mulcebitur, ac gangrænæ periculum declinabimus. Diſciſſus carbunculus muriâ abluatur ſæpiùs: dein ſtuppis impone maturans. Sed bubones non ita ſcindendi, niſi liueſcant, cum metu gangrænæ. tunc inciſuris cucurbitam admoue. Et in bubonibus, ob vicinitatem partium principum, ſatius eſt, inferiore loco, cauterio vlcus accerſere. Sed vſtus locus ilicò ſecandus, ne venenata pernicies à cruſta coërceatur. Eryſipelas vicinam partem ſi inuaſerit, ab acri vitioſóque ichore, vel acrium remediorum vi, foue digerente ac modicè refrigerante remedio; dein accipe aquæ plantaginis vnciam: ſublimati grana duo: miſce. illinatur locus. ita demulcetur pruritus, ac dolor mitеſcit, vlcúſque ſiccatur. oleum ex myrrha hoc etiam præſtat. Sin exulceratum non ſit eryſipelas, à foru cataplaſma admouet. Accipe panis furfuracei ſemilibram: farinæ lentium & fabarum, cuiuſque ſeſcunciam: arnogloſſi manipulos duos: coque in oxycrato, fiat cataplaſma. Alij accipiunt malum punicum acidum cum cortice in mortario tritum: cui addit farinæ fabarum vnciam: panis furfuracei vncias quinque, miſce cum oxycrato: coque ad cataplaſmatis formam.

EXANTHEMATVM varia etiam genera per febres efflorescunt, non aliter ac in pueris videmus fieri papulas, morbillos, ecthymata, variolas. Vt ſi febris acuta pueros inuadat vel iuuenes, eáque lateat obſcuris ſymptomatis, cum dolore tamen dorſi, & laſſitudine, difficultaté que reſpirandi, voce raucâ, vrinâ pallidâ, narium & aurium pruritu, terrore per ſomnos, oculorum cum rubedine, & cum punctione totius corporis, & pandiculatione, hos morbilli vel variolæ inuadent. hoc euenire ſolet illis die tertio vel quarto. Si verò in febre non obſcurè acuta difficilis ſubirò reddatur reſpiratio, adſirque paroxyſmorum anticipatio, æſtus grauis, torpor, pulſus frequens, vrina craſſa & rubra, criſis futura erit per maculas rubentes. Si hæc non ſatis commodè prodeant, ſecabimus venam, ſi ætas & ſanguinis copia ſuaſerint. Deinde, ſi maior ratio peſſimi ſuccі habenda, quàm febris, propinamus decoctum ficuum, cum radicibus fœniculi & apij, adiicimus iuiubas, dactylos, paſſulas corinthi. vel ficus cum glycyrrhiza coque ex tenui ceruiſia. Si tenuis & feruore ebulliens ſit ſanguis, adde lentes, vel tragacanthum. Vel ſero lactis incoque iam dicta. Ducatur aluus leniter caſſiâ cum mannâ & ſirupo roſato. Dilutum damus ſummitatum calendulæ & cardui benedicti, & angelicæ. Damus etiam quid theriacæ cum aqua roſata & vino. Radices enulæ in vino rubro coctæ feliciter (ſi febris non vrget) exanthemata expellunt: ita etiam calendula cocta, laudatur aqua diſtillata ex floribus lini. Hoc probum eſt. Accipe radicum cichorei, corticum radicum fœniculi, petroſelini, bugloſſi, cuiuſque ſemunciam: capillorum veneris, manipulos

EXANTHEMATA peſtifera. Morbillorum & variolarum notæ.

Macularum rubentium notæ.

Harum cura.

manipulos duos, florum calendulæ ſemimanipulum; ſeminum melonum ſemunciam: coque ex aqua ad libram: adde ſirupi citreorum vncias tres. Accipe oleum amygdalinum amarum, vel chamæmelinum, vel rutæ, aut iuniperi, cum pauco nitro rubro, fiat illitus cum leni perfrictione. vel in oleo amygdalino amaro coque ſcordium & radices ſcrophulariæ. Cum eo frica tempore maioris frigoris. Hoc ſudorem prouocat, & dum exanthemata efflorescere incipiunt, vel dum in ſpe ſunt eruptionis, mirè prodeſſe ſolet. Aliud, Accipe olei amygdalini amari, ſucci rutæ, vini aromatici albi, theriacæ, cuiuſque ſemunciam: in vitrea phiala bulliant ad dimidias. Poſt ſeptimum diem ſicca decocto roſarum, ſalis & croci, vel ex ſale, alumine, & ſulphure. Sed maiores primùm pungantur. Si albæ fuerint ac benignæ puſtulæ, præſtat nihil admouere. Veſtigia ſi quæ ſuperfuerint, ſumes limaces, eáſque includes vitro cum ſemuncia ſaccharo non fracti: loco pone obſcuro dies nouem. dein acu punge: manabit liquor. eo vnge. Quidam illinunt lardo fumo ſiccato: alij oleo amygdalino recenti, cum ſaccharo; vt corpora fuerint mollia, vel duriora. Oculis caue aqua roſata, cui drachma ſumachij incoxit: dein adde tutiam & crocum. Vel ſemen cydoniorũ incoque aquæ roſatæ. Nares illine vnguento roſato: riget os diaribes. gargariſmus fiat ex decocto integri hordei & ſcabioſæ, & acetoſæ. Sed ſi ſit acerrimus ibi morſus, fiat ex lacte cocto cum tribus partibus aquæ: aſſiduò agitetur addo interdum ſaccharum. nec illachrymet. rubris pannis inuoluatur, ita vt carnem non tangant panni. Aër ſit tepidus. Vtatur olere, ex fœniculo, caltha, buglosſo, meliſſa, petroſelino, hormino. Vtatur nuce, dactylis, ficu, paſſulis corinthi. Abſtineat à vino, bibat aquam hordei cum ſaccharo:

Peſtigia. vel tenuem ceruiſiam in qua coxere ficus. Sed non eſt vllum ab antiquis deſcriptum genus perniciosius his, quæ Itali *peteccie*, Hiſpani *taberdete*, & *taberdillo* vocant. Apparent ſine vllo tumore aut pruritu, ac varias formas gerunt, rotundas, angulares; ruſſæ, liuidæ, rubræ. Quidam putant Hippocratem illa vidiſſe, ac eorum meminiſſe in hiſtoria Pherecydis. & Aëtius hæc deſcribere latè videtur ex Herodoti ſententia, & Actuarius. Nec pruritum, nec aſpredinem vllam præſeferunt. Maxima pars hominum perit qui his occupantur: putreſcit enim ſanguinis maſſa, & ebullit inde ſanguis biliosus, omni coctione vſque ad iudicium ſilente. Pulſus his eſt frequens, paruus, debilis: dum fere erumpunt maculæ, formicans eſſe videtur pulſus, & interdum intercidens. Reſpiratio frigida, fœtida, difficilis interdum, palmos, iactatio à calore & ab oppreſſo thorace: & maximè noctu velamenta excutiunt, tunc enim plena manu vapores ſeſe erigunt. cardialgia, laſſitudo, delirium, vigiliæ, ſitis maxima, faſtidium, excrementorum horrendus fœtor. Vrina primùm bona, hinc turbida, tenuis, cruda, vel turbida craſſa, & intenſi caloris: hypoſtaſis rubra, turbida. Vrina etiam nigra: tremor manuum & linguæ; nauſea, vomitus. Ferè omni tempore calamitoſa hæc ſunt, nam à putrido venenoſoque ſucco fiunt. Hoc eſt, plerumque ſymptomaticè fiunt. Criticè tamen aliquando eueniunt, cùm alia etiam accedit vacuatio qua recreantur ægri, vt ſudor vel alui deiectio. Harum macularum explorari debet copia, qualitas, ſitus, & motus. Copioſæ & latiores ſunt peiores, ob corrupti humoris copiam: liuidæ peiores rubris, & flammeæ rubris: quæ faciem inuadunt, malæ, nam caput his occupari denunciant:

Curatio. quæ citò euaneſcunt, prauæ. Vt rectè in his decernatur de phlebotomia & de pharmacia animaduertere debebimus num ſit excretio harum critica, vel ſymptomatica. quod enim ſymptomaticè elidantur interdum, arguit mors; ab ea enim bubones fiunt, indomiti humoris ferocia. Si eueniat die critico, & ab earum excretione ſi leuetur æger, nec phlebotomia nec pharmacia vtiles erunt. Si ab his non leuetur natura, ſcopúſque phlebotomiæ adſit, ſecetur vena: vel cucurbitis id agatur. ego ſanè malim elici ſudores alexiteriis: cauendo ne à foris admotis, vel intrò exhitis reuocentur in viſcera: quare nec ſine ſumma cautione aluum purgarem, nec venam ſecarem. ſomnus ſit moderatus. Si illi ſcopi non annuant, ſat erit laxantia remedia & aperientia cuti impoſuiſſe, ex oleo amygdalino, nitro, vino & aqua: nam tale remedium, inquit Herodotus, ſoluit putridos ſuccos in ſudores, interna refrigerat, nam ex imis calorem trahit. Sin cacochymia adſit & preſſa natura, purga. In peſtigiis illis quæ appellant *pepercoren*, hoc eſt, grana piperis, ob nigrorem & ideam piperis, venam ſecuiſſe, nihil aliud eſt, quàm hominem iugulaſſe; nam omnes à phlebotomia pereunt. Cùm verò ſymptomatica eſt excretio, quod animaduertemus ex cruditate excrementorum, quódque die non critico efflorescant, ſi æger in damnis auctus fuerit, ſi adſit ſanguinis copia, venam pertundemus, ſi non æquè venenoſa fuerit materia vt peſtis. hoc eſt, ſi nondum ad contagium vſque computruit. Sin cacochy- *1. Dd diſ. ſeb. 4.*
mia adſit, purgetur æger non ſolùm per aluum, ſed & per ſudorem & per vrinam. Cùm in hac calamitate inexplebili bibendi deſiderio teneantur ægri, & ab omnibus ferè remediis abhorreant, ego non maiùs deprehendi remedium oleo vitrioli. Hoc remiſceo cum aqua hordei, vel in qua maduit acetoſa & endiuia. ſolùm ea copia affundo hoc oleum quâ ſuauiter aceſcat: addo aliquid iolabij violati vel roſati. Hoc ſeruorem ſanguinis extinguit, putredinem arcet, ac ſitis moleſtam vim mollit illicò. Si imbutis Diarrhœa.
à veneno inteſtinis, in diarrhœam trahantur, noli ſtringere, ſed deriuatione auerte, ac extingue venenum. Accipe decoctum aniſi & fœniculi: miſce guttulas aliquot olei iuniperi vel vitrioli. & cottidie parum theriaces ſumat. & manè ſudet.

Sudor q. Anglicus ſi inuaſerit multos; antequam Sudor.
is erumpat prouiſio habeatur totius. Dein talem potum præſcribe; Accipe ſummitates calendulæ, ſcordij, florum nenupharis, violarum, cardui benedicti, pimpinellæ, boraginis, ſingulorum ſemimanipulum: paſſularum pugillum: ficuum decem: laccæ ablutæ ſemunciam: tragacanthi, zedoariæ, dictamni, radicum tormentillæ, cuiuſque drachmam: fiat calidè maceratio in aqua boraginis & nenupharis: adde ſirupum de acredine citreorum. tepidè lambant cùm calor vrit. Si tardat ſudor, coque hæc ex aqua ſcabioſæ & fœniculi: adde ſirupum byzantinum. Suder moderatè: quod vires ferant. Vomitus ſi moleſtus ſit, non aliis Vomitus.
potiùs debellatur quàm alexipharmacis: nam ſyntimoriâ eâ quæ ventriculo cum corde eſt, oboritur. foris admoue ſacculum, accipe foliorum ſiccorum menthæ, abſinthij, origani, anethi, ſingulorum pugillum: ſeminis aniſi, cardui, radicum cyperi, acori, cuiuſque binas drachmas: caryophyllorum ſeſquidrachmam: fiant ſacculi, qui ferueant aliquantiſper in aqua: dein adde vini aromatici tertiam partem: aceti & aquæ roſatæ, cuiuſque vncias duas: mithridatij ſemunciam. admoue cordi. Moxilline oleo roriſmarini cum aceto Hæmorrhagia.
& mitridatio. Ita ſingultum etiam vinces. Hæmorrhagia ſi moleſta ſit, non ſecetur vena, ſed cardiacis ſuperetur. & cordi iecorique adhibe frigida cardiaca: mox ſi diutiùs ruit, fronti, temporibus, & naribus. Sanguis ſi expectoratur, dentur quæ modeſtè abſtergent, ardoremque quæ temperant: vt decoctum hordei Spurium ſanguinis.
cum conſerua roſarum, adiecto ſirupo violato. Aluus Alui profluuium.
ſi ſe fundat ante pepaſmi ſigna in bubonibus, carbunculis, & vrinis, periculoſum: nam reuocat exitium à peripheria: eſtque index reſoluti ventriculi.

Rarò

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 68 sur 513

Rarò enim in carbunculo vel bubone, profluuium alui aute vel natura factum, citra perniciem euenit. Alioqui si per febres pestiferas vltrò euenerit, quæ bubonum, carbunculorum & ecthymatum expertes sunt, si sensim diutiùsque promanarit, nec cohibeatur, nec proritetur, sed vires roborentur victu & remediis; id sæpè liberat. Si tamen cunctantiùs mouetur vel citiùs quàm par sit, supprimatur, rhabarbaro reliquiæ eius exigantur. Vigiliæ exhauriunt corpus, ac caput implent nocuis succis, vnde delirium. fiunt ex incendio, acerrimisque vaporibus. Crura fricentur, ac scarificentur in cucurbitarum vsum, lauentur. Hora qua somnum inire debet, propina apozema. amygdalata dentur. vel theriacæ semidrachma cum granis tribus philonij. Semen papaueris indatur hordeato. Accipe decocti lactucæ & portulacæ vehementer expressi duas vncias: sirupi de papauere vnciam: misce. detur quatuor horis à cœna. Illinatur caput oleo nymphæx & papaueris cum succo lactucæ, adde quid vnguenti populnei. Vel spongia frigida, madefacta decocto foliorum mandragoræ & hyoscyami & papaueris albi; cuiusque manipulum accipies: succi lactucæ vncias quatuor: tepidum id fronti ac naribus apponito. Si necessitas iubet, adicies illi decocto grana decem opij. Si hæc contemnant vigiliæ, vel turbatus si à somno fuerit, aut inter dormiendum loquatur, delirij metus aderit. Tunc frictionibus ac vinculis & cucurbitis halitus longè auertas, & tandem caput oxyrhodino muniatur, ne quid susceptet mali. Si somnum inire his nequeat, sed delirare ceperit, cucurbitas suris admoue, ac sanguis copiosè educatur. Ac tandem cruci admoue eas cum scarificatu, & tandem brachiis ea regione qua desinit musculus deltoïdes. Si his non mitescit delirium, indicium est caput admisisse malum illum hostem; quare seca venam frontis vel nasi: & oxyrhodino iunge oleum chamæmeli: & tandem oleo chamæmeli vtêris solo cum pauco succo citreorum. Tandem foue caput arietis pulmone recentato ex decocto chamæmeli: vel columbis dissectis. Cùm quieuerit, rariùs his vtemur, ne iterum caput incalescat.

Vigiliæ.

Somnus.

Somnus ex aduerso nonnunquam molestus est, ex caliginosis fuliginibus ac putridis. Fiat auersio, vt diximus de vigiliis. Cucurbita occipitis ea parte qua capillus desinit affigatur. & oxyrhodina cum oleo chamæmeli in vsum ducantur. Aceto acerrimo modicè calefacto excitetur, si naribus admoueatur. Hirudines ano appone. Parotis si emicuerit, vena eiusdem lateris pertundatur, & scapulis eadem parte impone cucurbitas: & oleum calidum chamæmelinum apponatur hapso. Si hoc non iuuat, accipies micam panis albi, quam lacte macera, adde vitellum oui, oleum chamæmeli, & crocum. Si celeriter prorumpit, abstinendum ab attrahentibus: sed mitigandum. sin lentè prorepant, aut pestilentes si fuerint, attrahendum medicamentis & cucurbitis. Quòd si venenosæ fuerint, ac ita crescant vt metus suffocationis adferant antequam ad pepasmum veniant, aperiatur vnico foramine, quo vis veneni expiret, aut nimia succorum euacuetur copia. Totam curandi hanc febrem rationem doctè ac breuissimè complectitur D. Mercatus capite vltimo de febribus malignis.

Parotides.

Fol. 194.

CAPVT XXI.

De Febribvs Intermittentibvs. *Et primùm* De Tertiana *intermittente.*

2. De dif. feb. sua sunt.

TRibus conditionibus, vt priùs diximus, opus est, quò febris nascatur intermittens; synathrismo,

putredine, & motu materiæ. Causa autem materialis tertianæ intermittentis est bilis mera, putrescens extra vasa magna. Frequens adeò hæc febris, vt quidam veterum putârint, omnes febres à bile gigni. Nascitur autem hæc bilis ex rebus procatarcticis calidis, vel quòd corpus ita naturâ fecueat. Differentiæ eius variæ sunt, vt bilis variârit substantiâ, qualitate, copiâ, & foco. A variâ bilis substantiâ variæ proueniunt febres tertianæ, vt illa fuerit nutritia, flaua, vel porracea. A copia: si enim putrida bilis exili fuerit copiâ, nascetur exquisita tertiana, cuius paroxysmus non vltra duodecim horas protrahitur. Si maiori copia in vitio fuerit, adeò vt feratur vltra duodecimam horam; ita tamen vt vicesimam non superet, erit tertiana simpliciter. sin vltra vicesimam excurrerit horam, vocabitur Tertiana protensa: hæc oritur ex maxima bilis copia. nam paroxysmi longiores, vel breuiores euadunt ex bilis copia, & qualitate, ægri viribus, & præsente tunc in ægri corpore dispositione. Itaque tertiana exquisita spatio duodecim horarum circumscribitur: media, horarum octodecim: extensa, horarum viginti quatuor. A foco: nam focus bilis interdum est in ventriculo, & in hypochondriis; sed plerumque in hepate. Hinc est quòd interdum hepati, interdum ventriculo succurramus. A qualitate: etenim hæc bilis interdum ab acerrima abit qualitate, & copioso miscetur sanguini: vel seri ferè benignitate spoliata, ferocit acri suavi. Iam ad signa. Rigor magnus est indicium exquisitæ tertianæ. Parum frigoris præcurrit; mox rigor. At in aliis febribus non ita initio fatigat rigor. Propterea Rhases dicebat, parum frigoris adesse, & copiosus rigor, vt est affectio pedis, cùm obstupescit, nec diu durat rigor. In tertiana est rigoris alia idea quàm in quartana: in hac enim quasi refrigerans quidam rigor fatigat: in illa, quasi pungens & vulnerans sensum. Validus calor tertianæ est exquisitæ, ita vt Galenus, secundo de differentiis febrium capite tertio, asserat eam causodem esse. Si acerrima bilis in vitio fuerit, sed si illa non admodum copiosa fuerit, rigor non adeò validus eueniet, verùm molesta erit bilis pungendo, sitim excitabit, vigilias ac cephalalgiam adferet. Si bilios vapor se insinuat capiti, ac se miscuerit spiritibus, deliria dabit: alioqui cephalalgiam. Rigor validè quatit dum flaua bilis admodum putrescit: validius adhuc, dum porracea ea est: at mitior est à bile nutritia: sed hanc ægerrimè tolerant: nam nutricatu suo spoliantur ægri. Vt autem bilis à natura excutitur in diuersas partes, ita varia elucent symptomata. Si in stomachum, fit vomitus bilis: si in caput, vigiliæ & cætera mala. Pulsus habent magnos, nisi sit ab alimentali bile: & febrilem solùm inæqualitatem habent. Si fuerit à nutritia bile, ægrè tolerant febrem. Si sit à porracea bile, talis quoque erit vomitus: & in dysenteriam plerumque degenerant. Quòd si hæc in ventriculo gignatur, aderit fetuor insignis, sitis perpetua & vehemens, vrina ferè expers inflammationis. sin per venas trudatur, tingitur: si per alios ductus effundatur, ruboris expers lotium erit. Si eius focus in abdomine est, non aderit sudor nec rigor, sed ægri querueli erunt de hypochondriis, ac iactabit se æger. In tertiana simplici est vnus focus, hoc est, vnica pars in vitio est, à qua materia protruditur in totum corpus. Si enim plures foci fuerint, etiam plures febres nascentur. Scribit Hippocrates de exquisita tertiana hoc iudicium, Quòd febris tertiana exquisita, (cuius nimirum materia est biliosa & vniusmodi,) ad salutem ægri iudicatur septem periodis. Huius enim materia non est venenata, nec pepasmi expers, liberúmque corpus esse ab inflammatione denunciat id, quòd tertio quoque

Causa.

Gal. 2. De dif. feb. 1.

Differentiæ.

Exquisitæ tertianæ Differentiæ.

2. De dif. feb. 3.

Signa.

10. Ad Al. manf. 4.

Gal. 2. De dif. feb. 1.

Vide Gal. 1. Ad Glauc. 5. D.

Signa Differentiarum.

Prognosis.

4. Aph. 55.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 69 sur 513

die repetat. Et intra illud tempus absolui potest materiæ benignæ pepasmus. Obseruamus etiam hodie hanc quinto, septimo, aut nono circuitu ad summum iudicari. Statum ferè habet quarta accessione, hoc est, septimo die: vel nono, aut vndecimo: decimotertio die declinat. Et ita plenam crisim subire solet hæc febris: hoc est quod innuit Hippocrates, vbi 1. Aph. 12. ait, Abscessus ratò fiunt his, qui rigent. nam abscessus est decubitus humorum in aliam partem. Sed quia ante statum vena secatur, & in statu maxima iurgunt symptomata; nisi hæc prædixeris, putabunt astantes tuâ culpâ & intempestiuâ venæ pertusione hæc euenire. Si labra aut nasus tuberculis occupentur, febrem finiunt. Si quinta periodo lenior febris fuerit, ac sudor profusior vel aluus, finietur breui febris. Si vrina primo die enæorema habuerit, non superabit tertium paroxysmum: si secunda die, non excurret vltra quintum. Si multa circumfluat bilis, crassaque si ea fuerit, ac prostratæ si fuerint vires, ac corpus densius, dabit longam tertianam. Æstate iudicatur faciliùs. Cibus parca manu præscribatur, sitque frigidus & humidus. Ptisana bene præscribitur vsque ad statum morbi, si non nata fuerit febris à nutritia bile: & si morbus non vltra septimum excursurus sit diem. Si enim à nutritia bile fuerit, plenius haberi æger debet, alioqui exuitur viribus. Quare si inde fuerit, vel si febris illa non sit terminanda ad septimum diem, simplici ptisana non eris contentus, sed vitellum oui illi addes: ne cogaris cibum offerre in vigore morbi, cùm minimè decet. Tenellulos nutries fructibus & oleribus. Gloriatur Trallianus quòd vsu fructuum coctorum plurimos curârit. Conceditur etiam panatella, cerebrum suillum & hœdi: hæc enim bilis acerrimam vim obtundunt. Lactuca, acidum lac, portulaca cocta cum aceto & pauco oleo, lapathum, atriplex, poma, cucurbita, pisces saxatiles, suum pedes, oua præbet Galenus. Eluescentibus pepasmi notis, dabimus vinum pauciferum, paruâ copiâ: dum verò mitigata est materia, liberaliùs id potetur. At ineunte morbo, cùm cruditatis cuncta plena sunt, à vino est abstinendum, nisi morbus à bile nutritia originem duxerit. Si abhorrent à ptisana, hoc potu vtantur. Accipe aquæ libram: cinnamomi semunciam: sacchari albi vncias tres: traiice hæc incocta per filtrum. vtantur pro potu. Sed si à vitellina aut prassina bile ortum fuerit malum, non dabitis vinum. Salsa, acria, dulciáque cuncta vitentur. Potus aliquid acoris gerat: id enim pituitescere facit bilem, ac vt potus peruadat corpus in causa est. Coctâ materiâ balneis vti licet. Cleophantus, inquit Celsus, multo ante accessionem caput ægri multa calida aqua perfundebat. Vt iam ad curationem veniamus; Est ne secanda vena? Notare debemus num hæc materia morbifica sit copiosa, vel non. Si copiosa illa fuerit, erit sanguinea, aut à sanguine aliena. Si plurima sanguini remixta fuerit, opus erit phlebotomia. Verùm vt feliciter ea in vsum ducatur, rectè perpendemus febris naturam & vim, causam eius, & symptomata. Febris hæc naturâ breuis est, ergo vires sanguinis abductionem facilè ferent. Sunt enim vires nulla à causa prostratæ grauiore: putredo enim alta illa & valida abest, nec fatigat praua aliqua phlegmone, nam intercalaris est: nec symptomata adsunt quæ vires proterant. Cùm ergo nulla causa adsit prosternens vires, licebit extrahere sanguinem in tertiana non exquisita: eius enim causa est bilis pallida mixta sanguini copioso. Propterea scribit Auicenna venam in tertiana secandam esse, si vrina fuerit crassa & rubra. Sed in tertiana exactè exquisita, non solues venam: quia materia eius bilio-

Diæta.

1. Ad Glauc. 9. Potus.

Curatio. Phlebotomia.

sa, longè recedit à natura sanguinis. Propterea Galenus, in tertiana non secat venam. Si tertiana nata fuit ex prassina quæ in ventriculo oritur bile, si venam recluseritis, calamitatem adferetis. Materia si sanguini remixta fuerit, ni secueritis venam, in continuam abibit. Si omninò abit à natura sanguinis, maximè refrigerandum erit hepar & ventriculus. Sed quo tempore est secanda vena? Dicit Auicenna ante quartum paroxysmum id agendum esse: nam tunc morbus est in statu. non tamen asserit postea id agendum non esse: sedilicò, antequam vires labantur, id agendum esse iubet. Quare author sum, vt, lenitâ iam aluo, post primam accessionem aperiatis venam. Clysteres sint minimè acres in exquisita tertiana, sed refrigerantes. Si fuerit bilis prassina vel vitellina in vitio, clysmata iniiciantur ex ptisana colata, cum ouo integro: adde vnciam sacchari, semunciam cassiæ, ac tres vncias olei violati, fiátque clyster sine sale. Si nauseabundus sit æger, vomat ab assumpta hordei repida aqua. Præparetur materia ad exclusionem; ea tamen cum cautione, vt cuilibet materiæ morbificæ sua dentur remedia. Bilis nutritia si causa fuerit huius febris, illa parari debebit cichoraceis sirupis, vel sirupo de succo acetosæ, aut rosarum recentium sirupo, vel capillorum veneris, cum iure pulli. Sed si non fuerit nutritia hæc bilis, cum decoctis exhibebuntur hi sirupi. Accipe decocti cichorei, violarum, endiuiæ, vel sonchi, acetosæ, libram: sirupi de succo acetosæ, vel de succo endiuiæ, aut rosarum recentium vncias tres: fiat apozema. sumat bis die cyathum. Si fuerit à bile portacea, magis erit refrigerandum & humectandum, vt sirupo violato, lactucæ, nymphææ. Sed ob vitellinæ bilis crassitiem iungemus sirupum acetosum simplicem. Dabimus ergo ex decocto acetosæ, lactucæ, florum nymphææ, vel violarum, & radicum pentaphylli, sirupum lactucæ, violatum, nymphææ, acetositatis simplicem. Cùm pepasmi signa elucent, purga; id ages vomitu, secessu, lotio, sudore, quò natura vergit. Ita leniatur aluus, Accipe florum nymphææ, violarum, boraginis, cuiusque pugillum: pruna x: tamarindorum vnciam: coque ex sero lactis: colaturæ adde electarij lenitiui, diacatholici, sirupi violati, cuiusque semunciam: misce: fiat haustus. Laudat in hac febre Galenus pharmaciam: & Hippocrates secundo libro de morbis inquit, Si tertiana tertium paroxysmum fecerit, pharmacum deorsum purgans dato: Pharmacis vtemur lenibus, frigidis, ac madenti vi præditis. quare à scammoniatis abstinebimus. Accipe rhabarbari sesquidrachmam: infunde decocto tamarindorum & acetosæ: colaturæ adde sirupi rosati laxatiui vncias tres: vel eius loco mannam: fiat haustus. Vel, accipe myrobalanorum Indicarum & chebularum, cuiusque drachmam: tamarindorum semunciam: florum cordialium pugillum: in talis decocti vnciis quatuor, infunde rhabarbari sesquidrachmam, spicæ grana duo, (si bilis non fuerit acerrima) & mannæ, sirupique rosati laxatiui cuiusque vnciam. Aut, accipe tamarindorum drachmas tres: & cassiæ fistulæ drachmas sex: rhabarbari drachmam: cum sacchari fiat bolus. Si acerrima bilis causa morbi fuerit, quia hæc ægrè temperatur, metúsque adest ne in dysenteriam abripiantur, muniantur intestina ante vsum pharmacorum clysmate, quod fiat ex iure pingui intestinorum vituli, sine sale, cum adipis vitulini vnciis tribus, & cum oleo amygdalino. Postridie adiicimus cremorem hordei, vt abstergeatur ea materia quæ alioqui arroderet. Vrinam etiam mouebimus, si vncias octo aquæ hordei propinauerimus, in quibus immaduere radices petroselini, adianthum & anethum, cum sescuncia emul-

Ad Glauc.

Quando secanda vena.

Clysteres.

Præparantia.

Purgantia.

Diuretica.

sionis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 70 sur 513

sionis seminum melonum. Balnei suauis vsus valdè confert, si quis ei assueuerit: nam plus commodi adfert quàm sudorifica. In fine tamen paroxysmorum præclarè sudor promouetur, ac vnâ sitis extinguitur decocto hordei & liquiritiæ, si calidè propinetur. Et post quartam accessionem, si signa pepasmi elucent, ex professo sudorem ciebimus. itaque aquæ graminis addemus sirupum byzantinum, vel endiuiæ compositum. Vel accipe decocti milij excorticati vncias quinque: vini albi tenuis vncias duas: sirupi Ambrosij vnciam. Hepati applicetur succus cichorei & endiuiæ, cum pauco aceto. Robur tandem partibus internis affletur conserua cichorei, nymphææ, endiuiæ, sonchi. Si languor habet ventriculum, addes scriptulum specierum diarrhodonis abbatis. Aurea alexandrina etiam præclarè hoc agit. Scribit doctissimus Gesnerus, gentianæ succo, febres (tertianas longas, & nothas, & huiusmodi) sanasse se iam bis aut ter, ilicò actutò. Illinunt quidam spinam hoc: Accipe olei amygdalini amari, succi rutæ, vini aromatici, theriacæ, cuiusque semunciam: coque ad dimidias: vnge spinam. Alij contundunt araneas cum telis suis, & miscent parum olei rosati, ad modum linimenti hæc ducuntur. Hoc ligant super pulsum brachiorum & crurum. Alij incoquunt araneas oleo rosato, & pulsuum loca illinunt. Quidam vrticam contundunt cum sale, horam ante paroxysmum pulsibus illigant. Bibat succum antithoræ, horam ante accessionem. Fiat emplastrum ex vrtica maiori, tritâ cum plurimo sale, imponatur, iam coctâ materiâ, carpi pulsui. Accipe raphanum, eúmque tere cum farina siliginis, in formam cataplasmatis. imponatur hypogastrio, donec dolorem sentiat æger. hæc fiant pepasmi notis elucescentibus. Datur etiam arnoglossæ succus ante paroxysmum. Quidam chelidonium, papauer vtrumque, vrticam & sal simul terunt cum melle, ac pulsibus imponunt ante paroxysmum. Succus pimpinellæ vel cichorei bibatur ante paroxysmum. Alij obseruârunt, succum apij, & etiam polygonati idem agere. Quidam thapsi barbati succum, in paroxysmo, naribus hauriunt. Nonnulli medium corticem nucis vino tenui & albo macerant tota nocte: vinum incunte paroxysmo bibunt, quô vomant, & corticem pulsibus alligant. Alij sex vel septem folia asari coquunt ex iusculo, eo decocto propinato, vomunt. In notha tertiana, vbi pituita remiscetur bili, hæc maximè locum habere puto. Vt etiam illud: accipiunt raphanum & eius semen, cum semine atriplicis, & radice ebuli, coquunt cum aceto & melle, ad dimidias: hoc bibitur duas horas ante paroxysmum: post horam euomat. Succi abrotani vnciæ tres bibantur horam ante paroxysmum: hoc agat ter. Accipe pedis columbini dicti geranij, quod satis sit; contunde cum albumine oui & modico aceri sambucini: pedibus id subde. Hoc modo curatur tertiana pura: qua etiam vtemur curatione in tertiana duplici, & triplici.

Corroborantia.

Empirica. 2. Epist. 11. fol. 63.

CAPVT XXII.

De Tertiana *notha intermittente.*

OMNIVM frequentissimè hominum vitas inuadit febris tertiana notha. Hanc malè videtur Agathinus hemitritæum vocasse. Est ex illis febribus hæc tertiana, quas Galenus libri secundi de differentiis febrium vndecimo, vocat valdè productas. namait has interdum ad quadraginta, & eo ampliùs produci horas. Vocat simpliciter extensam, quæ profertur ad horas vigintiquatuor. Paululum extensam appellat eam, quæ producitur ad triginta horas. Ampliùs extensam nominat, quæ durat ad triginta sex horas. Plurimum extensa, quæ vsque vel etiam vltra horas quadraginta excurrit. Vt enim materia eius fuerit frigidior, crassior, copiosior, eò erit impura magis tertiana. Triplex eius est materia: aut enim pituita bili permiscetur: aut bilis crassior assatione reddita, supra bilis naturam consistit: aut denique ichor bilis, qui infra naturam bilis consistit: nam quæ inter has duas consistit media, est materia tertianæ puræ. Græci non nouerunt aliam tertianam notham, quàm eam quæ est à perfusa bile & pituitâ. Arabes verò etiam eam quæ est à flaua bile per adustionem crassiore facta, quam vitellinam vocant; & hanc, quæ est à perfusione bilis cum pituita. Hanc vocant maioris notæ: illam, minoris notæ, hoc est, non tam communem. Bilis superare debet cæteros humores copiâ vel vi: & exactè permisceri hi debent, non tamen ita, vt inde resultet quoddam tertium: verùm ita, vt natura vtriusque humoris euidenter eluceat. Videtur etiam prouenire posse ex tenui bile remixta cum melancholia. Nascitur hæc morbifica materia ex hepate æstu incandescente, & ventriculo à frigore torpente. Vel ex vsu rerum nimium natura æstuantium, & frigore algentium. Iam ad signa. Rigor nascitur ex bile, at frigus ex pituita; hîc verò medium quid inter rigorem & frigus oritur, quod dicitur horror, qui inæqualiter totum occupat corpus. Vt à bile prolixiùs abscedit, ita alius humoris indolem magis magisque exprimit. Sæpè nullo certo ordine paroxysmorum sunt accessus: nam modò anteuertunt, modò cunctantur. Paroxysmus vltra quatuordecim horas excurrit, & interdum triginta horis durat. vix duodecimâ periodo finitur. sæpe mensem superat, interdum in sex menses excurrit. autumno vegetat. feréque in ventriculi aut lienis vitia abit. Non æquè est vehemens ardoribus vt tertiana: nec æquè sudores copiosos fundit. Caput valdè dolet à pituitosis vaporibus. Sitis lenior, & pulsus quietior quàm in tertiana pura. Senes & mulieres potiùs his febribus inuoluuntur quàm iuuenes. Vrina cæteraque excrementa nec bilem, nec pituitam exactè denunciant in vitio esse. Si coronârit vrinam circulus liuidus, & quasi viréscens, id denotat bilem præsinam & æruginosam in vitio esse. Si adsit tumor durus lienis, & si vrina nigricat, adsitque febris tertiana, sine dubio hæc erit ex bile & melancholia. Nam si bilis cum melancholia vitium faciunt, magis ad melancholiam signa eunt, quàm ad pituitam. Regio annique tempestas calida atque humida huic febri obnoxiæ sunt. Quæ fit à crassissima bile, qualis est vitellina, tres menses sæpè superat, & earum paroxysmus ad trigesimam horam excurrit. Hæc febris naturâ sua est curabilis, nam intermittit. Nunquam finem inuenit septem paroxysmis: imò rarò quatuordecim: nam sæpè vltra tertium excurrit mensem, cùm à vitellina est bile. Sic instituatur diæta, vt naturæ studeat, & vt cum morbo pugnet. Si paroxysmus excurrat in trigesimam vsque horam, anteuertat cibus futuram accessionem horis sex. Misce hîc calida frigidis alimentis. Sed calida primò minori copia, dein maiori misce frigidis. Galenus miscet cum prisana piper: nam non æquè humido ac frigido hîc victu opus est, vt in tertiana pura. da ius pulli coctum cum ciceribus. Quo longiùs absunt à statu, eò liberaliùs habeantur. Potus sit aqua hordeicum anisо vel cinnamomo, saccharo, & pauca mastice. Galenus mulsam præbet cum hyssopo & origano: nos tenuem cerusiam. Vinum ante pepasmi signa nunquam detur. Somnum captet: nam nihil æquè crudos succos domat ac somnus & quies. In horrore, tepentes lapi-

Causæ.

Signa.

Prognosis.

Cibus.

1. Ad Glauc.

Potus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 71 sur 513

Clyſteres. des pedibus admoueantur. Aluus clyſmis eluatur, ſintque vi mediocres: nam pituita hîc etiam in vitio eſt. Accipe ſeri lactis vel aquæ hordei libram: mellis roſati vncias tres: diaphœnici ſemunciam: olei violati vncias duas: ſalis ſcriptulum: miſſce. Interdum furfures adiicimus decocto, vel centaurium minus, flores chamæmeli & emollientes herbas: addimus etiam hieram picram. Sed ſi febris hæc fuerit à vitellina bile, ab omnibus rebus acribus abſtinendum erit; & potiùs vtemur prunis, ficubus, violis, althæa, malua, caſſia, oleo violato, ſaccharo. Molli medicina effluat aluus die quietiore. Secan-

Lenientia. da his eſt vena, ſed priùs ſubducta benè aluo. Hoc fiet ſpeciebus hieræ ſimplicis cum agarico. Sed quia corpus vehementer calet, non niſi dilutas aliorum vi dabitis has, hoc modo: Accipe caſſiæ vnciam, ſpecierum hieræ ſimplicis drachmam: cum ſaccharo fiat bolus. Vel accipe loco caſſiæ diacatholicum, cui remiſce drachmas duas, vel ſeſquidrachmam hieræ. Si potum malit, Accipe ſirupi roſati vel mellis roſati laxatiui, mannæ, cuiuſque ſeſcunciam: decocti cichorei quod ſatis ſit, vt fiat potio exigua. Si pilulas exegerit, Accipe ſpecierum hieræ drachmam, cum melle roſato fiant pilulæ, quæ deaurentur: deinde accipe ſirupi roſati laxatiui vncias tres: quæ diluantur decocto cichorei, & mox à ſumptis pilulis ſuperbibat hoc. Si fuerit à vitellina bile, accipies caſſiæ ſemunciam; mannæ vnciam: ſirupi violati ſeſcunciam: cum decocto endiuiæ & bugloſſæ fiat potio. Non ſemel exhibuiſſe hîc ſufficit lenientia. ſed ſæpè vſus illorum eſt ineundus; nec purgandum initio, dum pepaſmi ſigna non appârent. nec ilicò dare licet ſirupos coquentes, ne per venas ſe pandat materia morbifica. Et facilè per has febres cruditates in ventriculo generantur. Vomat à

Vomitus. cibo, vel ineunte paroxyſmo: nam ita vberiùs pituita effunditur. accipe iuris pulli vncias decem: oxymelitis vncias duas: ſucci raphani vnciam: ſumat à ci-

Phlebotomia. bo, vel in paroxyſmi initio. De phlebotomia cogitandum eſt in initio præparationis, nimirum poſt tertium paroxyſmum. Materia huius morbi quia eſt contumax, ſenſim erit paranda, & paulatim purganda: pedetentim ad maiora eundo. Vtemur oxymelite ſimplici, ex decocto cichorei & betonicæ. Quòd

Præparantia. ſi peſtiferæ graſſentur febres, vtemur ſirupo de acredine citreorum, & de ſucco acetoſæ. Si miſcetur humor melancholicus, addemus boraginem, fumariam, lupulum: & vtemur ſirupo de fumo terræ, & adianthi. Prodeſt cum cichoraceis decoctum agrimoniæ, radicumque quinquefolij. In principio non liberali manu eſt vtendum decocto: nolumus enim, dum cruditate circumfluit aluus, vt cruditas illa feratur per corpus. Accipe ſirupi de betonica, & de ſucco cichorei, oxymelitis ſimplicis, cuiuſque ſemunciam: decocti cichorei, agrimoniæ, quinquefolij vncias duas cum ſemiſſe. Ita initio proxima ſolùm alteramus. Dein ad remotiora veniemus, hac ſerie: melle roſato, ſirupo de endiuia, de duabus radicibus, de quinque radicibus, ſirupo adianthi, ſirupo de endiuia compoſito, oxymelite compoſito, ſirupo byzantino. Accipe ſirupi byzantini, ſirupi de hyſſopó, cuiuſque drachmas ſex: ſirupi acetoſi ſimplicis ſemunciam: decocti petroſelini, fœniculi, ſtœchados, endiuiæ, vncias quatuor. In morbi principio damus ea, quæ pituitam domare poſſunt: progreſſo autem morbo ea, quæ bilem. Antequam propines vltimos hos ſirupos, propina aliquid trochiſcorum, ne in hydropem trahatur, aut in lienis tumorem. Trochiſci de abſinthio ſunt efficaces: de eupatorio, de capparibus, de roſis ſine ſcammonio. Propinantur à ſcriptulo ad drachmam. Accipe trochiſcorum de abſinthio ſemidrachmam: cum ſirupo cichorei vel cum melle roſarum fiant pilulæ tres: & ilicò ab aſſumptis pilulis, hauriat apozema: ita traiicient ſe ad remotas partes. Primò ſemper vtemur tenuantibus, abſtergentibus, & aperientibus modeſtè. In vitellina bile ſint magis tenuantia remedia. Ex ſymptomatis remiſſis, noſcemus iam paratos eſſe ſuccos morbificos. Admonet Auicenna, rarò & tardè purgandum eſſe: importuna enim purgatio tenues ſolùm partes ſuccorum abducit. Cùm pe- Purgantia. paſmi ſigna appârent, purgabimus. ſed à ſcammonio ratio & & colocynthide abſtinebimus, quia ventriculus ho- purgatio. rum languet. Mediocribus vtemur; tale eſt rhabarbarum ad bilem, & agaricum ad pituitam. Sed non eâdem copiâ hæc in vſum ducenda: ſed vt copioſius bilis vel pituita circumfluunt, ita modò hoc, modò illud primas partes gerat. Hi humores purgentur ſimul: nam alter alterum refrenat: alioqui exiliet in offenſam alter. Accipe rhabarbari ſeſquidrachmam: ſchœnanthi ſemiſcriptulum: agarici drachmam: decocti fructuum & florum cordialium quod ſatis ſit; fiat immaceratio: colaturæ adde ſirupi roſati laxatiui vncias duas: mellis roſati vnciam: miſce. In repetita purgatione auge vim agarici: (nam biliоſus humor faciliùs euehitur) accipe agarici ſeſquidrachmam: rhabarbari ſcriptulos duos: catholici drachmas quinque: cum ſaccharo fiat bolus. iungimus nonnunquam his ſpecies hieræ: & mel roſatum. Vel, accipe myrobalanorum citrinarum & Indarum ſingulas drachmas: frica has oleo: paſſularum corinthi ſemunciam: florum cordialium pugillum: fiat decoctio ex aqua cichorei. accipe huius decocti vncias quinque: agarici, rhabarbari, ſingulorum ſcriptulos binos: ſpicæ grana duo: zinziberis grana quinque: vini ſemunciam: infunde per noctem: colaturæ adde ſirupi roſati ſolutiui vncias duas: bibat id manè. Tandem Validior fortioribus inſtitue materiæ præparationem, & vali- præparatio diùs purga. Præſcribe ergo ſirupum acetoſum com- & purgapoſitum, byzantinum, ſirupum de cichoreo Nicolai, tio. ſirupum de eupatorio: vt, accipe eupatorij, polij, radicum apij, fœniculi, cicerum rubrorum, cuiuſque pugillum: horum fiat decoctio; cui adde ſirupum de cichoreo compoſitum, & de quinque radicibus, vel byzantinum. Deinde purgetur electario roſato, confectione Hamech, diaphœnico, ex infuſo agarici & rhabarbari. Vel electario Indo vtemur, & pilulis aggregatiuis. Si purganda ſit vitellina bilis, propinabimus decoctum commune cum polypodio & ſena, illi indemus catholicum cum ſyrupo violato. Si malit pilulas, accipiat ex maſſa aggregatiuarum ſcriptulos duos, & ſuperbibat decoctum cicerum ex iuſculo pulli cum ſirupo roſato. Si ſuſpicio adſit melancholiæ, coque in iuſculo pulli paſſulas corinthiacas, & cordi dicatos flores; cui decocto infunde rhabarbari drachmam, & foliorum ſenæ drachmas tres, aniſi ſcriptulum: ex preſſioni adde mannæ, & ſirupi roſati laxatiui, cuiuſque ſeſcunciam. Prorepente morbo, Producto præſcribantur apozemata: Accipe quinque radicum in morbo. aperitiuarum vino maceratarum, cuiuſque ſemunciam: capillorum veneris, pimpinellæ, eupatorij, endiuiæ, cuiuſque ſemimanipulum: quatuor ſeminum frigidorum maiorum drachmas ſex: cicerum rubrorum ſemimanipulum: paſſularum ſemunciam: polypodij vnciam: foliorum ſenæ, agarici, ſeminis cnici, cuiuſque ſemunciam: coque ex aqua, ad libram: colaturæ infunde rhabarbari drachmas duas: cinnamomi drach- Vrinalia. mâide colatura vtatur manè cyatho. Vrinalia remedia etiam hîc locũ habent; quibus quo diutiùs vtimur, eò plura adiiciemus quæ pituitam fundũt. Primò vtemur emulſo ſeminũ melonũ ex aqua hordei, ad vncias octo. deinde hoc vtemur ex decocto adianthi & aniſorũ: poſtremò adiiciemus radices aſparagi & petroſelini. A febre vt æger tutò ad ſanitatẽ properet, vtatur his pilulis:

Accipe

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 72 sur 513

Corroboratia intus. Accipe pilularum alephanginarum drachmas duas: ſpecierum hieræ ſcriptulos duos: agarici trochiſcati ſemidrachmam: rhabarbari, tamarindorum, ſingulorum ſcriptulos duos: cum ſirupo roſato laxatiuo fiat maſſa. Ex vna drachma huius maſſæ fingantur pilulæ quindecim: ſumat tres ex illis, alternis diebus, horam ante cœnam. Corroborantia non ſint nimis feruida: nam hepar his æſtuat. Accipe ſpecierum diarrhodonis abbatis, & trium ſantalorum, cuiuſque ſcriptulum: conſeruæ cichorei vnciam: miſce pro duabus vicibus. interdum iungimus conſeruam betonicæ. In primis cichorei copia vincat: pedetentim ſurgat betonicæ moles: imò tandem veniatur ad diatrionpiperion. Miſcemus etiam trochiſcos abſinthij vel eupatorij; aut rhabarbari trochiſcos cum conſerua roſarum: & aſpergimus aromatico roſato. Ventriculus imbecillis plurimum pituitæ gignit; hunc robora: da cortices citreorum cum conſerua roſarum, aut radicum bugloſſi, vel conſerua roriſmarini: & parum vini ſuperbibat, maximè ſi melancholia ſe iunxerit. Foris vngatur regio hepatis frigidis: at ventriculi, calidis. Accipe oleum maſticinum, abſinthinum, caryophyllorum, macis; iunge mentham, corallum, roſas, vel ſpecies aromatici roſati, adde quid ceræ. Accipe emplaſtri de maſtice, & emplaſti pro ſtomacho, ſingulorum vnciam: galangæ drachmas tres: coralli rubri drachmas duas: fingatur emplaſtrum, cum oleo cydoniorum, ad ſcuti formam. ſed tempore paſtus exuatur. Si caput dolet, vngatur vnguento alabaſtrino. Vſus hîc etiam quædam notauit. Præbent pulueris chamædryos drachmam, ex iure pulli. Vel decoctum eius bibat cum ſaccharo pluribus diebus. hoc cottidianis etiam prodeſt. Geſnerus deſcribit aquam elleboratam. Succus gentianæ etiam commendatur. Galenus laudat oxymel omni tempore & ætate. hoc ſanè nullum videtur medicamentum antiquius: fuit eius vſus ante Hippocratis tempora.

Foris. Stomacho.

Empirica.

1. Epiſt. 69. fol.

CAPVT XXIII.

De Cottidiana Febre *intermittente, Amphiemerina Græcis dicta, quòd particeps ſit amborum; nimirum diei & noctis.*

Hæc febris omnium rariſſimè occurrit: nam plerumque tertianæ duplices, quæ cottidie affligere videntur, inuadere ſolebant. Etenim non facilè ad id incendium exardeſcit pituita, vt febris incendium plenè adferat. A duplici tertiana facilè diſtinguitur, ſi vtriuſque ideam, ſpeciem, ſymptomata, & cauſas longè pugnantiſſimas rectè diſcriminauerimus. Oritur Cottidiana febris hæc, ex pituita inſipida, quæ media eſt inter tenuem & craſſam. interdum tamen craſſa eſt admodum; & propterea hærens in meatibus tardè mouetur paroxyſmi tempore. Nam quæ febris naſcitur ex pituita ſalſa, non longè abeſt à tertiana notha. Cauſa itaque materialis huius febris eſt pituita ea quæ nunc incanduit ab æſtu. fomes verò eius pituitæ hæc, quæ toto corpore eſt diſperſa, vel quæ in primis ſtabulatur corporis venis. Inſidiatur comedonibus, hominibus pituitâ circumfluis, otioſomnóque deditis: frequentior regionibus madidis ac algentibus. Æſtate rarò moleſta eſt: nam ſi fiat, à maxima & immodica pituitæ vbertate orietur. Eſt hæc Cottidiana febris, vel exquiſita, vel non verè exquiſita, vt ſcilicet pituita illa mera vel non æquè ſincera fuerit; vtque tenuior illa vel craſſior. Nam quò illa tenuior fuerit, eò futurus breuior paroxyſmus: quò craſſior, eò longior. Huic febri obnoxij ſunt pueri voraces, ſenes, mulieres pingues: aſſerit enim Galenus, ſe nunquam vidiſſe iuuenem biliоſum, ætate florentem, cottidianâ tentatum. In paroxyſmo frigus ſine rigore percipitur, quamuis interdum leui horrore concutiatur. Sæpe tamen in paroxyſmo tam vehementer mouetur pituita, vt eius frigore, dum hæc in hepar & ſtomachum ſe effundit, anima deficiat: nam languet in his os ventris. Præterea parum nutricatus accedit ægris; languet enim appetitus. Et ineunte paroxyſmo, inexpugnabilis adeſt dormiendi neceſſitas, quòd vaporibus cerebrum incurratur. Modò calor, modò frigus percipitur in augmento: tandémque expirat halituoſus & quaſi ex lignis viridibus fumus, nec acris calor corpus occupat. Nec in ſtatu paroxyſmi admodum frigida expetunt. Sudor nullus ineunte morbo, ſed in ſtatu totius morbi, & in declinatione ille manat. Acceſſio plerumque in veſperam incidit: difficulter accenditur, longúmque obtinet incrementum. muccago inſipida eſt in ore. Vrina initio eſt tenuis, alba: deinde turbida, rubra. & cùm cocta eſt materia, copioſiùs fluit vrina, frigus minuitur, calor augetur. Diu querela fuit de ventriculo: ſi quæ vomit, pituitoſa ſunt. Protrahitur acceſſio in octodecim horas. & ſemper ſeruat in calore & pulſu, putridi humoris indicium. Nam hic humor non integrè purgatur per inclinationes paroxyſmorum, & plurimum relinquitur quod ſuccendatur. Totus hic morbus ſuam abſoluit hiſtoriam ſexaginta quatuor dierum ſpatio. Sed ſi viſcoſa admodum fuerit materia, in ſextum menſem vſque aliquando proferri obſeruatum fuit. Principium eius durat dies octodecim: ſtatus huius eſt breuis: declinatio longa: augmentum omnium longiſſimum. Tutior eſt quæ in paroxyſmo pituitæ vomitum mouet vltrò: eóque declinante, ſudorem profundit plurimum: alioqui tædij & periculorum erit plena. ſapos in ore indicat quænam pituitæ ſit qualitas; ſalſa, acida, & num inſipida. Acida in quartanam prompta eſt. Per hanc febrem rarò fit criſis, ob materiæ craſſitiem & frigus: ſed ſenſim plerumque ſoluitur morbus. Vt ad curationem veniamus, ex natura morbificæ materiæ deprehendemus eam incidendam atque attenuendam eſſe: ducta verò indicatio à natura morbi, refrigerandum eſſe iubet. Quare prima indicatio cauſæ debetur. Cibus conuenit incidens, attenuans, abſtergens. Ineunte morbo octo diebus fruatur tenui diæta, ex iure pulli cum pauco pane. Potus ſit cereuiſia. Poſtea pleniùs habeatur, vtatúrque iuſculo pulli in quo ciceres coxere; & ouis. Vinum ſi alicubi concedendum, hîc locum habet in declinatione. Galenus præbet piſanam cum pipere. Fugiat madentes naturâ carnes. Somnum vitet ineunte paroxyſmo: alioqui ille confert. Loco inediæ triduanæ Celſi, vtemur clyſmis abſtergentibus, ex furfure, beta, mercuriali, chamæmelo, meliloto, adiectis hieræ drachmis ſex. Per os ſumat mel mercurialatum: & paſſulas ex decocto carthami turgentes. Vel ſumat ficus quattuor vel quinque, quibus inde ſeminis carthami ſeſquidrachmam. Poterit etiam vti hiera ſimplici. Abſtineat à caſſia, tamarindis, & prunis. Vena rarò hîc ſecanda; niſi tamen materia hæc morbifica fuerit cum ſanguine mixta: hoc eſt, cùm vrina craſſitie quadam tubeſcit. Id tunc fiat, cùm minùs premitur à febre æger. Et tamen exigua copia ſanguinis educatur. Præparantia huic ordinem habeant; primùm exhibebimus mel roſatum, cum decocto capillorum veneris & bugloſſi: & ſeptimo dein die euacua. Secundò vtemur oxymelite, & ſirupo de duabus radicibus, cum decocto fœniculi, endiuiæ, bugloſſi: & à tertio die vacua. Tertiò cùm aliquot dies quieuit, vtemur ſirupo byzantino, de eupatorio, & de quinque radicibus: cum decocto adianthi, aſparagi, fœniculi, chamædryos. Geſnerus commendat

Vt diſtinguatur, à duplici tertiana. Cauſæ.

Differentiæ.

Signa.

Gal. 2. De dif. feb.

2. De dif. feb. 4.

Prognoſis.

Curationis ſcopi.

Diæta.

Gal. 41. De ſanit. 4.

Lenientia.

Phlebotomia.

4. De ſan. 4.

Præparantia.

1. Epiſt. fol. 5.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 73 sur 513

commendat acetum deſtillatum cum elleboro: nam dicit, aperit tantùm, nec vomitum prouocat, vt latiùs ſcribemus ex illo, vbi De quartana. Probatur ad huius febris curationem vomitus, ſed non ante ſeptimum aut octauum diem: nam ante hos dies materia valdè cruda eſt, quæ non ſine maximo labore euomi poterit. Sed ſignis pepaſmi apparentibus, & ſi ex facili vomit æger, & ſi nauſea acceſſerit, prouocetur ante paroxyſmum, vel in paroxyſmi augmento. Non autem ineunte paroxyſmo, nam tunc frigore percellitur æger. Prouocabitur decocto ſeminis anethi, atriplicis, raphani, adiectis ſeptem vel octo foliis azari: adde oxymel ſcilliticum. Comedat primùm raphanum cum piſcibus ſalitis. Galenus confertim purgat: Trallianus ſenſim. Sed Galenus agit de febre cottidiana pura, & ſimpliciſſima, quæ fit à media pituita inter tenuem & craſſam, quæ vt facilè in pepaſmum flectitur, ita facilè etiam educitur. Accipe mellis roſati, ſirupi acetoſi ſimplicis, ſingulorum vnciam: decocti cicerum, glycyrrhizæ, apij & ceterachij, vncias quattuor. Hoc aperit, incidit, attenuat, calfacit; nam his opus eſt ad talem pituitam. Deinde vnica vice expurgetur: Accipe agarici recenter trochiſcati ſcriptulos quattuor: turbethi ſcriptulos duos: cinnamomi ſcriptulum vnum: fiat infuſio in aqua menthæ: expreſſioni adde ſirupi roſati laxatiui ſeſcunciam. Si bolum malit, Accipe catholici drachmas ſex: agarici recenter trochiſcati ſemidrachmam; zinziberis grana ſex: electarij de ſucco roſarum ſeſquidrachmam: miſce. At in aliis pituitæ ſpeciebus, lentè agendum. accipe oxymelitis ſimplicis, mellis roſati, cuiuſque vnciam: decocti petroſelini, cichorei, & hyſſopi vncias quattuor. In augmento febris, vtemur validioribus. accipe ſirupi de mentha, ſirupi de duabus radicibus, ſingulorum vnciam: decocti fœniculi & aſparagi, capillorúmque veneris, vncias quattuor: miſce. Dein validiùs purga. accipe myrobalanorum corticum ſemunciam: paſſularum vnciam: fiat decoctio ex aqua & vino: huius vnciis tribus infunde agarici drachmam: fiat infuſio horas duodecim: colaturæ adde ſirupi roſati ſolutiui vnciam: electarij roſati drachmas duas: miſce. ſumat vbi febris abiit. Trochiſci de violis hîc etiam locum habent, ſi miſceantur cum agarico. & etiam diacarthamum: modò quid rhabarbari acceperit. Cùm verò ad *angulos* febris, hoc eſt, ad vigorem ventum eſt, efficaciùs præparandi & educendi erunt humores. Remiſce cum decocto radicum aperitiuarum, artemiſiæ, & capparorum, ſirupum byzantinum & de quinque radicibus: Deinde purgetur pilulis ante lucem dictis, vel diaphœnico. Præclarè etiam ita paratur, Accipe oxymelitis Geſneri minoris, ſemunciam: & maioris, drachmas duas: ſirupi de eupatorio vncias tres: aquæ fœniculi, abſinthij, cichorei, cuiuſque vncias duas cum ſemiſſe: miſce: fiat potus, pro tribus vicibus. Deinde accipe ſucci gentianæ copiam iuglandis. Quia verò illi ſirupi valdè attenuant craſſam pituitam, hydropis metum adferent, in diuturno eorum vſu; quapropter ex re fuerit aliquid trochiſcorum abſinthij, vel de capparibus, vel de roſis vnà ſumere. ex ſcriptulis duobus fiant pilulæ quattuor cum melle, & ſuperbibat ilicò iolabium. Poſtremò, ob tædium remediorum, præſcribatur tale apozema: Accipe quinque radicum aperitiuarum, in aceto macerararum, cuiuſque ſemunciam: capillorum veneris, caſſutæ, pimpinellæ, ſingulorum manipulum: pentaphylli, filipendulæ, abſinthij, omnium ſemimanipulum: bugloſſæ cum radice manipulum: paſſularum vnciam: ſeminis apij, aniſi, fœniculi, ſingulorum drachmas duas: quattuor ſeminum frigidorum maiorum, cuiuſque ſemidrachmam: cicerum rubrorum ſemimanipulum: florum cordialium, cuiuſque pugillum: medullæ cnici, agarici trochiſcati, ſingulorum ſemunciam: turbethi drachmas tres: xinziberis drachmam: polypodij recentis vnciam: foliorum ſenæ ſemunciam: coque ad libras duas, cum ſaccharo & melle: aromatiſetur cinnamomi drachmis tribus. Vtatur cyatho, in aurora. Si quæ ſuperſit oppilatio declinante iam febre, ea abigatur attenuatis ſuccis craſſioribus. Vinum abſinthite tunc vtile; nam vnà roborat ventriculum. chamædrys vtiliſſimè hîc etiam præſcribitur. & ea in vſum vocentur, quæ commendantur à Galeno libro de attenuante victus ratione. Frictiones corporis & balnea etiam locum habent declinante vi febrili. Si metus futuri hydropis adſit, remiſcebimus apozemati flores geniſtæ, & ſambuci, radices aſari, cinnamomi ſemunciam: cnici vnciam: myrobalanorum chebularum & emblicarum, cuiuſque ſemunciam: rhabarbari drachmas tres: ſpicæ nardi & ſchœnanthi, cuiuſque ſemidrachmam. Viſceribus tandem robur affletur: ni enim hoc fiat, in atrociſſimos præcipitantur tandem morbos. Laudatum his remedium eſt aurea Alexandrina ex ſtœchadis iuſculo. & diatrion piperion, diacalamintha, diaſpoliticum, aromaticum roſatum, theriaca, mithridatium cum conſerua adianthi vel roſarum, diarrhodon abbatis. Sumat opobalſamum à ſemidrachmæ ad drachmæ pondus: hoc enim liberat viſcera ab obſtructione; &, calidum natiuum fouendo, cruda coquit & digerit, nam omnibus frigidis cauſis confert. Foris admoue oleum abſinthij, nardinum, maſticinum, malorum coroneorum: iunge corallum rubrum, galangam, caryophyllos, mentham ſiccam, roſas rubras, cum cera fiat linimentum. Emplaſtrum de maſtice, emplaſtrum pro ſtomacho: horum duabus vnciis adde coralli rubri & galangæ drachmam: & cum oleo nardino frat ſcutum. quod, dum cibum capit, amoue. Vel fabricetur ſacculus ex mentha, roſis, abſinthio, roremarino, caryophyllis, coriando, mace. Tandem à febre, ne illa recrudeſcat, Accipe pilularum alephanginatum drachmas tres: maſticis ſemiſcriptulum: cum melle roſato fiat maſſa. ex drachma fiant pilulæ ſex. vtatur tribus, horam ante cœnam. Hoc agat bis aut ter in hebdomade. Empirica varia huic remedia ſunt febri, & quædam non abſque ſuperſtitione vana; quæ ita deridet Q. Serenus,

Nam febrem vario depelli carmine poſſe,
Vana ſuperſtitio credit, tremulæque parentes.

Cottidie ante paroxyſmum per horam ſumat ſemidrachmam theriacæ.

Purgantia. Vomitus. Quomodo purgandũ. Vrinalia. Roboran-tia. Foris. Empirica.

CAPVT XXIV.

De Epiala *febre, & Lipyria.*

Epiala febris dicitur ab ἔπειν, quod mite. vel blandum Græcis ſignificat. In hac etenim febre, maxima inæqualitas ſentitur totius corporis: nam ſtrictum quoddam frigus, & blandum calorem percipiunt. nam ſimul febricitant & rigent. Quare, vt ſophiſmata cedant, hoc ita accipe, verè vel apparenter eodem loco calorem & frigus percipi. Non enim in minima quaque parte verè ſimul eſt frigus & calor. Sed iuxtà poſitæ partes aliæ frigidis, aliæ calidis occupantur affectibus. Ariſtoteles & Auicenna diuerſo modo depingunt epialam: nam illud nomen epialæ, erat multis febrium generibus commune. Quare Arabum epialaeſt valdè diuerſa à Græcorum epiala. Nam Græci volunt vna eadémque parte, & eodem tempore frigus & calorem percipi.

2. De diſ. ſeb. 6.

Gal. de inæq. intemp. 11.

Arabes

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 74 sur 513

Harum sententiam videtur refutare Fernel. De sch. cap. 12. in fin. fol. 110. lin. 24.

Arabes verò in epiala dicunt frigus occultari, & calorem tenuem emicare: fieriq́ue eam ex pituita vitrea, quæ friget in profundis partibus; hoc est, stomacho, intestinis, mezenterij venis, & musculis internis. In quibus dum mouetur pituita, sensum frigoris præbet. & quia pars computruit, hinc vapores, corporis extrema calfaciunt. Dum enim nõ mouetur hæc pituita, eius frigus non ita sentitur. Causa eius est vitrea pituita leniter putrescens: cuius altera pars iam computruit; altera non. Hic succus omnium est frigidissimus. Nascitur à tali victus ratione, quæ prompta est in algidissimam pituitam à fracto calore natiuo. Si hæc tota in putredinem abiret, inde cottidiana gigneretur. Febrilis sensus est à vaporibus calidis, qui demittuntur in corpus. Plerumque ita fit, vt vitreus humor cottidianam accessionem adferat si accendatur: si verò non accendatur, fit rigor absque febre, cuiusmodi sentiunt mulieres in otio viuentes, & horæis fructibus indulgentes. Sed cùm incipit putrescere, mouetur: & quod in centro corporis succorum erat, vnà ad peripheriam rapitur. Hi initio oscitant; pulsus adest minimus, tardus, & rarus, respectu aliarum febrium. Referri potest ad cottidianas, nam harum typo fertur. Vrinæ sunt crudæ & aquosæ. Cottidie ferè inuadit. Paroxysmus à quatuor horis, ad vigesimam quartam extendi potest: sed ferè est breuior. Aliquando tertio vel quarto die commouetur. id vt rectè noscas, intuearis antecedentem vitæ conditionem, in victu, aëre, ætate: adde corporis habitum & temperiem. Galenus distinguit lipyriam ab epiala, quòd hæc paruis portionibus fundat materiam per integrum corpus: illa, quòd solùm partes quasdam maiores occupat, vt externas, & internas. Curatur eodem modo vt cottidiana: sed magis calfaciendum, attenuandum, & incidendum. Sed initio leniter id agendum oxymelite, ex decocto betonicæ & radicum fœniculi, cum cinnamomo. Deinde vtemur sirupo ex duabus radicibus. tandem veniemus ad oxymel compositum. Vel propinabimus hydromel tinctum vi artemisiæ, origani, satureiæ, calaminthæ, serpilli, catui. Sed interim firma viscera cortice citrij mali condito, speciebus aromatici rosati, vel diamosci, cum conserua adianthi, remisce cum sirupo corticum citreorum. Illinatur ventriculi regio oleo macis & caryophyllorum cum mastice. Purgetur hierâ cum trochiscis alhandel: agarico. Vel annosus gallus coquatur adiecto carthamo, polypodio, aniso, anetho, fœniculo: ius cottidie sorbeat. Vitrea hæc pituita nonnunquam protruditur ad intestina, ac colicum dolorem præbet: cui ita medebimur: Accipe foliorum brassicæ rubræ, parietariæ, mercurialis, maluæ, florum chamæmeli, meliloti, origani, singulorum manipulum: seminis cnici drachmas sex: foliorum sennæ semunciam: centaurei minoris manipulum: seminis anethi & fœniculi, cuiusque drachmas tres: ficus tres: coque ex aqua ad tertias. Huius decocti libræ adde electarij lenitiui vnciam: mellis anthosati sescunciam: vel benedictæ semunciam: hieræ picræ simplicis drachmas sex: olei chamæmeli vncias tres: salis communis drachmam: fiat clysma. Deinde foue ventrem dolentem decocto althææ, chamæmeli, meliloti, seminis lini, & fœnigræci. A fotu vnge oleo anethino. Et deinde hoc enema iniiciatur. Accipe olei anethini libram: iniiciatur. Robora, diacalamintha, diagalanga.

De Inæq. intemp. 11.

Signa.

Curatio.

Colicus dolor.

Lipyrias febris alia describitur Græcis, alia Arabibus. Græcis potiùs ex bile nasci videtur: Arabibus ex viscida pituita. In hac febre interna vruntur, & simul externa frigent. Galeno est febris continua hæc, & fatetur esse febrem ardentem, natam cum viscerum phlegmone, quæ in se rapit sanguinem & calorem instar cucurbitulæ: proptereáque corporis extrema frigent, ita vt marmore sint frigidiora, non fugaci frigore. Extremorum nomine pedes & manus intellige, vel etiam extimam peripheriæ corporis cutem. siquidem verumque aliquando accidit per febres lipyrias. Hoc immanem visceris phlegmonem denotat. Lipyriam febrem existimamus primariam febrem esse, licet iungatur illi inflammatio visceris: non enim ex phlegmone, sed ex succorum putredine dependet. Non tamen nego, lipyriam, vt & alias quasdam febres, qualis est typhodes, epiala, heleodes, à phlegmone prodire posse. Sed ex vnius certæque alicuius partis inflammatione, vt pleuritis, phrenitis, & similes, pendere has, cum Galeno negamus. Quare lipyria quidem omnis cum phlegmone internæ partis prodit, & cum phlegmone consistit, non tamen symptomatica est: quia à phlegmone non pendet, verùm ex succorum putredine. Aëtius ab erysipelate circum ventrem consistente, febrem lipyriam accendi prodidit vt ab eo quod hepar occupat πρόσθεν, & ab eo quod in pulmonibus, κατόπιν. Hæc Galeni Lipyria diuersi generis est à pestifera & maligna, in qua quamuis extrema frigere soleant, non tamen est necesse interna incendio conflagrare: quòd pestilentiæ & malignitatis essentia non sita in feruore, sed in putredinis contrarietate malignæ. De hac Lipyria scripsit Hippocrates; In febribus intermissionis expertibus, si extimæ partes frigidæ sint, interiores verò incendio conflagrent, & sitiant, lethale est. Ex Arabum verò sententia; Lipyrias febris inceditur ex pituita vitrea quæ putrescit in profundo. Nec inde, ob crassitiem, surgunt vapores ad partes externas. Cùm itaque, ex eorum sententia, pituita putrescat intùs, vrit interna: &, quia non resoluitur, non calore afficit externas partes, quòd eò vapores non surrigat. Sed spiritus feruntur ad locum læsum; hinc externæ partes fraudantur calore. Accedit & hoc, quòd, inquit, cruda pituita vitrea per habitum corporis spargitur, vnde friget ille. Affirmat etiam Auicenna, hanc incendi etiam ex bile crassa: & hanc tabidam vocat: cùm ob crassitiem peripheriam non ferit eius calor. Vel, inquit Auicenna, pituita partim putrescit in internis corporis partibus, & vapidæ quædam putridæque exhalationes ad peripheriam corporis truduntur: vnde primò incursu incalescere videntur extimæ partes; sed cùm à succis ibi stabulantibus inalgescant, huiusmodi exhalationes algiosæ euadunt. Lipyria à bile, est periculosa. Commendat Auicenna sirupum acetosum ex melle: qui ferè idem est quod oxymel. In bilioſa hac febre laudat Auicenna omphacium, nam firmat ventriculi os. Propterea rob agreste coquit cum melle, vel cum sirupo rosato. Deinde veniendum ad semina aperientia & attenuantia. Stomachi hîc semper cura sit. Quæ est à bile crassa, curatur vt Tertiana notha. Purgamus hiera, pilulis de aloë. Robur addimus trochiscis de rosis, cum mastice. Quæ est à pituita, curatur vt epiala & cottidiana. Clysmis eluatur aluus, ex decocto thymi, centaurei minoris, anethi, meliloti, brassicæ, seminis fœniculi, & carthami: adde mel despumatum id incidit, attenuat, vim sopitam expultricis excitat. Si nauseat, vomat ex decocto anethi, raphani, calaminthæ. Purgetur myrobalanis & turbith. Tandem robora, trochiscis de eupatorio. Auicenna epialam & lipyriam simul curat. Græcorum verò lipyriæ conuenit phlebotomia. Comedat pepones, lactucam. Frigida illi negetur ante pepasmi signa. In vigore accipe succi semperuiui, plantaginis, portulacæ, quarum acerbarum æquales partes, cum farina hordei fiat liquidissimum cataplasma, ac duplici linteo præcordiis impone, dum calescat; hæc repete, dum extincta siti, æger se

3. Progn. 4. & 4. Aph. 48. & 3. Simplic. 3. 7. Aph. 42.

4. Aph. 48.

Differt à pestifera.

Arabum Lipyria.

Auic. De feb. cap. 50.

Curatio.

Cap. 60.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 75 sur 513

©BIUM

intùs refrigerari senserit. Poterit remisceri oleum rosatum. Sumat diacodium dilutum frigidâ cum pauco vino.

CAPVT XXV.

De Quartana *febre.*

Causæ. Μέλαινα χολή.

Antiqui nusquam sunt visi magis superstitiosi, quàm in inueniendis quartanæ præsidiis. Nam febris hæc naturâ suâ longè excurrit. vnde scripsit Plinius, medicinam in quartana nihil posse. Hanc negauit nullus nasci ex malancholia. Vt ergo hæc melancholia varia est, ita etiam quartana erit diuersa. Cùm putrescit melancholia naturalis, quæ est limus sanguinis frigidus & siccus, qui à liene prolectatur, pura quartana incenditur. Verùm cùm reliqui sanguinis succi à morbis acutis vel ab erraticis febribus aduruntur, adeò vt in cinerum squalorem abeant, notham producunt quartanam. Sed cùm bilis in atram vredine commutatur, tam mitem febrem non excitat. nam hæc cancrorum parens est, & terram fermenti more subigit. Quòd autem humor ille melancholicus frigidus atque siccus (cuius propria sedes est lien) à quo vera exquisitaque quartana nascitur, ita in corpore circumfluat, causa est lien infarctu obsessus, ita vt amplius non trahat hunc ex sanguine succum. Quòd hinc nascatur, indicio est lienis tumor, & querela diuturna de liene: quodque homo vsus fuerit diæta quæ prompta est in sanguinem crassum ac frigidum. Rigor, ineunte febre paruus, imò potius horror, qui tamen progressu temporis incrementa ducit, & à frigore quasi natus sentitur; lassitudo quasi exossans: ἐξωλέστατον, Græci dicunt. Pulsus parui, obscuri, tardi, rari ineunte paroxysmo, & eorum in vna pulsatione inæqualitas, æger in vacuitate febris ad pristina munia facilè redit: & cibum petit. Sed tamen pulsus cessante paroxysmo minor, rarior ac tardior naturali sentitur, contra aliarum febrium morem. Horum omnium causa est, quòd, vt scribit Galenus secundi de differentiis febrium quinto, intermissio planè pura videatur, eo quòd hîc cunctum id humoris melancholici quod accensum erat exhauritur. nihilque fumosum, aut semiustum hîc relinquitur. Et hinc est quòd plures euacuationes ex hoc succo fiant, quàm ex pituitoso. Solemnis hæc febris est Autumno, & ætati inclinanti. Notha venò quartana maximè aliis febribus consectaria est, & non gignitur ab huiusmodi frigido siccoque humore, sed potiùs ab adusto succo, ideoque adhuc ardorem spirat, vt qui pristinam naturam nondum penitus exuerit. Propterea symptomata huius respondent in multis tertianæ febri. Solemnis hæc est ætati, & iuuenes exercere solet, ob diætæ & pathematum vitia. Cum rigore inuadit. Auenzoar, significans hunc rigorem validum esse, dicit, similem esse illi, qui à grandine ictis euenit. pulsus habet maiores, frequentiores, & celeriores quàm exquisita quartana: ciborum nausea huic adest: vrina tenuis, russa. Vicesimum paroxysmum rarò superat. Hæc Notha quartana à iecinoris intemperie calida ac eius ab ictu nasci videtur, quòd dolorem contactu sentit, testante Ruffo aput Aëtium. Quartana exquisita ætati declinanti familiaris est: vt notha, florenti. Profertur ferè paroxysmus in duodecimam horam. Quæ surgit ex vitellina bile, longa est; quæ exacta bile, pessima est, sed breuior: quæ ex succo melancholico, moderatior est, sed tarda. Aliis morbis consectaria, peior est primariâ. Exquisita quartana securissima est. Quæ socium habet induratum lienem, periculi plena est. Quartana in mouendo est pigerrima, atque ob eam causam longissima, præsertim hyberna. Hæc autem hyberna, nonnunquam in acutam febrem transit. Qui transitus periculi plenissimus est; nam fit mutatio eius febris quæ foras mouetur, in eam quæ intrò: morbique facillimi, mansuetissimi, & tutissimi, in difficillimum, maleficentissimum, asperrimum, periculosissimumque transitus: Cuius sunt symptomata singula totidem morbi. Hyeme hoc maximè fit, dum excurrentibus succis opponit se frigus, ac eos condit intimis penetralibus corporis. Hoc etiam euenit medicamentorum purgantium acriori & intempestiuo vsu: inde enim ex simplicibus quartanis duplices, triplicesque, & ex triplicibus continuæ. Quartana libertatis vindex est in epilepsia: nam lentus ille calor coquit lentum illum succum. In omni quartana verte oculos ad sitma coctionis signa: nam per hæc, vrina etiam nigra, benè apparet. Exquisita quartana diuturna si hominem corripiat, & perfectè soluatur, nunquam ampliùs ille homo fatigabitur à quartana, & in posterum feliciùs valebit. Nam corpus exquisitè euacuat; & diu ita afflicti, non æquè susque deque victus rationem ineunt. Vtemur elixis potiùs quàm assis. Si assa velit, priùs tamen elixentur. vitulina carne fruatur, & gallinis. Progresso iam morbo, attenuatibus indulgeat; vt capparibus. Rapæ etiâ conueniunt. In exquisita quartana vtitur Auicenna calidis & humidis: Galenus calidis tenuantibus, vt salsamentis. Auicenna tres cautiones obseruat in cibo præscribendo, vt flatus discutiat, non astringat, bonum sanguinem gignat. In statu tenuiter victitent. Aceti vsum hîc fugiat; frigidum enim est & siccum, additque huic causæ morbificæ: accedit ab eo etiâ hoc, quod monet Hippocrates, vbi ait, τὰ δὲ μέλαινα ζυμοῦται, ἢ μετεωρίζεται, ἢ πολλαπλασιοῦται ἀναγωγὴ δὲ μελάνων ὄξος. hoc est, nigra ab aceto fermentantur, ac maiorem acquirunt molem: nam nigra acetum mouet. Aluus cottidie respondeat, vel leni clystere soluatur. Accipe violariæ, maluæ, parietariæ, betæ, singulorum semimani pulum: summitatũ anethi, florũ chamæmeli, & meliloti, cuiusque pugillum: foliorum sennæ & epithymi, singulorum drachmas duas: anisorum drachmam: libræ colaturæ adiice olei anethi vncias tres: mellis violati vncias duas: misce, fiat clyster. Si acriorem velis, adde diacatholicum vel diasenam. Animi fugiat tristitiam. Galenus arcere videtur ægros ab vsu refrigerantium & humectantium; quod Trallianus vehementer reprehendit, & Auicenna suadet vt à rebus siccis & frigidis abstineat. Nec Galeni textus, quod Leonicerus putat, in vitio est; nam Paulus, Aëtius, & Oribasius hoc modo scribunt ex Galeno: Ratio Galeni fuit, quòd quæ refrigerant & humectant, incrassant & crudos reddunt humores, & multam fæcem habent. Propterea laudat Galenus tenuantia. Ratio est, quia quæ frigido sicco congelantur, soluuntur à calido humido, & quoque à calido sicco, vt glacies. Soluatur aluus remediis lenientibus, vt clysmis, vel tali medicina: Accipe electarij lenitiui, cassiæ recenter extractæ, cuiusque semunciam: pulueris sennæ vel epithymi sesquidrachmam: misce cum laxatiuo sirupo. Sumat ante pastum cochlearium. Vel vtatur electario passulato, aut sirupo de polypodio. Si solemnis euacuatio suppressa fuerit, vel si homo sanguine circumfluat, secetur illi vena sinistri brachij. Præparabitur humor calidis extenuantibus (nam in omni quartanâ extenuantia conueniunt) & humectantibus potionibus, electariis, fomentis, vnctionibus. Fiant decocta ex foliis melissæ, boraginis, scolopendrij, fumariæ, maluæ, chamædryos, epithymi, cardui benedicti, agrimoniæ, herbarum capillorum, passulatũ, glycyrrhizæ, lupulorum, melissæ, floribus & fructibus cordialibus. huius vnciis tribus adde sirupi de epithymo, & de fumaria, cuiusque vnciam.

Signa.

Notha signa.

Prognosis.

Victus ratio.

3. Aut 36.

Clyster.

1. Aut Glaut 11.

Curatio. Lenientia.

Vena.

Præparantia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 76 sur 513

ciam. Si fortius decoctum velis, adiice folia tamariſci, cichorij, radices capparorum: miſce ſirupum de quinque radicibus, & byzantinum ex ſero lactis interdum hæc propina. Prudenter in vſu purgantium eſt tranſigendum. Vt enim cruditas humoris morbifici, quæ caret ἐφεδρείᾳ, acriſiam quidem facit, non tamen funeſtam: ita ſi acceſſionem habet ἐφεδρείαν, conſecutionem adfert ſiniſtri iudicij atque mortis. Ex quo efficitur temerè purgationibus operam dari in febre quartana: quoniam erethiſmus fruſtrà inducitur qui antè non erat: & nulla bona craſis ſperabilis, dum cruditas manet. Forti autem medicinâ hic humor contumax irritatur, nõ ſegregatur. Eodem etiam modo dum præparamus, ineunte morbo abſtinemus à vehementer incidentibus, attenuantibus & aperientibus: nam hæc ſolùm agerent in humorem ſubtiliorem: quo exhauſto, contumaciùs craſſeſceret humor craſſus. Potulenta pharmaca meliora hîc ſunt. Inſtituatur purgatio ex decocto epithymi, polypodij, boraginis, lupi ſalictarij: adde ſirupum de epithymo. Accipe corticum radicum capparorum, & tamariſci, radicum quinque macerataram in aceto, ſingulorum ſemunciam: bugloſſi cum radice, boraginis, fumariæ, meliſſæ, ſingulorum manipulum: ſ. herbarum capillorum, ſemimanipulum: paſſularum corinthiacarum vnciam: florum geniſtæ, trium florum communiũ, cuiuſque ſeſquipugillum: polypodij quercini vnciam: foliorũ ſenæ ſemunciam: coque ex aqua: in fine coctionis adde drachmas duas epithymi: & adiecto ſaccharo & melle fiat apozema: aromatizetur drachmis duabus cinnamomi. Vtatur manè. Vel accipe caſſiæ recèns extractæ ſemunciã: confectionis Hamech drachmas duas: ſeri lactis vncias quattuor: miſce. Si ex mero ſucco melancholico ſit nata quartana, Accipies extractum ellebori nigri; da ex decocto fumariæ & cichorei & paſſularum quod ſpirat cinnamomum & aniſum: miſce ſirupum de polypodio, & mannam. Tandem veni ad extractum ellebori albi in melle, quale deſcripſimus in Methodo noſtra ad praxin. Si pituiteſcat ægri corpus, iunge ſenæ foliis agaricum, cum melle roſato laxatiuo; ex decocto betonicæ & paſſularum. Si fuerit bileſcens quartana, dẽtur infuſum Rhabarbari & ſenarum ex decocto paſſularum, florum cordialium, boraginis, & endiuiæ; iunge mannam & ſirupum de polypodio. & ſuperbibat ſex vncias vel octò ſeri lactis; quo heparalgioſum fiat. Tandem manifeſtò eluſceſcentibus pepaſmi ſignis, ſingulis hebdomadibus, duabus horis ante paroxyſmum ſumat theriacam. Vtatur autem ſingulis diebus electario diamoſci dulcis & lætitiæ Galeni: id aget ante paſtum. Antequam verò pepaſmi elucent ſigna, vtemur ſpeciebus trium ſantalorum, & diarhodonis abbatis. Ad rigorem febrilem vtemur oleo anethi vel chamæmeli, cum oleo caryophyllorum & aqua vitæ, in qua calamintha & galanga macerârunt. Accipe oleum chamæmelinum & anethinum, frica totam ſpinam ab occipite vſque ad clunes, & rege poſtea locum linteis calidis. Inaniatur pomum colocynthidos, & impleatur oleo anethino, & ſuper prunas torreatur, dum efferueſcat oleum. deinde cum pomo oleum exprimatur. ex eo oleo expreſſo ſpina doſi vngatur. Nimium calfacientia, nimiumque refrigerantia in hac febre vitentur: hæc enim pepaſmi expertem faciunt materiam illa, metum continuæ ac lethalis febris. Si ſit quartana notha, principio omnia remedia & alimenta, ad madorem & algorem abeant: at progreſſo morbo, cùm acrior deferbuit calor, caloriſicis vtendum erit. Lactuca ferculis miſceatur: conuenit cucurbita, caro porcellorum. quieſcat æger. In aliis quartanis paroxyſmi dies in inedia tranſigatur: ſed hîc ante paroxyſmi inuaſionem horas tres vel quattuor, cibo indulgeat. Potus ſit aqua ſaccharata vino diluta. fuganda ira & triſtitia. Emollientibus clyſmis adiecta caſſia & ſacchato, & oleo violato, humeſcat aluus. Vel ſumat caſſiam cum manna ex ſirupo violato. vel electarium lenitiuum cum caſſia vel manna. vel ſumat mel violatum ſolutiuum cum decocto boraginis. Paretur matetia excluſioni ſerapio boraginis, de liquiritia, de lupulis, de pomis, violarum, & ſirupo acetato, ex decocto endiuiæ, bugloſſi, lupulorum, fumariæ, meliſſæ, ceterach. Purgetur deinde ex catholico, & confectione Hamech. A purgatione vtatur theriacâ. Deinde aliquot diebus quieſcat, & vtatur electario trium ſantalorum. Si hepar æſtum maximum ſpirare videatur, aquam roſarum & acetoſæ vel endiuiæ, cum drachma ſpecierum trium ſantalorum, aceti ſemuncia, & ſpicæ granis quibuſdam. Poſt menſem, ſi nondum deferbuit calor, paretur humor ſerapio de epithymo, & violarum, ex decocto endiuiæ, cichorei, fumariæ, bugloſſi. Accipe ſucci boraginis, & bugloſſi libram: ſucci pomorum redolentium ſemilibram: aceti vncias duas: coque ad conſumptionem tertiæ partis, addendo ſacchari quantum ſufficit. Hoc vtatur integrâ ſeptimanâ, & deinde fortiùs purgetur: Accipe confectionis Hamech, & diacatholici, cuiuſque drachmas tres: cum ſaccharo fiat bolus: & ilicò ſuperbibat decoctum florum & fructuum cordialium, cum ſirupo violato. Deinde ſumat theriacæ ſemidrachmam, ex aqua boraginis & bugloſſi. Sanguis emitti poterit, ſi homo ſucci plenus ſit, ex brachio vel manu ſiniſtra. Si is craſſus & niger effluit, elabatur pro ægri viribus: ſin tenuis ille fluxerit, ilicò ſupprimatur: nam indicat craſſum ſanguinem ſolum circâ hepar latere. Cùm ad vigorem ventum eſt, vtatur diarrhodone abbatis manè, & veſperi ante paſtum. Aquæ dulcis balneum huic febri vtile eſt. Purgatio etiam hîc feliciter inſtituitur ex fumaria, & foliis ſenæ, cum epithymo, & aniſo: hæc macerantur in ſero caprillo & pauco vino: & cum ſirupo roſato laxatiuo propinantur. bugloſſum etiam & endiuia interdum vnà immacerantur. Humectatio præclarè hîc ad ſalutem facit, & tutò ea vtimur. Cautio ea adſit vt, euicto iam morbo, robur partibus affletur. Et etiam, quod antè monuimus, talia præbemus tres horas ante inuaſionem. vt Accipe aquæ vitæ drachmas duas: quibus adde olei caryophyllorum guttas tres. Si hoc nimis potens videatur eſſe, dabimus ſemidrachmam theriacæ. Vel accipe ſucci calaminthæ ſemunciam: caryophyllorum grana quinque, miſce, ac propinetur. Abſinthij vſus commendatus fuit ab Aretæo in melancholia: & aſſerit ſuccum eius in cauſa eſſe quòd melancholia non gignatur. & ſcribit Ruffus Epheſius, abſinthium præclarè hîc ad ſalutem facere. In notha quartana iiſdem remediis vtimur quibus in pura: attamen rationem habemus illius humoris vnde eius cauſa morbifica nata fuit: & propterea quædam eò ſpectantes remiſcemus. Phyſica remedia, inquit Plinius, ſunt potiùs inuenta Magorum quàm Medicorum. Quod autem refert de Q. Fabio Maximo, quòd multis millibus hoſtium cæſis liberatus fuit, id lætitia euenit naturaliter. Mithridatium ex vino potatur horam ante paroxyſmum: hoc etiam cottidianam ſoluit. Oxymel ſcilliticum compoſitum diuturnis quartanis & cottidianis confert. Diacuminum Nicolai quibuſdã laudatur. Scribit Miſaldus, vbi de ſolſequio, à monacho quodam quartanas curatas propinato albo vino ante paroxyſmum, in quo ſeptẽ grana calendulæ trita fuerint, repetito dies aliquot hauſtu. Nonnulli accipiunt radicem ari præparatam, acori, & pimpinellæ ſiccatas: oculos cancri calcinatos (quorũ quæque doſis vix accipit ſemiſcriptulũ) adde ſemẽ naſturtij & ſaccharum. Sumat cochlear vnũ manè. Hoc roborat ventriculum, pellit obſtructiones viſcerum, & duritiem lienum. Vſitatũ doctis Medicis remedium. Alij commendant ſiccatum iecur ranarum: eius puluis datur in acceſſione. Quidam deglutiunt viuæ ranæ iecur. Geſnerus laudat acetum

Purgantia.

Apozema.

Ad frigus quartanæ.

In notha quartana.

Dieta.

Lenientia.

Præparantia.

Epithema.

Phlebotomia.

Purgatio.

Corrobo-rantia.

Empirica.

Lib. 1. Epiſt. fol. 5. ad Cratonem.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 77 sur 513

acetum elleboratum deſtillatum: nam, inquit, vomitorium non eſt, ſed tantùm aperit. Et alio loco dicit, Aceti circiter duæ libræ ſi diſtillentur cum duabus vel tribus drachmis ellebori albi contriti, vaſis poſitis in cinere, & ſeorſim aqua colligatur prima, quæ albidior erit, & deinde ſecunda: prima vtilis erit ad aperiendum omnes obſtructiones viſcerum. dari poteſt vncia vna, vel plus, per ſe, vel cum ſacchato, vel ſirupo aliquo: ſumitur ſine aliqua moleſtia & noxa. Efficacem, inquit, expertus ſum in febribus longis à phlegmate, vel ab atra bile. vtero etiam & lieni obſtructo confert, & morbis capitis, à materia craſſa, viſcoſa, frigida. Secunda aqua plus virium aceti quàm ellebori habet. & in morbis à bile ortis propinatur cum aliis conuenientibus, nam penetrationem promouebit. Adde quid cinnamomi & baccarum iuniperi. Geſnerus quendam quartanarium, cui ſemper in paroxyſmo aſthma ſuperueniebat, curauit, primùm propinato ſuo oxymelite, dein oleo vitrioli. Aquam etiam laudat theriacalem, ſi eius dentur drachmæ ſex., ter, manè. Doctus quidam medicus præbebat olim aquam acetoſæ diſtillatam cum aceto, ad vomitum prouocandum. Vel roſarum pallidarum dabat aquam ineunte paroxyſmo. Sed ſit facilis in vomitum æger; & pepaſini ſigna appareant. Author appendicis Pandectarum præparat vitriolum album, contra quartanam & peſtem. Et gentianæ ſuccum cuidam dedit quartanario, cui illicò expulſa fuit febris. Ad monendum ſudores vtitur Geſnerus Meobani puluere. Aqua vitæ confert quartanariis pituitoſis, (nam è craſſo contumacique humore crudo in ſtomacho congeſto, quartanam gigni poſſe ſcribit Ariſtoteles) ſi duabus ante paroxyſmum horis ſumatur cum his, quæ melancholiæ aduerſantur. Sed hæc fiant inclinato iam morbo. Herba nicotiana cum floribus diſtillatur, fæces reddantur aquæ: hæc aqua datur ante paroxyſmum. Sumat horâ ante paroxyſmum exuuij ſerpentis drachmas duas ex ſemilibra decocti menthæ. Vel vomat tempore paroxyſmi ex decocto azari. Accipe agarici trochiſcati, gentianæ, caſtorei, myrrhæ, ſeminis rutæ, piperis longi, calami, croci, ſingulorum ſcripulum: theriacæ antiquæ drachmam; cum ſirupo roſato laxatiuo fiat maſſa: ex qua ſumat drachmam vnam ante paroxyſmum. Aliud, Accipe agarici præparati drachmam: myrrhæ ſcriptulum: ſumat ex decocto pulegij. Accipe maſticis drachmas duas: ſpicæ nardi ſemidrachmam: euphorbij drachmam. Sumat ante paroxyſmum per horam, pondus drachmæ, ex iure calido. Quidam empiricus his ſequentibus vtebatur: Accipe apij, ſulphuris viui, myrrhæ, agarici, foliorum rutæ, craſſiæ fiſtulæ, cuiuſque drachmam: confice cum ſucco abſinthij, fiant paruæ pilulæ. ſumat tres aut quattuor ante paroxyſmum. In quartana non atrabilaria præclarè iuuat decoctum radicum Chinæ cum boragine: ſudent. Trochiſci quibus multi in hyeme vna potione ſunt liberati, & proſunt etiam cottidianis: Accipe ſeminis rutæ, myrrhæ, ſeminis petroſelini, theriacæ recentis, ſingulorum drachmam: opij ſemiſcriptulum: fiant trochiſci parui: dabis vnum cum aqua ante paroxyſmum. Vinum fortiſſimũ in quo decocta eſt agrimonia, quartanam tollit. Idem facit ſuccus thapſi barbati ante acceſſionem ſumptus. hoc poteſt etiam millefolium cum vino. Accipe aſſæ fœtidę, foliorũ rutæ, piperis longi, cuiuſque drachmas duas: confice cum melle: da molem caſtaneę, ante acceſſionem. Succus vngulæ caballinæ nouẽ dies bibitus, quartanam & tertianã tollit. Octo vel nouem folia aſari incoque vino: poteſt id vinum ante acceſſionem duabus horis. Poſtridie à purgatione, da ante paroxyſmum parũ olei iuniperi. Item, decoctum calaminthę, origani, pulegij, rutę, boraginis, bugloſſæ, linguę ceruinæ, corticum radicum tamariſci, betonicæ, chamædryos, thymi, epithymi, fenę, agrimoniæ, radicum graminis, aſparagi: bulliant in vino albo, adde mel., bibat manè & ſerò. Coquitur nepera etiam ex vino: exhaurit potenter materiã. Accipe ſummitates volubilis flore albo, vnà cum floribus tere & immacera vino: huic vino remiſce requiei. Nicolai à ſemiſcriptulo ad drachmæ pondus: propinetur ante paroxyſmum: tertia vice penitus eam tollit. Rana viridis ſi coquatur cum oleo myrtino, eóque ante paroxyſmum illinatur, eum tollit. Soluatur ei ſiniſtra ſaluatella, in ſynodo ipſa luminarium. Item, caudam, pedes, nares, aures muris viuentis abſcinde, & lineamento excepta ſuſpende collo: omnẽ typum & rigorem antiquarum febrium virtute quadam occulta tollit. Fiunt decocta ex quinque radicibus aperitiuis, mediõque cortice ebuli, ſambuci, & fraxini, geniſta: contuſa hæc toto die macerantur aceto acerrimo, adiiciuntur folia chamædryos, calaminthę, eupatorij, abſinthij, endiuiæ, cichorei, ſcolopendrij: ſemina frigida: cum melle coquitur in ſirupi formam. Manè ſumat tria cochlearia parua cum decocto fumariæ, vel ſero lactis, aut cum ſucco pomorum. Splenem & hepar ab infarctu vindicat. Deinde purgetur hoc modo: accipe florum boraginis, violarum, ſenæ, epithymi, glycyrrhizæ, vuarum paſſularum, cuiuſque vnciam: fiat decoctio ex ſero lactis: hoc in decocto temperentur folia ſenæ, vel myrobalani ad ſemunciam. Quidam accipiebat abſinthij, arthemiſiæ, menthæ, bugulæ, ſingulorum manipulum: bulliant in diplomate, ex vino Gallico, adiecta quarta parte aquæ, ad dimidias: bibat ter die cyathum. Aliud, Accipe radicum tormentillæ ſeſcunciam: contunde has & macera in amphora vini, & adde aquæ quartam partẽ: bulliant ad mediæ partis conſumptionem: ſumat cyathum, media hora ante febrem, & in ipſo æſtu febrili. Accipe ſucci depurati radicum thapſi barbati vncias duas: vini albi optimi drachmas duas: bibatur ante paroxyſmum, & liberabitur ante tertium vel quartum paroxyſmum. Accipe mithridatij ſcriptulos quattuor: ſucci plantaginis vncias duas: miſce, & ſumatur horam ante paroxyſmum, & liberabitur infallibiliter, ſi experientiæ fides. Accipe farinæ triticeæ, olybani, cuiuſque vncias duas: excipiantur ſucco menthæ, extende in longo lineamento: & hora vna ante paroxyſmum tepidè applicetur à prima vertebra ad coccygis os; hæreat dum vltrò excidat. Velim tamen hæc non ſine ſumma cautione exhiberi: nam plurima horum ſi abſque cautione propinantur, non aliter atque theriaca, duplicem quartanam inferent: fundunt enim humores putridos, vnde confuſio. Et diligenter ſui curam habere debet æger, nam ſcribit Ioſephus, Alexandrum Iudææ regem triennio quartana affectum, cùm bello occupatus eã negligeret, ex atrophia obiiſſe. Et Auicenna in duodecimum annũ hanc produci ſcripſit. Empiria hoc celebrat, Accipe ſucci lanceolæ, acetoſæ, calendulæ, ſingulorum ſemunciam: theriacæ Andromachi drachmam: miſce. Aliud: Accipe theriacæ, ſeminis portulacæ contuſi, drachmam: miſce cum melle: ſumat auellanæ copiã, manè & veſperi pridie dũ febré expectat. Bibat opobalſami ſemidrachmam. Quidam diſtillatum liquorem ceraſiorũ propinant. Cauſa huius remedij hęc eſt. Quartanę primigenię, diætę vitio obortæ, ſi æſtiuę fuerint, breues ſunt: At ſymptomaticę, longę ſunt, vt nareę ab infarctu hepatis aut lienis: tertio menſe ſoluuntur oborta inſigni vacuatione vrinarum nigrarum vel hæmorrhoidum. Aliis ſexto menſe finiuntur, cùm calor æſtiuus incipit: aliis nono menſe, vt Iunio cùm ceraſia matureſcunt; vnde quibuſdam perſuaſum ea ſanare quartanas: ſed eſt anni calor. Experimentum fidum, Accipe ſuccum cochlearię & bryonię, quibus ſint herbę contuſę & radices: eliciatur liquor balneo; Sumat manè cyathum diebus à febre ſerenis. Sed ante paroxyſmum ſumat binas drachmas

Lib. 1. epiſt. 27. ad Gaſſerum.

Epiſt. 120. fol.

Cautio.

13. Antiquit. 21.

drachmas ex ſequenti vino, Accipe aquæ vitæ libram: caryophyllorum in partes conſciſſorum vncias duas: immacera.

CAPVT XXVI.

De Quintana, Septana, Nonana, Erraticis, & Febribus Compoſitis.

1. epid. QVINTA, πεμπταῖος πυρετὸς Græcis, animadverſa fuit ab Hippocrate, vbi ait, Quintana peſſima eſt omnium; etenim & iam tabidis & ante tabem euenies interimit. Aſſerit hanc aliis, vt ſeptanâ & nonanâ, eſſe deteriorem, quamuis alioqui ſextana & ſeptana longiùs excurrant, funeſtæ tamen non ſunt. Verùm quintana calamitoſa eſt. etenim vel hecticam efficit, vel ei conſectaria eſt. Ita etiam quintana quæ ſequitur erraticas febres, periculi plena eſt, ob proſtratas iam vires. Sin hæ per ſe euenerint, non ita periculoſæ: nam, ex ſententia Auicennæ, à minima ſuccimelancholici copia naſcuntur. Galenus 1. De diff. feb. cap. fine. ſcribit ſe non vidiſſe longiores febres quartanâ. Et ſi rectè rem perpendamus, vix tales dicendæ. Septana enim conſtat ex duplici periodo quartanæ: quintana ex duplici periodo tertianæ: ſextana ex duplici periodo cottidianæ. Ergo ſeptanæ materia erit melancholia: quintanæ bilis: ſextanæ pituita. Rhaſes aſſerit ſe vidiſſe hominem qui quinto decimo quoque die laborabat ex febre: quin alium, cui menſtrualis erat febris, nimirum à melancholia pituiteſcente. Curantur, vt quartanæ, vbi à melancholia ſunt: alioqui, vt fuerit cauſa morbifica, ita remedia in vſum Diuerſ. ducantur. Erraticæ etiam febres ſurgunt, quòd diuerſis focis materia putreſcat, mouetur, aut colligitur: aut quòd ipſa diuerſis focis eſt heterogenes: aut eiuſdem portio vnà mouetur, altera immota manet: vna nunc putret, altera putreſcit. Incertis horis inuadunt, modò calent, & poſt tres horas horreſcunt. In his occaſionem catharctici captare Compoſitæ Febres. non licet: bonitati naturæ relinquendæ. Compoſitæ Febres eodem modo curantur vt ſimplices, ex quibus compoſitæ ſunt. Nullus harum dignotiones vnquam exactiùs proſequutus fuit Galeno, libro 2. de differentiis febrium, à capite ſeptimo vſque ad vndecimum. Ioubertus etiam eleganter agit De compoſitis, confuſis, implicitis, & ſemitertiana, libro 2. capite 17. Fol. 170. Nos ita breuiter. Compoſitæ febres vel ſunt eiuſdem ſpeciei, vt duplex tertiana: hæc frequentiſſima eſt, & cottidie ab hac homo febricitat. Vel ſunt diuerſarum ſpecierum, vt quartana cum tertiana, & cottidiana cum hectica. Quin nonnunquam euenit vt continua iungatur cum intermittente. vt ſi iungatur tertiana intermittens cum cottidiana continua, fit inde horrifica febris dicta Hippocrati, inde, quòd maxima pars paroxyſmi plurimum horroris habeat. Hanc vocamus hemitritæum; cuius hiſtoriam eleganter proſequitur Galenus ſecundi libri de differentiis febrium octauo & nono capite. Rectè autem horrifica dicitur, nam ratione pituitæ eſt continua: ratione verò bilis, tertiana. Hoc eſt, tertio quoque die facit exacerbationes, non quidem cum rigore, ſed cum horrore, eo quòd bilis acrimonia à pituita obtundatur: nec etiam cum frigore inuadit, quia frigiditas pituitæ, bilis calore perfunditur. eleganter admodum huius naturam aperit Galenus libri de Typis capite quarto; & 2. Criſium 7. 9. Interdum propè ſibi accedunt paroxyſmorum initia: nonnunquam ea longiùs à ſe abeunt. Hinc fit, vt ordo periodorum, ac typorum natura in his peruertatur: nam ſymptomata ita miſcentur, vt, niſi admodùm in ſimplicium cognitione verſatus fueris, non cognoſcas quid febrium ſit. Nam febris genus non ſolùm ex periodorum certis vicibus dignoſci debet, ſed potiùs ex propriis cuiuſque ſymptomatis. Etenim his qui ex duplici tertiana laborant, cottidie febris recrudeſcit. quare ſi ex periodis & intermiſſione ſolùm iudicium petas, iudicabis hanc cottidianam eſſe. ſed remedia quæ cottidianæ debentur, ſi hîc in vſum traxeris, calamitoſa erunt. Quare ſpecies febris quæ ſit, indicabunt peculiaria cuique febri ſymptomata. Sed remedia ſequantur hîc vim ſymptomatum: ita tamen, vt minora etiam ſymptomata non omnino negligas. Iam antè docuimus in tertiana notha, vbi tertianæ ſymptomata non ſunt pura, ſed remixta pituitæ, huius curationem flectendam eſſe ex ſymptomatum apparentium varietate aliò, à veræ exquiſitæque tertianæ remediis. Sit ergo compoſitarum febrium compoſita curatio, vt illæ ex ſimplicibus commixtæ fuerint. Semper ea cautione, vt quod magis vrget, id maximè cures. Studium adſit itaque vt ſimplicer febres promptè noſcas, ac earum curationem exactè calleas: hinc facilè remixtis remedia dabis. De ſymptomatis febrium nos antè egi- Symptomatica. mus, maximè de his, quæ metum aliquem de vita adferunt. Cæterorum qui curationem velit, vt æſtus, laſſitudinis, iactationis, oppreſſionis, diſpnœæ, tuſſis, lumborum doloris, cephalalgiæ, vigiliarum, paraphrenitidis, ſoporis, ſitis, linguæ ariditatis, guſtus deprauati, faſtidij ciborum, lentoris dentium, ingentis famis, lipothymiæ & ſyncopes, ſingultus, & vomitus, alui fluxus, alui aſtrictionis, ictteri, frigoris, horroris, & rigoris, ſudoris; legat librum tertium D. Iouberti. Faxit Deus Opt. Max. vt felici manu hæc in vſum vitæ humanæ ducantur. Nam

Ni Deus affuerit, virésque infuderit herbis,
Quid, rogo, dictamnum, quid panacea iuuent?

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 79 sur 513

©BIUM

IOANNIS HEVRNII DE PESTE LIBER.

AMPLISSIMO PRVDENTISSIMOQVE

MAGISTRATVI LEYDENSI.

AMPLISSIMI prudentissimique Domini, cùm Reipublicæ salus consistat in religione, ciuium sanitate, ac eorundem concordia (neque enim sine his vinculis conditur aut custoditur optima ciuitas) si quid horum labefactetur, quis non videt optimi Magistratus officium esse vt id stabiliat ac redintegret? Quis cunctis laudibus non euehat talem Magistratum qui hoc studiosè agit? At quem non solum hæc cura cepit vt erigat Rempublicam suam, cùm pericula in nerum erumpunt; verum cui ille in Rempublicam suam amor istúdque studium, vt sagaci vigilantiâ præuideat arceátque iam etiam imminentia pericula; quâ, quæso, gloriâ celeberrimâ illi efferendi? An non vos illud agitis? Quid enim aliud impulit vos, vt per Clarissimum virum, honoris ac vtilitatis vestræ studiosissimum, D. D. NICOLAVM ZEYSTIVM Syndicum vestrum ita sollicitè iam diu mecum agere volueritis Amplissimo vestro nomine, vt si scripto succurrere possim periclitanti (à seminibus quibusdam pestiferis, quæ iam spargi per populum cœperunt) Reipublicæ vestræ, id vestrâ causâ velim? At quid ego non velim vestrâ causâ? qui non exigua beneficia à vobis accepi. Quare non vt volui, sed vt potui, omni diligentiâ, quod petieratis feci. Animum verò mihi addidit in dulcissimam patriam amor: incitauit, vel potius impulit me graue mox futurum à diro hoc malo, ni debelletur, periculum. Quare non est quod quis mihi obiiciat, Machinas me iam adferre post bellum: est enim ea vis huius contagij (cuius semine fœta iam magna Europæ pars) vt si nec Summo fauente Numine (cùm plerumque vltra remedia hoc se efferat malum, vindice quasi manu S. Dei impulsum: quis ei resistet, quis par? homines humus sumus) hyberno algore, nec præcellentibus remediis extinguatur, metus sit, ne mox reuiuiscente anni calore, in immensam vastitatem pestifer hic fœtus exiliat. Quare non dubito, viri Amplissimi, quin nostra hæc voluntas sit grata vobis futura. Maior est, fateor, in me vestra beneficentia, quàm cui vel minima parte, huius munusculi literarij tenuitas possit respondere: sed maius etiam est vestrum erga literas literatósque studium, quàm vt id vobis ingratum esse possit, quod Reipublicæ vestræ conseeratur. DEVS OPT. MAX. Amplitudinem vestram ad Reipublicæ tutelam tueatur incolumem. Ex Academia vestra Leydana Batauis. ANNO CIↃ. IↃ. C.

CAPVT PRIMVM.

PESTEM omnium morborum esse grauissimum.

Qualis sit morbus.

PESTE nullus morbus est pernicioſior nec grauior; hæc enim breui dolorum cruciatu, vel virium proſtratu horribilem calamitatem edit. Romæ quo tempore obiit Camillus, quotidie decem millia eo tempore in vrbe interibant. Et ſub Veſpaſiano ſúbque Commodo Imperatore duo milia quotidie abripiebantur. Sub Leone Iſaurio trecenta hominum milia Conſtantinopoli à peſte obiere. Platina author eſt ſub Benedicto octauo plures peſte abreptos fuiſſe, quàm ſuperfuiſſe viuos. Iacobus à Partibus ſcribit, anno ſalutis milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto, dimidiam hominum partem extinctam fuiſſe: durauit ea calamitas quinquennium. Anno milleſimo quingenteſimo octauo, tertia hominum pars interiit. Neſcio an vnquam, à Pharaonis tempore, in vlla prouincia maior fuerit illâ quam expertus eſt Rex Dauid, ſummo Numine irritato à temerario eius cenſu militari. Calamitoſiſſimam etiam peſtem deſcribit Thucydides, quâ nulla horribilior & ſæuior vllis aliis temporibus in mundo graſſata eſſe legitur. Euenit hæc anno ſecundo Peloponeſiaci, ſicut in verſu oraculi prædictum fuerat; ἥξει Δωριακὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ. Vbi cum dubitatum eſſet λοιμὸς ne, an λιμὸς pronunciatum

Samuelis cap. vltimo.

Lib. 2.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 80 sur 513

pronunciatum ab oraculo eſſet ; euentus oſtendit vtrumque malum deſignatum eſſe. Huius grauiſſimæ Peſtis meminit Galenus libro De theriaca ad Piſonem, & etiam Lucretius in fine libri ſexti De natura, & Manilius in fine libri primi. quin & ipſe Virgilius libro quarto Georgicôn, vbi de apibus ; & Ouidius libro ſeptimo Metamorphoſeos. Nicephorus prodidit ſimilem luem tempore Iuſtiniani Cæſaris magnam partem orbis terrarum peruagatam eſſe. Ni breuitati hîc ſtuderem, quàm plurima ſæuæ ac fædæ huius furiæ exempla referre poſſem: quare cùm non hiſtoriam, ſed morbi naturam ac eius à nobis propulſionem ſcribere animus ſit, ab exemplis ſupersedeamus.

Lib. 17. Euagrius Eccleſaſt. hiſtoriæ cap. 28. Procopius lib. 2. De bello Perſico, ſub Iuſtiniano, Conſtantinopoli.

CAPVT II.

Qvid ſit Peſtis.

LATINIS Peſtis, peſtilentia, Lucretio peſtilitas, Græcis λοιμὸς, non pro vnica re vſurpatur. Quare, ne cùm à nobis pro peculiari quodam morbo accipitur, dumque de eo diſſerimus, à Lectore pro alia re intelligatur, breuiter dicam quid hac voce ſignificetur, ac quid nos. eâ notemus. Peſtis interdum aëris corruptelam denotat : cùm is propriæ ſubſtantiæ ratione in vitio eſt, quòd plurima * miaſmata, vt Democritus dicebat, vel vt Hippocrates * νοσηρὰ ἀπόκρισις, hoc eſt, excretio morbida vaporum permiſceatur aëri, ſoboles funeſtiſſimorum morborum. Quin interdum ſignificat morbum à tali aëris contaminatione natum. Vulgus verò Carbonem & bubonem, piperisque idea ſparſa phymata vel puſtulas, peſtem appellat: quæ verè comites potiùs ſunt morbi, quàm morbus ipſe. Alij febrem peſtilentialem ipſam peſtem vocant. Quid igitur nos eam eſſe dicemus, & quid nobis vox ea ſignificabit? Peſtis, dico, eſt lues cordis ab aëre venenato, per ſpirationem vel immiſſionem illata : aut veneno intùs genito effecta : vnde diris ſymptomatis infeſta eſt, contagioſa, ac plurimis eodem tempore funeſta. Dixi Peſtem eſſe luem cordis. Lues appellatur affectio quæ plurimos homines affligit. Dixi in definitione, ab aëre venenato : nam fuligo quædam quæ cordi bellum indixit aërem occupat ; eſtque ea ſenſibus incomperta, leptomeriâ peruadens omnia. Hinc eſt quòd peſtis à Philone Iudæo definiatur * ἄῤῥητος θάνατος. Et quia horrenda vi crudelique inimicitia humanum genus proſequitur, propterea Marſilius Ficinus definiuit peſtem eſſe cum aëreo corpore draconem. Dixi præterea in eius definitione, Per ſpirationem vel immiſſionem illata : Nam vel aërem per nares & os ſorbemus. vel is ſuperficiem totam corporis ambiens, (in aëre enim ſumus) per cutis ſpiracula, dum eò terminantes arterieæ oſcula ſua aperiant, corpus inuadit, ac ſui contagem cordi cæteriſque partibus infundit. Ita contagione ſoloque contactu nonnunquam irrepit peſtis, minimè corrupto aëre. Dixi, aut veneno intùs genito, effecta: Duplex eſt enim focus peſtis, aër, & fœdus corporis humani ſuccus. Dum enim per famem corrupta alimenta ingeruntur, quale eſt triticum ſitu obſeſſum, aut putrefactæ carnes, fit, vt ſucci noſtri corporis in venenatam prauitatem degenerent. Reliqua quæ in definitione, ne quid bis; iam, vbi de cauſis, pleniùs explicabimus.

* * *

** Hoc eſt, inquinamenta. * Aphrodiſæus appellat naturalem ſimptoma.*

Definitio, & eius explicatio.

*Libro De mundo. * Hoc eſt, mors aëris.*

CAPVT III.

De Cavsis Peſtis.

CVNCTOS æquè inuadit hoc malum, ſanos ac ægros, dominos & ſeruos, reges ac laniones. Peſtis enim ex cauſis non peruulgatis naſcitur, eſtque alta putredine venenataque qualitate funeſta. Theologia veriſſimè ad Summum rerum creatorem, tanquam cauſam primam, hanc calamitatem referunt, dum ſuæ Iuſtitiæ iura exequitur. Ethnici nouere. nam in bello Troiano narratur ab Apolline peſtem immiſſam fuiſſe Græcorum exercitui, ob filiam Chryſis ſtupratam. Ibi Podaliriius & Machaon parum arte poſſunt : ſed ſacrificio numen placatur. Magi aſcripſere hanc calamitatem Dæmonibus inter homines humana ſpecie verſantibus, quos oppida inquinare exſtimabant : qui, lapidatione à populo obruti, peſtem auertebant. Ita Appollonius Tyanæus ab Epheſo, Pythagoras à Thurio & Metaponto expulerunt peſtem. Quin Magi victimis peſtem profligabant. has enim mari iniiciebant, ac clamabant, Neptune hæc piacula pro nobis ſunto. Referunt hiſtorici, non admodum eſſe quòd tale quid Romæ euenerit. Demetrius quidam Græcus Lacon taurum magicis carminibus cicurem redditum, tenui filo ad cornu religato trahebat. Erat autem integrum illud cornu cui filum innexum erat : aliud verò cornu medium reſecuerat. Ita ille taurum ad amphitheatrum duxit, & Peſti deæ illum mactauit ; peſtis poſteà miriùs affligere multitudinem videbatur. Ità olim Romam vectus anguis ex Epidauro, qui videbatur vrbem toto triennio peſte obſeſſam liberaſſe. Verùm hæc, vt norunt prudentes, noctuæ ſunt Satanæ ad aucupia animarum. Quanto ſatius foret diuinum numen precibus placare, ac ita peſtem reppellere! Nam Deus Optimus Maximus peſte, noſtra ſcelera interdum vlciſcitur. teſtis eſt Ezechiel, qui ex ore Dei comminatur populi tertiam partem peſte ac fame caſuram eſſe. Nec ſummo numini opus eſt ad hanc luem naturalibus cauſis, quas ſecundas appellamus. Plerumque tamen Deus cauſis paratis vtitur ad aëris corporumque corruptelam. Hæ autem cauſæ duplices nobis videntur, vel corruptela aëris, vel ſuccorum noſtri corporis in venenatam vim abductio. Aër autem bifariam in corruptelam abit, vt cùm propriæ ſubſtantiæ ratione in vitio eſt, vel cùm temperies eius violatur. Propriæ ſubſtantiæ ratione cùm in vitio eſt, tunc latè ſe mortifera hæc vis fundit, plurimosque homines proſternere ſolet, nam venenoſus tunc aër euadit. Inter cunctas, hæc grauiſſima eſt peſtis. Scribunt Aſtrologi talem maximè contaminationem aëri inferri à congreſſu Saturni & Martis ſub ſigno Geminorum vel Virginis, ſi acceſſerit eclipſis, triumphante planeta Marte. Deinde aër internecinum hominibus venenum contrahit ex humanis cadaueribus ab inedia cadentibus. Vel cùm paludoſa loca aut Charonææ ſcrobes infuderint aëri miaſmata vel inquinamenta graui veneno obſita : nam aër viſceribus terræ conceptus, ibique putreſcens, cùm erumpit, hæc afflare aëri noſtro ſolet. Et cùm à præliis cadauera humana à Sole in tabum diffluunt; nam fœda inde corpuſcula per aërem vagantia à nobis hauriuntur vnâ cum aëre; vnde Lucanus,

Corpora tum ſoluit tabes, & digerit artus:
Traxit iners Cœlum fluidæ contagia peſtis
Obſcuram in nubem.

Quædam natura ſoli etiam hominibus aduerſa eſt; ita Sardinia aduenis calamitoſa eſſe dicitur, & inſula

Regum, & timo.

Ethnici.

Magi.

Romæ nuper quid actum.

Cap. 5.

Cauſarum diuiſus.

Ferociſſima quæ peſtis.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 81 sur 513

nuper ab Argonautis Hollandis occupata, quam Principis vocant, plurimis interitum attulit. quin pauci impunè noſtram Zelandiam Matiorum viderunt. Interdum euenit vt piſces in ſubterraneis antris moriantur exitu intercepto, ibique putreſcant: mox ſi terræ motu eruperit fœda hæc aura, peſtem inferre prouinciæ illi ſolebat. Cùm in Italia eſſem, Ferraria oppidum violento terræ motu diu quaſſata fuit; mox erupit Sulphureus fons, qui ardentem aquam piſcibus plenam effundebat: his peſtis ſe ſociam dedit. Talia contagia ſemel concepta, vel venti, vel homines in alios populos transferunt. Nam communis omnibus aër, illa venenata miaſmata excipit, vel interdum in vno cubiculo, vnaue domo, platea, vel oppido. imò lintea & ſtragula contagium bibunt ab hominibus peſte tactis, & cùm incaluere, in alios venenum exilit; crebriùs tamen animâ ductâ quàm cutis ſpiraculis admittitur: nam peſte occupati aërem ſpirant contagioſum, vnaque eum exſpirant per ſenſibus incompertam euaporationem; hinc veſtes, ſtragulaque veneno occupantur, quæ tacta ac incaleſcentia in alios ſerpunt. Faciliùs tamen hoc venenum vnà cum aëre ſorbetur, ac per pulmones in cor ingreditur. Hoc itaque primum peſtis genus eſt inter cuncta funeſtiſſimum. *Secunda peſtis.* Secundam peſtis cauſam diximus eſſe, cùm temperies violatur. hæc rarò ita ſæuit vt illa prior. Violatur autem aëris temperies, cùm ὥραια non ὡραίως euenium: hoc eſt, cùm tempeſtates non tempeſtiuè ſibi mutuò ſuccedunt, vt cùm Autumnus non in hyemem, ſed in Ver abire videtur; vel ſi præter naturæ legem in anni ſingula tempora inciderint inſignes mutationes frigoris, madoris, aut æſtus. Talis, Hippocratis æuo, aëris æſtiui conſtitutio fuit in Cranone, qua continenter rapidis pluebat aquis, cum dominatu Auſtri, vnde cuti ſubnaſcebantur ichores & puſtulæ, mox carbunculi. Hæc itaque cauſa peſtis adeſt, cum aër toto ferè anno humet à nebulis aut pluuiis: ſique tunc hyems ſuam algioſam vim non exſeruerit, & ſi Ver tepeat, æſtasque incaluerit, ventorum cum ſilentio, in auſtrina conſtitutione obſcura ac tepida: nam talis mador in humorum prouentum luxuriat, & calor ad putredinis promotionem facit, quam aëris tranquillitas auget, vnde interna ſuccorum putredo. Si itaque ſumma hæc fuerint, inde peſtis ſurgere poterit, quæ etiam contagio ſerpet; alioqui communes alios proferet morbos, ac febres putridas. Hæc aëris labes ſæpiùs peſtiferas quàm veras peſtes proferre ſolet. *Tertia peſtis.* Tertium genus peſtis naſci diximus ex ſuccorum noſtri corporis in venenatam vim abductione Pernicioſum hunc ſuccum colligit noſtrum corpus ex contruptela nutricatus, maximè verò cùm aër extra lineam ſuæ temperiei abeptus, hos validiore prauaque putredine contaminat. Nutricatus in hanc corruptelam promptus eſt ex frumento vel legumi nibus rubigine vel mucore vitiatis, vel ex potu putrido aut veneno deprauato. quod euenit Athenienſibus in bello Peloponeſiaco, ab hoſte infectis puteis. Et interdum cùm præ inedia eduntur ignotæ radices & herbæ, quod militi Cæſaris euenit apud Lucanum,

——— *Cernit miſerabile vulgus*
In pecudum cecidiſſe cibos, & carpere dumos,
Et foliis ſpoliare nemus, lethumque minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas.

Hæ ſunt omnes ac ſingulæ cauſæ peſtis, & ex his conſociatis cauſis binis, aut ternis ſimul pronaſci peſtis poterit. Et quæque harum contagio ſerpit per hominum corpora. Sed obſcura res eſt natura contagij: quare quid id ſit videamus, & quo modo efficiatur. *Contagium quid, & quo modo fiat.* Non facilè inuenias nomen Contagij apud antiquos authores phyſicos & medicos. Vnus Hippocrates libro De flatibus id notaſſe videtur, μιαίνειν, hoc eſt, inquinamentorum nomine. Thucydides, Alexander Aphrodiſæus, & Ariſtoteles, videntur voce ἅπτεσθαι, quod eſt tangere, vti. Apud hiſtoricos & poëtas inuenias contagium, contagem, contagionem, & contactum. Nullus tamen veterum ſcripſit quid illud ſit. Fracaſtorius ſolus hanc glaciem primus ſcidit; ac demonſtrauit hoc nihil aliud eſſe quàm qualitatem prauam quæ ab vno corpore in aliud transfertur. Hæc verò qualitas eſt pernitioſa, vel non pernitioſa. In peſte, eſt pernitioſa hæc qualitas. Fit autem talium morborum tranſlatio per contactum ob ſpiritus, vel ob contactum per humores. Ob ſpiritus, vt in illis morbis qui primò ſpiritus coinquinant, qui deinde eadem pernicie humores aſpergunt. Ita Lippitudo aliorum oculos inficit ab inquinatis ſpiritibus; ita etiam peſtis ſpiritali veneno effera eſt. Hinc eſt quòd ſubitaneo metu peſtis perculſi, eam in ſe facilè prolicant: ſpiritale enim venenum facilè (intrò confertim reuocatis ſpiritibus ad cor) ſyntimoriâ quadam ſe vitalibus ſpiritibus conſociat. Humores etiam contactu aliena corpora peruadunt, ſi ſuperficiem corporis occupauerint, & ſi fuerint lenti & viſcidi. In peſte verò occupatis hominibus ſpiritus omnes inquinati ſunt veneno. Refert Thucydides magnæ illius peſtis tempore, nullos bis peſte afflictos fuiſſe. puto cauſam eſſe quòd is humor qui facilè peſtem concipit, totus euacuetur in illo morbo.

1. Problema. *Quid ſit contagium.* *Quomodo fiat.*

CAPVT IV.

De Signis *Differentium cauſarum.*

Signa quibus noſcimus qualibet peſtis ſpeciem, quidque ſingulis ſit præſidium.

Hactenvs de natura peſtis, iam de notis quibus quæuis ſpecies peſtis notari poſſit, agamus. Ab aëre inaluiſſe peſtem nota eſt, quòd ea quamplurimis communis ſit, nam omnes eodem fruimur aëre. Præterea quòd ſuſque deque eodem tempore occupet tam eos qui accurata, quàm qui vulgari diæta vtuntur, viros & mulieres, ſenes & pueros, tam qui carnibus quàm qui piſcibus vtuntur, tam qui in exercitiis quàm qui in ocio vitam agunt, nobiles & ignobiles trahit. Quid enim eximeret quenquam ab hac pernicie? nam exilia miaſmata vel atomi exiliunt in aërem à venenata putredine illatæ, quæ ſementem agunt per contagia, raptimque peruadunt corpora, ſpiritibusque veneno expugnatis enecant. Hinc fit quòd ſæpe vbi in morbis peſtiferis exiguæ notæ putredinis appârent, homines citiùs moriantur, quàm vbi prægrandia ſymptomata affligunt. Hoc eſt, quod affirmat Galenus, vbi ait, talem vim peſti ineſſe qualis in deletertis medicamentis ineſt. Ita arca in Babylone reperta in templo Apollinis, miræ vetuſtatis, aſpirauit pernicioſiſſimum halitum, inde peſtis quæ vſque ad Parthos peruaſit. Idem euenit M. Veri ætate, vt ſcribit Ammianus Marcellinus. Hoc itaque primum peſtis genus ferociſſimum eſt, ac contagione ſæuum, adeò vt ilicò in multos eat, & primo vel ſecundo die quoſdam enecet, multos tertio vel quarto; plurimos quinto, ſexto, ſeptimo, vel octauo quod longiſſimum ferè. Et contagionis vis hîc maior eſt, & citius longiuſque vibrat ſua inquinamenta. Et fomitem inſerit ſtragulis, tignis, araneis, quæ ſemina hæc fouent diu. Cùm itaque hæc fœda aëris inquinamenta ſorbentur à pulmone vnâ cum aëre, in cor traducuntur. Hinc fit vt vel ſpirituoſa, vel ſolida cordis pars occupetur venenata hac vi, ſi vel naturâ vel ab vſu dietæ cor ita fictum ſit, vt hanc calamitatem facilè admittat, ſitque tunc

Hectica

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 82 sur 513

Hectica peſtilens. Hectica peſtilens in corde febris, cunctis pernicioſa primo quoque die. Hi non ſentiunt ſe febrire, nam eſt viciſſitudinis paroxyſmorum expers: pectus tamen æſtu flagrat, quamuis æger ipſe id neſciat; pulſus celeres, at imbecilles. Crebrò ac magnum reſpirant. De preſſu cordis anxiè queruntur, ac vires ſuas frangi ſentiunt. Fœdam animam ſpirant, facies pallorem eryſipelatoden induit, vrina ſanorum hominum ideam præ ſe fert: caleſcunt, ac flammant donec moriantur. Si ſpirituoſas cordis partes inuaſerit, animo deficiunt, vomunt, vigilant, iactant ſe, vrina ſanorum, calor non vrit, ſine dolore, inopinato decedunt, etiam inter negocia, decem vel viginti horarum ſpacio. Sin in humores humidasque cordis partes ſerpit (quod fit cùm naturâ vel diætæ vitio huic lui obnoxiæ hæ partes fuerint) accedet Peſtilens febris putrida plurimis calamitoſa. Ipſe æger ſentit ſe febricitare: flagrant interna, foris non ita æſtuat. Talem Thucydides deſcribit peſtem. Imbecillis eſt pulſus, ſed non æquè ac in hectica peſtifera. Ineunte morbo ſoporoſi ſunt: deinde, ob acerrimam putredinis vim, vigiliæ vrgent: ac delirant: lingua ſcabra eſt, ſitis inexplebilis, ciborum faſtidium adeſt. Alui profluuiis colliquatiuis tentantur, ac vomituriunt. Vrinæ confuſæ, hypochondria tenduntur, ſudor fœtidus manat, ſanguis ſubſtillat.

Putrida peſtilens.

Notatu dignum. Hæc ſpecies carbunculos, bubonesque adfert. Vt rectè à non peſtiferis diſcrimines hos tumores, ſciendum carbunculum violaceum; furunculum, album caput habere. Bubo peſtilens in longum protendit aliquantulum acuminatum tergus, non ita qui peſtifer non eſt. Phrenitides etiam interdum & lethargos adducit. Et liuentes atrasque puſtulas adfert; & linguam nigram & ſcabram, ardorem in faucibus, ſingultum, & interdum hæmorrhagiam concitat. Nam vapor putridus cuncta viſcera fatigat, nam apothymia cunctis peſtibus iuncta eſt. Hoc primum genus peſtis in annos excurrit. Interdum enim triennio vel quadriennio ſæuit, nonnunquam in decimum quintum annum perennat. Nicephotus refert quinquaginta duos annos duraſſe.

Signa ſecundæ peſtis. Secundum peſtis genus naſci diximus cùm aëris temperies violatur à tempeſtatibus non rectè ſeſe excipientibus, vel à natura ſua degenerantibus: vt cum tepidus madiduſque Auſter ſilenti aſpirat aura nebulas. Peſtilentiales potiùs febres quàm veram peſtem inferre ſolet, quamuis & mixtim hanc etiam: maximè ſi diu valideque hæc intemperies aërem obſederit, ſique acceſſerit praua victus ratio. Hæc aëris peruerſio fœcunda eſſe ſolet in fœdè putreſcentis pituitæ prouentum, vnde ægri in lethargum abripiuntur ilicò ineunte morbo. Cumque pituita hæc putris ventriculum fatiget, cordis dolorem concitat; & dorſum his dolet, & horrent; nec admodum ſitiunt, cùm fauces rigentur pituitæ madore: nec eſuriunt, at rancescunt ab eo delapſu. Mox vigiliæ dolorificæ vexant, cùm putrido humore caput repletur, alioqui lethargici iacent. Diarrhœæ & ſudores plurimi, nam ichoribus corpus circumfluit. Eryſipelate infeſtantur vere, æſtate, vel autumno. Sed illud eſt pepaſmi expers, locoque puris fundit ſaniem putridam, fœtidam, pallidam, quæ erodit ipſum vlcus, vt & nerui & oſſa decidant. In hac conſtitutione animalcula quæ ex putredine viuunt maximè abundant, vt muſcæ, araneæ: & carnes facilè tunc putreſcunt, cometæ flagrant. Hæc peſtis ſpecies, vt dixi, potiùs ad febrem peſtiferam, quàm ad veram peſtem pertinet: quamuis & veram peſtem proferat hæc cauſa aërea in quibuſdam corporibus: Nec in hoc cùm ſubnaſcitur, ac tertio genere, tanta eſt vis contagij, nec fomitem ita relinquunt, vt quod primum à nobis deſcriptum eſt. Hoc ſecundum genus vno anno ſuam hiſtoriam abſoluit. Tertium genus, quod à corporis ſuccis prauis naſcitur, qui in venenum degenerant à putrido nutricatu, vt antè diximus, etiam contagioſum eſt & funeſtum, minùs tamen quàm priora duo genera. De hac cauſa etiam pronunciamus idem, quod de ſecundi generis diximus cauſis: nimirum cacochymiam, vt & aëris intemperiem, potiùs fœcundam eſſe in febrem peſtiferam, quàm in ipſam peſtem. Niſi tamen prauiſſima illa cacochymia à grauiſſimis cauſis concepta fuerit, vt ex cadauerum putreſcentium, aut tritici mucore obducti eſu: tunc ſanè loco febris peſtiferæ, ipſam peſtem inferet: maximè ſi grauis intemperies tunc aëris conſpirauerit. Illa enim duo conſociata peſtem facilè adferent. Ab hac ſpecie Vernali tempore plurimi intereunt. Conſociant ſe his vlcera carbunculi æmula, & depaſcentia, Eryſipelata cutis, ac phlegmones. Hæc peſtis anno ſalutis reparatæ 455. ſub Martiano Imperatore Orientis grauiſſimè ſæuiit. nam vehemens phlegmone primo biduo excæcabat, & tertio die tuſſis eos abripiebat. Præcipuè in hoc malo vexat ægros delirium ac vigiliæ: quin interdum ſopor, vt fuerit humor infectus. Vno vere & æſtate ſuum conficit plerumque curſum. Quacunque tamen harum trium ratione euenerit peſtis, contagio in alios ire ſolebat, & ab vno populo in alium deriuari: vt cùm aër infectus ventis in aliud clima effertur: vel cùm res peſtifero veneno infectæ importantur aliò. Sed prima ſpecies hac pernicioſa peruaſione præ cæteris atrox habetur. Præclarè Pindarus,

Tertium genus peſtis.

Pyth. 3.

——— ἐκ γειτόνων
πολλοὶ ἐπαύρον, ἀμᾶ
δ' ἔφθαρε πολλὰν τ' ἄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς
σπέρματος ἐνδορὰν ἄσωτον ὕλαν.

Hoc eſt, & ex vicinis multi participes fuerunt, ſimulque perierunt: ac velut ignis in monte, ex vno ſemine proſiliens, magnam vaſtauit ſiluam.

CAPVT V.

VNDE *noſcatur num quis peſte laboret.*

PESTIS. Propria ſigna, quibus notamus alium ex eâ laborare.

VIDEAMVS ergo ex quibus notis ſimpliciter peſtis, quatenus Peſtis, dignoſci poſſit. Cùm primùm hominem hoc malum inuadit, inconſtantes admodum notas habet. Nam quibuſdam cum tremore & frigore accedit, aliis cum calore: Plerumque obrepit cum capitis dolore, cordis tremore, nauſea, ac ſopore; eoque validiſſimo, vbi carbo erumpit. Spiritus ægrè trahitur, inquietudo & anxietas adeſt, ſudores fœdi, conuulſio ab acri vapore. Hæc ſeorſim vel mixtim eueniunt. Non ſunt his fida magis inuadentis mali ſigna. Quidam calorem faciei viridem ducunt, facies ſibi diſſimilis, oculi liuentes, alij æſtuant præcordiis, foris algent, quidam dormire non poſſunt. alij vomunt fœda. nonnulli animo linquuntur: laſſitudo adeſt. vinum poſtulant; pulſus interdum plenior, mox imbellis. Progrediente aliquantulum malo fauces appârent exuſtæ, lingua nigra, iactant ſe ægri, quamuis nec ipſi nec medici æſtum percipiant. Primùm ruffa excernunt, dein fuſca, tandem nigra: hinc mors. Vrina ſanorum, vel tenuis aquoſa, vel turbida: dolent quidam à thorace ad clauiculam; vox rauca. Rarò ſine dolore capitis, qui dorſum peruadit, fit peſtis: adſunt iis vigiliæ vel ſopores, & cardialgia cum imbecillitate. Primarium autem peſtis ſignum eſt contagium, idque non ſimplex, ſed quo plurimi ſimul abripiuntur. Præterea bubones ponè aures & in ipſis ceruicibus, in axillis, vel in inguinibus.

bus. Carbunculus maximè in pectore. Puſtula pallida, liuida, vel nigra rubore cincta emicat. Nam vera peſtis non eſt ſine bubone vel anthrace, manifeſto vel occulto. In his inflammationibus rubor pallori miſcetur, niſi pituita in tali corpore circumfluat. Attamen in primo interdum genere peſtis, vbi ea grauiſſima adeſt, cùm ſpirituoſas & ſolidas cordis occupat partes, nullo tumore indicatur. Quoſdam exanthemata purpurea ſecundo vel tertio die occupant, quidam cum ſtupore & amentia balbutiunt: hi fere tertio, quinto, vel ſeptimo die expirant. Peſtis tempore ſi partes corporis foris temperatæ ſunt, & præcordia ſi flagrant æſtu, ſignum eſt peſtis. Præterea ſi facies fuerit quadam ſui parte rubore tincta, in alia verò pallidior, & in alia ſi ſubnigreſcat quaſi inflammata, hoc eſt, Eryſipelatodes ſi fuerit, peſtis indicium eſt. Aliquem autem ex peſte obiiſſe argumento eſt naſi liuor, & aurium vnguiúmque liuor fœdior eſt, quàm in cæteris cadaueribus quæ nec veneno nec à peſte tacta fuere: & molleſcit putreſcírque fœdè cadauer ilicò: vel tumor erumpens. Expiratio autem morboſa occulta, quæ aërem corrumpit virulenta vi, vnde ſit, denunciant animalia quæ ſedes ſuas mutant; vel in iis ſi hæreant, moriuntur. Si verò nec talis occulta expiratio, nec aliqua euidens cauſa, vt fames, cadauera putrida, & talia adſint, ſine dubio erit à contagio aliunde illata, ac aduena regioni vel oppido.

Signa Num mortuus quis ſit ex peſte.

Quid aërem contaminet, vt noſcas.

CAPVT VI.

De Indicationibvs *curatiuis.*

Indicationes curatiuæ.

IAM ex natura huius morbi deprehenſa adferamus certos ſcopos ad quos collineandum in curatione, vt ſciamus quidnam hîc agendum ſit. Hic ſanè morbus cùm ſit omnium morborum funeſtiſſimus ac perperacutus, ilicò indicat remediandum eſſe, antequam humor qui peſtiferum iam venenum concepit tumeſiat; tunc enim ex paucis multa, vt loquitur Thucydides. Nec vllus hîc ignauiæ locus: ſi enim non profuit remedium, conclamatum eſt. Morbus enim hic nullas præbet inducias, ſed cum ſumma Simptomatum vi, celeriter ſuam abſoluit hiſtoriam ad vitam vel ad mortem. Quare ſemper in ore habeo, nihil peſtilentius eſſe in peſte, quàm plurima non efficacia habere remedia. Quare antequam prodierint tumores, quod ſæpius fit poſt triduum vel quatriduum, ſuccurrendum erit. Nam cùm peſtis aliquantulum proſerpſit, reſpuit omne remedium. Peſtifero tempore quàm primùm caput cunctáque membra grauantur, ſimul cum febre, ilico ſuccurre. Quid agas? Natura huius morbi ſuadet vt ante omnia, aptiſſima antidota præſcribamus quibus venenata hæc pernicies extinguatur. Ratio enim medica iubet vt cum illo, à quo maximum vitæ periculum imminet, ilicò fortitérque pugnemus. Cùm enim hîc cor affectum ſit venenata labe, indéque neceſſariò id debile ſit, euacuationes ferre nequit: quare à venæ ſectione ac pharmacia ſuperſedendum, ſolíſque his vtendum quibus cor erigitur, ac venenata qualitas debellatur. Interim tamen non prohibeo vt non euacuantibus remediis æſtus febrilis temperetur: putredo arceatur, fuligines excludantur, infarctu viſcera liberentur, ſenſim copia ſuccorum abſcindatur. Hæc libro à nobis De febribus edito, vbi de peſtilenti. egimus febre, prolixè proſequuti ſumus.

CAPVT VII.

De Prognosi, *num æger euadet vel non.*

Prognoſis.

SED ante quàm ad curationem veniamus, videamus quænam peſtis curari poſſit. Omnis ſanè peſtis naturâ ſua funeſta eſt, nullúſque morbus hac fallacibus notis inſidioſior: in facie ſalutem, in tergo funus gerit, vera medico-maſtix: nam emergunt rari nantes in gurgite vaſto. Etenim tanta vis eſt interdum huius veneni, vt quæque ambitioſa etiam principum remedia contemnat. Deus eſt qui immittit, quis eximet? Eſt peracutus hic morbus; propterea ſcriptum eſt à Thucydide, ſeptimo vel octauo die hos interiiſſe; ſæpiùs nonum diem non attingunt. Quin decem vel viginti horarum ſpacio quædam peſtis ſuum curſum peragit: nam peſtiferum hoc virus, vires calidúmque natiuum ac vitales ſpiritus qui in corde habitant ita enetuat, vt ilico ita debelletur, vt non poſſit reſiſtere virulentiæ. Hi minùs periclitantur, qui antidotum potum non euomunt. Tumores magni ſi excludantur procul à corde in partem capacem, ſíque inde febris ac dira ſymptomata miteſcant, ſicque pepaſmi capaces fuerint, nec in corruptelam abeant, ſique corpus totum à ſudore madeat, bono eſt. Sin verò recurrant tumores vnde excurrerant, hoc eſt ad cor ſi palindromen fecerint: vel ſi ferro inciſa inflammata pars, fiat liuida & ſicca, funeſtum. Si ex carbunculis apertis non erumpit pus ſanioſum, ſed veluti quædam ſpuma, calamitoſum. Circa fauces qui effloreſcit carbo vel inflammatio, citâ morte eſt funeſtius. Præſtat vt ilico papulæ ac tumores erumpant: & vt bubones plures erumpant; argumento eſt Crito. Bubo quanto minor, eò periculoſior. Ex carbunculis peſſimus eſt nigricans puſtulâ, & durâ, qui non facilè aperit ſe: minores maiuſculis ſunt peiores. Pernicioſi carbunculi qui guttur, pectus, ac qui ventriculi regionem poſſident. Carbunculi multi paucis ſunt magis funeſti: at bubones pauci ſunt magis calamitoſi quàm plures. Bubones ſi ſponte euaneſcant ſubitò, in cor rapi venenum argumentum eſt, ac mortem in procinctu eſſe. Si conſociârit ſe phrenitis aut lecoris inflammatio, mortale. Puſtulæ ante criticum diem efflorescentes, ſi ilicò in liuorem abeant, lethale. Qui nigra vomunt vel aluo fundunt, moriuntur. Fœtor excrementorum qualiumcumque malum. Facies ſui diſſimilis vel ex purpura atreſcens ſi fuerit, mors iam iam aderit. Si extremæ partes algent, internæ verò ab æſtu flagrentur, malum. Hæmorrhagia ex ore, naribus, aluo, veſica, ſi ineunte morbo oborta fuerit, funeſtiſſimum: nam vix tertium diem attingunt. Mens ſi ſemper turbida ſtupeat, cum quadam balbutie, tertio, quinto, vel ſeptimo die hi ferè moriuntur. Soporoſi, moriuntur. Eunti morbo ſi ſuperuenerit tremor cordis vel ſyncope, lethale. Morientibus pulſus formicat inæqualiter, extrema frigent, pectus & facies frigido ſudore perfunditur cum animi deliquio. Si venter turget, inquit Rhaſes, cum mœrore ægri, mortem in propinquo eſſe denunciat. Obſeruaui hos obiiſſe, quibus quinto die ſanguine ſtillabant nares. Quibus oboritur eryſipelas quod ſaniem putridam eructat, quódque vnà partem exedit, plerumque euadunt, à principibus partibus auerſo veneno. Ita hi quibus diarrhœâ aluus fertur, aut qui Ictericam vrinam fundunt, non ita moriuntur. at ſy[illegible]exis praua eſt: ita lienteria & dyſenteria. nam aluus plurimos delet. Exanthemata plura

plura ſunt potiora paucis. Puſtulæ omnes ſunt ſuſpectæ quæ laſſitudinem adferunt. Vrinam plurimam fundunt interdum ſymptomaticè, ſyntexeos vi; ita & ſudores. Non ſemper peſtis à Meridie in Occidentem ſe effundit, ſed quò eunt venti ac hominum commercia, eò perferri ſolet. quamuis Auſter ad hoc malum ſit fæcundiſſimus. Plurimi pueri, ſenes, ac mulieres moriuntur ſeneſcente Luna, ac ea conticeſcente: nam corpora tunc plus excrementorum generant, nec tunc menſes fœminis fluunt. At iuuenes ac ſucci pleni homines, plena Luna maximè moriuntur: nam ſucci corporis tunc maximè mouentur & iactantur, vt elucet in æſtuoſi maris fluctibus reciproci. Recens verò Luna mitior ac lætior eſt. Senes, inquit Plinius, ſemper putatum eſt minùs à peſte tentari. nec piſces, dicit Ariſtoteles, à peſte infeſtantur. Virgines nubiles à peſte infectæ, fere commoriuntur. Cùm aliæ ægritudines incipiunt graſſari, tunc peſtis deſinit. Ineunte Autumno maximè contagia ſerpere ſolebant: nam eo tempore effæta natura corporum languet, exhauſta à præcedentis æſtatis ardore, ac iam vſu fructuum fugacium putredinis ſemina ingerunt corpora, ſtricto à frigore hyberno extinguitur. Cacochymia obſeſſi faciliùs à peſte inuaduntur: argumento ſunt puerperæ & carnibus nimium ſe infarcientes, ac in immunditia degentes, nam hi propè ad putredinem accedunt. Quicunque corde ſunt calidiore, naturâ vel diætâ, ob auctam reſpirandi neceſſitatem, ſunt peſti obnoxij.

De bij. animal.

Quo tempore maximè ſaeuit.

CAPVT VIII.

Peſtis quo modo ſit cauenda vel auertenda.

PESTIS ab irato quia immittitur Deo, ille ſolus precibus placatus illam auertere poteſt. Sed & Deus laudari vult in conditis à ſe auxiliis: non enim fruſtrà medicinam fecit. Omnes ſciunt nihil tutius eſſe, Citò, Longè, Tardè. quare de his non ago. In primis quiſque ita corpus ſuum comparatum habeat, vt quantum fieri poteſt quàm longiſſime à putredine abſit; efficiens enim cauſa vix agit niſi in rem paratam. In primis vita homines peſte imbutos, nam expirant ore totoque corpore venenatum halitum: facileque conſanguinei ſuos afficiunt, vt etiam alios cum quibus eſt naturæ quædam ſimilitudo & ſyntimoria. Cor à calore tuebimur, corpus purum reddemus, obſtructio & cruditas abſit, & antidoris robur affletur. Sol ardens vitetur. Peſti itaque in primis parata materia è corpore excludatur, & corporis intemperies caſtigetur: vt ſi cor nimium incaluit. Nam omne ſtudium adeſſe debet, vt robore quodam cor veneno refragetur. Aër ſiccior reddatur ſuaueolentibus. Tegula ab igne exardeſcens perfundatur aceto, vt per totam domum is vapor fundatur: fuge hominum frequentiam, ac plateas anguſtas vita; & nares inunge theriacâ cum ſucco Rutæ. Pomum ita fiat: accipe ladani, ſtyracis, beniouini, ſingulas ſemuncias, ſuccini drachmas duas, ſantali odorati, & roſarum rubrarum, cuiuſque drachmam: aſperge aqua Roſata, in qua ſit parum gummi tragacanthi: miſce in mortario, adde olei, cinnamomi & caryophyllorum, cuiuſque grana quinque, macis parum, ambræ, moſci, ſingulorum grana quatuor. Si malum à contagione ſit illatum, arce aduenas: domus infecta de die claudatur. Veneri infectos relegant ad inſulam Lazaretum dictam. Foco aſſide ex querno vel abiegno ligno facto, vel ex picea aut Iunipero, vel pino. Æſtate verò violis, nymphæâ, roſis pauimentum ſternatur. Rutæ ſucco adde caphuram & crocum: ex ſpongia odoretur. Frigidiore tempore redoleat aër lauendulam, ladanum, aurantia mala, terebinthinam, cortices pomorum, roſmarinum, caryophyllos; auiculis cypreis fumus excitetur, & veſtes ſuffiantur: quæ etiam ſæpe mutentur; ita ex iuniperi baccis fit halitus. Et quæ herba ſuauem odorem refert, domui inferatur, thymbra, menta, pulegium, maiorana, ſaluia, crocum, ſantala, caphura, beniouinum. Igne domus optimè à lue putrida expiatur: hoc enim nihil meliùs aëris putredinem caſtigat. Eo vtemur, fœtido, caliginoſo ac frigido cælo. Quin & calido cælo confert etiam ignis ratione ſeminum putridorum ac peſtilentium, vt ea conſumantur. verùm tunc ilicò pòſt refrigeretur aſperſâ poſcâ, vel linteis à madentibus, pampinis, ſalice, iuncis, foliis quercinis, nymphææ, lactucæ, violariæ, myrti, cotoneæ mali foliis, & roſis. Fit etiam ſuffitus ex ſuccino, myrrha, thure, croco, maſtice, beniouino. lintea ſpirent iucundum odorem: & veſtes purga lucidâ flammâ ex querno vel iunipetino ligno, & ſuffiatur aceti fumo. Sereno cœlo feneſtras aperi ea parte qua venenum non venit. Exi Sole emicante. Os ab alloquente ſit auerſum, ventoque ſecundo, non aduerſo, alloquium fiat cum his qui in ſuſpicionem veniunt. Domus à fœtore vindicari debet. vita cœmiteria, & arctius hominum conſortium vita. Pomum citrium manu geratur ac odoretur. Vel ſpongiola madeſcat ab aquæ roſatæ partibus duabus, vini maluatici vna, aceti dimidia; adde quid muſci, & naribus admoue. Accipe acetum roſatum, quam roſaceam, & vinum album; adde modicum Zedoariæ, vel corticum citrij: ex hoc ſæpe parum bibe, laua eo manus & facies, & totum corpus eo frica manè & veſperi tepidè; & ex ſpongia odoretur: præſtans hoc eſt ad auertendam peſtem. Caue tibi circa nouilunium & plenilunium; tunc enim fortiter aëreum venenum mouetur. Vis aliquid ſecretioris in natura? caue tibi cùm ſingulis menſibus Luna venit ad eum locum cœli, in quo erat Saturnus cùm naſcereris. idem de Marte dictum puta. Topazium collo appenſum, vel ore ſi fugatur, auerruncat hanc luem. Æſtate naribus admoue aquam roſatam caphuratam, & ſantalis imbutam. Faciem & manus ablue ſæpe odorâ aquâ. Domus excipiat vaporem aceti & aquæ roſatæ, in quibus ſuccinum coxit: manus & facies etiam eâ madeſcant. Rutam manu gere, & zedoariam ore, cùm exibis. vel parum theriacæ infer ſuperno labro, quo ſenſim in gulam veniat eius vis. Medicus comis ſit ac affabilis, ſpem ſalutis præbeat: at non diu hæreat apud ægrum, antequam accedas, cubiculum conuerratur, ſolum poſcâ irroretur, auerſâ facie colloquia da, non propè. iubeve æger conditi quid ſumat, vel os colluat, aquâ roſatâ vel aceto veſtes inficiat. Si quis aërem mutare velit, ea mutatio fiat ad aquoſum ſolum, & cœlum craſſius, cùm aëris vitium mali cauſam dedit: nam is aër tutior eſt ob frigiditatem & denſitatem. Veſtes ſint textæ preſſiùs, vt ſericeæ: nam ſunt expertes pilorum, & vndulatæ, omnéſque quæ glabræ ſunt, vt & coria. His enim tenaciùs non hæret malum. Pellicias abiice veſtes. Induſia & ſubuculæ ſæpe mutentur. Apud veſtes ponantur roſæ, violæ, ſantala, cum caphura. Hyeme iride aſpergantur, & violaceo puluere, vel cyprio. ſuaui ſuffitu aromatum perfundantur veſtes ex myrrha, ſtyrace, ladano. Quantum ad exercitia ſubeunda, hîc plus quieti quàm exercitio eſt dandum: nam cuncta vitare debemus quæ cor in calorem abripere poſſunt. Dum enim reſpirandi augetur neceſſitas, faciliùs aër contaminatus

Quæ ad aërē ſpectant.

Cautio.

Secretum.

Medicus.

Veſtes.

Exercitia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 85 sur 513

©BIUM

2. De natura humana 10.

contaminatus inuadit cor, quod tunc auidiùs in ſe rapit. Hinc eſt quòd Hippocrates, vbi aër in vitio eſt, tenuem diætam commendet, ne, dicit, opus ſit crebrò ac multum reſpirare. Vita ergo hoc exercitium, vbi aër eſt infectus, quod cogit in crebram reſpirationem. Minùs ſe exerceat à meridie ad veſperam: hoc enim tempore maximè ſemina ſua effundit contagium. Locus exercitio dicatus ſit purus ab omni ſuſpicione contagij: nam corpore parente facilius ſubiret malum.

Cibus.

Cibi vtentur qui in locis infectis nati vel ſeruati fuere. Sint cibi boni ſucci, qui facilè coquuntur, quique ægrè putreſcunt. Bilioſi abſtineant ab alliis, ſinapi, multis aromatibus, melle, vino valido. Fames & ſitis abſint. Condiant hi cibos acetoſa, citriis, aceto, agreſta, granatis malis. Panis fiat ex tritico enato in loco qui peſte non eſt contaminatus. Carne veſcemur veruecina, vitulina, cuniculorum, quorum caro conditur omphacio, croco, & cinnamomo; gallinæ. Vtantur elixis qui natura calent ac ſqualent. Non ſe impleant cibis. Piſces boni frigidiorem ſanguinem gignunt: quare hîc laudantur; & hi non laborant vnquam peſte, & maximè marini ſunt tuti. Piſces ſint hi qui carnem friabilem habent, vt aſelli, bugloſſi, paſſeres, rhombi, lupi, erythrini, auratæ, gobiones, merulæ, mullus barbatus, cancri: para cum aceto, ſucco aranciorum, vel acetoſæ. Oua gallinarum, oxygala. Caricæ, paſſulæ, medica mala in prima menſa his, quibus feruet ventriculus: in ſecunda his, quibus alget ſtomachus, pyra cocta & poma, Coriandrum acuto maceratum. Olus ex acetoſa, & beta cum aceto, & butyro, adde boraginem, lactucam, ſpinachiam. Rapum, paſtinaca, allium parcâ manu ſumptum, meliſſa, puls auenata, hordeata. Citrij mali ſucco aſperge cibos. Cappares probantur. Hyeme roſmarinum incoquatur cibis, & hyſſopus, thymus, maiorana, meliſſa: aceti, acetoſę, & agreſtę maximus ſit vſus: adde parum cinnamomi & croci. Pituitoſi caueant à multa lactuca, perſicis, ac fructibus crudis: nec potent aquam multam. Melancholici vitent ſale vel fumo indurata carnem, braſſicam, vinum auſterum. Pituitoſi incoquant cibis piper craſſo modo contuſum. Sed qui ſunt impuro corpore, vt virgines quædam, valdè læduntur aromatum vſu. Curioſi in aquæ cenſu eſſe debemus, nihil ferè ſine ea corpori ingeritur. Vbi peſtis ab aëre venit, pluuialis aqua damnoſa erit: præſtantior erit tunc altiſſimi putei aqua. Hydroporæ cruſtam panis vſtulatam aquæ immergant. Tenue vinum & ceruiſia tenuis in menſam vnà veniant. Citria mala ceruiſię immittantur, vel abſinthium cum radicibus eichorij. Si ſitis premit, aquæ immiſce conſeruam roſarum vel acetoſę; hanc bibe. Nimia potus, vt & cibi, ingeſtio cauenda: nam id maximè corpus tuetur à peſte, ſi vacuum ſit excrementis, optimèque ſi ſit perſpirabile: nam peſtis ſummum ius ſibi vendicat in intemperantes. Quare parciore manu paſtum inibimus quàm aliàs ſolebamus. Nec tamen laudo vt quis ſuoſe genio defraudet: id enim corpus eſſet eneruare, ac ſpiritibus exhauſtum peſtifero incurſui exponere. Ciborum varietas damnoſa eſt.

Potus.

Excrementa. Aluus.

Mundiciei ſtudium adſit. Sit ſemper aluus memor ſui officij, quare pilulis peſtilentialibus per horam ante cænam vel prandium ſumptis admoneatur aluus ſui officij. Hæ hoc modo optimè finguntur, Accipe aloës zocotorinę ſemunciam, myrrhę drachmas duas, croci ſcriptulum vnum, ammoniaci drachmas duas, caphuræ ſcriptulum: confice cum vino aromatico. Sumantur ex cochleari cum ſyrupo de citreis, vel de violis. Aloë corpora munda facit, myrrha putredinem arcet, crocum ſpiritus viuificat: caphura refrigerat. ſingulis ſeptimanis vnius drachmæ pondus ſumatur: fiant igitur ex vna drachma pilulæ nouem. Si metus ſit ne aluus inde ſe præcipitet in fluxum, inuolue eas in puluere boli: ſi ſtomachus inde doleat, adde quid maſticis. Si abhorret à pilulis, Accipe ſcordij, agrimoniæ, abſinthij Romani, cuiuſque manipulos duos: ſenæ vncias duas: fiat decoctio ex aqua ad horas quatuor: expreſſioni forti adde ſacchari vnciam, caſſiæ vncias tres: fiat opiatum. da ſemunciam. Solemnis nulla intercepta maneat euacuatio, vt hæmorrhoïdum, vrinę (nam ea ſæpe reddenda) vlcerum, fiſtularum, ſcabiei, arthritidis, ſudorum, & talium quibus viſcera ſe liberant. Vita balnea, nam reſpirationis neceſſitatem augent: niſi ſqualidus quis ætate media, ex aqua dulci eis frui velit. Laconico non vtantur. Venerem cum Epicuro hîc relegamus: proſternit enim vires nimium. Somnus ſit diuturnior, diúque à cæna ineatur: in cubili ſuffitus fiat ſuauis. Mæror abſit & ira. Sarcina excrementorum excludatur. Si ſanguinea ſolemnis euacuatio fuerit intercepta, recludatur vena, ſi alia ratione imminui is tutò nequeat; & periculum ſi intentat. Fiat plenilunio, ſi agendum; nam præſtat diętâ refrigerante & parciore, ſanguinis copiam & feruorem minuere: ita in ſecunda valetudine non conſumemus aduerſę mox fortè futurę præſidia. Quia facilis peſtilenti tempore aluus in fluxum abripitur, non laudo vſum validiorum purgantium: ſatis ſint pilulę peſtifugę, vel manna; nam hęc gummoſa cùm ſit, veneno reſiſtit; vel ſyrupus roſatus ſolutiuus, & tamarindi, vel rhabarbarum, aut ſena: denique alephangirę pilulę. Qui pranis ſuccis circumfluunt, iubeant ſibi fontinellam inuri brachiis vel cruribus. Pro pueris, accipe extracti rhabarbari drachmas tres; rhabarbari pulueriſati drachmas duas, conſeruæ roſarum ſemunciam, ſacchari in aqua cinnamomi ſoluti quantum opus eſt: fiant rotulæ. Sumat vnam: adde interdum grana pauca ſalis hyperici. Admouentur etiam quædam corpori quæ frangunt veneni vim, alexicaca dici poterunt. Quædam venena cordis regioni applicantur: nec puto id ratione carere: nam dum cor qualitatem illam inimicam percipit, ſeſe contrahit, ſitque eius ſyſtole fortior quàm diaſtole, ita vt validiùs eo motu à ſe excludat, quàm attrahat. Antea diximus peſti iter ad cor facillimum dari, cùm id potenter attrahit. ne itaque potenter attrahat, Accipio arſenici cryſtallini vncias duas, zodoarię drachmas duas, croci ſcriptulum, caphuræ ſemidrachmam ex muccagine quæ fit ex gummi Arabico in aqua roſata, fiat paſtillus, qui cùm exactè exaruit, ſyndoni includatur, ac pectori appendatur, axillis quoque & arteriis manuum obligantur oblongi ex his ſacculi. Poterunt etiam ſacculi fieri ex ſemine & cortice mali citrei, zedoaria, corallis, caphura, croco, & muſci granis duobus; adde, ſi lubet, roſas, myrtum, ſantala, ſuccinum album. immerge vino maluatico remixto cum aqua roſata, & aceto, quibus immaduere ſpecies diarrhodonis abbatis: cordi apponatur. Vel accipe adipem ſerpentum, adde theriacam, & parum vitrioli, & cum ſucco citreorum iliinc regioni cordis, & arteriarum; eſt ſanè hoc excelſum remedium. Si mitius velis, attamen præſtans, accipe ſucci ſcordij vel cardiacæ vnciam: caphuræ & croci cuiuſque ſcriptulum: cum cera fiat vnguentum, vnge cordis locum. Si æſtas incendio conflagrarit, Accipe vnguentum roſatum, cui adde ſantala & caphuram. Si frigus, adde olei cinnamomi & caryophyllorum grana tria: vel per aquam vitæ extrahe eſſentiam ſantalorum & aliorum aromatum. Excellens etiam hæc eſt vnguentorum parandorum ratio: Accipe aliqua ex his, vt tormentillæ radicem, zedoariam, abſinthium ſiccum, roſas, agrimoniam, ſcordium, carduum benedictum, coque per ſeſquihoram in aqua: exprime fortiter, & euapora; vel per filtrum diſtilla, & euapora dum venerit ad mellis conſiſtentiam: adde caphuram, & cum cera fiat vnguentum: dicta

Pilulæ peſtilentiales notatæ.

Balnea.

Venus.

Somnus.

Euacuatio.

Foris.

Admouenda corpori ad- uerſus peſtē.

Cur venena iuuent.

iam

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 86 sur 513

ſam loca eo illine. Auribus immitte & naribus vnguentum roſatum, cum momentulo eſſentiæ caryophyllorum, vel ſaluiæ, aut eorum oleis. Granatus gemma æri venenato repugnat, ac cordi ſtudet, vt ſmaragdus cerebro, & ſapphirus hepati, & corallus ventriculo: hyacinthus exhilarat. Topazium inter cuncta celebratur à Serapione, & theriacæ anteponitur: Villanouanus & Raimundus idem aſſerunt. Agathes etiam ad peſtem commendatur, & margarita. Hæc annulis includuntur, vel geſtantur in pectore, vel ore ſuguntur. Ore contineant theriacam, vel zedoariam, aut ſemen citrij. Pectus, arteriarum regiones, & nares illinantur theriacâ. Sericeo coccineo aliquid ex his includi poteſt, vt puluis ireos, cyperi, caryophyllorum, cinnamomi, mirti, roſarum, violarum, ladani, beniouini, croci, caphuræ, ſtyracis, moſci, ſantalorum. Iam de his quæ aſſumuntur ad tutelam ſanitatis, agamus. Hyeme ſumant manè conſeruam ex foliis ſcordij, cum ſucco aranciorum & pauco vino; æſtate cum acetoſæ ſucco vel foliis. Theriaca Andromachi omnium optima antidotus eſt; piſi mole manè ſumitur; ita & Mithridatis theriaca. Theriaca ad annum duodecimum proba eſt: infra quartum annum quæ eſt, biliosis vtilis eſt. Sex horis præcedat eius vſus cibum. Pro pauperibus efficax eſt theriaca diateſſarum: vel hoc, Accipe boli Armeniæ ſemunciam, tormentillæ drachmas tres, radicum angelicæ drachmam: fiat puluis: miſce cum melle; ſumant manè ſemidrachmam. his addi poteſt ſemen citrij mali, & zedoaria, & caphura, ſemen acetoſæ, & ſuccus ſcordij, corailum, vel cornu cerui, cinnamomo afflatur ſuauitas. datur ad duas vel tres drachmas. In vſu trium remediorum nobiliſſimorum vindices ſanitatis maximè pono; Nimirum vt ter quis in hebdomade vtatur illis pilulis peſtilentialibus, quas hîc deſcripſi, ita vt drachmæ pondus, hoc eſt coronati pondus ſingulis ſeptimanis abſumat. Intercalaribus diebus autem vt parum theriacæ optimæ capiat, vt ad fabæ molem. Et interdum loco theriacæ pilulam vnam ex optima rubráque myrrha; fiat illa hoc modo. Accipe myrrham rubram & puram, quæ ſplendet fracta. in puluerem contundatur: hunc miſce cum aquæ theriacalis guttulis quibuſdam, & pauca cum theriaca & melle, vt fiat maſſa; accipe manè auellanæ quantitatem ex ea maſſa. Hæc ſanè inter cuncta aſſumenda præſtantiſſima ſunt. Sed quædam naturæ adeò ab his abhorrent, vt nullo niſu his frui poſſint: quare ſelectiſſima quædam alia adfero. Radices quibus vtimur, vt angelicæ & tormentillæ, primùm mancerantur aceto, iterúmque ſiccantur. Qui ſunt humido admodum corpore, & aluinis fluxibus obnoxij, his ſemiſcriptulum boli & tormentillæ remiſcemus cum ſemidrachma theriacæ; & ſuperbibat parum vini cum aqua roſata: vel aquam ſcabioſæ in qua maduit meliſſa. Bolus & terra ſigillata ſæpe inſuccantur aquâ roſatâ & aceto. Turcæ dant terræ Lemniæ drachmam: Germani propinant ſuccini albi drachmam in peſtis curatione. Pauperes manè comedant ficum vnam, cum ſeminuce non rancida, & foliis quinque rutæ vel ſcordij, cum mica ſalis; vel hæc terant cum aceto. Vel ita, Accipe iuglandium non rancidarum quinque, ficuum pinguium tres, rutæ, ſcordij, cardui ben. cuiuſque pugillum: radicum tormentillæ, & peraſitidis, & pimpinellæ, aceto macerataram & iterum ſiccatarum, cuiuſque drachmas duas, ſalis abſinthij ſemiſcriptulum, cornu cerui vſti ſemidrachmam, boli præparati, & myrrhæ, cuiuſque drachmas duas; tere omnia, & adde mellis deſpumati quantum ſatis eſt vt fiat electarium. Vel hoc modo, Accipe ficuum pingium vncias tres, iuglandium ſeſcunciam, foliorum rutæ drachmas duas, ſalis parum: contunde cum melle deſpumato, vel cum ſyrupo de ribes aut de citreis; ſumat caſtaneæ molem cum aqua roſata & aceto calendulæ. Vbi De curatione, deſcribemus ouum quod etiam præcautioni dicatum eſt. Trochiſci de caphura etiam magnam vim habent. Arabes octo grana ſmaragdi ex vino propinant: noſtri, ſuccinum cum caphura. Hoc eſt etiam præclarum, Accipe conſeruæ acetoſæ Romanæ, & cordui b. cuiuſque vnciam, corticum citreorum conditorum ſemunciam, mithridatij optimi drachmas tres, ſuccini albi drachmas duas, caphuræ ſcriptulum: cum Sirupo de acredine citreorum fiat conditum: ex eo ſumat manè drachmam vnam aut alteram. Magnatibus tale præſcribo, Accipe poma tria vel quatuor citria, eáque ſcinde in partes, & coque ea cum aqua roſata dum in pultem omnino colliquefcant: contunde, ac traiice per cribrum: adde margaritarum drachmam vnam aut alteram, mithridatij vel theriacæ drachmas duas, vnicornu ſcriptulum, lapidis beſoar ſcriptulum: fiat conditum. Siinopia ſit malorum citreorum, eorum loco cap o cortices conditos. Manè & veſperi ſumunt drachmam. Si quis velit quid potulenti, Accipe aquæ roſaræ, aceti roſati, vini maluatici, aquæ acetoſæ partes æquas: his infunde puluerem zedoariæ; cortices citri & bolum armenum, adde parum croci: iunge conſeruam veterem roſarum; ſerua in vitro obturato: ſæpe bibe inde parum. Vindicat hoc cuncta à putredine & à veneno: Cornelius Agrippa ea vtebatur. Vel tali liquori immacerari poteſt ſcordium, ruta, calendula, acetoſa, angelica, ſemen citrij, tormentilla, caphura: quædam ex his. Hoc etiam excellens remedium eſt, Accipe theriacæ optimæ drachmas duas, myrrhæ rubræ ſcriptulum, caphuræ ſemiſcriptulum: da ſcriptulum vnum cum aqua roſara. Coque alexeteria in magna copia, ex aqua per horas quatuor: expreſſioni admice ſaccharum, & excoque liquorem, quo veniat ad mellis conſiſtentiam. Ita etiam ſuccus recentium baccarum iuniperi coquitur: qui arenulas etiam ſoluit renum. Aquâ vitæ extrahe rubedinem malorum citreorum, roſarum, ſantalorum, cinnamomi: bibe ſemunciam cum ſaccharo; id frigidis confert hominibus. Pauperes radicem peraſitidis aceto vel vino infundant: manè ſumant fruſtum cum ſaccharo; vel macerentur caryophylli aceto: manè vnum ſumant, & aceto lauent faciem, axillas, & pudenda. Vtetum quæ gerunt mulieres, caueant ne vtantur antidotis quæ abortum prouocant: vidi quæ, cùm à medico remedium ad auertendam peſtem ſibi comparari iuſſiſſet, mortem ſibi accerſiuit, vi remedij effuſo ſanguine omni ex vtero. Si neceſſaria illis ſit purgatio, id fiat à quarto menſe ad ſeptimum: idque agemus maximè mannâ, caſſia, & talibus: ſed à ſyrupo roſato laxatiuo abſtine, nam euocat menſes. Si ſecundo vel tertio menſe ingrauidationis fluunt menſes à nimia plethora concitati, vena his ſecetur: ſæpe enim obſeruatum fuit, has tunc fæliciùs fœtum proferre. Quin his quæ ægrè, ob grandeſcentem nimis fœtum, defungi partu ſolent, commodè pertunditur vena: nam ſubducto ſanguine, detrahitur moli fœtus. Hoc electarium occulta dote à peſte vindicat, ac fœtum tuetur: Accipe cydoniorum malorum conditorum, & citreorum, cuiuſque vncias duas; conſcindantur minimas in partes; dactylorum, ficuum, ſingulorum vnciam, conſeruæ boraginis vncias tres, ſeminis fœniculi drachmas duas, ligni aloës, cinnamomi, caryophyllorum, granorum paradiſi, cubebarum, cuiuſque ſemidrachmam, ſpicæ nardi ſemiſcriptulum: Vtantur ex eo manè nucis magnitudine grauidæ mulieres. Grauidis hoc quod ſequitur etiam præſcribo: accipio citrium malum, co-

Lapides pretioſi.

Aſſumenda.

Aſſumenda quæ à peſte defendunt.

Tria nobiliſſima remedia, quæ præſeruant à peſte.

Excellens remedium.

Elegans medicamen.

Mulierum ingrauidatarum præſeruatio.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 87 sur 513

©BIUM

quo ex aqua roſata, addo margaritas, ſemen citreorum, acetoſæ ſemen, & coriandri, cornu ceruinum, zedoariam, bolum, corallum, tormentillam, caryophyllos, & aliquid ex vnicornu. Superbibat parum aquæ fragorum. Cordi appendat corallum cum hyacintho, vel topazium. Virgines non menſtruales, ter ſingulis ſeptimanis ſumant pilulas peſtifugas, & quotidie bibant decoctum pimpinellæ ex aqua cum pauco croco & ſaccharo. CAVTIO ſit in horum omnium vſu, ne quis vtatur iis, quibus valdè alteratur. propterea ſecurus vſus eſt veri boli, & ſuccini albi cum ſaccharo, vel cum conſerua roſarum.

Virgines.

Cautio prophilactica.

CAPVT IX.

PESTIS *quomodo ſit curanda: & primùm de Vena ſecanda, & de Purgatione.*

CVM peſtis omnium morborum ſtineſta calamitate ſit maximus, magniſque morbis magna iure debeantur remedia, ſintque duo ſolùm magna remedia, ſcilicet venæ ſectio & purgatio, meritò in primis inquirendum nobis eſt, num hæc peſti conueniant. Et ſi hîc vſum habent, quanam tecmarſi ea in vſum duci debeant. Verùm in Peſte exiſtimo rarò & ne vix quidem venam ſecandam eſſe. Vno enim ore fatentur exercitatiores pragmatici, ſe obſeruaſſe plures ſanatos fuiſſe, quibus vena non fuit ſecta. Cauſa eſt virium proſtratio: nam illud virus vitæ noſtræ arcem ilicò expugnat. Et quamuis vires firmæ videantur ineunte morbo, mox tamen illæ fatiſcent, cùm cuniculis occultis ſerpens virus peſtiferum, cor ſubitò inuadet. Quare qui ſanguinem educunt vel purgant ægrum, maximè antequam antidotum propinauerint quod vires firmat, ægrum præcipitant. Præterea nullum venenum, nec etiam vlla putredo, tantum abeſt vt peſtilens, phlebotomiâ curatur. Fateor quidem obſtructionem putredinis cauſam phlebotomiâ interdum adimi: ſed cùm peſtilens hæc putredo plerumque naſcatur à contagio, miniméque ab obſtructione, venæ ſectio iuuare non poterit: nam contagium non adimitur ab emiſſo ſanguine. Annotat notauítque doctiſſimus Fallopius, hos, quibus ab Anno 1524. ad Annum 1530 à clariſſimo D. Friſimeliga ſecta fuit vena, omnes ferè interiiſſe: multos verò quibus non fuit vena ſecta, euaſiſſe. Præterea hîc nulla pars interna occupatur inflammatione; quin nec in huius anginæ rubore apparet tumor: quare nec reuulſionis cauſa eſt ſecanda hîc vena. Sed peſtis eſt quaſi venenum quod infertur ab ictu vel motſu venenati animalis. Quare etiam Galenus in peſte debellanda pugnat ſolis antidotis, vt theriacâ & bolo. Nam, inquit Auicenna, ſanguinis emiſſione intrò vocatur venenum: & id habet peculiare venenum, vt ilicò ad cor ſe conuertat, illúdque oppugnet: propterea omne venenum foras vocari debet. Has quæſo rationes perpendant accuratè qui tales ægros tractant: nam agitur hoc in remedio de vita & morte ægri. Graues admonitiones omnium celeberrimorum medicorum nullum non mouere deberent, qui vno ore affirmant veneno infectis ictu, morſu, potu, eſu, tactu, aliáve ratione veneno afflatis venam pertundendam non eſſe. Si nec his rationibus perſuaſi, nec authoritate veterum moti abire à ſententia nolint, oro, ſi ægrorum eis ſanitas ac vita chara, ne poſt triduum peſte afflictis venam aperiant: grauis enim iam tum virium imbecillitas in procinctu erit, pabula vitæ inuadente iam veneno. Quare in tumoribus inflammatoriis, intra viginti quatuor horas, ſi id agendum putant, vena recludatur: nam ſecundo vel tertio die prouchitur morbus hic in vigorem. Et antequam id fiat, ſumat boli drachmam, cum aquæ roſatæ vnciis duabus, & vnâ vnciâ vini albi; nec intra ſex horas poſtea dormiat. Imò fiat id quatuor horis à cibo: & nunquam protrahatur euacuatio ad animi deliquium. Si emicante bubone is ſubitò recurſum fecerit eò vnde excurſus fuerat, fiátque ſi illud ineunte iam iam morbo, ſcalpello vel cucurbitâ è loco affecto ſanguis educi poterit. Si tumor peſtilens ſe in conſpectum dederit, qualiſcunque is fuerit, fotu rerum emollientium ac diſſipantium is placari debet; vt poſtea præſcribam vbi de bubone. Et ſex digitis infra tumorem applicetur tale veſicatorium. Accipe cantharides decem, aufer ab eis extremas partes; paſſularum vnciam, fermenti ſeſcunciam, ſcabioſæ, cynogloſſæ, conſolidæ maioris, vincetoxici, cuiuſque vnciam: incorporentur cum oleo lilino. Præterea accipe mala punica, ea ſcinde in quatuor partes: coque ea in aceto dum diffluant, contere, & loco ſuperno applica: id age ab initio ad ſtatum, hoc eſt, ante apertionem. Ne autem circumpoſitæ partes in putredinem abripiantur, eas muni aceto & aquâ roſatâ cum bolo. Sed de his prolixiùs vbi de carbone. Hactenus de Chirurgia: iam ad Pharmaciam venio. Sed antequam eam adeam, ſuadet Methodus medendi vt de Præparantibus ſcribam. Hæc ſanè vtilia forent ſi peſtilentia conſilium ac tempus admitteret; at ferè moræ neſcia illa irruit, ac celeri pede ſuum curſum abſoluit. Cùm verò hæc præparantur remedia, talia ſint, quæ vim veneni ac ardoris extinguant: cúmque perpetuò Antidotis ac ſudorificis (in quibus vera curatio huius mali) vti non liceat, nos illa hîc etiam prodemus. Quamuis his non puto vtendum eſſe ratione præparatoriæ purgationis, attamen cùm ocium eſt ab Antidotorum ac ſudorificorum vſu, his vti poterimus interdum, vel etiam loco potus dum ſitit æger. Accipe aquam hordei, cui incoque ſaccharum cum radice petroſelini, & ſi lubet adiice ficus: adde oxyſaccharum. Bis die da ſyrupum citreorum, de agreſta, de ribes; rob de berberis, de cidoniis, de granatis: aliquem ſcilicet horum, cum aqua endiuiæ, boraginis, acetoſæ, meliſſæ. ita etiam vtimur ſyrupo de ſucco acetoſæ, roſato ſimplici, de ſucco cardui b. Accipe aquam acetoſæ, roſarum, ſcabioſæ, meliſſæ, bugloſſæ, vel endiuiæ, vel melonum, vel prunorum alborum, cum caphuræ ſemidrachma: nihil enim promptiùs ſanguinis ardorem extingit & ſitim ſedat. Probamus etiam decoctum tamarindorum, cum ſeminibus frigidis, & cum floribus cordialibus. Vel in aqua roſata infunde meliſſam, boraginem, ſcordium, acetoſam, acorem & ſemen citrij, parum caphuræ & aceti: colaturæ adde ſyrupum citreorum. Accipe aquæ roſatæ libram, vini albi odorati ſemilibram, boli ſemunciam, vel tantundem ſuccini albi: da ſæpe vncias duas. Sed prudenter vtendum eſt his frigidis. Hoc eſt, vbi æſtu febrili flagrat corpus, his vtendum creſcente morbo: ſed cùm ad ſtatum venitur, abſtinendum. Ego fœliciter, S. Dei beneficio hoc vtor: Accipio foliorum ſcordij, acetoſæ, ſummitatum calendulæ cùm ſe in gemmas nectunt, cuiuſque ſemimanipulum; pimpinellæ vel endiuiæ, cardui b. florum boraginis, ſingulorum pugillos duos, meliſſæ pugillum, decocti ſecundi hordei libram, aquæ roſatæ vncias duas: infunde hæc, & non coque, ſed immacera calidè tota nocte: colaturæ claræ adde ſyrupi de acredine citreorum, vel ſyrupi de ſucco cardui benedicti vncias tres: olei ſulphuris, vel ſpiritus vitrioli quantum ſatis ſit, vt leniter

De chirurgia, & primùm de Phlebotomia.

Obſeruatio.

Cucurbitæ.

Veſicatoria.

Præparantia.

Cautio.

Excellens remedium in maligno æſtu.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 88 sur 513

leuiter aceſcat. interdum iungo quid trochiſcorum de caphura. Hyeme, vbi herbæ deſunt endiuiæ & cichorij, ſumo earum loco harum ſemina. ex hoc apozemate ter die bibant vncias quatuor. Ratione virium, ſi illæ flacceſcant, coquo endiuiam, acetoſam, & cæteras ſuaues herbas iam ſcriptas; adiicio perdicem vel ſemipullum, & agreſtam: colaturæ addo vinum granatorum. Interdum iubeo vt conſeruam roſatam, vel diamatenatum exprimant cum aqua hordei: vtque eam bibant. Iam ad purgantia veniamus. An hîc purgandum? cùm Peſtis hyparxis conſiſtat potiùs in qualitate praua ac venenata, quàm in copia materiæ, exiſtimo ad veram peſtis curationem per ſe non multum facere purgationes. nam peſtis, quâ venenum, alexipharmacis ſolis curatur. Attamen ne febres flagrantiſſimæ ab vſu antidotorum calidarum incendantur, & ne ſucci, ſi qui praui ſunt in corpore, calidis remediis accenſi fomitem vberiorem veneno præbeant, néve illi humores, ſi qui corpore circumfluant fœdi, vſu calidorum antidotorum in parte aliqua vitæ neceſſaria phlegmonem accerſant, purgandi veniunt. Quare auctor ſum, vt ilico, cum veneno antidotis pugnemus: & ab vſu antidotorum vt purgetur: eáque ſemper lege, vt purgantibus ea adiicias quæ vim veneni peſtiferi frangunt, eáque quæ febrilem ardorem mitigant: vt ita naturæ ſtudeamus, vnáque cum morbo pugnemus. Quod ſi ita corpus prauis ſuccis circumfluere videatur, vt ante merum antidotorum vſum iſtud purgandum exiſtimes; hoc hac arte fiat. Accipe cæpam albam magnam, hanc excaua ſuperiore parte, & exempto corde imple drachmâ theriacæ optimæ: adde parum puluerís radicis tormentillæ & dictamni: inuolue papyro humidæ, & aſſetur ſub cineribus calidis: dein contunde in formam pultis, adiice parum aceti calendulæ, cum aqua cardui b. & fiat ſorbis expreſſio: cui adde in tenellulis naturis trypheræ Perſicæ ſemunciam; cum drachma vna electarij Hamech, vel electarij indi; & è ſucco roſarum vnam drachmam: diaphœnici drachmas duas. Hoc purgat, & mox ſudorem prouocat, & veneno reſiſtit: cor enim firmat. Hîc enim nullus ſegniciei locus eſt: omnia ilico agenda. Nec metue contrarios eodem tempore motus; natura enim niſi ilico vindicetur ab hoc hoſte, conclamatum erit: vſus hæc docuit proba eſſe. Si verò corpus purum eſſet à prauis ſuccis, nollem illud purgari. Præceps enim in ventrem eſſe ſolebat humorum præcipitatio, eo tempore quo peſtis graſſatur. quare vide num huic peſti id ſolemne ſit: ſi ita, abſtine à purgantium vſu. Cùm enim tota curationis ſpes conſiſtat in robore virium, quod veneno huic, quod cordi bellum indixit, reſiſtere debet, cordique propugnare; cumque purgantium vi atterantur validè vires, non temerè huc veniendum erit. Dico, non temerè ad vectoria vibrantiáque pharmaca eundum eſſe. Quare corporum obſeſſorum à peſte natura erit perſcrutanda: nam talia illa fortè ſint, támque valida cacochymia fœdata, vt ni illa purgetur, cuncta antidota calida operam ludant. Hæc cauſa eſſe videtur, quòd Iacobus Carpenſis plurimos ſanaret, quos tractabat ab anno ſupra milleſimum quingenteſimum, ſiceſimoſeptimo ad trigeſimum primum. hic ineunte morbo præſcribebat laxatiuum: & in augmento purgabat. Et Gentilis dicit, medicos ſui æui vſos fœliciter fuiſſe ſcammoniatis. Auenzoar propinat remedium quod excipit euphorbium: hoc autem ſiccum eſt, & calet ad quartum vſque gradum. Fallopius vſum eius ab vſu probat. Exiſtimo veneno refragari. Si quis eo vti velit, præbeat cum caſſia: ita non vrit. Tu, cùm contagia agit peſtis, inquire num aluus auferat plurimos: ſi ita, abſtine; ſi verò plurimi alui fluore liberantur, purga: ſed certa tecmarſi. Vide igitur quiſnam humor in corpore laborante triumpher, hunc purga. Si bilioſus videatur humor in vitio eſſe, Accipe florum boraginis, violarum, althææ, foliorum ſcordij, lichenis qui petris adnaſcitur, lactucæ, cuiuſque ſemimanipulum, ſeminis cichorij, endiuiæ, cuiuſque drachmam, tamarindorum ſemunciam, ſeminis citrei ſcriptulum, pruna quinque: coque ex aqua. accipe huius decocti vncias quinque: quibus infunde rhabarbari drachmam, & cinnamomi ſcriptulum: vel horum loco mannæ electæ vnciam, & ſyrupi roſati laxatiui ſeſcunciam, caphuræ grana quatuor: fiat hauſtus. Ita etiam vtimur myrobalanis, caſſiâ, trypherâ Sarracenicâ. hæc etiam interdum ſumuntur ex aqua roſata, boraginis, & aceto calendulato, in quibus coxere tamarindi & myrobalani. Quòd ſi pituita purganda veniat, præſcripto iam decocto addes ſemen aniſi, & betonicam: colaturæ autem infunde agarici recenter trochiſcati ſeſquidrachmam, zinziberis ſemiſcriptulum: macera tota nocte, & colaturæ adde mellis roſati laxatiui ſeſcunciam, vel electarij lenitiui drachmas ſex: ſumat ilico. Si melancholia redundat, priùs deſcripto decocto adde epithymi, chamædryos, ceterachi, fumariæ pugillos duos, polypodij ſemunciam, & foliorum ſenæ drachmam. Huius decocti vnciis quinque infunde myrobalanorum Indarum ſemunciam, foliorum ſenæ drachmas duas: Si ſit atra bilis, adde caſſiæ ſemunciam, confectionis Hamech drachmam, trypheræ Perſicæ drachmas duas: & decoctum tunc accipiat flores plurimos violarum & althææ. Vomitus ſi videatur neceſſarius, is non ſit violentus: is enim vias aperit ad cor veneno, & cerebrum facilè veneno grauat: id enim per vomitum plethoricis cauſis augetur. Sed ſi æger vomibundus ſit, & id ſi agendum videtur, Accipies vitriolum Romanum valdè ſiccatum: id diſſolues in aqua. per reſidentiam depura, ac euapora: ſidet in fundo vitriolum in forma ſalis: Propina ſcriptulos duos; ad drachmam licet venias. Exhibe ex conſerua roſata vel boraginis, aut roriſmarini, vel ex aqua bugloſſæ. A vomitu nutriatur carnium liquore: dein da quid carnium cidoniorum & citrij. Præſtat autem ſudare eos qui non ſunt vomibundi. Caue ne venenoſis remediis vomitum moueas: nam natura vix vni veneno par eſt. Magis laudatur aluina purgatio. Sed dices, At medici præſcribunt intoxicatis vomitum. Reſpondemus, non eandem veneni conditionem eſſe: hîc enim venenoſus ſpiritus eſt extra ſtomachum; ibi materia in ſtomacho concepta eſt. Primo itaque vel ſecundo die leuis purgatio imperetur, vt ex caſſia cum tamarindis, myrobalanis, rhabarbaro, manna, ſyrupo roſato laxatiuo. Sequentibus ſit pax à pharmacis, ſed aluus ducatur pilulis peſtilentialibus, vel molli clyſmo. Interim dum hîc purgas, recrea ægrum iolapiis, ne ſpiritus reſoluantur, vt Iolepo roſato, violato, acoris citreorum & ceraſorum, berberis, acetoſæ. Sed iam ad alexipharmaca veniamus: nam propria peſtis curatio S. Dei beneficio, his conceſſa eſt: ſi priùs tamen purgationculam pueris dicatam prodidero: Scinde rhabarbarum in tenues taleolas, has irrora aquâ vitæ: deinde has humecta cum vapore vini albi. poſtea has infunde aquæ roſatæ, ſi æſtas fuerit; vel vino, ſi hyems. Cùm hæc aqua calorem rhei bibit, effundes eam; & nouam infunde aquam: idque toties dum colorem nullum amplius bibit aqua. Tunc illas aquas leuiter excoques ad dimidij exhauſtum: adiice ſaccharum vel mel: coque ad ſyrupi conſiſtentiam; & redde ei taleolas rhabarbari. Da pueris, duorum vel trium annorum, cochlearia duo vel tria. prouectiores taleolam vnam accipiant, ita vnà lumbricos occidet. Vel coque taleolas rhabarbari cum ſyrupo roſato laxatiuo; &

Purgantia.

Peſti dicata purgatio.

Iacobus Carpenſis.

4. Cano. 1. Fen. 3. Theſ. 3. 4.

Bilem phlegantia.

Pituitam purgantia.

Melancholiam purgantia.

Vomitus.

Cautio.

Dubium.

Cautio.

Puerorum purgatio.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 89 sur 513

& adde cinnamomum: da tres vel quatuor taleolas cum duobus cochlearibus ſyrupi.

CAPVT X.

De Antidotis, & ſudorificis, propriáque peſtis curatione.

CVM pernicioſiſſima peſtis hyparxin ſuam habeat in ſpirituali veneno qualitatéque venenata, eáque indicibili in prauitate cùm poſita ſit, propriè nec venæ ſectione, nec purgatione ea curari poterit. Sed iis propriè obpugnanda, quæ antipraxiâ virulentiam hanc extinguunt, ac naturę humanę robur afflant, quæque ſudores promouent. Quæ enim ſudores proliciunt, vnà ſpirituoſos halitus veneno infectos euocant: adeóque non tam ſudorum ratione, quàm halituum qui vnà eunt, ſpirituale id virus peſtiferum exigitur. An itaque multis hoc moliendum remediis? apage illud à me quæſo reputa, NIHIL in peſte peſtilentius, mole remediorum ignauorum; dum enim nihil proficiunt, abripiuntur ægri. nullus enim hîc ſegnitiei locus, vtque iterum hoc admoneam, ſi non profuit remedium, homo peſſundatur: locus hîc nullus bis peccandi; nam occaſio medendi hîc præceps admodùm eſt. Quare maximè commendamus ea remedia, quæ longiſſimi ęui periclitatione comprobata ſunt. Sint hæc remedia talia, quæ immutant venenum per arterias diffuſum. Primæ autem nobilitatis in hoc cenſu eſt theriaca. Fugite ea remedia quæ plurima aggeruntur theriacæ: hæc enim ſua mole obtundunt theriacæ robur. Theriaca, diuina quadam vi, inquit Auicenna, debellat venenum, & cordi robur afflat; & hoc præterea habet theriaca, vt viſcerum infarctus expediat, ac ſpiracula cutis vt referet, & ſudore partem putridi ſucci euacuet. Propinatur theriacæ drachma vna, cum ſalis abſinthij granis duodecim: interdum miſcemus ſcriptulum pulueris Meobani. Nonnunquam præſcribimus theriacæ & pulueris Meobani cuiuſque ſcriptulos duos, vel ſemidrachmam, cum granis duodecim ſalis abſinthij. Dici nequit quantum ſudoris profundant hæc remedia. Pueris damus ſcriptulum theriacæ, cum granis ſex, ſeptem, vel octo ſalis abſinthij. Exhibentur autem hæc ex aqua roſata, vel ex aqua boraginis, vel cardui benedicti, & ſemicyatho vini albi tenuis. ſi æſtus vehemens adſit, remiſcemus ſyrupum de acredine citreorum. Vel ſumi poterunt cum cyatho decocti ſcordij, ſcabioſæ, acetoſæ, cardui benedicti, ſeminis citrei; vel propina hæc cum ſucco rutæ & aceto calendulæ. Ter talia aſſumat ſpatio viginti quatuor horarum primo die. Si quid adiicere theriacæ velis, vt ſemen citrij; tormentillam, radicem angelicæ, tunc theriacæ pondus, ferè æquare debet cæterorum molem aut vim. Aliud præclarum: accipe theriacæ drachmam, ſalis abſinthij grana decem vel octo, lapidis bezoar ſemiſcriptulum, aquæ roſatæ vnciam, vini ſemunciam, aceri roſati parum. Nec quæſo calorem theriacæ reformida: nam elementares qualitates, in tam parua mole parum de ſe virium fundunt: at ὁ δαίμων etiam in parua mole inſigne habitat. Quare theriaca potentior eſt ad venenum excludendum, quàm ad incendendum: vix enim ea ad ſecundum ordinem caloris ſe erigit. & ſanè in hoc morbo plus eſt veneni, quàm caloris. Venenum hîc ab inſpiratione ortum eſt: quod ſudoribus, expiratione, diaphoreſi, & calidis rebus excludi debet. Si eſſet febris peſtilentialis, aliter ageremus: ſatis eſſet ſi ſpiracula aperitentur, vtque corroboraretur, validis abſtineremus. Sed dices, Tamen in peſte manus, pedes, ac extremæ partes frigent: id autem fieri docet Galenus, quòd inflammatæ internæ partes principes in ſe prolectent ſanguinem, ac calorem ex toto habitu corporis in ſe auocent: quare ſi theriacam aliáve calida hîc propinaueris, inflammationem augebis, ac mortem accerſes. Reſpondeo: ita eſt; nec ego in tali hiſtoria morbi exhibuero theriacam: ſed non ſolùm ſemper frigent externæ partes habituſque corporis ob phlegmonem internæ partis, ſed ea etiam ratione, quòd calor natiuus incipiat extingui, quod externæ partes ilicò ſentiunt, ac algeſcunt: fit autem hoc ex venenata vi morbi. hîc vſus theriacæ, vitæ poſt S. Deum auctor eſt. Sed dices, ſi, vt ais, partes externæ frigent & à phlegmone intùs concepto, & à veneno, quomodo internoſcam has cauſas? Reſpondeo, Si frigent extremæ partes vi conceptæ phlegmones in viſceribus, aderit ſitis inexplebilis, ardor circum præcordia immanis, lingua ſcabra ac arida: at cùm frigent à veneno quod calidum natiuum opprimit, ibi nec ſitis nec ardor immanis cruciat, ſed imbecilles homines proſternuntur: Hîc audacter inibis vſum theriacæ. Accipe theriacæ ſemidrachmam: aquæ cinnamomi vnciam vnam: aquæ cardui benedicti, vel ſcabioſæ, vncias tres: miſce, & ſumat. potentiſſimè mouet ſudores. Hoc nuper mulieri propinabam quæ lipothymiâ & ſpaſmo acerbiſſimè torquebatur: ilicò recreata fuit: addideram ſcriptulum philonij: nam noua theriaca non erat ad manum. Validum etiam hoc eſt: Accipe theriacæ, pulueris Meobani, cuiuſque drachmam: aquæ cardui benedicti vel acetoſæ, vncias tres: aceti calendulæ vel roſarum vnciam: vel exhibe cum aqua angelicæ & aceto. Si Meobani puluis non ſit ad manum, eius loco accipe radicis angelicæ drachmam. Sal fraxini magnam etiam vim prolectandi ſudoris habet, & veneno refragatur. Idem intellige de ſale angelicæ, zedoariæ, ſcabioſæ, rutæ. Vſu nobis etiam probatum eſt hoc, Accipe cæpas albas ſex: eas cauatas in ſuperiore parte, & exempto corde imple theriacâ: adde parum pulueris tormentillæ & dictamni, inuolue papyro humidæ, & aſſentur ſub cineribus calidis. Harum pars accipiatur, & contundatur ad modum pultis, & imponatur, poſt fotum, abſceſſui. elicit enim atque perimit venenum, eſtque tutum remedium. Reliquas contunde cæpas cum vncia ſyrupi de citreorum acore, adde parum aceti: exprime per ſtamen: ſumat calidè vncias tres, contegatur in lecto: & abſtineat horas ſex à cibo: & caueat omnimodè ne dormiat. Huic miſce quid pulueris Meobani, aut ſalis abſinthij, ſi ita videtur. Aliud validum remedium, Accipe aquæ vitæ optimæ libram, theriacæ ſeſcunciam, myrrhę rubræ ſemunciam. radicum petaſitidis parum ſiccatarum vnciam, ſpermatis cetes, terrę Lemnię, cuiuſque drachmam, radicum vincetoxici drachmas duas, radicum dictamni, valerianæ, & oſtrutij, ſingularum ſeſquidrachmam, caphuræ grana ſeptem: vertantur in puluerem craſſum, & infunde vitro, quod claudatur apprimè: & octo dies maceretur in loco frigido. Sumat ex eo à ſemicochleari ad coclearium vnum: & remiſceat, ſi velit, duo vel tria cochlearia aquæ cardui, acetoſæ, vel roſatæ: interdum aſſperge grana aliquot ſalis abſinthij, & cibi expers maneat horas ſex. Videtis vt primariam authoritatem ad euincendum venenum theriacę aſcripſerimus, eámque quo modo aliis iunctam in maiores vires extulerimus: verùm euenit nonnunquam vt illâ genuinâ ac vegetâ fraudemur: quare neceſſitas nos in alia cogit. Hæc cauſa eſt, quòd quædam præcellentia iam adiicio. In primis Mithridatis theriacam eodem ferè cenſu habemus quo theriacam Andromachi, de qua hactenus. Quod ſi hæc ad manum ſit, veniemus ad pulueren Meobani, (qui iam paſſim apud pharmacopolas extat; deſcripſimus eum in Methodo noſtra ad praxin) & ad ſalem abſinthij, ex aqua roſata, acetoſæ, &

Notatio neceſſaria.

Optima remedia.

Pueris.

Theriacæ vſus non formidabilis.

Dubium.

Sudorificum, quod vires vnà roborat.

Aqua theriacalis optima.

Alia remedia.

Electarium ex ouo.

& cardui b. cum pauco vino. Quin electarium ex ouo fabricabimur, hoc enim diutius perennat quàm theriaca. Accipe ouum recens, exclude album eius dimisso vitello, & imple croco optimo in puluerem verso: sensim affetur, nec aduratur: quare vel pastæ inuolue. Contunde in pulcerem: adiice ad eius pondus sinapi album, vel semen erucæ: & tere simul diu. Datur ad drachmæ pondus & amplius, ex aqua rosata & pauco vino: Ciceris verò mole ad præseruationem. Hæc fuit primæua huius electarij de ouo compositio: posteriores adiecere dictamni albi, & tormentillæ, cuiusque drachmas duas: nucis vomicæ drachmam. Postea alij his addiderunt radices pimpinellæ, zedoariæ, angelicæ, semen citreorum, semen cardui b. & acetosæ, cornù cerui, & caphuram, & cum theriaca ad omnium pondus fit electarium ad formam opiatæ. Oportet vt intra duodecim horas ab inuadente morbo, drachma eius cum vino albo, si cum frigore inuasit; vel cum aqua rosata, si cum æstu, exhibeatur. Arabes commendant smaragdi grana octo, cum vnicornu scriptulo. Turcæ dant terræ Lemniæ drachmam; Germani præbent succini albi drachmam; vulgus radicis petasitis puluerem ad drachmæ pondus cum succo scabiosæ vel calendulæ.

Pauperum remedium.

Nobilis quædam princeps ac Dux orabat me vt potum hunc pauperibus præscriberem: nam sibi id in secretis esse, ac plurimos eius vsu sanatos affirmabat, nihilque æquè in sudorem esse promptum ac hoc: Accipiebat simum vaccinum recentem, cum aceto exprimebat & propinabat. Pro rusticis hoc vtile, Accipe aquæ vitæ, succi allij, singulorum vncias tres: aceti optimi vncias sex: succi rutæ sescunciam: misce: sumat vncias duas. Nobile est hoc etiam remedium, Accipe teneriorum radicum & primarum germinationum arboris nucis, salutæ, fœniculi, apij, petroselini, semperuiui, cuiusque manipulum: ranas quadraginta: aceti vinosi optimi libras duodecim: decoquantur ad medietatem: colentur: & colaturæ immisce medium pondus subscripti electarij: & vitro reponatur in vsum. accipe mithridatij vnciam: nucis mytisticæ drachmas tres: baccarum lauri, zinziberis, cuiusque semunciam: aristolochiæ rotundæ drachmas duas: cum melle fiat electarium. accipe cæpam rubram: hanc excaua, & imple iam dicto electario, & affetur: deinde extundatur cum tribus vnciis decocti præscripti, & propinetur ieiunre morbo: & deinde solum decoctum bis de die bibat. Elegans hoc est, Accipe angelicæ, zedoariæ, tormentillæ, gentianæ, cuiusque sescunciam: seminis cardui b. citrij mali feminis, cuiusque drachmas duas: fiat puluis, & coquatur horis tribus, & fiat fortis expressio: & cum saccharo fiat opiata, da drachmas duas; cum aqua distillata citreorum. Antidotum si ægri euomunt, ilicò, abluto ore repetant. Sudet horis quatuor, tribus; vel pluribus si vires ferant. Per sudores à cibo potúque abstineant, nec somnum capiant antequàm sudorem multum sudârint: nec extrema nudent: & à frigore custodiant iugulum, axillas, & inguina. Tandem linteis abstergeant sudorem tepidis, & lintea pura sumat. Mox suppressa aluus leni remedio euocetur; vt accipe iuris gallinæ libram: olei amygdalini, & saccharij, cuiusque vncias tres: vitellos ouorum adiice duos. Dum autem sudori studet, non dormiat, (propterea quæ spongia acerrimo aceto imbuta nares feriat,) nec bibat, si ferre potest, sed itarefocilletur: Accipe conserua rosarum, boraginis, nymphææ, acetosæ, pomorum citreorum conditorum, singulorum semunciam, electarij de gemmis frigidi, drachmas duas: cotallorum rubrorum, margaritarum, cuiusque semidrachmam, cum syrupo de acredine citreorum fiat conditum. Et recrea vires odoribus: nec vinum nec aquam interim bibant antequam sudor euanuerit. Finito sudore parum da ex his quæ recreant. Si sudor nimis diu protrahitur, ita vt vires fatiscant, inunges corpus oleo myrtino vel cydoniorum malorum. Sudor non sit productior quatuor vel sex horarum spacio. Tunc absterso sudore, recreetur acidis ex iusculis cum saccharo perlato. Sudor criticus rarò sponte hoc in morbo erumpit: propterea sæpe sufficit tres horas, & non vltra quinque sudasse. Si tamen tertio, quinto, vel septimo morbi die sudor erumpit, is quia criticus, plenè effluat. In sudoribus, vt dixi, non edat, sed horam post finitos sudores. Si à bibito antidoto sudore inceperit madescere, prouoca: sin minùs, non nimium vrge, ne sudoribus vi expressis vires frangas. Sudor alioqui imperatur mollibus spongiis immersis decocto chamæmeli, meliloti, florum rorismarini, hyssopi, calaminthæ, origani, stœchados, & rosarum, dorso, pectori, & abditis alis quæ expressæ admouentur, crebróque immutantur, donec sudent. Vel saxum ab igne æstuans inuoluo linteis ab aceto vinoso madentibus: iubeo admoueri lateribus, ac stragulis vaporem includi. Laudamus in hoc malo etiam compositionem quam Diascordion vocant: ea enim selecta habet ex theriacæ compositione remedia ad pestis fugam facientia: dantur drachmæ duæ ex aqua cardui b. cum syrupo de citreis, etiam ingrauidatis mulieribus, & pueris. Proba etiam est theriaca Diatessarôn dicta, quæ ita conficitur, Accipe gentianæ, aristolochiæ rotundæ, baccarum lauri, vel, si quis eas non amat, baccarum iuniperi, myrrhæ, singulorum vncias duas: mellis despumati libras duas, datur ad drachmæ pondus. Foris admoue panem ex furno calentem: huic fossam imprime, quam theriacâ imple, & vmbilico impone. Cordis regioni, extra sudorem, impone epithemata ex aqua & aceto rosaceo, cum speciebus diarrhodonis abbatis & pauco croco: impone pectori ex purpureo rubro panno. Accipe rosas rubras siccas, santala citrina, cortices & semina citreorum: vertantur in puluerem, & coquantur ex aqua rosata: traiice per setaceum: & iterum coque ad mellis consistentiam: adde guttulas limonum dum coquitur: fiátque vnguentum, quo cordis regio illinatur. Oleo scorpionum illinantur pulsus & regio cordis. Accipe aquæ theriacalis, vini maluatici, cuiusque vnciam: his remisce drachmas duas theriacæ: & panis eis repleatur, ac vmbilicus ei imponatur: & tunc tribus horis sudet à data theriaca cum sale absinthij: ita omne venenum abibit in panem. abiice postea hunc panem in flumen. Sudorificum magno successu diu vsurpatum, Accipe sacchari crystallini drachmas tres: zinziberis drachmas duas: camphoræ drachmam: datur drachma ex aqua cardui. loco zinziberis, salis absinthij drachma poni potest. Electarium: Accipe succi scordij resiccati, semunciam: succi cardui b. drachmas duas: tormentillæ, dictamni, zedoariæ, gentianæ, myrrhæ, angelicæ, caryophyllorum, succini albi, singulorum drachmam: croci, caphuræ, cuiusque semidrachmam: seorsim puluerisa: cum syrupo de succo scordij vel cardui fiat electarium: datur sesquidrachma ex aqua cardui in quâ scordium fuit maceratum & melissa.

Nobile remedium.

Pusitis.

Elegans remedium.

Admonitio. Sudandi tecmasis.

Cautio.

Sudoris eliciendi modus.

Ponit eam Vvecherus in Antidotario speciali fol. 305.

Foris admouenda.

Nobilium remedium.

Oleum scorpionum describitur à Fallopio, vbi De bubone, capite 14. & De tumoribus cap. 27.

CAPVT XI.

DE VICTVS *ratione eorum qui ex peste laborant.*

AER sit ab omni putredine ac fætore alienus. auctor est Herodianus, Commodum Imperatorem in magna peste secessisse Laurentum, vbi à Lauro siluæ visuntur, quæ gratum odorem expirant. Vbi decumbit æger, ligneo in vasculo sit aqua rosata calida cum

Aër.

Libro 2.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 91 sur 513

cum aceto, cui incoxit ſcordium, ſantala, cyperus, lignum aloës. Scribit Seneca, pecora magis peſte tentari, quòd aperto cœlo & aquis maximè vtantur: quare curiosè de aëre & aqua tranſigendum. Olfaciat æger ex linteo vel ſpongia acetum, aquam roſatam, adiecta pauca caphora; ſæpéque odoretur malum citrium, vel arancium. Lintea & veſtes ſpirent odorem roſæ & ſantalorum. Conſpergatur cubile rebus frigidis odoriferis, vt roſis, violis, nymphæa, pampinis, iuncis, ſalice, aqua aceto temperata. Fumus ab aceto excitetur, in ignito lapide, vel ex ladano & caryophyllis. Qui curat morbum, geſtet altera manu cypream auiculam fumantem, ita vt naſum feriat odor. Iam de cibo tranſigamus. Scribit Galenus, partes noſtri corporis debiles reddi propter dyſcraſian, & propter meatuum latitudinem: propterea cibus hic debebit præſcribi humectans, refrigerans, & laxas venas ſtringens ſiccando: ſeruétque cordis temperiem. Sitim nec famem tolerent. Salſamenta hîc damnoſa ſunt; nam ſanguinem inflammant, ac corpus ex his marceſcit: hinc eſt quòd Ariſtoteles ſcripſerit, filios edi ſine vnguibus, quorum grauidæ matres, picâ detentæ, ſe ſale ſatiant nimio. Sæpiuſculè autem cibus dari debet: nam in contagione tam cita ac rapida de viribus ſolliciti ſumus: quia veneni ſpirituum copia atteritur. Cænandum parcè citra eſum carnis: iuſculis veſcatur vel glaciato, vel pulli carne pauca ex aceto & roſacea: vel potiùs cocta lactuca & acetoſa, cum butyro & aceto. Carnis eſum non laudamus dum fæuit hoc malum. ſed fiat tale glaciatum: Accipiant caponem, eúmque à plumis liberatum ſcindant in tenues particulas oblongas, & oſſa confracta etiam addant: eodem modo adiiciant ſciſſam carnem veruecinam non pinguem, ad pondus duarum librarum. lauentur hæc omnia vino albo: adde parum macis vel cinnamomi integri, & ollæ oblongæ include hæc, ac obtura, fiat coctio in balneo horas viginti quatuor: vel duodecim ſpacio horarum, quod ſit breuiſſimum. Dejnde ita calentia traiice per linteum mundum: id conuoluendo exprime, ac patinâ amplâ excipe: noli dum expreſſio fit manus admouere illi parti qua perfluit ſuccus. conglaciatur hic ſuccus, ac pinguedine tegitur, quam pro corruptelæ cuſtodia retineat. Sed cùm eo vti velis, aufer parum ex illa pinguedine, & ſubiectum ſuccum excipe, & cum ſucco citreorum foco liqueſcat, vel cum agreſta vel aceto, vel auranciarum aut granatorũ ſucco ſumant. Ordo in diæta hic ſeruetur. Prima luce qua peſtis inuaſit, ſi vẽtriculus cibo adhuc grauis ſit, aluus clyſmo ducatur: & vacuo ventriculo antidotus ſudorifera propinetur, & poſt duodecim horas ſorbeat ex iam præſcripto conglaciato; vel ius pulli bibat in quo coxit acetoſa, & quatuor ſemina frigida, & acerbæ vuæ duæ vel tres: & tempore vſus inſtilla ſuccum granatorum, citreorum, arancio-rum, & acetum. Sin inuaſerit lues ieiunum hominem, ab antidoto, ſorbeat ius hoc cum croco & mica panis. Ita nutriatur ſingulis ſex horis noctu ac interdiu. Secundo die eodem modo agat, niſi velis coctum pomum vel pyrum, aut pruna cum ſaccharo addere. Antequam paſtum ineat lauet os, manus ac faciem poſcâ, & exugat mali punici grana copiâ duorum cochleariorum: lauentur hæc grana primò roſaceâ: expuat nucleos, & ſæpe os recreetur acido citrij cum ſaccharo. ceraſa acida etiam conferunt: & hæc iuſculis incoque cum lactuca, acetoſa, boragine, portulaca. Tertio die adiiciat pedes & ſummas alas pullorum, ac teſtes iuuenis galli: & carnis conglaciatus ſuccus, quem antè deſcripſi, tunc maximè locum habebit, adiecto vino. Condiantur cibi ſemper acidis, & aquâ roſatâ. Quarto die glaciatum ius cum pane copioſiore ſumat. Hoc modo ad ſeptimum vſque diem tranſigatur, & tunc parum ex alarum carne comedat. Ita ſemper à parciore manu ad pleniorem eſt eundum. Et à ſeptima, elixa caro perdicis vel pulli cum acidis iuſculis & ceraſis in cibum veniat. Veſperi abſtineat à carne, nam illa per febres putreſcit. Tunc ptiſana potiùs detur, vel auenatum, cum ſaccharo & oxalidis ſucco, aquâ roſatâ, aut citriorum ſucco vel punicorum, cum pauco croco vel cinnamomo. Aſſatum etiam malum vel pyrum. Iuſculis hoc incoquitur. Accipe ſantalorum citrinorum & rubrorum, cuiuſque drachmas duas: caphuræ ſemiſcriptulum: quatuor ſeminum frigidorum maiorum & minorum, cuiuſque ſemidrachmam, contunde hæc craſsè, & linteo innexa incoque iuſculis. Si adeſt cordis tremor, adde iuſculis diamargaritam frigidam, vel triaſantalôn. Ova ſorbilia: panatella cum ſucco citrei, vel de ribes. Vbi tumores vrgent, caro nunquam offeratur: acidis iuſculis cum pane vinat, & pyrum vel malum coctum detur: nec vinum detur ante biduum, ſed aqua vtatur hordei cum oxyſaccharo. Vſus ramen rerum acidarum non ſit ita copioſus, vt ſudorem intercipiat: propterea enim interdum pro potu damus aquam hordei cum paſſulis, & meliſſa immaceratâ. Cùm tempus eſt vt vſum ſolidioris cibi iure poſcant, tunc delecti piſces carnibus ſunt potiores, nam non ita ſanguinem copioſum generant, nec ita calidum: propterea que is non ita facilè putreſcit. Petantur ex aquis limpidis, arenoſo alueo vel littore. Præterea piſces cùm aquâ tegantur, non ita inſpirant contaminatum aëra: nec aqua ob perennem motum, facilè putreſcit, miniméque marina, ob ſalſedinem. Ideo Ariſtoteles ſcripſit, piſces peſte non laborare. Veſperi ſæpe vtatur amygdalato, quod hoc modo eleganter fiet. Accipe amygdalorum dulcium ac recentium libram: aquâ calidâ corticem exuant (ſi verò candidius velis, frigidâ id agas) & contunde in vaſe marmoreo vel ligneo piſtilloque ligneo in offam: & affunde aquam calentem, hauriantque humorem ſemihoræ ſpacio: tunc rurſus & validius quàm antea contundito: cola. & clementi carbone coque, & move ne cocant: à coctione parum cinnamomi adiice, & micam panis albi digitis contritam: adde parum ſacchari. Die & noctu ſæpe & parum alatur cibo & potu. Sæpe detur quid quod vires reuocat: Accipe ſucci acetoſæ, vel de ribes, citreorum, aranciorum, granatorum, boraginis vel endiuiæ, cydoniorum, omphacij, ſingulorum vncias duas vel tres: clarificentur à fæce. perſpicuo ſucco adde aceti roſati vncias tres, ſantali citrini drachmas tres, caphuræ ſcriptulum, cinnamomi ſcriptulos duos, ſacchari libram ſemiſſem: fiat iolapium, ſumat cum aqua decocta. Ad potum quod attinet, is ſit tenuis cereuiſia cui adde aquam roſatam, vel acetoſæ, boraginis, cum ſucco citreorũ: & puppa cum cinnamomo immittatur ratione odoris. Vel potet ſecundum decoctum hordei, cum ſyrupis acidis. A quinto die, ſi metus adſit lipothymiæ, tenue vinum detur in prandio, non in cœna. Quidam illorum auidiſſimè vinum appetunt, his primo die liceat vino diluto os & faciem abluere; & tertio die vtantur in prandio vino quarta parte aquæ diluto: ſitque album & tenue: medióque in paſtu eo vtantur. Scribit Simplicius, eo tempore quo M. Aurelius Imperator bellum gerebat aduerſus Parthos, peſtem enatam fuiſſe, quæ vino & oleo curabatur. Quod ſi febrili incendio æger flagrat, frigida aqua æger expleatur, ſi is ſucci plenus fuerit & firmus ſtomacho, & ſi aſſueuit frigidis, nec ſuſpicio ſit inflammati viſceris. Qui in lipothymiam abripiuntur, refocillentur offâ panis ex vino diluto, ſaccharo aſperſo & cinnamomo. Vt ſitis placetur, diamarenatum vel conſeruam roſarum exprime cum aqua, & bibatur. Accipe conſeruæ roſarum pallidarum, corticum citreorum

6. Natur. quæſt. 27.

Cibus.

De diff. feb. cap. 5.

Optimum reſtaurans.

Ordo in cibis.

Cauſis.

Pisces carnibus præferantur.

7. De part. animal.

Amigdalatum.

Ad ſtitim & inde quæ ſit infirmitatem.

Potus.

In prædicamento Qualitatis.

Aqua frigida.

Mediis temporibus quæ danda.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 92 sur 513

rum conditorum, cuiuſque ſeſcunciam: ſuccini candidi, coralli rubri, terræ ſigillatæ, cuiuſque drachmam: margaritarum præparatarum ſemidrachmam: cum ſyrupo de acredine citreorum quantum ſufficit vt fiat opiata: ſæpe ſumat drachmas duas inter prandium & cœnam, & etiam noctu. Vel accipe trochiſcorum de caphura, de ſuccino, de ſpodio, de terra lemnia, cuiuſque drachmam: pulueris trium ſantalorum, diarrhodonis abbatis, diamargarit. frigidi, ſingulorum ſemidrachmam: ſyrupi de oxalide, quantum ſufficit, fiant pilulæ: ſumat quotidie, roborant cor: initio. cùm nondum calet morbus, adde his theriacam: alioqui adde conſeruam acetoſæ, vel boraginis. Trochiſcus de caphura ſingulare remedium eſt. Accipe hordei mundati pugillum: tamarindorum vncias tres: coque ex ſex libris aquæ, ad libras quatuor, eſt valdè iucunda hæc potio, ſitim extinguit, cordi hepatique ſtudet, & aluum modeſtè deponit. Merenda ſit fruſtum citrij conditi. Aceti frequens ſit vſus. Non dormiat, ſi fieri poteſt, donec conſiſtat eleuatus tumor, ſi bubo turgeſcere videtur. Ocio & quiete vtendum dicit Auicenna. Singulis horis ſex renoua induſia, & lintea, & pannos. Epithemata cordis regioni admoueantur vacuo ventriculo, Accipe flauedinis citrei mali, ſantalorum citrinorum, ſuccini candidi, caphuræ, croci, coralli rubri, ſingulorum ſemiſcriptulum: ſpecierum diarrhodonis abbatis ſemidrachmam: aquæ roſatæ ſemilibram: aquæ acetoſæ vel bugloſſæ vncias quatuor: aceti optimi vncias tres: tere terenda, & miſce. rubro panno cordi tepidè admoue. Vel accipe aquæ endiuiæ, lactucæ, acetoſæ, nymphææ, bugloſſæ, meliſſæ, ſi ſit hyems, cucurbitæ, cuiuſque vncias tres: aceti roſati vncias duas, pulueris ſantali citrini & roſarum, cuiuſque drachmam: cyperi, diarrhodonis abbatis, ſingulorum drachmam: croci ſemiſcriptulum: fiat epithema. Accipe ſuccini candidi, ſantalorum citrinorum, cuiuſque ſcriptulum: caphuræ grana ſex: croci grana quatuor: vnguenti roſati vnciam: aceti optimi paululum, hoc vnguento illine regionem cordis. Vel fiat ſacculus ex ſpeciebus iam ſcriptis, qui madeat aceto & aquâ roſatâ & caphuratâ, vel infarciatur roſâ & ſantalis. Si totum corpus æſtu exardeſcat, infrica calida manu oleum violarum, roſarum, vel nymphææ: miſce interdum aquam roſatam: ſed omnia tepidè. Quotidie bis plantæ pedum fricentur aceto, ſale, & ſucco rutæ. Talo circumpone aquam ſalſam calidam. Abluantur crura & pedes decocto tepido roſarum, ſalicis, chamæmeli, pampinorum: vacuo id agatur ventriculo. Vide ne criſis vnquam impediatur vſu frigidorum: nec vnquam hîc frigida actu admoue. Aluus ſegnior ſyrupo roſato vel molli clyſmo ducatur: non validis illa laceſcenda, ne in dyſenteriam vel diarrhœam prorumpat. Quare vltra trypheram non ſe erigat clyſmatum vis. Accipe parietariæ, maluæ, violariæ, betæ, ſcabioſæ, lactucæ, bugloſſæ, cuiuſque manipulum: hordei pugillum: quatuor ſeminum frigidorum maiorum, ſingulorum drachmas duas: pruna decem: fiat decoctio: colaturæ adde trypheræ Saracenicæ vel caſſiæ vnciam: fiat clyſter. Hoc præclarè roborat, ſi quis intermediis diei ac noctis ſpaciis drachmam vnam aut alteram ſæpe comederit, Accipe corticum citreorum conditorum vncias duas: conſeruæ acetoſæ vnciam: mithridatij drachmas duas: margaritarum ſemidrachmam vel drachmiam: vel earum loco cornu cerui: fiat opiata cum aquâ roſata & ſyrupo de acredine citreorum.

* *
*

Potus ad ſitim præſtans.

Somnus.

Epithemata cordi admouenda.

Æſtus totius.

Cruditas.

Aluus.

Roborans.

CAPVT XII.

DE SYMPTOMATIBVS *quæ in peſte eueniunt, & primùm De peſtifera* SYNCOPE, *& Lipothymia.*

TAM ferum malum eſt peſtis, vt quis iure dixerit cuncta eius ſymptomata calamitoſos morbos eſſe. τὸ θερμὸν συναποσβεννύς, tanquam verus peſtilentiæ parens, maximè per tumores elucet hîc & in Syncope. Nam verè regnum ſuum habet peſtis ἐν τῷ θερμῷ πλήκτει συναποσβεννύς. Et hæc vera cauſa eſt, cur peſte tactis crebra ſyncope eueniat; hoc enim fit per imbecillitatem cordis, deinde verò per impotentiam micandi. Nam diſſipato cordis nectare viuifico, hoc eſt, vitali ſpiritu & calore, neque diaſtole ſufficit ad hauriendum ſanguinem è cana vena, & ſpiritum è pulmonibus: neque ſyſtole votis reſpondet in exprimenda fuligine à ſyrrhoë nectaris illius viuifici per arterias, tanquam per aquæductus in vniuerſum corpus. Sumat ſæpe aquam cinnamomi, cum conſerua facta ex integro citrio malo cocto ex aqua roſarum cum margaritis & ſaccharo: adde ſpecies electarij de gemmis & diamargariti frigidi. Ius reſtaurans condiatur ſantalis, caryophyllis, cinnamomo, macere. Offam fugat intinctam in ſucco granatorum & aqua roſata moſcata. Nam ſpiritus exardeſcunt, membráque officij immemora redduntur ob venenum putridum. Hîc iuſcula reſtaurantia commendamus: nam, dicebat Hippocrates, potu refici facilius eſt quàm cibo. Quare quæ celerrima egent refectione, his humidum alimentum ad vires recuperandas optimum eſt. Si celeriore egent nutricatu, id fiat odoribus: olfaciat aquam roſatam cum aceto: facies lauetur aquâ roſatâ caphuratâ: lauent manus poſcâ: lintea redoleant roſas, cyperum, & muſcum. Mororum ſuccus coctus cum ſaccharo prodeſt, ſi ſumatur cum corallo rubro, cornu cerui, bezoar. Superbibant aquam lilij conuallij & vincetoxici, cum vino lauendulæ. Pulſibus hæc paſta applicetur inter duo lintea, Accipe vſtum panem, hunc immacera aceto, adde caryophyllos: interdum adiice caphuram, & cinnamomum, & aquam roſarum. Si incidat ſyncope in paroxyſmum, manus calefiant linteis, & exhibe cochlearium aquæ theriacalis caphuratæ: adde duo cochlearia aquæ cardui b. ſi febris non ſit valida, propina cyatho vini.

Syncopes cauſa.

2 Aphoriſ. 18.

CAPVT XIII.

DE *Phrenitide peſtifera.*

EXHIBE ea quæ venenum expugnant antidota, & Iolabia cum ſpiritu vitrioli. Si maximus æſtus adſit, da decoctum capitum papaueris & hordei, cum guttis olei vitrioli vel ſulphuris, ad acorem: bibant quantum velint. Mulierum mammis & virorum teſtibus impone ea quæ poteſtate frigida ſunt. Accipe ſucci ſemperuiui, ſolatri, aceti, hyoſcyami, ſingulorum ſemunciam: opij ſemidrachmam: croci ſcriptulum: cum oleo mandragorino & cum vnguento alabaſtrino fiat vnguentum. Laua detonſum caput decocto roſarum, foliorum ſalicis, hordei, calycum papaueris, florum violarum, & nymphææ: in augmento adde flores chamæmeli. Accipe olei roſati, violati, nymphææ, & mandragoræ, cuiuſque ſemunciam: opij ſemiſcriptulum: vnguenti roſati vnciam: fiat linimentum: inunge frontem & nares. Vel vngatur frons vnguento populneo, cum aceto roſato. Accipe opij drachmam: croci ſemiſcriptulum: roſarum,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 93 sur 513

nymphææ,violarum, omnium ſantalorum,ſingulorum drachmam: fiat puluis, quem ſyndoni innexum odoretur. In morbi vigore, pulmo calidus imponatur capiti ex vitulo vel vetuece: incaleſcat ex decocto roſarum,chamæmeli,meliloti, roriſmarini, ſtœchados.tegatur ne frigeſcat. Lectus irroretur aquâ roſatâ,violatâ, & nymphæa. Sed maximè in initio cum hoc malo pugnare debemus, & ea admouere quæ arcent venenum à capite. Quare fiat oxyrrhodinon tepidum ex aqua roſata,aceto, oleo violato, roſato, & nymphææ; fronti admoue tepidè. Bombax aceto & aqua roſata tincta immittatur naribus. Accipe albumina contuſa cum aqua roſata & aqua ſambuci: ſtuppam eo madidam capiti impone. Accipe caphuræ drachmam vnam: liqueſcat in aqua vitæ, vt lacteſcat: affunde vnum aut alterum cochlearium albuminis ouí quaſſati, & aquæ roſaræ, vel aceti roſati, fiat lac: impone capiti cum ſtuppa. Caue à frigidis actu: nam eſſent hîc calamitoſa. Poſtea ſeca gallinam nigram,& capiti raſo appone; vel, vt antè dixi, pulmones vituli; id fiat tribus horis. Semen papaueris iuſculis impone.

Nobile remedium in initio adhibendum.

Cautio.

CAPVT XIV.

De Vigiliis.

SI illud gratiſſimum Dei donum, quod ſuauiſſimum ſerpit mortalibus, ſomnum dico, inire nequeant, Accipe amygdalorum dulcium mundatorum, vncias quattuor: quattuor ſeminum frigidorum maiorum: papaueris albi, & lactucæ, ſingulorum drachmam: piſta hæc in mortario: dein affunde aquæ hordei libram: traiice per ſetaceum: Dein parum bulliant, adiectis ſacchari vnciis quatuor: aquæ roſatæ vnciis tribus: pro duabus aut tribus vicibus. Nutricatus cauſa miſceri poteſt vitellus ouí. Comedat lactucam coctam, ac ſaccharo aſperſam. Bibat noctu lac feminis papaueris. Roſa, viola, flores nymphææ, & papaueris; ſyndoni include, ac macera in aqua roſacea: capiti & naribus admoue. Vel nymphææ & lactucæ folia imponantur capiti, & reticuli complexu nectantur, ne excidant. Si hæc non iuuant, tonſis capillis, coronalem illine oleo nenuphatis, & ſuperiniice hoc emplaſtrum: Accipe ſucci lactucæ vncias ſex: ſucci nymphææ, ſucci ſedi maioris, & portulacæ, cuiuſque vncias tres: ſucci roſarum, farinæ hordei, ſingulorum vncias duas: ſeminis papaueris ſeſcunciam, foliorum hyoſcyami ſemunciam: ſucci citreorum vnciam: fiat cataplaſma, id ſæpe innouari debet cùm ſicceſcit, & tunc olei illinitio repeti debet. Aliud: Accipe vnguenti populnei ſemunciam, opij grana quinque: croci grana octo. Aliud fortius: Accipe cinnamomi, croci, opij, ſingulorum drachmam: olei roſati quantum ſufficit, fiat illitus ad nares, frontem, tempora, & pulſus. Æger lauet manus & partem brachiorum vbi pulſus eſt, in decocto ſalicis, lactucæ, capitum papaueris, anethi, & talium. Si adſit intolerabilis dolor capitis, à prouiſione habita totius corporis, Accipe corticum radicum hyoſcyami albi, & phu, foliorum ſolatri & ſemperuiui, ſingulorum manipulum: bulliant ex vini & aceti roſati cuiuſque libra: excoque ad quartæ partis conſumptionem, linteis hinc madentibus tepidiſque foue caput; teſtibus etiam admoue. hæc agat dum in ſomnum abeat. Vel vrticæ & geranium contundantur cum aceto roſato, fiat frontale. Idem agit aqua ſpermatis ranarum. Quidam præbent aquam vticæ cum pauco aphronitro. Sal nitri ita purgetur, Accipe ſalis nitri ſemilibram: aquæ tantillum vt liqueſcat: filtro traducatur, quòd clareſcat: tunc coque ad quartæ partis exhauſtum. Deinde impone nitidè edolata ligna, ſimúlque caueæ algenti committe: mox nitrum cryſtalli charactere conglomerabit ſe ad ligna: exime, & ſicca ſuper papyrum in ſole vel foco. datur ad ſeſquidrachmam.

Dolor capitis.

CAPVT XV.

De Soporoſis affectibus.

NOLI permittere vt hi altùm dormiant, clyſmis & glandibus è ſapone ſolido aluus irritetur, frictiones artuum præſcribe. Acetum acerrimum naribus admoue, in quo vis ſit caryophylli floris, ſambuci, maioranæ, vel rutæ. Accipe angelicæ, oſtruthij, zedoariæ, tormentillæ, dictamni, ſingulorum manipulum: roſarum rubrarum manipulos duos: maioranæ, lauendulæ, cuiuſque drachmas tres: aceti libras duas: bulliant in duplici vaſe: ſtuppam eo madentem capiti impone; mitrum quantum auxilij lethargicis hoc afferat; brachia quoque & manus eo abſtergeantur, eóque crura ac pedes fricentur. Aliud, accipe thuris ſemunciam: theriacæ vnciam: baccarum lauri ſemunciam: foliorum nicotianæ pugillum: ſulphuris parum: aquæ vitæ cochlear: coque in libris duabus aceti: calidam impone capiti. Si à flatuum copia turgeat facies, accipies ſeminis aniſi, fœniculi, cumini, cuiuſque drachmas duas: coque ex aceto. Vel capiti imponatur hoc, Accipe thuris, baccarum lauri, piperis, cuiuſque ſemunciam: miſce cum albumine ouí, & tepidè impone capiti. Errhina etiam præſcribantur: & phœnigmi inferantur. Accipe betonicæ, roſarum, maioranæ, ſaluiæ, florum ſambuci vel foliorum eius, cuiuſque manipulum: coque ex vino & aceto: admoue calidè capiti: cùm refrixerit repete. id agat dum reſipiſcat.

CAPVT XVI.

De fluxu aluino.

ALVVS fluens non temerè cohibeatur: nam ſi fœtida ac fœda effunduntur, da ſemidrachmam vel drachmam rhabarbari & corticum myrobalanorum: cinnamomi ſemiſcriptulum: cornu cerui præparati ſcriptulum: ſumat cum cochleari ſyrupi de ribes. hoc agat ſecundo vel tertio quoque die, dum fœtor & fœdus color abſint: Dum enim exhibetur in parua doſi, excludit id quod prauum inhæret inuolucris inteſtinorum, nec rapit à toto corpore prauam materiam ad inteſtina: nam totum per partem affectam purgari non debet. Si vires flacceſcant, da ſaccharum roſatum & coroneatum. Quidam hoc ſeruati fuere dyſenteriâ prauâ correpti, Accipiebant allium cum ſaccharo & ſucco citreorum: contundebant, & comedebant. Hoc decocto plurimos curaui S. Deo adiuuante, Accipe radicum pimpinellæ, pentaphylli, tormentillæ, cuiuſque ſemunciam: foliorum ſcordij, roſarum, cichorei, pimpinellæ, acetoſæ cum radicibus, ſingulorum ſemimanipulum: radicum cichorij vncias duas: zedoariæ drachmam: quatuor ſeminum frigidorum maiorum, portulacæ, drachmam; fiat coctio ex aqua hordei: colaturæ adde ſyrupi granatorum vncias tres: ſyrupi de acredine aurantiorum malorum vnciam: cum pauco oleo vitrioli aceſcat, ſumat ter die vncias quatuor. Si non praua materia admodum effluat, adde decocto myrtum, balauſtia, radices plantaginis, ſymphyti, & ſummitates rubi. In fœda dyſenteria elue primùm clyſmo hoc, Accipe decocti hordei libram: mellis roſati vncias tres. Deinde accipe decocti ſtringentis libram: olei myrtini vncias duas: olei roſati vnciam: ſanguinis draconis, terræ lemniæ, boli,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 94 sur 513

boli, cuiuſque ſcriptulum: Si dolor vrget, infunde adipem hircinum, anſerinum, vel gallinarum, & vnguentum roſatum, & oui albumen, cum drachma trochiſcorum de carabe; ex iuſculo carnis pinguis hæc iniiciantur. Dicebat D. Fallopius, ſe obſeruaſſe in peſtiferis febribus aluum ſubſtitiſſe vſu ſucci & pulueris ſcordij: nam feruorem hepatis caſtigat, dicebat ille. Ventet horum roboretur, Accipe foliorum menthæ, roſarum rubrarum, cuiuſque manipulum: acori, cyperi, galangæ, zinziberis: cuiuſque drachmas duas: maſticis ſemunciam: thuris drachmas duas: bulliant in aceto, & ſpongiâ ventriculo admoue, vel panis aſſus eo madefcat, & cum puluere caryophyllorum fiat emplaſtrum. Rhazes libro de peſte affirmat nihil magis aſtringere ventrem, quàm acidi lactis fœculentum, cum toſto pane, & pauculo gummi Arabico. Accipe ſanguinis cerui ſiccati vnciam: coralli rubri ſemunciam: mumiæ ſeſcunciam: fiat puluis: ſumat drachmam: & promoueat vdorem corporis. Quidam præbent ranæ puluerisatæ drachmam, ex aqua menthæ.

CAPVT XVII.

De *Sanguinis effuſione, per nares, vel per os, aut ex hæmorrhoidibus, vel ex vtero.*

Sanguinis expectoratio.

TERRIBILE ſanè in peſte malum eſt expectoratio ſanguinis. Hi enim primo vel ſecundo morbi die expectorant ſanguinem, fiſſo vaſe in pulmone vel in pectore: fit hoc ex carbunculis aliiſve tuberculis pectori innatis. Quæ tubercula ſi non rumpantur, ilico enecant: ſin vaſa ex his lacerantur, vnâ cum cruore animam fundunt; quid funeſtius? Summo ſtudio hîc cauendum, ne venenatus vapor iam ſpirabilibus partibus conceptus, retineatur ſtringentium remediorum vi: quod maximè fit poſt triduum. Bibant iolabium roſarum, & de acredine citreorum, ex diluto ſcabioſæ & calendulæ, & ſcordij. Da hordei decoctum cum ſaccharo vel ſirupo violato, quò expectoretur ſanguis ille contaminatus. Accipe ſuccum portulacæ cum aqua ſua, & eclegma eius, & ſuccus papaueris rhœados proderit. Accipe rhabarbari optimi, tormentillæ, cuiuſque drachmam vnam: cinnamomi ſcriptulum: herbæ ſcordij pugillum: coque ex vino, vbi nulla adeſt febris: alioqui ex vnciis octo aquæ cardui b. coque ad dimidias: expreſſioni adde theriacæ ſemidrachmam: terræ Lemniæ ſcriptulum: ſyrupi de acredine citreorum vncias duas: miſce, ſumat in diluculo. SI VERO ex naribus

Ex naribus ſanguis.

prorumpat ſanguis, cùm vires deiicit, vincula inferemus brachiis ac cruribus: cucurbitas hypochondriis affigemus. Veſcatur cytoneis malis & pyris. Potui inde ſummachium & baccas myrti, vel ſaccharum ex roſaceo ſucco. Miſce potui aquam equiſeti, portulacæ, plantaginis. Potui dentur ex iam dictis aquis trochiſci de terra lemnia, & de ſuccino, ad drachmæ pondus. Tandem venimus ad Philonium perſicum cum terra lemnia. Fronti impone lanam ſuccidam cum linimento quod habet hæmatitem, ſanguinem draconis, bolum: cum oui albo & aqua roſata, & modico acetò, & naribus hæc ſine aceto inde. Potet aquam vtricæ, cum ſcriptulo vno cranij humani: & puluis cranij naribus indatur cum ſanguine combuſto: & manus & pedes teneantur in aceto calido. Quin lintea imbuta aceto, collo ac pudendis admoue, & mulierum mammis. Haimorrhoides ſi nimium fluant, accipies aloën, & admoue. Verùm vna maneat aperta dum vltrò ſiſtatur. Si nimio fluxu ruant, admoue guttulas aliquot puluoris ex colcothar, hoc eſt vitrioli vnde oleum extillatum fuit. Si cœcæ fuerint haimorrhoides, acerrimos dolores inferunt, Accipe ceræ nouæ citrinæ, adipis anſeris, fiat vnguentum. Aliud, accipe ſcarabæos, hos coque in oleo lini, cola & vnge. Si altiùs in corpore latentes tangi foris nequeant, Accipe radicis ſerpentariæ vnciam: mellis clari ſeſcunciam: fiat electuarium: ſumat manè ſemunciam: id curat externas & internas haimorrhoides. Ex vtero etiam interdum erumpit ſanguis. Quare caueant ingrauidatæ, ne, cùm cauent à peſte, iis vtantur quibus præcipitatur fœtus: nam plerumque hoc tempore immaturus æditus fœtus ſibi & fœtæ mortem accerſit. Menſes ſi nimium fluunt, digitus liget ur, cucurbitæ mamillis, lieni & hepati applicentur. Accipe boli drachmas quatuor: terræ ſigillatæ drachmam: glycyrrhizæ, ſeminum citreorum, cornu ceruini, eboris, tormentillæ, ſingulorum ſemidrachmam: coralli rubri, ſeminis acetoſæ, coriandri, ſingulorum drachmam: fiat puluis: hunc ſumat cum ouo, & bibat cum ſaccharo, vel cum decocto ſaniculæ & pyrolæ. Vel accipe conſeruæ roſarum veteris drachmas duas: ſuccini, & terræ ſigillatæ, cuiuſque drachmam: cum ſyrupo de roſis ſiccis fiat electarium: ſumat manè.

Cæcæ haimorrhoides.

Mulierum fluxus.

CAPVT VIII.

De *Exanthematibus.*

CVNCTA hæc exanthemata curantur validis ſudoriferis: nullo enim modo frigidis repercuti debent. Cautio tamen adſit, ne nimio æſtu ſuffocentur pueri. Accipe lapides pretioſos præparatos, & margaritarum, corallorum, ſpodij, raſuræ eboris, ligni aloës, cuiuſque ſemidrachmam: cornu cerui vſti ſeſquidrachmam: radicum dictamni, zedoariæ, ſingulorum drachmam: ſantalorum omnium, cuiuſque drachmam: boli ſemidrachmam: croci, caphuræ, cuiuſque ſcriptulum: carabæ albæ ſcriptulos duos: corticum citri ſemunciam: fiat puluis, ſumat ex ſyrupo citreorum drachmam: & ſuperbibat dilutum ſcordij, calendulæ, endiuiæ, pimpinellæ. Accipe conſeruæ boraginis, roſarum, cuiuſque ſeſcunciam: theriacæ ſemunciam: ſalis abſinthij ſemiſcriptulum: foliorum auri numero duo: aceti vnciam: ſyrupi de acredine citreorum quantum ſatis eſt vt fiat electarium: dentur pueris drachmæ duæ, cum aqua fumariæ: ſenioti ſemuncia. Senſim, & non coactè eſt ſudandum: nam tandem ſudabunt. Loco contineantur tepido, ne primo triduo ſpiracula ſe contrahant illabente frigore. Frigidæ omnis vſus abſit foris & intùs. Enula vel calendula macerata in vino rubro expellunt exanthemata rubra. Rubris pannis inuoluantur. Accipe caricarum, & lentium, cuiuſque vnciam: fiat decoctum: quod cum puluere laccæ, & croci bibatur. Scribit Auicenna, venenum in corpore latitans, omni ſtudio foras euocandum. Si cutem exedunt, butyrum lauetur aqua roſarum, dum albeſcit: tepidè admoue. vel accipe cremorem lactis cum ceruſa. Inſigne remedium, Accipe bezoar lapidis, & vnicornu, cuiuſque grana nouem: puluerisMeobani, ſcriptulum: theriacæ ſemidrachmam: ſalis abſinthij, & croci, ſingulorum ſemiſcriptulum: ſumant ex aqua cardui b. cum ſyrupo cardui b.

Lib. 4. Capite De venenis.

CAPVT XIX.

De BVBONE *Peſtifero.*

BVBO peſtilens enaſcitur, cùm pars princeps in ſibi dicatas glandulas diram eructat materiam. Sunt autem tales glandulæ in axillis, inguinibus, ponè aures,

Bubo.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 95 sur 513

aures, & in ceruice. Nam Bubones frequenter ſuperueniunt febribus: at alij tumores nunc anteeunt febres, nunc ſubſequuntur, nunc ſimul obnaſcuntur. Qui ſubſequuntur, ſi die decretorio emergunt, bonis ægrorum rebus protuberant: alioqui ominoſi ſunt. Mali ſunt bubones, inquit Hippocrates, qui ſtatim initio febrium acutarum efflorescunt. Præſtat in peſte febrem ſuperuenire buboni, quàm febri bubonem. Maximè lethales ſunt, ſi effluat aluus liquidis ac crudis excrementis. Bubones carbunculis leuiores incidunt: non enim in his eſt tam valida putredo; & cruciatus minor. Præcellunt in bubonis aliorúmque tumorum curatione præ cæteris remediis perennes fotus calidi, qui fiunt ex decocto florum chamæmeli, meliloti, ſcabioſæ, morſus diaboli, ſeminis fœnugræci, rutæ, foliorum maluæ, florum anethi & ſambuci, & croci. Interdum ſacculo includimus ſulphur cum multa argilla, & vnà coquimus. Stuppa cannabis purgata ac malleo tuſa, ne aculeis pungat, in puluinar quadratum formatur, ac prædicto decocto immergitur, & inter ligneos orbes duos exprimitur: imponitur calidè, & ſingulis horis mutatur. Id agitur donec tumor omnino ſit diſcuſſus, vel dum ſupputárit, quod ſæpe in bubone euenit: vel dum liueſcat, vt carboni euenit: tunc cætera admonemus malactica, dein purgantia. Primò tamen attrahere licet cucurbitâ: dein fouere. Præſtans ſanè remedium in dira hac lue eſt fotus: nam ſpiritus venenatus perenni illa euaporatione liberrimè effluit, quod in cataplaſmatum vſu non æquè licet, ita vt metum ſic auertas, ne fiat veneni palindrome in cor. Cùm ad pus promoueri velle videntur, à fotu diſcuſſa iam parte maxima veneni, admoue micam recentis panis decocto chamæmeli, ſcabioſæ, maluæ, & ſymphyti maceratam, ita vt fiat pulticula: adde crocum quò flaueſcat, vitellum oui, & parum olei roſati; fiat cataplaſma. Puto non conſultum eſſe vt bubones aut tubercula in principio ſcarificentur, maximè ſi principibus partibus vicina conſtiterint. Alioqui aucto dolore ex vulneratione, æſtuoſi ſuci à toto corpore eò irruent, vnde putredo creſcet, & venenum exardeſcet, & pars phlegmonen contrahet. In alarum bubone veſiculæ excitari poterunt in muſculo dorſi, qui alæ ex aduerſo eſt. In ſtatu (ſi fotu non emituit) ſcarificari tumor poteſt, vt id quod in eo æſtuat & vicina exeſt, elidatur. Vel cucurbitæ tres ſic apponantur vt prima, citra ſcarificatum, infra glandem propè affigatur, altera poſt hanc, tertia poſt vtramque deorſum verſus rectâ lineâ quâ tangenti percipitur quaſi neruus durior. Id ſæpe die agendum, maximéque ſi lipothymia inciderit; hoc enim pepaſino ſtudet, & à corde auocat. Dein, vt diximus, ſtupâ ex decocto foue, ſeptem diebus fotu ex ſtupa vtendum. Nam ille fotus nec febres auget, nec dolorem excitat, & venenum facit vt euaneſcat in tenues auras. Quare ad ſeptimum diem hoc vtendum, nec citiùs ad ea quæ pepaſmum promouent eundum: nam ea retinent venenoſum vaporem, ac eum in cor refundunt. Vſus docuit ſudoribus ac euaporatione ex toto corpore fœliciter peſtem excludi: cur non eadem via & tubercula curarentur? nihil eſt fotus, quàm peculiaris partis in ſudorem vel ſpiraculorum apertionem promotio. Sint in decocto, vt dixi, emollientia: ab aridis ac æſtuoſis abſtine, vt à calamintha, pulegio, fermento, arſenico. Cùm ergo tuberculum creſcere ac ad ſuppurationem feſtinare animaduertis, febre leuatâ, ac veneni ſuſpicione iam remotâ, tunc, vt dixi, pulticulam ex mica panis impone, ſi nec liueſcat nec nigreſcat tuberculum. Tunc etiam tale cataplaſma admoueri poterit. Accipe radicum althææ & lilij, cuiuſque vncias duas vel tres: cæpam vnam, modò febris abſit, foliorum maluæ, ſcabioſæ, althææ, parietariæ, cuiuſque manipulum: florum ſambuci, manipulos duos: caricas pingues ix. farinæ ſeminis lini & fœnigræci, cuiuſque vnciam: cum axungia porci recenti liquata & colata, fiat cataplaſma. Addunt quidam cochleas cum teſtis tuſas, vbi craſſior cutis: alij adiiciunt fermenti vnciam: id trahit ac rumpit: commendatur magis in carbunculo. Si ſuppurat, non expecta maturitatem, ſed aperi cauſtico ſtatim. Si liueſcit ac nigreſcit tuberculum, & ſi palindromen ad viſcera moliatur ita vt ſidat, admoue cucurbitam cum ſcarificatu; & accipe ſcabioſæ & conſolidæ maioris, cuiuſque manipulum, tere inter duos ſilices cum vitello oui & axungia porci ſalſa & vetuſta ita vt ranceſcat. Vel accipe opopanacem, hunc coque ex aceto vt ſoluatur, & ſeraceo traiice, & cum oleo hyperici vel laterino iterum coque ad melliginem: fiat emplaſtrum. Aut fiat cataplaſma ex conſolida maiori, ſcabioſâ, ficubus abſtracta pellicula externâ, tutâ, radice lilinâ: interdum cæpa adiicitur, & theriaca, cum croco, ex aqua fit cataplaſma. Non eſt vrendum tuberculum, niſi abſit febris, & robur adſit corpori. Diſciſſo bubone, ſtuppis oleo roſato & vitellis ouorum tinctis repleatur. Sed priùs fundat modicè ſanguinem cum pure. Nunquam immodicè ſanguis fundatur. Si nimium fluat ſanguis, ſiſtatur. Accipe aloës, thuris, partes æquales; excipe leporinis pilis, & albumine oui; impone. Si ſanguis copioſiùs aliquantulum fluxerit, dentur offulæ ex vino, & ſuperbibat quid vini. facies aſpergatur aquâ roſatâ caphuratâ, & eâ manus lauent, acetum odoretur. Cùm ſuppreſſus eſt ſanguis; ſumemus ea quæ pro ichore pus gignunt. accipe terebinthinæ partes tres: vitellum oui: olei roſati quod ſatis ſit. Dein cùm ad plenum pepaſmum ventum eſt, accipies terebinthinæ & mellis roſati æquales partes: farinæ hordei quantum ſufficit, & adde puluerem ireos: hoc mundat vlcus: adiici poſſunt ſucci ex nicotiana, carduo b. ſenecione, pimpinella, ſcrophularia, ſcabioſa, ſcordio. Mundo iam vlcere, cùm rubet, nec nimis madet, nec vehementer ſi ſqualet, tunc adde ſarcocollam, myrrham & thus. Si vicina rubent aut liuent, vnge vnguento roſato, & ſcarifica vt egrediatur ſanguis. Si vlcus intùs nigricat, nec ſerpit, carnem leuiter conſume prauam, Accipe mellis roſati vel optimi vncias tres: æruginis, ariſtolochiæ rotundæ, cuiuſque drachmas duas: vini baſtardici vncias ſeptem: eoque omnia ad mellis conſiſtentiam. Si ſerpit, caſtigetur Ægyptiaci parte adiecta ad iam dictum vnguentum. Et tali emplaſtro tegatur, Accipe ceræ, olei, ſingulorum vncias ſex: minij ſeſcunciam: vitrioli Romani crudi drachmas ſex: fiat emplaſtrum. Sed ſi nec hac arte cuinci poterit caro putrida, cauſtico inuratur, cruſta eluatur recenti butyro, nouatum ac purum vlcus claudatur. Si conſtiterit bubo in ala, exſcinditur cutis in manu interna, è directo minimi digiti, & ſcordium ei imponitur. Bubonem autem foue, vt diximus, dein micam panis in pultem verte, vt antea diximus: adde, ſi vis, radicem cynogloſſæ, dein buboni admoue coctam cæpam cum theriaca. Vicinis tuberculorum partibus admoue cataplaſma ex punico malo; exprimit enim malum, vnde bubo mirè tumeſcit. Anno 1528. in magna illa peſte, medici ſenes Florentini, inquit Fallopius, vtebantur optimo cum ſucceſſu lapide ſmaragdo ad grana octo: quæ dabant ex maluatico. Accipe ſuccum hederæ arboreæ; eum excoque cum butyro inſulſo; ſtreptis vlceri inde.

2. Epid. 3.

Fotus.

Cautio.

Fotus quam diu ſit vtendum.

Inſigne vnguentum & Emplaſtrum.

CAPVT

CAPVT XX.

De Carbvncvlo *peſtifero.*

quid ſit? ANTRAX vel carbunculus dicitur quòd vrat partes inſtar carbonis, vnde & Ignis ſacer appellatur. Eſt autem Carbunculus vlcus cruſtaceum, nigricans, pruriginoſum, & exedens. Partes circumpoſitæ liuent. Fit ab exuſto venenatóque, in peſte, ſanguine: quæ exuſtio vt maior vel minor eſt, ſic vario charactere æditur carbo. Interna incendio flagrant: cúmque ſe remittit ardor, interdum horrere videntur. adeſt his laſſitudo membrorum omnium. Lotium turbatum ac craſſum fœtet, fauces exardeſcunt, ſudor ſymptomaticus micat, animi deliquio tentantur, & delirant. Scribit Plinius, hos ſomno per triduum iugulari. Partibus principibus vicini, ſunt lethales. Nigri peſſimi; dein lucidi & virides: tertiò, rubicundi. Carbo in baſi rubet, ſupra baſin nigreſcit, in cacúmine veſicam gerit, qua diſrupta fit vlcus fœdum peſtiferum. Quo latiores & plures, eò meliores. Curationis ſcopi ſunt, vt ſedetur ſanguinis ebullitio, & tollatur putredo; & quod maximum eſt, dirum vt id venenum extinguatur. Aër ſit frigidus. non nimium dormiat, ſed moderatè. Duabus aut tribus horis dormiant primo quaternione. Sed non profundum ſomnum ineant: ſed excitentur ſtertentes. Excita, ſi pedibus ac manibus algeſcant: id enim lethale, ni excitentur. quare non ſemper dormiant. Læti viuant: nam Thucydides author eſt, maximè interiiſſe metu anxios. Intùs ilicò dentur ea antidota quæ ſudores eliciunt, à nobis antea, vbi de antidotis, deſcripta. Bibat etiam interdum ex hoc iolabio, nam ſiccat, refrigerat, & putredini refragatur, Accipe acetoſæ, ſcordij, endiuiæ, calendulæ, pimpinellæ, boraginis, cuiuſque ſemimanipulum: infunde decocto hordei: colaturæ adde ſyrupi de ſucco acetoſæ, vel de acredine citreorum, vel de ſucco cardui b. vncias tres: olei vitrioli vel ſulphuris tot guttas vt aceſcat leuiter. Sed antequam hæc bibat, capiat ſeſquidrachmam huius confectionis, Accipe conſeruæ acetoſæ & de acredine citrei, cuiuſque vnciam: pulueris margaritarum, & cornu ceruini, cuiuſque ſcriptulos duos: bezoar lapidis ſemiſcriptulum: miſce. Vel huius loco accipiat Diaſcordij drachmam. Sumat interdum etiam pilulas Ruffi, & theriacam. In grauidis & pueris valdè commendatur hoc, Accipe aquam acetoſæ bene diſtillatam, cum ſucco limonum, & pauco oleo vitrioli: Lauatur acetoſa primùm cum aceto. Plantago cocta cum ſaccharo, vbi apparet carbo, confert. Cor muniatur hoc epithemate, Accipe aquæ roſatæ ſemilibram: aceti roſati vncias quatuor: cui infunde meliſſæ & ſcordij, cuiuſque ſemimanipulum; colaturæ adde ſpecierum diarrhodonis abbatis ſcriptulum: miſce, & cum panno rubro tepidè mammillæ ſiniſtræ admoueatur; cùm exaruit, redintegretur. Accipe vnguenti roſati & ſantalini, cuiuſque vnciam: theriacæ ſeſquidrachmam: ſucci ſcordij ſiccati drachmam: ſucci limonum vnciam: adipis viperarum drachmas duas: vel eius loco olei ſcorpionum Fallopij, vel aquæ theriacalis ſemunciam: miſce, fiat vnguentum pro corde. Vlceri vel tumori, hoc eſt, carbunculo nihil fœliciùs ineunte morbo per dies aliquot admouetur quàm fotus ille quem ſuperiori capite pro bubone præſcripſimus. Nam obſeruatum quòd his, qui perſeuerabant in eo fotu, exigua caro feceſſionem fecerit ac exciderit. Deinde ex medulla panis, vt dictum vbi de bubone, cataplaſma imponatur, adde ſcabioſam & ſymphytum, & cynogloſſam. Vel hoc: Accipe conſolidæ, cynogloſſæ, fermenti, cuiuſque vnciam: cantharidum ſemunciam: fiat paſta cum oleo ſcorpionum. Si carbo tam malus ac ferox eſt, vt ad pe peſſimum erigi nequeat, ſcarificetur, quò corruptus ſanguis elabatur: & cautetium illi impone: cruſta butyro cum ſaccharo excidat: & diu apertum teneatur. loco circumponatur. Emplaſtrum ex pomo granato cocto in vino acido; vel muniantur roſato vnguento, cum bolo, ſantalis, & pauco aceto. Si admodum malignus ſerpat, vicinas partes defende frigidis ſiccis, vt ſucco plantaginis, lentibus coctis in aceto, albo oui, bolo cum aceto. Si nihil proficis, ignito ferro vre. Sed ne à cauſticis palindromen faciat humor, dolórque nimium vexet, in ambitu hoc emplaſtrum ponatur, Accipe foliorum arnoglóſſi manipulos tres: panis furfuracei vncias ſex: farinæ lentis vnciam: coque ex aceto. Vel fiat Emplaſtrum ex duobus malis punicis, in poſca vel aceto decoctis. Quidam aſſerunt hoc coquere ac rumpere carbunculum, Accipe ficuum tunicâ detractâ, nucum, cuiuſque vnciam: farinæ hordei vncias tres: ſapæ libram: coque in vnguentum: dein hoc modo purgetur, Accipe ſucci apij, plantaginis, abſinthij, nicotianæ, pimpinellæ, ſenecionis, cum melle roſato, farina hordei, ac terebinthina lota coque: purgatum carne reple: at diu fluat. Empiricum, Accipe aquæ ſpermatis ranarum libras duas: myrrhæ, thuris, caphuræ, cuiuſque ſeſcunciam: bulliant, dum liqueſcant gummi, admoue ardori.

Differentiæ.

Signa.

Prognoſis.

Indicatio curatiua.

Dieta.

Remedia interna.

Externa.

Vlceri admouenda.

Empiricum.

CAPVT XXI.

De *variis* Passionibvs *quæ ſe ſæpe peſti iungere ſolent.*

TREMOR Cordis affligit ſæpe in peſte: plerumque eſt mortis præludium, cadente iam vitâ. Accipe theriacæ ſemidrachmam: ſpodij vel vnicornu ſcriptulum: caphuræ ſemiſcriptulum: & tantillum croci, & moſci grana tria, ſumat cum aqua cinnamomi & meliſſæ. Ita ſemen ocymi, margaritæ, coralium, ſuccinum album: caryophylli, ex aqua roſarum cum ſucco punicorum malorum. Pulſibus impone toſtum panem ex aceto, cum caryophyllis. Accipe macis, drachmam: cinnamomi, caryophyllorum, cuiuſque duas drachmas: roſarum pallidarum manipulos duos: vini maluatici libram: macera quatuordecim dies in balneo: bibat cum grano moſci.

Tremor cordis.

AD Dolorem cordis, Accipe margaritas tres vel quatuor: coralli tantundem: in pictorum lapide fiat puluis cum pauca aqua roſata: adde quid ſacchari cryſtallini: ſumat interdum cochlearium.

Dolor cordis.

Tantaleum illud malum, quod Sitim vocamus, extingue aquis naturâ frigidis, tepidè propinatis, cùm iam duo vel tres dies elapſi fuere: cùm iam metus non ampliùs ſit repellendi. Aquæ incoque ſemina frigida maiora & minora; adde quid olei vitrioli. Accipe liquiritiæ raſæ vnciam, aquæ libram; coque: colaturæ adde ſalis petræ ſcriptulos duos: laudani grana decem: olei vitrioli vt leuiter aceſcat: aceti optimi vncias duas: da quatuor vncias. Da ſerum lactis coctum cum acetoſa & cum pauco aceto. Iulepia ex roſis, violis, citrei acore, aranciis, ceraſis acidis, acetoſa, ribes, agreſta. Fiat agreſta ex ribes fermentata. Aqua didiſtillata ex melonibus, & ex prunis albis paruis; miſce parum aquæ ſolatri, vel ſpennatis ranarum: adde parum nitri præparati vel olei vitrioli, & affunde ſyrupum citreorum.

Sitis.

IN PLEVRITIDE peſtifera nec venæ ſectio, nec purgatio, aliáve auerſio aut alteratio quicquam ſolatij adfert, ſed diro malo maiorem adferùt ſæuitiam. Foue pectus decocto maluę, & ſeminis liniinde veſicæ. Ex melle, lacte, & oleo coctis in cataplaſma, fiat cum albo panno impoſitio. Admoue etiam acetum in quo myrrha

Pleuritis, & Peripneumonia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 97 sur 513

myrrha coxit; vt mox,vbi de angina, dicemus.Sumat ſuccum papaueris rhœados cum aqua ſua.Ad ſitim.Accipe aquæ acetoſę,ſcabioſę,lactucę, cum ſyrupo citreorum , vel de ribes:caue à nimio ſaccharo vbi ſitis affligit.Syrupus papaueris. Sumitur ſuccus cardiacæ, & ſimus recens equi cum vino expreſſus:ſudet. Vnge pectus oleo ſcorpionum, & vnguento reſumptiuo, vel dialthææ, cum oleo chamæmelino.

Angina. ANGINA peſtilens eodem ferè modo etiã curatur. Illicò propina theriacam cum puluere Meobani, cum aqua acetoſę & roſarum : corallum ſolutum in ſucco limonum & berberis,& margaritę.Fiat gargariſmus ex theriaca & puluere hirundinum, cum aqua prunellę, acetoſę,& roſarum:Mox,ſi vires ferãt,parum ſanguinis ex eodem latere auferatur:id poſtridie repete,deinde ex linguę vena:timidè extrahe, poſtea purga.Non tamen laudo admodum hîc venę ſectionem, quia vires mox cadent:& metus eſt ne à ſecta vena eueniat pleuritis, nam rubedo quidẽ hîc adeſt,ſed eſt tumoris expers: eſt enim eryſipelatodes,non autem phlegmonodes paſſio,quare cucurbitæ potiùs admoueantur. Accipe myrrhę,thuris,cuiuſque vnciam:caphurę,croci,ſingulorum drachmam:aquę ſolatri & ſpermatis ranarum vel ſemperuini,partes duas,& aceti vnam:bulliant donec gummi cliquęſcant.Admoue ea calidè colli parte qua rubet; id age donec euanuerit rubedo. Spongiolà hoc liquore tinctâ fauces purgentur , dein gargariſmo humectentur partes faucium : fiant ex ſemine cyroniorum & pſyllij. vide quæ hîc De eryſipelate.

Parotis. PAROTIS vocatur ille bubo qui enaſcitur ponè aures.Fiat fotus, vt capite de bubone dictum eſt. Deinde puls ex mica panis & croco,& cęteris:adde oleum ſcorpionum. Semen lini contuſum coque ex lacte , adde adipem anſerinum vel leporinum. Apertis impone illud emplaſtrum quod capite de Bubone deſcripſimus, vel impone diachylon.Si ſpongioſa caro ſupercreuerit, abſumatur cum alumine vſto,ac reſoluto in aceto.

Auriũ dolor. AVRIVM internus dolor vehemens, intra triduum enecat. Accipe olei violati vel roſati drachmam : opij granum vnum:croci grana duo:miſce;& cum bombace aliquid auri immitte. Et hoc Emplaſtrum ſuperponatur : Accipe furfurum , florum chamæmeli, anethi, cuiuſque ſemimanipulum : pulueris baccarum lauri drachmas duas:ſeminis rutæ drachmam:coque ex aqua & melle,fiat cataplaſma:inter duo lintea imponatur.

Linguæ inflãmatio,noſtris de breuyn. LINGVA nonnunquam inflammatur,in tumorem attollitur,ac nigreſcit.In primis lauet os decocto roſarũ, ſemperuiui,& ſolani. Vel accipe aquæ prunellæ, acetoſæ, rhœados,cuiuſque ſemilibram : diamori vncias duas : Accipe ſalem nitri præparati:bulliat in aqua ad duarum tertiarum conſumptionem.Tertiam hanc partem patinæ infuſam caueæ impone:ita conglaciabitur iterum ſalsiuueni drachmam , ſeni ſemidrachmam immiſcebis duabus vnciis aquę:bibat.Calculo etiam proſunt quatuor eius grana ex vino.Robuſtis incunte hoc malo,nimirum linguæ inflammatione.datur ſeſquidrachma ex aqua prunellæ.Accipe ſex vel ſeptem cancros viuos ; ſedi maioris manipulos tres vel quatuor : piſta ſimul in mortario : exprime ſuccum : eóque linguam fricet & abluat ; & parum ex eo bibat. Sæpe vncias duas ſumat aquæ prunorum alborum.Accipe ſemperuiui libram : contunde cum ſemuncia ſalis ammoniaci:ſoluantur in caua : fiat diſtillatio:eâ aquâ laua linguam cottidie calidè.

Aphthæ. Aphthæ ſi in putredinem abeunt,Accipe ſumachij, balauſtiorum,cuiuſque drachmam:caphurę ſemidrachmam:aquę roſatę,plantaginis,& acetoſę, cuiuſque vncias tres:aquæ ſolatri ſemunciam:coque ad tertias : expreſſioni adde ſirupi de acredine citreorum & diamori, cuiuſque ſemunciam : iterum coque, & cola : colluat ſæpe hoc aphas. Accipe ſeminis citoneorũ & pſyllij, cuiuſque drachmam;coque ex aqua roſata:irrigetur hac tenue linteum,ac linguę imponatur.Accipe nuces non maturas ; has contunde ac aſperge aceto, diſtilla : hac aqua ablue aphthas. Accipe ſemperuiui maioris quantum velis, adiectóque pauco ſale ammoniaco tunde in pultẽ:in cauea fundat ſe in aquã ſal:dein diſtilla balneo. Hac aquâ lauetur lingua : refrigerat,abſterget,euocat.

Eryſipelas. ERYSIPELAS ſi ſuperuenerit,Accipies aquæ ſpermatis ranarum libras duas: myrrhæ,thuris , cuiuſque vnciam:caphuræ drachmas duas:fiat puluis, & coque. calidè impone,eóque madeſcat æſtuans incendio pars, horas viginti quatuor.

Dolor dorſi. DOLOR dorſi ſi infeſtauerit, id illinatur oleo ſcorpionum,vel amygdalino,cum vnguento roſato.Si adſit maximus calor,Accipe vnguenti roſati,populnei , cuiuſque vnciam : alabaſtrini ſemunciam : olei nymphæi ſeſcunciam:caphurę,ſcriptulum:miſce.

Hoc oleum ſcorpionum deſcribit Fallopius De bubone cap.14. & De tumoribus cap.27.

VERMES maximè peſtis tempore vexare ſolent.Mel peculiari vi vermes necat; Huic include rhabarbarum, corallinum,ſemen xantonici in aceto macerati,cornu ceruinum,ſemen citrij:da cochlearij. Accipe aloës ſemunciam:colocyntidis ſemidrachmam:fellis vnciã:cum ſucco abſinthij,abrotani,& oleo melanthij odorati;adiectáque farina hordei & pauco aceto fiat cataplaſma: inter duo lintea imponatur ventri.Dentur tria vel quatuor grana ſalis vitrioli , cum decocto hyperici. Vel melli include pulueren ſcordij,baccarum ſabinæ,corallinę. Pilula ex myrrha.Aliud : Accipe contuſi ſeminis hyperici,drachmam:corallinę ſemidrachmam:dictamni tantundem : oculorum cancri ſcriptulum : euphorbij grana pauca,vel Mercurij granum.Detur ex melle.

Vermes.

Iliaca paſſio. VOLVVLVS ſi ſuperuenerit, Accipe oleũ anethinũ in quo cuminum coxit,& foue eo aluum.Poteſt decoctũ anethi:& clyſmis inde oleũ anethi : forbeat decoctum maluæ & anethi cum butyro. Sacculus ex ſemine lini vel ex furfure,tepidâ macerentur : eo foue ventrem.

Spaſmus. CONVVLSIO cùm affligit,os inſerto ligno petulũ ſit quies concilietur.Linteis calidis ſpina,crura,& brachia fricentur. Odore ſuccini excitentur , & naribus inde ſuccum rutæ cum aceto. A paroxyſmo fricentur fortiter crura & brachia ſale & oleo. Bibat vinum lilij conuallij,cum aqua florum tiliç.Si calent turgida membra,fricentur oleo roſato,violato,& adipibus. Si adſint notæ frigoris, fricentur oleo chamæmelino, balſamo , & adipe vulpis.

Cibi Faſtidiũ. CIBVM ſi omnino faſtidiat , fiant condimenta ex ſucco cydoniorum,acetoſę, malorum punicorum & citreorum,& de ribes,cum pauco cinnamomo.Cæparum morſu interdum tollitur naſea.Accipe roſarum rubrarum ſiccarum ſemimanipulum:menthę,pulueris abſinthij,corticis citrij,coriandri,cuiuſque drachmam : omnium ſantalorum, coralli, maſtiches, caryophyllorum, macerisſingulorum ſemidrachmam:caphuræ ſcriptulũ: fiat ſacculus,qui irroretur aquâ roſatâ caphuratâ:admoueat eum ventriculo,eo tempore cùm non ſudat.

Vomitus. VOMENDI libido biduo iuuetur, ne quid ventriculus praui retinear, iuua clyſmis, præſcribe ſyrupos cardiacos:& foras elice prauitatem diſcutiente epithemate.Si immoderatus fuerit, foue ſpongia quæ maduit aceto,in quo coxere nuces cupreſſi, roſa, baccę myrti, maſtix,balauſtia,caryophylli,& talia.Emplaſtra admoue ex cruſta panis : & cucurbitas. Bibat decoctum menthæ nobilis,cum ribes.

Sudor immoderatus. Sudor non eat vltra tres vel quatuor horas, abſtergatur linteis calidis:caue à frigore & vento:nec ante finitum ſudorem bibat. Olfaciat acetum roſatum, bibat quid cornu ceruini cum aqua mentæ.

Ictus. REGIVS morbus in peſtem incidens , ſudoriferis curatur. Detur aqua theriacalis , rhabarbaro purgetur, ſæpe vtatur vitrioli oleo.Accipe radicum buglоſſæ, angelicæ,cuiuſque drachmam : theriacæ drachmas duas: miſce cum aqua fumariæ & cardui b. cuiuſque libra: macera 24 horis,dein cola,bibat,& ſuder.Accipe aquæ

vitæ

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 98 sur 513

vitæ ſemilibram: theriaces vnciam: myrrhæ rubræ ſemunciam: croci drachmam: da ſemunciam huius vini ex aqua fumariæ vel rutæ; repetat ſudoris vſum, ſi vires & calor id ferant. Denturci ſalis abſinthij & ſcabioſæ, cuiuſque grana ſex, ex aqua cardui benedicti.

Hydrops. HYDROPS in peſte naſcitur à vaporibus venenoſis quæ hepar exuunt ſuo robore. Da trypheram Perſicam cum guttis aniſi & carui; ſæpe ſudet. Bibat deincoctũ aniſi, fœniculi, cumini. Si conſectarius ſit ſitis inſatiabilis, potui, dabis decoctũ belenij, & diaturbith ex vino aniſato. Pedes puerorum ſi tumẽt, coque roſas, tapſum barbatum, & ſambucum in aceto, pro balneo pedum. Et cùm ex eo fotu incaluere pedes, tunc Aceipe aluminis vncias tres: myrrhæ, aloes, roſarum rubrarum, cuiuſque vnciam: incoque vino, & pannum album eo tinctum calidè admoue pedibus. Pauperes ſumant ſimum columbarum, gallinarum, anſeris, & parum ſalis, coquant ex aqua, & aceto, pro fotu pedum.

Tumorum ardor. IN Tumorum ardore, Salem petræ inde aceto vtliqueſcat, adde ſemperuiui ſuccum: lintea hoc madentia applicentur pulſibus proximis tumori.

Zona. ZONA vel cinctus dicitur, cùm puſtulæ praui coloris quatuor digitorum latitudine cingunt femur, vel brachia, caput, humeros, vel tibias: definit plerumque in carbunculum vel in bubonem. Da theriacam & ſalem abſinthij ex aqua ſcabioſæ & roſata, & impone. Fotum, vt diximus vbi De Bubone. Illæ puſtulæ verè ſunt carbones, impone ſcabioſam tritam cum vitello oui & ſale, vel emplaſtrum ex maliis punicis. Vtantur antidoris, & odoramentis, & epithemate frigido. Oro Ieſum Chriſtum noſtrum dominum ac Deum verum, vt diram hanc calamitatem à nobis aceratiaut vt tactis, à ſe conditis remediis ſolatium adferre velit.

Ne pagina quædam inofficioſæ perirent, eas dicandas exiſtimaui his remediis, quorum vſum præclarum nouimus ad venenatos morbos. Sed vt etiam hîc tecmarſis medendi non deſideretur, Indicationes præmitto breuiter curatiuas vbi hauſtum venenum.

I. PRIMVM nitendum erit, vt vomitu vel clyſtere venenum aſſumptum excludatur. Coque ſemen malvæ, lini, & rapi: cum oleo propina expreſſum hoc decoctum. Vel bibat ceruiſiam butyratam, cum terra Lemnia: te pidè hæc exhibenda. Clyſter ſit ex lacte, adiecto butyro inſulſo. Dein bibat hydromel, vel ceruiſiam Gedanenſem.

II. Secundò da theriacale quid quod agit formâ ſpecificâ, vt lapidem bezoar, cum aqua acetoſæ vel ſcabioſæ. Appone pedibus Smaragdum gemmam. Scribit ita Auerrhoës, ille qui contra venenum ſumptum ſmaragdum biberit, incurret mala accidentia, eaque quæ non minora ſunt ſymptomatis quæ à veneno ipſo: ſed poſtea ſubitò recreatur ita, vt nulla infirmitas reliqua maneat, nec intemperies vlla. Hæc gemma bibitur contra omne venenum, ſed peculiariter cõtra venenatorum animalium venena: hæc ſanè ſunt calamitoſiſſima. Propinatur ad nouem granorum pondus, & exactiſſimè in pollinem ſupra lapidem teri debet, ne vlla aſperitas illi hæreat; bibitur cum lacte amygdalino, vel cum aqua violarum, cum modico aceto, vel cum ſucco menthæ. Nam omnia medicamẽta quæ exhibentur poſt vomitum, cum mentæ ſucco benè propinantur. Lapis etiam buffonis bonè pedibus apponitur, & cordi imponatur epithema cardiacum.

III. Tertiò exhibebimus ea, quæ acerrimam vim manifeſtâ veneni frangunt: vt vbi opiũ ſumptum eſt, caſtorium exhibemus.

VI. Quartò, talia dabimus quæ vim veneni reſoluunt, vt aquam cæparũ vel allij, vbi opium quis aſſumpſit. Talia ferè ſunt quæ ſudorem prouocant: ita principes, calidi equi, ventri ſe immittunt toxico infecti.

Cenſus alexipharmacorum quorundam.

Radices. Angelicæ radix: ad laſerpitij naturam accedere videtur. datur radicis eius ſemidrachma cum theriaca. Zedoariæ radix, pimpinellæ maioris, fariſragæ hircinæ radix, abrotanum, oſtruthij radix, hirundinariæ radix, & peraſitidis, & gentianellæ, hoc eſt, cruciatæ radix, & gentianæ. Radix ſerpentariæ, althææ, raphani ſylueſtris cum aceto: pentaphylli, pæoniæ, acori, antithoræ radicis ſcriptulus cum aqua roſata, phu, radix Chinæ: lignum guaiacum. Rutæ folliculi & folia cum ſemine, & cum caphura impone aquæ vitæ, euphorbiũ in parua quantitate: flores violarum altilium, quos caryophyllos vocant, vulgo tunici herbã: ſilueſtris roſa, ſcabioſa, morſus diaboli, roſmarinum, ſaluia, calendula, betonica, hypericum, ſonchus, veronica, agrimonia, carduus b. marrhubium, fraxini corticis interni aqua, dictamnus, inula, britannica, acetoſa, melliſſa, borago. Sal abſinthij & fraxini, & rutæ, & ſcabioſæ, ſantala, baccæ iuniperi & lauri, chamædrys, ſcordium, ariſtolochia, citri cortex & ſemen, acetum, aqua vitæ theriacalis. Semẽ hyperici, fraxini, viticis, nigellæ, iuglandium aqua, ſemen lilij. Muſcus, ambra, ciconia vel eius ventriculus in cineres verſus, vel ſanguis eius, aqua ex ſanguine verris caſtrati, ſperma ceti, vngula alcis: cornu ſerpentis poſitum ſuper ſalem, colorem mutat veneni acceſſu. Myrobalani conditæ, mala cotonea, citria, aurantia, granata, berberis, ribes. Succus ſiccatus ſcordij, cardui b. ſcabioſæ, cum caphura & myrrha, croco & rutæ ſemine. Bezoar lapis, qui triplici colore conſpicitur, glaucus, fuſcus, viridis, eſt & albus qui aliquantulum glauceſcit: hic inter cæteros eſt optimus, læuis, ſplendens, abſque ſapore. Dicit Abdala Hamarac, filium Mamati hunc lapidem comparaſſe Cordubæ palatio datur ad grana duodecim. Hyacinthus Orientalis. Smaragdi grana ſex ex aqua & vino Lachryma cerui, topazius, carbunculus, ſapphyrus, corallus, cornua, ebur, ſuccinum album ad drachmæ pondus datur, aurum, caphura, oleum & ſpiritus vitrioli, & ſulphuris. Lapis bufonis, ſi ita auro vel argento includatur, vt altera ſui parte carnem tangat, vrit digitum veneno præſente. Cùm iter facerem per Ardennam ſyluam, vix fœminam vidi quæ non geſtaret talem argenteum annulum. Praſinus lapis, hoc eſt ſerpentinus iam dictus: hic præſente veneno, exuitur ſuo colore: & cum abluitur, recuperat eum. Terra Lemnia in pollinem redacta, & in aqua campeſtrium roſarum madefacta, ac ſponte ſiccata; datur manè ad binos ſcripulos cum ſyrupo de citreis, vel ex vino. Puluis Meobani. Electarium de gemmis, diaſulphur Meſuës, & eſdra Auicennæ, diamoſchum, trochiſci de ſtella, opobalſamum, myrrha, crocum, beniouinum, terebinthina, ſtyrax, aromata omnia. Ex his variæ conſociari formæ remediorũ poſſunt: quod maximè fieri velim, ad formam componendique rationem quæ ſeruata eſt in Theriaca. Et melli includi illa, optimum factu exiſtimo: nam mel fermentat ac ſoluit ſimplicium remediorum vires, facitque vt illæ liberatæ, vinculo communi ſe nectant, ac in facultatem vltra ſimplicium vires ſe efferat compoſita antidotus.

Pauperum Theriaca.

Accipe gentianæ, baccarum lauri, vel iuniperi, myrrhæ, ariſtolochiæ rotundæ, ſingulorum vncias duas: mellis deſpumati optimi vncias viginti quatuor. miſce, & tepido loco fermententur. Datur drachma eius ex aqua cardui b. Confert etiam epilepticis, paralyticis, & conuulſis à pituitæ copia. Et ad ventriculi dolorem à flatibus, & ad infarctum hepatis, & ad hydropis præludia, & ad cuncta venena efficax eſt. Deus noſter, qui vnus & trinus, hæc in fœlicem Reipublicæ Chriſtianæ vſum ducat, quod ſpero & voueo; nam

Ni Deus affuerit, vires que infuderit herbis,
Quid, rogo, dictamnus, quid panacæa iuuent?

Herbæ. Ex animalibus. Fructus. Succi. Lapides.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 99 sur 513

IOANNIS HEVRNII DE MORBIS MVLIERVM LIBER.

Illustrissimis ac Potentissimis

ORDINIBVS GENERALIBVS CONFOEDERATARVM PROVINCIARVM BELGII,

OTTHO HEVRNIVS, *defuncti parentis nomine* IOANNIS HEVRNII, *dedicat consecrátque.*

CVM optimè parens noster, DOMINI POTENTISSIMI, *intelligeret, hoc ævo scribere esse hominis sibi irati, & inuidentis otio suo ac honori, præcipuè si stylum huiusmodi materiæ arduæ & à paucis tractatæ iniiciat: nam cùm labor sit Herculeus,* De Mulierum morbis *scribere, id est illis qui in eam partem cadunt quâ à viris mulieres distinguuntur, tantum tamen abest vt aput hoc ævum laudem speres, vt potius benignè tecum agi existimare debeas, si veniam impetres: Nihil id tamen aput illum potuit quin Medicinam innouato cultu sub Illustrissimorum virorum auspiciis publicæ luci committeret, hoc calcari incitatus, Vnum insatiabiliter esse parandum, etiam obstrepente liuore, prosperam sui memoriam, nam contemptu famæ contemni virtutes. boni viri esse se aput posteros à tenebrionibus segregare; omnes námque pares mori, impares aput posteros oblitione aut egregij facinoris gloriâ censeri. Hoc stimulo concitatus postquam de variis diuersas corporis humani partes infestantibus morbis magno bonorum applausu scripsisset, tandem se ad difficillimos & medelæ egentissimos,* Morbos Mulierum & Ventriculi, *conuertit: & quæ lima veritatis Hippocrates cogentissimis quidem & necessariis rationibus de hisce morbis scripsit, sed obscurius, illustriùs exposuit: & tersa innouatáque facie exhibuit, quæ medij æui scriptores barbariæ mucco haud aliter inquinauerant, quàm olim Philoxenus & Gnatho Siculus gulæ proceres ad conuiuia vocati in pultariis se emungebant, vt abstinentibus cæteris iis soli fruerentur. Ordinem dico dedit concinnum & verborum nitelam, non redundantiam; nam reiagendæ causa loquitur, & verbis non vltra quàm ad intellectum satis est vtitur. Idem igitur licet tradat quod olim & alij, facie tamen diuersa: vtque eadem res diuersis picturis expressa, non tamen eiusdem censetur pretij, sed ab artificum arte æstimium accipit: ita & hîc statuendum. Offert igitur vobis,* ORDINES POTENTISSIMI, *parens noster* IOANNES HEVRNIVS *per nos morborum muliebrium medelam, id est illorum qui ea in parte eueniunt quæ nos ad vitam destinat, mulieribus sanitatem conseruat, & nos propagando efficit immortales. Nascimur namque in hac parte, nobili videlicet loco, inter vesicam & intestinum sito, id est inter vrinas & fæces, ex excremento gemino, semine nimirum vtriusque parentis, & sanguine matris menstruo, vt nostra sortis ab ipsis primordiis admoneamur, intelligentes bonam nostri partem esse lutū in hac fornace scitè mixtum. Ita licet impares viuamus, pares tamen vt mori sic & nos nasci voluit S. Deus. Sana huius partis beneficio est mulier; nam vt ei omne genus morbi ab vtero euenire potest, etiam tabes, epilepsia, & mania: ita & omni morbo liberari potest vtero menstruali officio fungente. Immortales nos facit hoc membrum; nam caduci cùm simus singuli, stirpes tamen immortales, beneficio huius soli cui implantantur, fecit S. Deus. Nónne à primo Mundi exortu vsque in hoc tempus produxit nos ex splendidis sordidisque alternata stirpium series? In hac parte adamantina vis à S. Deo insita, quæ naturam nostri abolitionem molientem eludit, & vno subducto alterum perenni serie submittit: an non hoc membro vi morbi otiante vnius æui turba erimus & in nosmet ruemus, cùm nobis latens & serpens ad interitum causa sit agnata, vt ligno exedens teredo? Miserrimi profectò essemus, nisi huic fatali necessitati, quæ sine missione nos ad mortem destinat, delinimentum nouam ab vtero sobolem S. Deus dedisset. Dignissima igitur hac pars ante alias, cùm vita primordiis inseruiat, vt incolumis conseruetur: quod tamen arduum ob morborum eam infestantium copiam, magnitudinem, & subdolam indolem; vnde & incerta vagáque mulierum valetudo. Morborum vberrimus in hac parte prouentus inde conspicuus, quòd vt omnium amnium confluxus in Oceanum, sic redundantium humorum in Vterum. Dolosam eorum arguit indolem quòd occultis cuniculis vita insidiantur, & repentino insultu sæpè calamitatem minentur: nam vt in Ætna ignis sua habet interualla, & cùm desæuiisse creditur redit; ita & multi illorum morborum qui in hac parte. Magni sunt, nam se in totum corpus effundunt, adeò vt in mulierum curatione semper Medicis vterus in suspicionem venire debeat,*

debeat, etiam cùm remotissima pars, caput, laborat. Hinc Medicus semper in mulierum curatione incedit per ignes suppositos cineri doloso: nec eas curauerit, licet etiam secum omne artis Medicæ robur trahat, nisi procellæ medelam petat ab vtero, vnde totus vt plurimum tempestatis impetus erumpit. Vobis igitur, Illustribus Clarisque nominibus, ORDINES POTENTISSIMI, hoc opus ad vestræ Reipublicæ incolumitatem magno studio elucubratum, vnà cum Epistola De Nouis & Mirandis Morbis, & Libro De Felicitate Humana exactè elaborato selectissimisque historiis referto (ex quo nostra in hac vita Beatitudo conspicua, vt ex priori illo Miseria:) parens noster IOANNES HEVRNIVS per nos offert, tum vt omnibus sint gratiora, tum vt à Momi dente immunia. Nã vt insignia vestra ædibus, prætoriis, villis contra vim & proteruiam appenduntur; sic & libris illustre vestrum nomen contrà calumniam & liuorem. Gratum autem esse & auidius appeti qui non possit hoc opus, cuius frontem vestri nominis illustre sidus insideat? nam vos illi estis, ORDINES POTENTISSIMI, qui nec Maiorum virtute, nec numero exemplorum vllis gentibus sitis inferiores, rerum autem gestarum mole & magnitudine, plurimis priores: sensit hoc hostis, nouit Orbis Terrarum, nouit & Oceanus quà per diuersas Mundi oras variarum gentium litora, insulas & promontoria flexuoso meatu oberrat. Accipite igitur, ORDINES POTENTISSIMI, hoc opus mole quidem parum, sed maximum delectu eorum remediorum quæ efficaciter eius partis morbos fugant in qua ipsa fœmineitas sedilia posuit, cuius partis integritas Vos Vestramque Remp. liberorum propagatione efficiet sempiternam. Valete ORDINES POTENTISSIMI, & ad Veræ Religionis incrementum, Prouinciarúmque Confœderatarum gloriam ac tranquillitatem incolumes regnate æternùm. Ex Academia Leidana Batauis ANNO CIↃ. IↃ. C. VII.

PROOEMIVM.

MVLIERES plerumque morbis ab vtero inuoluuntur. Vterus à Summo Deo mulieribus concessus fuit ad sobolem, qua homo per se mortalis, sobole relicta humana, quasi hic etiam immortalis propagatione fieret. Vterus situs est inter intestinum longanonem, & inter vesicam: hoc in gremio, hoc est, inter stercora & vrinam, superbissimum hoc animal, homo, gignitur. Diuiditur autem Vterus in fundum, (cornua vocat Galenus) corpusque vteri, ceruicem, & in os ceruicis, vt loquitur Hippocrates. Figuram habet vesicæ amulam: membranosa est eius substantia: tunicas obtinet duas, exteriorem à peritonæo, & internam crassissimam, omni varietate fibrarum, ad varia munera, intextam. hæc tunica est crassissima, & ad amplitudinem fœtus se effundit. mirum ac stupendum videas in grauidatis hic miraculum: quòd turgente ac mole increscente maximè fœtu, vteri corpus in crassamentum solidescat digiti, ita vt vnà cum panso vtero crassities eius incrementa ducat. Neruos fundus vteri excipit à coïugatione neruorũ sexta: at eius ceruix ab osse sacro neruis perfunditur. Habet & fibras carneas foris in fundi apicibus, quibus musculorũ vice, sursum vterus rapitur, cùm ilia mulier contrahit. Hic Vterus fundamentum est naturæ muliebris, cui Summus rerum opifex Deus indidit amorem gignendi, ac eum velut fundum concupiscentiæ condidit. Quin iecur, gratiosi succi fons, affinitate quadam voluptariæ concupiscentiæ vtero morem gerit, ac rigat sanguine fundum matricis. Morbis autem variis tentatur vterus, varias enim actiones is edit, variaque munia in corpore exercet. Nam, vt peculiare officium habet, quod nulli cæterarum partium commune est, ita diuersa actiones in eo violantur: concipit enim, formationi studet, ac parit fœtum. Quamuis æquè aliis morbis, qui cæteris partibus communes, sæpe etiam inuoluatur. Vt autem mulieri, extra ingrauidationem, benè sit; necesse est, vt singulis mensibus sanguinẽ vtero fũdat certa lege substãtiæ, qualitatis, quãtitatis, & excernendi modi. Menstruales sũt virgines viro maturæ: & mulieres vacuæ à puerperio. Menstruales dicuntur, quòd menstrua purgatio illis naturalis sit, si nulla sit excusatio morbi, mœroris vnde sic emarcuerint, vt nihil in iis ad excludendum supersit, excusatio sit nulla etiam lactis nutritii. Nam ingrauidatarum nulla est purgatio menstruæ ex lege naturæ, maximè post τὸ πρωτον. Sed cur Deus eam purgandi legem mulieri indixit? Sanè ipsa muliebritas in hac purgatione consistere videtur. Ita ait Hippocrates Phaetusam naturâ menstrualem non potuisse γυναικοθλῖαι, hoc est, mulierescere vel muliebritatem iterum induere, quam amiserat ex viri exulis prægrandi tristitia. Quare menstruorum causa est ἡ γυναικεία φύσις καὶ χρὼς. hoc est, natura muliebris & color; vel potiùs superficies perpolita & lænis, nam ita Pythagorei χρὼν appellabant. Mulieri itaque vnum est perfugium atque præsidium ad bonam valetudinem, euacuatio per muliebria, tum in omni affectione plethorica, tam vniuersali quàm particulari, tum in orgasmo sanguinis: quia sic natura mulieris est comparata, vt earum sanguis ad locos & naturalia cursum inflectat; eiusque beneficio sæpe morbis mortiferis defungantur. Nam ab excrementis corpus vindicant, & bene moratam efficiunt nutricatus œconomiam, meatis actiones fœlicitant, & faciunt vt votis naturæ respondeant somni, cibus & potus, & etiam fœcunditas; morbi congeneres & syntrophi libera ab hac purgatione quiescunt. Benè res eunt mulierum menstrualium, quibus menses bene respondent: non enim sunt varicosæ, non haimorrhoïcæ, nec podagricæ. Quare vbi ad tempus ventum est quo in perpetuum cessat illa mulierum muliebritas, si his olim fœcundis quibusque erat menstruorum vbertas, bis anno sanguinem per triennium aut quadriennium detraxeris, sanitati earum consules. Ferè ex naturæ lege ac tempestiuè supprimuntur menses à quadragesimo quinto, ad circiter quinquagesimum ætatis annum: pro varia mulieris naturâ, complexione & compagine. pinguibus interdum benè finiuntur trigesimo quinto anno. Cauendum semper ne quis temeraria medicina velit ciere menstrua, vbi vacuitas est materiæ menstrualis, vt si mulier mœrore aut morbo confecta sit, vel si genium defraudauit, vel si sit lactans. Si itaque purgatio menstrua copiâ decenti non feratur, vel si omnino supprimatur, variis morbis eam inuoluit. quare primùm de grauissimo malo, scilicet de Menssium suppressione, agemus.

* * *

CAPVT

Galen. in fine de simpl. caussis. Lib. De superfœtatione.

Morbi vterini.

Obseruandũ.

CAPVT I.

De ſuppreſſione menſium.

DEFINITIO & eius explicatio.

MENSIVM ſuppreſſio eſt interceptio ſolemnis euacuationis ſanguinis eius qui ab vtero ſingulis menſibus prodire ſolet, ob cauſam præter naturam quæ vterum affligit. Dixi in hac definitione, eam eſſe interceptionem ſolemnis euacuationis ſanguinis: nam dum ea ætate eſt mulier, qua menſtrualis eſt, hoc eſt ab adoleſcentia pubera ad quinquageſimum tertium ferè annum, ſtatis vicibus ac periodis neceſſariò effluere debet illi ſanguis, dum non lactet, nec ingrauidata ſit, nec morbo aliáve ratione emaciata fuerit: nam alioqui ſana diu eſſe nequit. Præter naturam itaque in his ille ſanguis intercipitur, & quamuis ſincerus ac purus ille ſit ſanguis, cùm ideam gerat illius qui manat ab agno recens mactato, attamen mulieri ille non eſt conſocialis, at merè excrementitius, dum copiâ in vitio ſit. Hinc eſt, quod quidam putárunt (cùm variis tædiis ac periculis mulier ab eo implicetur) hunc ſanguinem menſtruum venenum eſſe: inde enim his deliria, maniæ, morbi caduci, cancri, tabes naſcuntur, & ipſa tandem mors. quin canes eo abſorpto, in rabiem vertuntur; & ab eo tactas herbas mori, cóque tinctas fruges ſterileſcere, prodidere grauiſſimi viri.

Difficultas.

Deciſio difficultatis.

Deciſio huius difficultatis hæc eſt. Naturâ ſuâ non eſt prauus ille ſanguis, eſt enim roſeus purpureúſque, ſola copia peccans in ſanis mulieribus. ſed euenit interdum, vt ille ſanguis vtero conceptus non ilicò effundatur foras, verùm ibi cunctando putreſcit, quod facilè fit in loco humido & calido: quin fœda excrementa plurima nonnunquam in vtero ſtabulantur, quibus ſanguis ille ſi remiſceatur, ibi interceptus & exitu prohibitus, (quod aliquando fit ob diſtortum ceruicis vteri os) in peſſimum ibi venenum degenerat. Hoc eſt illud aucupium dæmonis, quo miſeros amatores irretire ſolet; perſuaſit enim id philtrum eſſe, ac amoris illices & illecebras in eo habitare: ac ita mortem, miſerè decepti, pro amore propinant ſuis amaſiis. Hæc res calamitoſa fuit Caro Lucretio: dum enim æſtu ille poëtico ferueret, vxor eius amore alieno eum teneri exiſtimans, hunc ſuum ſanguinem illi propinauit: vnde miſer poëta in rabiem verſus, ſibi tandem manus intulit. Cùm itaque ille per ſe ſanguis menſtruus nihil aliud ſit, quàm ſuperflua ſubſtantia tertiæ coctionis, nimirùm carnoſarum partium (vt ſemen eſt ſolidarum) & quaſi reliquiæ vtilis ac nutritij ſanguinis redundantis, ab omni venenatæ qualitatis ſuſpicione alienus eſſe debet. Homo enim non ex veneno coaluit, ſed ex parentum ſemine, & hoc ex matris ſanguine: quo etiam æditus in lucem nutritur: nam lac nihil aliud eſt, quàm ſanguis menſtruus albore in mammis fucatus. Quare is quantitate ſola eſt in vitio, qualitate alteri ſanguini ſimilis. His enim per venas & arterias in fundum vteri fertur; ibíque diaſtole arteriatum purior factus in alimentum cedit fœtui: éſtque conſiſtentiâ mediocris, ſapore dulcis, & in terram effuſus concreſcit. Quare nec ſuæ ſubſtantiæ ratione, nec qualitate in vitio eſt, ſed ſola copia. Ideóque cùm hic ſanguis ſupprimitur, meram in perniciem abit, nullâque parte ferri poteſt. Sed cur ſoli mulieri eſt menſtruus ſanguis? Reſpondemus, rectè dixiſſe Hippocratem, mulierem ambidextram non fieri. iis innuit, Mulierem viro eſſe frigidiorem: non enim tantum caloris habet, vt ambidextra fiat: quare etiam non tam valido calore prædita eſt, vt circumfluum illum ſanguinem diſſipare poſſit. Quare ſanguis illæ cùm redundat in mulieres, facit vt mulier ſit calidior vitio. dico mulierem non ſimpliciter eſſe viro calidiorem; ſed ille ſanguis reddit eam calidiorem: nam is exardeſcit. At ſolidæ partes in viris ſunt calidiores. Quare Hippocrates non dicit mulierem eſſe calidiorem viro, & quòd propterea ſortiatur ſanguinem calidiorem: ſed ex aduerſo affirmat fœminam habere ſanguinem calidiorem viro, & propterea eam eſſe calidiorem viro. Aliud enim eſt ſolidas partes incaleſcere à ſanguine, aliud ſanguinem incaleſcere à ſolidis. à ſolidorum enim calore vibrat pulſus magnum ictum: fœminæ verò à ſanguinis feruore frequentem edunt pulſum; nam ita reſarcit magnitudinem frequentiâ & celeritate: ita Aſcanius reſarciebat greſſum patris Æneæ non paſſibus æquis. Nec prægnantibus nec lactantibus fertur hic ſanguis copioſè, nam poteſt parcâ copiâ emanare, integro fœtu ac ſanâ fœtâ. Effertur plerumque per tres dies: imò interdum, inquit Paulus, per dies duodecim, nimirùm in his, quæ gulæ ac ocio deditæ vitam inertem agunt. Pubertatis tempore, dum pandunt ſe venæ & ſanguis copiâ augetur, menſtruales fiunt puellæ. Copiâ tali ſingulis menſibus effundi debet, vt euphoriam habeat conſectariam, vt nimirûm alacrior ſibi mulier videatur. nam certam in his menſuram definire difficile eſt. Sunt enim quædam candidæ molléſque mulieres, aliæ fuſcæ & aſperæ. Tenellulæ illæ candidę circumfluunt excrementis: his in vndecimum diem protrahitur interdum, & etiam ſpacioſius; illis in biduum ſolùm. attamen naturæ lex iubet, vt ſaltem tres dies fluant. Hippocrates ſcripſit menſes elidi copiâ duarum hæminarum Atticarum, hoc eſt, octodecim vnciarum, paulo plus vel minus, inquit. Hic itaque ſanguis à toto corpore per vterum excluditur: eſt enim vterus pars imbellis, apta vt excipiat excrementa totius corporis. Vnde ſupprimitur hic ſanguis? hoc de ſympromate iam agimus, quod nimirum conſiſtit in excremento retento: quare id non debet immediatè referri in morbum, ſed in actionem læſam, quæ hîc eſt excretricis læſæ. Sed cur læditur hîc vis excretrix? Id fit ratione totius corporis, vel ipſius ſanguinis, vaſorum, & ipſius vteri. totius corporis, cùm iſtud vel pars eius princeps valida ab intemperie algioſa vel ſqualida laborat: vnde vel ſanguis non gignitur, vel diſcutitur. vel quia morbo tali implicitæ ſunt, vel febri validæ vel hecticæ vel diuturnæ: vel ſi extenuata fuerit labore, inediâ, mœrore: vel ſi langueant à ventriculo & hepate: nam his parum ſuccreſcit ſanguinis. Sanguinis etiam ratione ociari poteſt potentia excretrix, cùm is vitium facit in copia, vel qualitate. Copiâ vberiore, vel accisâ: nam vaſa nimiâ copiâ ſanguinis infarciuntur, ita vt impetu impelli ſanguis ab excretrice vi non poſſit: ita veſica referta vrinam excludere nequit. quod tamen rarò euenit, ni adſit craſſities. Qualitate ſanguis vitioſus eſt, cùm eſt craſſior, lentus, viſcidus. Ratione verò vaſorum ociatur expultrix, cùm venę in vitio ſunt quæ proficiſcuntur ad vterum; vel cùm ipſę venę, quæ vtero intexuntur, vitium habent. Quæ ad vterum eunt, infarciuntur à lento, viſcido ac craſſo ſanguine, quãuis interdum qui cæteris venis conceptus eſt ſanguis, ſit tenuis. Vteri vero ipſius venæ interdum conniuent, quod fit à prima generatione, quòd ita ſint factæ, vel quia obſtruuntur, aut comprimuntur, vel coaleſcunt. vel ipſius vteri corpus denſius redditur, ita vt orificia venarum ſtringantur, quod fit ab vſu rerum frigidarum & ſtringentium. & in vetulis, quamuis excrementis abundent, venæ ſiccitate conniuent, vt etiam in hectica febre occupatis. vel os ceruicis vteri in latus vel anticam aut ad poſticam corporis partem ſe obuertit. Maximè in puerperio & tempore menſium aëris externi iniuriis expoſitus eſt vterus; nam tunc rectum eſt os ceruicis vteri, ac hiat. Omentum interdum

Cari Lucretij mors.

Cur ſoli mulieri ſit menſtruus ſanguis.

Mulierum calidior viro.

Lib. 1. De morbis mulierum.

Cauſa.

1. De morbis mulierum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 102 sur 513

dum comprimit ceruicem vteri, vt in illis pinguibus mulieribus, ita vt exitus non detur ſanguini ab vtero. tarò caruncula aut membrana os vteri intercipit. Iam ad Signa venio. Si ſanguis ſit in vtero coacteruatus, is ibi putreſcit, vnde venter imus, ilia, & lumbi atrociter dolent, & interdum febricitant, delirant, horrore quatiuntur: & interdum lac habent. quare tunc ilico ſuccurrendum, nec falſa ingrauidationis ſpecie falſi cunctari debemus, ne ex morbo curabili euadat inſanabilis. Cùm diu in vtero clauſi ſupprimuntur, interdum tumores tunc hinc naſcuntur in ilibus: & cùm tempus effuſionis menſtruæ in procinctu eſt, tunc mulier à collo & ſincipite dolet, nam agitantur tunc vapores & humores; & eryſipelata & inflammationes tunc eueniunt, & vrinæ nigreſcentes cum rubra ſanie nonnumquam funduntur. Si à partis alicuius vitio hæc oborta ſuppreſſio fuerit, ipſa pars ſuum prodet vitium: & ea, quæ præceſſere, vitij qualitatem aperient. Si frigus vtero conceptum ſit, ipſa mulier dicet ſe ſentire frigus, & ante ſuppreſſionem menſes poſtpoſuere. Hoc maximè euenire ſolet cùm incuriâ quadam à partu vel in fluore menſium frigori temerè ſe exponunt, nam eo tempore vteri ceruix recta hiat ac aërem admittit. A denſitate fundi vteri ſi fuerit, dicunt ſe ſtuporem quendam ibi ſentire; nec datos vtero ſuffitus naribus ſentiunt. Si in ore vel ceruice vteri ſit vitium, obſtetrix referet à tactu, nam os tunc durum erit cum dolore interdum. Poſtquam iam natura huius mali nobis explorata eſt, videamus quænam inde naſcantur curationis indicationes. Hîc cohibita eſt ſolemnis euacuatio; itaque oritur inde illam reuocandi indicatio. Sed quia hæc ſuppreſſio oritur ab expultrice ſui officij immemore, qua læditur; vel ratione totius corporis peccantis in intemperie, ſurget indicatio hanc caſtigandi: ſi genio fraudata fuit, nutriatur: ſi nimio adipe circumfluit, genium fraudet ſenſim. Si pars in querela fuerit, vt lien, ventriculus, hepar, illa caſtigetur. Si infarctus adſit, expediatur: denſitas vteri ſi in vitio ſit, tarefcat: Si obtorta ceruix, reuocetur in rectitudinem. Iam ad Prognoſin abeo. Hinc interdum naſcitur hydrops, inflammatio hepatis, aſthma, mania, & etiam cancer mammarum aut vteri, aut eiuſdem inflammario vel eryſipelas. Si conſocietur delirio, febri., vigiliis, & cum ſuppreſſione vrinæ, ita emaciare fœminam ſolet, vt ſi ſemeſtre tempus traxerint, non vnquam tedeant. Bonum ſignum eſt in ſuppreſſis menſibus ſanguinem per nares fundi plenâ manu. quòd illa haimorrhagia vnde, quò, quâ, & quamobrèm fieri debeat, legitimam & naturæ conſentaneam rationem obtineat, nec partibus quà ſanguis fertur, moleſta ſit. Inter mala ſigna ſcribit hoc Hippocrates, Quibuſcumque mulieribus conglomeratur ſanguis in mammis, inſaniam ſignificat. nimirùm quòd cerebrum per ſympathiam afficiatur, vel quia exhalationes acerrimæ ſpiritus animales inuadunt, vnde mulier è poteſtate mentis exit. Et affirmat Hippocrates; à partu calamitate maiore ſupprimi menſes, quòd ſanguis eo tempore vehementer excrementis ſit contaminatus. Et virginibus acerbior euenit hæc ſuppreſſio, ſi vtero conſederit: quòd hæc moles ſit vtero virginis inſolens. Iam ad Curationem abeo. Si plethora adſit, ſecetur brachij vena ad totius euacuationem; idque fiat in media menſtrui periodo. at pedis vena ſecetur iam iã imminente excluſione menſtrua. Gracilis ſi ſit mulier, ac amplis plenisque venis prædita, benè feret ſanguinis abactionem. Quæ vena in pede maximè turget, ſecetur: quare inſpice dextrum & ſiniſtrum pedem. Si tamen ſiniſtra pars corporis dolet, ſiniſtri etiam pedis venam pertundi curabis. Cucurbitulæ admouentur pedibus duos vel tres dies ante ſolemnem euacuationem menſtruam; maximè id agemus ſi mulier fuerit exilibus venis dotata, vt ſi alba & turgidula fuerit. Femoribus amplæ cucurbitæ imponuntur ſine ſcarificatione, à prouiſione totius. Si nulla ſpes eſt reuocandorum menſium, haimorrhoïdes euocari poterunt, quò corpus à retento ſanguine liberari poſſit: ſed hæc deriuatio menſes alioqui ſiſtit. Medicamenta lenientia ſint ita comparata, vt vnâ menſes moueant. Si ſint excrementa bilioſa aluo concepta, detur ſirupus roſatus laxatiuus, vel caſſia: iunge interdum ſpecies hieræ ſimplicis. vel ſumat ſirupum ſolutiuum mercurialatum. Si craſſior materia melancholeſcens, propinetur mel roſatum ſolutiuum vel mercurialatum: ſi ſit viſcida pituiteſcens materia, capiat hieram ad ſemunciam, & ſuperbibat decoctum mercurialis. Hæc agat, cùm poſt decem ferè dies tempus menſium erit: & agat id intercalari dierum ſpacio. Liberata aluo ab excrementis, erit præparanda materia his medicamentis quæ vtero dicata ſunt aliquo modo. vt ſi bilis in vitio ſit, fiat decoctum ex herbis capillaribus & cicoraceis, cum radicibus oxalidis, & ſeminibus frigidis: & in hoc decocto madeſcat arthemiſia, pulegium, vel petroſelinum. ſumat bis die cyathum cum ſirupo capillorum Veneris. Si materia morbifica melancholeſcit, fiet decoctum ex bugloſſa, boragine, violis, fumaria, mercuriali, ciceribus rubris, glycyrrhiza, radicibus aſparagi: detur cum ſirupo de pomis, de boragine, vel de fumaria. Si materia eſt pituitoſa, vtatur decocto praſſii, hyſſopi, betonicæ, pulegij, radicum fœniculi & petroſelini, cum ſirupo de radicibus, oxymelite, melle roſato. Vel in fine coctionis adde mellis deſpumati & aceti optimi, cuiuſque vncias tres: nam ita vim oxymelitis induet decoctum. Purgantia ſint varia, vt ſi materia fuerit morbifica, propinentur primùm leniora: dein fortiora: leuiter bilem purgat rhabarbarum, manna, & electarium de ſucco roſarum. pituitam agaricum, & ſemen carthami. melancholiam foſia ſennæ, polypodium, epithymum elegantèr purgant diacatholicum & diaſebeſten cum ſpeciebus hieræ. Fortiùs bilem euacuant pilulæ aureæ cum granis paucis ſcammonei: pituitam pilulæ cochiæ cum paucis granis trochiſcorum alhandel; vel remiſcemus grana tria vel quatuor trochiſcorum alhandel cum pilulis de hiera cum agarico: & interdum hiera ſimplici. Cautio adſit, vt cùm talia purgantia præſcribuntur, qualia ea ſunt, quæ vnâ menſes mouent, conſultum fore, vt eodem tempore mulier foru vtatur euocante menſes, vt ex decocto artemiſiæ, pulegij, & talibus: & ſuper ſaccum, cui herbæ inſunt tales, in balneo ſedeat. Hoc magnæ efficaciæ eſt, Accipe ſpecierum hieræ pictæ, vnciam: myrrhæ, ariſtolochiæ, dictamni, croci, tubiæ tinctorum, caſtorei, cuiuſque drachmæ ſemiſſem, cum ſirupo de arthemiſia fiat maſſa. capiat ex hac maſſa alternis diebus vel etiam quotidie pilulas quinque; decem aut duodecim diebus continuis, ante ſolemnis menſtruæ purgationis tempus. &, vt antè dixi, fiat potus. Menſes autem mouent ea quæ impellunt ſanguinem, eum attenuando, ac orificia vaſorum aperiendo; talia ſunt acria, ac ſine ſtrictæ vi nitroſa. Inter hæc lenia ſunt, capillus Veneris, fumaria, mercurialis, roſa pallida, petroſelinum, pulegium, caricæ, ciceres rubri, grana iuniperi, radix & folia ciclamini, radix pæoniæ. Mediocria, arthemiſia, matricaria, calamintha, abrotanum. Fortia, ſabina, dictamnus, aromata, borax. Fiant decocta ex vino mulſo. Vterus enim gaudet aromate ac dulcibus. ſumat ſemilibram decocti ſingulis vicibus. Accipe ligni aloës odorati, vel ligni roſei in taleolas tenues ſciſſi, vnciam: roſarum pallidarum manipulum; cumini, aniſi, cuiuſque ſemunciam, (adde, ſi vis, ex herbis & radicibus quid iam enumeratarum) granorum iuniperi drachmas ſex: infunde vini mulſi libræ: per ſe dentur vnciæ octo huius colaturæ: vel remiſce guttu-

laſ

Signa.

5. aphoriſ. 61. & 33.

Indicationes curatiuæ.

Prognoſis.

5. aph. 33.

Chirurgia.

Cucurbitæ.

Præparantia.

Purgantia.

Peculiaria remedia.

Leniter menſes mouentia.

Fortiter menſes mouentia.

las quaſdam olei baccarum ſabinæ, vel trochiſcorum de myrrha ſcriptulos quattuor (hæc ſumma ſit eorum doſis) cum ſcriptulo boracis & croci: Propinabitis hæc à fotu & balneo ventris: quinque horis ante prandium fotum ineat: nam tunc fundit ſe vterus, ac laxior redditur; & cùm ita modeſtè incaluit, prolectat in ſe remedium. Commendatur decoctum, granorũ hederæ, ſabinæ, aciuni peri. Per plures dies his remediis erit vtendũ: & repetitis vicibus modò fortioribus modò lenioribus vtemur. Accipe radicũ aperitiuarum vnciam: calamintæ, artemiſiæ, ſabinæ, cuiuſq; ſemimanipulum: coque ex aqua ad libram: colaturæ accipiat ſingulis diebus manè vncias octo, adiectis duabus vnciis ſirupi capillorum Veneris vel de artemiſia, aut de radicibus: & parum croci & cinnamomi. Aliud: accipe theriacæ vel mithridatij, electarij hæmagogi, ſingulorum ſemidrachmam: mellis roſati ſemunciam, cum decocto iuniperi vtatur alternis diebus manè, idque cùm in procinctu ſunt menſes. Aliud: Accipe myrrhæ drachmas tres: calaminthæ montanæ drachmas duas: rutæ recentis ſemimanipulum; ſabinæ ſemunciam: cinnamomi drachmas tres: croci ſemidrachmam: radicum cyperi, galangæ, ſeminis ameos, cuiuſque drachmas duas: paſſularum perpurgatarum vnciam: coque ex lege artis: colatura coquatur cum melle ad ſirupi conſiſtentiam: doſis ſit trium vnciarum. Coque nepitam aut pulegium in mulſa, & cochlearium chalybis in ſuccum ſoluti manè cum vnciis octo prædictæ mulſæ bibat, & exerceat ſe poſtea per ſemihorulam. Balneum, Accipe foliorum artemiſiæ, matricariæ, mercurialis, pulegij, calamintæ, dictamni, ſabinæ, cuiuſque manipulos duos: granorum iuniperi vncias duas: ſeminis carui, ameos, aniſi, ſingulorum vnciam vnam: fiat decoctio ex aqua, & fiat fotus. Si adiiceretur colocynthis vel elaterium, robuſtiùs ageret. Vnguentum: Accipe olei lilini vnciam: olei macis ſemunciam: axungiæ gallinæ & cuniculi, cuiuſque ſemunciam: pulueris croci, ſpicæ, ſabinæ, & myrrhæ, cuiuſque drachmam: ceræ parum: fiat linimentum. Peſſus ex rubia tinctorum, myrrha, & felle animalis rapacis: & illinatur oleo macis. Fortes peſſi fiunt ex ammoniaco, opopanace, galbano, ſagapeno, cum radice cyclamini. Suffitus etiam aromatum infernè valdè prodeſt, ſi cephalalgiæ non fuerit obnoxia mulier. Si his exardeſcat ſinus mulieris, illinat ſe vnguento albo caphurato, vel roſato. Victus ratio ſit attenuans & incidens, ex capparibus, petroſelino, fœniculo, aſparagis, lupulo: gallinæ, paruæ aues, vituli elixa caro: iuſcula cum cinnamomo, croco, caryophyllis. Vinum limpidum, album. Exercitatio mollis ante cibum: cibi ſint parci: aluus reſpondeat quotidie. caro coquatur cum ſatureia, origano, thymo. Si ſqualet & calet corpus, vtatur humectantibus & refrigerantibus. Vſu quædam comperta remedia ſubdo. Antequam menſes fluent, ſeca pedis venam: ſed priuſquam id agas, ſex vel octo dies antè præparetur mulier pedum lotione, ex decocto pulegij, mentæ, ſabinæ, calaminthæ, artemiſiæ. Et iuſcula imbuantur vi pulegij, & ſabinæ: ſingulis diebus his vtatur. Vinum in quo meliſſa decocta eſt: & euagantem vterum deprimit. Origanum tritum ſi ſupponatur, vel ſi fotus ex eo admoueatur. bibitum diu ſuppreſſos menſes euocat. Radix rubiæ trita & ſuppoſita. Sirupus magiſtralis, Accipe quinque radicum aperitiuarum vino maceratarum, radicum azari, hippoſelini, cuiuſque vnciam: glycyrrhizæ raſæ ſemunciam: radicis helenij ſemunciam: foliorum artemiſiæ, tanaceti, valerianæ, thymi, ſingulorum manipulos duos: boraginis, bugloſſæ cum radicibus, capillorum Veneris, ſingulorum ſeſquimanipulum: aut cichorei, endiuiæ, fumariæ, ſingulorum ſemimanipulum: ſeminis ſeſeleos, liuiſtici, apij, petroſelini, cuiuſque drachmas duas: ſeminis aniſi, fœniculi, dauci, cuiuſque ſeſquidrachmam: cicerum rubrorum pugillum: addere poteris ſemina frigida maiora. fiat ſirupus perfectè coctus ad libram vnam, cum ſacchari decenti copia, & aromatizetur drachmis duabus cinnamomi. hoc vtatur ante menſtruum excurſum tribus vel quatuor diebus. Puluis: accipe cinnamomi ſelecti ſemunciam: radicum ariſtolochiæ, valerianæ, hippoſelini, cuiuſque drachmas duas: radicum aſari drachmam: trochiſcorum de myrrha ſcriptulos quatuor: caſtorei non glutinoſi nec ita vehementer redolentis ſemidrachmam: croci ſcriptulum: ſpecierum diambræ ſcriptulos duos: ſaccharum ad pondus omnium: fiat puluis tenuiſſimus: capiat drachmam ex cochleari, cum iuſculo cicerum. Peſſus. accipe florum thymi, trypheræ Perſicæ ſine opio, cuiuſque drachmas duas: ſi non haberi poſſit typhera, eius loco ſume myrrhæ optimæ ſeſquidrachmam: muſci granum vnum aut alterum: croci ſemidrachmam cum artemiſia vel nepeta aut calaminta vel hiera fiat peſſus ex ſyndone. iuuat, ſi fuerit malum ab infarctu venarum vteri. Illinantur medulla cerui vel oleo macis. Sæpe innouentur, neque noctu retineantur, niſi fuerint ex rebus leuibus, ne exardeſcant loci. virgo oleis ſe vngat fragrantibus. Decoctum ligni guaiaci cum dictamno. Coquat ſaluiam ex vino mulſo, & bibat. ita etiam nepitam & pulegium, vel marrubium. Accipe aquæ pimpinellæ vncias quattuor: croci grana quatuor: ſaccharı drachmas duas: ſumat hæc bis in die. Accipe ſpecierum hieræ ſemunciam; cum ſucco ſabinæ fiant pilulæ xxi. ſumat tres alternis diebus, mox ante prandium. Accipe caſtorei ſcriptulum: fiant pilulæ tres: ſumat manè cùm fluxus tempus adeſt. Accipe boracis drachmam: cinnamomi ſemidrachmam: ſumat ex aqua capillorum Veneris, eo tempore quo in procinctu eſt emptio menſium. Oluſculum ex foliis ſenecionis. Myrrhæ, ladano, ſtyraci, & beniouino inde aromata; fiantque trochiſci, quorum vnus carbonibus impoſitus fumum fundat: carbones ollæ impone; his iniice trochiſcum; ac operculum, quod foramen habet, illi impone; mox infundibulum ſuperimpone, ac locis muliebribus indat, quò fumum excipiat vtero. Stringat ſe mulier, antequam hæc agat, ſub vmbilico optimè linteis, ne ſuffitus caput petat. hæc agat bis vel ſemel die per ſemihoræ ſpacium. Vel in ſella latrinaria ſedens, aliqua re apertis locis, vapores excipiat. Vel coquat ex aqua artemiſiam, pulegium, dictamnum, calamintam, rubiam tinctorum, origanum, hyſſopum, chamæmelum, ſtœchadem, ſaluiam, acorum, iridem ſiccam: in ſideat vmbilicotenus, donec vteri partes incaluerint, & ſudore maduerint. Detur ammoniaci ſcriptulus ſolutus in decocto dictamni. vel galbanum ligetur in pecia, ac impendeat oblongo vaſi, quod aquæ calidæ ac bullienti imponatur, vt liqueſcat: quod extillauit in fundum, vſui erit. Accipe ſucci marrubij albi odorati vncias ſex: mellis optimi, vini albi generoſi, cuiuſque vncias duas: myrrhæ, boracis, ariſtolochiæ, radicis pæoniæ, baccarum fraxini, cuiuſque drachmam: croci ſcriptulum: cinnamomi ſemidrachmam: coque ſuccum cum vino, lento foco, dum

Sirupus. *Balneum.* *Vnguentum.* *Peſſus.* *Suffitus.* *Empirica.*

dum duæ partes exhauriantur : dein affunde mel: lentè ad mellis conſiſtentiam coque : tunc reliqua in pollinem verſa adde , & miſce exactè. ſumat quotidie cùm menſes ephodon dabunt cochlearium. hoc etiam lochia euocat. Haimagogon Nicolai, & dialacca Nicolai. Galenus libro vndecimo ſimplicium vehementer commendat vſum caſtorei , cochlearij ſi detur menſurâ ex melicrato cui incoxit calamintha & pulegium. id agit ſectâ iam tali venâ. Peſſus ex foliis mercurialis ita tritis vt flacceſcant, cum oleo keiri , linteo inuolue. Vel accipe ladani vnciam : bdellij , myrrhæ , cuiuſque ſemunciam : fiant peſſi magnitudine parui digiti. Fiat maceratio in oleo florum Keiri , liliorum alborum , & radicum ireos & myrrhæ , vngat eo pectinem. Accipe caſtorei vel aſſæ fœtidæ drachmam: galbani ſcriptulum : croci, ſeminis pæoniæ , cuiuſque ſemiſcriptulum : boracis grana xv. cum aqua ſabinæ fiat maſſa : ſumat drachmam cum decocto granorum iuniperi. Accipe ſcriptulum eſſentiæ baccarum iuniperi , ex cyatho decocti baccarum iuniperi , cum ſemuncia mellis roſati. Fermentum bibitur ad auellanæ magnitudinem ex vino , cum pauco croco. Accipe dilutum pimpinellæ ad vncias quattuor : croci grana quatuor : ſacchari drachmas duas : miſce. ſumat bis die. Accipe ſpecierum hieræ drachmas duas : boracis , trochiſcorum de myrrha , cuiuſque ſcriptulum : cum ſucco ſabinæ fiant pilulæ xxxviii. Dentur tres alternis dibus immediatè ante prandium. Foueat ſe , ab oſſe ſacro femora & pedes , ſerò & manè hoc in decocto, Accipe ſabinæ, pulegij , dictamni , roſmarini, ſiccatarum radicum ireos , ſingulorum manipulum : coque ex optimo vino : & manè in aurora accipiat theriacæ veteris ſemidrachmam : croci grana quatuor : aquæ arthemiſiæ vncias duas : miſce : potet. Vtero imponat theriacæ veteris ſemunciam : croci ſemiſcriptulum : cum ſucci ſabinæ ſemidrachma: fiat peſſarium paruum.

Vſus de caſtoreo.

CAPVT II.

De Profluuio ſanguinis ex vtero copioſiore: vel de immoderato fluxu menſium.

Definitio. PROFLVVIVM menſium eſt motus deprauatus immodicus ſanguinis menſtrui à corpore per vteri venas per plures dies egredientis. Diximus ſanguinis menſtrui. quia hoc mobili diſcriminatur à profluuio muliebri: nam in eo alia materia eliditur. Dixi à *Cauſe.* corpore, ſcilicet toto, vel à parte. Cùm autem hoc profluuium ſit ſymptoma, reduci debet ad actionem læſam. lædituſ hîc retentrix facultas , & immodicè extimulatur excretrix vis. Excretrix afficitur totius corporis vel vteri. Totius corporis, cùm nimia copia ſanguinis moleſta eſt corpori : vel acerrima vi præditus ſanguis ſtimulat vim excretricem : vel quia aquoſus ac tenuis ſanguis conſiſtentiâ facilè eò viam affectat. Vel vbi proſtratæ vires languent , retentrice totius ſolutâ , emanat ſanguis. Interdum effluit ſanguis ex vtero nimiâ copiâ , quòd eius venæ aperiantur , vt à rerum madefacientium & à fomentorum vſu frequentiore. vel à partu difficili. & ab abortu. vel exeduntur hæ venæ ab acerrima materia, quæ à ſecundinis poſt partum relictis ſoboleſcit, quin rumpuntur interdum hæ venæ ab ictu , lapſu. Quare vt breuiter dicam, hîc in vitio eſt totum corpus , vel ſanguis , vel vteri venæ. Totum , vt ſi cacochymum , vnde fœdi colores : ſanguis, quia copia nimia peccat, vel acrimonia, vel tenuitate: vteri venæ, vt ſi nimio fotu tenereſcant nimium ſi rumpantur, vel aperiantur præter naturam , vel exedantur. Sed ſi propriè loqui velimus, fluxus immoderatus menſium non aliunde venit, quàm ex vaſis vteri apertis. nam qui immoderatior fluxus venit ab eroſis vel ruptis venis, propriè menſtruus dici nequit: nam quouis tempore euenit. Signum eiuſmodi ſanguinem *Signa.* effundi eâ copiâ ex naturæ lege eſt , quòd alleuantur mulieres : alioqui ſi præter naturam funditur , cachexiâ laborare incipiet mulier , ac præludia hydropis apparebunt , fœdi colores illis euenient , ac pedes œdematoſi reddentur. Diſcernitur hoc à muliebri profluuio , quia ibi non egreditur ſanguis , niſi duo hi affectus conſocientur , ſcilicet profluuium muliebre & menſium. Præterea profluuium menſium euenire ſolet ſtatis vicibus , tunc ſcilicet cùm fluunt menſes. A quanam cauſa naſcatur, ita notabimus. Si fuerit profluuium à vitio totius , laſſitudines præceſſere : nec aderunt ſigna aliarum cauſarum. Tenuis ſanguis ſeipſum prodit ſua aquoſitate. Si copiâ in vitio eſt , id indeelucebit , quòd ſolemnis hæc euacuatio ſuppreſſa fuit, vel quòd ocio ac gulæ ſe dederit mulier. Si acri vi peccat, cum morſu egreditur. Si fiat vitio venarum vteri eroſarum , iunget ſe dolor , vlcera & rhagades, nec erumpet ita copioſè vt in laceris aut apertis venis. Dolorem etiam facit ruptio venarum; & ictus vel lapſus aut tale aliquid præceſſit. Apertio plerumque conſectaria eſt fotibus. Iam quid *Indicationes curatiuæ.* ſuadeat natura huius mali videamus. Quia ſanguis præter naturæ legem hîc funditur , naſcitur indicatio eum cohibendi. Si fluit à vitio corporis totius , naſcetur indicatio roborandi totum , & hepar. Si toto à corpore eò impetu ruit, reuellatur. Si effluit ratione ſanguinis tenuioris, is erit craſſefaciendus : ſi fuerit aquulentus , erit euacuandus hydragogis, ac vrinam mouentibus & ſudorem prouocantibus ; & prouiſionem admouebimus , ne is talis iterum gignatur : quare hepar & ventriculus redintegrari debebunt. Si mordax ab acerrima vi fuerit ſanguis , mitigetur ea acrimonia , ac hepar refrigeretur. Sin à vitio venarum vteri funditur ſanguis , inciſas ac corroſas agglutinabimus; apertas claudemus ſtrictâ à vi , rariores ac molliores denſabimus. Si vtero contaminata purulentia fuerit concepta , excludatur. Sed iam videamus *Prognoſis.* num redintegrari his ſanitas poſſit, & quibus mulieribus ita afflictis: nam pro varietate cauſarum feliciùs vel ægriùs ſanantur. Conuulſio calamitoſa , ſi incidat in hoc genus morbi ; nam ab exhauſtu & atrophia fit partium. Et lipothymia cùm ab exhauſtu fit ſpirituum , mala eſt : quamuis ſi à timore , bona ſit , aliò rapto ſanguine. Venæ ſuperio- *Curatio.* res , ratione reuulſionis pertundantur. Si copiâ in vitio eſt ſanguis , ilicò pertundatur vena : ſin copia *Phlebotomi & cucurbitæ:* non peccat, primum per octiduum nitemur eum ſtringentium vi retinere ; ſin hoc non ſuccedit , vena feriatur , & per triduum ſingulis vicibus parum ſanguinis emittatur. Cucurbitæ ſine ſcarificatione admoueantur infra mammas , vbi ferè illæ deſinunt: eæ potentiſſimè reuellunt. ſint hæ magnæ & altæ, & cum magna flamma admoueantur. Vincula humeris iniiciantur. Iam ad phannaciam. Medicamenta alia præſcribuntur ratione totius , alia ratione *Pharmaca.* vteri profluuium patientis. Ratione totius, lenientia, præparantia, purgantia , roborantia : ratione verò vteri , adſtringentia. Lenientia hîc talia eſſe debent , quæ à prauorum ſuccorum excluſione adſtrictionem relinquunt : vt ex aduerſo , in menſium ſuppreſſione ea lenientia præſcribi debent: quæ poſtea etiam menſes promouent. Hæc primæ alui excrementa ſi fuerint biliоſa, dabimus caſſiam cum ta-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 105 sur 513

©BIUM

marindorum pulpa,vel cũ decocto tamarindorũ exhibebimus mannam:nam tamarindi edomant vnà æstumbilis. Si sint pituitosa, exhibebimus mel rosatum laxa-
Præparantia. tiuum cum decocto mentæ siccæ. Præparantia debent vi crassefaciendi prædita esse, nam in hoc affectu tenuis humor plerumque in vitio est. attamen hæc tenuis materia est mordax vel aquulenta : si mordax, vtemur cicoraceis cum acetosa, portulaca, plantagine in decoctis ; addemus sirupum myrtillorum,cydoniorum,de agresta,de ribes,de succo plantaginis,de succo acetosæ , granatorum : & à dulcibus abstinebimus. Sin materia fuerit pituitosa , dabimus decoctum foliorum & nucum cupressi, & mentæ siccæ , cum sirupo de menta, vel cum melle rosarum.Melancholescentem succum parabimus sirupo de pomis & de borag ine. Purgabimus tunc puluere rhabarbari & myrobalanorum , ex conserua rosarum vel pulpâ tamarindorum , vel ex decocto tamarindorum. accipe corticum myrobalanorum, rhabarbari,cuiusque drachmam : infunde per noctem in aquæ endiuiæ vnciis quatuor,& aquæ portulacæ vncia : manè adde, pulpæ tamarindorum & cassiæ,cuiusque semunciam : sirupi rosati vnciam : fiat potus.Si materia fuerit tenuis pituita , hydragogo non valido purgetur. Accipe seminis carthami drachmas tres : agarici recenter trochiscati drachmam vnam : macerentur in decocto masticis & mentæ,adde expressioni colatæ mel rosatum laxatiuum. Si melancholescit materia morbi , propinabimus decoctum polypodij , epithymi , foliorum sennæ. Si vomendum , præscribe oxymel cum decocto raphani.
Corroborãtia. Corroborantia varia sunt , ex idea causæ morbificæ. Si sit causa sanguis tenuis & frigidus, ita factus ob frigidam intemperiem ventriculi vel hepatis , vtetur diatrionpiperio , diacymino , aromatico rosato,theriaca, mithridatio. Si sit vitium illatum à materia calida, vtatur conserua rosarum, diacotoneo , conserua cichorei , cum speciebus diarrhodonis abbatis. Ratione vte-
Adstringẽtia. rinorum vasorum vtemur stringentibus , non sine glutinositate : talia sunt , bolus Armeniæ , terra Lemnia, sanguis draconis , consolida maior. Auicenna vtitur remedio ex mumia, alumine vsto, ac sero lactis sæpiùs extincto, corallo, & balaustiis,& ratione vehiculi addit aliptam moscatam. Astringunt conseruæ ex cornis, mespillis , cidoniis malis , sirupus myrtillorum , spongia cremata ex vino , ad drachmæ pondus , trochisci de carabe. Si ob sanguinis tenuitatem vitium obortum fuerit , accipe puluris mororum immaturorum drachmas tres : farinæ drachmam: dilue vino crasso: ita contunde malum punicum , abiecto cortice , & macera in vino , conserua rosarum. benè ad robur vteri mastice additur remediis : & illa bibitur ex vino astringente.Hic puluis sistit omnem haimorrhagiam : accipe seminis hyoscyami albi,seminis papaueris albi, cuiusque drachmam : haimatitidis , coralli rubri, vtriusque semidrachmam : terræ sigillatæ drachmam : caphuræ semiscriptulum : masticis scriptulos duos : sumat manè & vesperi semidrachmam. Aliud , Accipe micleræ, conserue rosarum antiquæ, cuiusque sescunciam:puluris spodij, coralli rubri , sanguinis draconis, succini, haimatitidis præparati, balaustiorum, masticis , cornu ceruini vsti , thuris,acaciæ,gummi tragacanthi & Arabici , cuiusque drachmas duas : sirupi myrtillorum quod satis sit vt fiat confectio : sumat cochlearium
Topica. cum aqua portulacæ vel plantaginis. Topica remedia non admouentur , nì vitium in vtero consederit. Fotum præscribit Hippocrates ex posca , ita frigidum, vt citra rigorem perferat hoc corpus : huic rosæ vel myrti folia incoqui possunt. Ita ex vino coquimus sumachium , balaustia , malicorium , gallam , & pruna syluestria. Emplastrum comitissæ & de cortice castanearum pubem , inguina , & lumbos cingat: Pessaria fiant ex radicibus consolidæ & foliis plantaginis. Vteri loco antico & postico admoue epithemata ex aqua portulacæ , plantaginis , solani , cum aceto & bolo , &c. Accipe olei myrtillorum , cydoniorum , & masticis; cuiusque semunciam : boli Armeniæ,sanguinis draconis, trochiscorum de carabe , singulorum semidrachmam:aceti semicochlearium,ceræ parum; fiat vnguentum.Vescatur pedibus vitulinis: pomis cydoniis , & *Victus.* granatis , cerasis amarillis , ribes & acetosa : agresta condiatur cibus. assis carnibus fruatur.portulaca cocta commendatur à Galeno. oriza cum lacte amygdalo- *6. simil.*
rum Abstineat à multa carne & ouis.Si vires prosternantur , sumat ius carnium cum succo acetosæ , cydoniorum malorum, & agresta. Frigida sint actu alimenta.Bibat cereuisiam,cui immistus sit succus granatorum.Empiria sua etiam remedia habet:Accipiat suc- *Empirica.*
cini,vel coralli rubri drachmam,ex aqua vel decocto astringente , vel ex sirupo tali : vel ex decocto pedum viculi vel porci Sumat manè per aliquot dies semunciam conse uæ rosarum veteris , ex aqua portulacæ, cum sirupo myrtino. Stercus asininum cum aqua & sirupo sumptum , & foris admotum , cum aqua chalybeata & aceto. Galenus diebus quatuor, infuso in vterum per metrenchytam , curauit menstrum fluorem , qui nullo alio auxilio curari potuit. Suffitus ranarum combustarum est mirabilis. Suffitus vngulæ mulæ. Accipe corticum duorum ouorum recentium adustorum , thuris , masticis , singulorum semunciam: margaritarum , coralli rubri præparati , carabes,singulorum drachmas duas : lapidis hæmatitidis & smaragdi præparati , singulorum semiscriptulum : farinæ hordei, sine furfure , pugillos duos : albumina ouorum quatuor : adde parum aquæ chalibeatæ , & fiant duo panes seu placentæ , & coquantur in furno, vt possint in puluerem redigi : datur ad drachmæ pondus cum decocto pedum arietis ; summo manè propinatur. Opiata dentur vltimò,& viribus adhuc florentibus,requies Nicolai,athanasia, trochisci de carabe,philonium Romanum, vel Persicum, cum scriptulo boli. Accipe succi millefolij vncias duas,sacchari albi vnciam, propina in aurora. In inueterato malo , Accipe masticis drachmas duas : olibani drachmam vnam : myrrhæ semidrachmam : balaustiorum scriptulum : fiat pulvis subtilis , & cum succo cydoniorum malorum fiat massa : inde quotidie per decem dies sumat vnam pilulam ante cibum. possunt addi trochisci de carabe. Accipe corallorum rubrorum , masticis, cuiusque drachmam : balaustiorum scriptulum : seminis hyoscyami albi, corticum radicum mandragoræ, cuiusque semidrachmam : puluerisentur subtiliter, & excipiantur succo semperuiui,solatri,plantaginis,& aceto forti: hoc tepidè vngat plantas pedum vesperi dormitura.

CAPVT III.

De subtillo menstrui sanguinis ; & De vteri dolore.

SVBSTILLVM mensium est effluxus præter *Quid sit.*
naturam sanguinis menstrui per vterum egredientis stillatim & cum dolore. Causa refertur in fa- *Causæ.*
cultatem , vel in materiam , vel in instrumentum. Nam facultas excludere pro more nequit, propterea- que stillis elabitur : vel materia sanguinis in vitio est quantitate, vel qualitate. quantitate , cùm circumfluit nimiâ copiâ , cúmque is egredi nequit , tendit vterum , hinc dolor. qualitate verò , vt cùm acrior ac mordax irritat expultricem , ac dolorem infert : vel quia crassus , viscosúsque est sanguis , vnde guttatim solùm permeat. Instrumentum crimen habet, vt cùm *Signa.*
anguſtiores sunt venæ , quàm vt solemni copiâ mea- *Curatio.*
re sanguis possit. Signa habet , dolorem,& guttatim *Chirurgia.*
quòd

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 106 sur 513

quòd ſtillet. Vena pertundatur in brachio, ſi ingens ſit dolor, qui à fotu non miteſcit: mox redi ad fomenta. ſed vires ſint firmæ in ſanguinis emiſſione. Iam euacuato toto corpore, & cùm fotibus craſſus ſanguis ſefudit, cucurbitæ tres vel quatuor inguinibus & hypogaſtrio cum ſcarificatione admoueantur, ac copia mediocri ſanguis prolectetur. Nocturno tempore vincula brachiis & cruribus admoueantur, ne ſanguis impetu ad vterum feratur, eò abductus refluis per tenebras nocturnas ſpiritibus. Admouebimus ea quæ laxant tenſum vterum, quæque placant acrimoniam materiæ radentis. Præſcribatur cataplaſma ex farina ſeminis lini, foliis maluæ, althææ, atriplicis, meliloti floribus: ita laxato vtero, tenſio euaneſcet, & materia datâ viâ effluet. Peſſi fingantur ex eiſdem emollientibus. Quod ſi materia craſſa fuerit, his addemus folia arthemiſiæ & dictamni. quin ex aqua & oleo hæc cocta, balnei loco erunt. Si contumax malum, vnà incoque ſacculum hunc: Accipe ſulphuris craſſo modo puluerisati vnciam vnam: terræ argilloſæ vncias quinque: aluminis drachmam: miſce bene, & ſacculo denſo lineo innecte. Deinde vngat ſe vnguento roſato, adde medullam cerui, vel oleum recens amygdalinum, vel lilinum recens. Inteſtino etiam hæc ad octo vncias infundi poſſunt, cum ſemuncia terebinthinæ: & etiam vtero. Si his non cedit malum, ad dropaces erit veniendum: Accipe picem aridam, & liqueſcat cum oleo lilino, aſperge piperis ſcriptulum: pyrethri ſemiſcriptulum: tandem ſinapi adde. Sæpe euenit, vt vterus à flatu hæc patiatur, & tunc negligi poteſt phlebotomia: Præparari debet in contumaci malo materia craſſa: Accipe ſirupi de matricariâ vnciam vnam: mellis roſati, & ſirupi de duabus radicibus, cuiuſque ſemunciam: aquarum artemiſiæ, calaminthæ vel pulegij, fœniculi, ſingularum vnciam: miſce. vtatur per quinque dies. Poſtea ſumat hanc purgationem, Accipe ſpecierum hieræ drachmam vnam: diacatholici ſemunciam: ſirupi roſati laxatiui vnciam: cum decocto arthemiſiæ & florum cordialium, fiat hauſtus. Et deinde ſingulis diebus manè recipiat cyathum huius decocti: Accipe aquæ artemiſiæ vncias XXIV: ſchænanthi, dictamni, radicum matricariæ, dauci, cuiuſque ſemunciam: ſpicæ drachmas duas: bulliant in balneo: cola ſine expreſſione: adde ſingulis vnciis tribus, mellis roſati colati ſemunciam. Si vehementer dolor ex flatibus vrget, accipe nucis moſcatæ, & cinnamomi, cuiuſque ſcriptulum: caryophyllorum ſemiſcriptulum: croci grana ſex: ſacchari drachmas tres: fiat puluis, & euiſcerato in pomo dulci coque in cineribus: & comedat. intolerabilis ſi adſit dolor, iunge duo grana opij, & comedat tempore doloris. Vel accipe philonij Rom. ſcriptulos duos, vel ſemidrachmam: diagalangæ, diacymini, ſingulorum ſcriptulum: mellis roſati vnciam cum pauco vino. Aliud: accipe ſeminis dauci ſubtiliter puluerisati, vel baccarum lauri, drachmam: mellis roſati colati vncias duas, ſumat tempore doloris. Accipe olei de cheiri libram: olei ſambucini vncias quattuor: calidè foue intùs & foris matricem cum albo panno. & dein ſacculum admoue ex floribus chamæmeli, foliis calaminthæ, ſemine fœnigræci, lini: & aſperge vino, cùm calfeceris in patella. clyſter emolliens, ac flatus diſcutiens, vtilis erit: vt, Accipe matricariæ, parietariæ, arthemiſiæ, florum chamæmeli, ſingulorum manipulum: ſeminis fœnugræci vnciam: ſeminis lini craſſè contuſi, ſemunciam: aniſorum drachmas duas: coque ex aqua ad vncias decem. colaturæ adde benedictæ laxatiuæ vnciam: hieræ picræ ſimplicis ſemunciam: olei cheirini vncias tres: ſacchari rubri vncias duas: vnum vitellum oui miſce; fiat clyſter. Si verò mulier verſatur in partu; tunc abſint electaria illa, ſed colaturæ adde olei cheirini vncias tres: vitellum oui vnum: ſacchari rubri vnciam. In victu abſtineat à ſalſis & acribus, & ab his quæ flatus mouent: nam tenſione ſua dolorem exaſperant.

τηρίτα. Admouebimus ea quæ laxant tenſum vterum, quæque placant acrimoniam materiæ radentis.

Aſtatu dolor. Præparantia & Purgantia.

Victus ratio

CAPVT IV.

De Profluuio muliebri, quod Græcis dicitur ῥοὴ γυναικῶν, vel ῥοὴ ἀπὸ μήτρας, id eſt, vteri profluuium.

In hoc affectus genere effluit ſanguis ab vtero penè aſſiduè, eſtque is fluxus ordinis expers. Itaque hoc profluuium longè diuerſum eſt ἀπὸ τῶν καταμηνίων ἐκρύσεως, in quibus fluit ſanguis ſtatis menſtruis periodis. Cùm autem varia in hoc profluuio idea ſit colorum, (in hoc enim profluuio genuinus color abeſt) addi debet nomini coloris varietas, vt percipiamus quiſnam humor ex vtero effluat, dicendo ῥοὴ λευκὴ, ἢ ῥοὴ ἐρυθρὰ, hoc eſt, profluuium album, vel rubrum: &c. Fit à motu deprauato excretricis facultatis importunè irritatæ: quæ elidit ſanguineum excrementum per vterum. Colligitur id excrementum toto corpore, vel parte, vt in vtero, capite, hepate, & venis. Eſtque id, quod fit ab hepate & venis, vel ichoroſum, aut ſanguineum. Ichoroſum, vt ſanguis fuerit variè obſitus humoribus, naſcetur profluuium vel album, vel rubrum, vel pallidum, vt abundârit pituitæ vel bilis ſerum. Vel profluuium illud non ichoris, ſed humoris ideam gerit; eſtque is humor vel pituitoſus, vel melancholicus. Pituitoſum profluuium fit à crudiore parte ſanguinis, vt euenit in anaſarca, à frigidiore hepate. Bilioſum profluuium muliebre fit à bilioſo ſanguine, cùm nimirùm folliculus fellis hepati intextus, non prolectat à ſanguine qui in hepate gignitur bilem, tum ea nonnunquam elidîtur in vterum: vel interdum tenuior ſanguinis pars, vel bilis nutritia, quæ eſt in ſanguine, incendio flagrans in bilem aduritur, ac ad vterum excutitur. Melancholicum verò profluuium rarò apparet: fit dum ſanguis qui in hepate gignitur, non defæcatur à liene, tunc interdum is ad vterum ablegatur. Fit etiam à ſanguine craſſo ac adusto. Seorſum autem à ſanguine interdum naſcitur hoc excrementum, vt in ventriculo gignitur excrementitia pituita, quæ per ſedem excludi ſolet: quod cùm interdum non fit, ſi ad hepar trahatur, per venas in vterum effunditur. ita etiam in capite gignitur pituita: attamen quamuis ſeorſum à ſanguine gignatur in tertia coctione, poſtea tamen irrepit in venas. Interdum à toto corpore vel ab aliqua parte venit hoc excrementum ad vterum, quòd is imbecillus ſit, vt cùm humida ab intemperie laxior eſt, vel nimis ſi dehiſcant venæ. Vel extra vteri culpam circumfluens excrementum ad vterum viam affectat: idque vel quòd obſtructæ ſint viæ, per quas aliò ferri deberent. vt in pituita euenit capite concepta, quæ cùm nimiâ laſciuit copiâ, cùm per os expui deberet, per nares, aures & oculos exitum quærit, quin & per fauces & pulmones egreſſum molitur: ita & in hoc excremento ſanguineo euenit, cùm nimia vbertate luxuriat, ſi interceptæ fuerint viæ vrinariæ & fæcum, & expectorationis, per vterum excludi ſolet. Differentiæ in hoc profluuio ſumuntur à mobili, termino à quo, & à motore. A mobili aliud euenit ab ichore, hoc eſt, ſeroſa aquoſaque ſubſtantia ſanguinis: aliud naſcitur ab humore, qui quaſi mellis craſſitiem gerit. Vtrũq; eſt ab ichore vel humore bilioſo, melancholico, pituitoſo.

Causa.

Differentiæ.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 107 sur 513

pituitoſo, vel ſanguineo. hi ſucci cùm ſinceri non ſint, nomen ſumunt à copioſiore. A termino à quo, id eſt à termino mandante, nam quoddam profluuium naſcitur à toto corpore, plerumque ita euenit, cùm id exonerat ſe ab excremento quod copiâ vel qualitate in vitio eſt aliud à capite, vel aliqua alia à parte: diciturque muliebre profluuium, Græcis ῥοῦς γυναικεῖος: terribile ſanè malum. quod ego maximè nomen aſcribere ſoleo illi profluuio, quod euenit à rupiis vteri venis, cùm putus merusque ſanguis confertim maximâ copiâ effunditur. Nam illud menſtruum profluuium dici non poteſt: nam in menſtruo profluuio aperiuntur, non rumpuntur venæ: ſed cùm venæ rumpuntur, perpetuò & non certis temporum periodis funditur ſanguis. Hoc innuere videtur Galenus libro ſexto ſimplicium, vbi de cauda equina, quam curare dicit ῥοῦν γυναικεῖον ἐρυθρὸν. Cùm verò in vtero gignitur, & ab vtero manat hoc excrementum, non dicitur profluuium muliebre, ſed vterinum. A motore nimirum irritata facultate excretrice. Mouetur hoc profluuium interdum intercalari, non tamen certo, vt menſes, ſed incerto dierum ſpacio; vulgus appellat menſes decoloratos, nonnunquàm perpetuò fluxus durat. Spacium per quod elabitur ſunt venæ vteri, vel ceruicis vteri. Ichor, qui author eſt huius profluuij, interdum merus ac purus eſt, interdum ſanguis illi temiſcetur. Vt ad ſigna deueniam, primùm ſtudium ſit, vt diſcernamus hoc profluuium menſium, retinebit priſtinum ſuum colorem, ſcilicet menſibus familiarem: ſed muliebre profluuium à ſanguine degenerat. quin in menſibus immoderatis grumeſcit ſanguis; quod negatur profluuio muliebri. Et profluuium muliebre perennat plerumque, & diuturnum: & magis atterit mulieres, quàm menſium profluuium; redduntur anheloſæ, ac fœdis coloribus occupantur, ac appetitus proſternitur. Eſt quoddam tale profluuium muliebre nothum, quod non perpetuò vrget, ſed anticipare ſolebat, vel mox ſequi conſueuit menſes. Accuratè autem diſtinguendum eſt inter profluuium muliebre & vterinum. Quare conſiderabimus hæc excrementa in copia, qualitate, & excernendi modo. Nam ſi fuerit muliebre, copioſè excludetur, nam manat à toto corpore: ab vtero tanta non funditur copia. Præterea muliebre non ita albicat: nam refert ideam eius vnde dimanauit, ſcilicet à venis in quibus ſtabulatur ſanguis: ab vtero verò quod venit albus eſt mucus, niſi tamen vterus fœda exulceratione occupatus fuerit. Excernendi etiam modus diſtinctionem adfert. nam à ſtatis menſium fluxibus, ſi profluuium muliebre fuerit, inducias dabit: hoc eſt, poſtquam menſes tres vel quatuor dies fluxere, ſilebit illud perenne profluuium muliebre: at vterinum ex aduerſo, nam tunc illud incrementa ſumet. Cauſa huius rei eſt, quòd materia vnde oritur muliebre profluuium, ſit ſanguinea in venis, & vnà cum menſibus effluit: qua exhauſta, ſilet. Verùm vteri materia viſcida effundi vnà non potuit, verùm iam ab eductis menſibus mota. & agitata, emanat. Interdum euenit, vt profluuium muliebre grumos habeat, etiamſi abſit menſium profluuium: id euenit ab aperta vel eroſa aliqua vena in oſculo vteri. tunc præceſſit dolor, & purulenti aliquid emanauit. & etiam tempore menſium dolet hæc pars. Cùm itaque exploratum nobis fuerit, quodnam ſit iſtud profluuium, cumque compertum ſit, iſtud muliebre eſſe propriè ita dictum, vel nothum, timandum erit, vbinam incunabula ſua habuerit primò, intra vel extra venas num natum ſit primò hoc excrementum. Hoc modo hanc diagnoſin inibimus. Si pituitoſum ho fuerit excrementum, & ſi æger olim ex palato, naribus, magnam pituitæ copiam excernere ſolet, iam autem inde non procedat, indicio erit, hanc per vterum excerni, ac in capite primò genitam fuiſſe. Ita ſi ventriculus eiicere ſolet pituitam, & iam ſi per vterum talia excludantur, ſine dubio veniet ad vterum à ventriculo, quæ primò nata fuit pituita. Si hoc excrementum intra venas natum eſt, id erit ichoroſum, vel humoris ideam referet. ichor eſt inſtar aquæ: at humor mellis craſſitiem obtinet. Si ichoroſum fuerit, referet ideam pituitæ, bilis, melancholiæ, vel ſanguinis. Si itaque rubet illud excrementum, mulierque ſi ſit floridæ ætatis, indicio erit, illum ichorem eſſe ſanguineum. ſin ichor fuerit albus, & ſi mulier ſit candida, pinguis, craſſa, erit ichor ille pituitoſus. flauus ichor eſt à bilioſo ſanguine, maximè ſi temperies & habitus corporis illius mulieris ſqualeant. Quod ſi humoris ſub idea profluuium iſtud manat; ipſe humor ſe aperiet: vt ſi pituita fuerit, erit humor lentus, viſcidus, albus, mellis craſſitie. A gonorrhœa diſtinguitur; hæc viduis caſtè iam viuentibus euenit, & corpus labefactat admodum, & ſplendet materia. Profluuium muliebre in procinctu eſſe indicat grauedo totius corporis, lumbi dolent, ſentiunt vterum ſurſum trahi, humore ſeſe inſinuante in vteri vincula, atque ea contrahente. Si bilis, flaueſcet: ſi melancholia, nigreſcet, maximè ſi triſtis mulier ſit. Si autem fuerit ab excrementitia bile, vel à melancholia excrementitia, hærebit vitium in folliculo fellis, vel in liene, aderit icterus flauus, vel niger, & euphoria aderit ab excluſione huius excrementi. Si materia illa bilioſa vel melancholica nutritia fuerit, aderit dyſphoria, iactatio ac dolor, & incendium quoddam præceſſit. Si nothum fuerit profluuium, id ita agnoſcemus, à cuius ſcilicet humoris ichore natum fuerit; Seruentur lintea excremento illo tincta, ſi in die tincta fuerunt, tota nocte; ſi autem nocte tincta fuerunt, ſeruentur toto die, & extra Solem ſiccentur: deinde perfunctoriè lauentur. Quæ ita lota ſi appareant maculis imbuta citrinis vel viridibus, erit à bile: ſin albis, à pituita: ſi nigris, à melancholia. Naſcitur hic Indicatio curatrix, vt excrementum hoc, quia peccat copiâ, qualitate, & motu, & à parte aliqua procreatur imbecilli, vt euacuetur, alteretur, reuellatur, aut deriuetur, vtque vterus roboretur, & pars gignens redintegretur, vt noua materia ſanguinea gigni commoda poſſit. Maxima Indicatio aderit euacuandi: quod fiet hydragogis, vrinalibus, & diaphoreticis: vtque deinde torum roboretur, ne noua materia iterum ſuccreſcat. Vltimò vterus roboretur, attamen non ſemper. quare cautè hoc in negocio tranſigendum: nam Galenus & alij Medici lædebant Boëti vxorem, cùm vterum remediis roborare ſtudebant: nam tunc ſe in molem efferebat vterus. Quare obſeruandum, num id profluuium ſit vetus, diuque ac multum num fatigauerit mulierem, vel num ſit recens. Nam ſi vetus ſit malum, orietur indicatio roborandi, quia procul dubio vterus madidior ac laxior redditus, facilè excideret. Quod ſi recens malum fuerit, fueritque vterus laxior ac imbecillus, erit roborandum: aliquin nihil circa vterum moliendum. Ad prognoſin venio. Profluuium pituitoſum diuturnum eſſe ſolet, & curatu difficile finiri ſolet per vomitum, & per diarrhœam. Bilioſum citiùs finitur: attamen periculoſum, nam excitat thagadas in ore vteri, & in ipſo vtero abraſionem interidum. Melancholicum eſt omnium peſſimum, ac contumax. finitur per haimorrhoïdes, & narium haimorrhagiam. Obſeruandum, nũ profluuium hoc analogiâ

corporis

Signa.

Ex Hippoc. lib. de morbis mulierum

Indicationes.

Prognoſis.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 108 sur 513

corporis temperiei & habitui reſpondeat, nam id facilè curatur, vt euenit Boëti vxori. Deinde accuratè obſerua, num ab excrementitia materia ortum ſit, vel à nutritia: nam quod à nutritia materia venit, plerumque calamitoſum eſſe ſolet. Iam ad curationem abeamus. Si excrementum ſit pituitoſum, vel ichor pituitæ, vena non erit ſecanda. Quod ſi fuerit ichor rubræ bilis, vena ſecanda erit, nam corpus ſanguine circumfluum eſſe denunciat. Quia verò cacochymiæ inuoluuntur hæc talia corpora, quæ hoc malo fatigantur, ſatò venam ſecamus. Phamaca alia toti dicata ſunt corpori, alia vtero. Quæ toti, alia ſunt euacuantia, alia corroborantia. Vacuantia ſunt varia, vt varium eſt profluuium. nam ſi profluuium pituitoſum in vitio eſt, erit totum euacuandum agarico, carthamo. Nec opus eſt præparatione, vbi ichor manat tenuis, vt in Boëti vxore. Si bilioſus ſit ichor, purgetur rhabarbaro & myrobalanis, cum ſirupo de cichoreo cum rhabarbaro. Dein diureticis deriuetur materia ad renes: petroſelinum & radices azari, leuiter macerentur in aqua & vino albo, vbi pituiteſcit materia: alioqui ſi bilioſus ſit ichor; adde ſemina maiora frigida. Sed intercalaribus vicibus purga. Dein fricetur corpus, primùm molliter, vt ſe reſerent pori. & inunge oleo myrtino. Sed, vt dixi, per interualla purgetur, vt ſi bilis in vitio, detur decoctum tamarindorum ex aqua cichorei cum manna: vel caſſia cum pulpa tamarindorum: & rhabarbaro, cum ſaccharo roſato. Vomat ſi ex facili, & ſi pituita ſit occupatus ventriculus, ſumat aquam hordei cum oxymelite, vel cum ſucco raphani. Tandem roboretur totum; caue tamen à ſtrictiore vi: da conſeruam roſarum cum ſucco portulacæ: vel exhibe conſeruam foliorum acetoſæ. Foris admoue fotum ex vino in quo decoxere roſæ rubræ ſiccæ, myrtilli, maſtix, balauſtia, cyperum. Emplaſtrum quod dicitur pro matrice, vel de maſtice dictum emplaſtrum: adde ladanum, & extendatur in aluta, & ſuper ventrem geſtet. Comedat pullum: herbis alteratis iuſculis vtatur ex indole ſuadentis ſucci peccantis, ouis veſcatur mollibus, &, ſi valdè emaciata fuerit, lac potet.

Curatio. Phlebotomia. *Pharmacia* *Vitium.*

VTERINVM autem profluuium fundit materiam pituitoſam ex vtero. Hæc materia pituitoſa naſcitur ex vitio vteri, cùm congeritur ibi ob fractam vim vteri, qui vti non poteſt ſuo nutricatu; quòd tactus ſit intemperie; quare in excrementum degenerat illud alimentum. Vel illud fit, quòd acetabula vteri repleantur à pituita. Sunt autem acetabula, ora venarum & arteriarum vteri. Dignoſcitur hæc differentia, nam ſi ab vtero venit, perpetuò manat, nec rem habere cum viro ſine dolore poteſt. ſi ab acetabulis, muccus quidam apparet, nonaliter quàm ſi ex ſede veniret. Hic naſcitur indicatio euacuandi ab vtero, vtque corroboretur vterus & acetabula. Eſt tamen hoc curabile malum, attamen fœdum, & impedit conceptum, ſi in vtero vitium ſit: ſi in acetabulis hæſerit, bimeſtres vel trimeſtres abortiunt. His vena non ferienda, niſi mulier ſanguinis ſit plena: tunc enim ob præcautionem ſolùm ſanguis auferetur, ne, dum calida remedia vtero admouentur, is phlegmonem, eò attractus inferat. Purgetur corpus à pituita, Accipe Agarici recenter trochiſcati ſeſquidrachmam: rhabarbari drachmam: zingiberis ſemiſcriptulum: cinnamomi ſcriptulum: macerentur tota nocte in vini albi & aquæ betonicæ, cuiuſque vnciis duabus: colatæ expreſſioni adde mellis roſati ſolutiui vncias duas: fiat hauſtus. Vt autem ab vtero eluatur pituita, illi iniici curabimus ab obſtetrice, decoctum agrimoniæ, betonicæ, centaurei minoris, ficuum pinguium, ſeminis lini, maſticis, cum adipe gallinæ: & cum melle roſato. Fiat peſſus ex agarico & ſirupo roſato vel melle roſato laxatiuo. Tandem ſiccantia infundantur, ex decocto roſarum rubrarum, maſticis, ſchœnantho, & cauda equina, vel foliorum ſalicis. Sed cautio adſit, ne ſtringentibus vtamur tempore menſium.

Vteri Profluuium. *Signa.* *Indicationes.* *Prognoſis.* *Curatio. Phlebotomia.* *Pharmaca.*

Conſilium à me ſcriptum cuidam nobili matronæ laboranti ex albo menſium profluuio. erat quadragenaria, tenellula, attamen habitu non malo, ſubfuſca, amplis venis prædita. Ortum hoc profluuium ducere mihi videtur ex ventriculo, hepate, & capite. Propterea velim abſtineas ab horæis crudis fructibus, à prunis, pyris, pomis, lactuca, lacte, aquæ potu, ac à coctu cibis durioribus. Vtéris defæcata ceruiſia, & vino. Cibus coquatur betonicâ, roſmarino: interdum adiiciatur quid endiuiæ, portulacæ & lactucæ, acetoſæ, bugloſſæ, ob feruorem hepatis tui. pullus vel caro veruecina vel vitulina his coquatur. Manè fricentur humeri & ſcapulæ. Vomes interdum. Aluus in primis ſoluatur; Accipe caſſiæ recenter extractæ vnciam; vel drachmas ſex: medullæ ſeminis carthami, myrobalanorum citrinarum, cuiuſque ſemidrachmam: rhabarbari ſcriptulum vnum: cinnamomi ſemiſcriptulum: cum ſirupo de betonica, fiat bolus: aſperge ſaccharo. Dein per biduum parari ad purgationem corpus debet hoc decocto, Accipe betonicæ, agrimoniæ, caryophyllatæ, meliſſæ, cupatorij, endiuiæ, fumariæ, boraginis, lupulorum, ſingulorum manipulum: ſeminis fœniculi drachmam: coque ex ceruiſia limpida, vel ex aqua & vino tenui: ſumat manè & veſperi cyathum. Deinde purgetur hoc modo, Accipe rhabarbari optimi ſeſquidrachmam: cinnamomi ſemiſcriptulum: myrobalanorum citrinarum drachmam: agarici recenter trochiſcati ſcriptulum: zingiberis grana octo: immacera vini albi & aquæ endiuiæ, cuiuſque vnciis duabus: colaturæ adde ſirupi roſati laxatiui vnciam: miſce, fiat hauſtus breuis. Sed ſi frequentior purgatio tibi moleſtior fuerit, loco hatum vtéris ſæpe pilulis alephanginis, vſque ad drachmæ pondus ſurgendo ſenſim: repetatur id quarto die. vel ſi pilulæ non ſatisfaciunt, accipies ſeſcunciam ſirupi roſati laxatiui, ſenſim ſurgendo ad eius vncias tres: adiici poteſt dilutum drachmæ Rhabarbari. ſexto die repetatur. interdum rhabarbaro iunges drachmam corticum myrobalanorum citrinarum, vſque ad drachmas duas. Vel vtéris hoc remedio, Accipe rhabarbari optimi ſemunciam: corticum myrobalanorum citrinarum drachmas duas: ſacchari albi vncias quinque: diſſolue ſaccharum in aqua cinnamomi, & fiat tabulatum: quarto die comedat vnciam. Purgato benè corpore, ſumat manè ſequentibus diebus conſeruam florum betonicæ & roſmarini cum boraginis conſerua, vel ſumat manè ſemunciam ex hoc electario, Accipe conſeruæ roriſmarini, ſtœchados, conſeruæ florum betonicæ, & boraginis, & roſarum, cuiuſque ſemunciam: ſpecierum diarrhodonis abbatis drachmam: cornu ceruini, coralli rubri, cuiuſque ſemidrachmam: cum ſirupo de citreis fiat opiata. Præclarè etiam confert ſirupus ex floribus perſicæ Parato hoc modo corpore toto, veniendum erit ad vteri redintegrandam vim. Interdum admittat clyſterem ex decocto florum chamæmeli, meliloti, artemiſiæ, ſaluiæ. Fiat tunc fotus, hoc modo, Accipe terræ argilloſæ manipulos tres: aluminis ſemunciam: ſulphuris drachmas tres: miſce, ac ſacco include; hunc ſaccum iniice plurimæ aquæ, & coque; adiice florum roſarum, chamæmeli, meliloti, menthæ, abſinthij; foliorum quercus, myrtillorum, artemiſiæ, aliquam partem, adde balauſtiorum drachmas duas: inſideat vmbilico tenus huic decocto, vel ex eò ſe foueat. Lectum veſperi

CONSILIVM.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 109 sur 513

accedens ſumes maſticis albæ drachmam: ex pauco vino rubro: adde interdum ſemidrachmam ſpecierum diatragacanthi frigidi. Dein fiat peſſus ex drachma maſticis linteo exceptæ. Manè interdum hauriat aquæ foliorum quercus vncias tres cum ſcriptulo cornu cerui, vel coralli, vel ſuccini, vel maxillas piſcis lupi calcinatas. vnicornu & margaritæ etiam commendantur. hæc miſceri poſſunt conſeruæ roſarum, & parum vini ſuperbibatur. Oſſi ſacro tunc hoc emplaſtrum imponatur, & infra vmbilicum: ſed cautio ſit tempore menſium, vt tunc id amoueatur. Accipe vnguenti Comitiſſæ vncias duas: emplaſtri contra rupturam, & emplaſtri contra matricem; cuiuſque vnciam: pulueris maſticis, coralli albi, ſingulorum drachmas duas: roſarum rubrarum pugillos duos: radicum biſtortæ, muſci querni, ſingulorum drachmas duas: terræ ſigillatæ ſeſquidrachmam: cum oleo myrtillorum fiat emplaſtrum: extendatur in aluta.

CAPVT V.

De Infœcunditate.

Cauſa.

Est Infœcunditas, ablata quæ ſemini ineſſe debebat actio viuificandi, ociante vteri proprietate, quæ illam vim ſeminis excitare deberet. Quæ huius ocij præter naturam cauſæ? hæ ſunt interne vel externe. Interne, vel in viro, vel in muliere. In viro, ratione totius corporis, vel partis. Totius, nam id vitio laborat natalitio, vel aduentitio. Natalitio, cùm habitu vel temperie mala procreatus fuit. Habitu ſi ſit craſſiore, vel tenuiore. Temperie, ſi frigidior, vel calidior, humidior, vel ſiccior. Calor enim attefacit ſemen: frigus id extinguit: humiditas crudum ac aquulentum ſemen gignit: ſiccitas ſqualidum ſemen producit, adeò, vt id expandi in ſtamen nequeat, ita vt opus eſt. Hæ intemperies vel per ſe, vel κατὰ συμβεβηκὸς adferunt infecunditatem: per ſe, cùm potenti dyſcraſiâ corpus afficiunt: κατὰ συμβεβηκὸς, cùm non tam validè vrgent, ſed quòd iunctus ſit mulieri, quæ ex eadem intemperie laborat, infœcunditas naſcitur. Vitium aſcititium à variis venit cauſſis, vt ſi à diuturnis febribus in ſqualorem tractus fuerit, vel propulſus ad validam intemperiem, vel ſi in hydropem lapſus. Quidam infœcundi ſunt viri; ob partis genitalis longitudinem, longo enim eo itinere euanidum euadit ſemen; alij ob partis genitalis breuitatem ſemen integris viribus ad vterum peruenire nequit: vel in obliquitatem flexa pars, prolificam vim ſemini eximit, dum longa fertur mora. Quantum attinet ad mulierem, in ea etiam conſiderantur vitia totius corporis, & etiam partis generationi dicatæ. Totum eius corpus eiſdem vitiis implicari poteſt, quibus diximus virile impediri. Pars verò generationi dicata eſt vterus & vaſa, quæ ad eum pertingunt, vt venæ, arteriæ, vaſa ſpermatica. Cùm enim vaſa nimiùm hiant, proluuie copioſiore ſanguinis eluitur ac excluditur ſemen ex vtero. Quod ſi illa vaſa conniueant nimiùm, ob acetabula contracta, læuis adeò tunc euadit vterus, vt ſemen ibi perennare nequeat, vel ſaltè tandem abortiunt, cùm ob vaſorum anguſtiam non prolectari ritè ſanguis poſſit. Spermatica verò vaſa ſi repanda fuerint, naſcitur gonorrhœa, ac ſemen imbelle excernitur, quod tam diu cunctari in vaſis non potuit, vt rectè mitigari potuiſſet: vel hæc vaſa nimiùm conniuent. Vteri autem vitio ſterileſcit mulier, cùm is tentatur à valida intemperie frigida, qua in anguſtum redactum ſemen expandere ſe nequit, ſed extinguitur: vel quia vterus denſior redditus patitur illicò ſemen elabi; læuor enim non admittit, vt id illi hæreat: accedit & illud, quòd ſanguis allabi ad ſemen nequeat, coactis vaſorum orificiis, quare nutricatu ſuo fraudatur ſemen; vel ſi quis prolectetur ſanguis, is tenuis admodum & aquulentus eſt. Quin ab vtero ſtricto quodam frigore algente, totum corpus in intemperiem gelidam abripitur: hinc crudor in ſanguine, & infarctus vterini. Sin temperies vteri in æſtum degenerauerit, exurit prolificam feminis vim. Si vliginoſo madore humeſcat vterus, germinare illic ſemen non poterit. Sicca vteri intemperies attefacit ſemen, adeò vt in ſtamina ſe pandere nequeat. Quod ſi itaque vterus vaſta ab intemperie laborârit, omninò infœcunda erit mulier. ſi verò hæc intemperies non ita valida fuerit, ſique iungatur viro diſſimili ex intemperie laboranti, fœcunda erit: alioqui minimè. Nonnunquam mala compoſitio vterina fœcunditatem intercipit, vt craſſius omentum comprimat collum vteri, ſeménque aditu arceat ab vtero. Membrana collo vteri innata hoc etiam facit: vel læuitas vteri à cicatrice; aut obuertit vterus ſuum os ad latus vel ad dorſum. Propterea quædam mulieres non concipiunt niſi vltimo die ſuorum menſium: tunc enim hiat his vteri os rectum: quod illicò obuertitur, cùm tempus hoc menſtrui fui elapſum eſt. Incurrit interdum os vteri tumor calloſus, aquoſus, flatulentus, inflammatorius, nam ex mole horum claditur os vteri: quin etiam cùm nimiùm hiat os vteri, ſemen effluere permittit. Conceptum impedit ſcortatio viri. nam amorem delet: concurſus ſeminalis fœcundus eſſe ſoler. Signa hiantium vaſorum vterinorum ſunt, ſi menſes copioſè fundantur non ſtatis vicibus; conniuentes deprehenduntur ab acciſis menſibus. Si ſpermatica vaſa nimiùm dehiſcant, gonorrhœa tentantur: ſin omnino conniueant, non effundunt ſemen. Si corpus vteri in vitio eſt, ob conceptam intemperiem validam, id deprehendimus à ſuffitu: qui ſi non ſentiatur in capite, arguit infœcunditatem, à quacumque etiam intemperie vterus occupetur. nam frigida intemperies extinguit: calida diſſipat, humida ſuffocat: ſicca petdit. Scribit Galenus, totum corpus affici ab vtero; quare eadem idea qualitatis etit in vtero, quæ eſt in toto corpore. vt ſi totum frigeat, algebit etiam vterus: iuuabitur à calidis: & ad venerem ignaueſcit. Naſcitur hîc indicatio, vt primùm euacuetur totum corpus, deinde vt vterum purgemus, ac dein vt redintegretur eius temperies. Ad Prognoſin venio. Author eſt Auicenna, mulieres infœcundas eſſe robuſtiores, ac tardiùs ſeneſcere; nam non ſubeunt validas illas euacuationes, nec vterus his ita labefactatur, & totum corpus ſequitur vteri robur. Vitilia inſtrumenta ſi magnam intemperiem incurrerint, caſtigari non poterunt. Externæ cauſæ abigi poſſunt. In muliere ſi naturâ fuerint arcta vaſa, curari non poterunt. nec maxima vteri intemperies poteſt caſtigari, ægrè curatur frigida & ſicca vteri dyſcraſia. Si fœcunda fuit antea, iamque ſterileſcat, quotannis bis feriatur illi vena, in brachio & in pede: modò illa præ copia ſanguinis mole corporis creſcat. Vel dorſo & lumbis, dein femoribus & pedibus cucurbitæ admoueantur, & ſanguis prolectetur. Si corpus non ita rigetur ſanguinis copiâ, ſolis pedibus & femoribus hæ affigantur. In cacochymiâ cauteria cruribus inuri poterunt: vel brachiis, ſi caput in vitio eſt. Si totius corporis cacochymia adſit, ea purgetur, ac præpararetur materia & corpus, ne fiat via vi, ſed vt inoffenſo curſu ad excluſionem materia feratur: & mox intemperies alterantibus caſtigetur. Si vterus calida ab intemperie ægrotat, recreabitur foris & intùs remediis frigidis: ſumat conſeruam violarum vel roſarũ, & ſuperbibat ſerũ lactis in quo coxit ſemen melonum, adde ſaccharũ, vel macera violas & roſas damaſcenas in ſero lactis: ſumat cũ ſyrupo violato. Venter & lũbi vngantur vnguẽto roſato cum oleo roſato, vel oleo violato, vel nymphææ. Fiat etiam fotus ex rhodoſtagmate, & ex decocto roſarũ, violarum, bellidis, violariæ, maluæ, vmbilici veneris, parietariæ,

Signa.

Indicationes curandi.

Prognoſis.

Ratione viri.

Ratione mulieris.

Curatio.

Phlebotomia.

Pharmaca.

Ad intemperiem vteri.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 110 sur 513

patietariæ, foliorum vitis & salicis, lactucæ. Si uterus frigida ab intemperie languet, propinabimus manè illi cochlearia duo aquæ cinnamomi vel iuniperi, vel accipe olei anisi scriptulum: diacymini, diacalaminthæ, diamosci, diagalangæ, horum vnius drachmam: sacchari albi vncias quinque, & ex aqua cinnamomi fiat tabulatum: sumat bis die drachmas tres. vtatur etiam manè interdum scriptulo mithridatij vel theriacæ. Digito suo illinat vteri os, & foris abdomen hoc linimento, Accipe olei macis semunciam: olei masticis drachmas duas: olei caryophyllorum semiscriptulum, musci grana duo. Imponantur enemata sine sale, ex decocto artemisiæ, matricariæ, parietariæ, calaminthæ, saluiæ. Humida intemperies si in vitio fuerit, vtatur veteri conserua rosarum, & superbibat aquam ex foliis quercus, vel equiseti, vel salicis, cui melonum semen incoxit. adde dulcia, ne ad renes abeant: nam uterus auidè prolectat suauia. attamen præstat subdere pesso siccantia: quare excipe sirupo de rosis siccis corallum, myrtilla, balaustia, cornu cerui præparatum. Hæc extra tempus solemne mensium in vsum veniant. Sicca intemperies si in querelam venit, vtatur victus ratione humectante. & vtero impone medullam vituli, adipem caponum, oleum amygdalinum & seminum melonum, butyrum insulsum. decoctum ex malua, & floribus maluæ arboreſcentis, ex semine lini, ex ficubus, iuiubis, radicibus satyrij. Ea quæ proprietate iuuant, dentur cum saccharo, si calida adsit intemperies: cum melle, si frigida adsit intemperies. Satyrij radix cum melle, adde virgam cerui, semen erucæ, puluerem uteri suilli, adde nucem moscatam & caryophyllos, & semen vrticæ. *Inspirita.*

CAPVT VI.

De Mola.

Causa. MOLA est caro informis in vtero concepta. Est enim morbus in numero aucto; quem auctum numerum habet uterus. Nascitur ex semine crasso & sanguine menstruo. Sed cur virgini non fit mola? *Cur in virginibus non fiat.* Respondeo, nullum agens in seipsum agere, quò aliquid producat. Semen, siue virile siue muliebre (in seipso consideratum) est merè agens, aptum ad aliquid procreandum. Vt igitur aliquid procreet, agat vt in aliquod, quod à se diuersum sit, oportet. Quod tamen tale esse debet, vt ita cum patiente consociale sit, vt id in suum quasi genium conuertat, cuique inferat illam vim quam in se habet. Talia autem sunt vtriusque, ergà se, sexus semina. Illa enim miscent se ac agunt ita, vt vnum inde fiat semen, & corpus vnum viuum, in quo sit motus principium vnum, splendente in eo formatrice vi, vt ducat ad talem perfectionem, ad quam vt ducat naturâ aptum est. Estque tunc illud semen non ampliùs ita compositum, vt viri vel mulieris dici possit, sed vnum semen, per se subsistens (in quo non dicas illud agi ab eo, vt maris, illud vt fœminæ) ad vnam perfectionem se mouens: vt scilicet vel mas vel fœmina procreetur. Cúmque iam vnum illud sit, in eo masculæ vel fœmineæ vis dominabitur. Et quia, vt antea dixi, nihil in seipsum agit, cùm iam id vnicum sit factum, quærit materiam, in quam agat; illud est sanguis, subiectum huius talis seminis nati ab vtroque parente. Quid igitur vis illa agens in semine ita mixto agit? producit filamenta quædam partium solidarum, quæ deinde agunt in sanguinem. Nam illud dicimus semen fœcundum, quod iam tale est redditum, vt agat in sanguinem: etenim aliud semen non viuificatur ab vtero: sed hoc solum quod est fœcundum. Viri autem vel mulieris semen fœcundum vocamus, quod talem vim habet, vt in se mutuò agendo, miscellam illam producant, & subtegmina illa partium solidarum texant, quæ tunc sanguinem menstruum prolectant. Quare Mola fieri nequit sine vtriusque parentis semine: nam ibi procreatio quædam adest. membranarum, venarum, arteriarum: quod fieri nequit, nisi vestigia quædam partium solidarum sese iam in lucem protulerint. At illa non emicant, nisi fabricentur ab vtroque semine mixto: cùm nihil in seipsum agat, nec seipsum informet. Dum itaque alteri confunditur semen, fit inde fœcundum semen; alioqui non. Et hoc est quod dicit Aristoteles, Naturam in fruticibus miscuisse naturam maris & fœminæ: quòd sola vis mascula, licet terra ei materiam conferat, non satis sit ad procreationem in stirpibus: quare in animalibus ea iunctione maximè opus erit. Et fortè ab vno animali tantum spirituum vitalium sine pernicie effundi non possit; ita gallinæ ouum, sine galli opera in animal non soboleſcit. Sed dices, Aristoteles dicit, ex solo menstruo sanguine gigni molam: cùm enim inter cuncta animantia mulier sola sit menstrualis; rationi consonum erit, ex menstruo sanguine gigni molam, & non ex semine. Respondemus, Aristotelem suæ doctrinæ consentanea asserere: nam ille asseruit semen tantùm ratione causæ efficientis concurrere. Verùm Hippocrates, Galenus, & Auicenna existimant, molam nasci ex semine, & interdum etiam ex sanguine crasso & copioso. Nam si ex solo sanguine generaretur Mola, eam etiam proferrent virgines. Quare Mola est rudis indigestaque moles vtero addita, quam cruditas edit seminis, atque corruptio. Est autem hæc accretio physica, sed informis: viuit enim & crescit more tuberum, quæ βόλβους Græci vocant: non autem stirpium, suis partibus discretis, absolutarum. Hæc impeditio discretionis, est à seminis cruditate, quam etiam interdum promouet muliebris, quæ in procinctu est, purgatio. Non enim à sanguine semen nutritur, dum informatur fœtus, sed à suo consociali, quod est semen alterutrum, quod dominatu regitur informantis, tum maris, tum fœminæ. Quare Mola est veluti quædam ἀνάκωσις: quòd illa sit crudor quidam, quo vis exoleuit gignendi ac discernendi à semine. nam κατακωσις Hippocrati est, à celeri motu & mutatione quiescere refrigeratum. Quare, ex Hippocratis sententia, gemina videtur causa molæ, semen nimirum crassius, & menstruus sanguis crassior, qui obtuere potest ita semen, vt discretioni & accretioni operam nauare nequeat. His notis deprehenditur. Tardiùs *Signa.* quàm in fœtu venter mulieris attollitur, nam viuit more plantæ, & propterea augescit sine ossibus, sine visceribus & intestinis: at pondus maximum sentiunt: nam non natat in sudore & vrina vt fœtus. Nec cùm quiescit mulier, tertio vel quarto mense motum vllum, inquit Aëtius, eius sentit. sed cùm mulier se proiicit in latus, manifestè motum sentit. turgidæ mammæ lac non fundunt. Præcipuum signum est quòd licò venter attollatur: at in vero fœtus conceptu primùm venter contrahitur, ita vt mulier reddatur gracilior, sed mox turgere incipit. Videamus iam, qua arte excludi possit. Hic opus est robusta vi *Indicationes curatiuæ.* expultrice: quare ea extimulari debet. Sed mola vix cedit, nam vtero hæret; & est substantia sua duritie contumax, & mole est magna. Quare nascentur indicationes eam accidendi, nimis firmiter vtero hærentem laxandi, duram emolliendi, vt ita expellentis cedat viribus uteri. Attamen primùm prouisio habeatur totius corporis: nam, dicit Auicenna, interdum vena est secanda, interdum corpus est purgandum. Ad *Prognosis.* prognosin venio. Scribit Hippocrates, molam interdum vltrò abiici trimestrem vel quadrimestrem: in-

Dubium. 4. De gener. animal. 7.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 111 sur 513

terdum vſque ad mortem comitatur, interdum per annos tres vel quatuor fatigat. Hoc euenit, quòd modò contumaciùs, modò autem leuiùs vtero nectatur: & cunctando arctiùs vtero innodari ſoleat, vt tandem elabi nequeat. Annoſa ægrè ſanatur. Vena eſt pertundenda, ob metum futuri magni morbi, ſcilicet inflammationis vteri. Si corpus circumfluit ſanguine, axillaris pertundatur, vt ſubducatur ſuccus molæ. Pharmaca fruſtrà præſcribuntur mulieri, ſi ex effœto virili ſemine nata ſit mola: ſed ſi ex ſanguine craſſo concepta ſit mola, purgetur mulier pilulis de hiera cum agarico, & coccis. Peculiaria remedia dicata ſunt ipſi molæ, vel dolori. Molæ dicata ſunt duplicia, nimirùm emollientia & irritantia. Emollientia, vt emplaſtrum de mucilaginibus, imponatur pubi & oſſi ſacro, & interfemineo, vel fiat cataplaſma ex farina ſeminis lini & fœnugræci, & ex foliis maluæ, althææ, floribus chamæmeli, meliloti, radicibus althææ, & ficubus: coque ex vino. Inſideat etiam horum decocto. Fiant peſſi ex ficubus, cum medulla vituli. Iniiciantur etiam clyſteres emollientes, quò vincula molæ ſe laxent. Sed cautio adſit, ne vtatur his laxantibus, antequam purgatum ſit totum corpus, nàm longa die vti debet laxantium viribus. Irritantia ſint calida & tenuia, quibus attenuetur mola. da aquam iuniperi cum eius oleo, adde quid mithridatij & mel, ex decocto iuniperi vel dictamni. refert Aëtius, philoſophum amici ſui vxori propinaſſe vinum aromaticum fuluum, in quo ruta & anethum coxerat; & molam ilicò depoſuit. Peſſi præſcribantur ex cyclamine, & ex colocynthide, vel ex elleboro. Dolor cùm vrget, laxantibus ſoluitur: ſin id non inde obtineamus, ad narcotica venimus; Accipe theriacæ optimæ ſemidrachmam. Philonij Romani ſemiſcriptulum: ſumat ex vino. Victus non ſit tenuis nec plenus, ſed mediocris, attamen potiùs ad tenuitatem nutet: ne copia nutricatus incrementa ducat mola. Sed tenuans non ſit, antequam totum corpus purgatum ſit: nam id præcipitaret ſuccos in vterum. In ocio habeatur mulier, antequam corpus purgatum ſit, ne allabentibus humoribus ad vterum, molem mola ducat: ſed purgato à corpore exerceat ſe, vt irritetur vis expultrix vteri.

Phlebotomia.

Medicamenta.

Victus.

CAPVT VII.

De Abortu.

ABORTVS ſit, cùm fœtus vita in vtero defungitur, antequam ad iuſtam magnitudinem proiectus fuerit. Fit autem hoc, cùm vis excretrix vteri potenter in ſuam geſtionem exurgit. Exurgit ita vteri excretrix, cùm irritatur à fœtus mole, pondere, vel à ſuccis acerrimis, vel à tabo, qui à fœtu. Propterea ſcripſit Auicenna, magis dolorificum euenire abortum, quàm partum. Expultrix etiam in ingrauidatæ mulieris vtero interdum irritatur, quòd febribus illa implicetur: Quæcunque mulieres, inquit Hippocrates, grauidæ, in febres incidunt (à motu, putredine, & ſynatriſmo humorum in maioribus venis & arteriis, aut in viſceribus) ſi vehementer extenuantur, nulla incidente alia (quàm febris vi) extenuationis cauſa (vt haimorrhagia, alui profluuium, inedia, & talia quæ reſarciri poſſunt) grauior eſt illis & periculoſior partus: aut certè calamitoſa eſt illis abortio. Dicit ad hunc Aphoriſmum Galenus, non ſolùm id fieri à magnis febribus, verùm & à mitioribus: quia cùm expurgari non poſſit vterum geſtans mulier, illi ſuccreſcit cacochymiæ copia, quam faſtidit fœtus, vnde moritur: vel ſucci illi peſſimi vterum inuadunt, & eum pungunt. Quin ipſa per ſe febris abortum facit ſæpe; nam in grauidis pulſus cordis duplo maior eſt, quàm in non grauidis: propterea aucto iam vſu reſpirationis, & tranſpirationis, ſi inſuper acceſſerit calor febrilis, vſui autmotui arteriæ nequeunt ſatisfacere: hinc ſæpe fœtus & fœta ſtrangulantur, vel mulier valdè extenuatur, vnde & fœtus ſuo fraudatur genio: atque hinc abortio. Dyſenteria etiam, & perpetua deſidendi cupiditas, qua pauca muccoſa exprimuntur ab inteſtino longanone, quod fit, dum illud mordetur à ſucco acri & ſaſo, ſolet cauſa abortus eſſe. Trahitur enim in contagium vterus, nam ceruice nectitur inteſtino recto: ac fœta fatiſcit crebra deſidendi neceſſitate: cùm enim excretrix vis inteſtini irritatur, tunc vnà vterus inſurgit. Et cunctæ affectiones dolorificæ, fœcundæ ſunt in abortum. Nonnunquam aër in cauſa eſt, vt abortiant mulieres. Teſtis eſt Hippocrates, vbi ait, Si auſtrina, pluuia & tepida fuerit hiems, (in qua ſcilicet mulier ingrauidata eſt,) Ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres illæ ingrauidatæ, quæ Vere partituræ ſunt, quatis de cauſa externa abortiunt. Ratio eſt, nam talis hiems parens eſt pituitæ putris, & talis hiems ventis placida eſt & temperata, lenis & mollis: Ver verò tale quod ſequitur, occludit vi frigoris ſpiracula corporis, vnde nihil ex corporibus exhalat: ſed pituita illa putris, quæ hieme nata fuit, intrò fertur; vnde lædit nutricatus ipſius fœtus: iſque iam grandior factus, fraudatur ſuo genio: & vterina laxantur vincula à pituitæ copia madentia. Subita etiam illa frigoris incurſio, validè affligit fœtum: nam frigus illud aquilonium maximè peruadit vteri iam laxioris partes. Præterea aliæ cauſæ externæ interdum excludunt fœtum, vt ſaltatio quæ retrò fit, trepidatio, euacuatio aliqua valida: balneum calidum ſuffocat fœtum, tepidum laxat vincula vteri. Inedia etiam fraudat fœtum ſuo genio, ita tenuans nimiúmque menſes aperiens diæta abortum facit. Diarrhœa, haimorrhagia, vigiliæ, exhauſtionúmque genus omne, hanc calamitatem adferre poterit. valida etiam vociferatio, extinctæ non exactè candelæ fumus. Author etiam eſt Hippocrates, eryſipelas ſi mulieri grauidæ in vtero ſit, id funeſtum fore: cauſa eſt febris vehementia, quam eryſipelas facit, & ſpirandi difficultas, & ſumma curandi difficultas. Nam ob metum fœtus nullum medicamentum vtero adhibere audemus, quo illa materia diſcutiatur vel concoquatur. Nam eryſipelas egetad ſui curationem venæſectione: huiuſmodi autem auxilium eſt periculi plenum fœtui & fœtæ. Eryſipelas itaque vteri maximè eſt funeſtum fœtui, ob ardorem & interceptionem alimenti; conniuent enim inde ora venarum vteri in tali tumore; & hinc allabitur alimentum fœtui. Præterea prouenit interdum abortus ex ſecundinarum ac vinculorum vteri laxitate. Fœtus enim alligatur ſecundinis, ſecundinæ verò vtero. Secundinas conſtituunt illa venarum & arteriarum oſcula, quæ cotyledones appellamus. Quæ ſecundinæ diuelluntur, ſi vaſa & oſcula illa muccoris plena fuerint. Plena autem erunt, ſi mulier cœli morbo, aut diætæ vitio colligat pituitæ vitreæ copiam in capite, vel ſi ea fuerit craſſa & gypſea à ſanguinis concretione aliena, quæ neque per os, neque per nares, per inteſtina aut per veſicam excluditur, ſed perenni fluxu in vterum delabitur. Tales mulieres bimeſtres, atque etiam trimeſtres, cùm fœtus geſtant, tunc illos abortiunt, etiamſi nulla excuſatio adſit extenuationis aut obeſitatis, ſed ſi videantur etiam corpore bene conſtituto præditæ: & etiamſi nulla valida euacuatio ſuborta fuerit, nec præceſſerit ictus, caſus, aut animi perturbatio. Primo autem menſe hæ non abortiunt, quia tunc exilis

5. Aph. 55.

3. Aph. 21.

fœtus

fœtus nullam vim infert acetabulis, cùm nec pondere nec mole moleſtus ſit vtero fœtus. Nec quoque hæ quarto vel quinto menſe abortiunt, nam tunc ſimiora ſunt vincula, & pituita illa abſumitur & ſiccatur. Fœtus interdum rumpit membranas, ac tunc vterum feriunt ac mordent excrementa, quæ illis incluſa latebant, vnde ſurgit vis vteri expultrix: hoc fit, cùm membranæ ex corrupto ſemine parentum natæ fuere. Inedia primis menſibus non ita nocere ſolet, ac prouecto iam fœtu. Saltatio retrò facta, periculoſa eſt primo & octauo menſe. Fit itaque abortus ratione fœtæ, fœtus, & vteri. Sùntque cauſæ abortus continentes tres, fœtus imbecillitas, nutricatus inopia, & vinculorum, quibus fœtus vteto nectitur, laxitas. Significat abortum futurum extenuatio corporis mulieris ſi ſumma fuerit, ab exhauſtu partium ſolidarum, vbi, ſcilicet nulla ſpes eſt redintegrationis. Vt ſi longo à morbo exaruerint. Hæ, inquit Hippocrates, abortiunt. nimirùm bimeſtres, hoc eſt, ſimulatque fœtui nutricatu eſt opus. Nam cùm mulier ſit extenuata, ſibi ſolùm cibum capit, indéque fœtus inediâ redditur infirmus: etenim quo modo fœtum alet, ſi ſeipſam fœta non aluerit? quare fraudatur ſuo nutricatu fœtus: nam illud modicum quod ſupereſt alimentum abſumitur à fœmina: attrahitur enim magis à corpore mulieris, quàm fœtus: quia alimentum primò eſt ratione mulieris, ſecundò ratione fœtus. Loquor iam de extenuatione ea, in quam incidit mulier, non quæ venit ex ſpirituum & humorum exhauſtu, ſed ex attritis & exhauſtis quæ euenit partibus ſolidis. Præterea ſi mammæ ingrauidatæ mulieris, quæ primùm erant ſolidæ & ſuccipleuæ, cùm fœtus mouetur (quod fit tertio quartóve menſe) repentè extenuentur (vt nulla excuſatio tabeſcentis corporis totius adferri poſſit à viſceris alicuius iniuria) hæc, inquam, abortit. nam fraudatur ſuo genio fœtus, adeò vt ſanguis illi nutriendo non ſufficiat. vel fit anadrome ſanguinis ad vterum, quòd graui is morbo teneatur. Hippocrates ſcribit, quòd his, quæ corrumpent fœtum, mammæ gracileſcunt: ſi verò iterum dureſcant, dolor erit in mammis, vel coxis, aut oculis, aut in genibus, & non corrumpetur fœtus. Nam tunc dureſcent iterum mammæ, cùm in eas recurret materia ab vtero: propterea enim dolent hæ partes, quòd in eas recurrat materia. Quare vtroquemodo, & ab inopia alimenti, & à ſubito recurſu ad vterum fiet abortus. Conſule Commentarios noſtros ad aphoriſmum quinquageſimum tertium libri quinti Aphoriſmorum. Quibus itaque mulieribus grauidis mammæ ſubitò gracileſcunt, abortiunt: quod non alia ex re euenit, ex ſententia Galeni, quàm quòd fœtus in vtero alatur non ſolo ſanguine, ſed etiam lacte. Cùm igitur alatur lacte, ſi euenerit vt plus lactis prolectet quàm decet, quod euenit, cùm fœtus eſt vegetior & calidior, deficit illi nutricatus, & propterea calcitrat, ac abortus fit. Doctiſſimus Medicinæ olim Louanij profeſſor Hieremias Triuerius huic ſententiæ reclamat, in Commentariis ſuis ad illum Aphoriſmum, vbi ſcribit Hippocrates, Mulieri grauidæ ſi altera mamma extenuetur, ac gemellos gerat, alterum abortit. Igitur, inquit D. Triuerius, id non fit ratione alimenti, quia alimentum vtique fœtui commune eſt: ſed fit ex peculiari affectione vteri. Reſpondemus: nos id admittere, nimirùm inde quoque abortum naſci, nec id negat Galenus: ſed hoc intercedit diſcriminis, quòd cùm à peculiari affectione vteri mulier abortit, tunc mammæ lac profundunt, quia imbecillis fœtus tunc lac non prolectat: Verùm cùm ſine lactis profuſione tenuantur mammæ, id fit, quòd nimium in ſe attrahat fœtus, ita vt nullus ſanguis in vbera veniat. Et maxima eſt ſyntimoria partis ſiniſtræ vteri cum mamma ſiniſtra; hinc ille fœtus tunc perit. idem iudicium de dextra. Dices, ſcribit Galenus, duras mammas etiam præſagas eſſe abortus: at reclamare videtur Hippocrates; Si dureſcant, inquit, non abortiunt. Reſpondemus, Duplex eſt duricies, vna propriè, altera impropriè dicta. Impropriè, cùm tes per ſe non dura, dura ſentitur à repletione, vt cùm veſica repletur; altera, cùm tota rei ſubſtantia induratur. Itaque cùm impropriè mammæ dureſcunt, vt ab infuſo copiosè lacte, tunc fiet abortus: quia fœtus imbecillis non fruitur eo lacte, at ſi propria ſubſtantia mammarum dureſcat, minimè præſagiet abortum. In procinctu eſt abortus, cùm cruentus quidam ichor ab vtero manat crudo adhuc exiſtente fœtu: id enim denunciat laceras eſſe ſecundinas. Et dolor quoque acerbus tunc incumbit, qui fatigat ventrem inferiorem, dorſum, & lumbos: eſtque is acerbior, quàm in partu naturali: quia violenti quid eſt abortus. Si ingrauidata mulier excluſerit materiam ſanguineam ex vtero, ea imponatur aquæ tepidæ: ſi genitura non ſit, fundet ſeſe in aquam ſanguis: at ſi genitura effuſa fuerit cum ſanguine, in aqua ſe in conſpectum dabit materia albicans ac compacta. Vbi verò fœtus in vtero mortuus fuerit, vel moribundus ſi fuerit, venter & mammæ concident, frigeſcit ſinus pudoris & pubes, ex ore & pudendo grauis odor exit, cauantur oculi, arteriarum motus langueſcit; facies, cruta, corpus ſubtumeſcunt; nullus pueri motus ſentitur, ſed pondus iners incumbit vtero, extimæ nares & auriculæ palpitant, ſanies fœda ab vtero manat. Ex his ducuntur notæ curandi. Si fœtus mortuus ſit, excludatur, & prohibeatur ne in maiorem putredinem degeneret. Si adſint cauſæ quæ fœtum corrumpunt, illæ auferantur; vt ſi à febre, illa curetur: ſi à veneno, illud amoueatur, ita & alia vitia. Si excludi mortuus fœtus debet, laxentur partes, ne fiat via vi, & aperiantur viæ vteri & roborentur. Quodſi metus adſit, ne fiat abortus, & iam iam periculum adſit eius, erit adſtringendum, & auferendæ cauſæ abortus. maximè id agendum in mulieribus, quibus ſolemnis eſt abortus. Quare rectè perpendendum, num metus abortus proficiſcatur à muliere, vtero, vel num à fœtu. Scribit Hippocrates in libro De morbis mulierum, Periculi plenum eſſe abortum: quod ſi non interfecerit, attamen in plurima tædia ac morbos abripiet mulierem. Nam vterus inde contrahit ſæpe tumores, inflammationes, & vlcera: ex quibus caput in conſenſum abripitur, vnde in antica parte capitis pertinax dolor. Et diu fatigant hæc mala ab vtero contracta: & octauo vel decimo menſe coxarum intolerabilem cruciatum incurrunt. Communione autem vaſorum trahit vterus caput in ſua vitia: quia plurimæ arteriæ in vterum profectæ, etiam ab eodem ductu ſparguntur in anticam partem capitis, vnde fuligines ab vtero in anticam capitis partem effunduntur. nam ob futurarum raritatem eò per ſanitatem excludi ſolebant. Scribit Aëtius omnem fœtus corruptionem periculi plenam eſſe in muliere robuſta, quæ vterum robuſtum & denſiorem ſortita eſt; minùs verò læduntur hæ, quæ aluum humidiorem habent, & vterum humidiorem, quæque ſæpe maximos fœtus ſine moleſtia peperterunt: & quæ ſunt ætate prouectiores, vt quæ ad trigeſimum annum iam peruenere, & quibus non ita circumfluit ſanguis, & non pingues. Ad curationem pergo. Num vena perrundenda? Pauci Medicorum ſunt, qui in ſcriptis ſuis hoc imperant, nec immeritò: nam raro circumfluunt abortientes mulieres ſanguine: & malunt, ſi quæ ſanguinis copia adſit, hanc inediâ potiùs conſumere. Si tamen metus ſit ab abortu, in circumflua ſanguinis copia, conſultò pertunditur vena, maximè ſi iam in procinctu ſit abortus: nam tam citò ab inediâ tanta vis

Signa.

Libri de fœtibus miſſo.

lib. 14. De vſibus partium.

Ad Aph. 38. libri.

Dubium. 1. Aph. 53.

Fœtus mortui ſigna.

Indicationes curatiuæ.

Prognoſis.

4. Tetrab. Serm. 4. 28.

Phlebotomia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 113 sur 513

vis ſanguinis exhauriri nequit. Verùm præſeruationis cauſâ ſecabitur vena primis menſibus, vbi vberrimè ſanguine rigatur corpus. Roga ex grauida mulierem, num conceperit ante vel poſt purgationem menſtruam: Si poſt, non aderit tanta ſanguinis copia, quin inedia exhauriri poſſit. Sin concepit ante fluxum menſtruum, indicio erit intrigauum à ſanguine corpus venæ ſectione egere. Cautio ſemper adhit, ne nimium ſanguinis abducatur. Brachij venæ feriendæ. Si fœtus primis periit menſibus, vt ſi bimeſtris; vterus erit laxandus & aperiendus, ac dein expultrix vis erit ſollicitanda. Fiat itaque primò inſeſſus ex decocto malvæ, althææ, thapſo barbato, ſemine lini, fœnugræci. dein obſtetrix vngat ſinum naturæ oleo amygdalino dulci, cum medulla vituli, & oleo lilino. tandem fiat peſſarium ex radice cyclaminis, cum adipe anſerino & croco, & myrrha. Si fuerit maior fœtus, admonet nos Hippocrates, vt explorémus, num rectè ad exclisionem ſitus ſit fœtus, vel non. Si rectè, id eſt, ſi capite nutet ad ſinum muliebrem, inſtituantur fotus & litus, vt dixi. Emollito vtero præcipiendum vt obſtetrix modeſtè ſinéque vi aperiat vteri os, & vt ea imponat, quæ vteri vim excretricem ſtimulant. Iubet Hippocrates vtero infundi ſuccum porri & apij transfuſum per linteum: addit adipis anſeris vncias tres, octo vnciis prædicti ſucci; addit reſinæ ſemidrachmam: iubet vt diu mulier hoc infuſum retineat. Peſſarius fiat ex ſtercore murium, myrtha, pauca colocynthide vel elleboro nigro, cum melle ſemicocto. Cùm his remediis non cedit fœtus mortuus, author eſt Hippocrates, vt veniamus ad potiones: nos hoc vtimur. Accipe cinnamomi electi drachmas duas cum ſemiſſe: myrrhæ optimæ ſcriptulos duos: ſuccini candidi ſeſquidrachmam: rubiæ tinctorum, caſtorei, cuiuſque ſcriptulum: boracis ſemiſcriptulum: croci grana octo: miſce, fiat puluis ſubtiliſſimus: capiat drachmam vnam cum dulci vino albo, adde mellis roſati colati vnciam. Salutaris tunc etiam euenit ſternutatio, nam ea validè propellit ad inferna diaphragma, compreſſóque epigaſtrio, valido niſu truditur ad inferna vterus. naribus inde parum caſtorei & exiguum euphorbij. Si robuſta fuerit mulier, ſuſtineatur à duabus mulieribus, & ambulet non ſine ſucculſatione. Si fœtus prauè prodeat, vt ſi manus vel pedes exerat, reclinanda erit mulier in caput, ita vt pedes ſint capite ſublimiores, quò intrò labatur fœtus, ac vt verti poſſit: ac dein mulier iterum ſe ſiſtat in pedes: & vt antea diximus, remediis vtatur. Si totum brachium exeratur, mortuo iam fœtu, id exſcindatur. Extracto fœtu, dolor maximè placari debet, ne fiat vteri inflammatio: foue itaque decocto foliorum malvæ, althææ, tapſi barbati, ſeminis lini, fœnugræci, floribus adiectis chamæmeli, melilоti, ficubus & vnge medullis & adipibus mollibus, adiecto pauco croco. Quodſi implacabilis dolor vrget, hoc certò placabis. Accipe opij, ſpecierum diambræ, ſingulorum drachmas quinque: mumiæ, myrrhæ, cuiuſque ſemidrachmam: fiat extractum cum ſufficienti copia aquæ vitæ, & vncia aquæ cinnamomi: cùm ad melleam craſſitiem venit id extractum, addes ei ſuccini albi, coralli rubri præparati, ſingulorum ſcriptulos duos: vnicornu, muſci, cuiuſque grana duodecim: croci grana ſedecim: margaritarum præparatarum ſemidrachmam: olei carabæ, aniſi, caryophyllorum, cinnamomi, ſingulorum grana tria: fiat confectio in pilulis; da vnum granum vel duo: rarò quintum ſupera. Quodſi nondum ſit abruptus fœtus, ſed ſi iam iam ſit abrumpendus, vt ſi acerbi illi dolores nixij adſint, ſed ſi nondum ichor cruentus ex vtero feratur, tunc non vtemur laxantibus, ſed potiùs ſtringentibus & roborantibus ligamenta vteri, idque per os & inferius. Per os dabimus conſeruam cornorum, meſpillorum, cum maſtice vel olibano, aut drachmam cinerum cancrorum fluuiatilium. Accipe conſeruæ roſarum vnciam; pulueris trochiſcorum de terra lemnia, vel de carabe drachmam, deglutiat: ita vtimur corallo, ſantalis; adiectis, ob vterum, ſemper dulcibus. ex ouo ſorbeat maſticis puluerem. Inferius, dorſo, lumbis, inguinibus, perineo admouemus vnguentum comitiſſæ, & emplaſtrum pro hernia. Ita ex roſis rubris, foliis myrti, ſantalis, acacia, plantaginis ſucco, ſumachio finguntur remedia. Cautio ſit, vt remiſceas his calida quædam, ne vterus enerueturiunge maſticen, mentam, abſinthium. Obſeruabile, tutiora eſſe ea remedia, quæ inferiùs admouentur, quàm ea, quæ per os ſumuntur: maximè ſi adſit febris putrida; hæc enim vſu adſtringentium increſcet. Quædam & occulta proprietate iuuare videntur: Accipe lapidis haimatitidis, & aëtitis, thuris albi, ſingulorum ſemunciam: maſticis, ladani, cuiuſque vnciam: ſeminis ſumachij drachmas tres: galbani ſemuncium: reſinæ pini quantum ſatis ſit, puluériſatis puluériſandis, & contritis conterendis, fiat ex arte ceratum: quod geſtet in ventre & oſſe ſacro. Hoc remedium doctiſſimo Medico Italo D. Bellocatoni in ſecretis erat, à quo id habui. Quidam commendant aëtitidem lapidem brachio alligatum: ſed is ex aquilæ nido eripi debet. In his verò ingrauidatis, vbi non ita præceps periculum adeſt, emplaſtra ſtringentia ventri admoueri non debent, ne paſſionem vteri intercipiant, ſed lumbis & oſſi ſacro apponantur. Quodſi mulier, quæ nondum concepit, in metu ſit, ne à conceptu abortiat, diligenter tunc explora, cur illa id metuat: nam eò rapi poteſt ratione totius corporis, vel vteri. Nam totius corporis vitio abortiunt, nimium ſi emacruerint, vel ſi nimia pinguedine onerentur. Abſtineant à cunctis quæ abortum prouocant. Purga à quarto menſe ad ſeptimum, ſi cacochymia adſit: id fiat caſſia, vel manna. Obſeruatum, ſi ſecundo vel tertio menſe fluant menſes, vena erit pertundenda ingrauidatis plethoricis; nam ſic meliùs fœtum retinent. Et vtatur his temporibus hoc remedio, Accipe diacydonij vncias duas: corticum citreorum conditorum, tantundem: conſcindantur minutim: dactylorum minutim ſciſſorum, conſeruæ roſarum vncias duas: ligni aloës, cinnamomi, caryophyllorum cuiuſque drachmam: cum ſirupo citreorum fiat electuarium: ſumat manè drachmas tres.

Medicamēta.

Cautio.

Empiricæ

Doloris remedium.

Secretum remedium ad omnes dolores.

Si iam iam imminet abortus.

CAPVT VIII.

De Difficili Partu.

IN difficili fœtus maturi partu, actio hæc pariendi diminuitur, deprauatur, vel aboletur. Diminuitur actio pariendi, cùm diu ea in re ſit mulier, nec defungi fœtu poteſt. Deprauatur pariendi actio, cùm partus fit non ſine grauiſſimis ſymptomatis ac ſæuis doloribus: vel cùm in pedes vel manus prodit. Ablatus partus eſt, cùm moritur infans, nec excluditur. Differt ab ortu, nam hîc eſt fœtus integer, ibi immaturus. Sed quænam eſt cauſa difficilis partus? Cauſas varias habet. nam id fit vel ratione fœtæ, fœtus, membranarum, & cauſarum quæ à foris ſunt. Ratione fœtæ, vt ſi mulier diu febribus implicita fuit, vnde fœta & fœtus languent. vel ſi habitior mulier ac pinguedine circumflua fuerit. vel ſi iuuencula fuerit illa à decimo quarto anno ad decimum ſeptimum ætatem agens: vel ſi vltra quadrageſimum annũ prouecta fuerit. & ſi non aſſueuit parturitioni. Vteri ratione, ſi is ſqualidus ſit, vel morbum habeat, vel ſi veſica tumuit ab intercepto lotio, vel ſi inteſtinum rectum inflammatione obſeſſum fuerit, vel ſi in eo excrementa indurueriat, ita

Cauſæ difficilis partus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 114 sur 513

ita enim ab exitu arcebitur infans. Quin resolutio musculorum epigastrij interdum in causa esse potest; qui cùm contrahere se nequeunt, non ita se tunc contrahit vterus. Ratione fœtus fit difficilis partus; vt si is torpescat, nec validè nitatur ad exitum. & si caput ampliſſimum sortiatur fœtus, vel si geminatus prodit. Ratione secundinarum ægrè interdum pariunt, vt cùm illæ tenellulæ emittunt quam intempestiuè, vnde in squalorem postea abripitur vterus. Aër calidior id interdum etiam efficit, cùm viribus effœtis à nimio æstu huc venitur: quin strictum frigus etiam adeò firmat secundinas, vt rumpi nequeant. & nimia venus fœtum & fœtam eneruat. Rerum astringentium vsus ante partum, & odorata naribus admota tempore partus, illum acerbiorem reddere solent. *Signa.* Argumentum difficilis futuri partus est, si aqua vterina antea profluxit, idenim vteri squalorem denunciat. Si antica pars ventris in parturigine maximè indoluit, facilem fore partum denunciat: sin posticæ partes acerbissimis affligantur doloribus, ægrè pariet mulier. Causa huius rei hæc est, quòd tunc difficilè membranæ auellantur ab vtero; & vterus nectitur lumbis, vnde per consensum lumbi vehementer dolent. *Prognosis.* Si à graui partu dolore lochia votis puerperalibus non bene respondent, partum periculi plenum denunciant: tunc enim in procinctu erunt conuulsiones, tremores, rigores, delitia, vigiliæ, vrina iumentorum more turbata, & febres acutissimæ. Si fœtus duplicatus prodire inceperit, periculi id plenum. Sternutamentum si ægrè parienti superuenerit, bonum est signum, nam denotat alacrem ac excitatam esse naturam: quin sternutatio in causa est sæpe, vt motu & quassu elidatur fœtus. *Curatio Phlebotomia.* Scribit Hippocrates libro De morbis mulierum, malleoli venam pertundendam esse, vbi fœmina, quæ ægrè parit, fuerit succiplena, integræ ætatis, & robusta: vt hac arte deorsum flectat suum impetum natura, quò fœliciùs ita excludatur fœtus. *Fœtus extractio. Remedia.* Quantum ad extractionem fœtus, si mulier lethargica fuerit, & si pulsum tremulum sortiatur, nihil agendum. Remedia varia in vsum ducenda, vt variæ sunt causæ difficilis partus. Si pendet hæc difficultas à toto corpore mulieris, vt si laborauerit ex febre, illa curetur vsu rerum refrigerantium & aperientium. Præscribe decoctum ex herbis capillaribus, violis, ceteracho, radicibus asparagi, graminis, hordeo mundato, semine frigido maiore: adde sirupum rosatum simplicem, & granatorum dulcium: nam hæc vnà contra febrem pugnant, & student partui. Si præ nimia pinguedine in metu sit mulier difficilioris partus, tenui diæta stude vt gracilescat: & ita componat ea se mulier, vt magis sit prona quàm supina, genibus ad ventrem ductis, ita enim orificium vteri fiet rectum. Ætas etiam in causa esse potest difficilis partus, vt si ætas tenera vel prouectior fuerit. vt quinquagenariæ imbecilles sunt mulieres. Hæ debent nutricatu recreari, ouis sorbilibus, iusculis carnis, vino nobili, aqua cinnamomi, modò phlegmones metus absit. Quin in hoc euentu naribus admouebimus vinum, acetum, vel aquam rosatam, & aquam cinnamomi. Si nunquam antea peperit, admoneat obstetrix, vt strenuè animam contineat, ac ad vterum anhelitum quasi elidat. Si vitium sit in vtero, quòd ille squaleat; obstetrix hoc studium adhibeat, vt digitum suum ori vteri semper immittat, ita enim rectum illud manet: si enim id neglexerit, statim se vertit id ad posticas vel latera, vt non ampliùs aditum præbeat digito, nec exitum fœtui: dum enim obstetricis digitus eo loci hæret, ab illo tactu se pandit os vteri. Altera autem manu rigabit obstetrix succo aliquo viscido ac humido infertum sinui muliebri digitum: vt inde madescat gremium naturæ. Extrahatur muccago seminis althææ, maluæ, seminis lini, in aqua artemisiæ vel maluæ; adde oleum lilinum, & parum croci. Quod si difficilis partus fiat ratione fœtus mortui, validis remediis is excuti debebit: talia sunt quæ cient validè menses, & etiam ea quæ vterum irritant & pungunt: propterea præscribebat Hippocrates fel taurinum ex vino aromatico: fel id præbetur à guttis quinque ad decem. Nos hoc vtimur, Accipe cinnamomi, croci, cuiusque scriptulum: boracis scriptulos quatuor: mellis rosati sescunciam: cum aqua artemisiæ fiat haustus. Vel propina succinum album cum aqua pulegij. vel hoc, Accipe aquæ artemisiæ, vini albi, cuiusque vncias tres: boracis scriptulum semis: mumiæ semidrachmam: mellis rosati sescunciam: sumat. Postridie da hoc: Accipe puluueris Ducis semidrachmam: aristolochiæ rotundæ scriptulum: seminis pæoniæ semidrachmam: fiat puluis: sumat manè: hoc enim excludit quod à secundinis in vtero reliquum fuerit. Accipe trochiscorum galliæ moscatæ, myrrhæ, castorei, styracis, beniouini, dictamni, sabinæ, cuiusque semidrachmam: croci semiscriptulum: fiat puluis: da drachmam ex vino. Et accipe muccaginum seminis fœnugræci, lini, althææ, olei lini, adipis gallinæ partes decentes: ceræ & croci parum: adde succum sabinæ: sinus mulieris illinatur. Inferius etiam iubet Hippocrates admoueri virgulta cum radicibus ellebori nigri, eo modo vt vndique obuoluatur linteo vel cera, attamen ita, vt emineat extima pars, eáque vtero immittatur. Cùm cruentatur hæc radix, tunc suum officium feciſſe eam significatio fit. Crocus miram vim habet ad exclusionem. Audiui olim in Italia à meo præceptore sene, quòd cùm ægrè quædam pariens hoc potasset, fœtum croco tinctum edidisse: adde myrrham, castoreum, aristolochiam: fiat puluis; detur ex decocto cinnamomi, sabinæ, calaminthæ, cum sirupo capillorum Veneris. Talibus potionibus haustis, ambulet mulier inter duas fœminas; quibus nitatur, quæ hanc quatiant; ita persuadet promptiùs remedium. Maiorem fœtum obstetrix vngat lubricis illis remediis iam præscriptis. Si minor fœtus sit, sternuat mulier. Si fœtus manus aut pedes proferat, modestè hæc iterum obstetrix immittat. Si gemini simul prodeunt, alterum lenitet retrudat. Si membrana crassior exitum fœtui neget, obstetrix oleo lilino digitos vngat, & eam vnguibus suorum digitorum perfringat. Si ob tenuitatem membranæ ruptæ fuerint nimis maturè, adeóque iam cuncta squaleant, præscriptis muccaginibus, & adipibus madescant loca. sorbeat ptisanam colatam, & vitellos ouorum. Vt mulier facilè pariat, laudant nostræ mulieres, vt extremis suæ ingrauidationis mensibus comedant multas ficus: inde enim acetabula & vterus madescunt. Præterea obseruabile est, vt commodè mulier habeatur à partu edito tanta difficultate. Iubet Hippocrates, vt non ilicò vmbilicus abscindatur pueri, à secundinis: sed eo tempore cùm iam minxit, sternutauit, vel cùm ploratum edidit: vt gemino illo matris calore foueatur; nam languet à labore. Puerperæ etiam quæ ægrè peperit ratio habenda: in primisque studendum, vt secundinas abiiciat. id fiet his, quæ mortuum remedia fœtum excludunt, quæque menses prouocant: & curandum vt mulier sternuat, & concutiatur, quo infrà præcipitentur secundinæ. Quod si nullis remediis cedant, docta obstetrix dextrè manu vncta eas euellat: alioqui perit. Mulier etiam à difficili partu curiosè habeatur. Postquam secundinæ prodiere, mulier & vterus odoratis & euchimis rebus roborentur. Attamen monet Hippocrates, ne feruentiorem victus ratione ineat, cauendum esse: hæc enim res maximè perniciem adferre solebat. Memini me olim apud principem mulierem, *Historia.*

A partu difficili quid agendum. Libro De natura pueri, & De septimestri partu.

©BIUM

rem, iam mortuam, vocatum fuisse vnà cum amico meo viro clarissimo D. Petro Foresto: nec potuimus aliam causam deprehendere mortis, quàm quòd obstetrix imperita ab edito fœliciter fœtu, ac ab exclusis secundinis plena manu propinasset vinum aromatibus refertum: idque per aliquot dies. Primis enim à partu diebus maximè febres has mulieres inuadere solent, quæ acuuntur à calido victu. Propterea ego iubere soleo, vt quatuor vel quinque dies abstineant à calidioribus cibis & potibus. Non tamen aquam bibant, sed ceruisiam mediocrem: & fruantur iusculis carnium altenatis capillis veneris & semine melonum: hæc vnà refrigerant ac lochia euocant. Obseruabile, ne pharmaca purgantia propinentur in partu, vel ilico pòst: nam ab instituto suo auocaretur natura. Sed si masculus fœtus editus fuerit, non ante trigesimum diem id agendum: si fœmella nata, non ante quadragesimum secundum diem erit pharmaciâ vtendum. Attamen vsum lenientium excludere interim non debet: nam si aluus ignaueſcat, vel febris si inciderit, prima regio corporis vindicari à sordibus debet. Ego fœliciter semper ferè hoc vtor, Accipe cassiæ recenter extractæ sescunciam: mannæ electæ ac solutæ in pauca copia aquæ capillorum veneris, vnciam vnam: firupi rosati laxatiui, quantum satis sit, vt molle fiat electarium: sumat ferè quotidiè ante prandium statim, cochlearium magnum. Spolium anguis femori alligetur. Si muliet sit sanguinis plena, tertio vel quarto mense secetur ei brachij vena: nam subducto nutricatu, detrahitur moli infantis.

Cautio.

CAPVT IX.

De Suffocatione à Matrice.

HOc malum nuptas innuptásque inuadere solet, ætate tenellulas ac etiam prouectas. Dicuntur Græcis hysticæ, hoc est, ab vtero laborantes: & quia illæ suffocari videntur, dicitur suffocatio vterina, & præfocata mulier. Quidam vterinam apnœam vocárunt, nam lipothymia præcedit hanc. Mulieri enim hystericæ ad tempus nulla respiratio est, sublato ipsius vsu, per dissipationem spiritus & caloris vitalis, à venenata seminis corrupti aurâ. Solâ diapnoë tantisper viuunt, donec suffocationis hystericæ causam excluserint, & ad se redierint. Penè miraculo apponi debet hîc respirationem intercipi, nam non potis est hanc in plerisque cernere, nec inspirando nec expirando. Hoc sanè accidit perfrigerato cordis calore viuifico, vnde spirandi esse solebat vsus atque necessitas. Supereſt tamen in corde micandi potentia ac facultas, quaeditur perspiratio vniuersi corporis, quæ tantisper sufficit impediendæ caloris extinctioni (non aliter ac in muscis, fucis & apibus, cæterisque quæ Græcis ἄτομα vocantur,) donec apnœæ causa ex vtero sit excluſa: vel eius venenata aura, relicto corde, ad cerebrum sit transmissa, vbi & vnde mouet conuulsionem. Itaque venenata aura, quam semen corruptum è locis muliebribus expirat, instar veneni cuiusdam à morsu phalangij aut serpentis, suo ad cor appulsu tollit spirandi vsum pauliſper, vnde apnœa hysterica: vnde ad guttur strangulationis opinionem facit, ac si adesset illaqueatio. Postremò ad cerebrum se effundit, hinc melancholia, quæ est in mœrore ac metu, ab opinionis errore: tum etiam conuulsionis, vt antea dixi, epilepticæ parit euentum. Hanc conuulsionem facit cerebri proritatio, atque contractio ab aura maligna & venenata, quæ ex corrupto semine, circa locos muliebres, sursum effertur. Huius itaque hystericæ passionis causa est, seminis circa locos corruptio. Hæc tamen conuulsio fugax est & facilis: nam causa eius non est fixa. Fieri etiam poterit à sanguine menstruo, qui cunctando in vtero putreſcit: cùm exitus ei negatur, obtorto ore vteri; quod non euenit in semine putrescente. quare exploret id obstetrix. Non contemnendum sanè malum: nam vterus hîc laborat, qui quadam cognatione principes partes in consensum abripit, ac totum corpus affligit. Grauissima autem euenit ea præfocatio, quæ nascitur à corrupto semine. Quædam præludia solent hunc affectum præcurrere, vt mentis torpor, crurum titubatio, defœdatio faciei. Comitantur hæ notæ, iacent prostratæ mulieres sine sensu & motu, pulsu languidissimo, vel pulsus expertes. quædam inter illas sentiunt & mouentur, ac ratio his constat, sed lipothymia affliguntur, si venenum ab vtero elatum præcordia feriat, & ægrè spiritum ducunt. aliis crura & brachia conuelluntur. somnolentæ sunt, desipiunt, obmutescunt, & interdum conuelluntur, cùm cerebrum inuadit venenum è locis muliebribus delatum. Cùm iam paroxysmus abibit, redire incipit color, ac oculos aperiunt. venter borborygmos edit, ex vtero mador labitur. A semine grauissima nascuntur symptomata: nam non solùm inde dyspnœa nascitur, verùm etiam apnœa; & tamen viuere potest illa mulier sine respiratione. Causa est, quòd totum corpus mulieris ita à veneno frigido algiosum redditur, atque ita sopitus calor non eget respiratione, sed solùm transpiratione micat. Tantum frigus nascitur à mole veneni exigua, quæ à semine est corrupto, non aliter ac à scorpij & phalangij veneno tactis euenit. Si fuerit à sanguine menstruo putrescente in vtero, os vteri erit obuersum, miniméque rectum. à semine putrido si est malum, vteri os rectum erit. Non ilicò Libitinæ tradenda est mulier hysterica, non antequam fœtor corporis certam mortem denunciet, quod fiet spacio septuaginta duarum horarum. Syncope si illi consociatur, est res periculi plena. Oborta illi sternutatio est bona: nam inde significatio sit calorem ferè extinctum redintegrari, quódque ea concussione expellatur materia seminis, quódque fœdus vapor (natus à menstruorum corruptione, vel à retento semine) caput ac diaphragma feriens, qui respirandi vim intercipiebat, excludatur. In paroxysmo glande soluatur aluus, & extrema fricentur. Corpus inflectat prona. Perdicum plumæ ab igne fœtentes naribus admoueantur, vel capilli, calcei, funiculus cæruleo colore tinctus, assa fœrida cum castoreo, sulphur. Si metus est ne suffocetur mulier, aperiatur vena saphaia, maximè si sit à reſtuo menstruo sanguine, sitque illa succiplena: nam si inde mortis periculum, actu etiam existente suffocatione ea, pedis vena feriatur. Clyster acrior præscribatur, & sternuat, pauco pipere, & castoreo & euphorbio inflato naribus. suffitus foliorum tabaci in sinu exceptus reuocat vterum. Si à putrido semine laborat, abiiciatur id, & oleum cinnamomi & macis bombace locis imponatur. Pectinis pili vi auellantur. Cucurbitæ tibiis affigantur, & vmbilico affigatur magna. & dein emplastrum semipalmæ amplitudine ex takamahaca gummi, vel ex galbano, corio albo excepto vmbilico imponatur. vel fiat cingulum ex corio albo, illitum galbano; hoc se cingat mulier. Ita agendum, dum prostrata mulier iacet. Extra paroxysmum causæ demantur. Si à menſium suppressione, euocentur. Si à semine, maritus remedium. Agno vtatur casto, & parcè victitet. Vinum daphnites commendatur in libro Geoponicorum.

Causæ.

Prognost.

Curatio in paroxysmo.

Extra paroxysmum vt curanda.

CAPVT

CAPVT X.

De Excoriatione Vteri

INTERDVM euenit vt à perenni fœdorum excrementorum incursu vterus atteratur. Quare habita prouisione totius corporis & causæ morbificæ, talis in vterum fiat iniectio: Accipe lac, cui incoque agrimoniam, folia bellidis, & parum seminum cydoniorum malorum, & drachmam masticis: coque per horam: colaturæ adde mellis rosati & sacchari, cuiusque vnciam: vitellos ouorum duos. Potest addi plantago, bursa pastoris, rosa, symphytum, balaustia, nuces cupressi, hypericum, carduus benedictus, fragaria, papauer. Tandem cerusa cum cremore lactis: vel succus solatri in vnguentum versus cum pistillo plumbeo. vnguentum de tutia. Bibat decoctum bugulæ, agrimoniæ, veronicæ, liquiritiæ, chamædryos. Hæc iniectio etiam proba est: Accipe hordei mundati pugillum: agrimoniæ, foliorum althææ, cuiusque manipulum: liquiritiæ, seminis althææ, cuiusque drachmam: pimpinellæ pugillum: coque ex aqua: colaturæ adde sacchari semunciam: trochiscorum de alkekengi semidrachmam. Laudatur oleum papaueris, oleum amygdalinum dulce, & nymphææ, quassatum diu in mortario plumbeo, adiecto vitello oui: adiice parum opij, si doloris vis coëgerit. idem fit ex oleo violarum & lumbricorum. Medulla cerui. lac asininum. Accipe olei violacei vnciam: opij, croci, cuiusque grana tria: vnguenti rosati semunciam: fiat inunctio. Accipe aquæ maluæ vncias quatuor: sirupi violati vncias duas: fiat haustus. Lac caprillum vel humanum, cum aqua oui & decocto papaueris & seminis psyllij: adde trochiscorum de alkekengi scriptulum: fiat iniectio: ea etiam delet vrinæ ardorem, si vesicæ iniiciatur.

Elegans remedium.

CAPVT XI.

De suppressa vrina.

MVLIERI si supprimatur vrina, coquat agrimoniæ, parietariæ, cuiusque manipulum: seminis maluæ semunciam: radicum asparagi vnciam: grana alkekengi duodecim: seminum melonum semunciam: liquiritiæ drachmas duas: addi potest ambrosiana, testa bouis, ciceres, cutiones, cicadæ.

CAPVT XII.

De Sanguinis mictu.

MILLEFOLIVM coquatur cum lacte; id bibat. Laudatur plantago, pyrola, ambrosiana, agrimonia, succinum, corallum, haimatites, glandes, folia quercus. Accipe succi plantaginis, succi nymphææ, cuiusque vnciam: olei rosati, olei myrtini, cuiusque semunciam: corallorum rubrorum, rosarum rubrarum: hypocystidos, acaciæ, singulorum semidrachmam: pulueri sanda pulueri sentur, & cum modica cera fiat vnguentum: vngatur regio renum vsque ad pectinem.

DE HVMANA FELICITATE LIBELLVS.

P. FORESTVS IOANNI HEVRNIO V. CL. Salutem.

DVM cognata mea ad vos properaret, mi Heurni clarissime, non potui non tibi, amico mihi singulari, animóque meo carissimo, & compatri optimo, ea aperto pectore significare, quæ his diebus mihi iam seni euenerint. Amplissimis consulibus Delphensibus de abitu meo, vel potiùs de reditu meo in meam patriam me cogitare nuper indicaui: rationémque & causam addidi. Vt paucis dicam, obtinui: gratias egere mihi, quòd hoc medendi officium illis triginta octo annos dederim. Tuo itaque consilio tuáque suada impulsus, iam iam ad patriam anhelo latus. Delphensibúsque hactenus meis voueo, vt sic fausta illis eueniant, vt alius Forestus ex meis, illis aquè vtilis veniat in mentem. Patria mea mihi in animo, quam nunquam colere ac amare desinam.

Non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat

Fumum de patriis posse videre focis.

Ita profectò ego, quoties defatigatum animum remittere recrearéque libet, nulla in re suauiùs, atque in patriæ recordatione acquieui semper. Id quod fieri non posset, nisi mirum quendam amorem eius nobis inseuisset natura. Apud Euripidem Iocaste quærit ex filio, ἡ πατρὶς, ὡς ἔοικε, φίλτατον βροτοῖς; *respondet Polynices,* οὐδ' ὀνομάσαι δυναίμ' ἄν, ὡς ἐστὶ φίλον. *Ita & mihi, vel patriæ fumus igni alieno luculentior.* πολλοῦ γὰρ χρυσοῦ καὶ πλούτου κρείσσων πάτρα, *dicebat Tragicus ille philosophus Euripides. Sed cur ego tantoperè patriam? vt, quod suadebas, tandem ocio ac Philosophiæ me darem quietiori, non sine exemplo maximorum virorum. Ita Galenus noster olim, cùm diu Romæ apud Marcum Aurelium Antoninum, Commodum, Lucium & Seuerum Imperatores vixisset*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 117 sur 513

©BIUM

xisset, illisque intima amicitia quamuis coniunctus esset, detineri ab his tamen perpetuò non potuit, quin tandem in dulcissimam suam patriam reditum fecerit. Vbi tandem septuagenarius, sub Imperio Seueri, placidè obiit, perpetuam post se gloriam ac desiderium relinquens. An non meritò idem ego, qui iam septuagesimum tertium annum superaui, ad illam fœlicitatem iure viam affecto? Sed dic, quæso, clarissime Heurni, qua in re tu fœlicitatem hanc humanam ponis? Scimus enim tu & ego, veram illam & æternam beatitudinem peti ex verbo Dei Optimi Maximi. Sed dic, quæso, in hac vita quænam sit illa, & in qua re habitet mortalis illa ac caduca fœlicitas humana? Quamuis enim tu studiosè dissimulare solitus sis accuratam illam tuam philosophi campalæstram, qualis quinquertio & pancratiastes in illa sis, cum velis, non me latet. quæso philosophemur aliquantulum in illa arena, vt mox, firmo pede, oculos ad ipsum solem tollamus, diuinisque ac perpetuis rebus nos inseramus. Quod sanè ego, iuuenili mente, in senili hoc corpore alacriter tecum agam. Vale compater charissime, & nos mutuo Pyladæ Theseque amore amplectamur donec vixerimus: exténtque perennia argumenta posteritati coniunctionis nostræ. Salutat tuam coniugem à me, matronam lectissimam, & meam Margaritulam. Vale. Delphis, 4 Octob. anno 1596.

PETRVS FORESTVS
tuus vt suus.

IOANNES HEVRNIVS

Clarissimo Viro

D.D. PETRO FORESTO

Felicitatem hic, ac Beatitudinem deinde voueo.

GRATVLOR, vir Clarissime, Senatui Amplissimo Alcmariano, ciuibúsque tuis, quòd te illis Medicum dederis: imò & tibi; iure, quòd tandem quietum illud Philosophiæ ocium amplecteris. Illis, an ego non meritò? qui te Medicorum huius sæculi coryphæum nacti fuere? an ego hoc tibi blandimento? abiit, non ego hoc, verùm Italia, Germania, vt Belgicam nostram sileam, Gallia, Anglia, & quæ non Barbara terra hoc non fatetur? Noui ego iam dudum, quos tibi scripta tua amicos fecerint: quæ alia causa Clarissimo D. Mercuriali, quæ ratio celeberrimo D. Camerario ad te litteras extorsit? Sanè triumphalis illa celebritas tuorum scriptorum hoc fecit, quæ iam totam peruasit Europam. Scimus nos eo ardore tua scripta à cunctis expeti, vt nouis ea typis, (quæ rara eorum, hoc sæculo, est fœlicitas) committi sæpiùs necesse fuerit: cùm cuncti vno ore amicè petant, ne cætera eius genij, quæ plurima apud te habes, diu supprimas. Hinc frequentia ea litteraria Doctissimorum ad te virorum. Sed quid ego hæc, quæ cunctis in ore, optiméque Amplissimo Senatui Alcmariano nota, qui hoc tuæ gloriæ splẽdore (quo fulgeat hac etiam parte cultissima eorum respublica) excitus, amplissimo te stipendio affecit, summóque honore in rempublicam suam vocauit. Prudenter sanè illi suæ reipublicæ student, quibus ciuium sanitas adeò cordi, vt huic exercitatissimum medicum præfecerint. Tu enim iam quinquaginta vnum annos medicinam fœlicitate summa fecisti. Et Delphis (in populosa & diuite vrbe) Appollineam artem triginta octo annos cum summa laude exercuisti (nam iuuenilia tua exercitia Gallia habuit:) vt nec iudicium, nec experientiam quis in te desideret. Meritò sanè respublica nostra, Alcmariam fœlicem fatetur, quæ te ad illa officia nacta sit. Sed, mi Foresti, quid iam porrò acturus? Galenum annis superasti, septuagesimum quartum agentem te patria tua recepit. Si me suasorem velis, pietati, & veræ philosophiæ te inferes. Atquæ, ais, est illa? Et qua in re ponis tu fœlicitatem hanc humanam? nam de æterna Beatitudine nulla nobis quæstio. Mi Foresti, ad septa philosophica me reuocas, & vltra lineam epistola abibit, si id monstrare nitar. attamen cogis: nec negare id tibi audeo. sed audin? Ealege, vt si quis prolixitatem accusauerit, te in me sit accusaturus. Magna profectò res est, doctissime Foresti, & cunctis horis omniúmque votis exoptata humana fœlicitas. Huc tendunt cunctorum vota mortalium: Hæc est summa curarum, hæc est summa rerum expetendarum: hac fœlicitate terminantur mortalia desideria: Cui enim hîc illa euenit, nullius rei inopiâ teneri potest. Inuenias qui regna non optant, qui verò fœlicitatem repudiet, extitit nullus: nemo enim non hîc fœlix esse velit. De fœlicitate humana loquor: pauca de illa adferam ex lætissimis philosophiæ hortulis; inde flosculos amœnissimos hinc inde decerpam, quorum quasi odore tua senectus cruda ac viridis (in decrepita hac tua ætate) aliquantulum recreetur. Legi olim ego, & fortè tu, scholasticos quosdam doctores, non paruæ æstimationis viros, de fœlicitate humana scribentes: Sed tam incondita, spinosa, implicita erant quæ tradebantur, vt in prædicanda fœlicitate infœlices fuisse eos meritò quis iudicasset. Ego pro mea tenuitate (quia tu ita vis) iucundè tantùm, incuriosè veterum Philosophorum sententias pensitans, exemplaque ad fœlicitatem pertinentia proferens, quid sentiam tecum conferam. Dic ergo, inquis, Quid est illa Humana Felicitas? Si D. Augustino credimus, illa Est omnium rerum optandarum plenitudo. Vel, vt auctor est Boëthius, est status omnium bonorum congregatione perfectus. Aristoteles decreuit fœlicitatem esse finem rerum expetendarum. alia cuncta propter fœlicitatem expeti: fœlicitatem verò propter seipsam. Sed de hac fœlicitate, quænam ea sit, non conuenit inter vulgus & philosophos: quin nec ipsi philosophi idem aiunt. Disputantes enim de Finibus bonorum & malorum, varias sententias prodiderunt. Constituto enim fine bonorum, constabunt omnia. Hunc itaque inquiramus. Quibusdam (quales plurimos nostrum agnoscit sæculum) nihil bonum, excepta voluptate, esse placet, vt Epicureis: aliis nil bonú, nisi Honestum, vt Stoïcis. Hieronymus Rhodius Peripateticus summum bonum putabat ἀνωδυνίαν, hoc est, indolentiam. Carneades Academicus primam naturam, hoc est, pulchritudinem, robur, & alia id genus censebat id esse. Clitomachus Pœnus (qui apud Carneadem consenuit,) Academicus nouus, & Callipho voluptatem cum honestate iunxere. Diodorus Peripateticus, indolentiam honestati copulauit.

Felicitas humana.

Quid sit Humana felicitas. 3. De Ciuit. Dei.

3. De Consol. 1. Ethic.

Varia existimata felicitas.

Alij

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 118 sur 513

Alij in gloria, alij in diuitiis, alij in potentia, humanam fœlicitatem collocarunt. Quidam in ocio, non pauci in vita ruſtica. Platonici verò & Ariſtotelici, qui Philoſophorum nobiliſſimi, tria genera bonorum tradiderunt, ex quibus humana fœlicitas abſoluitur; in primis animi bona, vt virtutes: ſecundò corporis bona, vt valetudo, pulchritudo: tertiò externa, quæ fortunæ adſcribuntur, vt diuitiæ & honores. Eccleſiaſtici Doctores ſummum bonum eſſe dixerunt vitam æternam: ſummúmque malũ, mortem æternam. Fatemur. ſed nos de humana fœlicitate diſſerimus, (quæ, vt fatetur Ariſtoteles, etiam donum Dei Optimi Maximi eſt) ad quã hîc mortales cuncti peruenire nituntur, quamuis diuerſo tramite incedant; & quamuis variæ diſſentientéſque ſententiæ ſint, tamen omnes in deligendo bono fine, hoc eſt, fœlicitate conſentiunt. Ariſtippus, conditor ſectæ Cyrenaicæ, voluptatem ſtatuit ſummã fœlicitatem. In hanc ſententiam agminatim eunt docti pariter & indocti; Mortales enim, inquit Seneca, lubenter eò concurrunt, vbi audiunt laudari voluptatem. nec fortaſſis immeritò. Nam ſi, teſte Ariſtotele, id bonũ eſt quod omnes appetunt omnes autẽ appetunt voluptatẽ; effici videtur, vt voluptas ſit hoc bonũ. Eudoxus quoque Philoſophus aſtrologiæque cõſultiſſimus, ac Platoni familiaris (de quo Cęſar apud Lucanũ,

Nec meus Endoxi vincetur faſtibus annus;)

voluptatem ſummam fœlicitatem eſſe putabat, quòd animaduerterat bruta, plantas cunctáque rationis expertia ac etiam homines voluptatem affectare. Huius Eudoxi rationes probabiles, ob ipſius modeſtiam & probitatem habitæ fuere: non enim vt voluptatis amicus voluptatem aſſerere credebatur, ſed quòd res ita ſe haberet. Et manifeſtum hoc eſſe ex contrario demonſtrabat: etenim cùm contrariorum contraria ſint effecta; ſi dolor, dicebat, per ſe eſt omnibus fugiendus tanquam ſummum malum; voluptas cunctis erit expetenda tanquam ſummum bonum. Hæc omnia manarunt ex ſchola Epicuri philoſophi voluptarij. Habuit habétque hæc ſecta aſſeclas ferè infinitos ὧν, vt inquit Apoſtolus, ὁ θεὸς ἡ κοιλία, quique gloriam ſuam in ſua turpitudine ponunt. Philoxenus Erixius ſummum bonum collocabat in voluptate guſtus; optabat ſibi dari gruis collum, vt diutiùs ea voluptate edendi & bibendi frueretur. Hinc Sardanapalus Aſſyriorum rex, natus helluationi, ſcripſit in Epitaphio, ſe illa tantùm habere quæ ediſſet & bibiſſet, & per libidinem expletam percepiſſet.

EDE, BIBE, LVDE.

Et Xerxes maximus ille Perſarum rex repertori nouæ voluptatis conſtituit præmium. Claudius Tiberius, inquit Suetonius, nouum inſtituit officium, quod à voluptate dicebatur. qui, propter nimiam vini auiditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocitabatur. Quid memorem ingluiem Vitellianam, Heliogabali & Galieni Imperatorum? qui omnes abdomini mancipati vixere? inuentæ ſunt integræ ciuitates, & populi vniuerſi, qui voluptatem tanquam ſummum bonum amplecterentur: quales fuere Mileſij, Sybaritæ, & Tarentini. Mileſij olim luxu diffluentes eiecere ex ciuitate ſua Hermodorum virum clariſſimum, quòd frugalitatis & modeſtiæ amator eſſet. in ore enim his erat hæc ſententia, Nemo apud nos frugi ſit, nemo ſolus excellat. Inde natum prouerbium * τρυφᾶν ὥσπερ οἱ ἐν Μιλήτῳ: tanquam luxuriâ & nequitiâ omne robur virilitatis perdidiſſent. Sybaritæ erant in Italia, quibus, vt indicat Quintilianus, in tertio odio erat frugalitas. Refert Helius Lampridius Sybaritas eo tempore interiiſſe, quo obſonium ganeatum, ex oleo & garo repperere, quod Sybariticum ius appellant; quo affatim delectatus eſt Heliogabalus. Tarentini, vt nomen ipſum indicat (nam Terenum, molle Sabinorum lingua ſignificat, vnde etiam Terentios dictos putat Varro) molles delicatique ſuper cunctos mortales fuere. vnde Horatius: *Et molle Tarentum non me præterit.* Auctor eſt Strabo, hos plures feſtos egiſſe quàm ſint dies anni. Inde eſt iſtud Satyrici, coronatum & petulans Tarentum. Poſſem infinita ferè congerere de vita hac voluptaria, & de hominibus, qui hoc fine fœlicitatem humanam metiuntur, ſed vereor ne nauſeam tibi, Clariſſime Foreſti, homini ſeni ac graui, nimia moueat voluptas, quæ te non tangit ampliùs. Quare tecum lubenter fateor indecorum eſſe id ſummum in homine bonum ſtatuere, quod bruta animalia pro ſummo ſuo agnoſcunt bono. Ad maiora enim nos genuit ſummus Deus; ad aliud profectò nati ſumus, quàm vt cibum & potum percolemus. Ariſtoteles hinc probat voluptatem non eſſe ſummum bonum, Quia, inquit, impedit prudentiam: & quantò maiores fuerint, eò magis mentem obnubilant: quod in aphrodiſiis appãret. Plato quoque oſtendit voluptatem non eſſe ſummum Bonum: nam ſi voluptati, inquit, addatur aliud bonum, elegantior longéque optabilior euadit, quàm ſi ſola eſſet. At ſummum bonum nullo additamento elegantiùs exſplendeſcere poteſt: id enim ſummum eſt, quod incrementis augeri nequit: ſed omni ex parte perfectum. Quin ſummum bonum numquam in malum verti debet. ſed plerumque voluptas comitem dolorem conſectarium habet: vt non malè veteres Voluptati ſororem Triſtitiam dederint. Diuinè penè Seneca ita inquit, Inde pallor eſt, & neruorum vino madentium tremor, & miſerabilior ex cruditatibus, quàm ex fame macies. Inde incerti labentium pedes, & ſemper (qualis in ipſa ebrietate,) titubatio, diſtentúſque venter, dum aſſueſcit plus capere quàm poterat: inde ſuffuſio luridæ bilis, & decolor vultus, intorti digiti articulis obrigeſcentibus. Quid capitis vertigines dicam, quid oculorum & aurium tormenta, quid referam innumerabiles morbos, ſupplicia luxuriæ? Quem ex helluonibus illis tam diuina Ethnici verba in ruborem non darent? Critolaus Peripateticus malum eſſe voluptatem dixit, & mala quoque parere, iniurias, obliuiones, ignauias. Philopœmenes certè, apud Plutarchum, deridet Athletas, quòd moles illa corporea ex nimiis epulis contracta, neque ad ſanitatem, neque ad res gerendas vtilis ſit: quódque hęc ſagina diu cũ ſanitate habitare nequeat, quódque mentes tot adipibus inuolutæ nihil tenue cogitare poſſunt. Propterea Antiſthenes Socraticus philoſophus voluptatem ſummum malum eſſe dixit: hac frui, inſanire potiùs eſſe dicebat, quàm oblectari. Præclarè Horatius,

Sperne voluptatem: nocet empta dolore voluptas.

Virtus apud Silium ita inceſſit Voluptatem,

Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa Voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi Luxus, & atris
Circum te ſemper volitans Infamia pennis.

Scribit Ariſtoteles, voluptates, guſtus & tactus beluinas eſſe. Vnde Socrates dicebat, multos homines propterea velle viuere, vt edant & bibant: ſe bibere atque eſſe vt viueret. Legimus quoſdã arthritide ac podagra miſerè magno in luxu rerũ vixiſſe; qui, proſcriptione bonorũ, ad ſimplicem menſam & paupertatem redacti conualuere. Epularum enim abundantia in putredinẽ corpus rapit. Quare cùm tot malis fœcunda ſit voluptas, illi adſcribi humana felicitas nequit. Et prudens ſeniũ, in quo tu, clariſſime Foreſti, nunc verſaris, auerſatur illas Sirenes, & ad Gloriã potiùs ſe erigit. Fateor, longè honeſtior eſt ſententia illorum, qui ſummã fœlicitatẽ humanam in Gloria & honore collocarunt. Videtur hæc fuiſſe ſententia ſummorum Imperatorum Romanorum, Græcorum, & Barbarorum. Hi omnes voluptatem contempſere, dies noctéſque

De qua fœlicitate agamus.

Cyrenaici Philoſophi in voluptate & gloria bonorum: & cur.

Lib. 10.

Phil. 3.

Ariſtop. in Plato.

olim fortes Mileſij.

Macr. 3. Sat.

Refutatio Epicurea.

3. Ethic.

In gloria ſummum ſummã fœlicitas.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 119 sur 513

©BIUM

in laboribus militaribus triuerunt, vt in Gloria viuerent, vnáque cum ea morirentur. Ad Romanorum laudes dixit Saluſtius, *Laudis auidi, pecuniæ liberales erant: gloriam ingentem, honeſtas diuitias volebant.* Hanc gloriam, vt eleganter ſcribit D. Auguſtinus, ardentiſſimè dilexerunt, & propter hanc viuere voluerunt, propter hanc & mori non dubitarunt: Cæteras cupiditates huius vnius cupiditate preſſerunt. Hæc eſt illa gloria, quæ (velut cunctæ fœlicitatis meta) Fabios, Metellos, Africanos, Cæſaréſque incitauit, extimulauit, inflammauit ad res amplas forti animo capeſcendas. Valerius Flaccus ait,

Tu ſola animos mentemque peruris Gloria.

Silius Italicus facem honeſtæ mentis eam appellat. Hoc eſt quod Tullius dicebat, Principes gloriâ eſſe alendos. Iulius Cæſar cùm apud Herculis templum in Hiſpania res geſtas ab Alexandro (vt ſcribit Plutarchus,) contemplaretur in pictura, gemuit illachrymauítque, veluti ignauiam ſuam pertæſus: quòd nihil tum à ſe memorabile actum eſſet in ea ætate, quatam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet. De Themiſtocle Athenienſi narrant, eum noctu ambulaſſe in publico, quòd ſomnum capere non poſſet: quærentibus vigiliarum cauſam, reſpondebat ſe Miltiadis trophæis & gloriâ ex ſomno excuti. Quin ille Oratorum princeps Demoſthenes lætatus eſt olim vehementer gloriolæ ſuſurro, quòd anus Attica, aquam ferens, alteri inſuſurrarat ita, Hic eſt ille Demoſthenes. Nec immeritò hæc apud illos, qui putabant hominem ſolùm ad laudem & gloriam genitum. Maiora videamus: altum illud Alexandri pectus inſatiabile laude fuit, qui Anaxagoræ referente innumerabiles mundos eſſe ex auctoritate ſui præceptoris Democriti, Heu me miſerum, dixit, qui ne vno quidem mundo ſum potitus! Vnus ergo iuueni Pellæo non ſufficit orbis. Alexander orbi terrarum Magnus eſt, orbis Alexandro anguſtior. Idem cùm in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, ô fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inueneris! Hannibal ille Pœnorũ maximus Imperator, apud Silium, alloquẽs ſuos in pugna Cannenſi, mercedem laborũ ſuorum ſolã gloriam, ſibi vult:

——mihi magna ſatis, ſat vera ſuperque Bellandi merces ſit gloria: Cætera vobis Vincantur.

Quid multa? non ſolùm Duces militares egregij gloriæ inhiant, ſed ferè ſcriptores etiam cuncti ad hanc gloriam, veluti ad præmium vbertimum ſuarum lucubrationum collineare videntur. Illi quoque Philoſophi qui libros ſcripſere, De contemnenda gloria, ſua nomina in Titulo conſcripſere, & in prima pagina licitari voluerunt. Quid & nónne opifices ipſi gloriâ ducti nobilitari voluere? nam Phidias, nunquam ſatis laudatus inter ſtatuarios, cùm feciſſet ſimulachrum Mineruæ incomparabile, nec eiliceret inſcribere, vt moris eſt, nomen ſuum, incluſit in clypeo ſui ipſius effigiem: quâ conuulsâ, tota operis colligatio & ſtructura ſoluebatur. Quin tanta gloriæ cupiditas eſt inſitamentibus mortalium, vt quidam ſceleribus innoteſcere, quia virtutibus nequibant, voluerint. Inter quos eſt Heroſtratus, qui Epheſinum templum incendit: vt perdito opere pulchertimo, nomen ſuum per orbem diffunderet. Epheſij publico edicto ſanxerunt, vt hic eſſet innominatus: ſed fruſtrà; & hodie nominatur, quod ſolum cupiebat; vt nimirùm famæ magnæ, quamuis non bonæ eſſet. Sed hæc gloria finis bonorum eſſe nequit: nam aliunde cùm pendeat, breui hacceſcere poterit: quod de vera fœlicitate credere nefas eſt. Hæc enim magis in laudantibus quàm in laudato cõſiſtit: cùm nihil aliud ſit gloria, quàm opinio de aliena virtute. Auguſtinus feruentiſſimũ vitium vocat laudis & gloriæ amorẽ. Democritus Abderita, noſtri Hippocratis præceptor, lætabatur, quòd Athenis multos annos vixerit ignotus illi vrbi: nam, vt pulchrè ait Seneca, qui vixit notus omnibus, ignotus moritur ſibi. Eleganter Horatius,

In gloria non eſt tota fœlicitas.

Nec vixit malè, qui natus moriénſque fefellit.

Modeſtam ſanè gloriam laudant omnes, quæ dominũ non in vitia erigit, ſed conſpicuum al altum aliis ſine ſui elatione oſtentat. Ita Moyſes de monte Sinaï deſcendens gloriâ quadã diuinâ explendeſcebat, adeóque fulgebat, vt cuncti ad illud decus obſtupeſcerent, ipſe verò ſolus ſuum fulgorem ignorabat: cognitum verecundè linteo protegebat. Quidam humanam fœlicitatem in ſumma potentia conſtituerunt. Hi vel ipſi regnare voluere; vel regnantibus adhærere pulcherrimum fœliciſſimúmque eſſe iudicarunt. Et profectò Regum res, vt ait Liuius, inter Deos hominéſque pulcherrima eſt. Autharicus Gottorum Rex cùm Conſtantinopolim veniſſet icto fœdere, cúmque benignè ab Imperatore acceptus fuiſſet, vrbémque introiiſſet, ac ædificia pulcherrima populique frequentiam vidiſſet, ac regiam ingreſſus officia diuerſa conſpiceret, Sine dubio, dicebat, Deus terrenus eſt Imperator. Et Cæſar dicere ſolebat, Si ius violandum, regni cauſa eſt violandum. Idem cùm in Alpibus oppidum oppidò puſillum præterierat, amicis quærentibus, num ibi etiam ſeditiones aliquæ de principatu forent? Mallem, inquit, hîc eſſe primus, quàm Romæ ſecundus. Polynices apud Senecam exclamat, Pro regno velim patriam, penates, coniugem dare flammis. Cæterùm plurima ſunt, quæ documento ſunt, veram fœlicitatem in potentia non habitare, nec in regni occupatione. Eſt enim Regnum res ardua, laborioſa, curarum plena, negociaque ſæpe Reges ipſos terrent. Neceſſe enim eſt multos vt timeat ille, quem multi timent. Vbi ergo inconcuſſa fœlicitas? certè non in hac aula refertiſſima formidinum. Simul iſta poſuit rerum conditor Deus, odium atque regnum. His aſtipulatur ſcitum illud Regis illius, Quem ferunt traditum ſibi diadema, priuſquam capiti id imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe, ô nobilem magis quàm fœlicem pannum, quem ſi quis penitùs cognoſcat, quàm plurimis curis, periculis, ac miſeriis obnoxius ſit, ne humi quidem iacentem attollere velit. Memoratiſſimum eſt exemplum Damoclis & Dionyſij. Nam cùm Damocles cuperet copias, opes, & maieſtatem Dionyſij Syracuſani, negaréque vnquam beatiorem extitiſſe, Viſne, inquit Dionyſius, ô Damocles, quum te hæc mea vita delectet, ipſe eandem fortunam ac poteſtatem experiri meam? Cùm ſe cupere dixiſſet, collocari iuſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo, abacos plurimos ſtrauit, aureis argenteiſque cœlatis vaſis ornatos. Tum ad menſam eximiâ formâ pueros iuſſit conſiſtere, eóſque ad eius nutus diligenter miniſtrare; exquiſitiſſimæque epulæ adferebantur; aderant vnguenta, coronæ, deliciarum omne genus: fortunatus ſibi Damocles videbatur. In hoc tam beato apparatu gladium fulgentem è laqueari ſetâ equi appenſum dimitti iuſſit, vt impendéret illius beati ceruicibus. Cúmque ille Dionyſiacas delicias imminentis mortis periculo aſpernaretur, iámque beatus ampliùs eſſe nollet: talis eſt, inquit Dionyſius, vita noſtra, quâ beatam putabas; ſic mortem ſemper videmus. Etenim imperium res eſt inuidioſa, quæque ocium cunctis bonis optatiſſimum excutit, quod alioqui magni plurimi viri potentiæ prætulere. Hac de re de Pyrrho & Cynea pulchertimum exemplum recenſetur. Cyneas facundia præpollẽs Pyrrhũ Regem ad Italiam propensũ cernens, ſic illũ aliquando ocio indulgenté affatus eſt. Egregij bello, ô Pyrrhe, Romani eſſe dicuntur: quos ſi ſuperare dij dederint, quid tunc agemus? Ad hæc Pyrrhus, Romanis ſuperatis nec Græca vlla nullaque Barbara ciuitas reſiſtet potẽtiæ noſtræ, ilicóque totius Italiæ imperio fruemur. Parũper cõmoratus Cyneas, cùm Italiam, ait, cepimus, quid tũc agemus? & Pyrrhus, Proxima

Potentiæ ſummæ tam ſit ſummum bonum.

In Thebaïde. Reſtatio.

Seneca.

Quidam in ocio fœlicitatem poſuere.

xima eſt Sicilia inſula opima & opulenta, quæ captu facilis erit. Rectè ais, inquit Cyneas, ſed an finis militiæ nobis erit Sicilia capta; His, inquit Pyrrhus, veluti præludiis atque præſidiis vtemur ad res maximas conficiendas: quis enim Africa abſtineat atque Carthagine? quâ captâ, orbis noſter erit. Ita eſt, inquit Cyneas: ſed ſubactis omnibus quid faciemus tandem? Et Pyrrhus ſubridens, ociabimur, inquit, & ocio perfruemur. Tunc Cyneas, Quid vetat, ô Rex, cur minùs iſto nunc ocio fruamur? quippe adeſt ſine labore quò per ſanguinem, pericula ærumnáſque peruenturi ſumus. Veriſſima dicebat Cyneas; ſed Pyrrhum ſpes immodicas anhelantem retrahere non potuere. Quare & ipſe Pyrrhus in ocio poſuiſſe fœlicitatem videtur. Cùm itaque illa in potentiâ, iudicio potentiſſimorum regum non ſtabuletur, an in diuitiis eſſe poterit, mi doctiſſime Foreſti? Certè, vt nunc ſunt tempora, omnes ferè, video, ſummum bonum ac beatitudinem diuitias putant: verbis negant? ſanè factis probât ac vitæ modo. niſi fallat me voluptatis affectatio, diuitiæ iam mentes occuparunt. Neſcio enim quo fato id fiat, vt ſæcula diuerſa voluant variis de ſumma fœlicitate ſententiis humanam mentem. Fuere olim robuſta ſæcula, quæ nil niſi gloriam ſpirabant: conſectaria fuere mox alia, quæ laxarunt illud robur in fœdas voluptates. Parentum perſuaſiones id mentibus immittere tenellis ſuorum fœtuum puto. Cantio illa à teneris flectit in in quoſvis tonos molles ab annis animos: mutatâque illâ mentium muſicâ, mutatur tota Reſpublica. Qui parentes hodie virtutes ſuis inſerunt? qui non pecuniam? mirum profectò nî auarum hoc ſæculum foret. Nec ſanè mirum, id nunc etiam fieri in amurca hac & extrema fæce mundi, cùm olim ſapienti etiam ſæculo de hac opinione conquererentur prudentes viri, exclamantes,

O cives quærenda pecunia primùm:
Virtus poſt nummos.

& Petronius,

——Quiduis, nummis præſentibus, opta,
Eueniet: clauſum poſſidet arca Iouem.

Quidni? aurum eſt ſuada Regum. Huic metallo, inquit Apuleius, difficultates cunctæ ſunt peruiæ. Dicere ſolebat Verres, Nihil eſſe tam ſanctum, quod non expugnari pecuniâ poſſet. *Aurum*, inquit Horatius, *per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa, potentius Ictu fulmineo.* Philippus Macedo omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quæ aſellus onuſtus auro poſſet peruadere. Vrbium portas ille auro diffindebat. Pecunia ergo ingens hominum bonum exiſtimatum fuit; pecunia in honore, paupertas probro haberi cæpit. Hinc eſt illa Satyrici vox, prima vota eſſe,

——& cunctis notiſſima templis,
Diuitiæ creſcant, vt opes, vt maxima toto
Noſtra ſit arca foro.

Vnde quæſo hæc cunctis immiſſa habendi libido? Seneca inquit auri argentíque admirationem parentes fecere: totus populus in alia diſcors, in hac conuenit: hoc ſuſpiciunt, hoc ſuis optant; hoc Diis, veluti maximum rerum humanarum conſecrant: & quod optimum videri volunt, id aureum appellant. Sine me, quidam dicebat, vocari peſſimum, modò diues vocer: etenim an bonus, nemo; an diues, omnes quærimus: tanti hodie quiſque eſt, quantum habet. Caligula Imperator exiſtimans aurum ſummum bonum eſſe, ſuper innumeros aureorum aceruos nudis pedibus ſpaciatus, & toto corpore aliquàmdiu volutatus eſt. Si talem ad natationem mare, an non putas id plurimos aſſeclas habiturum? Alcmæon ſanè non abnuiſſet, qui olim prægrandem tunicam indutus, & calceos latiſſimos, perrexit ad theſauros Regis Cræſi, eo id concedente; illicóque in aceruos auri procumbens, primùm reſerſit calceos auro, mox ſinus veſtium, quinetiam ramenta auri capillis auribúſque implicuit, os quoque & manus auro impleuit. Exiuit tandem auro ſuffercinatus, vix cothurnos trahens, non homini, ſed monſtro ſimilis, cuius os turgidum prominebat, totúmque corpus ab auro tumebat. An non ille in auro ſummam fœlicitatem eſſe putabat? Sed audi, maiora adfero. Floruit temporibus Xerxis Pythius Bithynicus: hic tanquam ſumma noſtra fœlicitas in auro habitaret, omnes ſuos ciues in fodiendis metallis occupatos habebat, atque id vnum auri congerendi ſtudium tanto ardore percolebat, vt quamplurimi apud illum ciues laborum magnitudine interirent. Vnde mulieres agminatim vxorem Pythij adierunt, orantes vt huic malo remedium inueniret. Hæc illas bono animo eſſe iuſſit; atque adhibitis artificibus, panes & edulia, omnéque ferculi genus ex auro confici ſibi iuſſit. Quibus diligenter ſtudioſéque confectis, Pythio, cœnam poſtulanti, auream menſam vxor apponi iuſſit. Eius aſpectu delectatus eſt Pythius, vt pote mirâ arte ſingula elaborata conſpiciens. Tandem aſpectu ſatiatus, cibum adferri iubet: verùm vxor ſingula ex auro iuſſit apponi. Cúmque ille irâ percitus, eſurire ſe vociferaretur, neque aurum ſe id temporis ampliùs expoſceret: tum verò vxor cordata & prudentiâ pollens, Nullius, inquit, rei, ô coniux, præter hanc vnam habendi facultatem præbes; omnis omnium virorum cura, tuo iuſſu, in auro verſatur: iam nemo agros colit, iam omnis ſerendi, plantandi, & totius ruſticationis diligentia intercidit. Hoc prudenti conſilio valdè Pythius commotus fuit: at illud negocium totum non intermiſit, vt qui putabat in auro fœlicitatem humanam poſitam eſſe. Hic fuit ille Pythius, qui platanum auream vitémque illam nobilem Dario Regi donauit; qui Xerxis copias innumeras epulis excepit; ſtipendium quoque quinquemenſium, frumentúmque quinque menſium pollicitus. Hi, nec dubium, in diuitiis ſummam beatitudinem poſuere; adeò, inquit Plinius, auro inhiantes, vt ſi vlli eſſent inferi, iam profectò illos auaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodiſſent. Verùm id, quod quærimus, ſummum bonum in Diuitiis non eſt. Etenim quod ſummum bonum eſt, ex malo non prouenit: at ſæpe diuitiæ ex iniquitate ſurgunt. Audet dicere Hieronymus, Eſt quis diues? iniquus eſt, aut iniqui hæres. Et ſumma ſapientia appellat diuitias Mammona iniquitatis, quòd ex iniquitate naſcantur, vel quòd inique homines iis vtantur. Quin ſummo philoſopho Senecæ nihil videtur ſummum bonum, quo quis malè vti poteſt. At quamplurimi diuitiis malè vtuntur Imò ipſæ diuitiæ hominibus abutuntur ac his nocent: quot necauere illæ? Præclarè Heſiodus mediocritatem his anteferebat, cùm dimidium plus toto eſſe affirmabat. Viden vt illi opulenti homines mœſti, ſolliciti, ac anxij ſedeant: foris beati auro bracteáque fœlicitate inſignes; at in ſeceſſu miſerè languent ac plorant. Anaxagoras à diuite quodam rogatus quiſnam fœlix eſſet? nemo, reſpondit, ex iis quos tu fœlices exiſtimas. Socrates, apud Platonem interrogatus, fœlíxne illi videretur Archelaus Macedoniæ Rex: neſcio, inquit, nunquam apud ipſum fui, nec mihi compertum quantum virtutis habeat. Audet vouere Plinius, aurum poſſe è vita abdicari. Apuleius execrandum metallum id vocat. Socrates Thebanus magnum auri pondus abiecit; putabat enim ſe non poſſe virtutem & aurum ſimul poſſidere. Et Zeno Philoſophus intellecto rerum ſuarum naufragio, exclamauit, Iubet me Fortuna expeditiùs philoſopharì. Democritus, vt alacriùs philoſopharetur, patrimoniũ ſuum patriæ dedit. & Anaxagoras poſſeſſiones ſuas incultas reliquit, pluris faciens doctrinã quàm diuitias: nã dicebat, Ego nõ valeré niſi iſtę poſſeſſiones periiſſẽt: Fortuna enim, vt ait Martialis, multis nimiũ dat, ſatis nulli. quo quis ditior, eo magis cupit: qui verò cupit,

Vera in diuitiis ſummũ bonum.

Vaia ſecula in variis poſuere felicitatẽ & vnde.

Lib. 10. Ethic.

Herodot. in Erato.

Herodot. in Polymnia.

Humana fœlicitas non eſt in diuitiis.

©BIUM

beatus quî ſit? eſt enim congeſto pauper in auro, & magnas inter opes inops. Et certè ad viuendum, velut ad natandum, is melior, qui onere liberior: nam maiore, inquit Seneca, pecunia tormento poſſidetur quàm quæritur. Si morbos animi facit pecunia, nec à corporis tædiis liberat, fœlicitatis auctor non erit. Si magni illi viri, de quibus hactenus diximus, diuitias proiecere, vt eruditionem ac virtutem diſcerent, eritne ergo in his expetita illa fœlicitas? An non potiùs, ob meras illas delicias quæ litteris inſunt, illæ per ſe expetendæ? Vel an potiùs, maiorum exemplis, vt Reſpublica conſilio & armis, imitatione conſiliorum ac ſtratagematum, ab hoſtili oppreſſione liberari poſſet? animúſque inflammari ad res præclaras forti animo peragendas? vt breuiter dicam, Num tot ſtudiorum labores capeſſendi, vt humanas virtutes imbibamus ac nobis inſeramus litteris? Profectò ſi verum eſt quod videtur dixiſſe Horatius,

Num in Eruditione.

Num in Virtute.

Ad ſummum, ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum?

hîc ſtudiorum finis erit. Quis enim non lubentiſſimè, imò & Herculeis laboribus ſibi tantas opes emere velit? Sed quidnam eſt illa virtus? Ardua profectò res laboríſque plena virtus humana: altum quiddam eſt, inuictum, & infatigabile. Virtutem in templo inuenies, in foro, in curia: ſtantem, pulnerulentam, coloratam, calloſas habentem manus. Hanc virtutem ita definit Silius,

Seneca ad Gallionem De vita Beata.

——*frons hirſuta, nec vnquam*
Compoſitâ mutata comâ, ſtans vultus, & ore
Inceſſúque viro propior, lætíque pudoris,
Celſa humero, niueæ fulgebat ſtamine palla.

Horatius Virtutem humanam definit hoc modo,

Virtus eſt vitium fugere; & ſapientia prima,
Stultitiâ caruiſſe.

At quis effectus huius Virtutis? Nolo hîc iam Stoam illam ſeueritatem, vel potiùs ſuperbiæ ſtuporem; vulgaria diſſero de vulgi fœlicitate. Comicus eleganter hos proponit, vbi ait,

In Amphitruone.

Virtus præmium eſt optimum, Virtus omnibus
Rebus anteit profectò, libertas, ſalus, vita,
Res, parentes, patria, & prognati tutantur, ſeruantur:
Virtus omnia in ſe habet.

Si hæc cuncta præbet Virtus, rectè ſanè de illa pronunciauit Horatius,

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.

An non talis virtus intaminatis ſemper fulgebit honoribus? certè annuit Euripides, ἀ δ' ἀρετὰ καὶ θανόντων κάμπτει, virtus etiam mortuis ſplendida micat. Quare excellentioris mentis impulſu Abderita ille Democritus, vt virtutum décora ſibi iungeret, opes abdicauit, Indiam, Scythiam, Ægyptúmque peragrauit, ac Dardani Ægyptij libros, quos ſecum in ſepulchro condiderat, effodit. Cùm rediiſſet, inſaniam (vt hominum inſanias fugeret) ſimulabat: Hippocratémque ad eius curationem euocárunt ſui ciues, exiſtimantes Rempublicam beatam fore, ſi à virtute præditis viris haberetur: miſeram, cùm per vitia duceretur. Quid? inquit Cicero, cùm fatemur ſatis magnam vim eſſe in vitiis ad miſeram vitam: nónne fatendum eſt eandem vim virtuti eſſe ad beatam vitam? Rectè quidem ille, ſed hodie, inquit Iuuenalis, *probitas laudatur & alget.* Verùm re diligenter perpenſa, ſi virtus humana humanioribus ex ſtudiis addiſci poſſit, fatebimur in virtute aliquem litteraturæ finem reponi poſſe: at non omnibus modis abſolutum. Etenim & in his quæ ad corpus & fortunam ſpectant, vtiles etiam ſunt literæ. Sed poteſtne virtus doctrinâ acquiri? negat Plato, & cum illo tragicus ille philoſophus Euripides, apud quem Hippolytus pra-

Num virtus diſci poſſit.

tum deſcribens amœniſſimum, ita inſit,

——*faceſſat ô procul*
Ex diſciplina hauſta indoles, natura quos
Ad recta ducit, vſque quos ſtipat pudor
Nativus; his fas hinc ſit herbas carpere:
Præcluſus at ſit aditus omnis improbis.

Ad quam ſententiam eleganter Auratus ſcripſit hoc,

Amanda Virtus, magiſtri
Negat & abnuit curam.
Sine fraude, ſine & artibus,
Excurrit in campum equus.
Canis nemora rimánſque venaticus
Prenſat, hauſtibus hians
Notis ſine dolo, feras
Latibulis iam quoque
Cubantes, nec opera
Docentis canunt
Per agros amictæ
Pennis aues.

At polyhiſtor ille Plutarchus aliter cenſet. & in hanc ſententiam morum ſeuerus caſtigator Perſius ſcripſit:

——*Tibi luditur, effluis amens;*
Contemnere: ſonas vitium percuſſa, maligné
Reſpondet viridi non cocta fidelia limo. 3. Satyr.

Fatemur ferorum ingenium molliri litteris poſſe ac domari, verùm naturæ impetu ad bona quod fertur, ad imaginem veræ virtutis id prouehi poſſe. Quidam literas vtiles putant, vt imitatione conſiliorum, euentum ac ſtratagematum Reſpublica defendatur, animúſque vt inflammetur ad res præclaras forti animo peragendas. Teſtis eſt Lacônum ciuitas, cuius exercitus Tyrtæi poëtæ verſibus inflammatus, pulcherrimam illam de Meſſeniis victoriam reportauit. Tropæa Miltiadis Themiſtoclem Reipublicæ dedere. Hæ ſunt illæ litteræ, quæ nobilem Alexandri animum in bellum armauere ac gloriam. Cui, vt ſecum paciſceretur, Darius obtulit filiam ac mundi, à ſuis fatis, imperium; inito hac de re conſilio cum ſuo Parmenione, cùm ille reſpondiſſet, ſe, modò Alexander eſſet, conditionem accipere velle: & ego, reſpondit Alexander, ſi Parmenio eſſem, his fortunæ commodis frui velim. Reſponſum non alicunde profectum quàm ex aurea Darij arcula, quæ ſub puluino illius poſita, perperuò illi Homeri Iliada accinebat, vt belli gloriam his tympanis literariis in mente inflammaret. Etenim, vt eleganter Plato diſſeruit, In animis hominum toni quidam ſopiti tacitíque iacent, qui animorum vario impulſu varios ſonos pariunt, Proteíque more polydædalam motuum varietatem exprimunt. Id cùm perſpectum haberet Damocles olim inſignis Muſicus, cùm Phrygium carmen audiret modulantem tibicinam, inuenibus ebriis inſana quædam peragentibus, Doricum canere iuſſit. illi ſtatim ab hoc inſulſo motu ceſſarunt. Quare Plato Doricam Muſicam, Phrygiçâ repudiatâ, laudat: Hoc eſt, tales litteras quæ animoſam illam vim altiùs euehunt. Et hoc eſt quod ille dicebat, Muſicâ mutatâ, totam Rempublicam mutari. Quo enim nutent animi taciti ſoni eorúmque impetus; qui cùm varij ſint, modò molles, iterúmque animoſi, eò formam Reipublicæ duci & trahi exiſtimat. Nihil profectò arctiùs menti ſe inſinuat, eámque in varios ductus flectit, ac literæ. Scribit Ælianus famam quandam ad ſe veniſſe, Iſocratem Rhetorem in cauſa fuiſſe, quamobrem Perſæ cogerentur in ſeruitutem à Macedonibus. Etenim Panegyricæ orationis (quam Iſocrates Græcis exhibuit) fama in Macedoniam peruenit, atque primùm quidem Philippum aduerſus Aſiam extimulauit; ac dein Alexandrum ad bellum conficiendum adhortata eſt: vt hac arte victor orbis terrarum euaſerit. Et ſtratagemata docent literæ. Hoc eſt quod fabulantur, Palladem armatam ex

Vis literaturæ.

13. Lib. Variarum hiſt. 1.

cerebro

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 122 sur 513

cerebro Iouis prosiliisse, vnum in scopum fixis oculis toruè collineantem. Scribit Vegetius, ad Imperatorem pertinere, vt differat cum multis quid fieri debeat: quid facturus, cum paucis, vel potiùs ipse secum. Doctissimus Metellus interrogatus quid facturus esset, Si, respondit, vestem hanc meam mei consilij conscium crederem, eam flammis deuterem. Propterea inter signa militaria erat Minocentaurus in labyrintho abditus. Aiunt doctum Imperatorem potiorem esse valido exercitu. Cum Scipio Æmilianus Numantinos vertisset in fugam, illique indignarentur, querentes quòd Romanos fugissent, quos toties antè fugassent: quidam respondit, oues quidem easdem esse, sed pastore alium. Ex quo illud Gabriæ scitu dignum, formidabiliorē esse exercitū ceruorū, duce leone, quàm leonū duce ceruo. Quare, hoc fine quidā existimarunt litteras tentandas esse. Veruntamen qui pecuniam bellorum nervum dixit, oraculum dixit. res & consilia hostium illa aperit: & quod viribus ingenióque negatum est, aurum efficit. Docti quidam viri litteras amplectendas existimant ob seipsas, diuinásque illarum delicias quæ in hoc Musarum commercio habitant. Quid quæso litteratura suauius, quid elegantius? Quæ tanquam per amœnissimum quoddam pratum, inter mille historias inexplicabili suauitate lectorem rapit; dum gentium, Rerumpublicarum, Regnorum surgentia initia dubio fauore illustrat: mox in molem adolescentia contemplatur, ac mira cupiditate tenetur, vt videat in quem splendorem ac maiestatem mox illa contemplabitur. Tandem, cùm nihil sub variante Lunæ facie voluatur eadem facie, nec quiete frui possit, cúmque in summum iam vigorem extulit se, in meliúsque accessio adiungi nequeat, nihil restat, quàm vt inde retius ruat. Hìc litteris deditus causas horum euentuum ac consilia perpendit, præsentibúsque suis rebus adhibet ea, ac rerum futurarum euentum summâ prudentiâ auguratur. Istud olim præclarè intellexere Mitylenæi, præciputm in Republica vim esse litteraturæ: qui, quos populos bello deuicerant, hanc solam illis pœnam irrogabant, ne liberos suos litteras edocerent. Vt ad artes humaniores veniam, quid quæso illis diuinius hominibus concessum fuit? quid hominibus antiquius? quæ profectò nihil aliud esse videntur, quàm cultæ quædam notiones, primæ naturæ à summo Deo insitæ. Dialectica inter has præambulo, docet qua arte verum in rebus inquiramus, amicè collatis rationibus. Sed nimis anxia subtilisque disputatio inutilis est: veratrum crassiusculè sumptum purgat, in pollinem lævigatum suffocat. Huic vicina est venusta illa mentis regina Rhetorica, suadæ medulla, qua olim in animis hominum tonabat Pericles. Hæc illa fidicina est, quæ cuiusque insitos animi tonos polydædalo digito pulsare docet, mentem in quācumque velis formam traducens. Meritò apud Sophoclem exclamat Vlysses, Linguâ inuenio propè omnia, Pauca administrari manu. Plato in Ægypto decem annis sacerdotum amicitiam ambiuit ob artes Mathematicas, ac in Italiam nauigauit causâ Philolaï; Astronomiæ amor eum instigârat. Et si verum fateri velimus, nulla res æquè naturæ pulchritudinem & Dei opificium declarat, ac syderum cœlique facies. Quid enim speciosius picturata illa stellarum varietate? quid admirabilius reciprocâ æstuantis Lunæ reparatione? Qualis ibi ordo? nullus non hinc fateri cogitur, mundum & ratione fuisse conditum, & Dei summi gubernaculum sequi. Quin Sol Rex quidam præsidere videtur lucidis illis corporibus: nam Saturnus, Iupiter & Mars hunc veluti Regem suum colere ac venerari videntur. Nam quoties hi Soli coniunguntur, toties summum Epicycli fastigium tenent: tanquam reuerentiâ tanti hospitis, in extremos suæ ditionis limites progressi, vt Regi præsenti loco cedant. Recedente deinde à coniunctione Sole, ipsi de arce Epicycli descendunt, deducturi abeuntem regem: sicque per trientem Zodiaci progressi, veluti satisfecerint deducendi officio, mœsti valedicunt, ac consistunt, oculis quasi Regem prosequentes. Mox ad suos limites recedunt: ac tandem Sole è conspectu quàm longissimè erepto, se ad imam Epicycli partem abiiciunt. Cúmque eum iterum aduenientem conspiciunt, ipsi sursum ab ima parte Epicycli enituntur, Solique festinant occurrere, cùm ille abest per trientem Zodiaci. Eum deinde aduentantem propiùs salutabundi consistunt, ac eum excipiunt: iterúmque verso cursu, veluti ἀφίστημι ad arcis fastigium, quò Regi cedant, euadunt. Venus autem & Mercurius satellitij officium apud Solem perpetuum gerunt. Hi enim modò ad Solem recurrunt, tanquam mandata excepturi: modò ab eo excurrunt quasi speculandi causâ, quasique vt viæ pericula explorent emissi videantur. Nec longiùs à Regis custodia euagantur: mox enim iterum, quasi reuocati properant; semperque in apogæo vel perigæo Soli præsto sunt. Nec Venus longiùs quàm quadraginta octo gradus, nec Mercurius vltra viceſimum octauum exspatiatur gradum à Sole. Præclarè Cato apud Ciceronem existimat Deum immortalem sparsisse animas in corpora humana, vt essent qui terras tuerentur, quique cœlestium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitæ modo atque constantiâ. Quare diuinæ litteræ immortalitatem quandam spirare videntur; nec enim sinunt ingenia humana situ ac ignauia obsolescere. Sed in arduo atque edito monte habitant illæ: labores, sudores, & vigiliæ in earum vestibulo excubant, nec lata via currere ad Musas datur; sed nihil mortale habent illæ, proximéque ad humanam fœlicitatem veniunt. Nosti tu id optimè, Doctissime Foresti, qui fœlix fœlici hoc commercio vbique gentium celebraris. Sed propius aliquantulum iam ad doctissimorum philosophorum sententias accedamus. Ex illorum sententia hæc pulchertima nympha humana fœlicitas, triplici bonorum genere decorata splendet & absoluitur, ex bonis animi, corporis, atque fortunæ. Sed quo modo hæc sese iungat hominibus intelligi nequit, ni priùs nobis exploratum sit, quid sit ipse homo, quibúsve ex partibus fabricatus fuerit. Homo neque solùm corpus est, neque solùm anima: sed ex anima & corpore simul compacta coaluit. Qui ita factus homo, tamen absque rebus quæ foris sunt, viuere nequit. Quare qui virtutem apud homines fœlicitatem fecere summam, in hoc fefellere, quòd animum solùm intuentes, corpus neglexerunt. Qui autem fœlicitate corporis beatitudinem humanam metiebantur, animum incultum, ac veluti pedisequam corporis reliquerunt. At qui ex bonis animi, corporis, & fortunæ fœlicitatem fabricarunt, propiùs ad fœlicitatem accesserunt. Etenim bona animi virtutes sunt, quarum causa externa cuncta petuntur; anima verò nullâ aliorum gratiâ. Summus Deus corpus hominis animæ iunxit, quò anima corporis seruitio vteretur. Plerique iam contrà faciunt, omnia ad corporis obsequia flectentes, mortali immortale subiicientes. Quin, quod turpissimum est, pecuniam, rem ab homine alienam, animo ac corpori longè præferentes. Inter animi bona exsplendet in primis Prudentia, cunctarum, vt ait Plato, Virtutum regina. Plurimi sapientes etiam viri hac caruere. Anaxagoram ac Thaletem sapientes fuisse ait Aristoteles, non tamen prudentes. Iustitia inter animi bona lucifero atque hespero pulchrior micat & Fortitudo, quæ verè mascula virtus est, & Temperantia frenans libidines. Socrates olim interrogatus, quodnam animal esset pulcherrimum? homo, respondit, ornatus doctrinâ & virtute. Bona verò corporis sunt valetudo, robur, & pulchritudo. Sine bona valetudine profectò

Litterarum amœnitas.

Artes humaniores.

Triplici bonorum genere num absoluatur fœlicitas.

In Philocte.

Astronomia.

Valetudo.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 123 sur 513

homo fœlix dici nequit; qua ergo fronte cuncti diuitias fœlicitatem putant? sine fronte. quæ enim suauitas in illis sine sanitate? laudo illud Horatianum,

Non domus aut fundus, non aeris acerrimus & auri
Ægroto domino deduxit corpore febres,
Non animo curas: valeat possessor oportet,
Si comportatis bene rebus cogitat uti.

Quin nec ipsa virtus, si bona corporis valetudine sanis fungi officio suo potest, animus enim corporis robore fulcitur: est enim vas animi corpus. Quare recte dictum fuit olim, *Non est viuere, sed valere vita.* Apud Platonem cantiò conuiualis celebratur, * ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον, τὸ δ' εὐ πρᾶττειν καλὸν γενέσθαι, πεῖσαι δὲ πλουτῶν ἥδιστον. Sed, inquit, Sanitate nihil est melius. Sapiens poëta Pindarus sanitatem diuitiis & gloriæ anteponit, vbi ait * ὑγιείᾳ δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, ἐξοχάων κτεάτεσσι, καὶ εὐλογίαν παρέστιθεὶς, μὴ μαλθάσσῃ θεὸς γενέθλᾳ Propter hanc sanitatem tot remedia maximis laboribus inuenta fuere; ob hanc medicina ex rubro mari & ex India petitur. Hinc tot cerota, collyria, malagmata, antidota, cataplasmata fuere excogitata, tanta mixturarum inexplicabilis varietas circumfertur: qua causa? vt hoc fœlicitatis fomentum naturamque primigeniam stabiliamus. Plinius auctor est, ob sanitatem, medicam artem etiam Imperatoribus imperare. Sed quidnam tuetur maximè sanitatem? exercitatio. hac, inquit Fabius Quintilianus, cuncta conualescunt. Sine hac, ait Galenus, nulla diuturna sanitas. Sed quodnam exercitium sanitati optimum? Galenus paruæ pilæ cæteris prætulit: Augustus etiam Cæsar, omissa equestri exercitatione, ad pilam transiit, ait Suetonius. Celsus id etiam commodè iniri scribit cursu, ambulatione, & clara lectione. Pythagoras, Plato, & Aristoteles gymnasticam cum primis probarunt; qua vires augescunt, & sanitas inoffensa custoditur. Plato adeò gymnasticam probauit, vt scripserit, exercitationes cunctas bellicas his includi. Constabat enim hæc exercitatio quinqueiactu disci, cursu, saltu, iaculatione, & lucta. Qui his quinque excellebant Athletæ, quinquercliones vocabantur. Pancratiasten etiam eum dicebant, qui in omni gymnastica exercitatione pugnaret & vinceret, vnde Propertius,

Et patitur duro vulnera Pancratio.

Hanc sanitatem πολυτέλεια frangit: at εὐτέλειαν quam frugalitatem appellant, eam dutabilem præstat: cuius aula victus est parcimonia. Sed quid ego noctuas Athenas, mi Foresti? quis enim te horum callentior? Bona verò externa sunt diuitiæ & honores, quæ in manu fortunæ esse putantur, attamen iuuare ad vitam beatam. Hæc fortuna toto mundo, omnium vocibus, omnibusque horis inuocatur, accusatur, rogatur, & cum conuitiis colitur: cæcam eam volubilemque arguunt, vagam, incertam, indignorum fautricem. Hæc in tota ratione mortalium vtramque paginam facere existimatur: Nónne ab hac fortuna fœlices ac fortunatos vocamus, & fortunæ alumnos? Hanc sexcentis templis totidemque nominibus antiqui cohonestauere Romani. Ibi colebatur Fortuna primigenia, viscata, fortis, mascula, bene sperans, virgo barbata, vt scribit Plutarchus. De hac ita Theophrastus, Vitam regit Fortuna, non sapientia. & Plautus,

Centum doctorum hominum consilia hæc deuincit Dea Fortuna. Atque id verum, proinde vt quisque fortuna vtitur, ita
Præcellit, atque maximè sapere eum omnes dicimus.

Si reflauerit Fortuna, inquit Cicero, affligimur. Virgilius fortunam omnipotentem vocat. Salustius eam in omni re dominari affirmat. Hæc dea, inquit Horatius, Pollens est vel imo tollere de gradu Mortale corpus, vel superbos Vertere funeribus triumphos: & Ouidius,

Dat quodcunque libet fortuna rapitque.

Sed, doctissime Foresti, credo te meminisse, quòd Astrologi etiam Fortunam inter sydera ponunt. Argumento hæc sunt, summum Deum externa hæc disiunxisse aliquantulum à nobis: qui non fortunæ, sed suo arbitrio modò consociat hæc nobis, modò auellit. Vt hoc modo, sit hîc vita beata, beatior, & beatissima, ex Academicorum sententia. Stoici verò hunc ambitum excluserè, apud quos nihil beatius, beato. Nos etiam probamus libram illam Critolai, quæ cùm in altera lance animi bona, in altera corporis & externa libret, tamen in ea propendere animi bona putabantur. His itaque tribus bonis, nimirum animi, corporis, & fortunæ, fœlicitatem summam absolui existimauere nobilissimi philosophorum Peripatetici & Platonici. Videamus quæso iam, Num in vllo mortalium cumulata vnquam fuerint hæc bona, quique meritò haberi fœlix meruerit. Apud Romanos Lucius Metellus Pontifex, magister equitum, consul, Dictator, qui primo bello Punico primus in triumphum duxit elephantos decem, primarius bellator, optimus orator, summus senator, fortissimus Imperator: cuius auspicio maximas res gessere Romani; ob summam sapientiâ summis honoribus decoratus, pecuniâ, bono modo partâ, fœlix, liberis honoratissimis splendidus, & in vrbe clarissimus vixit. Sed quamuis vni nec alij ab Vrbe condita hæc euenerit, fœlix tamen dici non potuit, cùm orbam luminibus senectutem exegerit. Huius etiam nepos inter rara fœlicitatis exempla numeratur. Qui, præter honores amplissimos, cognomen etiam Macedonici meruit. Hic à quatuor filiis illatus fuit rogo, vno Prætore, tribus consularibus, duobus triumphalibus, vno censorio, quæ singula paucis contigere: vnde à Tullio illud dictum; Vouet sibi quisque Metelli fortunam. Sed quis hunc iure fœlicem dixerit, cùm periclitatus sit ad libidinem Catinij Labeonis Tribuni plebis? à quo in dignitatis suæ flore, ad Tarpeium saxum raptus est vt præcipitaretur, faucibusque intortis, & expresso per os sanguine, ægrè alterius tribuni intercessione à limine mortis reuocatus, alieno beneficio postea vixit. Diuum quoque Augustum vniuersa mortalitas in hac fœlicitate nuncupauit: qui, cùm Caium filium in Armeniam mitteret, à diis immortalibus illi optabat Pompeij beneuolentiam, Alexandri audaciam, & suam ipsius fortunam. Sed æstimentur quæ ad eum cuncta, plurima infœlicitatis documenta in illo animaduertes. Repulsam passus est in magisterio equitum apud auunculum Cæsarem: in prælio Philippensi ægrotus in palude triduum latuit. adde aquam subtercutem, naufragia Sicula, & inter seditiones militum tot ancipites morbos corporis, vulgatissimaque Iuliæ filiæ adulteria. An fœlix tot calamitatibus inuolutus fit? Huius putatæ fœlicitatis exemplum inclitum præbet Crœsus Lydorum rex, qui cùm opibus cunctisque fortunæ bonis exsplendesceret, se omnium mortalium beatissimum prædicabat. Ad quem cùm Solon sapientissimus peruenisset, amicequè à Crœso acceptus esset, à ministris, iussu Regis ad thesaurum abductus fuit, quô cuncta, quæ mortales inter beata admirantur, ibi circumfluere videret. Mox Crœsus, ô Solon quem mortalium vidisti tu beatissimum? Tellum, respondit ille, Athenienſem, quòd illi euenissent filij docti, boni, & honesti: cumque hanc vitam bene vixisset, obitus splendidissimus euenit: siquidem viriliter dimicans, hoste in fugam verso, pulcherrimam mortem oppetierat. Quem Athenienses in eo quo occubuerat loco humauerant, magnificeque honorauerant. Et quem, inquit, ô Solon, secundum? Cleobim, respondit, & Bitonem beatissimos vidi, quibus genus Argiuum, & victus illis honestus erat, nec non corporis roburexcellens, vt in certaminibus ambo simul victores euaserint. Cumque festum Iunonis apud Argiuos celebraretur, cumque, ex more sacerdos, eorum mater, curru ad phanum vehenda esset, quod ab oppido abe-

rat

In Gorgia. * Optimum quidem est bene valere, secundo loco formosum esse, tertio habere diuitias sine dolo partas.

Si quis sanus bona auget, contentus his suis, iunxeritque famam bonâ, non deus fieri ille velit.

5. *De Repub.*

Gymnastica exercitatio.

Fortuna.

Lib. De fortuna Rom.

In Pseud.

Num qui fuerint ex sententia Academicorum & Peripateticorum.

erat ſtadia circiter quinque & quadraginta, cumque moram traherent vectores: hîc iuuenes hi currum ſubeuntes boum vice, plauſtrum protraxere. Ita mater ſacerdos aduecta à filiis ad delubrum Iunonis, precata eſt Deam, vt filiis ſuis id, quod præſtantiſſimum homini à Dea adferri poſſit, concederet. Poſtquam epulati ſe ſomno dedere, nunquam à ſomno reuixere, manè in delubro mortui reperti: quorum ſtatuas, vt virorum optimorum, apud Delphos collocârunt. Vnde commotior Crœſus, ô hoſpes Athenienſis, inquit, adeóne vobis contemnitur noſtra fœlicitas, vt ne priuatis quidem viris me committas? Tunc Solon, dici beatum ante obitum neminem, ſed ſuprema ſpectari funera debere, grauiter & copiosè diſſeruit: & aſſeruit hominem prorſus calamitoſum, cùm nullus humanæ vitæ dies, rem prorſus talem qualem alius afferat, & toto vitæ curriculo multa videri actolerari quæ nolis. Solonis ſententiam fuiſſe veriſſimam, Crœſi exitus comprobauit. Hic maximo Imperio ſpoliatus, & à Cyro captus, pedibúſque vinctus, ſuper ingentem pyram impoſitus fuit, quò viuus cremaretur. Cui, in tanta calamitate, illud Solonis in mentem venit, viuentium nullum beatum eſſe: ac ingemiſcens ter Solonem ſublata voce compellauit. Rei nouitate tactus Cyrus, iuſſit Interpretem percunctari, quiſnam Deorum aut hominum is Solon eſſet, quem in dubiis caſibus imploraret. At Crœſus, nil diſſimulans, cuncta quæ à Solone audierat expoſuit. Quæ vbi ad Cyrum delata eſſent, vtpote qui, Crœſo prudentior, Solonis oraculum ex præſenti euentu comprobatum conſpiceret, Crœſum apud ſe in ſummo honore viuere iuſſit. O admirandam ſolertiam Solonis, qui eadem oratione alterum ex Regibus ſeruauit, alterum cautiorem prudentioremque reddidit, qui iuſſit extremæ reſpicere ſpacium vltimum vitæ! Ariſtoteles tamen huic ſententiæ Solonis acriter reclamat, qui ait, Beatos dici viuentes, quibus fœlicitas operatio eſt. Cæterùm ſi, repudiata omni ambitione, verum fateri velimus, Nemo mortalium eſt fœlix. Eſto, ſuggerantur hæc cuncta bona, an non metus erit, ne culminans laceſſat fortuna? quo ſemel recepto, ſolidam illi conſocialem dabis fœlicitatem? abſit. Meritò Chryſippus illud laudare Euripideum ſolebat, Nemo mortalium eſt, quem non attingit dolor morbusque. Præclarè Plinius, multos accepta afflixere Imperia, multosque bona perdidere & vltimis miſcuere ſuppliciis. Ita alius de alio iudicat dies, & tandem ſupremus de omnibus: ideoque nulli credendum eſt, quòd incertum ac fragile ſit hoc munus fortunæ quicquid datur nobis. Nox & morti ſimilis ſomnus alteram vitæ noſtræ partem vendicant ſibi: adde infantiæ annos, qui ſenſu carent, adde tot pericula, tot morbos (quos præter nouos qui cottidie pullulant, Plinius enumerat trecentos) tot metus, curas, toties inuocatam mortem, vt nullum ſit votum frequentius. Hebeſcunt ſenio ſenſus, membra torquentur, præmoritur viſus, auditus, inceſſus, dentes etiam & inſtrumenta ciborum labaſcunt, & hæc tempora fœlicia vitæ. Sanè pro miraculo & id ſolitatium reperitur exemplum, Xenophilum muſicum centum & quinque annos vixiſſe ſine vllo corporis incommodo. Cùm itaque nullus mortalium fœlix ſit, id vnum optandum à ſummo naturæ rerumque Imperatore Ieſu Chriſto, vt ita nos foueat, ne infœlices dici meritò poſſimus. Quare, doctiſſime Foreſti, prudenter tu ſemper ludibria fortunæ vitaſti, qui te illi arti dederas quæ non efferre, ſed premere animos ſolebat; dum cottidianis exemplis monebaris, quàm molli labilique vaſe vitam circumferamus noſtram. Submiſſis tamen animis fortunas auxiſti tuas, quibus honeſtè vixiſti ac viuis. vnde? à debellatis morbis. His itaque trophæis fœlix in patriam tedis, & ad veram fœlicitatem te componis: & fateor id tecum lubenter, hîc litteratum philoſophicumque ocium fœlicem facere vitam. Ita Theophraſtus, Plato, & Xenocrates in hortis olim philoſophabantur: ita & iam fœliciter tu. Hortilitias curas iungis philoſophiæ? ſanè diuinè: ibi enim procul à negociis, vt priſci illi Philoſophi ac innocui viri, tuam ſenectutem pones. Si agricultura olim in tanto honore habita fuerit, ob iunctum philoſophiæ ſtudium, vt Imperatores ſe eò demiſerint; ſi oracula approbârint; quid res hortilitia, quæ ea meta initur, vt nobiſcum philoſophemur? Apollo interrogatus olim, quiſnam Græcorum eſſet fœliciſſimus? Aglaum Pſophidium dixit fœliciſſimum eſſe. Hic in angulo Arcadiæ paruum, ſed annuis victibus largè ſufficiens prædium colebat, nunquam ex eo egreſſus, ac ibi conſeneſcens. nam, vt ait ille,

Philoſophicum ocium fœlix.

Viuere naturâ ſi conuenienter oportet,
Vidiſtine locum potiorem rure beato?

Natura enim, ait Varro, dedit agros; ars humana ædificauit vrbes. Propterea Imperatores Romanos non puduit manibus triumphalibus agros colere, ſemina tractare, arbuſta diſponere. Diocletianus maior, Imperator ſponte imperiales faſces relinquens, apud Nicomediam in propriis agris conſeneſcebat, ac iis decem annis vacauit. Cúmque Herculius & Galerius, vt ſcribit Sextus Aurelius Victor, ſollicitè eum hortarentur ad recipiendum Imperium, quod ſponte demiſerat: Vtinam, inquit, poſſetis videre oliueta noſtris manibus Salonæ conſita, profectò iſtud tentandum nunquam iudicaretis, nec me ad oneroſum Imperij diadema repetendum tam anxiè ſolliciraretis. Hic Imperator dum ruri Salonæ agebat, teſtatus eſt Soles ibi lætiores fuiſſe. Ita magni illi viri antiqui, quoties animum laxare vellent, ad villam confugiebant, ad ſuas delicias. Ibi curas deponebant, vbi longè ab hominum diſcordiis, ciuium ſimultatibus, vicinorum inuidiis, curiæ ſtrepitu, tranquillè conquieſcebant animis. Lucullus poſt Imperatorias adminiſtrationes in villam ſe abdidit ad quietem. Tiberius princeps rebus quàm plurimis fœliciter geſtis, Romam reuerſus, ad villam commigrauit. Gordianus Imperator ſenior in ſyluis & villa ſuauiſſimè vixit. Scipio Linternum delegit, quò relictæ patriæ ingratæ dolorem leniret. Homerus, qui multis antè ſæculis fuit, Laërtem lenientem deſiderium, quod illi erat de filio, colentem agrum induxit. Cyrus Perſarum Rex in Lydia apud Sardos hortos ſua manu conſeuit: ad quem cùm Lyſander Lacedæmonius veniret, admiratus arborum elegantiam in quincuncem diſpoſitarum, magiſtrum vt indicaret, rogans: Ille ilicò reſpondit, ego non priùs prandere ſoleo, quàm agreſte opus aliquod abſoluero. Marcus etiam Curius cùm de Samnitibus, Sabinis, & Pyrrho triumphaſſet, extremum vitæ tempus in villa conſumpſit. Abdolonymus, ſcribit Q. Curtius, è ſtirpe regia Sidonis, cùm ei regiæ veſtis inſignia portarentur, inuentus eſt in horto, ſteriles ibi repurgans herbas. Cùm eum admitti Alexander iuberet, percunctatusque eſſet quo animo inopiam ferret? Reſpondit, vtinam eodem animo regnum pati poſſim. manus meæ meo deſiderio ſufficiunt, vt nihil habenti nil deſit. Nunciatum olim fuit L. Quinctio Cincinnato agrum aranti, eum Dictatorem eſſe pronunciatum: de quo ita Liuius, Operæprecium eſt audire, qui omnia præ diuitiis ſpernunt, neque honori magno locum neque virtuti putant eſſe, niſi vbi affluè affluunt opes; Spes vnica Populi Romani L. Quinctius Cincinnatus, trans Tiberim quatuor iugerum colebat agrum; ibi legati operi agreſti intentum Dictatorem eum gratulantes conſalutant.

Elbia.

Nemo fœlix.

Agricultura.

Decad. 1. lib. 3.

consalutant. Ita eo tempore Imperatorum manibus colebantur horti & agri: gaudente terra laureato vomere & triumphali manu. Quin Deus optimus maximus, an non primo homini hîc fœlicitatem allaturus, cum in hortum posuit, quo summa animi cum voluptate eum coleret? Non enim credibile est, vt ante peccatum cum ad laborem condemnârit. Quid enim iucundius, quid amœnius quàm positis in surculis, iactis seminibus, insitis malleolis vigentem vegetantemque videre Deum? liceat mihi ita iam vocare naturam Dei summi vim. Quæ maior voluptas, quæ potior amœnitas? Si ad arborum ramos oculos sustollis, patulis ac tremulis frondibus Solem non excludere, sed vel potiùs eludere videntur. hîc hedera serpens arbores amplexatur, & hilari cæsarie comat: illîc varia florum lasciuia gemmeis coloribus certat, dum smaragdi, hyacinthi amethystique vice terræ amictum interlinunt. Solum spectas? viriditas vbique amœna, quæ iucundo decore amicit terram: quin variæ herbæ odorum fragantiâ naribus blandiuntur: pratorum medio limpidæ aquæ internitent, quæ veluti limpidissimo in speculo pro hortis nemora fingunt. Hîc suaues repunt somni arborum vmbris; ibi iucundum fallere Sirium torrentem, & membra somno fessa resoluere; dum Zephyrus lasciuientibus susurrantibusque foliis recentem aspirat auram. Mox excitatus philomelarum argutis modulationibus, si ad fructus respexeris, alios videas matutescentes, alios decidentes, alios renascentes, ac ex flore in pomum se colligentes. Studio dicas ibi certari quò voluptate te afficere satagant. Ibi fructibus oneratos ramos conspicias, ac se quasi incuruantes, quò tibi, qui eos coluisti, infra decumbenti sese offerant. Ibi philomelam mille per discrimina vocum modulantem audias, quæ nunc ducit, nunc variat spiritum inflexo, nunc distinguit concisso, copulatur intorto, infuscatur ex inopinato, promittitur reuocato, nunc secum murmurat pleno, graui, acuto, crebro, extento, nunc summo, medio, imo.

Hîc secura quies, & nescia fallere vita:
Dines opum variarum.

abest insanum forum ac vulgi tabularia. Propterea Academiæ locus Athenis in suburbio erat, quam Cimon riguis & vmbrosis deambulacris exornauit, auctore Plutarcho. Lacydis Cyrenæi schola in hortis erat, quos Attalus rex ædificauit. Theophrastus hortum iuxta ædes collocauit, quem moriens Philosophantibus testamento reliquit. Scribit Eusebius, Philonem philosophum iuxta mare hortos habuisse, ibiq; philosophię se dedisse. Cicero nõ minùs philosophus quàm orator, Academiam suam habuit nemore celebrẽ in villa, ab lacu Lucrino Puteolos tendẽtẽ, addiditque Marianã quercum & Tusculanum secessum, loca disputationibus commoda, vbi diuinæ illæ Tusculanæ quæstiones enatæ fuere. Annon ergo philosophica amœnitas, hos maximos viros in hortos & agros extrusit? Cùm itaque nullus mortalium fœlix sit, à summo Deo ea ratio vitæ optanda, qua minimè fortunæ ludibriis exponi possimus: quam non alibi facilè inueniemus, quàm in vera Dei agnitione ac fiducia. Idque cùm in primis ex diuino eius verbo, tum quoque ex Dei posterioribus. Quæ profectò nihil aliud esse videntur, quàm pulcherrimum huius Mundi, hominisque Microcosmi theatrum. Quem hominem inter tot sensu motuque prædita animalia, cœlitùs cœlesti altiùs emicantem aurâ in mediam vniuersi sphæram ideò posuit summus Deus, vt ad cuncta mundi mœniis concluſa aciem oculorum voluens, variam illam œconomiam, quam quæque mundi partes exercent, diligenti indagine perscrutans, summi Dei benignitatem ac sapientiam certis æternisque argumentis agnosceret, suamque mentem his persuasam, in spem altiorem abduceret. Animaduertimus enim nos in omnibus naturæ rebus adumbratam quandam diuinitatem: quæ rotat atque agitat cuncta, cunctis præsens diuina vis, à nobis naturæ dicta nomine. Has fœlices opes philosophiæ studio & cultu Deus Opt. Max. emendas posuit. Suntque eæ veræ illæ opes, quibus ex omnibus fortunæ fluctibus quis enatet, Dei dico agnitio & fiducia, vitæque inde modus. Et si quis vel Ethnicorum more suauem illam fœlicitatem rerum philosophicarum metiri velit amœnitate, ac iucunditate æstimare fructum, numquam intermorituram fœlicitatem hîc nitescere videbit. Est enim, vt Poeticè hoc dicam, Iucunda naturæ fabula. Est etenim profectò hic omnis rerum mortalium status, Vulcanus quidam è cœlo deiectus, claudicans & imperfectus, infimus & minister Deorum. Is igne & calore naturæ multa & mirabilia opera fabricat, quibus risum quendam ἀσέστον, & voluptatem nimis affectam spectantibus excitat. Vtamur, mi Foresti, hoc fabro, qui nobis scalas & gradus ad superiora ex abysso & hoc infimo mundo, magis magisque in altum subuehentes fabricet. Nec semper in his gradibus consistamus, sed ad veram fœlicitatem pergamus, æternique Dei contemplatores euadamus, vt, diuino imbuti spiritu Dei, æterna beatitudine, quæ in Immortalitate consistit, à Domino nostro Iesu Christo perfruamur: Et cũ Regio vate accinamus illi lætaméte, *Psal. 4.*

Poscit opes modò degeneres pars maxima vulgi,
Hac animos vota vna fatigant:
At tu me placido tantùm bonus aspice vultu:
Aura tui diuina fauoris
Me super irradiet, sat amico te mihi fœlix.
Alter frugibus horrea stipet,
Impleat & multas generoso nectare cellas,
Et congesto gaudeat auro.
Ast ego curarum vacuus de nocte recumbam,
Et sine sollicitudine somnos
Accipiam, tu securam mihi robore mentem,
Tu certâ spe pectora firma.

Sed quia humana mens irretita corporeis his vinculis nescit se in altam illam diuinitatis lucem perpetuò intendere, quin nolens etiam hebescat ac ad inferna hæc nutet, quid tum illa homini sibi loquetur? Ostendet igniculos diuinitatis hîc lusitantes ac quasi nobiscum loquentes. Viden vt semen in surculos, folia & fructus, fructus iterum in semen fœcundum se colligat? Vnde hæc? à summo Deo, cuius potentia ac sapientia faciliùs adoratur, quàm sensu ac mente perueſtigatur. Deus Optime Maxime, qui pulchertimam hanc mundi fabricam per Iesvm Dominum nostrum condidisti, quam, trinus & vnus Deus perenni tuâ sapientiâ & immensâ potentiâ sine negocio ducis, in qua per cunctos agros ac campos iacentes vbique igniculi bonitatis tuæ ac gloriæ exsplendescunt, te supplices oramus, vt vera sapientia ac beatitudine nos ornare velis. Siue enim ad iucundum decus cunctarum rerum, siue ad stupendas leges herbarum cum terra oculos quis flexerit, fieri nequit, quin tam alto fulgore humanam mentem perstringas, vt cum stupore titubans abscedat homo. Quis enim hæc tua non potiùs admiretur, quàm rimetur? quis non stupeat in exiguis etiam rebus ebullientia rudimenta illa nouo è semine & antiqua matre plantarum? Inscrutabilis tua sapiẽtia Deus in minimis etiam, & in his quæ ante oculos, in quibus, quasi per vmbram, tuas vires inclusas sentimus. Tu itaque Maxime Deus, qui immensâ illâ pulchritudine, qua in rebus micas, oculos humanæ mentis perstringis, vim præbe, vt hanc tuam in robus sparsam diuinitatem videntes, te ex illis etiam colamus, qui te sine oppressione capere non possumus. Fœlicem itaque, mi Foresti, te iam puto, qui his fœlicibus exercitiis te cottidie ad summam beatitudinem, quæ nostra est Immortalitas, erigis. Vale hîc fœliciter.

Quæ vita optanda?

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 126 sur 513

liciter, & postea beatè. Habes, clarissime Foresti pro Epistola libellum, magis ieiunum quidem illum, quàm vel ipse fortè expectabas, vel materia quam tractauit exigebat. Sed cùm non lateat te, me, propter assiduum docendi in hac Academia laborem, minimè abundare ocio, tuæ erit æquitatis, non tam quid assecutus sim, quàm quid assequi voluerim, æstimare. Hoc vnum quidem certè, vt tibi morem gererem sedulò sum conatus. Vale. Ex Leyda: postridie quàm Collegæ nostri Viri clarissimi D. D. Gerardi Bontii filium ad decus doctoratus Medicinæ publicè promouissem.

DE MORBIS NOVIS ET MIRANDIS EPISTOLA.

I. Heurnius D. D. Henrico à Bra S. D.

CLARISSIME ac ornatissime D. Doctor, pergratæ mihi fuere tuæ litteræ, & ob argumentum, & ob amorem in me tuum. Hic facit vt tibi, quantum in me est, benè velim: illud, vt te maximi faciam, qui tam accuratè perpenderis atrocissimum quod apud vos grassatur symptoma. Vtinam cuncti πάνδημοι ἰατροὶ hoc agerent, vt singuli, qui singulis populis Endemij ac inquilini sunt morbi, ita examinarent, ac patria vsuque deprehensa remedia proderent ad illa mala. Quod de Dracunculis quæris, idem mihi morbi genus olim valdè monstrosum legenti visum fuit, dum viderem Galenum id genus morbi nunquam vidisse, nec eius causam intellexisse, sed in quodam Arabiæ loco vagari asserere. Scribit etiam Iulius Pollux in Æthiopia (& maximè vt scribunt alij, in regione ad mare rubrum) Dracunculum extitisse, qui crura hominum & femora edebat: Æthiopes solos ferè, inquit, exercens, rarò aliis molestus. Adest his vlcus, cui eminet quid neruosum putridum. Et dubitantem notabam Æginetam quarti libri capite vltimo, num sint animalia, vel eorum solùm ideam præ se ferentia. Nam Auicenna titubat valdè de horum specie. Iurarem ferè Aëtium animal id fuisse existimasse: idem de Raze dixerim. Sed Soranus Ephesius medicus sectæ methodicæ, qui Galeni temporibus vixit, cuiusque scripta Cælius Aurelianus Latina fecit, negauit Dracunculum animal esse, sed tenuis cuiusdam nerui, qui medicis & ægris motu quodam ciere videtur, sub cute condensationem. Manardus hoc nasci ait ex vredine succi crassi. Gorræus negat nos de his iudicium posse ferre, quòd nunquam occurrat. Author Definitionum medicarum, & Guido, ad varices referunt. Quid tandem dicas? rem incertam. Quicquid sit, tumor est tibias occupans, colore ac crassitudine lumbricis similis: hoc est, teres & longus. nonnumquam puto protendi illum tumorem in obliquum & in anfractus trahi, vt dracunculorum imaginem præ se ferat. Sed partius ille tuus *Varen* locum mutat, quo refedit maculas adfert. Causam quam tu scribis eandem & ego puto esse, orgasmum succi venenosi, tenuisque ac aduste pepasmique expertis bilis flatulentæ. Vltraiectini tale quid patiuntur etiam: vocant *de springhende ziekt*: quasi articularem dicas insilientem dolorem. Ita cuique ferè regioni sua sunt & mala & bona. Illi qui Americanum attigere nuper littus, ibi familiare obseruarunt malum Ton dictum, quod digitos pedum, pediculi animalculi idea exedit, sub vnguibus se insinuans, ac in gangrænam conuertit, oleo rubro ex fructu curoque succurrunt. Sic referunt Aretæus & Lucretius elephantiasin morbum Ægypto vernaculum extitisse: Podagras Athenis, in Achaia opthalmias. Erat etiam huiusmodi morbi genus Leucophlegmatia, quam narrat Æschines, in Epistolis Græcis, Philocrati, se vidisse cunctis qui in Delo insula habitabant, qui vultus & capillos albescentes habebant, collo & pectore intumescebant, sine febre, sine dolore vllo, nec inferiores partes quicquam immutatæ fuerant. Atque hæc Apollinis irâ sibi euenisse putabant. Nos fugâ captâ nocte aufugimus, nosipsos inter abeundum percunctantes, an quisquam colorem & pilos, quos domo gestauerat, haberet. Refert etiam Cælius Aurelianus, huiusmodi etiam morbum Romæ interdum extitisse. Veteres hos morbos Inquilinos vocabant. Quin mala quædam morbifica se toto orbe spargunt; inuenusta illa Venus ex nouo orbe profecta argumento est, & maximè fuit. Quin peculiaria quædam ac inuisa mala hominem interdum occupant: adeò vt rectè scripserit Celsus, Monstra in medicina euenire. Audi quæso, Doctissime D. Bra, Crateri summi medici meminit Cicero in Epistola quadam ad Atticum, de Attica tunc ægrota loquens: Commouet me Attica, etsi assentior Craterо: & Horatius in Satyra tertia, secundi libri, *Non est cardiacus, Craterum dixisse putato, Hic ager.* Et Persius, *Sed quid opus Cratero magnos promittere montes?* Huius Crateri seruus in nouum inauditumque morbum incidit: idemque admirabili quadam curatione sanatus est, vt memoriæ prodidit Porphyrius Tyrius in primo libro περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Cùm huius caro discessisset ossibus, nec medicamentis quicquam profici potuisset, viperâ, piscis in morem conformatâ, deuoraraque ab eo, liberatum eum ipso morbo narrat. Ita namque carnem ossibus hærere cœpisse, ac conglutinatam esse. Scribit Iosephus decimisexti Antiquitatum octauo, Herodem Magnum Antipatri filium interno æstu flagrasse quem tamen foris positæ partes non sentiebant: fames illum in perpetuos cibos cogebat, pudendorum fœtor aderat cum satyriasi vermiculosa. Balnea naturalia, & illa ex oleo, hunc non iuuerunt. Tanto tædio affectus, vt tandem cultello sibi manus intulisset, nisi ab astante cognato ictus exceptus fuisset. Mirum etiam quod refert Plutarchus libro De Claris Mulieribus, capite vndecimo, vbi de morbo qui inuaserat virgines Milesias, cuius nullum remedium, inquit, poterat inueniri. Fanaticam quandam contagionem ab aëre infusam putabant, quæ eas in insaniam abigeret, adeò vt mortis cupidine tactæ, seipsas strangularent. Tanta, inquit, mali erat calami-

tas;

©BIUM

tas, vt neque parentum lachrymæ, neque amicorum monitus, aliquid remedij attulerint huic malo: tantaque erat furoris immanitas, vt omnem custodientium diligentiam superaret. Nullum mali huius remedium inuentum antè, quàm decerneretur, vt virginum quæ sibi mortem conscissent, per medium forum nuda cadauera efferrentur. Ea res virginum furorem non solùm compressit, verùm etiam sedauit & extinxit. Tantum ignominiæ metus valuit, vt quas, humanorum malorum grauissima mors non auerterat ab instituto, turpitudinis species commouerit. Mirum si ab aëre hoc illis euenit solis. scimus ab aëre miasmatibus fœdato, & ab eo qui propriæ substantiæ corruptione in vitio est, monstrifica non rarò vitia pullulare. Scribit Ammianus Marcellinus libro vicesimotertio historiæ suæ, monstrosam rem: Post hanc, inquit, Seleucia, ambitiosum opus Nicanoris Seleuci, quæ per duces Veri Cæsaris expulsa, auulsum sedibus simulachrum Comæi Apollinis, perlatumque Romam in æde Apollinis Palatini deorum antistites collocârunt. Fertur autem quòd post direptum hoc idem figmentum incensâ ciuitate, milites fanum scrutantes, inuenere foramen angustum, quo reserato vt preciosum aliquid inuenirent, ex adyto quodam concluso à Chaldæorum arcanis labes primordialis exiluit, quæ insanabilium vi concepta morborum, eiusdem Seueri Marci Antonini temporibus ab ipsis Persarum finibus ad vsque Rhenum, per Gallias, cuncta contagiis polluebat & mortibus. Hæc ille re & verbis monstrosa. Ita quædam mala se spargunt toto mundi theatro: quædam rursus angulo aliquo mundi habitant, raroque in alias regiones migrant. Hoc de dracontiis præfiscinè scribit Pollux, vbi ait, σπανίως μὲν τοῖς ἄλλοις ἐπιγιγνόμενον, Αἰθίοψι δὲ ἐνοχλοῦν. Frustrà ergo ad aliena conamur sæpe reuocare mala nostra. Sunt certa vitia, certæ terrarum parti, membrisque hominum certis, authore Plinio: vel ætatibus, & etiam fortunis, tanquam malo eligente, hæc proceres, illa pauperes sentire. Hodie in Stiria & Carintia, ob aquas metallis tinctas, homines strumà ac bronchocele voce ferè priuantur. Ante Pompeij tempora, Elephantiasin non nouit Italia. Carbunculus Narbonensi prouinciæ familiaris; & primùm in Italiam venit L. Paulo, & Q. Martio censoribus. Mentagram ante Tiberij principis tempora Italia non vidit. Gemursa morbus olim grassabatur, iam esse desiit. Ita noua interdum exsplendescunt in nobis, alia in nobis desinunt. Ita *Varen* Transisulanis peculiarem dicemus? Sed ne ἀφάρμακος sit Epistola hæc, te scire velim, primum quoddam remedium ac εὐπόριστον nuper ad me venisse. Accipimus radicum ellebori albi crassiusculè contusarum semunciam; fiolæ indimus, ac affundimus vini Hispanici, quod Petrus Semenus vocatur, libram. Solibus æstiuis exponimus. Damus cochlearium vini, validè vomitum mouet, nec affligit admodum. Interdum semicochlearium miscemus cum aliis laxantibus; præclarè abducit aluum, sine vomitu. Quin linctibus, in empyemate guttulas aliquot miscemus, ac copiosissime expectoratum moueri hinc videmus. Sed quid tu interim? quin pergis in lucem, qua methodo solebas, simplicia morbis peculiariter dicata proferre? Ego totus in Hippocrate vertendo & breuibus commentariis illustrando sum: sed vereor ne, ante quàm amphora exierint, vita mea, vt in Alexidis versu est, ἑσπέραν ἤγη. Quod summo Deo Iesu placuerit fiat; facilis iactura scripti nostri. Interim, subcisiuis horis, particulares exercitationes scribo. Quas de capite nuper dedi, ac Nobilissimis Ordinibus Hollandiæ & VVestphrisiæ dicaui. Vale, ac me ama. Svvollensem medicum si nosti, admoneas quæso vt interdum ad me aliquid litterarum mittat; ac dicas, si aliqua re illi opus sit, quæ apud nos mea in manu, graue mihi fore, si non confecero. is enim propè sanguine iungitur vxori meæ, auus maternus erat Gerardus Lystrius, Magni Erasmi in studiis socius, illique amicissimus. Anno cIↃ. IↃ. XCIV. Die v. Maij.

DE

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 128 sur 513

DE MORBIS VENTRICVLI LIBER.

Nobiliſsimis, Ampliſsimiſq; viris,

ADRIANO A MATHENES,

DOMINO IN MATHENES, RIVIRE, OPMEER, & Conſilij Status Confœderatarum Belgij Prouinciarum Conſiliario:

CORNELIO VANDER MYLE,

Illuſtriſſimo Principi MAVRITIO, Principi Orangiæ, Comiti Naſſouiæ, Prouinciarum Confœderatarum Belgij Gubernatori, &c. à conſiliis:

Magnificis Curatoribus Academiæ Leydenſis:

Ampliſſimis Prudentiſſimiſque

D. D. CONSVLIBVS

Vrbis LEIDENSIS:

Ampliſsimo Clariſſimóque viro

D. D. NICOLAO SEISTIO,

Reipublicæ Leidenſis Syndico digniſſimo, Magnificis D. D. Curatoribus à Secretis,

Dedicat conſecrátque

OTTHO HEVRNIVS IOANNIS filius.

VIRI *Nobiles, Viri Prudentes, Quæ* DE MORBIS VENTRICVLI, AQVÆ IN SAGARVM DIGNOTIONE INDICIO, & MEDICINÆ ORIGINE, *Parens noſter* IOANNES HEVRNIVS *ſcripſit, vobis offero, tum vt veſtra auctoritate contra maligni liuoris dentem ſint vallata, omnibúſque magis accepta, tum vt grati animi ſint indicium. Vos enim illi eſtis,* MAGNIFICI DOMINI, *qui illuſtri auctoritatis veſtræ ſplendore & famam & tutelam huic operi addere poteſtis: nam in vobis ornandis fortuna cum natura certauit, inſupérque eruditionis cultura acceſſit, qua velut bractea gemmæ ſuppoſita prætio ſplendorem adiicit. Ingens eſt, fateor, veſtrorum erga me meritorum magnitudo: ſed & magna animi mei erga vos gratitudo: quam tum pro veſtra beneficentia exprimere nequeam, pro mea tamen tenuitate adnitor. Nam vt nulli fuit vitio Deos colere pro ſua fortuna, aut lacte, aut vino, ita ſpero nec vobis ingratum erit, ſi pro viribus donaria offeramus. Nec tamen quod offerimus vobis indignum munus, vtpote quod & Artis medicæ primordia lueulenter enarrat, & ſtudet ſanitati partis corporis noſtri curationis medicæ egentiſſimæ, Ventriculi: cuius ad valetudinem totius corporis adeò efficax integritas, vt rariſſimè à morbo ſuperentur, ſed ſalubri corpore plerumque ſenectute diſſoluantur, qui eum ſanum habent. Nam is alimenti ſubſidio inſtaurat perennem conſumptionem corporis noſtri, quod fluminum more rapitur, adeò vt nunquam iidem ſimus manè qui fuimus pridiè. Hæc illa eſt pars quæ ſi diutulè afficiatur, tenaces morbos accipit, & poſtea, vt nigra lanarum, nullum colorem agnoſcit: ita vt tunc tenuiſſimam totius corporis valetudinem efficiat, reliquiſque viſceribus morbos inſeminet. Inde tunc alij vulnerati damna pulmonis egerunt, alij aqua natantes cadaueri ſuo ſupereſſe videntur. Cùm igitur huius partis noxa toti corpori officiat, optimúſque etiam cibus ſine eius integritate corpori prodeſſe nequeat, non mediocrem operam illum Rei-*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 129 sur 513

©BIUM

publicæ præstare existimandum, qui paucis etiam paginis totius hoc corporis pernarium instaurare, & nascenti ævo mala extinguere docet, priusquam in nobilium partium damna propagentur. Hoc igitur vobis dignum opus, MAGNIFICI CVRATORES, *accipite, vobis quod debetur, benignè excipite* AMPLISSIMI CONSVLES & SYNDICI: *nam quibus nisi vobis illum Librum offeram, qui illud continet De Sagis Responsum, quod Illustrissimo vestro civi, Socero tuo, Prudentissime* SYNDICE *D. D.* NICOLÆ SEISTI, *datum, raro dico ingenij miraculo, verendóque Iustitiæ sacrario,* IOANNI BANCHEMIO, *Supremæ Curiæ Hollandiæ, Zelandiæ, & VVestfrisiæ Amplissimo* PRÆSIDI, *Academiæque Leidensis Magnifico* CVRATORI, *cuius viri prudentiæ celebritas eodem quo Orbis terrarum termino clauditur? Accipite igitur, Viri Nobiles, Viri Prudentes, hoc munus, ex vestra quidem dignitate si spectetur, perexiguum; sin ex animo meo, magnum. Nam maior est fateor, vestra dignitas & erga nos beneficentia, quàm cui vel minima ex parte huius munusculi literarij tenuitas respondere possit: sed maius est etiam vestrum erga literas & literatos studium, quàm vt hoc vobis ingratum esse possit, quod Reipublicæ literariæ, cui præsidetis, consecratur. Valete* MAGNIFICI DOMINI, *& ad sanitatem vobis ac oblectamentum hoc scriptum inseruiat. Ex Academia vestra, Anno* CIↃ. IↃ. C. VII.

PRÆLOQVIVM.

SVMMVS Deus ita nostrum corpus fecit, vt id hîc mortale foret. Necessitas nobis hæc indita, quòd contrariis multisque à rebus id corpus consociatum coaluit. Propterea perenni affectione cùm tentetur, indéque plurima quæ corpori insunt, dissoluantur tenuesque euanescant in auras, periculum fuisset, ni resarciatur, breui id exhaustum iri ac contabescere. Cùm verò cuncta seruentur à suis similibus, homoque constet ex sanguine materno ac parentum semine, sanguine illi opus fuit, quo nutricatu vitam perennet. Summus Deus propterea hepate hominem donauit: quod nihil aliud præ se ferre videtur, quàm sanguinis quandam conglobationem venulis intextam. Huic data vis sanguifica: sed ingestum rudiorem cibum, sine mitigatione præsia, ilico in sanguinem vertere non potuit: hinc est quòd præparatoria instrumenta in prima corporis regione posuerit S. Deus: inter quæ non vltimo loco sese primùm offert ventriculus, qui si non rectè officium suum fecerit, hanc sanè iniuriam sentiet hepar totumque corpus: nam in eo cùm fiat prima ciborum coctio, eius vitium non eluetur à secunda coctione quæ fit in hepate: nec etiam vitium secundæ coctionis castigabit tertia concoctio, quæ ascribitur toti corpori. Adeoque fracta prima coctio, quæ peragitur in ventriculo, causa erit, cur totum corpus suo fraudetur genio, ac Ilias malorum id facilè incurrat. Quare nostro more iam De Ventriculi morbis agamus accuratè ac breuiter. nam scribit Rases, In ventriculi & iecinoris affectibus profligandis, medico erudito & naturâ sagaci opus esse.

CAPVT I.

De difficili ciborum deglutitione.

causa & signa. SI hoc euenit à valida intemperie œsophagi, ægrè deglutiet quidem, sed sine vllo obstaculo: roganum sitiat, caleat, vel frigeat, humescat: inde elucet intemperiei idea. maximè frigidus & humidus catarrhus solebat fibras œsophagi laxare, ac tractionem soluere. Si cum obstaculo quodam, tumor in vitio erit. Si, dum deglutit dolor adsit, suspicio vlceris vel excoriationis suscipietur. Interdum resoluuntur musculi hyoidei, tunc, larynx quia sursum duci nequit, anxiè deglutiunt. His verò musculis conuulsis, sursum erigitur larynx, tunc regurgitat in os cibus liquidus, at solidus suo pondere delabitur tremulo anxioque quodam motu. Nuper *Historia.* in nobili matrona hoc vidi, quæ vix liquida deglutiebat, sæpeque per nares reddebat: solida verò cùm deglutiret, conuulsiuo quodam modo id agebat: manus, brachia, pedes ab astantibus tenebantur directa. Notandum est, ex lege naturæ quæ fit deglutitio, bifariam agi, habet namque principium suum actionis, & finem. Principium ruit ope attractricis facultatis œsophagi, qui in interna tunica fortitus est fibras rectas, & in externa fibras obliquas, ac vi musculorum illi vicinorum finem habet ab expultrice œsophagi ac à stomachi prolectandi facultate. Si suspicio sit paralysis musculorum hyoïdeorum, illinatur mentum ea parte quam antereona vocamus hoc linimento, Accipe olei macis drachmas duas; olei caryophyllorum semiscriptulum: olei hyperici drachmas tres: adipis hircini semunciam: ac primùm fiat fotus ex decoctis cephalicarum herbarum calidarum. Si à conuulsione quæ à pituita, eodem ferè modo curatur. Si sit intemperies frigida & humida concepta in œsophago; accipe mellis rosati, sirupi de mentha, cuiusque semunciam: myrrhæ, masticis, cuiusque semidrachmam: croci semiscriptulum: olei fœniculi gtana octo: conseruæ rosarum semunciam. addi potest bolus. Si calor adsit, da quassatum oui album, cum conserua rosarum, & iunge species diatragacanthi frigidi, & spina dorsi vngatur vnguento rosato loto in aceto. Si caruncula adsit in gula conspicua, quæ interdum subnascitur ab vlcere, accipies æquas partes vnguenti Ægyptiaci & mellis rosati: & (si sit à lue Venerea) iunge parum præcipitati, & cum cerea hoc illitâ tange caruncula, & expuat ægerita facilè consumitur hæc caruncula, plurimos reuocauit deploratos hoc remedium S. Deo auxiliante. Sin tumor ille fuerit ab angina, qui cùm iam suppurauit ad expuratum venire nequit, & si inde homo periclitetur, accipies Ægyptiacum vnguentum cum melle rosato, quæ infundes decocto emollienti, vt ex foliis malvæ, althææ, violariæ, liquiritiæ, ficuum, scabiosæ, morsus diaboli: anagallidis: vt fiat gargarismus. Si quid à cibo gulæ inhæret, lingat oleum commune, vel oxymel, vel cassiam: glans irritet aluum, & molle cataplasma asperæ arteriæ & collo imponatur. serum lactis bibat, si potest. Si ita quid œsophago inhæret, vt abscessum faciat, Accipiat ore decoctum ficuum & radicum althææ, cum glycyrrhiza. Clystere nutriatur ex decocto pulli, vino & vitellis ouorum.

Obseruabile.

Remedia.

Obseruabile remediorum.

CAPVT

CAPVT II.

De ardore Stomachi.

FIT ea passio à bile ventriculo concepta. Ructus nidorulenti fatigant, vt cùm quis frixa oua comedit, morsumque sentit, aromatum ab vsu læditur, & rerum pinguium, lardi, & butyri rancidi esu in fine mensæ, rerum in sartagine frixarum etiã ab vsu. Excludatur noxius humor: Accipe Cassiæ recenter extractæ vnciam: specierum hieræ pictæ semidrachmam; fiat bolus. Edat res humidas ac moderatè frigidas, & in fine pastus sumat carnem cydoniorum cum semine coriandri, ligno aloës, & pauca creta, vel panem aceto tinctum. Accipe conseruæ rosarum antiquæ vnciam: oculorum cancrorum in puluerem redactorum semunciam: terræ lemniæ drachmam: cum sirupo cydoniorum fiat electarium. vel sumat cretam cum sirupo conseruationis nucum myristicarum. Bibat aquam calidam, vel lac.

Remedia.

CAPVT III.

De oris ventriculi inflammatione.

SI eius exoriatio adsit, vtatur ptisana. Lingat muccaginẽ seminis psyllij ex aqua maluæ, vel ex decocto rosarum maluæ arborescentis: ita etiam ex seminibus cydoniorum malorũ emulgetur muccago, & ex semine papaueris tantò parum sirupi violati & aquæ rosarũ, vel concute crudum oui album cum saccharo: id lingat. Detergeatur diacodio Aëtij. Rarò hæc pars inflammatur. eius tamen dolor vehemens in sympathiam trahit cerebrum & cor, vnde delitia, conuulsiones. & validæ febres: ardor adest ingens, ac cupiditas potus insatiabilis. Soluta ab aluo, secetur vena cubiti, &, ob vires titubantes, non ingens copia sanguinis educatur. Et incunte morbo lingat sirupum de ribes, cydoniorum, portulacæ, nymphææ: adiectâ paucâ aquâ rosatâ. Et iube apponi regioni ensiformis cartilaginis & dorso tale cataplasma: Accipe farinæ hordei semilibram: rosarum rubratum manipulum: santalorum rubrorum drachmas duas, cum hydrelæo facto ex oleo rosato & chamæmelino fiat cataplasma: quod linteis duobus implicitum admoueatur. Tandem purgatiuncula detur ex electario lenitiuo cum manna vel sirupo rosato laxatino ex diluto rhabarbari. Interim vtatur tali condito: Accipe conseruæ violarum semunciam: sacchari perlati semunciam: remisce cum sirupo violato. Pro siti vtatur miua de ribes, & lactuca condita.

Excoriatio.

Inflammatio.

CAPVT IV.

De imbecillitate ventriculi, vnde coctio labefactatur, sitque cruditas.

VENTRICVLVS imbecillus redditur sæpe ab intẽperie calida, frigida, humida, vel ficca: dum enim extra suæ temperiei lineam ab his trahitur, fatiscit mitigandi cibos in eo facultas: quæ rectè suum officiũ facit, dum cibum imbuit ventriculi propria qualitate. cùm hoc non facit, nascitur cruditas, vel tarda coctio, vel alienatio à corrupto alimento, quæ nomine proprio caret. Verùm rarò solitaria eius intemperies diu consistit. Dum enim calida flagrat intemperies, ilicò in squalorem obsessa ab ea corpora trahuntur: dumque frigus vreet, nihil madoris exhauritur, vnde ille tunc lasciuire solebat: siccitas verò si ceperit florentem ætatem, calorem; sin senescentem, squalorem imprimere solet; non sine excrementorum circumflua vi. Cùm autem de his qualitatibus loquimur, rectè accipiendæ illæ sunt; nam loquimur de iis quæ actiua vi præditæ sunt, ac corpori illatæ à rebus agendis, admouendis vel assumendis. Nã & qualitates hæ priuatiuæ dictæ affligere possunt: vt si fatiscat calor natiuus, aut humidum primigenium ventriculi. Vis coquendi læditur in ventriculo, vel cùm is laborat in propria facultatis essentia, vel cùm impeditur ab externo errore. Propria eius essentia laborat, cùm intemperie eius corpus fatigatur, vel cùm tumore, vlcere aut alio instrumentatio morbo impeditur. Ab externo verò errore, vt cùm excrementa plurima colligit ventriculus, vel cibos ingessit copiâ aut durâ qualitate noxios, vel tempore & vrendi modo qui in vitio sunt: vel quia somnus accisus fuit, vel intempestiuè initus. Quamuis quæuis ventriculi intemperies coctionem eius violet, plerumque tamen frigus & humor eum fatigare solent: nam & substantia ventriculi est membranosa, frigida, & pituita in eo procreari solet. quare de hac potissimùm agam. Causæ sunt res frigidæ quæ assumuntur, vt si quis liberali manu frigidam bibit dum æstu incanduit eius corpus: ita qui per febres ardentes eam infundunt immoderatiùs, hydropici euadunt, refrigerato à ventriculo & hepate. id etiam facit liberalior inuitatio à fructibus horæis, acetariis: & à remediorum vsu. Admouenda etiam id agunt, vt si quis hyberno tempore corpus non tegat satis à frigore. Agenda etiam, vt si quis in otio & vmbrator pescat. Quin refusus frigidus succus ad ventriculum, eum tradit in algorem: & cibi pituitescentes facilè, vt lactuca, portulaca, piscium viscidorum vsus, extremitates animalium, fæcunda hæc sunt in pituitæ prouentum. & hæc dum intemperiem inferunt ventriculo, tunc ægrotat. vel ita natus est ventriculus vt in frigus nutet, & ita gignit pituitam, maximè si vicinæ partes, vt mesenterium, omentum, hepar frigiditate occupentur. quin calidius hepar absorbet humidum primigenium ventriculi ac omenti, vnde illa gracilescunt. Corpus etiam exhaustum euacuatione ventriculum frigidum habet. Si in madorem hæc vna conspirauerint, fiet ventriculus præter naturam frigidus & humidus. Ex eisdẽ his causis flatus surgunt, qui internecina calamitate ac dolore immenso affligunt. vidi enecatos vi flatuum. Obseruabile tamen nonnunquam flatus surgere à vi caloris, cùm feruidæ res pituitosam materiam agitant: sic alcyonia sunt in magno Brumæ frigore; at Sole emicante, venti nascuntur. dum etiam in picrocholis τὰ ἄνω bilis per pylorum in ventriculum repit, imóque eius fundo illinitur, flatus eructat. Signis se prodit hæc intemperies, nam vrinam pallidam aquosamque fundunt, &, quod vsu obseruaui, conqueruntur se valdè à pastu grauari: ructus acidos interdum ædunt cùm frigidis vel temperatis cibis vtuntur: nam cùm aromatibus vel calidis indulgent, flatibus distenduntur: at flatibus discussis iuuantur à calidis. Pituitosis excrementis circumfluunt: quæ si crassa viscidáque fuerint, pondus quoddam ibi percipiet: aderit cibi fastidium, ac virium iactura. Ab humiditate autem fit vt non sentiant sitim, sed tonus ventriculi quasi soluitur, os madore rigatur fatuo. Euenit vt sicca ventriculi intemperies maximam proferat madoris copiam: dum poculis hi liberaliùs indulgent: nam naturâ ficcior ventriculus facilè insitim abripitur, at pauco potu ea placatur; à copiosiore grauantur, & fluctuat, sed morbosa siccitas rarò euenit, nisi genuina humiditas absumatur. hic à siccantiũ vsu abstine: nam ventriculi gracilitas & inopia humidi primigenij, illa non ferent. Præterea illud obseruabile,

Gal. 6. de Symptom. Causis 2.

Frigus & humiditas ventriculi.

Causæ frigiditatis ventriculi.

Flatus.

Signa.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 131 sur 513

©BIUM

obſeruabile, ſæpe ex capite in ventriculum influere pituitam: interdum etiam bilem per folliculum fellis. Bilis illa ſi fundum occupat ventriculi, coctionem lædit, ructus præbet nidorulentos, quaſi quis frixa oua comediſſet: ſin ſupernam ventriculi partē occupauit, cardiogmum, iactationē, lipothymiam, & conuulſionem inferre poteſt. Excernitur vomitu amato, vel ſeceſſu; habitus corporis gracilis ac ardens, iecur feruens. Interdū os ventriculi calida à materia fatigatur, cùm fundus ex pituita laboret. Ab omni intēperie malè coquit vēticulus. Inſpice temperiem totius corporis, & præcedentem vitæ rationem, & iuuantia & lædentia. Flatuū copia ſeipſam prodit: nam oberrant, tendunt, & inflatio ſidit his erumpentibus: ſi qui elidi ſolebant ructu aut à ſede intercepti fuerint, ſi crudis fructibus indulſit nimium. Si praui ſucci ventriculum occupārunt, alienis defideriis tenentur. vnde Martialis;

Abile.

Flatuum ſignā.

Neſcio quod ſtomachi vitium ſecretius eſſe
Suſpicor: vt quid enim Batice cœnęque iuuēnes?

In frigida ventriculi intemperie coctio non reſpondet appetitui; nam, dicit Raſes, adeſt in vēticulo cibi mora: etenim vel diminuitur coctio, aufertur, vel corrūpitur: nā hæc ſymptomata ex lege frigoris vel altiùs ſurgunt, vel ſe dimittunt. Si enim tenuis vis fuerit frigidioris intemperiei, aderunt ructus fatui nulliusque ſaporis, aut ſaporem ciborum ſpirantes. Si humida iungit ſe intemperies, copioſo madore rigabitur os. Sed dices, Tamen aſſerit Galenus nihil è ventriculo egredi citra nauſeam, vt ex pulmonibus nihil citra tuſſim. Reſpondemus, id intelligendum eſſe, dum confertim effunditur materia, non autem dum ſenſim quid emanat. Sin adſit calida & ſicca intemperies, macies, inquit Raſes, & inflammatio corporis aderit, deprauatur coctio, ſitis premit, fœtidi ac nidorulenti æduntur ructus. Quilibet cibus ſpirat peculiarem ideam cùm corrumpitur, vt quidam cœni virulentiam, vel piſcium crudorū. Nullus enim cibus ſi immodicè fuerit calefactus, ſine putredine permanere poteſt. Ægri ſentiunt æſtuantem in ventriculo flammam, ita vt interdum admota manu percipiatur æſtus, febricula aliquando tenuis his adeſt, ac hectica, inquit Galenus. Si fundus ventriculi maximè laborauerit, coctio grauiùs affligetur quàm appetitus. Cùm tunicis ventriculi concepta eſt materia, aderit nauſea citra vomitum. Vitia peculiarium partium & cacochymia, indicant num à toto corpore, vel à qua parte immiſſa ſit materia in ventriculum, cùm non ſynatriſmo coacernata fuit: nam ſigna primarij affectus ſunt, ſi nullæ querelæ adſint aliarum partium. Sicca vel humida intemperies ventriculi actionem abolere non poteſt niſi multo tempore: nā oportet vt hydrops illam humiditatē præcedat, vel vt marāſmus anteuertat illā ſiccitatem. Perſpecta natura iam huius mali, videamus quid indicet agendum eſſe. Peculiaribus remediis ſibi dicatis quælibet intemperies caſtigetur: vt ſi frigida, calefiat. Euacuanda verò materia eâ ideâ ſe offert quâ eſt genita, vel quâ gigni poteſt. Si enim iam genita fuerit totoque corpore ſparſa, vel ſi capite confederit, ea primùm reuellenda & euacuanda, mox ea quæ ventriculo concepta, dein intemperies corrigenda; ac ſtudendum ne noua ſuccreſcat. Et quia vēticulus pars eſt cuius officio vita carere nequit, eius tonum ac robur ſemper tueri debemus, aromatica ſtiptica que vi. Prædictio vt rectè inſtituatur noſcere debemus vnde hæc cruditas profecta, ægriùs enim curatur quæ à vēticuli fracta vi nata fuit, quàm ea quæ à cibis peccantibus in qualitate, copia, vtēdi tempore & modo oborta fuit. Humida intemperies faciliùs aboletur quàm ſicca: & frigida ſecuriùs caſtigatur quàm calida, ob aliarum partium vicinitatem, de quibus metus eſt ne iniuriam earum calidum natiuum ſentiat. Si fouetur ventriculi intemperies à vicinis partibus, ægriùs poterit redintegrari, vt à liene, qui ſemper incumbit ventriculo humano, vel à iecore, omento, pancreate. Si adſit materia, difficiliùs expugnari intemperies poterit: maximè ſi non conueniat illa materia cum intemperie, vt ſi in flagrante ab æſtu ventriculo immiſſa fuerit materia pituitoſa craſſa, viſcida, & lentamam hanc eximere non potes ſine vſu remediorum calidorum, quæ intemperiem calidam ventriculo conceptam exaſperabunt. quare ægrè tales curantur, maximè ſi fomitem huic materiæ ſuggerat caput, vel alia aliqua pars. & ſi reſtagnat aluus in his naturâ, nec vomat ex facili: nam cunctando putreſcent tunc hi ſucci, vnde roſio. Si in ventriculum frigidum frigida pituita labatur è capite facilè id caſtigatur, ſi manè quid acori conditi cum aqua vitæ ſumpſerit. Iam ad curationem venio. Si corpus circumfluit ſanguine, is venâ fectâ emittatur, ne, ſi calida vrget intemperies, inflammationem adferat & febrem: nā inſignis calor ventriculi, & quaſi quædam febris hîc adeſt. vel ſi frigus tenet ventriculum, eadē à circumfluo ſanguine ne eueniant, dum calidis remediis id oppugnamus. Et quia ventriculus pars eſt cuius officio vita carere nequit, non confertim ſanguinem extrahemus, ſed potiùs intercalaribus vicibus. In frigida intēperie cauteria cruribus & humeris illata proſunt, ne aſſiduè cùm gignatur materia, in ventriculum repat. Pharmaca non ſint vectoria, ne vires fractæ ventriculi magis labefactentur: addē quòd materia morbifica in propinquo eſt. In primis notandum qualis materia illa ſit quæ ventriculum vexat, num ſit pituita vel bilis: & num ſit craſſa vel tenuis, an lenta aut viſcida: & quo loco concepta, num in cauitate obambulet, vel num lateribus ventriculi adhæreſcat, vel potiùs tunicas peruaſerit illisque ſe inſinuauerit. Si craſſa excrementa fuerint impacta tunicis ventriculi, fueritque ventriculus frigidus, vel ſi ventriculus fuerit repletus à pituita, dabis ſpecies hieræ picræ ſimplicis ad pondus trium drachmarum; & cum melle roſato ſolutiuo fiant boli. Si admodum lenta ſit materia, repete vſum præſcripti boli, verùm intercalari illo ſpacio para materiam ad excluſionem, oxymelite cum melle roſato, vel oxyſaccharo. Si materia fuerit pituitoſa tenuis, præſcribemus mel roſatum ſolutiuum & ſirupum roſatum ſolutiuum: nam materiæ tenui non debetur aloë, & hiera materiam attenuat, vacuat, & calorem afflat ventriculo: propterea materiæ craſſæ eſt dicata & frigido ventriculo. Si calet ventriculus qui habet pituitam tenuem, propinabis caſſiam, vel ſirupum roſatum laxatiuum. Si craſſa admodum pituita fluctuat in ventriculo calido, accipies caſſiæ vnciam: cui remiſce ſpecierum hieræ picræ ſimplicis drachmam vel ſemidrachmam. Hiera educit ea quæ tunicis immerſa ſunt. Quodſi bilioſa fuerint excrementa, notandum erit, num illa fuerint tenuia vel craſſa, & num hæc concepta ſint in ventriculo calido. Si fuerit materia bilioſa tenuis, ſique homo is vomat ex facili; eam vt euomat, dabimus, inquit Raſes, tepidam aquam, & præcipiemus vt gulam irritet pennā oleo madente: id, dicit Raſes, agemus, dum ventriculi adeſt ſubuerſio & roſio, nauſeaque ſi ſequatur. Sin ſtomachus fuerit æger, propinabis mulſam in qua abſinthium maduit: deinde da caſſiam cum tamarindis. Accipe tamarindorum vnciam: infunde aquæ endiuiæ (ſi ventriculus feruet) vnciis quatuor: macera tota nocte; colaturæ adde ſirupi roſati ſolutiui vncias duas vel tres: vel, ſi ventriculus friget, mannæ vnciam. Accipe pilularum maſticinarum, aloës, ſingulorum ſemidrachmam: cum ſirupo acetoſæ fiant pilulæ ſeptem. Nam aloë tenuem bilem educit, vt hiera craſſam. Si fuerit materia bilioſa craſſa, accipe caſſiæ vnciā: ſpecierū hieræ drachmā vnā aut alterā. Si materia immiſſa fuerit tunicis vēticuli, remiſcebimus ſpecies hieræ maiori copia: ad ſemūciæ vſq; pōdus. Sed ſi

Dubium. 2. Aph. 43.

Calida & ſicca intemperies.

Gal. vlt. de ſympt. cauſ. cap. 1. in fine.

Indicationes curatiuæ.

Prognoſis. Ga. 6. de ſympt. cauſis cap. 1. in fine.

Chirurgia.

Gal. 2. Glaucon.

Medicamenta.

7. Meth. 11. & 6. De ſanit. tuenda 10.

bilioſa.

Gal. 6. De ſanit. 10.

, ventriculus

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 132 sur 513

ventriculus feruet, dabimus tunc ab vſu hieræ quid quod refrigerat, vt iuſculum hordei. Datur autem hiera vel vt præparetur materia craſſa & lenta: & tunc exhibetur ad drachmæ pondus. vel ea præſcribitur ad excluſionem materiæ morbificæ: & tunc ad ſemunciæ pondus offertur. Primò itaq; leui medicina excludatur ea materia quæ natat in ventriculi cauitate: dein præparetur ea quæ viſcoſitate ſua adhæret ventriculo: & dein leni pharmaco excludatur. Præparabitur hæc viſcida materia ventriculi tumicis hærens, ſi ventriculus calidus fuerit, oxymelite, vel oxyſaccharo. ſin frigidus fuerit ventriculus, accipe mel ſcilliticum cum roſato: vel accipe ſpecierũ diacalaminthæ, diatrion pipereôn, cuiuſque ſemidrachmam: foliorum: calaminthæ ſiccatorum ſcriptulũ: olei cinnamomi ſemiſcriptulũ: macis ſcriptulum: ſacchari in aqua cinnamomi ſoluti vncias quatuor: fiat confectio in tabulis. Sumat manè drachmas tres. Robur eadẽ ratione redditur ventriculo, cùm redintegratur nimirum eius tẽperies. Si calida ſimplex intemperies in vitio fuerit, ea caſtigetur vſu cicoraceorum, acetoſæ, lactucæ, portulacæ, endiuiæ: radicibus coctis vtatur cichorei cum aceto & paſſulis, malis aranciis & citreis, accipe ſuccini albi ſemidrachmam: aquæ endiuiæ vncias quattuor: miſce: bibat. vtatur lactuca, & carne cucurbitæ etiam condita. Infunde conſeruam violarum & roſarum aquæ endiuiæ, & cola: bibat. ptiſana. Inunge hypochondrium ſiniſtrum, vbi ſpuriæ coſtæ, oleo roſato vel violato, & nymphææ, cum pauco aceto: & interdum ſucci lactucæ quid miſce. Sed vbi validè refrigerantia imponis, iunge quid calẽtioris, vt maſticen. nec tam diu inhæreant valde frigida, vt diaphragma comprimant: ita enim premeretur reſpiratio. Si in algioſam intemperiem abreptus ſit ventriculus, dabis aromatici roſati ſemidrachmam ex vino: & aromata proſunt omnia. Picatio probatur. liqueſcat pix cum pauco oleo: & extende in panno lineo: admoue bis die calidum regioni ventriculi, accipe ſpecierum ſtomachalium ſemunciam: picis naualis, reſinæ, cuiuſque vnciam. Cùm æger ſentit teporem, auferatur. Accipe olei macis ſemunciam, olei ſpicæ grana tria: olei amygdalini drachmas duas: olei caryophyllorum ſcriptulum vnum: ceræ parum: fiat vnguentum. Miſceantur ſemper ſtringentia calidis remediis. Indant hi cibis piper. In humida ventriculi intemperie vtatur veſperi pomo in quo maſtix cocta ſit: cereuiſiæ imponat abſinthium, agrimoniam, & betonicam. vtatur conſerua roſarum cum corallis, cornu ceruino, terra lemnia, inedia. Sicca intemperies caſtigetur vſu violarum, boraginis, florum maluæ, lactucæ, pomorum, butyri, lactis, cereuiſiæ dulcis, iuſculorum, carnis. vngatur reſumptiuo vnguento, vel oleo amygdalino cum adipe anatis. balneum confert ex aqua temperata: nam per hanc intemperiem totum corpus in ſqualorem abripitur: à balneo totum vngatur oleo amygdalino dulci. Cautio adſit ne nimiùm humectemus, vt virtus ſtomachi non ſoluatur. Sed notandum num cum ſiccitate iungatur calor aut frigus. Accipe olei amygdalini recenter extracti, olei maſticis, adipis gallinæ recentis, cuiuſque ſemunciam: pulueris maſticis drachmam vnam: ceræ parum, miſce vt fiat linimentum molle. hoc temperie excellit: ac vtile eſt vbi cum ſiccitate calor non admodum æſtuat, vel vbi frigus cum ſiccitate iungitur. Si ſiccitas conſociata frigori fatigat, inſtituatur balneum ex aqua dulci, cui incoxere folia maluarum, althææ, chamæmeli: & vngatur oleo amygdalino cum chamæmelino, iunge quid vini dulcis. Si in ſqualorem & calorem demigrarit ventriculi temperies, cauendum ne nimium refrigeremus, ne actio coctionis intercipiatur: nam ventriculus ac cæteræ partes exſuccæ erunt in hoc ſqualore: quare cùm σφίγματα nullum carnis ihabeant, algioſa ea vi facilè calidum natiuum expugnari poterit. Quare quod vnica vice non licet, frequenti remediorum repetitione efficiemus: nam ventriculus etiam naturâ ſuâ friget. Quotidie, inquit Raſes, vtantur balneo tepido aquæ dulcis; cui incoque hordeum, folia violarum, lactucæ, maluæ. Hippocrates tertio libro De morbis acutis valdè in his balneum commendat; aperit conniuentes carnium meatus, ac tunc rigatur facilè totum corpus. Vnge ventriculum oleo violaceo, ſitque id ex oleo immaturo confectum, ſi vehemens ſit æſtus. huic miſcebimus, ob ſqualorem, oleum amygdalinum, & adipem recentem gallinæ. Quodſi humida & frigida vexet intemperies ventriculum, foris & intùs calefaciemus. Sumat aromaticum roſatum, diacalamintham, zinziber conditum, conſeruam betonicæ, ſaluiæ, theriacam, mithridatium: decoctum guaiaci cum betonica, mentâ & cæteris ſtomachicis: in fine coctionis adde tertiam, quartam, vel quintam partem vini. ita tranſiges etiam cum ſaſſaphras ligno. Accipe maſticis, thuris, ſingulorum ſemunciam: cum ſirupo de menta fiat maſſa: da drachmam vnam ſolutam vino, & propinetur in aurora, ita calefacies, ſiccabis & robur addes ventriculo: Si catarrhus fatigat, ſub noctem his diu vtatur etiam. Conditæ radices acori. Accipe olei cinnamomi, olei aniſi, cuiuſque ſcriptulum ſemis: conſeruæ florum roriſmarini drachmas tres: ſacchari in aqua cinnamomi ſoluti vncias tres: fiant rotulæ: ſumat ſemunciam manè, & veſperi. Accipe ſaſſaphras ſemunciam: aquæ libras quatuordecim: macera per integrum diem: coque ad dimidias: quotidie inde tantum ſume vt in eo quarta pars pulli coqui poſſit, & fortiter exprime; & pro ientaculo ſumat: reliquo decocto vtatur cum vino in potu. Rhaſes author eſt vt vtamur paſtillis ex roſis ſeſquidrachmæ pondere, ex hoc decocto incidente, accipe: Cymini, ameos, cuiuſque drachmas duas: coq; ex aqua, dum ea rubeſcat. Quodſi inueterauit hoc malũ, ſuadet Raſes vt accipiamus electarij cymini & diaolibani, cuiuſque ſeſquidrachmam cũ vncia vini veteris ac meri vt propinetur. Raſes libro nono ad Almanſorem Capite ſexageſimo tertio deſcribit hoc electarium de cymino; & iſtud de olibano Capite de Profluuio ventris. Cùm ſtrictior eſt aluus, inquit Raſes, illud de cumino datur; ſed ſi moderata aluus fuerit, vtrũque propinatur. Commendat Raſes diacidonium vel Miuam ſuam, quã ibi deſcribit, datam ante cibum. Fiat conſerua ex pipere cocto in vino (ſit craſſo modo comminutum piper) & ſaccharo. Sirupus ex aloë optimè conuenit: hunc deſcripſi Capite de Palpitatione cordis. Foris ad chondrium ſiniſtrum varia admouentur. Sacculus ex molliſſima pluma anſeris. Scutum ſtomachicum ex bombace bene carpto, in vino generoſo immerſo exiccatoque, cui cinnamomum, mace, caryophilli, abſinthium, menta infarciuntur. accipe ceratum ſtomachicum Galeni; adiice maſticen, cinnamomum, cyperam, & parum croci. Accipe cruſtam panis vſtulatam ac calentem: hanc infunde vino maluatico vt fiat puls, cui inſperge puluerem caryophyllorum, mentam, & cinnamomum, & inter duo lintea ventriculi regioni admoue. addi poteſt maſtix, abſinthium, & talia. Accipe ſummitatũ abſinthij & mentæ nobilis, cuiuſque drachmas duas: olei de menta & de maſtice cuiuſque duas vncias: vini optimi ſemunciam: bulliant in balneo maris ad vini conſumptionem: dein adde ſchœnanthi, ligni aloës, origani, calami aromatici, piperis albi, cuiuſq; ſcriptulum: caryophyllorum, macis, ſingulorum ſemidrachmam: maſticis ſemunciã: ceræ & terebinthinæ, quantũ ſufficit vt fiat ceratum. Accipe olei macis ſemunciã: olei caryophyllorũ, olei cinnamomi. & mentæ nobilis, ſingulorũ ſemiſcriptulũ: aquæ vitæ drachmam: miſce, fiat illitus. addi poteſt aliquid maſticis. In vino coquatur menta nobilis, ſtœchas, & ſaluia. fiat fotus calidè cum ſpongia: & herbæ ipſæ ita coctæ admouean-

Roborantia. Calida intemperies.

Frigida intemperies.

Humida intemp.

Sicca intemper.

Sicca & frigida intemperies.

Sicca calida intemperies.

Humida & frigida intemp.

Raſes cap. 63 ad Almanſ. bos deſcribit.

fol. 119.

Topica

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 133 sur 513

©BIUM

admoueantur, & dein ſiccatus locus præſcriptis iam oleis illinatur. Sin humida & calida intemperies ventriculum occupauerit, commendat Raſes ſirupum ex malis cidoniis acidis, quem deſcribit capite ſexageſimo tertio, libri noni ad Almanſorem, circa finem. Fiat iolapium ex ſirupo violato vel roſato, ex aqua endiuiæ vel boraginis. Fit ſirupus ex ſucco mori & fructus Idæi rubi expreſſo, aſpectu pellucidus & floridiſſimus rubore, tum odore omnium gratiſſimus, ac ſapore ſuauiſſimus inter dulcem & acidum; cunctis fere ſtomachicis & cardiacis anteponendus. Cautio adſit in vſu omnium horum remediorum, vt ſemper aliquid adiicias quod hepar firmet, etiam eo illæſo & intacto à morbo: nam hoc iuuat ventriculi coctionem: eſt enim princeps pars actionis naturalis. Si materia à parte aliqua peculiari in ventriculum effunditur, vel ſi id fiat à toto corpore, is fons primùm purgetur, deinde ventriculus: poſtea ſiſtemus influentes ſuccos, vt ſirupo papaueris: vltimò iam dictis rationibus ſtomachus firmetur.

Humida & calida intemperies. fol. 121.

Sirupi ex rubi Idæi fructu laus.

Cautio.

Flatus.

Interdum flatus vexant, quum vel ſucci pituitoſi ibi contenti, vel cibi, ab imbelli calore in vaporem ſoluuntur nebuloſum ac turbidum. His prodeſt aqua vitæ. Scribit Sauonarola Io. Franciſcum Gonzagam primum Marchionẽ Mantuæ, cùm innumeris ferè ad ſtomachi dolores quos à flatibus patiebatur, remediis vſus fuiſſet, nullũ aquæ vitæ parem aut ſimile inueniſſe. Attamen modus in eius vſu adhibendus. Ego maximo etiã ſucceſſu vtor quatuor vel quinque baccis lauri, cum ipſarũ externa tunica in craſſum puluerẽ comminutis, ex cereuiſiæ vel vini cochlearibus duobus. Prodeſt etiã tabulatum hoc: accipe olei carui & aniſi, cuiuſque ſemiſcriptulum: ſaccharí albiſſimi vncias tres vel quatuor; cum aqua cinnamomi fiat tabulatum: ſumat manè & veſperi ſemunciam. Vtor & hoc, accipe ſpecierum hieræ (quæ conſtat ex octoginta drachmis tantùm aloës) ſemunciam: ſirupi roſati laxatiui vncias tres: ſumat quarto vel quinto die cochlearium. Ad victus rationem venio. Cautio adſit, ne vnquam cibo cibus accedat, ni primò coctus fuerit. Et reliquiæ famis comitentur à menſa. Abſtineant à cibis aſtringentibus: nam hi exprimunt humiditatem, & eam in vicinas partes abigunt, & propterea ſiccandi vim habere dicuntur. Notandum num ſola adſit ſicca intemperies, vel num ſit conſociata calori vel frigori. Si ſicca tantùm, conuenit lac, cum pauco ſaccharo. Si validum frigus ſe iunxerit, lacti miſcebimus mel. Quod ſi calor iungatur ſiccitati, ptiſana veniat loco lactis. quin vtetur commodè lactucâ, cucurbitâ, maluâ: & carne hœdi, piſcibus petroſis, agnina & vitulina carne: & cæteris hecticæ febri dicatis. Cùm humida intẽperies in vitio eſt, parcè potet, & indulgeat aſſis carnibus, caryophyllis inſertis paſſim. Si calor iunxerit ſe madori, irrorentur cibi agreſtâ, aceto, ſucco limonum vel granatorum malorũ: nam cibus acidus & auſterus hîc vtilis; condiantur acetoſæ ſucco, & ribes. Frigus ſi coniunxerit ſe humiditati, omnia aromatibus aſpergantur: & maximè pipere. Cautio adſit ne heſterno crudori nouus cibus accedat: abſint flatulenta. Sorbeat oua cum maſtice vel cinnamomo. Potus in intemperie ſicca ſit vinum oligophorum, tenuiter adſtringens ratione officij ventriculi: ſitque mediæ ætatis. Si frigus ſe cõſociauerit, vtetur calidiore vino. Sin calor iunxerit ſe ſiccitati, ſit omnino aquoſum vinum, etiã magis quàm in ſimplici intemperie ſicca. Obſeruandũ in omni ſiccitate, modò abſit febris, vtendum eſſe vino, etiamſi adſit calor; nam opus eſt madore genuino. Febris ſi adſit, vtemur tenui cereuiſia, vel aqua hordei, & iure frigido pulli. In humida intemperie propinetur vinum quod redoleat vim granatorum malorum vel chalybem: ſed parcè bibat ob madorem. Si madori conſocietur frigus, bibat vinũ generoſum & renuans, inquit Raſes, ne fluctuet cibus: & parcè bibat generoſũ vinum. aromata & ſaluia cereuiſiæ indantur. hydromel opportunè etiam dabitur. Sed intempeſtiuus vini vitetur vſus, nam diluit ciborum vnionem. Sint cuncta actu calida vel frigida: id enim ſolatio eſt ſtomacho: non tepeant. Cautio adſit ne offeratur vinum abſinthites vbi immiſta eſt materia praua ventriculi villis: alioqui vtile hoc vinum erit vbi frigida & humida intemperies ventriculum excruciat. Ante cibum exerceat ſe æger: dormiat poſtquam leui deambulatione cibus fundum ventriculi attigit, illito primùm ventre oleo macis cum caryophyllino. Sed in ſicca & calida intemperie omnem motum fugiat, vt obeſitatem pariat, inquit Raſes. Empirica. Accipe tormentillam vel radices filicis, & mentã: coque ex acero roſato, fiat fotus. Eodem modo coque radices biſtortæ cum pauco alumine: & fouc. Interna pellicula ſtomachi gallinacei. Coralli ſemidrachma pota: & corallũ collo appenſum. myrobalani conditæ. thetiaca. vinum cum mentha. Accipe ſucci malorum acidorum punicorum coctuſorum vncias octodecim: ſucci mentæ vncias ſex, & tantundem mellis Attici, in vaſe fictili coquito, aſſiduè agitando: & vbi denſata fuerint, ab igne ablata reponito. tempore vſus da cochlearium ante cibum. Aliud, quod etiam dyſenteriam curat & vomentes cibum: accipe radicis mali cotoneæ ſemilibrã: vini myrtei vncias tredecim: coquito ad tertias, deinde exprime liquorem, & mellis Attici nouem vncias adde, rurſusque coque aſſiduè mouendo. repone, & da ante cibum cochlearium. Accipe olei maſticini vnciam: olei macis ſemunciam: ſpecierum aromatici roſati ſcriptulos duos: ceræ drachmas duas: miſce: & vngat regionem ventriculi. Radix acori condita, & etiam eryngij radix condita. radix anthoræ condita, & zinziber conditum. Obſeruabile eſt, pleraque remedia hæc empirica eſſe dicata frigido ac humido ventriculo. In aliis temperiebus ab his cauendum, ne genuinus ventriculi mador ab his abſorbeatur, néve ab his hepar exardeſcat. Accipe miuæ cidoniorum ſemunciam: vini vnciam cũ ſemiſſe, thetiacæ ſemidrachmam, vtatur bis in ſeptimana.

Victus ratio.

Cibus in ſicca intemperie.

Cautio.

Empirica.

Obſeruandũ.

Cibus in humida intemp.

Potus in ſicca intemperie.

Potus in humida intemperie.

CAPVT V.

De Vlcere ventriculi.

EVENIT interdum ab acri ſucco vel à veneno vt erodatur ventriculi interna tunica. Secui olim principis cuiuſdam corpus, qui perpetua diarrhœa interierat. Narrabat is mihi ſe in ſympoſio à maleuolis quibuſdã potionatum fuiſſe. Deprehendi eroſum eius ventriculi fundum, ac ventrem adamantinum vtriquc tunicæ ſe inſinuarat. Vomitus ſi fatigat, pus elidetur, & ructus fœtidi os farciunt. Sitis premit ob calidos ac ſiccos vapores à pure elatos. Cumque ventriculus ſit mẽbraneus, pungens quidam dolor aderit maximè dum à cibo incurritur, potiſſimè ſi acrior cibus vel mitigatu difficilis ſumatur. Præceſſere interdum cauſæ quæ inurere poſſunt vlcus. Superior pars ventriculi magis quàm eius fundus dolorificus eſt cùm ibi vlcus conſedit, nã neruis ditior eſt. Si à purulenta ſanie inuaſit vlcus; præceſſit phlegmone. nunc verò putrida pituita, bilis, aut alius ſuccus hoc fecerit, ex nota aliqua illi ſucco familiari, eum agnoſcemus. Scribit Raſes, phlegmonẽ oris ventriculi in id temporis ſpacium protrahi poſſe, vt in expuratum erumpat. Vt breuiter ad Indicationes curatrices veniamus, quia adeſt vlcus, naſcitur indicatio ſiccandi & abſtergendi. Nam genuinis ſordibus vlcera fœdantur dum caro à ſanguine gignitur: ſcilicet tenuibus, & craſſis. quæ tenuia, ſiccari debent: quæ craſſa, debent abſtergeri. De euentu vt quid dicamus huius mali: id ſanè vix eſt redintegrabile. etenim

Signa.

Indicationes.

Prognoſt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 134 sur 513

etenim illud vlcus mundari ægrè poteſt: & deterſorio remedio vti non poſſumus ſine ſummo periculo: nam quæ detergent, ſunt acriora. nec etiam ocium ad glutinationem datur ventriculo. Quare hîc in anguſto ſpes eſt, ob ventriculi ſenſum exquiſitum, eiúſque ob ſolemne officium, quo vita carere nequit, & ob eſſentiæ ſuæ fabricam quæ eſt ſpermatica. Putridum vlcus periculoſum eſt: & id quod vetus, quódque in ſuperiore hæret parte. In ſene eſt inſanabile. Iam ad curationem veniamus. Prouiſionis cauſa licet venam pertundere in recenti vlcere & vbi corpus ſanguine circumfluit. Si vlcus conſedit in ſuperiore parte ventriculi, non cædito venam, etiam ætate in florente, & etiamſi ſanguinis copia adſit. Nam vbi infirmum eſt os ventriculi, à venæ ſectione eſt temperandum: etenim in metu ſyncopes hi verſantur. Pharmaca acriora non præſcribantur, ne acerbius reddatur vlcus. Nec vnquam vomitum prouocans in vſum ducatur: quatitur enim eo niſu vomendi validè ventriculus, cùm alioqui quiete opus ſit in vlcere. Peculiaria remedia ſunt ea quæ vlcus purum à ſordibus faciunt, ſarcotica, & glutinantia. Scribit Raſes, Trochiſcos ex ſpica propinatos, præclarè ad ſalutem facere. hos Raſes deſcribit, vnà cum emplaſtro efficaci. ſed tamen Arculanus exiſtimat œdema ventriculi à Raze ibi curari. In hoc malo, quæ pus abſtergent minimè ſint mordacia. Obſeruandum hîc, num ſanies ſit calidior, tunc enim eam abſtergebimus ſero caprillo cum emulſione ſeminum quatuor frigidorum, & ſaccharo. vel coquemus hordeum, roſas, & ſemina melonum ex aqua, addemus ſirupum roſatum ſolutiuum: ita abſterſa ſanies ad infernas partes detrudetur. Da ſeri libram cum vna aut altera vncia ſirupi roſati ſolutiui. Quod ſi non ita feruens fuerit materia ſaniei, ſed ſi craſſior fuerit, vtemur decocto agrimoniæ ac cicerum rubrorum, addemus aliquid erui. interdum iunge quid mellis, vel mellis quid ſolutiui. quod poteſt etiam dari cum ſero lactis. Mundato iam vlcere, ad ſarcotica erit veniendum & ad glutinantia. Sarcotica vim habere debent ſiccandi & detergendi, non aſtringendi. agglutinantia ſint ſicciora, & adſtringant. Ex ſero lactis, vbi feruor adeſt ventriculi, detur gummi Arabicum, maſtix, & ſanguis draconis. Et coquantur ſolia caudæ equinæ ex ſero lactis: ita etiam folia ſalicis. Si verò alget ventriculus, loco ſeri vtemur decocto cicerum. Obſeruabile, vt cùm abſtergendum eſt, vtamur his in magna copia, vt ad ſemilibram: vbi verò ſarcoſi ſtudemus, parca manu hæc præſcribantur. & cùm glutinandum erit, parciùs miſcebimus tunc ea quæ abſtergendi vi pollent. Propterea commodè dantur glutinantia pilulari formâ, ſinéque multo liquore. Galenus ad glutinationem internam maximè vtitur myrtillis, ſumachio, & malicorio. Contunde radices conſolidæ maioris, & miſce eum aqua roſarum veteri, adde ſirupum de roſis ſiccis, cydoniorum & myrtillorum: fiat electarium. Si vlcus corroſiuum fuerit, præclarè ad eius curationem faciet ſuccus plantaginis, cum aqua roſata & hordei decocto: ſi algioſus ſit ventriculus, iunge maſticen. Si doloris vis vrget, ſique ſanguis effluat, vtemur philonio Romano. Suadet Aëtius, vt, dum vtimur glutinantibus, quò diutiùs perſeuerent agglutinantia in ventriculo, foris vtamur fotu ex roſis, cypero, myrrha. Victi tet priſana eo tempore cùm eſt abſtergendum: potet mulſam & cereuiſiam ſaccharatam. Cùm verò glutinandum eſt vlcus, vtemur cibis viſcidis & aliquantulum aſtringentibus, vt oryza, farina auenæ, cum ſucco granatorum. Incoque cibis ſymphyti radices: vtatur miua cidoniorum. Bibat cereuiſiam quæ habet vim ſymphyti. ſit vinum auſteriuſculum.

phlebotomia.

1. ad Glauc. 14.

Pharmacia.

Peculiaria remedia.

9. ad Almanſ. 64.

Obſeruandum.

4. Meth. 7.

Vlcus corroſiuum.

Diæta.

CAPVT VI.

De Inflammatione ventriculi, eiúſque de dolore.

PER Inflammationem intelligo etiam eam quæ exquiſitè talis non eſt: hoc eſt, agemus de intemperie calida admodum, cum tumore qui naſcitur à materia ſanguinea. Dum enim fluit ſanguis in aliquam partem, implet primùm partis illius venas ac arterias maiores, dein minores, hinc minimas; tandem diſſeminatur per ſpiracula partis. Quare dum feruens hic ſanguis partes in calorem abripit, eas intemperie calida occupari affirmamus. At hæc materia quæ peruaſit iam partes, eas tendit. Quare ſi concepta parte materia eam non tendit, erit intemperies cum materia, ſed non dicetur inflammatio. Cùm tumor ad tantum venit incrementum, quo actionem partis lædat, is tumor morbus erit in mala conformatione: ſin minor fuerit, ſymptoma erit. Quare inflammatio eſt tumor præter naturam, cum intemperie calida, & cum materia ſanguinea. Cauſa eſt ſanguis qui eò ruit attractus vel eò transfuſus. attrahitur à calore vel dolore. dolor fit cùm ſoluitur continuum à valida actione qualitatis, vel à materia mordente, vel tendente aut lacerante. Calor fit à cauſis calorificis. Transfunditur ſanguis ad ventriculum à toto corpore vel à parte aliqua corporis: cùm orgaſmo iactatur vehementiùs liquefactus ſanguis: vel impulſus vi partis expellentis excluditur in partem contentam. A toto corpore ita impellitur ſanguis, & etiam à parte, cùm horum vitio circumfluit copia vberiore, vel ſi prauus gignatur ſanguis. à copioſiore fit genuina inflammatio. à prauo ſanguine fit inflammatio non exquiſita, ſed pro varia idea degenerantis ſanguinis nutat ad erythipelas, œdema, vel ſchirrhum. Ventriculus talem ſanguinem ab aliis excipit partibus, quòd ſit factus imbecillis ob aliquam cauſam. vt cùm ita à natura factus fuit: vel à mala diæta aut morbis ſi affligatur. Affligitur totus ventriculus, vel eius pars: & interna vel externa ſuperficies laborat: infera vel ſuperna regio: verſus dorſum, vel verſus abdomen. Et vt fuerit ſanguis qui influit varius, talis erit etiam tumor. Dignoſcitur ex dolore pulſatili loco hærente eodem: quin tumor interdum conſpicuus eſt circa hypochondrium ſiniſtrum, ſi totus inflammatus fuerit ventriculus, & adeſt febris: dolor validè vrget, & ſitis adeſt vehemens. Si interna pars phlegmone obſidetur, tumor non conſpicuus erit: à cibo dolebit. In ſuperna parte ſi conſtiterit affectus, dolor acerbiſſimus affliget adeò vt lipothymiam accerſat. Si ſit à bilioſo ſanguine, aderit febris grauiſſima. Externa in ſuperficie ſi ſtabulatur affectus hic, increſcet dolor dum cibum excludit ventriculus: tunc enim ſe arctant fibræ tranſuerſæ quæ conſiſtunt in externa ventriculi tunica. Poſtquam natura morbi nobis aperta iam ſit, videamus, quid ea indicet hîc agendum eſſe, quo ille fugati poſſit. Cùm inflammatio ſit affectus mixtus ex intemperie & mala compoſitione quæ naſcitur à materia tendente, orietur indicatio alterandi, & ratione materiæ euacuandi: nam materia habet cauſæ rationem ſine qua non: nam niſi illa materia tendens auferatur, non poterit vſus alterantium commodè iniri. Et non ſolùm eſt euacuandum & alterandum, ſed collineandum eſt etiã ad materiam influentem, & ad eam quæ iam iam eſt influxura. Nam ratione influentis materiæ eſt reprimendum & deriuandum: & ratione fluxuræ eſt reuellendum à parte attrahente vel ſuſcipiente, hoc eſt à ventriculo inflammato & dolente. Cùm attrahitur, vt ſi à calore id fiat, erit refrigerandum: ſi id fiat à dolore, is mitigari debebit. Si fiat illa affluxio ab orgaſmo

Cauſa.

Differentiæ.

Signa.

Indicationes curatiuæ.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 135 sur 513

©BIUM

ac translatione materiæ ad ventriculum debilem, erit vacuanda illa materia, & pars roboranda erit. Videamus iam quid polliceri possimus in curatione. *Prognoss.* Summà sane vi ferit corpus hic affectus. vnica spes virium, cibus. sed hunc non ferunt vires. Si itaque totus ventriculus occupetur phlegmone, conclamatum erit: si supremum os, periculum in procinctu erit à syncope: nam pulsus his languet, & extrema frigent. Si grauis adsit dolor citra febrem, minus periculi aderit. Si ita dolet à lumbricis qui ventriculum inuasere, res non erit in tuto. Refert Suetonius de Claudio Imperatore, eum tam atroci dolore stomachi interdum correptum fuisse, vt dixerit, se etiam de consciscenda morte cogitasse. Iam ad curationem eamus. *Curatio. Phlebotomia.* Vena est hîc cædenda, nam affectui ingenti, valido auxilio succurrendum. Quare sanguineus cùm sit affectus, vena aperiatur. Nam fatetur Galenus nullum se inuenisse remedium præsentius in omnibus doloribus, venæ sectione vsque ad lipothymiam. vbi scilicet ille dolor nascitur vi inflammatoria: non autem quòd acerrima materia mordeat ventriculum, quod per paroxysmos febrium interdum euenit. Etenim tunc ab euacuato sanguine non remouebitur dolor, nam eo auxilio non excluditur causa quæ efficit dolorem: quin vires langueſcent à secta vena. Vena secanda dum adhuc influit sanguis, cúmque nondum firmum vestigium imposuit. Quare ilicò, etiam antequam eliqueſcat à molli medicina aluus, pertundatur vena: nam omnis mora hîc est calamitosa. clysmo tamen locus est. ita transigendum in omni viscerum inflammatione. Secanda est, authore Rase, axillaris dextra. *13 Meth. 13. Pharmaca.* Miteſcente à phlebotomia inflammatione dabimus pharmaca: sed sint mitia illa. Iam, inquit Rases, æstu vehementi remisso, detur illis cassia. Nos coquimus cassiam cum succo endiuiæ: nam coctione non amittit illa vim leniendi. Nam hæc cautio adesse debet, vt in purgando hîc vnà roboremus & refrigeremus. Cassiæ addatur pulpa tamarindorum. à validis abstine. Si pituiteſcit, fiat sirupus ex mercurialis diluto, vel ex diluto carthami. Sirupum de Santalis describemus. Capite de hepatis intemperie calida. Rarò tamen hîc purgamus. In ventriculi inflammatione *Topica. & quæ intus sumuntur doloris causa.* cauendum ab opiatis: nam à valido eorum vsu stomachus postea per totam suam vitam effœtus ac languidus euadit: nam os ventriculi exactè sentit, & citò læditur, & opiata densant nimium refrigerando: quod cauendum in inflammatis partibus, ne scirrhus excipiat inflammationem. Præclarè ad salutem faciunt illa remedia quæ causam doloris exigunt, vt ea quæ tensionem laxant, vt Accipe olei amygdalini dulcis, medullæ ceruinæ, adipis caponis & humani, cuiusque semunciam: croci scriptulum: fiat linimentum. Fiat fotus ex decocto maluarum, althææ. Intus fiat decoctum ex semine & foliis maluæ, ficuum; cum sirupo violato. Sed adsit *Cautio.* cautio ne veniamus ad horum laxantium vsum, nisi summa doloris vis iusserit: & non nisi à facta reuulsione per phlebotomiam, cucurbitas, vel saltem per enema. Nec diu puris laxantibus vtemur, sed ea quæ ex rosis vel cydoniis componuntur foris & intus præscribendis consociabimus. Si induruit tumor scirrhodes, vtemur eo emplastro quod describit Rases *fol. 124. & 125. Repercutientia.* nono ad Almansorem, capite sexagesimo quarto, vbi etiam nardinum descripsit. Quæ ab influxu materiam arcent sunt duplicia, alia propriè & verè repercutiunt eam materiam: hæc sunt illa quæ vim habent refrigerandi & crassefaciendi materiã eam quæ influit. Alia sunt quæ impropriè dicuntur repercutientia, quæ crassam quidem obtinent substantiam, sed non sunt frigida, quin potiùs in calorem abeunt, vel saltem sunt moderata. Præscribuntur autem repercutientia omnia ratione materiæ influentis, & etiam fluxæ illius, quæ proxima est loco inflammato. Si sanguis calidus repercutiendus, in vsum vocabimus ea quæ propriè reuerberant. Talis est miua cidoniorum malorum, & eorũ sirupus, miua ex ribes, succus granatorum, sirupus myrtinus & rosatus ex rosis siccis, vel ex rosis recenter factus, sirupus de agresta, sirupus de aurantiis malis immaturis. miua ex rubo idæo, ex moris immaturis, sirupus ex fructu rubi. Foris admoue circa hypochondrium sinistrum epithema ex aqua rosata & succo citoniorum, adiice santala, rosas, & caphuram. vel placenta rosata immadeat aquæ rosatæ & aceto, admouentur spuriis costis sinistris. Si sanguis qui influit non ita feruet, verùm si pituiteſcat, aliis illis quæ impropriè repercutiunt vtemur: quare sirupo de menta indemus masticem: vel ex miua cidoniorum eam propinabimus. Foris verò hoc imponemus: accipe panis mediocriter tosti decentem copiam, & maceretur aceto tosato, succo absinthij & mentæ: adde caryophyllorum & masticis, cuiusque semidrachmam: fiat cataplasma pro stomacho. sedat dolorem, etiam vomitum & singultum. Interdum propriè repercutientia remiscemus impropriè repercutientibus, vt res suadet. Ad hæc non eundum ante clysterum vsum, nec ante phlebotomiam peractam: nam his neglectis, reprimentia suum officium non faciunt. Oedematis ventriculi curationem describit Rases in fine sexagesimi quarti capitis ad Almansorem lib. nono: vbi describit Rases emplastrum laudatissimum, & pastillos ex spica. Vt redeam ad inflammationem, cùm iam desæuiit principium eius, erit vtendum digerentibus remediis, sensim ad validiora eundo. Iusculis pinguibus incoque flores chamæmeli, & folia seminaque althææ, & ficus. cereuisiæ panis loco interantur ficus: coque pro iusculo: ita etiam dulces passulas. Foris admoue emplastrum de muccilaginibus. Accipe olei amygdalini & masticini cuiusque vnciam: pinguedinis gallinæ semunciam: croci scriptulũ: ammoniaci in aceto soluti drachmam: gummi elemnj semidrachmam: fiat linimentum. Tandem fiat decoctio ex radicibus Chinæ, & ex lignoroseo: adde betonicam & iuncum odoratum, theriaca & mithridatium. Fiat fotus ex decocto mentæ, absinthij, masticis, iunci odorati, semine fœniculi, dauci, floribus meliloti, granis iuniperi. Propina baccas lauri cum cortice. adde aristolochiam. Tandem fiat picatio. nam maximè foris admotis remediis est pugnandum. Si *Suppuratio.* in pus commigrare tumor incipiat, comedat pultem ceruisiariam ex ficubus & passulis dulcibus, adde crocum. vel fiat puls ex lacte cum farina, butyro & pauco croco. Victu vtantur tenui. præter ptisanam, inquit *Victus.* Rases, nihil offeras: & potet aquam hordei vel tenuem ceruisiam cum succo granatorum. Si verò phlegmone *Dolor ventris à flatu.* non adsit, sed si dolor vehemens vrgeat ex copia flatuum, vnde ventriculus tendatur & singultiat, Accipe olei anisi scriptulum: sacchari albissimi soluti in aqua cinnamomi vncias quatuor: fiat tabulatum. potest addi drachma diacymini vel diacalaminthi. Pipere aspergantur cibi & macere. caro coquatur cum thymo. Potet parum vini meri & clari. Accipe cumini in aceto infusi ac torrefacti: caryophyllorum: cuiusque semunciam: aristolochiæ longæ drachmas duas: macis, cinnamomi, singulorum drachmam: specierum diarrhodonis abbatis drachmas duas, claude linteo tenui: quo patina cineribus modicè impleta regatur, & stomacho totum accommodetur. Accipe tres vel quatuor baccas lauri cum corticibus, contunde, ac propina calidè cum vino. Da cochlearium ex hoc, Accipe specierum hieræ simplicis drachmas tres, diacymini drachmam: sirupi rosati solutiui vncias quinque. Propina cochleariũ aquæ iuniperi vel anisi, vel aquæ cinnamomi. In hoc malo appetitus constat, & à cibo magis dolent: nam hic dolor sæpe fit ab acidis & pituitosis succis, vnde turgent flatus: tunc enim non aliter tenditur ventriculus, quàm colo intestino per *Oedema ventriculi. fol. 126.*

suos

ſuos dolores euenit. Sonitus adeſt, nec veſtigium preſſio retinet: conſequitur intemperiem frigidam. Nam dum emicat calidum natiuum, per halitum tranſpirat illa humiditas: cùm verò imbecillum fuerit calidum natiuum, & humor ſemicoctus, craſſus & glutinoſus, fit craſſior halitus quàm vt tranſire poſſit, & propterea in flatum abit. Tunc itaque calidum natiuum erit roborandum, & calidis ſiccíſque remediis leptomeriâ præditis craſſus humor mitigari debet. Galenus commendat vſum ſeminum calidorum: & oleum rutæ: & admouet cucurbitam magnam ſine ſcarificatione, idque bis aut ter.

CAPVT VII.

De læſo appetitu, quo quis cibum faſtidit, qui Anorexia Græcis dicitur.

MAGNA ratio appetitus eſt habenda ſtomachi. Stomachus enim, inquit Aretæus, delectationis triſtitiæque princeps eſt, animi alacrioris & abiecti autor. Delectationis autem hi fructus ſunt, bona coctio, carnis moles decens, floridus corporis color, & cùm alimento caret, animi abiectionem inducit. Quare S. Deus appetitum nobis indidit, ne eius, ſine quo perennare vita animantis nequit, per negligentiam obliuiſceremur. Agimus iam de hac functione læſa facultatis animalis ſtomachi quæ appetit, originem ducens à ſenſu ſuctionis offenſæ. Vt hæc commodè percipiantur, focus appetitus nobis exploratus eſſe debet. Exhauritur corpus noſtrum perenni diſſipatione: quare reſarcire oportuit exhauſtum quod eſt. Propterea ſerie quadam ſuctionis ab habitu corporis, ventriculi tandem tanguntur venæ: & cùm ventriculo vlterius nihil ſit à quo prolecter, cibum flagitat dum eius oscollabitur. Quare vt appetitus fiat ex lege naturæ, plurimi motus concurrant neceſſe eſt: nam opus eſt exhauſtione, ſuctione, & ſuctionis ſenſu, qui fames dicitur: appetitus verò eſt implendi cupiditas. Quare vt varium eſt quod exhauritur, ita & varius naſcetur appetitus: exhauritur enim id quod eſt vel calidum, frigidum, humidum, vel ſiccum. cùm enim ea quæ humida ſunt ſolùm exhauriuntur, exurget ſitis. *Cauſ.* Cùm itaque non ſentitur in ore ventriculi ſuctio, languet appetitus, etiamſi fiat illa ſuctio: vt cùm animalis facultas non defluit ad ſtomachum, vel interdum non appetunt, quia ſuctio non fit, vt cùm nihil exhauritur ex corpore; nam ſi fieret, id ſentiret. Languor facultatis animalis non poteſt interdum ſtomachum rigare: quin in graui mœrore ea facultas aliò abripitur: vel quia anguſtiâ premitur neruus ſextæ coniugationis qui perfundit ſuperiorem ventriculi partem. Vel graui affectioni implicitum os ventriculi non percipit præſentem facultatem: vt cùm graui premitur intemperie, vel ſolutione continui. Intemperies calida, etiamſi non fuerit valida, expugnat appetitum: nam fundit ſuccos vaſorum ventriculi, vnde repletio: ita æſtate languet appetitus. Frigida intemperies non facilè eximit appetitum, niſi valida illa fuerit: nam immoderatio omnis actiones ſoluit. Præterea materia vliginoſa putrida ſi feriat ventriculũ vt & talis vapor, quod ſolemne per malignas febres & vermes, violare appetitum ſoler. Materia etiam viſcida vel pinguis, vel melancholica ſi copioſa fuerit, appetitum violat. Aretæus cenſet appetitum etiam auferri à tenui & duro victu, etenim tunc ex vicina fœditate ſe implet ventriculus, vnde inappetentes fiunt. &, inquit Aretæus ex nimio ſtudio in cibi inopia & ex vigiliis cęteríſque incommodis: nam ira exhauritur ſpiritus. Vt rectè indicationes curatiuas ponamus, notabimus num lædatur ventriculus primariò, vel à concordia partis alicuius, vel totius corporis. his remediandum. Si vitium hæret in ventriculo tacto intemperie calida, orietur indicatio refrigerandi: ſi ab vlcere, illud amouendi: Si ab vtero vel inteſtinis, aut aliis partibus, vt hæ redintegrentur. Non duci debet indicatio à ſymptomate, niſi id rationem cauſæ ſubierit. Graue ſanè hoc vitium: nam corpus ſuo defraudatur genio. A frigore aufertur periculoſiùs quàm à calore: nam ni validum frigus conceptum fuerit, id hoc vitium accerſere non ſolet. Vbi ſitis cauſa adeſt, nec tamẽ ægri ſitiũt, id periculi plenum eſt: nam indicium eſt reſolui facultatem: hoc ita euenire videmus per febres peſtiferas. Aretæus author eſt, eos tandem in melancholiam præcipitari, & in maniam abripi, ob cordis vicinitatem, vbi principatus omnium eſt, cardialgiâ interueniente. Vide num à contagione aliarum partium affligatur ventriculus: nam tunc cauſæ affectarum partium indagari debent, & debellari. Si ipſe ventriculus incaluit nimis, inalgeſcat: ſi frigore occupetur, incaleſcat. Iam ad remedia venio. Si ab incurſu bilis in ventriculum appetitus languet, accipe ſpecierum hieræ picræ drachmam: caſſiæ recenter extractæ vnciam: cum ſaccharo fiat bolus. vel accipe rhabarbari optimi drachmam, ad ſeſquidrachmam: cinnamomi ſcriptulum: immacera hæc aquæ endiuiæ & tenuis vini, cuiuſque vnciis duabus: manè expreſſioni colatæ adde ſirupi roſati laxatiui & mannæ, ſingulorum vnciam: fiat hauſtus. Si in vitio ſit pituita lenta, dabimus bolum ex ſemuncia ſpecierum hieræ cum melle roſato ſoluendum. vel accipe rhabarbari ſemidrachmam: agarici recenter trochiſcati drachmam: infunde vini albi & aquæ capillorum Veneris cuiuſque vnciis duabus: adde zingiberis & cinnamomi, cuiuſque ſcriptulum: colaturæ adde mellis roſati ſolutiui vncias duas: fiat hauſtus. Præparetur hæc materia oxymelite & melle roſato. In intemperie calida vtatur lactuca cocta cum butyro & aceto: cocta portulaca, ex aceto & pauco oleo: ſucco malorum aurantiorum, coctis pomis & prunis: decocto tamarindorum cum ſirupo malorum citreorum. Pullus coquatur cum lactuca, portulaca, & addeacetum. Bibat manè iulapium roſatum cum aqua hordei. ita diaribes & rubi idæi conditi fructus, & confecta roſarum ex aqua hordei propinetur. vtatur manè ſirupi roſati ſimplicis vncia, cum ſpecierum diarrhodonis abbatis drachma. Accipe ſucci malorum Perſicorum libras duas: ſint non omnino matura; coque ad dimidiarum partium exhauſtum: ſubſidentibus fæcibus, id quod clarum eſt effundatur, cum ſaccharo fiat iulapium; aromatizetur ligno roſeo. Sumat duo cochlearia manè & veſperi. Rob ex granis illis rubris acidis, quæ vliginoſis hîc locis proueniunt, vbi ceſpites foco dicati; *inde Veenen*, dicitur Belgicè. Vnge ventriculi regionem vnguento roſato lotoaceto, cum pauca maſtice. Si à frigore ſit malum, accipe olei aniſi drachmam: piperis ſemidrachmam: diacalaminthæ ſcriptulum: ſaccharí in aqua cinnamomi ſoluti vncias quatuor, fiat confectio in tabulis: ſumat manè drachmas duas. Sæpe vtatur theriacæ vel mithridatij ſemiſcriptulo. bibat vinum in quo maduit radix acori, quam vulgus appellat iam calamum aromaticum. Foris illinat ventriculi regionem oleo macis cum oleo caryophyllorum. Vtatur etiam pomis cidoniis conditis cum melle, & aſpergantur ſpeciebus roſatæ nouellæ, vel aromatici roſati. Sumat ſæpe quid aquæ cinnamomi. Ventriculo hoc admoue. Accipe emplaſtri ſtomachici vnciam: maſticis drachmas duas, in corio extende ad formam ſcuti. Cruſtam panis retorridam immacera maluatico vino: adde ſpecies roſatæ nouellæ, caryophyllos, cinnamomũ, mentam, & flauedinem citreorum. Accipe emplaſtri maſticis & emplaſtri ſtomachici, cuiuſque vnciam: galangæ & coralli rubri, cuiuſque drachmam: mentæ pulueriſatæ ſemidrachmam:

Prognoſis.

Indicationes.

Medicamenta.

Intemperiem abigentia.

Indicationes curatiuæ.

©BIUM

mam: cum oleo mentæ & macis fiat emplastrum. A cibo absint omnia pinguia. Condiantur cibi acetosâ, omphacio, aceto, succis malorum acidorum. Accipe coriandri præparati vnciam: diacidonitis cum speciebus, anisi, cinnamomi, cuiusque sesquidrachmam: panis biscocti semunciam: sacchari durissimi ad pondus omnium: fiat pulvis: vtatur in fine pastus.

CAPVT VIII.

De Appetentia Canina. & de Boulimo.

IN hoc affectu insatiabili edendi rabie vexantur homines, & à vomitu ad cibos inexplebili desiderio redeunt. Deus Optimus Maximus ex sapientiæ suæ lege singulis animalibus inseuit appetitum alimenti ad sui conseruationem; hunc famem appellamus. Hæc fames gemina est, vna naturalis, qua cunctæ partes corporis tanguntur vt etiam plantæ, nam inopiæ molestiam non sentiunt. Altera fames est animalis, sensus scilicet particeps; nam est perceptio molestæ suctionis quæ fit in stomacho, quamonitum animal, cibum quærat. Hæc actio interdum deprauatur, vt in hac canina. *Causa.* Causam duplicem agnoscit, frigus stomachi nudum, vt euenit his qui per niuosos montes hieme iter faciunt, vel consociatum cum humore acido. Secunda causa est exhaustus corporis immoderatior. Nam acidi humores suctionis fallam quandam imaginem præbent, dum rodendo molesti sunt. Si fit ab acidis succis, quæ euomunt, acorem redolebunt. Si fit ab exhaustu, incendio quodam æstuabunt: inde enim cùm rarescat cutis, per ἀδηλον διαπνοὴν nutricatus subducitur partibus; hi parcè alium deponunt, ac scybala. Si nata sit fames canina vi inanitionis, vt euenit in his qui cùm ægrotauere necdum conualuere, sed qui conualescunt, præscribatur cibus euchymus ac cupeptos, qui modicè sæpéque sumatur. Si totius corporis æstus id fiat, is temperetur vsu rerum frigidarum ac modicè stringentium. Potet aquam cum pauco vino stiptico, vel cereuisiam cum succo granatorum. Comedat castanea, terræ glandes, pisces durioris carnis, ac bubulam & suillam. *Cautio.* Cautio adsit vt mitescente vi mali, ad mitiorem diætam ægrum transferamus, ne succrescat soboles multorum morborum à synathrismo crassorum succorum. Dum fertur hoc malum, vngatur totum corpus oleo myrtino cui balaustia vel sumachium incoxere. Si à verme originem habet, ille excludatur. Quod si fiat citra inanitionem, ex fatigante solo suctionis sensu, vt cùm stomachus frigida ab intemperie percellitur, vel à materia acida cùm irritatur, præscribemus quæ sensum suctionis obliterant, quæque illam pituitam calfaciant & siccitatem quandam inferant. Absint tamen ea attenuantia & incidentia quæ appetitum prouocant, qualia sunt acria, vt sinapi, porrum. Carnes coquantur mentha, petroselino, vel salua. Potet vinum vetus aquâ aliquantulum temperatum: vel cereuisiam fœniculatam, vel cui incoxit & immaceratum est lignum guaiacum & sassaphras. Cibi ita condiantur vt suctionis sensum obtundant, & crassam pituitam incidendo ad exclusionem præparent. Sensum suctionis delent quæ sunt pinguia & lenta: comedat oluscula ex malua, oxylapatho, butyro adiecto copiosè: pruna dulcia cum melle & butyro cocta; iusculis interat pinguioribus ficus. cerebra animalium conueniunt, lac cum farina tritici coctum. Vt incidatur pituita hæc, coque cibum cum ciceribus, petroselino, fœniculo, salua, origano. Si vomitus diutius vexat, abstine à pinguibus: da succum carnis, vitellos ouorum, offulas ex maluatico, vel ex Hippocratico, pepones, cucumeres. *Remedia.* Vt paretur materia ad exclusionem, abstine à rebus acidis, nam hæc famem faciunt. Fiant apozemata ex calaminta, salua, fœniculo, ligno guaiaco, & ligno saxaphras. Purgetur semuncià vel drachmis sex diaphœnici; vel pilulis de hiera simplici. Purgato benè corpore detur theriaca, vel diagalanga, electarium aromaticum rosatum vel rosatum nouellum ex decocto ligni saxaphras. Nobile hîc remedium est vinum generosum, tenue, fluuum, odoratum, non nimis vetus. hoc propinatur post cibos pingues: pleno id tunc hauriant ore: id enim redintegrat languentem à frigore ventriculum: succos acidos mitigat. *Cautio.* Caue ne pingue ac generosum hoc vinum propinandum esse existimes, cùm ex perenni inedia, vel ex diarrhœa, aut ex haimorrhagia aliáve inanitione huc venit æger. Boulimon Græci prægrandem famem appellarunt, nam hæc particula voci adiecta alteri βοῦ, auget eius significationem. *BOVLIMOS.* Est deprauata appetentia quæ à frigore oris ventriculi nascitur, cum virium lapsu. Causa prægrande potest esse frigus ab aëre, vnde cor per arteriam magnam quæ ab orificio ventriculi tangitur, in contagionem abripitur; hinc lipothymia nam initio edendi libido vrget, quæ mox in imbecillitatem ac virium prostrationem fatiscit, ac esurire desinit, imò ciborum in fastidium abit. Decolores fiunt, torquentur stomacho, refrigerantur corde & extremis partibus. Hîc non ita vomunt vt in canina appetentia. Hi vino odoribúsque recreandi: offulas ex vino sumat si per paroxysmos febriles euenerit. Odoretur acetum & vinum. oua comedat, oryzam & suillam cum pipere. Singulis horis quid capiat. potet vinum generosum.

CAPVT IX.

De Pica.

PICAM vocant ab aue quæ variarum rerum appetitu ducitur, vocatúrque à Græcis hæc auis κίττα: *Nominis ratio.* quare quidam vocis cognatione ἀπὸ τῆς κίττης malum hoc dictum putant. Est enim κίττη hedera, quæ variis herbis se inuoluere solet, ac nullius refugere implexum. Malacia, quasi mollitiem dicas, hoc malum etiam vocatur. Est symptoma facultatis appetitricis corruptæ, trimestri grauidationi frequens malum. Tunc enim reflua excrementa ventriculum inuadunt: & pro eorum idea, absurda appetunt, crudos interdum *Quæ vorent.* pisces vorant, carnem humanam, cineres, calcem, lutum, picem, cretam. Fœdis coloribus præditis puellabus à menstruo suppresso frequens est malum: quin *Tomas. Epist. Epist. 12. Historia.* pueros & viros interdum inuadit. Mulier, inquit Langius, carnem mariti, circa Andernacum, vesci desiderabat; quem sibi percarum occidit, & dimidia dilecti coniugis carne saturata, reliquum sale macerauit. Lemburgi Silesiæ sacerdotem nudis pedibus balneũ egressum grauida subsecuta, à tergo crure altero deprehenso, de calce sacerdotis mordicus dentibus fiustum auulsit, nihil illius clamore expauescens, quo hominum fidem & subsidium implorabat. Grauida desiderio humeri pistoris denudati capta, omnem alium cibum fastidiebat. Maritus charæ misertus vxoris, pro singulis morsibus cum pistore paciscebatur: duos insultus fertur sustinuisse; alterum, dolorum pertæsus, ferre noluit. Tergeminos hæc est enixa, ac tertiũ mortuum. Noui mulierem cui venter hydrope turgebat in immensum, hæc aquam scaturientem è fonte sitiebat: egressa vrbem, aquam caua manu ter vel quater sorbsit rebulliétem cum arena, & intra biduum pituitam excreuit, ac apertis mensibus, nigro fluente sanguine conualuit ab hydrope, adeò potẽtes affectus sunt oris ventriculi. Os ventriculi enim hîc in vitio est: quod qualitate indicibili prædita alimẽta, attamen à lege naturæ aliena, efflagitat. Differt à canina appetentia: nam copia illa maximè peccat; hæc verò, qualitate. Quarto ferè *Prognosis.*

ab

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 138 sur 513

ab ingrauidatione mense quiescit hoc symptoma: nam vomitu ferè tunc ventriculus se vacuauit à prauis succis; & inediâ, ob nauseam, cruditas subacta in venis: & grandior iam fœtus susque deque in se trahit succos qui ad ventriculum refluere solebant. Nascitur in hoc malo medendo Indicatio amouendi prauum ex ore ventriculi succum, ac id roborandi, ne amplius admittat illum. Hîc namque succi crassi, crudi, frigidi, imbibiti sunt tunicis ventriculi. Cibis vtantur coctu facilibus & à corruptione alienis. succo granatorum vel omphacio & pomis aurantiis & citriis condiantur. Pedes porcini coquantur cum passulis Corinthiacis & agresta. panis vstulatus maceretur in succo granatorum & vino generoso. Pyra cocta comedat. Coque passulas Corinthiacas ex vino & succo granatorum, adiecto saccharo: infunde patinæ, adiectóque vstulato pane albo, vescatur cochleari. Potet vinum subastringens & giluum: vel clatam cereuisiam cinnamomi vi imbutam. Si non sit grauida, sique vomit ex facili, sumat decoctum raphani cum oxymelite. Si non facilè vomit, accipiat cassiam cum pulpa tamarindorum ad vnciæ pondus; adde specierum hieræ picræ drachmam. Species hieræ cum melle rosato vtiliter exhibentur in materia pituiteſcente. Vel purgetur rhabarbaro: Accipe rhabarbari drachmas duas: cinnamomi scriptulum: tamarindorum semunciam: infunde aquæ endiuiæ & vini albi, cuiusque vnciis duabus: macera horis duodecim: dein semel ebulliant; ac fiat fortis expressio: cui adde sirupi rosati solutiui vnciam. In sero lactis infundantur folia sennæ, & fumaria, cum myrobalanis: vtatur quinque diebus manè cyatho. Deinde da succum mali punici dulcis, diacidonium: accipe seminis ammios drachmam: macis semidrachmam: gingiberis, scriptulum: olei anisi semiscriptulum: sacchari in aqua cinnamomi soluti vncias quatuor: fiat confectio tabulata: sumat manè drachmas tres. Fiat seutum stomachicum ex emplastro de mastice, & ex emplastro stomachali. In ventriculo frigido vtile est diatrionpipercon. Sirupus ex aloë præclarè ad salutem facit: hunc describimus Capite De palpitatione cordis. Ab vsu astringentium supersedebimus dum ventriculus fuerit purgatus. Si succi aliunde influunt, adstringentium vsus erit necessarius: quò firmato ventriculo, succus non immittatur. Si sitis cruciat, Accipe seminum quatuor frigidorum semunciam: lactucæ conditæ, diacodij in forma solida cum saccharo confecti, sacchari crystallini & violati, singulorum drachmas duas: tragacanti semidrachmam: cum albumine oui fiant pilulæ: & ore detineantur. Potet cyathum aquæ anguriæ. coque ex aqua semina frigida: vel da serum lactis cum pauco aceto, vel coque in eo acetosam: citreorum succũ, cerasa, ribes. Accipe pulpæ caponis, perdicum, singulorum vncias tres: fusticorum infusorum in aqua rosata, seminum frigidorum maiorum mundatorum, cuiusque semunciã: cinnamomi drachmam: sacchari optimi libram vel sequilibram, cum aqua boraginis fiat confectio in morsellis.

Indicationes curatiuæ. *Cibus.* *Vomitoria.* *Pharmaca.* *Sitis.* *Morselli vel Ptisanæ alentes.*

CAPVT X.

De Coctione ventriculi læsa. Cœliaca passio.

CVM non rectè mitigatur chylus, ita vt in sanguinem ab hepate conuerti nó possit, imbecillus id facit ventriculus; quíque hoc affectu laborant Stomachici rectè dici possint, non secus ac illi qui ab imbecillo iecore Hepatici appellantur. Est priuatio decentis alterationis. vt Καλοπεψία, in qua diminuitur: Δυσπεψία, in qua deprauatur. Ventriculus coctionis huius author est: qui rectè in hoc officio se gerit, cùm probè attrahit, & quæ traxit retinet & in qualitatem mutat amicam, & tandem aliena expellit. Quare ad coctionem conueniunt etiam hæ tres facultates: propterea quæ facultas quæ in chylum mitificat cibum, titubat vel propria ratione, vel vi harum aliarum facultatum. Propria ratione labefactatur coctrix à calore vel frigore: ob calorem corrumpitur ac in alienam qualitatem commigrat, dicitúrque dyspepsia: à frigore verò fit cruditas, quæ appellatur bradypepsia. Et quamuis omnis intemperies ventriculi actionem soluat, attamen actiuæ qualitates, hoc est calor & frigus promptè id agunt: at passiuis opus est longa die. Ita à madore non ita percellitur ventriculus, nisi adsit hydrops & intemperies frigida. Nec à sicco coctrix aufertur, nisi adsit marasmus, aut febris antegressa fuerit. Cùm itaque non ita triumphat facultas vt ab ea mitigari possit, tarda fiet concoctio. Hoc etiam euenire potest ob accisum somnum: vel quòd ipsi cibi in vitio sint ratione substantiæ, qualitatis, quantitatis, vel vtendi modi. Ratione substantiæ, vt si indomabiles fuerint & flatulenti. Copiæ ratione, nimirum nimiæ, vel si varij fuerint cibi: vel minima si sumpti fuerint copia, vnde interdum assatione fœdantur. Qualitatis ratione occultæ interdum crimen habet cibus: nam cùm chylum edat proprietate sua ventriculus ac à calido ipso natiuo, fit vt quidam cibi habeant qualitatem quæ huic proprietati bellum indixit. inde tamen corruptio coctionis nascitur potiùs quàm imbellis coctio. Si manifesta qualitate cibus in vitio sit, ea erit prima vel secunda: vt crassior cibus, vel talis qui facilè corrumpitur. Ratione temporis vitium agnoscit cibus, cùm is non opportuno sumitur tempore vt si prior cibus nondum fuerit mitigatus in ventriculo: vel si qui semel die pastum inire solebat, iam ter comedat. Ordinis ratione violat cibus coctionem, vt si quæ duriora ac ægrè mitigari possunt, præmissa fuerint; plenâque manu ingesta, móxque ea quæ facilimè mitigantur inferat quis. Quin etiam coctio percellitur si effuderit se fœdum aliquod excrementum in vẽtriculum, inde deprauabitur coctio, nisi id frigidum fuerit, tunc enim diminuitur vel aufertur coctio. Quin interdum à cibis astringentibus durescit aluus, vnde pituita viscida retinetur, indéque coctio labefactatur. Circumflua excrementorum copia hãc noxam indicat. Inquirendum tunc erit an id fiat ob facultatem læsam, an ob externum errorem. Nam si quis non delinquit in sex rebus non naturalibus, & tamen in eo violetur coctio, sine dubio facultas in eo læsa erit. Acidi ructus à frigido succo frangi ventriculi potentiam denunciant, nec sitis vrget. Fatigat sæpe hæc imbecillitas eos qui à valida ægritudine iam reuiuiscunt. Coquatur pullus dum exossetur, conteratur, ac iterum decocto reddatur: adde quid mentæ & petroselini vel saluiæ, cum pauco vino vel agresta, vel sumat ius pulli, adde cochlearium aquæ rosatæ, & succi citreorum, adde parum vini cum vitello oui & saccharo. est gratissimum hoc edulium. oua sorbilia, auiculæ. Si pituita in vitio sit quæ ventriculum occupauit, paretur illa ad exclusionem melle rosato, oxymelite, sirupo de menta. octauo die purgetur pilulis alephanginis, vel de hiera, vel pilulis masticinis. dein Accipe specierum diarrhodonis abbatis & rosatæ nouellæ, cuiusque semidrachmam: olei anisi scriptulum: sacchari albi vncias quatuor: dissolue in aqua cinnamomi, & fiat confectio tabulata: sumat manè semunciam. vel sumat manè parum theriacæ vel mithridatij. Primum haustum sumat vini ex absinthio. Tegat ventriculi regionem pelle vulturis. Vngat eam partem oleo macis & caryophyllorum & mentæ. vel gestet cetatum stomachicum. Defendat se à frigore in parte qua situs est ventriculus, sacculo ex menta & absinthio, caryophyllis, & anisi semine. Sumatur ante pastum cochlearium huius pulueris cũ iusculo vel pauco vino.

Stomachici. *Καλοπεψία.* *Cibus vt in vitio sit.* *Signa.* *Curatio.*

Accipe

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 139 sur 513

©BIUM

Accipe coriandri vnciam: cinnamomi, seminis anisi, cuiusque semunciam: panis biscocti vncias duas: ligni aloës odorati drachmas tres: coralli rubri præparati drachmam: galangæ semidrachmam: masticis scrupulum: sacchari albissimi semilibram: misce, fiat pulvis. Omnem intemperiem euincit pulvis diarrhodonis abbatis, si ex iusculo manè sumatur. Id enim studium adesse debet, vt ventriculus se in se contrahat, & totum cibum amplectatur, ita vt nulla parte eius vacua, nullâque hiante, vnico calore perficiatur coctio. Ita coctus chylus quasi depressus, faciliùs descendet, nec longiorem moram, quàm par est, in ventriculo trahet, neque humidiorem chylum, qui nec in intestinis capax pepseos est, vt euenit bibacibus, in ventriculum regurgitabit, nec maturi num vomitum dabit. Granum thuris albissimi vel masticis horâ decubitus deglutiat: addi potest conserua rosarum. A cibo sumat cochlear huius pulueris, Accipe coriandri præparati sescunciam: panis albi tosti vnciam: corallorum rubrorum præparatorum, margaritarum præparatarum, cuiusque scriptulos duos: sacchari albissimi semilibram: coctionem iuuat. Flatus si molesti sint, incidat crassiusculè zedoariam, & cum vino sumat scriptulum eius. iusculis indat interdum semen carui vel ammi. Panis à furno calens immittitur vino, ita micæ ilico tepente balneo distillantur: semicochlear sumatur. Sirupus ex ligno aloës, descriptus Capite De palpitatione cordis. Iniice optimæ aquæ vitæ rosas rubras, liquiritiam, lignum aloës, santala, cinnamomum, caryophyllos, mentam, macerem, masticem, galangam, cardamomum, moschum: aliqua horum: & sumat semicochlearium eius aquæ, cum pauca aquâ rosarum vel endiuiæ. Scribunt corallum vel smaragdum & iaspin ventriculi regioni admota iuuare. Manus calida incumbat ventriculo. Fotus cum spongiâ ex decocto in vino rubro & aqua chalybeata, mentæ, rosmarini, absinthij, radicum cyperi, galangæ, corticum citreorum, cinnamomi, caryophyllorum, seminis carui, fœniculi, coriandri, rosarum. Si ingens dolor vrget, Accipe Philonij Romani semiscriptulum: theriacæ optimæ semidrachmam: cum aqua melissæ vel cardui benedicti sumat longè à cibo.

Flatus.

Dolor.

RESPONSVM

ad Nobiliss. & Ampliss. Præsidem IOANNEM BANCHEMIVM, *& Consiliarios Supremæ Curiæ Hollandiæ, Zelandiæ, & VVestfrisiæ;*

Nullum esse aquæ innatationem Lamiarum indicium.

Quærunt Nobilissimi Amplissimique Domini:

Num Lamiis, sagis, sortilegis, vel veneficis, à praua illarum arte, aut nefanda exercitatione hoc peculiariter insit, vt si decussatim iunctis strictisque simul pedibus cum manibus vi vinculorum, flumini immittantur, mergi nequeant; sed aquæ innatantes, peculiari quadam vi, ab ea respuantur, nec admittantur. vel num aliqua alia naturalis huius rei causa subsit.

RESPONDEMVS. *Ea quæ in homine, vel circa corpus humanum eueniunt, vel ex vi* τῶ αὐτεξουσίου *proficiscuntur, hoc est; ex actu intellectus per cognitionem, promouentis se in voluntatem, quasi consilio capto. alia eueniunt vi* τῶ ὁρμῆς: *hoc est, impetu vel instinctu naturæ, cùm causæ subiectis, in quæ agunt, analogiâ respondent: aliæ, vi earum rerum quæ à foris sunt. Quod ex vi consilij capti euenit, vt si pactum intercesserit cum Dæmone, id nec sacræ, nec profanæ, de natura rerum, litera, aliter iudicandum statuunt, quàm ex effectis: vt ex veneficiis & latrociniis. Ita Horatius, Ode sexta Epodon, Gratidiam veneficam, quam Canidiam appellat, accusauit, quòd furtim raptum puerum quendam patricium, humi mentoto tenus defossum necârit, vt ex eius cadauere, sua arte, maleficia ac philtra concinnaret. Nam ille malus genius vix sine nefandi sceleris transactione, pactum facere poterit: nec enim illi putamus tantum ius in humanam naturam esse, vt illi id à S. Deo concedatur; nisi illa, omnem prius humanitatem se exuisse, exemplo declarârit. Huiusmodi autem pacti indicium aquæ deberi nusquam legimus. quin si talem vim Deus aquæ dedisset, id sine dubio 18. capite Deuteron. indicasset. Si aqua illas indignas habet vt submergat, cur terra illas patitur? cur aër benignè suam auram vitalem illis aspirat? cur cibus Tantalas illas non fugit? hæc aquè natura nostra sunt dicata, ac aqua.*

Si verò ex naturæ instinctu abhorreat illas aqua; vel saltem eas non admittat: id fiet ex causa aliqua naturali. Causæ autem naturales agunt, vel antipraxiâ quadam, vel vi quadam, quæ rationi est manifesta, ac ei comperta.

Si antipraxiâ, id est, discordiâ quadam, vel odio quodam natiuo: hæc causa humanæ rationi est incomperta: non aliter atque ea, quæ ex aduerso, sympathia, contagione quadam natiuâ iucundè se amplectuntur.

Quis enim dicet cur magnes trahat ferrum? cur gallinaceus pullus vix natus equum aut taurum nihil reformidet? milium adeò expauescat, vel longè conspectum etiam, vt matris se condat alis? Eadem ægno cum lupo inimicitia est. Quasdam familias in Creta legimus intuendo infantes in tabem vertere. Adamas solo hircino sanguine mollescit. Neruo vnisono in cithara tacto, mouetur & alius vnisonus in alia cithara sine tactu. Magnes patinâ exceptus, ac aquæ vnâ impositus, frontem perpetuò suam ad polum Arcticum vertit: etiam si patina in gyrum millies voluatur; quiescens, polum fronte intuebitur. Leo, animalium omnium terror, gallinaceo expauescit viso. Brassicæ & rutæ tanta est inimicitia, vt iuxtà seri nolint. Cucumis suppositio oleo, recuruat se. echeneis, parvus piscículus, remoram vocant, medio in mari, nauem vi ventorum actam sistit. Et infinita alia id genus,

genus, quæ incredibilis admirationis sunt plena. & tamen causas in naturæ habent, sed humanæ rationi incõpertas.

Sin ratio subsit, ita vt ex lege naturæ hoc aliquando eueniat, certè nihil monstri erit hæc natatio, intellectâ causâ, quæ admirationem excutit.

Quidam intempesta nocte, dormientes lecto exiliunt, quæque impossibilia ac inaccessa sunt vigilantibus, perficiunt sine offensa, cum omnium spectantium trepidatione & admiratione. & tamen lucidè in naturæ huius rei causa est. Quin quidam, teste maximo medico Aretæo, per morbos futura præuident & prædicunt: & quidam, sine dæmone, in morbis, variis loquuntur linguis.

Ita consbicua ratio de natatricibus his adferri poterit: Quòd nimirùm quædam mulieres ventricosæ sint, protensoque vtero, ac pulmones laxissimos habeant, vbera maximè fungosa, intestina ampla, quæ interdum copiosè flatibus implentur, maximè in melancholicis, quales hæ fœminæ (quæ in suspicionem magiæ, ob imaginationes melancholicas, trahuntur,) plerumque sunt. Cumque ita deligantur, vt pedes manibus iungantur, sinus ac cauitates omnes ampliores redduntur, totóque corpore vtriculum ac vasculum referunt ferè. Quare flatibus, quædam, repletæ natare possunt. vt videmus in ouis euenire, quæ si aquæ dulci immittantur, sidunt: sed si eadem ouа putrescant, vel fœtum contineant, natant: nam ventus quidam in iis conceptus tunc est. Accedit, quòd quædam mulieres, & etiam viri, coxendicis ossa ampla habeant, & scapulas prominentes, ita vt scapham exprimant.

Præterea hæ mulieres, vel viri, metu submersionis continent spiritum, ac fauces claudunt, ne aquam hauriant. Vnde, si pulmo his fuerit laxior & grandior, copiosum concipiunt aërem. Hoc enim viscus, pulmo dico, librat ac fulcit corpus aquæ innatans. Et hæc ratio est, cur cadauera submersa post paucos dies emergant: nam plurimos flatus id viscus concipit. Argumento sunt cadauera quibus exsecti sunt pulmones: hæc fluentis immissa, numquam emergunt: quod piratæ optimè norunt. Ideò quidam natandi artem discere nequeunt, ob pulmonum parnitatem, ac cauitatum angustiam, quæ sunt in corpore.

Quare, si quæ amplissimos pulmones habuerit, ac multis meatibus pernios, ita vt amplissimum aërem haurire possit; & si eo modo ligetur, vt diximus, ab aqua fulciri ac librari poterit.

Imò nouimus, qui cùm spirationem arctè comprimeret, non solùm spirabiles partes tendebat, sed totum etiam hypochondrium huic flatibus turgescebat: ita vt pro hydropico ab omnibus haberetur: flatibúsque ita tractis anhelitus compressione, ludebat homines. Virgis exceptus, cùm non liceret animam comprimere, euanuit ilicò moles ventris.

Si ea vi, quæ à foris est, id euenerit, vt si à dæmone sustineantur, cur hoc illis imputetur, si ita fieri id finit Deus? Scimus enim diabolum ab hominibus cogi non posse. sunt enim potentes à Deo creati, & quamuis lumen gratiæ & fauoris diuini amiserint, tamen vires maximæ his restibiles sunt: sed frenat eos Deus. Quin ipse filius Dei & homo Christus, nonne per aëra à Diabolo elatus fuit ad fastigia montium? si hoc in Seruatorem nostrum illi licuit, an non poterit ei concedi à Summo Deo, vt homines gestet in aquâ, sine vllo crimine veneficij?

Graue ergo, vbi nihil harum causarum constiterit, iudicium exercere: maximè, cùm nec lex diuina nec humana, ab aquâ indicium peti imperet.

DE'

MEDICINÆ ORIGINE,

Æsculapidum ac Hippocratis stirpe & scriptis,

ORATIO.

RECTÈ dixit Pythagoras, duo omniũ pulcherrima diuinísque operibus consimilia nobis à S. Deo fuisse concessa, veritatem eloqui, & mortalibus facere benignè. Diuini quid est, omnibus prodesse velle: prudentis, hoc ipsum certa ratione & via instituere: fortis, in labore perseuerare. Hoc iuuandi connatu ductũ genus humanum, quamplurima stupenda, quæ etiã hominẽ ipsum sua mole superant, vsibus humanis attulit: vt rectè dixisse Sophocles in Antigone videatur,

Nihil æquè stupendum ac hominem
Natura parens produxit vnquam.

Hoc est illud iuuandi studium, quod nullam mundi partẽ, quæ cæli circumflexu tegitur, intentatam reliquit: quod homines docuit procellosum mare, dum atra etiã sub Arcturo hyems sæuit, superare, ac eximo mari merces & nutricatũ humanæ cõmoditati inferre. Hoc, inquã, hoc ipsum studium, Tellurem, quam incorruptam Deam veteres vocabant, aratris scindere docuit, ac equis versare, quos etiam magnis primùm laboribus subiugauit. Sed pedetentim ad eleganciora ornamenta se conuertit hoc societatis humanæ studiũ: hinc sapientia & legũ laudes, vt argutè dirimi possint eæ querelæ, quæ alioquin diris violarent hominũ commercia iniuriis. Sed ante omnia cum homine vnà exsplenduit Medicina grauium morborum leuamen. Vt autem corporis firma constitutione nullæ opes, nullæ fortunæ ampliores, sic labente illa nihil tædiosius, calamitosius nihil. Quare viri illi, qui vsibus humanis illam artem intulere, Medicinam dico, sine qua etiam externarum fortunarum vsus iucundus ac dulcis haberi nequit, gratâ memoriâ celebrari ab omnibus bonis ingeniis merentur: nam, vt dicit Euripides,

Virtus etiam mortuis splendida lucere debet.

Dicam itaque iam ego de reuerendo illo sene, qui certa oracula olim Medicæ schola intulit, & quidquid artis Medicæ ad nos deuenit, excoluit: de Hippocrate, inquã, Coo Asclepiadæ gentis sacra coryphæo, dicam. Spero veniã vos mihi daturos esse, auditores ornatissimi, si non dignè laudes dixero ei, qui omni laude maior ab omnibus celebratur: quod quidem vt faciatis, vos pro eximio candore vestro, & meo erga vos studio & obseruantia, vehementer oro.

Ante Empiricam conditam sectam Graci eos, qui hac arte excellebant, Deorũ filios vocabant: qui profectò herbariã potiùs quandam experientiam habuisse videntur, quàm artem medẽdi. Eiusmodi apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo eruditi Heroës, nouerant. Nã principibus viris tantùm Medicinam olim exercere licebat, eámque suis posteris per manus tradebant, vt scribit Ælianus De Hist. Animal. lib. 12. c. 18. Ita apud Pindarum Pyth. 3. Iason dicit Chironem sibi nomen Iasonis imposuisse: ideò indubiè quòd inter condiscipulos doctrina & experientia medica excelleret. Sic multa de Aristæo, Polyido, & Melampode scribuntur, qui, quòd Prœtidas Thraciæ mulieres, elleboro ab insania vindicasset, Melampodium dictum

Medicinam apud priscos Græcos tãtùm Principes exercuisse. Iason. Elleborus Melampodiũ dictus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 141 sur 513

©BIUM

Acrō Agrigentinus Empiricæ sectæ auctor. Hippocrates pestis remedium ab Acrone didicit.

ctum Ellebori medicamen fuit.

Empiricæ autem sectæ initium dedit Acron Agrigentinus, Empedoclis Physici (qui circa Hippocratis tempora floruit) authoritate commendatus, vt refert Plin. lib. 29. c. 1. Hic Acron atate Hippocratem superauit, & celebritatem inde nactus est (teste Plutarcho in lib. De Iside & Osyr. & Aëtio, ac Paulo Ægineta) quòd sauiente atroci in Sicilia peste ignes passim accendi iusserit, vnde pestis euanuit. Hinc mutuasse remedium Hippocratem, verisimile est, cùm in magna illa Atheniensium peste (quæ primùm à Thucidide, deinde à Lucretio Latinis versibus est enarrata) odorata ligna & corollas vbique accendi iussit. Quod similiter refert Galenus in libro de Antidotis. Post Acronem Empirica secta illustribus viris fulsit, quales fuere Crito, Philistion, Philinus, Menodotus, atque Serapion, qui & περὶ ὅρων scripsit. Hãc sectam Tereticen & Mnemoneuticen, id est, obseruatricem memorémque Græci vocare solebant.

Rationalis Medicina.

Empirica secta iam facta, cùm homines rerum experientias causis firmare optarent, videréntque ignotis causis effectuum etiam obseruationem minimè firmam esse, ad earum contemplationem inclinare cœperunt: atque ita sensim rationalis Medicina subnasci cœpit: quæ fuit ante Hippocratẽ penes Cnidios, Rhodios, & Coos: cui splendorem, incrementum & maiestatem primus omnium affluit Hippocrates, ac eam primus, dicit Galenus, apud Græcos in lucem protulit. qui, *vt dicit Celsus,* vir arte & facundia clarus fuit: quique, *vt ait Macrobius,* tam fallere quàm falli nesciebat.

Hippocratis laus.

In hoc verborum pressa proprietas, sententiarum concisa subtilitas, sermonis veneranda antiquitas, & artificij commendabilis dignitas. Hæc genuina & propria sunt Hippocrati. Eius certè si enumeres verba, breuiter & abscisè scribere deprehendes: sensum si æstimes, copiosè & valenter. Nam rei agendæ causa loquitur; & verbis non vltrà, quàm ad intellectum satis est, vtitur: ideóque eius scriptorum dignitatem ab vlla huius ætatis multiloquentia non sustineri posse putem, non si quater totum hoc seculum reuiuiscat.

prosapia.

Hunc Hippocratem origine paterna ab Æsculapio, materna ab Hercule prognatum esse affirmant. Id mirum, quòd artis Medicæ studium vna Asclepiadum familia annos amplius mille conseruauit, liberis in vestigia parentum succedentibus, & artis auitæ possessionem tuentibus. Ita apud illos ars adolescebat, & incorrupta adposteros transmittebatur. Refert Pindarus in Nem. Ode 3. de Æsculapio, eum post Iasonem ad Chironem uenisse, vbi dicit quòd Chiron.

Æsculapius à Chirone institutus.

*.i. Æsculapiũ docuit applicationẽ remediorũ multi fariorũ, quæ fit molli manu.

*——Κοιλιᾶτιν
Τὸν φαρμάκων δίδαξεν
Μαλακόχειρα τόμον.

Sed dubium non est eum apud Ægyptios, aut eorum apud magistros, Indæodico, artem didicisse, & inde Græcia intulisse. Est & nomen ipsum peregrinum, ab EZ & KELEPH *factum, quorum illud capram, hoc canem significat: nam caprillum lac intus, & canis lingua ad vlcera foris, medelæ loco erant. Et quæ de Æsculapio exposito, ac à capra lactato, à cane custodito, Græci fabulantur, omnibus nota sunt. Tanto autem successu Æsculapius in Græcia Medicinam fecit, vt Hippolytum, Thesei filium, in vitam reuocasse persuasione vulgi creditus sit, diuinisque honoribus ideò cultus. Indubiè à Chirone Centauro fuit educatus, in eadem cum præstantissimis Græciæ principibus schola, in qua fuere Peleus, Iason, Achilles, &c. Quod argumento est eum non obscuro loco natum fuisse: maximè cùm posteros eius in Peloponneso parti Messeniacæ imperasse constet ex Homero & Pausania. Et seculo illo antiquo artibus elegantioribus illustres familiæ tantùm vacabant, quæ iam ad tuguria verè relegantur, musis cultoribúsque ferè tabescentibus.*

Machaon eiusque posteri.

Ex hoc Æsculapio nati Podalirius & Machaon, qui & suas duxere copias ad oppugnandam Troiam. Machaone ad Troiam ab Eurypylo Telephi filio occiso, posteri eius tenuere paterna & auita regna in Messaniaca, vsque adreditum Heraclidarum in Peloponnesum: nam illi recuperata Peloponneso pepulerunt inde Pelopidas, Nelidas, & Asclepiadeos vniuersos: ex quibus aliis aliò ex fuga dilapsis, & Tisamenes Orestis filius relictis Argis ad Achiuos: Nelidæ, quorum erat à Nestore origo, Athenas sese reciperent: Machaonis nepotes ad Podalirij posteros fugisse non dubitandum est. Capta Troia Podalirius tempestate delatus ad Scyron Cariæ urbem, ibi, quòd Græcia partim bellis flagraret, partim latrociniis pateret, deposita imperij cura scholam aperuit, paternam artem docuit ac fecit. Ex hac schola colonia tres scholarum deductæ maximo Medicinæ cultu, cùm toti Græcie, Asiæ, & ad Persidem vsque medicos pareret: Rhodia, nimirum, Cnidia, & Coa. Certârunt hæ scholæ inter se æmulo studio amplificandæ artis: sicque his contendentibus de artis Asclepiadeæ possessione, reliquas tandem obscurauit Coa, celebrium artificum numero & scriptorum splendore: quamuis & sua Cnidiis sententiis dignitas atque authoritas fuerit; nam etiam diu in medica schola viguerunt. Qua autem in Co extitit schola, ea genuit, aluit, & docuit Hippocratem decimum septimum ab Æsculapio. Hic absolutissima artis auitæ cognitione inclaruit, ac emicuit felicissimo artis eiusdem successu: nec id mirum, nam nactus naturam beatissimam, mox artem veluti cum nutricis lacte fugebat. Tanta huius fuit benignitas, nihil vt sciuerit nos quod nescire voluerit: tanta autem solertia & sapientia, vt quod ipse ignorauerit, post ipsum sciuerit nullus. Eius paternæ stirpis hæc est series: Æsculapius, Podalirius, Hippolochus, Sostratus, Dardanus, Cleamitides, Crisamis, Theodorus, Sostratus secundus, Crisamis secundus, Theodorus secundus, Sostratus tertius, Nebrus, Gnosidicus, Hippocrates, Heraclides, Hippocrates Magnus.

Podalirius vbi medicinã fecerit. A podalirij posteris tres Medicę scholæ institutæ: Rhodia, Cnidia, Coa.

Hippocratis indoles, & stirps paterna.

Nebrus tritauus Hippocratis.

Thessalus filius Hippocratis in oratione ad Athenienses meminit Nebri tritaui patris sui. Amphictyones enim bellum gerentes aduersus Gryseos Locrorum vicinos, repetituri ab illis templi Delphici opes, hunc Nebrum oraculi monitu accersiuerunt ad pellendam ab exercitu pestem, quæ eius magnam partem vastauerat. Huius Nebri ex Gnosidico filio nepos fuit Hippocrates primus, cui tribuuntur libri De Fracturis, & De Articulis, qui inter Hippocraticos extant: eiusdem fuit abnepos Heraclides nostri Hippocratis pater, qui Amyntæ Macedonum regi charus & familiaris fuit. Ab hoc conscripti censentur à quibusdam Aphorismorum & Prognosticorum libri, qui inter monumenta Hippocratica soli ferè principatum obtinent. Hoc patre natus est Hippocrates noster, & Phanareta Heraclidea matre, propter quam se etiam vicesimum ab Hercule numerat. Claruit maximè temporibus belli Peloponnesiaci, regnante apud Persas Dario Longimano, Hectoris fortè filio, quæ nupserat Assuero, quem Græci Xerxem, Chaldæi Artaxerxem appellant: quo tempore illustris erat Democritus Abderita philosophus: Protagoras Sophista, cuius libros decreto publico Athenienses exusserunt: & Phidias Atheniensis, statuariorũ coryphæus, qui viuus Iouis vultus ex ebore duxit, qui omnis ætatis admirationem in se traxerunt, vt rectè in laudem Phidiæ se effundens Plinius l. 7. c. 37. dicat: Phidię Iupiter Olympius cottidie testimonium perhibet. Tunc grassante celebri illa peste, à Thucydide descripta, eius scientia toti profuit Græciæ, quæ ex Pannonia & Illyride in Græciam immani cum strage profecta ei vastitatem minabatur, anno secundo Belli Peloponnesiaci: anno Mũdi 3537. Fuit enim ea veneni in hoc malo truculẽtia, vt vel subitò necaret, vel excussis in crura aut brachia malis illa vnà auelleret & solutis artubus cõscinderet: alios

Nebrus tritauus Hippocratis.

Hippocrates materna stirps vicesimus ab Hercule.

Nobilissima Græciæ pestis ab Hippocrate curata.

Semianimes errare vias dum stare valebant
Aspiceres, flentes alios, terráque iacentes,
Hîc, illîc, vbi mors deprenderat exhalantes.
Atque etiam in quosdam cepere obliuia rerum
Cunctarum, neque se possent agnoscere vt ipsi.

Ouid. 7. Met.

Lucret. lib. 8.

Ita

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 142 sur 513

Ita horribiliter graſſante lue, cùm à Theſſalis hoc contagium depulisſet, ad Thermopylas profectus, à Doriensibus & Phocensibus

Sollers occultas rerum cognoſcere cauſas
Hippocrates ſactam ſuſtulit igne luem.

Hinc dictus Magnus ſeruator, Macedonia, Theſſalia, & Thracia. Theſſalum filium reuocatum ab Archelao Macedonum rege, qui hæredibus Perdicæ fraude ſublatis regnum vi rapuerat, conceſſit eum Athenienſibus petentibus anno ſecũdo belli Peloponneſiaci. Draconem alterũ filiũ miſit in Helleſpontũ. Polybo genero ſtudiorũ & ſchola curã cõmiſit. Poſtea Athenienſibus in Siciliã traiecturis Theſſalum rurſus adiunxit. Horum beneficiorũ memores Athenienſes Hippocratem proximum Herculi in Eleuſiniis ſacris collocarunt donatum iure ciuitatis: & poſteris eius ſtipendia & victum in Prytaneo de publico decreuerunt: quod fuit apud Athenienſes ſummum. Hic Hippocrates, vt ſcribit Soranus, Perdiccæ regi Macedonum in honore & deliciis fuit, cùm propter artis excellentiam, tum propter originis & familiæ Heraclideæ cognationem. Ob artem quidem, quia cùm Perdiccas tabe ab omnibus laborare exiſtimaretur, publicitus cum Euryphonte, qui ipſo ætate maior erat, ad eum curandum vocatus fuit, ac certis notis deprehendit ei animum, non corpus, in querela eſſe. Etenim Perdiccas, poſt mortem parentis Alexandri, Phylam parentis pellicem amare cœperat; ad quam cùm Hippocrates rem detuliſſet, regem ſeruauit. Quin & ob cognationem familiæ Heraclideæ regi amiciſſimus fuit; nam & Macedonum reges paternam originem ad Herculem referebant, vt maternam Hippocrates. Præceptorem in Philoſophia habuit Democritum, quem cùm Abderitani inſanum flerent (nam totus naturæ contemplationi deditus, ab omni hominum conſortio remotus ſolitarius degebat, reique familiaris curam prorſus negligebat) illum ſanũ deprehendit, & præceptorem ſuum ab elleboro (quod illi Abderitani propinare volebant) graui ſanis medicamento, quodque in ſanis mortis aut inſaniæ euentum habebat, liberauit. Illuſtris hic ſenex, ſelix gloriæ ſuæ ſpectator, qui viuus maiores quàm vnquam vlli mortali honores ſibi à ſuis delatos vidit: Regum ipſe nepos, qui Aſiæ & Africæ latè dominantes reges, quaſi tam inſigni & illuſtri nomine tyrannos indignos, ad illius ſe amicitiam applicantes repudiauit: Denatus, inquam, hic eſt apud Lariſſæos, cùm totidem, quot ipſius præceptor Democritus Abderita, vitæ annos expleuiſſet, nimirùm centum & nouem: vt teſtatur Soranus. Admirandum quid ei defuncto contigit: namque eius ſepulchro diu poſt mortem apes inſedere mellificãtes, quo melle infantium oris vlcuſculis iuxta tumulum illito, nutrices ea perſanabant: quaſi natura clamante, hoc homine veram Medicinam Deum hominibus monſtraſſe.

Inter plurimos diſcipulos quos reliquit, clariſſimi fuere duo eius filij, Theſſalus Hippocrates, & Draco Hippocrates. Theſſalus Hippocrates quæ lacera pater reliquerat, tanquam nouus quidam Æſculapius Virbij membra, collegit, inque ordinẽ dedit. Conſociati ab hoc putantur, liber Epidemicon ſecundus, quartus, quintus, & ſextus. Sed procul à ſchola & ſtudiis apud Macedonũ regem, non ſcribendo, ſed medendo conſenuit. Polybus, gener Hippocratis Magni, poſt ſocerum ſchola & ſtudiorum curam ſuſcepit. Ab hoc ſcriptos libros De Natura Humana, & Semine, erudita vetuſtas credidit. Dubitatum etiam fuit, num libri τῶν παθῶν etiam huic attribui debeant. Draconem, alterum filium, libros Prorrheticõn compoſuiſſe opinio fuit: quos quidam Theſſalo adſcripſere. Retinuere autem poſteri Hippocratis auitæ artis poſſeſſionem per annos penè ducentos. Theſſalus reliquit Hippocratem tertium: hic iterum Hippocratem quartum, qui Draconem ſecundum, ex quo natus Hippocrates quintus. Dioſcorides is qui ſub Hadriano Imperatore Hippocratica ſcripta collegit & in ordinem redegit, cenſuit Hippocratem tertium fuiſſe autorem ſcripti De Lienteria. Draconem ſecundũ medicinam facientẽ apud Roxanen, Alexandri Magni coniugem, Caſſander cum illa carceri incluſum occidi iuſſit. Commemorat Suidas alios Hippocrates ex eadẽ Hippocratis ortos ſtirpe, Coos omnes vt ſextum Thymbrai filium, & ſeptimum Praxynactis filium: ſed certò nõ conſtat qua cognatione primos attigerint, nec qua nominis & artis celebritate exſplenduerint. Polybum in Hippocraticæ ſcholæ adminiſtratione ſecutus eſt Diocles Cariſtius, qui primus Anatomica ex profeſſo docuit & ſcripſit: fuit medicus Antigoni regis: exiſtimatur autor librorum De Morbis Mulierum. Diocli ſucceſſit Praxagoras Cous Nicearchi filius, ex Aſclepiadeis vltimus. Apud hunc condiſcipuli fuere, Philotimus, Eudemus, & Herophilus. Philotimo attribuitur liber περὶ ἕξεως.

Herophilus ab Hippocratica ſinceritate primus deflexit, moxque eum ſequuti Chryſippus & Eraſiſtratus probum vetuſtæ doctrinæ vinum affuſa naſutiæ ſuæ aqua diluerunt: & ita priſtinus Medicinæ decor periit, cùm iam familiam Æſculapij deſeruiſſet. Innouata hæc Medicina diu floruit: nam Strabo, qui Auguſti æuo vixit, ſcribit in fine libri decimitertij, ætate ſua inter Laodiceam & Caruram fuiſſe celebrem ſchola eorum Medicorum qui Herophilum ſectabantur: qualis etiam fuerat tempore patrum ſuorum Smyrnæ Medicorum qui Eraſiſtrati dogmata amplectebantur. Poſtquam igitur Æſculapidum familiam deſeruiſſet Medicina, in tres factiones diſtracta fuit, aliis ſe profitentibus Rationales, aliis Methodicos, aliis Empiricos nouos. Ita inualeſcentibus partium ſtudiis, & euincente nouarum opinionum fœtu, preſſa fuit Hippocratica veritas, totaque ars fœdè commentitiis nugis aſperſa fuit: vt ferè fit, cùm ignari ſententiæ eorum à quibus primò artes profectæ ſunt, in artes ſurrepunt; quibus fidus comes ambitio ferè eſſe ſolet, qua arrogantiam ex inſcitia parit: hinc ſuperbum faſtidium ad vſitata atque recepta, & ingens calcar ad nouitatis ſtudium. Ita doctrina Medica penè proiecta, & factionum contentionibus quaſi exoſſata iacuit, ad Galeni vſque tempora, qui Hippocraticam lucem à tenebris vindicauit, excuſſis Empiricorum & Methodicorum inſaniis, quæ nitore exſplendeſcentis veritatis ex animis & memoria hominum euanuere.

Quæ ſcripta nomen eius præferunt, iuréne an iniuria, olim etiã dubitatum fuit: hoc inde enatum fuit. Cùm Ptolemæus Philadelphus maximis ſumtibus veterum ſcripta coëmeret in Bibliotheca cultum, lucri ſpe multi alienis ſcriptis nomẽ Hippocratis intulere: quin in genuinis multa pro libidine immutauere, ſicut Mnemon Sidites tertium Epidemicon obtulit ſuo nomine, cum additione τῶν Διοδώτου. Poſtea cùm conflagraſſet Bibliotheca Alexandrina, & quæ in priuatorum manibus reſtibilia erant collegiſſent Artemidorus Capito, & cognatus eius Dioſcorides, Alexandrini, Adriani Imperatoris temporibus, plus damni quàm commodi Hippocratis rebus intulere deprauando. Galeno igitur debemus quòd genuina ab adulterinis dignoſcimus, qui & menda ſcripturæ emendauit, & quæ fraude immiſſa & qua Hippocrati conſentanea demonſtrauit. Is 1. Epidem. & 3. Hippocrati Magno, 2. 4, 5, 6, eius filio Theſſalo adſcribit: reliquos ſuppoſititios cenſet. Προγνωστικῶν libros; & Aphoriſmos alibi Magno Hippocrati, quò potiùs inclinat, alibi eius patri Heraclidi adiudicat. De Aphoriſmis Suidæ eſt elogium: Ἐξήνεγκε δὲ τῶν Ἀφορισμῶν ἀνθρωπίνην ὑπερβολὴν σοφίας. Hippocrati etiam Magno adſcribit Librum De Aëre, Aquis, & Locis: & De Victus Ratione in morbis Acutis: addens ex quorundam tamen ſententia cenſeri hos ex Cnidiis ſententiis eſſe conglomeratos.

De ipſo Hippocrate Galeni iudicium eſt; καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἀνέρα αὐτὸν γεγονέναι, μὴ φιλοπρωτίας, ἢ φιλοδοξίας, ἀλλὰ φιλοτεχνίας ἕνεκα. Et de ſcriptis eius, ὅτι καλῶς οὐδὲν ἔχαψεν: ſed eſſe quædam mutila, quædam conciſa & in arctum contracta; nihil ſuperfluum, ociоſum nihil: ſed argutam breuitate rotunda & ſignificantia omnia: ita vt vbertas & amplitudo rerum verborum numerũ longè vincat. Hic enim antiquus Medicæ ſchola fuit mos, in eoque Æſculapidum ingenium ſe oſtentabat, quod multa artis core, ſummis laborum erumnis, ab ipſis incunabulis vſque, erat ſubactum. Ideò & nunc, vt rectè antiqua Æſculapidum ars diſcatur, Æſculapij ingenio eſt opus.

Diocles Cariſtius.

Aſclepiadũ doctrina à quibus corrupta.

Hippocratis ſcripta quid ambigẽdum ſit, quæ eſſecẽſerit?

Hippocratis laus.

Hippocrates ab Atheniensibus diuinus honor exhibitus.

Hippocrates Perdicc Macedonũ regi familiaris & charus.

ob artis excellẽtiam, & affinitatem.

Hippocratis præceptor Democritus ab ipſo ab elleboro inſania liberatus.

Hippocratis mors.

Portentum poſt mortẽ Hippocratis.

Hippocratis filij, & ſucceſſores.

Polybus gener Hippocratis.

Draco filius Hippocratis.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 143 sur 513

©BIUM

Æsculapius vt olim pingi consueuerit.

Medicus qualis esse debeat.

Nam omnia veri medici insignia, ab antiquitate Æsculapio adscribuntur, verè laboriosa omnia. Noctua, vt sit vigil ac in studiis perennet, vt sciat casus & euentus morborum prædicere. Galerus & nodosus baculus, vt medicus studiosè addiscat vim remediorum & vires ægri, vt cognoscat exactè quales remediorum ictus singuli homines opportunè excipere possint. Serpens, vt callidè summáque cautela remedia admoneat, & ad contortas sedecim indicationes curatiuas collineet. Manu altera amplectebatur caput draconis, qui δρακὼν *, id est, acutè videndo dicitur, iuxtà vigili cane adsistente, vt sagaci ingenio morborum indolem & euentum perspiciat, perspectúmque summa cura & minimo nocumento morbum auferat: sanitatémque præsentem custodiat, morbum imminentem fugat. Altera manu pini pomum gestabat, inuens durissimum quidem esse artis medicæ corticem, sed vtilissimam ac suauissimam eius medullam & fructum. Dextro lateri Sanitatis aligera effigies iungebatur: vt Medicus non sordidi lucri, sed valetudinis generis humani habeat rationem, vtque sanitatem præpeti penna ferri à dextra in lauam partem cognoscat. Pullus, vt diætam summa cautela instituat in morbis qui celeriter, vehementer & continenter, quasi acuta & alta vulnera punctim corpori humano infligunt: vtque cùm opus est victum gratum præscribat, & succo tenerum, hoc est, vt ægri vires perpetuò corroboret, & ita se studiorum cultu comparet, quò id arte rectè agat. Barbam etiam demissam ac siluescentem Phœbi imberbis filius gerebat, vt nullus nisi ætate & scientia adultus morborum curationem aggrediatur.*

Quare agite, iuuenes Nobilissimi, mecum ad laureta illa antiqua Asclepiadum pedem conferte: difficilis quidem via, sed breuis Hippocrates. at obscura breuitas? diligentia & labor facem præferant, & in clara luce Charites, Veneres, & Lepores, in his viridariis Naturæ saltantes videbitis. Nam totius naturæ nitor & elegantia in Medicina est corrinata. Verè profectò hoc dicam, si humana natura integra mansisset, nihil post Deum habuisset in quo se suauius & cupidius exercuisset ac oblectasset, quàm in rerum ab ipso creatarum (quarum haud infima pars est homo) contemplatione. Quare natura Medicina est μουσική. *Quin hoc naturæ studio, in dura hac natura, ad pietatem animus molleseit, & rerum contemplatione ad S. Dei venerationem excitatur. Profectò in tam magna fabrica & œconomia humani corporis cùm architecti sapientia perpetuò occurrat, fieri non potest quin timor religiosus animos occuper. Quare authori Medicinæ S. Deo gratias agamus, quòd hæc monumenta Asclepiadum, in quibus præcipuæ sapientiæ diuinæ expressæ sunt imagines, inter tot temporum iniurias defensa & ad nos propagata fuerint: & ab illo petamus, vt hoc beneficio nos & posteros vti sinat.*

IOANNIS

IOANNIS HEVRNII IN HIPPOCRATEM DE NATVRA HOMINIS, COMMENTARIVS.

Nobiliſsimis, Ampliſsimis, & Prudentiſsimis

CONSILIARIIS STATVS CONFOEDERATI BELGII,

OTTHO HEVRNIVS, *defuncti parentis nomine* IOANNIS HEVRNII, *dedicat conſecrátque.*

HIPPOCRATIS COI, DE NATVRA HVMANA *Libros brevibus robuſtiſque ſententiis conſcriptos, quæ tum brevitate, tum veritate oraculi maieſtatem referunt, cùm Parens noſter* IOANNES HEVRNIVS *in Academia Leidenſi publicè explicaſſet, publicæ etiam luci (Commentariis multâ eruditionis cote magno labore ſubactis, illuſtratos) committere decreuerat, ſed non ſine Tutoribus, ne infirmus in famæ campo pupillus à liuore & calumnia circumueniretur. Id dum cogitaret, Veſtra* NOBILISSIMI MAGNIFICIQVE DOMINI AMPLITVDO ET PRVDENTIA *eius oculos perſtrinxit, cenſuitque à nullis commodiùs hoc officij peti poſſe, nulliſque quàm vobis huius operis conſecrationem deberi. Cùm autem egregiæ voluntatis effectum immatura mors interciperet, quod ipſe non potuit, per nos fieri voluit. Opus igitur hoc* NOBILISSIMI AMPLISSIMIQVE DOMINI *Veſtro nomine munitum contra liuorum publicæ luci ſe committere patiamini parens noſter* IOANNES HEVRNIVS *noſtris verbis rogat. Is námque Veſtræ* PRVDENTIÆ *eſt fulgor qui omnem malignitatem offuſcare queat. Vos illi eſtis quorum auſpiciis Reſpublica Confœderati Belgij in eam magnitudinem excreuit quæ in* POTENTISSIMORVM REGVM ET PRINCIPVM *ſocietatem eam adduxit. Vos illi eſtis quorum prudentiſsimis Conſiliis ingens bellorum flamma patriæ veſtibulum ad lambens, inhibita eſt. Vos per tot annos in medio bellorum æſtu ſerenam tranquillitatem nobis præſtiſtis; adeò vt omnes Confœderati Belgij incolæ omnem vobis gratitudinem debeamus. Sereno itaque vultu hoc donarium excipiatis rogamus, quòd mole licet ſit paruum, tribuentis tamen voluntate, rerúmque vtilitate ac maieſtate eſt maximum. Nam ſtructuram corporis noſtri lucidè explicat, quâ nihil admirabilius à Summo Deo in totius Mundi pulcherrimo theatro elaboratum. Nam non tumultuarium & incogitatum opus eſt homo, ſed meræ Naturæ delitiæ, adeò vt inter maxima rerum ſuarum Natura nihil habeat quo magis glorietur: eſt Mundi epitome & immortalis animæ domicilium. Mundi fabricam in nobis eſſe fatalis ille docet dies qui mixtum diuini humanique hoc ſecernit. Quanta ſit eius ab animæ inhabitatione dignitas, ipſius animæ præſtantia arguit, quæ à lima Veritatis Seneca ita exprimitur:* Magna & generoſa res eſt animus, nullos ſibi poni niſi communes cum Deo terminos patitur. *Ideò antiquiſſimus Bactrianorum rex Zoroaſter Hominis naturam magno molimine ſcrutatus, dixit,* Hominem Deum terrenum eſſe, Deum autem hominem immortalem: *iandémque admirabundus exclamauit,* O homo audaciſſimæ & omnia confidenter molientis Naturæ decus! *Quare ſicut Apelles, cùm admirandam illam Venerem pingeret, clauum fixit, quem qui auferret totam ipſam diſſolueret, in eius autem claui apice ſe ipſum vinis coloribus delineauit: ita* DEVS OPT. MAX. *cùm vemuſtam hanc Mundi œconomiam fabricaſſet, colophonem adiecit hominem, in quo ſuam imaginem poſuit, ex cuius inſpectione artifex agnoſceretur. Vos igitur* NOBILISSIMOS AMPLISSIMOSQVE DOMINOS *in excelſo Dignitatis gradu conſtitutos, arduum hoc opus, vobis quod debetur, benignè excipiatis rogamus.* DEVS OPT. MAX. ILLVSTREM VESTRAM MAGNIFICENTIAM *ad* RELIGIONIS & CONFOEDERATI BELGII *Gloriam & incrementum æternum incolumem tueatur.*

Ex Academia Leida in BATAVIS ANNO CIↃ. IↃ. C. IX.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 145 sur 513

PROOEMIVM.

Hic liber ad Medicinalem philoſophiam pertinet. Optimum enim Medicum eundem & philoſophum eſſe oportere integro libro id demonſtrauit Galenus. Veruntamen non cuncta quæ à Philoſophis tractantur, ea etiam à Medico inquirenda eſſe voluit. Hic enim quædam ex his inutilia eſſe non ſolùm Morali & Ciuili virtuti, verùm & arti Medicæ cenſuit, atque etiam toti humano generi. Veluti quæ de Tempore, Loco, & de Mundo an vnus ſit vel plures, genitus vel æternus, an extra ipſum vacuum: & alia quæ à Philoſophis diſputari ſolent: Vt num omnia ſint vnum, vel multa: an omnia moueantur, vel quieſcant: an omnia generentur vel corrumpantur: duo eſſe elementa leuia, duo grauia. Tantum abeſt vt Medicus de his Naturali philoſopho credere debeat, vt potiùs
8 *De decret.* hæc nullo modo curet. Sicut neque, vt Galenus indicauit, Terram ſtabilem in medio reſidere, ignem circu-
3. lari motu agi in concauo orbis Lunæ: cùm actiua neceſſitas hæc non requirat. & id genus alia; Quæ Socrates apud Xenophontem, tanquam humano generi omnino inutilia contemnit. At in his Medicum Galenus verſari voluit quæ ad hominis naturam cognoſcendam exactè pertinent, quatenus nimirum homo ſanus eſt, vel à ſanitate degenerat. Hæc philoſophia illa eſt quam Galenus aliquando vocauit Medicinalem, & ſine qua Medicum quempiam fieri poſſe præſtantem negauit. Quid ergo, Phyſicámne proponet nobis Hippocrates? Proponet ſanè, verùm alio habitu induram, quàm à philoſophis oſtenſa ſit. At quo quæſo? Habitu artium factiuarum. Propterea quæ vos non in Theoriam tanquam finem ducet, ſed in tectum modum operandi. Vt admirandum illud naturæ opus, corpus humanum, tale, quale ab ea procreatum eſt, cuſtodire valeatis, id tuendo, ac redintegrando, quantum humana id arte licet.

In Proœmio. Irrepſere, dicit Galenus, in hunc librum quædam adulterina: nam primus liber ad verſus ducentos quadraginta protenditur, inquit: Atque demonſtrat animalium corpora nata eſſe ex calido, frigido, humido, & ſicco:
In Phædro. Argumentũ libri. ac humorum indolem explicat. Omnes ferè Medici cum Platone hunc genuinum Hippocratis eſſe librum aſſerunt. Initio inquirit num ex vna vel ex diuerſis materiebus homo ſit conflatus. ex variis eum eſſe demonſtrat, attamen non infinitis, vt eius Præceptor Democritus aſſerebat. Deinde venit ad propiora hominis elementa: eáque etiam varia eſſe demonſtrat, miniméque vnum humorem eſſe. Mox ex his quæ eueniunt circa corpus humanum, aliorúmque animantium, imò & ſtirpium, demonſtrat ſuam ſententiam firmam eſſe. Hoc libro ergo diſſerit de principiis conſtituentibus corpus humanum: pertinétque ad Phyſiologiæ initia. Ineſt huic libro elegans ſcientia, præclara methodus, & dictionis quædam elegantia: quamobrem nunc & olim magnificè hoc de libro ſenſerunt omnes. Aliena quædam acceſſere de morborum ortu, varietate, notis, ac curatione, de venarum propagatione & ſectione, de Tabe, de ſignis ex vrina, & de febribus.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ

ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.

I.

Σ[ύ]τις μὲν ἰδιώτεων ἀνὴρ λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης πρεσβυτέρω ἢ ὀκόσον αὐτὸς ἐς ἐπιστολὴν * ἐφίκει, τετέρῃ μὲν οὐκ ὀρθοπαθέω· ἔδη δὲ ὁ λόγος ἀκούειν.

* ἐφίκηι,

HIPPOCRATES

DE NATVRA HOMINIS.

I.

Visqvis [1] *de natura* [2] *humana altiùs* [3] *differentes audire conſuenit, quàm ad Medicam artem pertineat, huic ſanè vtile non eſt hunc meum ſermonem audire.*

COMMENTARIVS.

**In Phædro.* 1 Præclarè dixit* Plato in primis opus eſſe ad veram alicuius rei notitiam comparandam, vt explorarum quis habeat, ſimpléxne ea res ſit, an varia. Si ſimplex ea deprehenditur, eius inueſtiganda vis eſt quâ in aliud quippiam agit, aut qua aptum eſt vt quid ab aliquo patiatur. Sin varia ea res deprehenditur, ſingularum vires eâdem lege, vt dixi, perpendantur. Propterea inquirit Hippocrates, num vniuſmodi ſit corpus humanum, aut varium, hoc eſt ex diuerſis compoſitum. † Scripſere veteres De Natura; hinc primum ſubſtantiam qualis ſit perſcrutati ſunt: quam
† *Phyſici antiqui.* exiſtimabant non genitam, ſed perpetuam, ſubiectam corporibus quæ ortui ac interitui expoſita gyrant. Præterea ea quæ confectaria ſunt ſingulis quæ oriuntur ac intereunt, perueſtigarunt. Tales olim libros ſcripſit Empedocles, Parmenides, Meliſſus, Alcmæon, Heraclitus, Epicurus. Hi cum rectè notarent corpora compoſita eſſe, eorum ſimplicia inquiſiuere, eôſque dum ad ea peruenere quæ ſingula in plures formas partiri non poſſint. Atque hæc tunc pro principiis habuere. Eſt enim, vt ait Galenus, prima corporum notio minimorum in quantitate: quam excipit altera in qualitate; vt monſtrat* Galenus in voce πρότ. *Hinc maxima inter phyſicos diſſertatio nata fuit, cum alij conſtituerint particulas minimas quantitate, eorum corporum elementa eſſe quæ oriuntur & intereunt: alij verò qualitate, vel ſpecie. Has tricas ſibi euitandas putat Hippocrates.* Quid enim ad Medicinam argutias illas perpendiſſe de materia prima, elementorúmque cauſas rimaſſe? ſatis profecto id hactenus naturæ vires perſcrutaſſe, quatenus vim gerunt mutandi corpora: vt relligiosè corporum temperiem ſeruare, ac deperditam eam reuocare poſſent. Phyſicis relinquit Hippocrates de elementis diſſertationem, ſolúmque ab eis id accipiendum, quattuor eſſe elementa vniuerſi, quibus humores corporis reſpondent humani. Quare Hippocrates hanc arenam deuitans, propugnat ſolùm Axiomatibus ſuæ artis, ex Phyſiologia, (cui ſubiicitur Medicina,) petitis. Parcè hæc ille de primis corporum elementis: at apertiùs de his quæ propria hominum elementa ſunt. Communia enim rebus omnibus huius inferni Mundi elementa, non ilicò hominum proferunt corpora, verùm polydædala à mutatione id agunt. quare olim quæſitum eſt, quænam ſit propria ortus noſtri materia? Hæc eſt illa quæſtio, quam ſibi vendicauit Ars medica; ac deprehendit hanc materiam Sanguinem
* *In Prologo ad lib. De Natura humana.*
eſſe

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 146 sur 513

esse, in quo apertè oculis ac tactui demonstrat quatuor humores inesse. Hos itaque hominibus inesse demonstrat Hippocrates. Hoc agit ille non alio fine quàm vt in sanitate ab arte corpora perpetuari possint, hos humores in viuacitate sua tuendo; vel eâ flaccescente, recreando. Quod nullus fecerit, qui principia ignorauerit fabricæ humanæ, quorum vi stat ac cadit illa. Partes enim nostri corporis pro succorum ex quibus coagmentatæ sunt temperie florent ac marcent.

2 Rerum compositarum forma, & materia, vtraque dico hæc, Naturæ nomine significantur. Hic pro materia ex qua proximè corpus humanum fingitur, id est humoribus ex elementis constantibus vsurpatur. Subiectum huius libri sunt principia ex quibus fabricatur corpus humanum. nam humores sunt propria elementa animalium sanguine præditorum. qui tamen interuentu nutricatus ex IV. elementis nascuntur. vnde Gal. 1. De elem. 5. dicit, Cùm videris particulam siccam, densam, frigidam, ea satis est vt tibi terram reuocet in memoriam, &c. Virtute enim insunt, non actu. Hic igitur agit de materia corporis humani, id est ex qua homo cùm primùm generatur & etiam postea viuit ac crescit & nutritur, vel ægrotat, aut sanus degit. Initio refutat prauas opiniones philosophorum de principiis humani corporis. postremò veram adfert sententiam, ac eam rationibus firmat. Dicit se velle agere de natura hominis, quâ subiicitur Medico: hoc est de materia proxima ex qua homo oritur, augetur, & conseruatur: nimirum an ea simplex sit, vel varia.

3 Ex superiore Scientia qui argumenta ducunt, & principia φιλοσοφίρως quàm opus sit. Hi enim variis sententiis ludunt; & non semper eadem dicunt. Finis Medicinæ est bona valetudo: quæ præcepta ad eum non conferunt, inutilia sunt. Absit igitur excursus qui vltra præscripta fertur spacia, medicinæque vsum relinquit. Non igitur ad causas vsque elementorum excurrat inquisitio. Ita etiam qui hominem dicunt vnum elementum esse. Nam ætate Hippocratis Physici sensuum euidentiâ non vtebantur, sed obscurâ ratiocinatione, vnum elementum cuncta esse dicentes, vnâ inferebant hominem esse ignem, alij terram, &c. Ergo cùm physici non Medicè disputabant; nec Medicis credebant: cùm tamen, vt asserit Hippocrates libro De veteri medicina, natura rerum ex Medicina optimè cognoscatur. Quare vtendum potius Medicis rationibus, sensibus deprehensis: non dubiis philosophicis. Nec enim Æsculapidum schola credit asserenti hominem esse ex vno elemento, nisi id sensus testimonio ostenderit: vel sensibilibus quibusdam argumentis actionum & passionum naturalium vsus, id colligat aliquis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Varia esse hominis elementa.

II. Οὔτε 1 γὰρ τὸ πᾶμπαν 2 πῦρ λέγω ἢ ἄνθρωπον εἶναι, οὔτε 3 πῦρ, 4 οὔτε ὕδωρ, οὔτε 5 γῆν, οὔτε 6 ἄλλο οὐδέν, ὅτι μὴ 7 φανερὸν ἔστιν ἐν ἐόν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Ἀλλὰ 8 τοῖσι βουλομένοισι ταῦτα λέγειν παείημι.

II. *Nam* 1 *neque prorsus* 2 *aërem esse Hominem dixerim, aut* 3 *ignem, aut* 4 *aquam, neque* 5 *terram; aut quicquam* 6 *aliud quod non* 7 *manifestum sit vnicum in homine esse. Attamen* 8 *per me quidem licet, vt hi quibus ita loqui placet, putent quod velint.*

COMMENTARIVS.

QVASI dicat, Ego existimo materiam proximam ex qua homo natus est & dein augmenta duxit, vitamque hanc ac valetudinem conseruat, non vnicam esse, verùm variam. A sanguine enim nati ac sati sumus; mox lacte (quod nihil quàm fucatus sanguis) ac succis in hepate natis sustinemur. Cuncta enim à similibus fouentur, vt à contrariis loco mouentur; vt demonstrat * Plato. At sanguini insunt IV. humores; qui in eo oculis acdigitis percipiuntur. Quare qui imbuti sunt alia opinione de vnitate, hæc reiicient mea. * *In Alcibia. de secundo.*

1 Hoc est, mixtionis expers: sed cuncta elementa inuicem contemperata sunt. Physicorum quorundam sententiam narrat. Plurimi fuere qui vnum rebus principium adscripsere: quare & homini. Sed horum opinionem non refutat, quòd ad Physicos id pertineat. Sed Medicorum sententiam refutat Medicè, id est sensibus compertis argumentis, quod physici non faciebant, qui vnum elementum statuebant. Imò in tota rerum natura vix particulam syncerum reperias; quare absurdè in humano corpore id quæras: & ociosum id esset, & à natura alienum. Videas tamen in osse, terram superare; in pituita, aquam: nec sensibus opus est pura illa elementa apparere. Sunt enim rerum elementa: sùntque elementa minimæ partes eius quod ex ipsis concretum est: non nata ex alio corpore, sùntque simplicissima, quia prima initia. Iam verò ad cognoscendas simplicissimas naturas compositorum corporum non peruenies sensuum indicio (dum compositum istud absoluunt ac continent.) Nam talia naturæ suæ hyparxin πρὸς τὸ habent, ac τὸ ὀφθὸν in his intuemur potiùs, id est, eam conditionẽ quâ ad aliud affecta intelligũtur, (nã hæc, quicquid sunt, aliorũ sunt,) quàm qualitates illi substantiæ proprias. Quâ, dico, elementa sùnt, id est, aliorum principia, ratione explorari debent. Ratio verò ea ad minima & simplicissima principia diuellit: ac summas qualitates his asscribit, quò penitus corpora mutari possint, vt fiat rerum ortus ac interitus. Hæ verò qualitates in corpore humano animæ duerruntur: quare & elementa. Sensus verò suo arbitrio modò hoc, modò illud, constitueret, vt quid minimum illi se obtulerit; quare iudicio vnâ opus est.

2 Vt Anaximenes. Nam Hippocrates apud illos hæc, quibus perspecta erat eorum opinio, ac eorum rationes audierant. Nam hi dicebant aërem tenuatum, ignem gignere; densatum, aquam.

3 Quidam dicebant cuncta ex igne esse, eo nempe densato. nam si paululum concreuerit, aërem nasci putabant: sin densius cogeretur, aquam.

4 Vt Thales. Nam cùm concrescit ea, terram gigni dicebat: cùm liquescit, aërem fieri.

5 Non constat quis ille fuerit.

6 Qui dixerunt vnum esse vniuersum, & vniuersi etiam partes ex vno constare.

7 Quod sensui refragatur & vsui. nam videmus per ἄδηλον διάπτωσιν corpus absumi, ac variis restitui.

8 Quia nolunt in veram reuocari viam. tamen tuetur veritatem per se.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. Δοκέουσι 1 δή μοι οὐ καλῶς γινώσκειν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες. 2 Γινώμην μὲν γὰρ τὴν αὐτὴν πάντες χρέονται, λέγουσι δ' ἕτερα αὐτὰ, ἀλλὰ γινώμην μὲν ἕνα λόγον ἢ αὐτὴν πιέειν παραιρεῖ γὰρ ἓν ἢ δύο, ἢ τρία, ἢ ὅσα ἔστι τὰ ἐν τῷ σώματι. Κατὰ δὲ τὰ γινόμενα ὡς ὁμολογέουσι. Λέγει δ' αὐτὴν ὁ μὲν τὸ φοινικοῦν, ἕτερα τοῦτο ἔστι (τὸ ἔστι χολὴ τὸ πᾶν,) ὁ δὲ πῦρ, ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ γῆν. 4 Καὶ ὁμοίως ἕκαστος τῷ ἑωυτοῦ λόγῳ μᾶλλον πείθεται καὶ τεκμαίρεται, οὐκ ἐὸν εὖ. 5 Ὅ τε μὲν γὰρ τὴν αὐτὴν γινώμην πάντες προσχέοντες, λέγουσι δ' ἕτερα αὐτὰ, δῆλον ὅτι οὐ γινώσκουσιν αὐτό. 6 Τείνει δ' ἂν τῷ δὲ τις μᾶλλον, ταῦτα χρησμῳδούμενος αὐτίοισιν ἀπλέξουσι. 7 Πρὸς γὰρ ἀλλήλους ἀντιλέγοντες οἱ αὐτοὶ ἄνδρες, τὰ αὐτέων ἑκάστων ἀκροατέων, οὐδέποτε γῆς ἐφεῖσης ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἀφεγγίνει) ὧν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἕτερος ἀπηρατίει, ποτὲ δ' ἕτερος, ποτὲ δ' ὦ ἂν τύχῃ μᾶλλον πλώσας πρὸς τ' ὄχλον. Καὶ τοι δίκαιον ἦν τ' φάσκα ἀγλώσσα ῥυῖσα πρὸς τ' ὄχλον.

Sententiæ variæ de hominis natura. Et ex more disputãdi eorum, arguit ignorantiam eorum. Eodem argumẽto veteres, diuersa tamẽ concludunt. Prudentis est certò tũc quid affirmare,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 147 sur 513

ὀρθῶς γινώσκειν ἐπαγγελλόμενον τὴν ἀμφὶ τῶν ὅλων πραγματείαν, παρέχειν αἰεὶ ἑπικρατοῦντα τὸν λόγον τῷ ἑαυτοῦ, εἰ μὴ ἄρα ἰσόρροπα γινώσκοι, καὶ ὀρθῶς ἀποφαίνεται. 8 Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἴσως οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες οὐκ ἂν δύναιντο κατεγέλαστοι ἐν τοῖσιν ὁτιοῦν λόγου ἀντίκυρον ὑπὸ ἀπειρίης τὸν ἄ 9 Μελίσσου λόγον ῥηθὲν. Περὶ μὲν δὴ τούτου ἀρκέει μοι τὰ εἰρημένα.

cùm id accuratè exploratum habet. Contra eos qui vnú esse elementum asserebant.

111. *Veruntamen* 1 *videntur mihi talia proferentes non rectè rem perspectam habere, eámve rectè cognoscere. Cùm* 2 *enim cuncti hi sint in eadem sententia, neque tamen eadem proferant ac asserant, sententiæ tamen epilogum, id est, conclusionem eandem inferunt.* 3 *Aiunt enim vnum esse quicquid est, & idipsum vnum esse & vniuersum. At verbis inter se discrepant. Nam alius asserit illud ipsum esse aërem, (nimirum illud vnum ac vniuersum) alius ignem, alius aquam, alius terram.* 4 *Et adhibet vnusquisque assertioni suæ testimonia ac signa quæ nihil ponderis habent,* 5 *Hoc ipso enim quòd cùm vna sit omnium sententia, at non eadem dicant,* 6 *manifestum fit quòd non intelligant ea quæ profitentur. Id quod perspectum manifestè erit ei qui coram concertantes audiuerit.* 7 *Nam cùm iidem viri inter se differunt, in eadem auditorum corona, nunquam ter consequenter idem homo vincit in eadem proposita quæstione, sed modò hic, modò ille, modò alius, cui fuerit lingua volubilis ac populo grata. Atqui dicebat hunc qui de rebus se rectè cognoscere pronunciat, inuictas præstare suas rationes, sempérque demonstrando victorem euadere, si quidem res ita se habere cognoscit, eásque aptè proposuerit.* 8 *At hi homines videntur mihi se ipsos fallacià ac ignorantià euertere, eandem sententiam sed variis nominibus profitendo, quin* 9 *Melissi opinionem confirmare. De quibus hæc protuliſſe satis esto.*

Commentarius.

1 Qui nimirum omnium corporum vnum elementum constituunt.

2 Nam omnium horum Philosophorum ratio erat, vnum, ex quatuor his, elementum in aliud se transferre. Quare idem, diuersis verbis tamen, profitentur. Nam nescientes ipsi ponebant materiam primam, omnibus corporibus subiectum commune immutabile. Id illi voluere, quoddam corpus esse naturale per se consistens, idque vnum ex .v. iam appellatis elementis. Fatentur itaque omnes esse vnum initium corporum, quod propinqua sit materia omnium quæ gignuntur, & in quæ iterum desinunt; vt illa elementa omnia ex ipso exilientia, vbi reuera antè fuerint contenta. Nam penitus mutari nolunt illud vnum elementum quod ponunt; propterea que aiunt illud vnum esse vniuersum, ac τὸ ὃ vocant. Nam dicebant aërem liquefactum ignem vocari, attamen aërem remanere: erassescentem verò aquam dici, reuera tamen aërem manere: ita & cæteri. Quare cuncti idem concludebant; nimirum, Id vnde exiliunt omnia, esse commune omnium principium. Axioma illorum fuisse videtur hoc, Cuius ex commutatione aliud efficitur, id elementum est: hoc falsum est: sed dicit elementum esse quod primum ac simplicissimum est, & minima pars concreti ex se corporis. Sed inter IV. elementi nullum primum est, ratione ea quæ est inter ipsa, sed quoduis primum est, Quare vnum omnes dicunt, nimirum vnum esse vniuersum: sed hoc de eodem subiecto non affirmant. Et tamen idem concludunt, nimirum cunctos homines vnum esse; quia vniuersum, cuius homo pars est, vnum est.

3 Per se vnum esse id dicebant, at per accidens esse multa. Vnum, id probabant hoc modo: Quod est, vnum est: Homo est vniuersi pars: Igitur homo vnum est. Per accidens verò non vnum, sed multa esse dicebant, pro varia actione caloris ac frigoris, qua id, quod vnum est, speciem ac facultatem suam mutat: ita vt nunc amarum, nunc dulce; nunc album, nunc nigrum reddatur. Talis est ratiocinatio, Qui de genere conueniunt, móxque in specie discrepant; nec genus nec speciem intelligunt. Tales sunt hi philosophi: Nam dicebant vniuersum esse vnum cuius homo est pars probabant, Quia Ens vnum est: At vniuersum est Ens. In speciei verò ratiocinatione discrepant. Nam Hippasus & Heraclitus ignem, Anaximenes aërem, Thales aquam, Hesiodus & Pherecydes terram, vniuersum esse dicebant, & hominem quoque, eius nimirum partem. Hæc probabant ita esse ex transmutatione, id est, concretione & secretione mutua elementorum. His enim ex igne concreto aërem, aquam, terram fabricabantur: Hi ex terra attenuata aquam, &c. fieri dicebant, multisque signis hoc affirmabant. Et quiuis suum id, vnde reliqua surgerent, principium appellabat. Vnde apparebat, Nec hoc, nec illud, ens finitum, principium reliquorum esse posse.

4 Nam omnes hi vtebantur eodem medio ad contrarias conclusiones: quod, fieri nequit, vt sit proprio dicatum subiecto: nam tali opus erat ad demonstrationem. Quare hæc tecmeria erant, communia, & irrita: nam sumebant hæc signa ab elementi rarefactione, &c. in se inuicem: quæ transmutatio, potiùs multa esse elementa probabat. Nec illa mutatio elementi potuerat arguere illud primum principium esse aliorum, sed potiùs indicabat communem aliquam priorem materiam eorum quæ in se commigrant.

5 Vniuersum, vnum esse dicebant, quod cùm hominis esset principium, hunc quoque vnum affirmabant esse. Sed alius illud vnum quod vniuersum absoluit, dicebat aërem esse, &c.

6 Nihil enim certa demonstratione asserunt: quare vana quædam adferunt. Nam eodem Medio quo vnus demonstrabat hominem ac vniuersum ignem esse, eodem Medio alius demonstrabat hominem aquam esse. Quare nec Medij vim nec elementorum naturam exploratam habebant. Quare modò hîc, modò ille obtinebat sententiam suam.

7 Veritas tueri facilè potest, sed multiplex à vero error fluctuat, facilé que refutatur.

8 Nam admouent hypotheses remotas à sua causa. Nam dicunt illud vnum mutari: cur igitur non æquè ei in quod mutatur principij nomen adscribunt; quod alij illorum faciunt. & cuncta mutari fatentur.

9 Vt Parmenides Ens finitum statuebat: ita Melissus infinitum, ingenitum, incorruptibile, aptum elementorum generationi. Ille fortè respectu formæ: hic, materiæ. Peccauit tamen quòd illud immobile posuerit. Hac occasione moti posteri, materiam primam inuenêre. Melissus autem existimabat, inquit Galenus, vnum esse elementum, attamen ex IV. illis, igne, aëre, aqua, terra, id non esse. Videtur enim Melissus rebus cunctis substantiam quandam communem excogitasse, quatuor elementis subiectam, ab ortu & interitu liberam. Hanc statuit ille concretam ex materia & forma: essèque vnicum rerum initium: nimirum absque qualitatum ope. Hæc à posteris εἶλη, id est materia dicta fuit. Hanc substantiam ille vocabat vnum & totum. Quæ non rectè posuit. Neque enim solum illud vnum corporum, quæ generantur & intereunt, principium: (quæ Melissi erat opinio) sed præter id extremum frigus, calor; humiditas, siccitas. Non tamen sunt hæc elementa corporum: sed principia. Nesciebant Prisci elementi ac principij discrimen, cùm etiam principia interdum vocentur

Principij & elementi discrimen.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 148 sur 513

vocentur elementa: hinc eorum hac in re error. Differunt autem, quòd elementum ſit minima rei particula; nec ſenſus aliam animaduertat: At mens hanc diuidit in principia. verbi gratia, Ignem non potes demonſtrare ſenſu ex duobus corporibus eſſe compoſitum: at cogitando potes concipere aliam eſſe illius quod mutatur eſſentiam, aliam eſſe illius mutationem. Neque enim idem eſt quod mutatur, atque eius mutatio. exempli cauſa, vt fiat ex igne aër, in quo vna qualitas nimirum calor remanet: quæro, in quanam materia ſeruatur caliditas? Non ſanè iam in igne: nam deleta ſiccitate iam non eſt amplius ignis. Non in aëre, quia nondum factus ac perfectus eſt: ergo in re aliqua diuerſa ab aëre & igne, nimirum materia prima, quæ communis eſt igni & aëri. Quod mutatur igitur ſubiectum eſt: mutatio autem à qualitatum efficitur viciſſitudine, cui cùm inſit ſummus calor, efficitur ignis: ſi ſummus mador, aqua: ſi ſiccitas ſumma abſque calore adſit, terra fit. Quare, dicit Hippocrates, hi Meliſſi ſententiam confirmant, quia tantum abeſt vt IV. elementa ponant: quin potiùs ex vno elemento, à quatuor illis ſeparato, quod tamen ex illis ſit compactum, cuncta eſſe dicant. Vt tetrapharmacum dicit Galenus neque ceram eſſe, nec picem, nec reſinam, nec adipem: ſed quid vnum, ab iis diſtinctum, quod ex his eſt omnibus genitum. Faciebant igitur illi, id quod Meliſſus conabatur: ponunt enim perpetuum aliquod in corporum mutationibus, quod ſit immutabile & vnum: ex quo cuncta & etiam elementa alia fiant. Meliùs tamen Meliſſus; qui cùm τὸ ὂν poſuiſſet* ἀλήιτον, ac conſideraſſet inde omnia fieri, & propterea ſe non poſſe ἀληθείας nomen tueri, id ſingulis rebus attribuit, vocauitque τὸ πᾶν & infinitum: quod vniuerſi inſtar ſe haberet.

* immutabile.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Medicorum opiniones.

IV. Τῶν δ' ἰητρῶν οἱ μὲν λίγες λέγουσιν, ὡς ἕν ἀνθρώπῳ αἷμα μοῦνόν ἐστιν· οἱ δ' αὖτέων χολὴ φασὶν εἶναι τὸ ἄνθρωπον· ἔνιοι δέ τινες φλέγμα.

IV. *Quidam autem ex medicis dicunt hominem ſanguinem tantùm eſſe, alij bilem, nonnulli pituitam.*

COMMENTARIVS.

Hactenus philoſophorum, iam Medicorum quorundam refutat ſententiam. Nam iidem qui phyſica, etiam tunc medica tractabant. diuulſit primus hæc ſtudia Hippocrates. Hîc enim ab humorum hiſtoria huius artis initia poſuit: tanquam propinqua ea ſint corporis elementa.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

V. 1 Ἐπίλογον δὲ ποιέῦσι καὶ αὐτοὶ πάντες τὸν αὐτὸν, ἓν γάρ τι εἶναι φασιν, ὃ, τι ἕκαστος ὑπέλαβεν ὀνομάσαι αὐτέων· καὶ τοῦτο ἓν ἐὸν, μεταλλάσσειν πῶς ἰδίῃσι καὶ πῶς διαφόροισι, ἀναγκαζόμενον ὑπό τε 2 τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ γλυκέος καὶ γλυκέος, καὶ πικροῦ, καὶ λιγκροῦ, καὶ μέλανος, καὶ 3 παντοίων τε ἄλλων. 4 ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ταῦτα δοκέει οὕτως ἔχειν.

V. *Qui* 1 *tamen omnes epilogum vel concluſionem eandem faciunt, dum vnum quid eſſe dicunt, quodcumque cuique ipſorum nominare placuit: & idipſum vnum exiſtens, ſpeciem ac vim ſuam* 2 *mutare, coactum à calido ac frigido, fierique & dulce & amarum, & album & nigrum, &* 3 *quiduis aliud quod plurimis ac variis qualitatibus diuerſo modo temperatum ſit.* 4 *Quæ mihi tamen minimè ita ſeſe habere videntur.*

COMMENTARIVS.

1 Vt philoſophi ad elementum vnum, ita medici ad vnum humorem cuncta referebant: ac eandem concluſionem adferebant: alij enim bilem, alij pituitam ponebant: non aliter ac philoſophi, quorum vnus aërem, alius aquam, id vnum eſſe concludebat. Ita, dicit, Medici quidam hunc, alij illum humorem priorem ponebant, vnde alij naſcerentur: nam vi caloris ac frigoris, naſci ex eo humore amarum, dulce, &c. hoc eſt per ſolam congregationem plurima entia prouenire dicebant; nec propterea mutare ſpeciem ac vim. Hoc illorum erat argumentum: Quod tranſfertur in reliqua, primum principium eſt reliquorum. Vt ſanguis præ calore in bilem abit: præ frigore verò in pituitam abit ac albeſcit. Ita exiſtimabant ſe vnum poſuiſſe tantùm, quod ſolis accidentibus mutatis alia ſub facie ſe conſpiciendum præberet.

2 Vt* Parmenides præter vnum ens quod poſuerat, etiam calorem & frigus aſſumpſit, (vnde denſitas & raritas) ita & Medici quidam. Sed differt generatio ab alteratione. Generatio enim & corruptio euenit coëuntibus & diſſolutis. Sed in alterando, natura ſubſiſtere poteſt, ac accidentia variè mutari poſſunt in vno, ſubiecto permanente. propterea hi vnum mobile ponebant, id eſt, vnum ſpecie, quod appellabant vniuerſum.

* 1. *Metaph.* 4. 1. *Phyſic.* 41. 1. *De Ortu* 1.

3 Vt æruginoſa & iſatodes bilis, & rubens, & praſſina, & cæteri colores quos putridus ſuccus parere ſolet.

4 Id putat non euenire ex peculiari natura vnius humoris: ſed quòd in aliud aliquid conuertatur is tum humor à calido & frigido: vel quòd alij humores adſint, vt ſanguis dulcis, amara bili; album pituitæ; nigrum, atræ bilis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. Ἔγω 1 δέ φημι, εἰ ἓν ὣν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὣν * ἔσω τῷ ἀλγήσοντι, ἓν ἐόν. 2 Εἰ δ' ἦν καὶ ἀλγήσει, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν εἶναι.

Si vnum eſt homo, nũ dolebit vnquã.
* ἐφ' ἑαυτῷ.

VI. *At* 1 *ego dico, ſi vnum eſſet homo, nunquam dolore affligeretur: Non enim quicquam eſſet ex quo doleret, ſi vnum exiſteret.* 2 *Quin etiam ſi doleret, neceſſarium foret etiam huic vnicum tantùm remedium eſſe.*

COMMENTARIVS.

1 Generatim iam illos refutat: Medio nimirum doloris, ſocij plerumque morborum. Si homo vnum eſſet, non doleret; vnde enim doloret? nam dolor fit ab aduerſario agente. At vni nihil eſt aduerſum: vnde igitur afficeretur? Vnde affectio contra naturam ſurget? d.q.A calore & frigore afficietur. Reſp. Si per ſe illa conſtiterint, non erit vnum ens. Si dixeris eſſe tantùm accidentia; Reſponſio erit, ea ex æquo omnibus igitur conuenire, propterea que dolorem non facient ſibi mutuò ſuccedendo: id non fiet præter naturæ legem: at dolor eſt affectus præter naturam. Sed dolet homo, & voluptate afficitur, & ſentit, imaginatur, &c. Ergo non eſt vnum. Nam dolor eſt paſſio præter naturam, quæ oritur ſolùm in corpore alterationis & ſenſus capace, ex actione alterius præter naturam exiſtentis in illo. Sed dices; vnde habent elementa mixta inter ſe, ſenſum? Nam quod quid non habet, dare nequit. Reſp. Senſus eſt ab anima ſenſitiua, quæ forma eſt inſeparabilis, ſuperueniens mixtis, quæ producitur è potentia materiæ ope agentis: ita vt adſit in momento paratæ materiæ, quæ potentiam habet ad receptionem omnium formarum corruptibilium. Et mixtorum formæ ordinantur ad animam. Nec opus eſt vt mixti forma pereat dum aduenit anima, vt euenit cùm ex albo fit nigrum. quia vera contrarietas non inuenitur in formis ſubſtantialibus; ſed id quædam earum habent, vt ad inuicem ordinentur. Longis igitur à mutationibus

nibus elementorum mixtorum gigni poteſt corpus ſenſu præditum. Mixta & animata formas habent eiuſdem generis, nimirum corruptibiles: propterea ad inuicem ordinantur.

2 Quod ſi etiam daremus, cùm ſeipſum affecerit ac afflixerit, vnico ſanè remedio id redintegrabile eſſet. nam vnicum erit quod labefactabitur & ſimplex, vnicam etiam ſolùm habebit cauſam doloris. * Nam cùm vnum vni duntaxat ſit contrarium: etiam curatio, quæ eſt reſtitutio priſtinæ naturæ, per contraria fiet. vnicum itaque remedium ſatisfaciet omnibus. Vis argumenti eſt: Ergo & remedium in omnibus morbis vnum eſt. Conſequens falſum. Nam varij ſunt morbi & eorum cauſæ.

Ariſt. 2. de cæl.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Morborum cauſæ.

VII. Νωὶ ἢ πολλαὶ 1 πολλαὶ γάρ εἰσιν ἐν τῷ Ζώμαλι ἐόντα, ἅ ὁκόταν ὑπ' ἀλλήλων 2 ἄῤῥωστα φύσιν θερμαίνηται τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηται τε καὶ ὑγραίνηται, νόσους τίκτει. ὥστε πολλαὶ 3 ἰδέαι τῶν νοσημάτων, πολλὴ δὲ καὶ ἄπορος αὐτέων ὁδός.

VII. *Sed ex aduerſo, nunc plura 1 ſunt in corpore: quæ 2 cùm mutuò à ſe calfiunt, præter naturæ legem, & frigefiunt, ſiccantúrve & humectantur, morbos pariunt. Ita 3 vt plurimæ morborum ideæ ſint: vnde & varia eorum medela.*

COMMENTARIVS.

Demonſtrat iam doloris remedium non eſſe vnicum. Nam curatio ipſa indicat qualiſnam ſit morbus; ſed variè curantur morbi: ergo morbi ſunt multiplices. Propterea homo non eſt vnum. Præterea, Quod variè mutatur ac vertitur, id vnum non eſt. Tale autem eſt humani corporis temperamentum: nam modò ab interno calore, modò à frigore affligitur.

1 Quæ ſi κατὰ φύσιν mixta fuerint, ſunt ſanitatis auctores. Quare illæ nobis cognatæ ſunt à primo ortu noſtro: an igitur homo vnum? Sed vnde euenerunt nobis hæ qualitates? Sunt ſanè communes cunctis concretis corporibus. Sed vni ſimplici corpori hæc quatuor attribuere non potes aduerſaria: Ergo corpus humanum non eſt vnum.

2 Si exiliat vis horum, ita vt ſociam qualitatem deprimat, morbi fiunt. Secundæ verò qualitates ſunt aſſeclæ, primæ; & quot eas notamus in guſtu, tot, dicit Galen. etiam in odoratu ſunt, quamuis non ſint nominibus diſtinctæ. παρὰ φύσιν vocat illas mutationes quæ morbos pariunt: quæ nimirum vertunt natiuam temperiem: hoc eſt, validas ac potentes mutationes, non leuiuſculas.

3 Nam quæ incaluere præter naturam, ſunt refrigeranda, &c.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Argumentũ ab experientia.

VIII. Ἀξιῶ δ' ἔγωγε ἀφικνεῖσθαι αἷμα εἶναι μοῦνον ἀνθρώπου, καὶ ἄλλο μηδέν, διακρινόμενον αὐτὸν 1 μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέαν, μὴ δὲ γίνεσθαι πολλόν. * Ἀλλ' ἢ ἄῤῥιν ἴσχειν τὸ ἐοικὸς, ἢ ἀλκὴν τὸ ἀνθρώπου, ἐν ᾧ αἷμα ἐνέον φαίνεται μοῦνον ἐὸν τοῦ ἀνθρώπου. Εἰκὸς δὲ εἶναι πυκνὸν αἷμον ἐν ᾧ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωυτῷ ἐὸν. Τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φλέγματος καὶ, καὶ τῆς χολῆς φαίνομαι.

VIII. *Puto autem ego aquum eſſe, vt is qui ex ſolo ſanguine hominem conſtare exiſtimat, nihilque eum aliud eſſe, oſtendat eum non 1 mutare ſpeciem, eâdémque perpetuò ideâ perſeuerare, nec multifariis mutationibus obnoxium eſſe. 2 Vel ſaltem aliquod eſſe anni tempus, aut hominis ætatem, in qua ſolus ſanguis homini ineſſe appareat. Etenim rationi conſonum erit tempus aliquod anni eſſe quo is ſolus homini ineſſe appareat. Eadem quoque aduerſus illos dicta puta, qui ex ſola pituita, vel ſola bile, hominem eſſe exiſtimant.*

COMMENTARIVS.

Quaſi dicat, ſemper plures humores deprehenduntur in corpore humano.

1 Variæ autem Temperamenti mutationes hominem exercent. id fit ex dominatu variorum principiorum. Talis eſt argumenti vis. Homo ſolùm eſt ſanguis: Igitur nunquam alteratur. Conſequens eſt falſum: Quia nulla ætas, vel anni dies in humana vita eſt, quibus non ſit expoſitus variis mutationibus. Igitur homo non eſt vnus humor.

2 Ita ratiocinatur, Homo vnico conſtat ſolùm humore. Igitur nullum anni tempus, aut ætatis, dabitur quibus alios humores demonſtret in corpore humano eſſe. At conſequens eſt falſum. Nam nulla ætas, nulla anni pars eſt, vbi ſolus ſanguis dominium habet. Nec enim ex puro ſanguine, eo qui κατ' ἐξοχὴν dicitur ſanguis, homo genitus & nutritus eſt: ſed ex tota maſſa, cui IV. inſunt humores. Quin ipſum ſemen ex tali ſanguine prodiit.

Gal. com. 19. De nat. hum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Suam dicit ſe velle ſententiam ſtare vnum & φύσιν.
* ὁμόσαι.

IX. Ἐγὼ δὲ ὑποθήσομαι ἃ ἂν φύσιν ἀνθρώπου ἕν, καὶ τὸν νόμον, καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἀεὶ ταὐτὰ ἐόντα * ὁμοίως, καὶ νέῳ καὶ γέροντι, καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος, καὶ ἦρος ἐόντος καὶ ψυχροῦ, καὶ θερμοῦ. Καὶ πυκνότερα παρέξω, καὶ εὐφανέα καὶ ὑπερφανῆ, ἢ ἂς ἕκαστον αὐξέται τε καὶ φθίνει ἐν τῷ Ζώμαλι.

IX. *At 1 ego quæcumque & ex quibus hominem conflatum eſſe dixero, ea demonſtrabo & ſecundum legem vſumque loquendi, & ſecundum naturam ipſam ſemper eodem modo ſe habere in iuuene & ſene, tempore frigido æquè ac calido. 2 Adferam quinetiam tecmeria ſigna, cauſáſque neceſſarias oſtendam ob quas horum vnumquodque augetur ac minuitur in corpore.*

COMMENTARIVS.

1 Humores, quos proxima ponit corporis elementa, & quos dicit hominem eſſe, dicit ſe omni tempore probaturũ incrementa ac detrimenta caperet attamen ſemper ineſſe eos eiuſdem ſpeciei, vt bilis non aliam ſpeciem præ ſe fert etiamſi meracior interdum ſit. Idque dicit ſe oſtenſurum tum ex doctorum hominum conſenſu, tum ex rei natura, & per ſenſum. Teſtimonia Iudicij hominum prudentium, extant in nomenclaturis, quibus res diſcriminant à rebus: his ſubſcripſit ætas ſequens; horum itaque authoritatem nemo excludat facilè. id * νόμον vocat, cùm ita formatum ſit: Attamen præcipua pondera habet ratio ducta à rei natura, eiúſque ortus ac interitus modo: quæ vſu comperta eſt ac euidenter comprobatur. id † φύσιν vocat.

2 Quia videmus temperiem variare corporis à mutatis humoribus, cauſas adferam cur modò illi creſcant, modóque accidantur.

* νόμος quid. Politicus loquendi mos ex ſententia plurium.
† Quid lex & natura.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Generatio ab vno nõ fit. & quæ ad eam requirantur.

X. Πρῶτον 1 μὲν ἓν ἀνάγκη τὸν ἥλιον γίνεσθαι μὴ ἀφ' ἑνός. 2 Πῶς γὰρ ἂν ἓν γ' ἐὸν, τὰ γιγνόμενα, εἶναί πως μυρία;

X. *Itaque 1 primùm neceſſe eſt generationem fieri non ab vno. 2 Qui enim quod vnum eſt, ex ſe aliud quid generârit, niſi alicui alteri commixtum fuerit?*

COMMENTARIVS.

1 Hippocrates, dicit Galenus, ſemper rerum euidentiam ſequitur, & doctorum hominum opinionem. Id iam etiam agit, vbi loquitur de internis & non de externis principiis. Ita ratiocinatur. Homo, qui primùm non erat, naſcitur: Quare illi ſunt principia plura. Ita enim in natura omnium naſcentium eſt comparatum. * Nam eorum quæ ad generationem concurrunt Mixtione eſt opus, cùm primùm diſſociata

* Mixtio eſt primus gradus ad generationem: de in temperamentum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 150 sur 513

ciata sint. At quod vnum est, misceri nequit. igitur quod generatur vel genitum est, non est vnum. Præterea quæque res nata suum temperamentum habet. Sed quod temperamenti non est expers, hoc pendet ex analogia & proportione mixtorum, vt mox docebit, vbi de calido, frigido, &c.

2 Foris aliquid accedat necesse est, quod illi temperiei mediocritate consociale sit. Igitur qui vniuersum vnum ponit, rerum tollit generationem. Est eius quod priùs non erat, est generatio & ortus: vnde is? sanè ex subiecto aliquo quod antè erat. Semina non per se pullulant in plantam, ni foris humore ac calore foueantur: nec enim illicò fœtum proferunt. nam à seipsis non proferunt aliud: verùm perfundi aliena vi debent, ita vt tota alterentur. ita nec mas nec fœmina sola fœturam facit. Ita ratiocinatur, Quicquid generatur, mixtionem subire debet, At vnum sibi non remiscetur. Igitur ex vno nihil generatur. Probatio maioris est, in animalium prouentu, eorum nimirum generatio indicat præcedentem mixtionem. Mixtorum enim formis consociat se mox anima vegetatiua, & etiam sensitiua in animalibus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ex modo generationis & corruptionis ostendit hominem non esse vnum.

XI. Ἔπειτα εἰ δ' ἂν μὴ 1 ὁμόφυλα ἰόντα μίσγῃ, καὶ 2 τῶν αὐτῶν ἔχηται ξωόμεν, ἡγιᾶ, εἰ δ' ἂν 3 παῦτα ἡμῖν συντελέοιτο.

XI. *Deinde, cùm ne mista quidem, nisi* 1 *quæ generis societate consocialia sunt, iungantur ac misceantur,* 2 *atque non eisdem sint viribus prædita, gignant quicquam; neque* 3 *quicquam nobis conferent, vt similia progenitoribus procreentur.*

COMMENTARIVS.

Pro varia causarum inquisitione vtitur ἀναλογισμῷ petito à generatione animalium & plantarum. Sola hæc nihil procreant nec ilico progerminant, sed aliquo subsidio egent: nam quædam mensibus integris cunctantur. Opus illis est aquâ, terra, calore, pastinatione, lætamine vt fæliciùs germinent. Sensus est, Necessariò ea, quæ ad ortum alicuius rei concurrunt, partim conueniunt, partim differunt. † Conuenire enim debent & esse ὁμοφυλα, hoc est inquilina eiusdemque gentis, ac eiusdem finis: vt homo cum homine; elementi pars, cùm parte elementi. Differre autem debent, quia vnum agere, alterum pati debet: mas agit, patitur fœmina. Quin certa mensura etiam misceri debent, vt agendo repati, & patiendo reagere possint.

† *Sine quibus non fiat generatio.*

1 Si diuersi generis & non eiusdem materiæ res remiscentur, dicit, Tantum abest vt ex vno quid gignatur, vt ne ex duobus quidem id fiat, nisi essentiæ cognatione iuncta fuerint quæ miscentur. Vt equi & asini gignunt, quia consocialem naturam habent: at gallina & canis non: nimium enim distat eorum natura. * Quare omnia quæ remiscentur eiusdem materiæ sunt, mutuoque se afficere possunt, agendo & patiendo: Ergo mixtio non fiet, cùm miscibilia illa plura diuersi sunt generis, aut cùm eamdem prorsus agendi & patiendi vim sunt sortita; vel cùm inter ea nulla analogia est, sed si vnum cætera excellit, quia illis inesse non poterunt, nam corrumpentur à potentiore.

* *1. De ortu, in fine. & sexta 53.*

2 Quæ splendent æqualibus viribus, in se mutuo non agunt, nec à se mutuò patiuntur: actio enim surgit non à simili, sed à potentiore. Cùm his cunctis opus sit, manifestum erit pluribus vno opus esse ad mixtionem: nam rerum miscibilium requiritur materia, forma seu temperies, moles, numerus, proportio, & vt mediocritate quadam conueniant. Nam miscibilia in mixtione manere debent, non interire: quod eueniret nimia vi exsplendente alicuius.

3 Quædam animalia gigunt, † sed nulla similitudo fœtui est cum illis, vt mulo, & canis ex vulpe & cane genitus. † *2. De ortu 18.*

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XII. Καὶ πάλιν ἢν μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ 1 μετρίως πρὸς ἄλληλα ἔξει καὶ ἴσως, ἀλλὰ θάτερον θατέρου πολὺ περιέξει, ἢ τὸ ἰσχυρότερον τῆ ἀσθενείᾳ 2 οὐ γένεσις ἂν γένοιτο.

A præcipua actione, quæ ortus constat.

XII. *Præterea nisi calidum ac frigidum, & siccum ac humidum* 1 *moderatè inter se contemperentur, sed alterum alteri plurimum excellat, & fortius debiliori antecellat,* 2 *generatio ex illis fieri non poterit.*

COMMENTARIVS.

Quasi dicat, Non satis est vt ea quæ generabunt sint homophyla eiusdémque gentis, facultatéque sint prædita contrariâ quô agere ac pati possint, sed etiam opus est vt iusta quantitate conueniant in calore, frigore; humiditate, siccitate. His enim tribus opus est ad generationem.

1 Nam temperiei huius ratione scribit * Hippocrates vteros mulierum sterilescere vel fœcundari. Hyems ignaua colono est, dicit Virgilius. Humor enim genitalis contabescit in agro nimis vdo aut sicco: viden vt amœna vetis temperie soboleſcant gramina? Et in rerum mixtione, hæ qualitates totam substantiam alterare possunt: id quod qualitatibus secundis negatum est. ita vt quælibet pars mixti sit mixta. Quare innuit Hippocrates generationem non fieri per concretionem & discretionem intransmutabilium: sed per totius substantiæ alterationem: quam solæ primæ qualitates faciunt; hæque solis IV. Elementis insunt: Quare homo constat ex his quatuor. * *5. Aph. 52.*

2 Ortus rerum constat ex mutatione materiæ ex forma substantiali, in aliam formam substantialem: quod euenit à mutua contrariarum qualitatum actione, quæ sese tangendo afficiunt mutuò, ideóque miscentur ac confunduntur. Quare opus fuit vt minimæ partes misceantur, conuenienti quodam congressu; quo fœdere facto conspirent in vnum corpus, quo vna fit materia ac forma.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIII. Ὥστε πῶς εἰκὸς * ἀπὸ ἑνός τι γίνεσθαι * ὅτι γε εἰ ἀπὸ * ἀφὶ τῶ πλειόνων γένοιτο, ἢν μὴ τύχῃ κατὰ ἐκεῖνα * κρῆσις * ὅσις; * πρὸς ἄλληλα;

XIII. *Quomodo igitur verisimile erit ab vno initio quid generari, cùm id ne ex pluribus quidem vno fieri possit, nisi qualitatum temperamento inter se probè conueniant?*

COMMENTARIVS.

Nam in cunctarum rerum naturalium procreatione opus est rerum multarum μίξει ac κράσει eorum quæ mixta sunt: Nec quicquam proferent, etiamsi hæc plurima fuerint quæ miscentur, nisi sibi dicatam κράσιν obtinuerint: quo itaque modo vnum generationis principium erit? nam crasis non est vnius, sed plurimorum diuersorum conuenientium in vnum effectum. Hippocrates primus docuit ex elemẽtorum mixtione, temperamenta fieri, ac corpora cuncta. Empedocles quoque ex eisdem elementis cuncta terrena corpora conflari asserebat, sed non mixtis inter se, verùm frustulatim compactis ac sese tangentibus. Sed inde non proueniet sensile corpus: Quod demonstrauit * Galenus. * *Lib. De elementis.*

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 151 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Quòd homo non vnum.

XIV. Ἀνάγκη τοίνυν ἐὼν τοιαύτης ὑπαρχούσης, καὶ τὰ ἄλλων ἁπάντων καὶ τὰ τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἴσχειν τὰ συμβαλλομένων ἐς τὴν φύσιν, ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν τῷ σώματι ἑκάστῳ ἧς ξυμβάλλεσθαι.

XIV. *Itaque necesse est, tali existente natura cum caterarum rerum tum etiam hominis, 1 non vnum esse hominem: 2 sed singula quæ ad generationem illius collecta sunt, vim eam in corpore habere quam in primo statim ortu contulere.*

COMMENTARIVS.

Plurimis argumentis demonstrat iam Hippocrates principia artis Medicæ. At dicas, scientiarum principia non probantur vtrum sint: sed ea probantur ex superiore scientia: & huius rursus ex alia superiore scientia, donec res ad primam philosophiã perueneriẽ. Huius enim munus est probare principia omniũ aliarũ scientiarum. Respondet* Auerrhoës, Principia scientiarũ demonstrari in propriis scientiis per causas: licere tamen per suos proprios effectus. atque non transiblinus ad aliud genus. Omnia per quæ demonstrat Hippocrates sunt medica, si in actionem medicam dirigantur.

* Physic. 28.

1 Probat pluta esse principia materialia hominis. Sequuntur enim orta naturam suorum principiorum. Cùm enim homo priùs non esset, sed oriretur, plura habebat principia. Ergo plura principia habebit etiam cùm iam est ortus, id est cùm iam est homo. Probatur maior: Nam ad cunctarum rerum naturalium generationem conueniunt plura principia materialia; nam mixtione ac temperamento opus est omni ortui rerum: hæc non vni eueniunt, sed pluribus. Hoc ita esse, argumento est homo mortuus, ac viuens, cæteraque animalia. De viuente iam, mox de reliquis. Nam dicit, Quam diu viuit homo, quoduis horum propriam vim habere animaduertitur, quam à principio ortus contulit. Cùm igitur generatio corporum nulla fiat, ni qualitates vt calidum frigido, &c. rectè misceantur; necesse est vt hoc nascenti homini etiam eueniat: nam hæc sunt omnibus dicata elementa, ignis, aër, &c. Propria autem animalium elementa sunt humores.

2 Cùm enim nihil intereat in ortu, par est symbola quædam eorum existere, ex quibus corpus fabricatum est. licet qualitatibus refractis non ita emicent ob mistionem. Vnde non obscurè principia elementáque percipis. Nam hæ qualitates quæ propriæ sunt elementis, homini insunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Homine mortuo singula elementa ad suam naturã redeunt.

XV. Καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἐπιχωρεῖν ἐὸν τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἕκαστον τελευτῶντος ἀνθρώπου, τό, τε ὑγρὸν * ὡσεὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, ὡσεὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ θερμὸν, ὡσεὶ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν ὡσεὶ τὸ ψυχρόν.

* ὡσαύτως Ad modo corruptionis argumentum.

XV. *Quinetiam necesse est redire singula ad suam naturam homine moriente; nimirum quod humidum est ad humidum, siccum ad siccum; quod calidum ad calidum, frigidum ad frigidum.*

COMMENTARIVS.

Probat iam plura hominis esse principia ex eo quod homini morienti euenit. Etenim cùm moritur homo, singula migrant ad suum elementum, è quo profluxerant. Compositum omne vt generatur, ita etiam interit, id est, dissoluitur in ea ex quibus componitur, reditque eò vnde ortum est. Atqui cuncta composita componuntur secundùm substantiam ex IV. elementis. Igitur in sua corruptione in eadem dissoluuntur. Maior per se manifesta est, De componentibus immanentibus secundum speciem. Alia verò quę secundam materiam tantùm (vt ouum pulli constitutionem) aut alimenta humorum promouent, non remanẽt nec producuntur denuò per resolutionem corũ quæ genuerunt. dicet quis: Si componentia sunt elementa, quò redibunt in elementa? Respondemus, Ab esse refracto, ad esse perfectum & determinatum secundum propriam speciem redeunt: (nisi ad nouã mixtionem assumantur) denuóque elementa determinatæ speciei fiunt, & partes vniuersi simplices fiunt: cùm antea in gratiam mixtorum subiecta essent ad instar nudæ materiæ alteri formæ à qua determinabantur. Minorem antè confirmauit Hippocrates. Quare conclusionem ostendit mox sequentibus verbis.

Que componentia separãtur denuò.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Composita omnia constare ex IV. elementis.

XVI. Τοιοῦτον ἐὸν καὶ τὸ ζώειν ὅτῳ ἡ φύσις, καὶ τὰ τῶν ἄλλων πάντων.

XVI. *Atque talis est tum animantium, tum caterarum omnium rerum natura.*

COMMENTARIVS.

1 Præcedentem conclusionem illustrat ex iis quæ eueniunt cunctis animantibus (primùm enim id egit argumentis ductis ex homine tum viuente, tum moriente) quæ non alia ratione ac homines, (quantum attinet ad materialia principia, vt calidum, frigidum, &c.) nascuntur, viuunt, ac corrumpuntur. Nam mutatio totius naturæ circa eandem materiam versatur. Enarrari pulchrè hic locus potest ex libro primo De diæta, vbi de regno Iouis ac regno Plutonis naturali ex scientia disputat: Nihilque interire, sed locum tantùm mutando, demonstrat cuncta ortui ac interitui obnoxia esse.

2. Ita & stirpium naturam soboleſcere ex terra & aqua videmus: & quia calor stirpibus adest, hyemis frigus sustinent ac superant, is tamen calor nec à terra nec ab aqua hyberna his euenit: & quia aquâ leuior stirps natat, aërem illi inesse loquitur. Cúmque ita fabricatæ stirpes, an non eiusdem naturæ erit earum soboles pomum? Et an non ex fructibus noster consistit nutricatus? Ergo cuncta ex IV. Elementis fabricata fuere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVII. Γίνεταί τε ὁμοίως πάντα, καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα.

XVII. *Generantúrque simili modo omnia, & intereunt similiter omnia composita corpora.*

COMMENTARIVS.

Non solùm humanum corpus, verùm cuncta corpora, inquit, ex IV elementis nascuntur, & in eadem finiuntur. Ita ostendit iam Hippocrates superioris argumentationis conclusionem veram esse: nimirum: Quod de vno composito affirmatur, idem de cæteris censendum. Humanum autem corpus soluitur in IV. Elementa: Ergo ex his fuit coagmentatum. Idem de aliis compositis sit iudicium.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Communis corruptio elementorum.

XVIII. Εωυίσατον γὲ αὐτέων ἡ φύσις ἑκὸ πάντων τῶν προειρημένων πάντων, καὶ τελευτῷ κἀπὶ τὰ ἐμπέπτωκε εἰς τὸ ἑωυτό· οὕτω γὰρ * ζωιέπ ἔνεστιν, ἔνεστιν καὶ οὕτω καὶ ἀπεχώρησε.

* ζωιεῖ.

XVIII. *Etenim eorum natura constata est ex his cunctis quæ dicta sunt, & desinit vnumquodque in ea prædicta in seipsũ, hoc est, vnde constatũ est quoduis, eo recedit.*

COMMENTARIVS.

Hoc est, redeunt cuncta ad suam naturam: vel ipsum in seipsum, hoc est, ad suam peculiarem speciem, quale ab initio fuerat: nimirum humidum sub mixtione latens ad humidum mundi totius elementum, &c. Idem in cæterorum compositorum corporum corruptione euenit. Ergo cuncta nata sunt ex IV Elementis.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 152 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Materialia principia prima quæ, & quotuplicia, essentia generationisque humanæ cæterorum sanguine præditorum.

XIX. Τὸ 1 δὲ σῶμα τὸ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν διττὴν, ἤν τε ξανθὴν τε καὶ μέλαιναν. 2 καὶ ταῦτ' ἔστιν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος· 3 καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει 4.

XIX. *Corpus* 1 *autem hominis continet in seipso sanguinem, & pituitam, & geminam bilem, nimirum flauam & nigram:* 2 *quibus natura corporis illius constituitur, &* 3 *per quæ ægrotat ac sanitate fruitur* 4.

COMMENTARIVS.

1 Hominis materialia principia ponit quattuor humores elementis quattuor respondentes. Non loquitur de excrementitiis, sed de nutritiis qui in mero sanguine sunt humoribus. illi enim per aliud gignuntur: hi intrinsecè fabricantur corpus humanum. Propterea dicit Hippocrates, ἔχει ἐν ἑωυτῷ, id est, continet 1 v ista corpus humanum, ita vt natura eius inde constituatur. hæc quattuor sanguini insunt, vt lacti inest butyrum, caseus, serum. Non enim est simplex sanguis, vt oculis videmus.

2 Si itaque his absoluitur natura hominis; Igitur hæc erit eius materia ex qua constat. Nam humores continentur in solidis partibus: quæ & ipsæ ex humoribus natæ fuere in vtero materno. nam menstruo sanguini insunt.

3 Sanitas & morbus cunctæque affectiones ex his quatuor humoribus proueniunt. Quæ enim corporis substantiam absoluunt, eorum etiam studio conseruatur ac perdurat. Si enim æstu sanguis conflagrârit aut algioso madore inundârit; morbum dabit.

4 Tria sunt ortus nostri principia; Hippocrates vocauit; τὰ ἴσχατα, ἢ ἐνεχόμενα, ἢ * ὁμοίοτατα σώματα. Nata hæc fuere ex duobus principiis, nimirum semine & sanguine. Semen simplex haud est, sed ex sanguine ortum naturam spirabilem in se habet ac vim genitalem. Hæc vis cùm promouet se ad procreationem, Natura dicitur. Magna enim vis spirituum ac sanguinis in fœtum fluit per vasa vmbilicalia. Vnde constat spirabilem inesse fœtui materiam, liquidam, ac solidam concretamque: nam his corpus absoluitur: quare & eisdem seruatur. Spirabilis natura (appellatur etiam calidum natiuum) conseruatur nutricatu vapidi sanguinis cordis, quo per arterias totum corpus rigatur ac vitali aurâ afflatur. Huic spirabili naturæ itaque nutricatum ac fomitem præbent humores sanguinei, qui iacturam eius farciunt. Itaque ex quattuor humoribus corpus constat.

* Spirabilis natura ita dicta, quòd vim habeat ad vitales motus promptam. Natura.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XX. Ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα πρὸς ἄλληλα κράσιος καὶ δυνάμιος 1 καὶ τοῦ πλήθεος, καὶ μάλιστα ἢν μέμιγμένα ᾖ.

XX. *Et sanitate tum maximè fruitur; quando hæc inter se moderatè affecta fuerint temperie, &* 2 *facultate, & copiâ,* 2 *& maximè si optimè mixta fuerint.*

COMMENTARIVS.

Constare hominem ex quatuor illis succis demonstrat sanitas ac morbus. Valet enim horum beneficio; cùm nimirum talem κρᾶσιν habent vt inuicem sibi respondeant δυνάμει, id est, qualitate, & πλήθει. 1. copia; & μίξει, id est, mixtione, ita vt non diuortium fecerint, sed vt perfectissima mixtio adsit. id enim perfectam facit sanitatem. Nisi enim rectè misceantur, sintque iuncta decenti qualitate & copiâ, non poterunt suum temperamentum tueri, nec nutricatum corpori præbere. Nulla itaque in corpore pars dari debet, in qua non liceat cunctas illas naturas sub iusta copia ac potẽtia cõsociatas ac vnitas deprehẽdere.

1 Vt si copiâ non sint in vitio, sed potentiis, ita vt conuenire nequeant, sed vnum reliquorum qualitates debellet & corrumpat. Vt si qualitas partium calidarum leptomerarum quæ duos gradus implere deberet, surgat ad quatuor; & contra.

2 Vt si opus sit pituitæ nutritiæ generatione ad libras, si iam ad vncias generetur: & contra. vel si quæ pars abundè nimis rigetur à sanguine, alia verò parciùs.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Sanitatem & ægritudinem tribuit copiæ & facultati, atque mistura succorum.

XXI. Ἀλγέει δὲ ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον ἢ πλεῖον εἴη, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ ζώματι, καὶ μὴ κεκριμένον ᾖ τοῖσι ξύμπασιν.

XXI. *Ægrotat verò vehementer, quoties horum aliquod aut parcius aut copiosius fuerit, aut etiam à cæteris diuortium fecerit in corpore, neque cum reliquis cunctis commixtum fuerit.*

COMMENTARIVS.

Ostendit materialia principia humani corporis esse quatuor humores: nam horum beneficio homines sani sunt & ægri. Ægrotant enim horum maleficio, cum nimirum vel copia vel qualitate, vel mixtione in vitio sunt. Quo ad μίξιν, cùm nimirum vnus succus secessionem facit à reliquis qui in massa sunt, id mox sequenti Aphorismo declarat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXII. Ἀνάγκη δὲ, ὁκόταν τὸ τυτθὸν χωρισθῇ, καὶ ὑφ' ἑωυτοῦ ᾖ, ἐνθεῖν τε ἐξέσκησεν ἐς μέσον ἕδρτο τοῦ ζώου νοσέοντος γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἕλκα * διαχυθῇ 2 ὑπερπλησθῇ αἵματος, ὀδυνᾶν τε καὶ * ἂν ᾖ νόσον παρέχειν.

XXII. *Necesse namque est cùm secesserit secretumque quid horum fuerit, & per se steterit, non solùm eum locum* 1 *è quo excesserit morbidum fieri: sed etiam eum in* 2 *quem decubuerit, quemque nimiâ sui copiâ impleuerit, dolore* 3 *ac morbo vexari.*

COMMENTARIVS.

Ex sanitate & morbo probat hominem ex quatuor succis constare. Nam dum horum vnus separatur, ægrotat non solùm ea pars à qua secessio fit, verùm etiam ea in quam labitur præter naturæ legem. Ita, si in corpore humor manserit, gemina mala accersit: nam affligit partem eam in quam effunditur, & eam à qua effluit præter naturæ legem. vt in dysenteria apparet.

2 Quòd decenti temperie aut mixtione partes destituantur, nec nutriantur. Etenim illa pars ex qua fluxit, & illa in quam, intemperie ac tumoribus affligetur: intemperies autem & mala conformatio morbi sunt.

2 Sua actione spoliatur pars intemperie aut copiâ succorum obsessa, eorumve mala qualitate pressa.

3 A lacerata continuitate partium sensu præditarum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Euacuatio quando dolorifica.

XXIII. Καὶ ὃ ὅταν τι τουτέων ἔξω τοῦ ζώματος ἐκρυῇ πλεῖον τοῦ διαπολάζοντος, ὀδυνᾶν παρέχει ἡ κένωσις.

XXIII. *Et cùm quid horum copiosius extra corpus effusum fuerit quàm redundantiæ modus requirat, dolorifica euadit ipsa euacuatio.*

COMMENTARIVS.

Ex affectionibus & morbis humani corporis ostendit id constare ex quatuor humoribus nutritiis. Cùm eorum enim μίξις soluitur, dolor gignitur. Vt cùm plurimum sanguinis effunditur, vt in muliebri fluxu, grauissimæ affectiones fiunt, lipothymiæ, cordis palpitationes, pulsus totius corporis, lumborum ac capitis dolores. Ita in sanguineis intestinorum deiectionibus. Nam mixtio ac temperies illius partis vnde effluit soluitur.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 153 sur 513

©BIUM

HIPPOCRATIS TEXTVS.

*τ' ἄν

* ἔνδον

XXIV. Ἢν * παῦτα πάλιν ποιήσῃ) ἔστω τῶν νόσων, καὶ τῶν μεταστάσιων καὶ ἀπὸ κρίσεων ἀπὸ ἄλλων, πολλὴ αὐτίη ἀνάλυσιν δὲ τῶν ὀδυνέων παρέχει καὶ τὰ εἰρημένα, εἰ δέοντε ἐξέσῃ, καὶ * ἔνδια ὑφορέεσθαι.

XXIV. *Rursus si intra corpus fiat eiusdem euacuatio, & translatio, & ab aliis secretio, geminatum dolorem exhibere necesse est, nempe & ei parti vnde secessit, & in quam receptum redundat.*

COMMENTARIVS.

Nam pars vnde effluxit dolebit ab euacuatione: Ea verò quæ recipit pars, à repletione: Cunctos itaque morbos ascribit humoribus, tum intemperies, tum malam conformationem. Sunt enim humores nutritij proxima ortus nostri elementa, vnde tum similares partes nascuntur, totumque corpus absoluitur. Ex his igitur & ab eorum succorum excrementis nascuntur morbi.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Non vnum sed vt secundum naturã humores inesse id est cõstitutiõtia hominis principia.

*χυνόμενα

XXV. Εἶπον ι δὲ ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον ἔχειν, ἀποφαινέων ἀεὶ τοιῦτα ἐόντα, καὶ κατὰ νόμον, καὶ κατὰ φύσιν. Φημὶ δὴ ἔχειν αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν ξανθὴν τε καὶ μέλαιναν. καὶ ² τοιῶνδε ἀνθρώπων μὲ κατὰ τὸν νόμιον τὰ ὠνόματα διωρίζω φημί. καὶ διὰ τοῦτο τοῦτον τὸν ὄνομα ἔχειν. ³ ἔπειτα τοὺς ἰδίους κατὰ φύσιν κεχωρίδται, καὶ ὅτι τὸ φλέγμα οὐδὲν ὁμοίην ἐστὶ πρὸς αἷμα, οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. ⁴ Πῶς γὰρ ἂν ὁμοῖά εἴη τοιῦτα ἀλλήλοισιν, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται προσορώμενα, οὔτε τῇ χειρὶ * ψαυόμενα ὁμοίως δοκέει ἔχειν; ⁵ οὔτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν, οὔτε ψυχρὰ, οὔτε ξηρὰ, οὔτε ὑγρά.

Lege & naturâ distingui humores.

Vt etuſtati ſtandum.

XXV. *Quæcumque ι verò ego hominem esse dixero, (quemadmodum promisi me facturum esse,) ea demonstrare conabor semper eiusmodi esse, & iuxta legem, & iuxta naturam. Ego itaque assero hominem esse sanguinem, & pituitam, & bilem flauam nigrámque. ² Ac primum quidem vsu loquendi, id est, iuxta legem, distincta his nomina obtigerunt, neque vlli istorum idem nomen esse. ³ deinde natura singulorum species discrenit, inxtaque naturam horum species sunt separatæ; vt neque pituita ideam sanguinis referat, neque bilis sanguis, neque bilis pituitæ similis esse conspiciatur. ⁴ Quî enim hæc inter se similia sint, quorum nec colores similes aspicienti apparent: nec qualitates tactu explorantis sensum similiter afficiunt? ⁵ Neque enim similiter calida sunt, neque frigida, neque humida.*

COMMENTARIVS.

ι Demonstrat quatuor esse humores in corpore humano, idque κατὰ νόμον, & κατὰ φύσιν. Semper eiusmodi eos esse, dicit, demonstrabo. hoc est in omni hominis ætate, & quouis anni tempore.

² Demonstrat ex varietate impositorum nominum, varios inesse homini humores. Etenim si varii hi non forent, non appellarentur diuersis nominibus à medicis doctis ac peritis: Itaque κατὰ * νόμον, id est, ex sententia hominum rectè sentientium. Ex maiorum iudicio de humoribus ducit argumentum. vt hoc modo sanguis vocatur vel bilis ille humor, & non alius humor ita vocatur.

* νόμος quid.

Ab humorum differentiis quæ naturæ eorum hærent proximè.

*Idea quid.

³ Iam id demonstrat κατὰ φύσιν, id est, secundum rei naturam, sensus iudicio expositam. idque euincit ex humorum qualitate, eorumque motu. Qualitatem vocat * ideam, quæ oculis ac manibus percipitur; quasi dicat: Quæ differunt sensibilibus externis qualitatibus, differunt etiam essentiâ internâ, quæ sola ratione cognoscitur: & propterea non sunt vnum, sed specie non sunt distincta.

4 Tactili ac visili qualitate differunt quatuor* humores: nam phlegma albescit, melancholia nigrescit. Cholera feruet, at pituita alget. alius lentus, alius fluxus.

Quæ forma & facultate differant, ea eadem non sunt.

5 Vt cholera & pituita.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVI. Ἀνάγκη τοίνυν ἅπ τοσοῦτον διήλλαχε) ἀλλήλων τοὺς ἰδέᾳ τε καὶ δυνάμει, μὴ ἐν αὐτοῖσι ἔῃ), εἰ δὲ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ταυτὸν ἔσται.

XXVI. *Quando igitur tantopere hæc & specie & facultate inter se discrepant, haud esse illos vnum necesse est, nisi cui fortè ignis & aqua vnum sunt.*

COMMENTARIVS.

Confirmat similitudine, quod quæ secundum externas sensibus compertas qualitates differunt, etiam secundum essentiam internam (quæ solâ ratione noscuntur) differre, nec vnum esse. Colore verò ac consistentiâ differunt inter se humores: Ergo etiam essentia differunt. Nisi, dicit, quis ignem & aquam, visili ac tactili qualitate differentia elementa, vnum esse contendat. At hoc absurdum: igitur & illud. Videntur quidam persuasi fuisse, hominem ex vno constare humore: nec mirum, inquit Galenus hîc, Cùm ex Archigenis assectis homo minimè malus inductus erat; neque in ducendo spiritu, aërem corpus ingredi, neque egredi, in expirando.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVII. Γνοίης ι δ' ἂν τοῖσδε, ὅτι οὐκ ἔστι ταῦτα πάντα ὑγιῆ, ἀλλ' ἔνεστιν αὐτέοισιν ἕκαστα δυνάμιός τε καὶ φύσιος τῶν ἑωυτῶν. ² Ἢν γάρ τῳ δίδως ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὃ τι φλέγμα ἄγει, ἐμέσεταί σοι φλέγμα. ἢν δίδως φάρμακον ὅ τι χολὴν ἄγει, ἐμέσεταί σοι χολήν. Κατὰ ταῦτα ἢ χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἢν δίδως φάρμακον, ὅ τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. ³ Καὶ ἢν τρῶσῃς αὐτέῳ τὸ σῶμα ἢ μέσον τι, ὥστε τρῶμα γίνεσθαι, ῥύσιν τινὰ αὐτέῳ αἷμα. XXVIII. Καὶ ταῦτα ποιέουσι σοι πάντα τὸν ἀνθρώπων καὶ νύκτα, καὶ χειμῶνα καὶ θέρος, καὶ ἥβεας ἂν δύνασθαι ἢ τὸ πνεῦμα ἕλκειν εἰς ἑωυτὸν, καὶ πάλιν ἀφιέναι. ⁴ Δύνατος * δὲ ἔσται, ἐς ἂν πρὸς τοιῶν τεθῇ οἷσι ξυγγενέσθαι. *δὲ ⁵ ξυγγένεται δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα. ⁶ Πῶς γὰρ ἐ ξυγγένοιτο; πρῶτον μὲν ταὐτὰ ἔχειν ἐστὶν ἐ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ ταῦτα πάντα ἀεὶ, ἕως ἂν ζῇ. ἔπειτα γίγνεται ἐξ ἀνθρώπου ταυτὰ πάντα ἔχοντος· ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ, ταῦτα πάντα ἔχοντι ὁκόσα ἔγωγε ἴσμεν τε καὶ φημί τε καὶ ἀποδείκνυμι.

V trumque humorem habere naturam & facultatem.

XXVI. *Quòd ι verò cuncta hæc non vnum sint, verum quod singula horum peculiares vires ac naturam habeant. ² Si enim alicui homini pharmacum propinaueris quod phlegma educit, pituitam tibi vomet, & si pharmacum dederis quod bilem ducit, bilem tibi exomet. Eodem modo & bilem atram purgabit, si pharmacum propinaueris quod bilem atram ducit. ³ Quod si partem aliquam corporis sauciaueris, vt vulnus fiat, manabit inde sanguis.*
XXVIII. *Quin hæc cuncta euenire conspicies omni tempore, interdiu noctúque, & hyeme & æstate, quandiu spiritum trahere redderéque poterit homo. ⁴ Valebit autem, donec vno aliquo eorum quæ congenita sunt, fuerit priuatus. ⁵ Congenita autem sunt prædicta. ⁹ Quî enim non sint congenita? primum enim manifestum est, hominem perpetuò dum vixerit hæc in se habere. deinde, genitus est ex homine, cuncta hæc habente. postremò adoleuit in homine hæc cuncta habente. quæ ego in præsentiarum affirmare ac demonstrare contendo.*

COMMENTARIVS.

ι Demonstrat quatuor humores corpori inesse, eosque facultate ac specie differre. Nam toto vitæ curriculo adsunt, ac varij illi sunt. quare & singuli peculiarem vim obtinebunt.

² Diuersos

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 154 sur 513

2 Diuersos semper corpori inesse humores demonstrat ex varietate humorum qui è corpore semper educi possunt. Nam si quauis diei hora cholophygum pharmacum propinaueris, bilem semper educes: si humor ad educendum paratus fuerit, viæque meabiles. Ita & de cæteris humoribus statuendum. Hi humores quatuor sanguini insunt, ac mediocritatem substantiæ suæ habent, qua prosunt corpori. Nam excrementitij, nimii sunt qualitate vtraque. Si excrementitij insunt, igitur & naturales. facilè demonstrantur excrementitij. Nam propterea generantur excrementitij, quòd sanguis generatur: cuius excrementa hi sunt. Dissimilitudini igitur humorum euidens argumentum est, quòd singuli trahantur à peculiaribus medicamentis. Ergo non omni ex parte similes sunt.

3 Ergo humores quatuor naturâ diuersi erunt, ac peculiari vi dotati.

4 Conueniunt humores in eo quòd congeniti sint, cunctique simul principium materiale corpori præstent. Nam homo non moritur nisi priuetur vitæ principiis congenitis. Sed homo fraudatus vno ex quatuor his humoribus moritur. Nam priuatur naturali humore, qui facit ad integritatem totius singularúmque partium. Priuari autem poterit humore congenito, ab effusa euacuatione liberaliore manu, vltrò, vel pharmacia aut vulnere, vel quòd in corruptelam degenerato humore, illo spolietur corpus.

5 Ergo, dicit, cùm homo non moriatur nisi priuetur vitæ congenitis principiis: Moritur autem cùm his humoribus priuatur: Ergo humores quatuor sunt vitæ nostræ congenita principia.

6 Nam omni tempore homo habet in se hos humores quatuor. Itaque iam vt homo euasit, habet hæc quatuor. Præterea cùm gigneretur à patre & matre, ex his ortum ac incrementa duxit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Vide persuasi quidam existimârint hominem vnum esse.

XXIX. Οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἓν ἔστιν ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι παύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι. Ὁρέοντες τοὺς πίνοντας τὸ φάρμακον, καὶ διαλυομένους ὑπὸ τῆσιν διαχωρήσεσι, τοὺς μὲν χολὴν ἐμέοντας, τοὺς δὲ τινας φλέγμα, τοῦτο ἔνιοσι αὐτέων νόμισαν εἶναι ἄνθρωπον, ἐόντων καὶ διαφόρων εἰδέων ἐντὸν διοδευόντων. Καὶ οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶναι ἄνθρωπον, τῇ αὐτῇ γνώμῃ κέχρηνται, ὁρέοντες διαφθειρομένους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὸ αἷμα ἐξιὸν ὑπὸ τὰ διαφθείροντα. Καὶ μαρτυρίοισι τοιούτοισι πάντες κέχρηνται ἐν τοῖσι λόγοισι.

XXIX. *At qui ex vno constare hominem dicunt, videntur mihi hoc argumento persuasi: Nimirum cùm viderent eos qui pharmaca hauserant, in hypercatharsi interiisse; alios quidem bilem vomentes, alios pituitam: id, in cuius euacuatione hominem emori viderunt, hominem esse crediderunt. Eâdem ratione ducti sunt, qui sanguinem fecerunt vnicam hominis materiam, ex fusi à iugulatis sanguinis copia sic persuasi: hinc & sanguinem esse hominis animam dixerunt. Itaque hæc ferè sunt argumenta quibus vtuntur in sermonibus suis.*

COMMENTARIVS.

1 Γνώμη eorum esse videtur hæc, Absque quo humore homo superesse nequit, id principium hominis materiale est. Atqui hi sine pituita, hi sine sanguine, &c. hominem superesse posse negant: Ergo talium aliquis erit humani corporis principium materiale. Minorem probat hypercatharsis: quam vt variis à succis fieri vidit, ita quinis illum hominis principium posuit. Falsa assumebant: debuissent causæ mortis rationem explicare; cur nimirum illo vel illo humore euacuato homo moreretur: Quia non protinus id hominis principium est, cuius vacuationem cita mors sequitur. nam apostema ac aqua ἀῤῥόος effusa mortis causa sunt. Quare potiùs spirituum quàm humorum eductioni mortis ascribenda est causa.

2 Nouissimè hic effunditur, adeò vt vnà cum ipso animam effundi putes. vltimò is trahitur, quòd nulla peculiari remedii vi educatur; & partibus consocialis sanguis est: ex eoque cùm pastum ineant, diutissimè eum retinent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXX. Καὶ ἔνι * προῆσαι μὲν ἐν τῇσιν ὑποκαθάρσιοισιν ἐπὶ πολὺ ἀπέδωκε χολὴν μοῦνον καθαρσίους. ἀλλ' ὁκόταν τις πίῃ φάρμακον, ὃ, τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν ἐμέσει, ἔπειτα δὲ φλέγμα· ἔπειτα δὲ διὰ τῆ χολῆ ἐμέσει χολὴν μέλαιναν ἀναχαζόμενοι. τελευτῶντες δὲ καὶ αἷμα ἐμέσει καθαρόν. * προῆσαι.

XXX. *Atqui primùm quidem per immodicas purgationes qui bilem solam excluserit, mortuus est nemo. Nam si quis pharmacum biberit quod bilem cieat, primùm bilem vomet, deinde pituitam, postea per vim atram quoque bilem à flana diuersam, postremò etiam moribundus sanguinem purum vomet.*

COMMENTARIVS.

Quasi dicat: Nullus moritur vno solo effuso humore: sed varii effunduntur. igitur homo non est vnum. Nam congenito materiali abducto ex homine, necessariò moriretur: ac non moritur ab vno humore abducto. In hypercatharsi ab vno etiam pharmaco ita irritatur natura, vt reliquos continere nequeat: vellicatur enim à vectorio pharmaco, quod suo feruore referat etiam oras vasorum. Hoc est quod significat illa vox ἀναχαζόμενοι. 4. *Simplic.*

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXI. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἰσχὺν φαρμάκων τῶν τὸ φλέγμα ἀγόντων. πρῶτον μὲν τὸ φλέγμα ἐμέσαι, ἔπειτα χολὴν ξανθὴν, ἔπειτα μέλαιναν· τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρὸν, καὶ ὑπὸ τοῦ δὲ ἀποθνήσκουσιν.

XXXI. *Eadem eueniunt his qui pharmacum pituitam ducens hauserunt: primùm enim pituitam vomunt, deinde bilem flauam, postea atram, morientes verò purum sanguinem, & in hoc mox vitam finiunt.*

COMMENTARIVS.

Primùm euacuatur humor qui pharmaco familiaris est, mox ille qui facillimè sequitur: postremò sanguis, ob naturæ vinculum quo ei iungitur: illi enim est familiarissimus. Vt quidam existimârint cum eo animam vnà effundi. Et nullo pharmaco peculiari abducitur sanguis; & sanguis est principium nostri ortus, ac corporis pabulum: quare natura eum ægrè dimittit. *Sanguis naturæ familiaris.*

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXII. Τὸ δὲ φάρμακον ὁκόταν ἐσταλθῇ ἐς τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει ὃ ἂν αὐτῷ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ, καὶ ἐν τῷ σώματι ἐνέοντων. ἔπειτα δὲ καὶ τἄλλα ἕλκει τε καὶ καθαίρει, ὥσπερ καὶ τὰ φυόμενά τε καὶ ἀπειρόμενα ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τοκὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐγγεγὼς ἐν τῇ γῇ (ἔνι δὲ ᾗ ξυῶδες πικρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον) πρῶτον μὲν τὸ πλησιέστατον ἕλκυσεν εἰς ἑωυτὸ, ὅ, τι ἂν ᾖ ἑωυτῷ κατὰ φύσιν μάλιστα· ἔπειτα δὲ ἄλλο καὶ τ' ἄλλα. τοιοῦτον * δέ τι καὶ τὰ φάρμακα ποιέει ἐν τῷ σώματι, ὁκόσα ἂν χολὴν ἄγῃ, πρῶτον ἀκριτεστάτην καὶ ἀδηρὸν χολὴν, ἔπειτα δὲ μεμιγμένην· καὶ πάλιν τὰ τὸ φλέγμα ἄγοντα φάρμακα, πρῶτον μὲν ἀκριτέστατον τὸ φλέγμα ἄγει, ἔπειτα δὲ μεμιγμένον. Καὶ τοῖσιν ὑποκαθαιρομένοισι πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥεῖ θερμότατόν τε καὶ ἐρυθρότατον· ἔπειτα δὲ φλεγματωδέστερον καὶ χολωδέστερον. * δὲ.

XXXII. *Nam vt corpus subierit pharmacum, ante omnia ducit id, quod ipsi ex omnibus in corpore existentibus maximè secundum naturam familiare fuerit, ac tum deinceps alia trahit ac purgat. Quemadmodum enim se res habet in his quæ vel vltrò nascuntur vel conseruntur vbi in terram peruenerint, vt vnumquodque trahat id quod naturæ suæ familiare in terra existit (inest enim terræ & acidum,* *Pharmacum quid agat.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 155 sur 513

& amarum, & dulce, & ſalſum, & omnigenum) & primò quidem plurimum eius trahat in ſeipſum, quod ſibi ipſi iuxta naturam maximè familiare fuerit, deinde etiam reliqua. 3 Tale etiam quiddam pharmaca in corpore faciunt. Quæcunque enim bilem ducunt, primùm meraciſſimam bilem purgant, poſtea verò mixtam: quæ pituitam, primùm meraciſſimam trahunt, poſtea mixtam: iugulatis itidem primùm quidem ſanguis calidiſſimus & ruberrimus profluit, deinde pituitoſior ac bilioſior.

COMMENTARIVS.

1 Argumento ipſò aduerſariorum ſuorum ipſos oppugnat. dicit, Non moritur homo niſi congenito vitæ principio fraudetur is. At non niſi quatuor humoribus euacuatis moritur homo. Ergo non vnicus ſed quatuor humores vitæ principium conſtituunt, fiuntque congeniti. Probat Minorem, Cùm quis pharmacum hauſit, dum non maxima pars humorum effunditur, ſed tantùm vnus cùm educitur, non moriuntur homines. Sed dum poſtremus euacuatur, aſtantes putant ob eius vnius eductionem mortem venire.

2 Id declarat ſimilitudine. Terræ commiſſa ſemina aut depoſiti ſurculi ſolent exugere è terra nutricatum ſimpliciſſimum ſibique familiarem: eo verò exhauſto illud exugunt quod huic vicinum eſt, quodque minùs illi ſimile eſt. At, dicit Hippocrates, pharmaca eodem modo trahunt. Igitur ſimilitudine ſubſtantiæ trahunt, inferimus nos. φύσιμα vocat quæ ſingulis annis ſponte renaſcuntur: ἀπυέλμφα verò quæ ſatione continua conſeruantur.

3 Ita propinata pharmaca, primùm cholagoga euacuant ſyncerambilem, dein mixtam: phlegmagoga pituitam meram primùm educunt, deinde mixtam. Ita in iugulatis primùm funditur cruor calidiſſimus & ruberrimus, dein pituitoſior & bilioſior.

Putat itaque Hippocrates pharmaca purgare trahendo: nimirum vt pars ſpirituoſa petuadens partes, humori familiari quaſi manum porrigat, eóque trahente & naturâ expellente in ventrem effluat. Primumque humor merus ſpirituali hac qualitate affectus, dein alius qui cum eo remixtus fuerat offertur. vt ferro perfricatum lignum etiam à magnete trahitur: quod alioqui ſolum à magnete prolectatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Cur humores non ſemper eadem copiâ corpori inſint.

XXXIII. Αὔξεται 1 ὃ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ μὲν φλέγμα χειμῶνος. τέλος δὲ τοῦ χειμῶνος καὶ φύσιν μάλιστα τὴν ἐν τῷ σώματι ἐνέοντων. ψυχρόταται γάρ ἐστι. 2 τεκμήρια δὲ τούτων, ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρόταται, οἱ ἔσχατοι φαίνονται φλέγματος, καὶ χολῆς, καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρίσκεται ψυχρότατον ἐόν. καὶ τοι γλισχρότατόν ὄζει. καὶ 3 βίη μάλιστα αὔξεται μὲν χολὴν μέλαιναν (ὀκόσα δὲ βίη * ἄγεται, θερμότερα γίνεται ἀναζέοντα γάρ ἐστι) ἀλλ' ὁμῶς καὶ αὗται τοῦτα πάντα ψυχρόταται ἐόν τὸ φλέγμα φαίνεται γάρ ἐὸν φύσιν τοιαύτην. 4 Ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πλησιάζει τὸ ζῶον φλέγματος, γνοίη ἄν τοῖς δε. Οἱ ἄνθρωποι πτύουσί τε καὶ ἀπομύσσονται φλέγματος πλεῖστον τῷ χειμῶνος. καὶ τὰ εἰδώματα * κλώνται μάλιστα τούτων τὴν ὥρην, καὶ τἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα.

* ἔρχεται.

κλώνται † καλά.

Pituita hyeme creſcit, nã frigidiſſima.

XXXIII. *Porrò pituita in homine hyeme incrementa ducit: huic enim præ cæteris quæ inſunt homini, maxima eſt cum hyeme naturæ cognatio, frigidiſſima enim exiſtit. 2 Hæc autem documento eſſe poſſunt quòd pituita ſit frigidiſſima. Si enim pituitam & bilem & ſanguinem contingere libuerit, pituitam profectò frigidiſſimam eſſe deprehendes. Etſi verò viſcis in morem lenteſcat, & poſt atram bilem contumaciſſima ſit ad eductionem, vt non niſi magnâ ꝟi attrahatur, (quæcumque autem per vim trahuntur, hoc ipſo calidiora fiunt) nihilominus tamen frigidiſſima eſſe appâret pituita ex ſua propria natura; nec eo tractu caleſcit, ſed frigida appâret, cognatamque ſuam frigiditatem retinet. 4 Quòd autem hyems impleat corpora pituitâ, hæc argumenta tibi ſunto: quòd homines expuunt & emungunt pituitoſiſſima hyeme, & tumores laxi albiſſimi gignuntur maximè hoc anni tempore, itémque reliqui morbi pituitoſi.*

Pituita hyeme creſcit.

Vi tracta incaleſcunt.

COMMENTARIVS.

Quæ anni tempora excellentem qualitatem præ ſe ferunt, ea vehementer mutant corpora noſtra, vt inde modò hic modò ille humor increſcat, illéque iterum. Ac redeunt humoribus per anni tempora ſuæ vices.

1 Naturæ diuerſæ diuerſis præditæ ſunt ſuccis. Ita ratiocinatur: Qui humor hyemi natura & temperie ſua ſimillimus eſt, is brumâ etiam incrementa ducit. At pituita hyemis naturæ ſimillima eſt inter cunctos humores. Igitur hyeme maximè increſcit.

2 Probat Minorem, Tactus ita iudicabit, ſi conferatur eius qualitas cum bile, melancholia, ſanguine. Pharmacis eliditur cùm pituita, frigidior appâret. Et quibus caput pituita abundat, ſæpè queruli ſunt de frigore quo ſentiunt caput ſtupere.

3 Quæ violenter agitantur motus violentiâ incaleſcunt. At pituita violenter agitatur, ob tenacitatem qua excluſioni renititur. Ergo pituita motus vi incaleſcet ac phlegmones proferet. Quod ſine dubio faceret, niſi ſtricto quodam frigore prædita eſſet. Incaleſcit itaque motu, ſed ita vt tum quoque ingenitam ſuam frigiditatem præ cæteris retineat.

4 Quòd hyeme pituita abundat argumento ſunt excremẽta corporis pituitoſa: & morbi qui tunc eueniunt pituitoſi. Demonſtrat omnes ſuccos ſemper corpori ineſſe: at modò vberiùs hi, modò copioſiùs illi inſunt. Id in primis per pituitam oſtendit, quæ maximè oſtentat ſeſe in excrementis. Et vt excrementitii circumfluunt, ita etiam nutritii, quorum illi ſunt excrementa. Maximè autem pituita creſcit hyeme, præſertim ſi regio, ætas, anni conſtitutio eò nutant, id eſt, ſi in humiditatem ac frigus conſpirarunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIV. Τῷ 1 ἦρι ἤρξε, φλέγμα 2 * ἐπὶ μὲν ἰσχυρότερα ἐν τῷ ζώῳ, καὶ 3 τὸ αἷμα αὔξεται, τὰ δ' ἐν ὑγρῷ ἰξαίνῃ, καὶ τὰ ὑδατα ὀδυνᾷ). τὸ * δ' αἷμα καὶ τὰ ταῦτα αὔξει) ὡσὰ τε τῶν ὀμβρέων, καὶ τῶν * θερμασιείων· καὶ φύσιν τῶν αὐτῶν ταῦτα ὀδμάλιστα τῷ ὀπωπῇ. ὑγρόν τε γὰρ ὀδμὴ καὶ θερμόν. 4 Γίνεται δ' ἂν πολλὰ. οἱ ἄνθρωποι τῷ ἦρι καὶ τῷ θέρει μάλιστα ὡσὰ τε τῶν δυσεντερεῶν ἁλίσκονται, καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἷμα ῥεῖ αὐτοῖσι, καὶ θερμότατοι εἰσὶ καὶ ἐρυθροί.

* ἔπιπλέον * δὴ

* θερμασιῶν

XXXIV. *Vere 1 etiamnum valida eſt pituita, 2 creſcitque ſanguis. nam & 3 frigoris vis per id anni tempus remittit, & imbres ſuccedunt. Sanguis igitur iuxta hæc angeſcit, ab imbribus videlicet ac calidorum dierum tepore: hæc enim anni pars maximè iuxta naturam ipſi reſpondet, eſt enim humidum ac calidum. Ver. 4 Quod hinc facilè cognoſcas: nam vere & æſtate maximè homines implicantur dyſenteriis, & ſanguis ex naribus ipſis fluit, ac calidiſſimi tunc ſunt & ruberrimi.*

vere ſanguis increſcit.

Dyſenteria quando eueniant.

COMMENTARIVS.

Humorum motum declarat in corpore, ſecundum anni tempora. Vere, dicit, mediocris eſt pituitæ copia in corpore humano (pauciſſima melancholia) at ſanguis tunc luxuriat. id oſtendit & ratione & vſu.

1 Reſpondet enim initium veris hyemi.

2 Progreſſo vere.

3 Ratio: Eo tempore quo calor & humor dominantur, eodem etiam ſanguis incrementa ducit. At vere calor & humor dominium tenent. Ergo vere ſanguis præſertim luxuriat. Eſt enim ſanguis naturâ calidus ac madidus. ita & ver ſi conferatur cum cæteris anni partibus, frigus enim vere remittit, at pluuiæ rigant

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 156 sur 513

rigant mundum. Hinc calidum noſtri corporis natiuum variè mutatur: variéque vt ab aëre afficitur, ita etiam varias in humoribus facies profert. nam ambienti ſimiles profert humores.

4 Vſus. nam morbi calidi ac humidi tunc proferunt ſe: & ſymptomata efflorescunt à materia ſanguinea nata; vt hæmorrhagia, & qualitas corporis calida & rubicunda. Diſenteria tunc etiam cruenta euenire ſolet ex hæmorrhoidibus, deplente ſe natura à copia ſanguinis. Sed, dicet quis, Vere melancholiæ fiunt. Reſponde: non tuncilla naſcitur, ſed profertur, ac quaſi paroxyſmum facit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXV. Τὸ δ' θέρεος, τὸ, τε αἷμα ἰσχύει ἔτι, καὶ ἡ χολὴ λείπει ἐν τῷ ζώματι, καὶ ἀφεδρεύειν εἰς τὸ φθινόπωρον. Γνώμη δ' ἂν τοῖσδε. Οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι πάντων πλεῖστον χολὴν ἐμέουσι, καὶ ὧν τῆσι φαρμακοποσίῃσι χολωδέστερα καθαίρονται. δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρέσσουσι, καὶ τοῖσι χρώμασι τῶν ἀνθρώπων. Τὸ δὲ φλέγμα ἡ θέρεος ἀσθενέστατόν ἐστιν αὐτὸ ἑαυτοῦ. ἐναντία γὰρ αὐτίοισι ἐστὶ τῇ φύσει ἡ ὥρη· ξηρή τε γὰρ ἐστι καὶ θερμή.

XXXV. *Per æſtatem verò viget adhuc ſanguis, eo bilis in corpore ſurgit, & vſque in autumnum porrigitur. Id quod hinc cognoſcas; homines enim æſtuo tempore bilem vltrò vomunt, ac pharmacorum propinatione bilioſiora purgantur: idipſum quoque comprobant & febres & colores corporis, quibus tempore corpora hominum occupare ſolebant. Pituita è contra æſtate debilior ſeipſa eſt: 2 contrarium enim eſt naturæ eius id tempus, calidum puta & ſiccum.*

COMMENTARIVS.

Pergit in demonſtrando varium eſſe humorum incrementum ac decrementum in corpore humano. Nam æſtate pituita accidit ὑγρὰ, ac πλάδει: non tamen omnino deficit. eſt enim congenitus humor vitæ neceſſarius: ſed deliteſcit in corpore languetque, quòd ab aëris vtraque aduerſa qualitate quaſi opprimatur. Sanguis mediocri copia ac vi perſeuerat æſtate, quòd proxima veri ſit æſtas. At bilis luxuriat æſtate ac ἐρεύγεται, id eſt, efferuescit ac in molem maiorem ſe attollit. Argumento ſunt vomitus ac aluo quæ funduntur, ſunt enim cuncta biliosa æſtate: ſanguis autem in principio æſtatis, quod vernare adhuc videtur, perſeuerat, id eſt, vſque ad ſolſtitium æſtiuum ab ortu Vergiliarum: hoc eſt ſpacium quadraginta dierum. At bilis creſcit ad ortum vſque Arcturi: primùm flaua, hinc atra,

1 Nam æſtate eueniunt tertianæ continuæ & interpolatæ: & biliosus flauus color corpora defœdat.

2 Eſt enim pituita naturâ ſuâ frigida & humida; bilis ſicca & calida. Ignea corporis vis æſtate diſcutit pituitâ, vnà cum externo aëre tenui, calido ac ſicco.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVI. Τὸ δ' αἷμα τῷ φθινοπώρῳ ἐλάχιστον γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ξηρὴ τε γὰρ ὅδε τῷ φθινοπώρῳ ἐστὶ, καὶ ψυχρὴν ἤδη ἄρχεται ἡ ἀνθρωπίνη. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ τῷ φθινοπώρῳ πλείστη τε, καὶ ἰσχυροτάτη ὄξυ.

Autumno quid fiat in corpore humano.

XXXVI. *Sanguis verò pauciſſimus Autumno fit in homine. Siccus enim eſt Autumnus, & hominem iam refrigerare incipit. Atra porrò bilis Autumno, & plurima & fortiſſima eſt.*

COMMENTARIVS.

Motum humorum varium in corpore eſſe declarat iam per Autumnum: Tunc enim pauciſſimus eſt ſanguis. Nam is eſt frigidus & ſiccus, ſanguini aduerſus. At melancholia circumfluit Autumno. Deuſti fuere ſucci æſtate: quòd reliquum in humoribus eſt, craſſeſcit ac refrigeratur ac ſicceſcit: nam exhauſtum id eſt ſuo madore ab æſtatis incendio. Autumnus manè ac ſerò friget: meridie calet: friget itaque magis: accedit & ſiccitas. hinc melancholiæ prouentus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVII. Ὅταν δὲ ὁ χεὶμὼν καταλαμβάνῃ, ἥτε χολὴ ψυχομένη, λίην γίνεται. καὶ τὸ φλέγμα αὔξεται πολλὸν, ἐκ τε τῶν ὑετῶν τὸ πλῆθος, καὶ ὅτι τὰς μακρὰς ἀπὸ νυκτῶν. *Hyeme bilis decreſcit.*

XXXVII. *Poſtquam autem hyems aduenit, bilis frigore decreſcit. pituita è contra incrementa ducit, id quod euenit tum, ob imbrium copiam, tum ob noctium longitudinem.*

COMMENTARIVS.

1 Pituita quia hyemi eſt ſimillima, propterea tunc augetur. Idque probat à contrario humore. Nam bilis hyeme deficit; quòd ei huiustemperies aduerſa ſit. Hyems Medicis incipit ad Vergiliarum occaſum, qui iam incidit pauloante calendas Nouembris, cùm imbres copioſi decidunt.

2 Ob imbrium copiam madet hyems, ac ob noctium prolixitatem (à ſolis abſentia) friget: hinc pituitæ ſimilis eſt.

Ex Hippocratis itaque ſententia conſtat animalium corpora affici à circumfuſo aëre. dicet quidam: Quo modo ergo ventriculi hyeme & vere naturâ ſunt calidiſſimi? vt tunc cibos copioſiores poſtulet. Quo ergo modo pituita tunc increſcet potentiſſimè? nam commodè percoctus cibus ſanguinem purum proferet. Reſpondeo, Ventriculi tunc quidem ſunt calidiſſimi à natiuo calore, id eſt, temperatiſſimi ſunt. Sed partes corporis refrigerantur valdè hyeme, ob veſtium inopiam, vel ob vitæ genus &c. Quin in quibuſdam ipſe venter & hepar ſentiunt frigoris iniuriam, & venæ. Adde iam ciborum copiam facilè pituiteſcentium. vt rapa, legumina, liba, porcinam carnem, pultes, caſeum, vinum nouum, craſſámve cereuiſiam. Hippocrates τὸ ἐλάχιστον & τὸ πλεῖστον (ſupra textu 36.) refert ad molem: ἀδυνέστατον & ἰσχυρότατον ad facultatem. *Quæſtio.*

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVIII. Ἔχει δὲ ἐν πᾶσι πᾶσι διὰ παντὸς τὸ ζῶμα τὸ ἀνθρώπου. ἔστι δ' ὃ τὰ πεπεισαμένης ἄρης ποτὲ μὲν πλέον γίνεται ὧν αὐτὰ ἑωυτῶν, ποτὲ δὲ ἔλαττον ἔχοντα, κατὰ μέρος καὶ κατὰ φύσιν. *conclusio.*

XXXVIII. *Hæc itaque cuncta ſemper 1 habet corpus hominis, 2 verùm pro temporis ratione ſingula aliquando augentur, aliquando minuuntur, 3 ſecundum partem & ſecundum naturam.*

COMMENTARIVS.

1 Semper dum viuit homo, hæc cuncta, id eſt, quatuor humores iuſunt corpori humano.

2 Quamuis hi quatuor humores ſemper corpori inſunt, tamen horum copia eſt varia, vt anni conſtitutio eſt varia, & temporum diuerſa facies vt fuerit.

3 Ratione partium, dicit, & loci, diuerſæ ſunt humorum quantitates: vt (κατὰ μέρος partium: κατὰ φύσιν nimirum totius) æſtate bilis circumfluit toto corpore, non ita hyeme. hoc eſt, ſecundum φύσιν totius. κατὰ μέρος verò, id eſt, ſi partes conſiderentur, Hyeme bilis copioſior folliculo fellis continetur, quàm æſtate in reliquis corporis partibus. Ita Zuingerus: quem reprehendit Scrodæus, ac dicit ita exponendum, vt dicat Hippocrates, augentur minuunturve humores ſecundum partes anni; quia æſtate bilis, vere ſanguis, &c. donatur. κατὰ φύσιν, id eſt, dum modò ſecundum naturam habent: nam dum anni tempora non rectè eunt, etiam humores variant: maximè cùm etiam hominum peculiares temperies variæ ſint.

Concludit Hippocrates, nimirum hæc conſtituere ac conſeruare corpus humanum, tanquam congenitos

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 157 sur 513

& nutritioni neceſſarios humores. At quia variè mutantur homines, id fieri dicit ex humorum incremento ac decremento vario ex anni variis temporibus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIX. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πάσης πέντων, καὶ τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν, καὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν. ὁ γὰρ ἂν μείνειεν τυτέων ἐόν ἐόντα χρόνον ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ· ἀλλ' εἰ ἕν τι ἐκλίποι, πάντ' ἂν ἀφανισθείη. διὰ γὰρ τῆς αὐτέων ἀναγκαίης πάντα ξυνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ἀπ' ἀλλήλων.

A magno mundo argumentum.

XXXIX. *Nam vt quinis annus cunctorum particeps eſt, & calidorum & frigidorum, & ſiccorum ac humidorum. Neque enim quicquam horum, ne minimo quidem tempore conſisteret ac duraret, ſine cunctis his quæ mundo insunt: quin ſi vnum aboleretur, cuncta profectò deficerent. Ab eadem enim neceſſitate cuncta perſeuerant ac mutuò aluntur.*

COMMENTARIVS.

Dixerat humores mutari ex variis anni qualitatibus: id iam confirmat totius mundi exemplo, cuius princeps pars homo eſt, vt homo aſſecla totius mundi deprehendatur: & propinqua principia ſequi remotiora principia: Ita ex anni natura hos humores corpori ineſſe deprehendere licet. Nam vt annus omni tempore particeps eſt caloris, &c. Quia ſi vna qualitatum harum interiret, caderet œconomia totius mundi: nam vno elemento deficiente, cuncta ex eo compoſita interirent. Nam ab eadem neceſſitate conſtituta ſunt cuncta. Dei voluntas hanc neceſſitatem impoſuit rebus, vt quatuor eſſent qualitates. Ergo æqualis horum quatuor eſt neceſſitas. Temperies enim & mixtio ſine his nulla. & in ipſis anni temporibus nihil immixtum eſt; igitur nec homo vnum. Quin nullum elementum ſimplex perſeuerare poteſt: nonne terra ſucco priuata horrida ſterilitate ſqualeret? an non ignis tabeſcit fomite ſpoliatus? Vel ſi frigidum pereat elementum, an non cuncta ignis erunt? ſi ſiccum, an non aquâ fluctuabunt omnia? Abſolutum elementum, dicit hîc Galenus, mente potiùs inuenitur quàm ſenſu. non κατ' ἐξοχήν, dicit Galen. hæc mundi elementa vocantur calida, frigida, &c. ſed κατά τι, vt elementale. Si calidum elementum intereat, concreſcet, dicit Galenus, humidum inopia caloris, nec planta vlla nec animal ſoboleſcet. Si, dicit Galenus, fingas aquam prorſus frigidam & humidam fieri, non iam amplius erit aqua, ſed concreſcet fluxu priuata. Ita terra adamante durior erit, ſi prorſus ſicca & frigida fuerit: vnde tunc fœtura plantarum, ac animalium nutricatus? petibunt omnia. Quare neceſſitate quadam ex ſe mutuò pendent mundi elementa, ac à ſe nutriuntur: quod flamma etiam indicat lucernæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XL. Οὕτω δὴ καὶ εἴ τι ἐκ τῆ ἀνθρώπου ἐκλίποι τυτέων τῶν ξυγγενέων, οὐκ ἂν ἀνώδυνον ζῷον ὁ ἄνθρωπος.

XL. *Sic etiam ſi quid ex homine 1 deficeret ex his quæ ipſi congenita ſunt, non ſanè viuere poſſet homo.*

COMMENTARIVS.

Remotiora principia propinquorum fontes ſunt, quare eorum aſſeclæ ſunt principia propinqua. Ita humanum corpus ſequitur Anni & Mundi temperiem: ac quatuor eius humores temperiem variam ineunt ex varia anni conſtitutione, ac quatuor qualitatum moderatione. Ex quibus ſi vna deficiat, vel vnus ſi humor defierit eſſe, interit homo. nam ſanguini, vnde fabricatus eſt, hi inſunt. * Humores, dicit hîc Galenus, vocantur calidi & frigidi, non quòd tales merè ſint, ſed quia ea qualitate cæteros humores excellunt. Ita pituitam humidam & frigidam vocamus, non quaſi contrariorum expertem, ſed quòd in ea homidum & frigidum explendeant. Quæ ſi frigida ſola foret, vt glacies cogeretur: & ſi planè humida eſſet, nullam craſſitiem ac lentorem haberet. Ita bili vtriquealiqua eſt madoris pars; nam alioqui humor non eſſet; ſed adamante durior foret. frigida itaque dicuntur, quæ plus frigoris quàm caloris habent. Gal. Quin ipſe ſanguis vt temperatiſſimus ſit, cum reliquis humoribus confundi debet: quare temperatiſſimus ſanguis pituitæ & bilis vtriuſque particeps eſt.

1 Cuncta huius mundi corpora concreta ſunt ex quatuor elementis, plantæ animaliaque: quare nihil eorum perſtare poteſt ſine horum præſidio: ſi vnum interierit, reliqua trahuntur: Ita & homo vnius principij inopiâ interit.

** Humores qua ratione dicantur frigidi, &c.*

XLI. Γρήει δὴ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ποτὲ μὲν ὁ χειμὼν μάλιστα, ποτὲ δὲ τὸ ἔαρ, ποτὲ δὲ τὸ θέρος, ποτὲ δὲ τὸ φθινόπωρον. κῶς δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ποτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, ποτὲ δὲ τὸ αἷμα, ποτὲ δὲ ἡ χολὴ, σφέων δ' ἕκαστον μὲν ἐν ξανθὴ, ἔπειτα δ' ἡ μέλαινα χολή. XLII. Μαρτύριον δὲ σαφέστερον, εἴ τις ἐθέλοι τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμέσειέ σοι τὸ μὲν χειμῶνος φλεγματωδέστατα, τὸ δὲ ἦρος ὑγρότατα, τὸ δὲ θέρεος χολωδέστατα, τὸ δὲ φθινοπώρου μελαντατα.

Humores in homine mutari.

* *σαφέστατον.*

XLI. *In anno autem aliquando quidem 1 Hyems maximè viget, aliquando Ver, modò Æſtas, modò Autumnus. Haut 2 aliter & in homine interdum pituita præualet, aliquando ſanguis, aliquando bilis, primùm quidem flaua, deinde etiam quæ nigra vocatur.* XLII. *Huius rei clarius argumentum hoc eſto: quodſi eidem homini quater in anno idem medicamentum 3 dederis, vomet tibi hyeme quidem pituitoſiſſimum, vere autem 4 humidiſſima, æſtate bilioſiſſima, autumno denique nigerrima.*

COMMENTARIVS.

Docet humotum mutationem ex anni temporibus, ſimilitudine ex mundi œconomia deſumta, cuius non minima pars homo eſt, aſſecla ſuorum principiorum.

1 Vt annus omni tempore particeps eſt cunctarum qualitatum, alio tamen tempore aliæ qualitates exſplendeſcunt: ex qua qualitatum excellentia annus in quatuor tempora diuiditur.

2 Ita homo licet ſit dotatus omni tempore ſuccis quatuor, attamen alia ætate aliaque anni parte hi dominantur varij, vt hîc enumerat.

3 Probat ſingulis anni temporibus ſingulos increſcere humores. Nam idem pharmacum, phlegmagogum, ex eodem homine dilutiorem pituitam educet æſtate quàm hyeme.

4 Ex Ichore ſanguinis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIII. Ὀφείλει ὧν τυτέων ὅπως ἐχόντων, ὁκόσα ἂν τῶν νοσημάτων τὰ χειμῶνος αὔξεται, θέρεος λήγειν· ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν· ὁκόσα μὲν αὐτέων ἐν ὀλιγοήμερον 2 ἡμερέων ἀπαλλάσσεται· πλὴν δὲ ὀλίγου αὖθις φράσω πλὴν τῶν ἡμερέων. Ὁκόσα δὲ ἦρος γίνεται νοσήματα, περὶ δεκάτας χειμῶνος φθινοπώρου πλὴν ἀπαλλαγῆς. Ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νοσήματα, τυτέων τὰ μὲν ἦρος εὐκόλως πλὴν ἀπαλλαξίν γε ὀλίγας· ὅ, τι δ' ἂν τὰς ὥρας τυτέων ὑστεροβόλλῃ νόσημα, εἰς ἐνιαυσιαῖον αὐτὸ ἐσάψῃσιν.

Morborum mutatio ſecundum anni tempora.

XLIII. *Quare cùm hæc ita ſe habeant, par eſt morbos qui augentur 1 hyeme, æſtate finiri: & qui æſtate augentur, hyeme deſinere: niſi ex eorum ſint genere qui dierum 2 circuitu finiri ſolent: de quibus agam alio loco. 3 Quicumque autem morbi Vere fiunt, horum diſceſſum Autumno expectare oportet. Quicumque verò Autumnales morbi ſunt, horum diſceſſum neceſſe eſt Vere fieri. Quòd ſi quis morbus hac tempora tranſgreſſus fuerit, cum annum 4 fore ſcito.*

COMMEN

COMMENTARIVS.

1 Sensus est : morbos chronicos, qui paroxismorum (qui diebus paucis fiunt,) certis periodis non feruntur, sed mensium periodis, eos anni spacio finiri. Ratio huius rei est, quòd contrario anni tempore (à quo cepere) non vincantur: nam septimus mensis primo opponitur. Et etiam primus annus opponitur septimo. Præclarè ad medicinam faciendam facit habere perspectam humorum luxuriantium copiam, ac eorum indicationem : quod anni tempora etiam nos docent : Nam inde petitur valetudinis tuendæ victusque instituendæ ratio, ac morborum fœlix curatio. & etiam ad præsagitionem hoc omnino facit. Vt cottidianæ febres septimo sæpe terminantur mense.

2 Vt bilioſi morbi : qui facilè resoluuntur : nam vltra quadragesimum diem non excurrunt.

3 Ita ab effectis iam probat motum varium in corpore habere humores. Nam dicit, similes humores oriuntur temporibus anni : & dissimilibus temporibus vincuntur hi humores. Ita hyeme soluuntur morbi æstiui, ob contrarietatem quam cum bilè habet id tempus ; autumnales vere, &c.

4 Quia contumax materia, quæ euinci non potuit, sed solùm in contrariis temporibus emituit, mox sibi congenero tempore ad ingenium redit : vnde ἐγκατάσκηπτα.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIV. Καὶ ἡ ἰητρὸν ὅτῳ χρὴ ἴδιος τὰ νοσήματα, ὡς ἐκάστῳ τυτέων ἰσχύῃσι ἐν τῷ σώματι καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἑωυτῷ καὶ φύσιν ἅσαν μάλιστα.

XLIV. *Medicum quoque sic morbis mederi oportet, quasi vnumquodque horum in corpore præualeat eo tempore, quod suæ naturæ conuenientissimum existit.*

COMMENTARIVS.

Quæ nam vtilitas sit obseruationis temporis ac temperiei anni, ætatis, ac diætæ, nimirum, vt sciat medicus quis humor copia vel qualitate in vitio sit, quaque parte corporis abundet. Hippocrates in hoc libro Hominis, id est, corporis humani naturam inuestigare voluit. Propterea primùm inuestigauit num id simplex vel compositum: Cumque compositum id esse deprehenderit, deinde simplicium id componentium natutam peruestigauit, id est, quam habeant vim agendi in aliud. vel patiendi ab alio. Propterea temporum Anni meminit, & ætatum : hæc enim mutant succos nostri corporis simplices : ita & pharmaca. Hæc noscere debet medicus. Nam quo tempore anni humor parcissimus fuerit, eo facilè profligari poterit. ægrè verò vincitur dum copia & qualitate viget. Obseruandum itaque quo tempore humor ἄυξεσι mole : & quo tempore ἀκμάσει efferuescat sua vi. Nam quilibet humor ineunte sibi familiari tempore paucus est, vt qui initium habet sui motus : sequente, luxuriat; hinc viget, dein deficit; moleque ἐλάσσων, & facultate ἀδυνατώτερος euadit. non tamen ita vt omnino euanescat aliquis quatuor humorum, sed contraria ab aëris qualitate interdum delitescit, & quasi premitur. Ita ver premit melancholiam : æstas pituitam : autumnus sanguinem, hyems bilem.

De tribus maximè hactenus actum est, de humore qui mouetur, tempore anni in quo mouetur, & motus ipsius ratione.

HIPPOCRATIS
DE HOMINIS NATVRA
LIBER SECVNDVS.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

I.

Εἰδέναι δὲ χρὴ καὶ τάδε, πρὸς ἐπιγνώσιν·

I. *Præter ista etiam hæc sunt cognoscenda.*

II. Ὅτι ὀκόσα πλησμονὴ τίκτει νοσήματα, κένωσις ἰῆται.

II. *Quos morbos profert repletio, hos enacuatio curat.*

Hic secundus liber spurius est : molis causâ primo libro olim adiectus, cùm Ptolemæus & Attalus libros emebant.

COMMENTARIVS.

Est Plethora ad vasa & ad vires : hæc humores inquinat, ac eos excludit in partes imbelles : illa rumpit vasa ac laxat ora eorum: ac interdum cuncta corporis spiracula intercipit, vnde cita mors venit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. Ὁκόσα δὲ ὑπὸ κενώσιος γίνεται νοσήματα, πλησμονὴ ἰῆται.

III. *Quæcumque verò morborum genera procreat enacuatio, hos curat repletio.*

COMMENTARIVS.

Modò nimirum decenter id fiat, vt non subitò aliuinum habitum, temperamentum, & actionem mutet. Hoc eleganter demonstrauit Hippocrates, * vbi contra Cnidios disserit Medicos : qui dicebant magnæ mutationi magnam mutationem esse opponendam. Rectè, inquit Hippocrates : sed commodè in vsum illa duci debet : vt natura etiam ægri fuerit, consulendum, &c. * *Lib. 1. acut.*

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IV. Ὁκόσα δὲ ὑπὸ ταλαιπωρίης γίνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται.

IV. *Quæ à labore fiunt affectiones, quiete curantur.*

COMMENTARIVS.

Dum musculi partesque corporis attriti sunt, lassitudinemque contraxerunt, adeò vt quædam occulta dissociatio facta sit à nimia tensione, quæ fit vel attritu, vel incubitu flatuum : aut fusione succorum, aut inanitione distractis à partibus cum dolet : hanc redintegrat quies.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

V. Ὁκόσα δ' ὑπ' ἀργίης τίκτεται, ταλαιπωρίη ἰῆται.

V. *Quæ verò à nimio otio gignuntur, hæc labor curat.*

COMMENTARIVS.

1 Hoc fœcundum enim est in causas morbificas: nam plethoram procreat. Dum enim plena manu pastum ineant, nec quicquam exercitio excludant, plus his perpetuò accedit, quàm exhauritur. Quodsi cacochymis etiam rebus indulserit, nihil non mali morbifici pullulabit in tali corpore. Moderatum enim exercitium omnium morborum ferè alexicacon est.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. Τὸ 1 ξύμπαν γνῶναι δεῖ ἰητρὸν, 2 ἐναντίον ἰσχὺν τοῖσι καθεστεῶσι, καὶ νοσήμασι, καὶ 3 εἴδεσι, καὶ ὥρῃσι, καὶ ἡλικίῃσι.

VI. 1 *Medicum enim cuncta explorata habere oportet;* 2 *nam & contrarias vires tempestatibus opponere debet, ac morbis,* & 3 *formis, annique temporibus,* & *ætatibus.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 159 sur 513

©BIUM

COMMENTARIVS.

1 Id est, cunctas externas causas earumque vites, quid contra naturæ legem inferant corpori compertum habere debet.

2 Nam intemperatæ naturæ, modico contrariorum vsu gaudent.

3 Id est, temperamentis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VII. Καὶ τὰ σωτείνοντα λύειν· καὶ τὰ λελυμένα σωτείνειν. ὅπως δὲ ἂν μάλιστα τὸ κάμνον ἀναπαύοιτο. ἤτε ἴησις τοῦτό μοι δοκεῖ εἶναι. VIII. Αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται, αἱ μὲν ἀπὸ τῶν διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ 3 πνεύματος, ὃ ἕλκομεν ζώοντες.

VII. *Tendentia laxet: laxata tendat. Ita enim maximè dolor placabitur: hæc mihi videtur curatio esse.*

VIII. 2 *Morbi partim nascuntur à diætâ, partim à* 3 *spiritu, cuius attractione viuimus.*

COMMENTARIVS.

Causas nimirum auferat quæ continuum soluunt; & quæ tonum partibus adimunt. Hæc balneis foribusque fieri possunt in artubus: intùs verò remediis quæ influxam materiam adimunt: vt in obstructis, induratis, inflammatis.

2 Vt cunctæ res agendæ, admouendæ.

3 Vt id manifestè appâret in locis Charoneis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IX. Τὸν δὲ διάγνωσιν χρὴ ἑκατέρων ὧδε ποιέεσθαι. ὁκόταν μὲν τοῦτο νοσήματος ἐν τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποισι γίνηται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τῷ αἰτίῳ χρὴ ἀναθεῖναι τοῦτο, ὃ, τι ἂν κοινότατον ἔῃ, καὶ μάλιστα αὐτῷ πάντες χρεώμεθα. Ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. Φανερὸν δὲ ἤδη, ὅτι τὰ διαιτήματα ἐκάστῳ ἡμέων οὐκ αἴτια ἔῃ, ὅτε ἅπαντα πάντων ἥκιστα ἐξίσχει καὶ τῶν νεωτέρων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως. Καὶ τῶν θερμοτέρων καὶ ψυχροτέρων· καὶ ἤδη μάζαν ἐσθιόντων, καὶ ἤδη ἄρτῳ σιτεύντων. καὶ ἤδη πολλὰ παλαιπωρεόντων, καὶ ἤδη ὀλίγα. καὶ ἂν ἕν τά γε διαιτήματα αἴτια εἴη, ἡνίκαν διαπίπτωμεν πάντες τρόπον οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῶν αὐτέων νόσων. ἡνίκαν δὲ αἱ νόσοι γίνονται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματα οὐκ αἴτια. ἔχομεν ἐκφύσιος.

Aër quando iure morborum causa putetur.

IX. *Diagnosin autem vtriusque huius morbi ita inibis. cùm plurimi homines eidem morbo inuoluuntur eodem tempore, tunc eius causa ascribenda erit ei quod cunctis maximè commune est, quoque omnes maximè fruimur. Hoc autem illud est quod omnes inspiramus. Quare liquet cuiusque hominis victus rationem huius morbi causam esse non posse, etenim hic morbus cunctos inuadit tam iuuenes quàm senes, tam masculos quàm fœminas, æquè hos qui vinum bibunt ac qui aquam, iuxta eos qui maza quàm qui pane victitant, tam qui exercent se quàm qui in ocio degunt. Quare diæta non est causa, cùm homines diuerso victu vtentes eidem morbo inuoluantur. Verùm vbi varia morborum genera eodem tempore vagantur, non dubium est quin peculiaris cuiusque victus in causa sit.*

COMMENTARIVS.

Hæc omnia verba recitat Galenus ex hoc libro, 1. Epid. in proœmio. Igitur hæc sunt Hippocratis. Ita ratiocinatur: Quod plurimis commune est, hoc communem habet causam. Aër omnibus communis necessariò est. Si cibus communis esset, idem faceret, vt in Æno cùm leguminibus vescebantur, crura his laborabant: qui verò eruis vescebantur, genuum dolore affligebantur. Ita qui in inopia omnium rerum, vruntur frumento muccido, vel aqua putrefacta, vel carnibus putridis, vt argonautis interdum euenit, eodem malo affl guntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. Καὶ τῷδε θεραπεύειν χρὴ ποιέοντα ἐν ἀντιτύθησι τῇ προφάσει τὴν νοῦσιν, ὥσπερ μοι πρόσθεν καὶ ὑπέρθεν, ὃν τῶν διαιμάτων μεταβάλλειν. Δῆλον γὰρ ὅ τι οἷόν γε χρῆσθαι ἑκάστῳ ἀνθρώπῳ διαιτήμασιν, ὁκοῖόν τινά ἐστιν, ἢ πόνῳ τινί, ἢ τροφῇ τοιῇδε, ἢ ἐν γε τῇ αὐτίῃ, ἃ δὴ καταμαθόντα μεταβάλλειν, καὶ σκοπέοντα τῷ ἀνθρώπῳ τὴν φύσιν, τήν τε ἡλικίην, καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος, καὶ τῆς νούσου τὸν τρόπον, τὴν θεραπείην ποιέεσθαι, ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα, ποτὲ προστιθέντα, ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται πρὸς ἅπασαν τὴν ἡλικίην, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν ἐδέων, καὶ τῶν νούσων, ἔστε τῆσι φαρμακίῃσι προσχρέσθαι καὶ ἐν τῇσι διαιτήμασιν. ὁκόταν δὲ νοσήματος ἐνὸς ὑπάρχῃσι κρασέες δύο, δῆλον τὸ τὰ διαιτήματα αὐτὰ οὐκ ἔσται, ἀλλ' ὃ ἀναπνέομεν, τοῦτο αἴτιον ἔσται. καὶ δῆλον ὅτι τοῦτο νοσηρόν τινα ὑπόκρισιν ἔχον ἂν εἴη. τοῦτον χρὴ τὸν χρόνον τὰς ἐπιδημίους ποιέειν ἀνθρώποισι ποιάσδε, τὰ μὲν διαιτήματα μὴ μεταβάλλειν, ὅτι γε οὐκ αἴτια ἔσται τὰ νοσήματα, ἕως ἂν ἀποκριθῇ καὶ ἀδιήκατον. Τῶν σιτίων τε ἀφαιρέειν, καὶ τῶν ποτῶν οἷσιν εἰώθει χρέεσθαι κατ' ὀλίγον. ἤν γε μεταβάλῃ ταχέως τὴν διαίτην, κίνδυνος καὶ ὑπὸ τῆς μεταβολῆς νεότερόν τι γίνεσθαι ἐν τῷ ζώματι. ἀλλὰ χρὴ ποιέειν τὰ διαιτήμασιν ὅτως χρέεσθαι, ὅτι γὰρ αἴρονται μάλιστα οἱ ἄνθρωποι. τῷ δὲ πνεύματι ὅτι ἐλαχίστῳ ἢ ῥοιζέεσθαι ἐς τὸ * σῖμα δοῦναι, καὶ ὡς ξηροτάτῳ ἔσαι προσπνέοντι. δῆλον δὲ γίνεται τὰς τύπας μεταβάλλοντα εἰς ὑγιάσιμον, ἐν οἷσιν ἐν ἡ νόσος καθεστήκει, καὶ τὰ ζώματα λεπτύνοντα· ὅτω γὰρ ἂν ἥκιστα πολλὰ τεκμήρια πνεύματος προσίζοντα οἱ ἄνθρωποι.

X. *Curationem hoc nimirum modo inibis, vt, scilicet, causam morbificam (etiam externam) oppugnes, quemadmodum alias docui, ac diætam vt mutes. Nam manifestum ilicò istud erit, eam diætam qua frui solet, ei noxiam esse totam, vel partem eius maximam, vel saltem aliquam. Quod cùm exploratum fuerit, mutetur. Ac perspectâ hominis naturâ, ætate, temperie, ac tempore anni, morbique more ac specie, Curationem aggredieris, nunc detrahendo, nunc adiiciendo, vt olim docui, collineando ad cuiusque ætatem, tempus anni, temperiem, & morbum, tam in pharmacis præscribendis, quàm in diæta. At verò vbi vnus endemius morbus vagatur, nullo modo diæta in causa est, sed id quod spirando ducimus. Nec dubium quin id morbificam quandam excretionem habeat. Hoc tempore hominibus hæc præscribes, diætam, vt quæ vitium hoc non attulit, ne mutent: Cæterùm cura eis adsit vt minimè copiâ cibi turgeat corpus, ac sit debilissimum: sensimque consueti cibi ac potus accidant copiam. Subitanea enim diætæ mutatio metum facit, ne quid in corpore grauius ab immutatione innoxetur. Sed ea cautione diæta vtendum, vt nullâ iniuriâ hominem afficiat. Eaque cautio adsit, vt aëris quam parcissima copia corpus subeat, vtque is sit alienissimus ab infecto aëre. Ac si fieri poterit, locum mutabis morbo obsessum, ac corpora extennabis: ita enim parcè minimeque frequenter homines aërem attrahent.*

COMMENTARIVS.

Epidemios morbos pariunt ὡραῖα, cùm minimè ὡραίως eunt; & loca cœnosa, vnde halitus qui in vitro sunt proprietate totius essentiæ. Propterea locum mutari vult contaminatum, ac parum aëris attrahi.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XI. Ὁκόσα δὲ σήψεσι νοσήματα ἀπὸ τοῦ ζώματος γίνεται, ἧσσον μὲν ἰσχυρότατα, πυῤῥὰ δὲ πλεῖστα ἔσται. 1 Καὶ ὃ ἂν αὐτὸ μὲν ἔνδοθεν ἀρξάμενα, ἀνάγκη τὸ ἰσχυρότατον σήψει μελέων περιπεσεῖν, ἄπτεται τοῦ ζώματος. 2 Καὶ ὅσα μὲν ἀδενώδεσιν ἁψάμενα ἀπὸ τοῦ ἰσχυροτέρου, χαλεπὰ καὶ ἀπολύσιες γίνονται. ὁκόσα δὲ ἀπὸ σήψεως δευτερέσεως ὅτι τὸ ἰσχυρότερα ἔλθοι, ὀλιγοπυρέτα ἐστίν· ὑπὸ γὰρ τοῦ ἰσχυροῦ ἀπαλλάσσεται ῥᾳδίως τὰ ἐπιῤῥέοντα.

X I. *Quicumque morbi ex corporis partibus robustissimis nascuntur, grauissimi sunt.* 1 *Nam si quo loco inua-*

rum illic pedem fixerint, est necessarium (afflicto potentissimo membro) totum corpus ægrotare. 2 Quod si excludatur à validissimo membro in partem imbecilliorem, agrè soluuntur. Quacumque verò ab infirmis partibus ad robustas fluunt, facilius soluuntur: à robore enim facilè ea quæ insinuant arcebuntur.

COMMENTARIVS.

Nullus tam benè natus, quin aliquod membrum alio imbellius fortitus sit: huic pedes, illi caput in querela est: aliis lien, nonnullis oculi. Quin morbo pars olim pressa, imbecillis manet diu.

1 Hoc est, si pedem ibi in parte principe fixerint, vt si pestilens venenum ibi consederit.

2 Nam partis imbecillis potentiam ferè opprimit: quamuis se liberet exclusione ea pars princeps.

3 Coquent & digerent facilè, si non magna copia aut prauitate opprimantur subitò.

Adducit hunc Hippocratis locum Fernelius lib. 2. De Abditis rerum causis, vbi de morbis totius substantiæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Venæ quæ secandæ in quibus morbis.

XII. Αἱ παχύτηλαι τῶν φλεβῶν, ὧδε πεφύκασι. τέσσαρα ζεύγεα ὄζων ἐν τῷ σώματι· καὶ ἓν μὲν αὐτῶν, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπόδων διὰ τοῦ αὐχένος, ἔξωθεν ὅπῃ πλεῖστη ῥαχίη, ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν πρὸς τὰ ἰσχία ἀφικνέεται, καὶ ἐς τὰ σκέλεα. Ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων καὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔξω καὶ ἐς τοὺς πόδας διήκει. Δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας τὰς ὅπῃ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ τοῖσιν ἰσχίοισιν, ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. Αἱ δ' ἕτεραι φλέβες ἔχουσιν τὴν ἀρχὴν ἐν τῇσι κεφαλῇσι πρὸς τὰ ἐπίσω, διὰ τῶν αὐχένος, αἱ σφαγίτιδες καλεόμεναι, εἰσωθεν πρὸς τὴν ῥαχίν ἑκατέρωθεν φέρουσαι πρὸς τοὺς ὦμους ἐς αὐτὰς ὄρχας καὶ ἐς τοὺς μηροὺς· καὶ διὰ τῶν ἰγνύων, ἐς τὰ ἐσωθεν μέρεα. Ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν τὰ σφυρὰ εἰσωθεν, καὶ ἐς τοὺς πόδας. Δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας πρὸς τοὺς ὦμους ποιέεσθαι τὰς ἀπὸ τῶν ὤμων καὶ τῶν ὀρχίων, ἀπὸ ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν εἰσωθεν. Αἱ δ' ἐξίτηλοι φλέβες ἐν τῶν κεφάλῃσιν διὰ τὰ αὐχένος ἀπὸ τὰς ὠμοπλάτας. Ἔπειτα ξυμφίεσται ἐς τὰ πνεύμονα, καὶ ἀφικνέονται· ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν, ἐς τὰ ἀριστερά· ἡ δ', ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, ἐς τὰ δεξιά. Καὶ ἡ μὲν δεξιὴ, ἀφικνέεται ἐν τῷ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζόν· ἔνθεν ἐς τὸν σπλῆνα, καὶ ἐς τὸν νεφρόν. ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ἀριστερῆς ἐς τὰ δεξιὰ, ἐν τῷ πνεύμονος, ὑπὸ τὸν μαζόν· καὶ ἐς τὸ ἧπαρ, καὶ τὸν νεφρόν. τελευτῶσι δ' ἐς τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἐκίνησαν. Αἱ δὲ τέτραι φλέβες ἀπὸ τῆς ἐμπεφύκασι τῆς κεφαλῆς κατ' ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τὸ αὐχένα καὶ τὰς κλεῖδας. Ἔπειτα ὑπὸ τῶν βραχιόνων, ἄνωθεν εἰς τοὺς ξυγκάμπτας, ἔπειτα δ' διὰ τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν, καὶ ὅπῃ τὰς καρπὸς καὶ δακτύλους. Ἔπειτα ὑπὸ τῶν δακτύλων πάλιν διὰ τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν εἰς τοὺς ξυγκάμπτας· καὶ διὰ τῶν βραχόνων τὰ κάτωθεν μέρεα, εἰς τοὺς μασχάλας. Καὶ ὑπὸ τῶν πλευρίων ἄνωθεν, ἡ μὲν, εἰς τὸν σπλῆνα ἀφικνέεται· ἡ δ', εἰς τὸ ἧπαρ. Ἔπειτα ὑπὸ τῆς μασχάλης ἐς τὸ διάζωμα τελευτῶσιν ἀμφότεραι. Καὶ αἱ μὲν παχύτατοι τῶν φλεβῶν ὧδε ἔχουσιν. Εἰσὶ δ' αἱ ἀπὸ τῆς κοιλίης φλέβες, αἱ τὸ σῶμα παμπλησιαί τε καὶ πανταχῇσι, καὶ διὰ ὧν ἡ τροφὴ ἐν τῷ σώματι ἔρχεται.

Nouus aliquis Prometheus hæc finxit omnia.

XII. *Maximæ venarum hac serie enatæ sunt. Quaterna sunt in corpore paria. Vnum earum par, ab occipite retrò per ceruicem foris super spinam, ab vtraque parte ad coxendicem & crura progreditur. Hinc per suras ad malleolos foris ad pedes venit. Quare in doloribus dorsi & coxendicum venam pertundes surarum ac malleolorum foris. Alterum venarum par ex capite fertur prope aures, per ceruicem & iugulares, quæ Sphagitides dicuntur, deferunturque intrò vtrinque iuxta spinam ad lumbos & ipsos testes ac femora, & per poplitum internam regionem, deinde per suras ad malleolos intrò & in pedes. Quare phlebotomiæ vsus erit in dolore lumborum ac testium, secando venas poplitum ac malleolorum internas. Tertium par venarum ex temporibus per ceruicem subter scapulas labitur, mox ad pulmonem feruntur: altera à dextra latere in sinistrum, altera à sinistro in dextrum. Ipsa-*

que dextra etiam ex pulmone subit mammam, atque insinuat se in lienem & renem: altera illa quæ in dextram partem ex sinistra proficiscitur, ex pulmone sub mammam, & in iecur ac renem penetrat, amba in longanonem desinunt. Quartum par ab antica capitis parte & oculis sub ceruicem & clauiculas, ab his ex brachiis supernè ad flexuras, postea per cubitos in carpum ac digitos. Rursus à digitis per cubitos ac manus supernè ad flexuras & per brachiorum infernam partem ad alias, vnde supernè à lateribus orta perque sũmas costas, altera ad lienẽ defertur, altera ad iecur; hinc supra ventrem in pudenda terminantur amba. Et maximæ quidem venæ hoc modo feruntur. Distribuuntur etiam à ventriculo per corpus multa ac varia, à quibus corpori alimentum venit.

COMMENTARIVS.

Hîc videas prima incunabula anatomices: quæ non à rationis demonstratione petenda, sed ab vsu.

Vna vena est grandissima, caua dicta, per gibbam partem iecoris, excurrens in totum corpus. Diaphragma subter, altiora petit, cordi inseritur à latere: infrà alia sui parte se fundit. Iecorariam hanc cauam venam vocat Hippocrates lib. 2. Epid. Supernè ad clauiculas in iugulares venas funditur: infernè, ad os sacrum, in eas quæ ad crura abeunt. Præterea hepar habet venam portam: vt in magna vrbe portæ sunt: ita agro comparare licet intestina & ventrem, ex quibus multæ venæ, instar viarum, frumenta in ciuitatis portas deuehunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Falsa sunt.

XIII. Φίσεσι ἀπὸ τῶν παχέων φλεβῶν εἰς πλεῖστα κοιλίην καὶ εἰς τὸ ἄλλο σῶμα, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ ἀπὸ τῶν ἔσω, ἐς εἰς ἄλλας διδοῦσιν, ἄστε ἔσωθεν ἔξω, καὶ αἱ ἔξωθεν ἔσω.

XIII. *Quin etiam ex maximis venis rami quidam se inferunt in ventriculum ac in reliquum corpus, & ab externis, & ab internis; & mutuo sibi distribuunt ac impertiunt; interna iis quæ foris sunt; & quæ foris sunt, internis.*

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIV. Τὰς μὲν φλεβοτομίας δεῖ ποιέεσθαι, κατὰ τύλους τοὺς λύγας. XV. Ἐπιστητέον δὲ καὶ τομὰς, ἐς ὅσον τοσοῦτόν τεμεῖν ἀπὸ τοῦ χωρίου, ἔνθα ἂν αἱ ἰδυῶνες μεμαθήκῃσι γίνεσθαι, καὶ τὸ αἷμα συλλέγεσθαι. Οὕτως γὰρ ἂν ἥκιστα μεταβολὴ ἥκῃσι μεγάλη γίνεσθαι ἐξαπίνης. Καὶ τὸ ἕτερον μεθίσεσθαι ἂν, ὥστε μηκέτι ἐς ὠυτὸ χωρίον ξυλλίγεσθαι.

XIV. *Phlebotomia itaque ineunda erit, ea ratione quâ dixi.* XV. *Studendum autem vt venarum sectio instituatur quam longissimè ab illis locis qui dolore affligi solebant, ac vbi sanguis colligi solet. Ita non subitò magna mutatio eueniet corpori. Ac consuetum eò fluendi morem vertes, ne iterum in eandem se colligat sedem.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, in dorsi ac lumborum & ischiæ doloribus venas secandas esse poplitis & malleoli externas.

2 Cùm nimirum per sanitatem sæpe pars aliqua morbifica materia incurritur, aliò reuellenda.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVI. Ὁκόσοι πυὸν πολλὸν πίνουσιν, ἅτερ πυρετοῦ ἐόντες, καὶ ὁκόσοισιν ὑπὸ τὸ ἧπαρ πύον ὑφίσταται πολλὸν, ἅτερ ὁ δυσεντερίης ἐόντος, καὶ ὁκόσοισι τὰ καταχωρήματα αἱματώδεα, ὥσπερ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι καὶ χρόνια, ἃ νέοισιν ἐνίοισι πέντε καὶ πεντήκοντα ἐτέων, καὶ γεραιτέροισι, τετράσι πᾶσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τὰ νοσήματα γίνεται. Ἀνάγκη γὰρ τετράς, θαλαπόρους τε γίνεσθαι καὶ φιλοπόνους τὸ σῶμα, καὶ ἐρατὰς κενεώσιος ἐόντας· ἔπειτα

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 161 sur 513

ἔντερα ὑ ἐξανθέντες τῶν πόνων, σαρκωδέα, μαλθακὴ σαρκὶ, καὶ πολὺ διαφερόντως τῆς ἑτέρης. Καὶ πολλὸν διαχεόμενον ἔχειν τὸ σῶμα, τό, τε ὑποκείμενον, καὶ τὸ ἐπιπολάζον, ὥστε μὴ ὁμοίως. Ὁκόταν δὲ νόσημά τι καταλάβῃ τοὺς ὕπω διαχυμένους, τὸ μὲ σάρκωμα διαφθείρεται. ὕστερον ὑ μὲν πλὴν ἥκιστα, χρόνῳ τηκέσθαι τὸ σῶμα, καὶ ῥέειν διὰ τῆς οὐρέθρης, ἢ ἂν ὁρμήσειν μάλιστα τύχῃ, ἰχωροειδές. Ἢν μὲ οὖν ὁρμήσῃ ἐς πλὴν κοιλίην πλὴν κάτω, ἀνάγκη οἰδήσαι ἂν τὸ σῶμα τοιοῦτον καὶ τὸ διαχώρημα γίνεσθαι. ἅτε γὰρ ἐδὲν καλάπτεσθαι ἔσω, οὐχ ἵστατο πολλὸν χρόνον ἐν τῷ ἔντερῳ. Ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὸ σῶμα ἔσῃσι, ὑπόπυοι γίνονται. Ἃ ὑ τὰ καθαρσιώδεα ἐπαύτερα ἐόντα, καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενα πολλὸν ἐν τῷ σώματι, καλαπτόμενα, καὶ γίνεται πυοειδέα. Ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς πλὴν πύστιν ἐξερεύγηται ὑπὸ θερμότητος τὸ χωρίου, τοῦτο καὶ θερμὸν καὶ λευκὸν γίνεται, καὶ διαφορεῖται. ἢν τὸ μὲν δριμύτατον ἐφίσταται ἄνω· τὸ δὲ παχύτατον κάτω, ὃ δὴ πύον καλέεται.

XVI. *Qui febris expertes plurimum* 1 *pus expectorant, quibusque plurimum puris in vrinis subsidit absque dolore, & quibus deiectiones cruenta sunt vt in dysenteria & diuturna, qui iuuenes natos triginta quinque annos fatigant, atque etiam seniores, his cunctis ex eadem causa morbi fiunt. Quare hos in adolescentia in exercitiis, laboribus corporis ac operibus vixisse necesse est: Deinde laboribus depositis, molli carne multum à priore differente concorporatos esse: & corpus multum discrepans habere; vt id quod prius extitit, cum eo quod inde adepti sunt, nulla parte conueniat. Quare si, qui hoc in statu sunt, in morbum incidant, in præsenti quidem euadunt; sed post morbum, die, liquitur corpus, perfluitque venas, qua maximè patent, sanioſum ac ichoroſum. Quod si imum ventrem petat, quale continebat corpus, tale euadit ferè quod deiicitur.* 2 *Quia enim declinis est via, non subsistit in intestino diu. Quibus insiuit in pectus, fiunt suppurati: quippe cùm acclinis purgatio sit, & longo tempore commorans in pectore putrescit, & fit purulentum. Quibus in vesicam eructatur, ab huius loci calore albescit excerniturque, atque quod est rarissimum innatat: crassissimum, quod quidem pus vocatur, subsidit.*

COMMENTARIVS.

1 Cruenta ac muccoſa exercitiis fraudati periodis deiiciunt; non ita pus. Cætera experientiæ ſunt.

2 Celerem excretionem ponit in decliui via, vbi dyſenteria adeſt: at in pectore, acclíuem viam tardæ excretionis cauſam ponit. In vrinis, loci calorem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVII. Γίνεσ) καὶ οἱ λίθοι τοῖσι παιδίοισι διὰ τὸν θερμότητα τῆ 1 χωρίε τύτου, καὶ τὸ ὅλε σώματ. τοῖσι ἀνδράσιν ὑ γίνονται λίθοι, διὰ τὸν ψυχρότητα τὸ σώματ.

XVII. *Pueris etiam calculi innascuntur ob* 1 *loci huius calorem, totiusque corporis. Viris verò calculi ob algioſum corpus non innascuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Veſicæ: ibi albeſcit, dixit, ob loci calorem. Eſt calculus glutinoſi & craſſi humoris coagmentatio lapidoſa. Hæc duplicem habet matricem in veſica, quam προϋπάρχον veteres nominarunt: vnam in rene: alteram in ipſa veſica. In rene quidem, cùm ante cæptam duci vrinam, (quod πρὸ ἐρήσιος dicitur Hippocrati) coagmentatum illic ſabulum in veſicam illabitur, nec inde excluſum, corticatim creſcit. In veſica verò matrix eſt, perfecto vrinæ ductu, quod eſt μετ' ἔρησιν Hippocrati, cùm per ſe fit coagmentatio lapidoſa, id eſt σώαγμα Hipp. à craſſo humore ſtabulante in veſica debili puerorum ac ſenum calculus non fit μετ' ἔρησιν, id eſt, perfecto vrinæ ductu à XLII ad LXIII ætatis annum. Cætera ætas, ob vitæ genus voluptuariæ quod ſectatur, veſicam habet obnoxiam: & pueris obedacitatem id euenit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVIII. Εὖ γὰ χρὴ εἰδέναι, ὅτι ὁ ἄνθρωπ τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ ἡμερέων, 1 θερμότατός ἐστι ἑωυτ. τῇ ὑ ὑστάτῃ ψυχρότατ. XIX. Ἀναγκη γὰ 2 αὐξανόμενον καὶ γηρέον τὸ σῶμα πρὸς βίλιον, θερμὸν εἶ.

XVIII. *Hoc enim plane sciendum est, primo die hominem in omni vita* 1 *calidissimum esse: postremo, frigidissimum.* XIX. *Quod enim corpus* 2 *adolescit, atque ad vim progreditur, caleat necesse est.*

COMMENTARIVS.

1. Nimirum, Calido natiuo: non ſimpliciter.

2. In tres diſtenduntur corpora creſcentia dimenſiones à calore natiuo. Eſt enim calor natiuus humidus; propterea que facilè extenditur. Pueri naturâ voraces ſunt; vnde cruditas; & cùm caleant, facilè hinc calculus fabricatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XX. Ὁκόταν ὑ ἀρχὴ μαραίνεσθ τὸ σῶμα, καταβρέον πρὸς σύπεται, ψυχρότερον γίνε) κατὰ τοῦτον τ λόγον.

XX. *At vbi marcescere corpus cæperit, delabens in ocium, fit frigidius.*

COMMENTARIVS.

Inclinata ætate corpus non augetur: quare ex eo ocio fit frigidius. Conuerte, inquit Galenus, rectius cauſam aſſequeris. Quia accidit ur calor natiuus, non amplius creſcunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXI. 1 Ὁκόσον τοῦτον τῶν ἡμερέων τὸν πρώτον πλεῖστον αὐξάνεται ὁ ἄνθρωπ, τοσοῦτον θερμότερ γίνεται κατὰ τοῦτον τ λόγον. Καὶ τῇ ὑστάτῃ πρὸ ἡμερέων ὅσον πλεῖστον καταμαραίνεται, τοσοῦτον ἀνάγκη ψυχρότερ εἶ). XXII. Ὑγιέες ὑ 2 γίνονται αὐτόματοι οἱ ὅτῳς 3 διακείμενοι, πλεῖστοι μὲ ἐν τῇ ὥρῃ, ἢν 4 ἄρξωνται πικάζειν πάντε ἢ τεσσερακονθήμεροι. ὁκόσοι δ' ἂν τῶν ἄλλων ταύτῃσι ὑφιστάμενοι, ἐνιαυτῷ 5 αὐτόματοι ὑγιέες γίνονται, ἢν μή τι ἄλλο κακὸν χέηται ὁ ἄνθρωπ.

XXI. 1 *Et ex ductu huius rationis sit vt Homo quanto plus primis diebus incrementi sumat, tantò calidior exsistat; & quanto plus postremis diebus marcescit, tanto frigidior necessario euadat.* XII. *Qui hoc prædicto* 2 *modo affecti sunt,* 3 *sani vltrò euadunt, plurimi quidem ab eo tempore quo* 4 *liquescere incipiunt quadragintaquinque diebus. Qui verò hoc tempus superant, annuo* 5 *spacio conualescunt vltrò, nisi alio malo infestetur homo.*

COMMENTARIVS.

1 Vertenda oratio.

2 Qui nimirum ab negocio ad ocium ſe contulerunt, qui pus ore ac lotio reddunt, quique dyſenteriæ inuoluuntur. De dyſenteria quod dixit, verum eſt.: at pus vix vnquam ab ocio viſum: ſed lentam pituitam fortè ita appellat cùm cocta eſt: Ita Eraſiſtratus appellabat hypoſtaſin pus, in febribus; nam illi ſimilis eſt.

3 Nam ſatis purgantur naturâ.

4 Id eſt, quo euacuationes illæ his incepere.

5 Sæpè erumpente purgatione.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIII. Ὁκόσα 1 νήπι παιδίων ἐξ ὀλίγου γίνε), ἢ ὁκόταν αἱ φθορίδες εὐγνωσοι, ταῦτα ὑ ἀσφαλέστατά ἐστι θεραπεύεται. Τῶν ὑ ἴσασιν χρὴ ποιέειν ἑωυτέων ἐναντιούμενον τὴν προφάσιν ἡ νόσε. ὅπω γὰ ἂν λύσητο τὸ πὶ νοῦσον ἔμφυτον ἐν τῷ σώματ.

XXIII. *Qui* 1 *morbi breui gignuntur, quorumque causæ facilè cognoscuntur, securissimos fore prædici potest.*

Curatio

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 162 sur 513

Curationem horum aggredientur morbi causæ nos opponendo. Ita enim quod morbum in corpore facit solvitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIV. Ὁκόσοισι 1 ψαμμοειδέα ὑρίσταται, ἢ πῶρα ἐν οὔρῳσι, τούτοισι τῶν ἀρχὴν φύματα ἐγένετο ἐκ τῆς φλεβὸς τῆς παχείης, καὶ διέπυσεν. Ἔπειτα δ' ἅπερ ἐκ ταχέων ἐκκαγέντων τῶν φυμάτων. πῶρα σωματοειδέα ἐκ τῶν τόπων, εἰ πύες ἔξω ἐθλίβοντο διὰ τῆς φλεβὸς, σὺν τῷ οὔρῳ ἐς τὴν κύστιν.

XXIV. *Quibus in vrina subsident* 1 *fabulosa vel tophi, his tubercula ad crassam venam enascuntur, vbi illa initium habet, & suppurant. Quæ tubercula quando seriùs erumpunt, qui tophi concreuerunt ex pure, vnà cum vrina protunduntur per venam in vesicam.*

COMMENTARIVS.

1 Vel citra venæ afflictionem crassus succus renes occupans, à calore siccatus cogitur. Atque ita coactus calculus affligit renes, & vlcus facit, vnde meiunt pus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXV. 1 Ὁκόσοισι δ' αἱματώδεα ἐν τοῖσιν οὔρῃσιν, τούτοισιν αἱ φλέβες πεπονήκασιν. XXVI. 2 Ὁκόσοισι δ' ἐν τῷ οὔρῃσιν παχέα ἐστὶν, σαρκία μικρὰ περιφερείας σωμάτεται, παῦται δ' ὑπὸ τῆς νεφρέων εἰδέναι χρὴ ἐόντα καὶ ὑπὸ ἀρθριτικῶν. XXVII. 3 Ὁκόσοισι δ' καθαρὸν τὸ οὖρον, ἄλλο τε καὶ ἄλλο τε, ὁκοῖόν δ' ἂν πύον διαφέρεται ἐν τῷ οὔρῃσιν, τούτων ἡ κύστις ψαύει.

XXV. 1 *Quibus cruenta vrinæ sunt, his venæ agrotant.* XXVI. 2 *Quibus cum vrinâ crassâ parua caruncula piliformes funduntur, hæ ex renibus sunt, & ex articulari morbo obsessis.* XXVII. 3 *Quibus vrina est pura; ita vt alias atque alias furfuracea innatant, his ex scabie laborat vesica.*

COMMENTARIVS.

1. Quasi dicat, extra renum querelam: solæ venæ sanguinem effundunt in vesicam. οὖρημα Hippocrati ignota vox.

2. Nam si à colliquatione totius corporis id eueniret, febris vehemens vreret: & vrina tunc tenuis mingeretur.

3 Ex libris Aphorismorum huc translatus est Aphorismus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVIII. Οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίνονται ὑπὸ χολῆς. εἰσὶ δ' αὐτῶν εἴδεα τέσσαρα, χαρὶς τῶν ἐν τῇσιν ὀδυνῇσι γινομένων, τῇσιν ὑποκεχριμένῃσιν. ἐνόμασται δ' αὐτέοισιν ἓν, ξυνοχὼς, ἀμφημερινὸς, τριταῖος, τεταρταῖος. Ὁ μὲν δὴ ξυνοχὸς καλούμενος γίνεται ὑπὸ πλείστης χολῆς καὶ ἀκμητοτάτης, καὶ τοῖς κοίλοισιν ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ πυέεσιν. τὸ γὰρ σῶμα ἐκ διαψυχόμενον ὑπ' ἔνια χρόνου σωτικὸν ταχέως, ἅτε ὑπὸ πολλοῦ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον. ὁ δὲ ἀμφημερινὸς μὴ ἔχει ξυνοχὼν ὑπὸ πλείστης χολῆς γίνεται, καὶ ἀπαλλάσσεται ταχέως ἢ ἄλλων. Μακρότερον δὲ ἔστι τοῦ ξυνόχου, ὁκόσῳ ὑπὸ ἐλάσσονος γίνεται χολῆς, καὶ ὃ πέττει εὐάπαυστον τὸ σῶμα, ἐν ᾧ τῷ ξυνόχῳ οὐκ ἀναπαύεται οὐδέν χρόνον. Ὁ δὲ τριταῖος μακρότερος ἔστι τοῦ ἀμφημερινοῦ, καὶ ὑπὸ χολῆς ἐλάσσονος γίνεται. Ὁκόσῳ δὲ πλείονα χρόνον ἐν τῷ τριταίῳ, ἢ τῷ ἀμφημερινῷ τὸ σῶμα ἀναπαύεται, τοσούτῳ χρονιώτερος ἔτος ὁ πυρετὸς τοῦ ἀμφημερινοῦ ἔσται. Οἱ δὲ τεταρταῖοι, τὰ μὲν ἄλλα καὶ αὐτῶν λόγου. χρονιώτεροι δὲ μάλα τῶν τριταίων εἰσὶ, ὁκόσῳ πλείων τε μέρος μετέχουσι χολῆς, καὶ τῷ θερμασίῃ παρεχούσης, τότε δὴ ἀψικρὸς τὸ σῶμα πλεῖον μετέχει. Περιγίνεται δὲ αὐτέοισιν ὑπὸ μελαίνης χολῆς, τὸ θεσπέσιον τοῦτο καὶ δυσαπάλλακτον. Μέλαινα γὰρ χολὴ ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν γλισχρότατον, καὶ τὰς ἕδρας χρονιωτάτας πεποίηται. Γνώσῃ δὲ ἐν τοῖσδε, ὅτι οἱ τεταρταῖοι πυρετοὶ μετέχουσι τῆς μελαγχολικοῦ. φύσει πώς γὰρ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῶν τεταρταίων. Καὶ ἐν τῇ ἡλικίῃ ὑπὸ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων, ἕως τῶν πέντε καὶ τεσσαράκοντα. Ὅτι καὶ ἡ ἡλικίη αὕτη ὑπὸ μελαίνης χολῆς κατέχεται μάλιστα παντέων τῶν ἡλικιῶν, ὅτε φύσει πεφύκασι ἅπαντες μάλιστα παντέων τῶν ὡρέων ὀπτηδεύτατοι· εἰκότως δ' ἂν ἀλῶσιν ἔξω τῆς ἡλικίης ταύτης, καὶ τὴν ἡλικίην, ὑπὸ τεταρταίου, εὖ χρὴ εἰδέναι μὴ χρόνιον ἐσόμενον τὸν πυρετὸν, ἢν μὴ ἄλλό τι κακὸν ῥηχθῇ ὀργάνῳ.

XXVIII. 1 *Febrium maxima pars bilis soboles est, quarum species, extra eas quæ dolores occultos comitantur, quatuor sunt. Harum nomina sunt continua, cottidiana, tertiana, & quartana. Continuam vocant, quæ à copiosissima bile sit, eaque meracissima, crisesque facit breuissimo spacio. Corpus enim quia nunquam refrigeratur, ilicò colliquescit, vtpote multo æstu conflagrans. Cottidiana à plurima, secundum continuam, bile nascitur. Hæc præ aliis ocissimè discedit, sed continuâ est productior, quia ex parciore nascitur bile, ac corpus quietem habet: at in continua, nullo requiescit momento. Tertiana quàm quotidiana longior est, ortumque habet ex parciore bile. Quo diutiùs in tertiana corpus quàm in cottidiana quiescit, hoc febris hæc prolixior est quàm cottidiana. Quartanæ alia habent similia, nisi hoc, quòd tertianis sint longiores, quo bilis, quæ calorem incendit, magis sunt expertes, & corpus liberaliùs refrigeratur. Hunc cumulum illa, & difficilem discessum frigoris, atræ bilis referunt acceptum. Atra enim bilis omnium quæ in corpore sunt & est viscosissima & diuturniores stationes facit. Nam esse melancholici humoris quartanas febres participes, hoc argumento sit. Autumno potissimum homines tentantur quartanis, & à vigesimo quinto ætatis anno, ad quadragesimumquintum. Hæc autem ætas maximè præ omnibus aliis atræ bili obnoxia est, supraque omnia alia tempora, autumnale. Quòd si qui extra hoc anni tempus quartana corripiantur, hanc febrem scito, nisi quid aliud homini officiat, non fore diuturnam.*

COMMENTARIVS.

1 Antiqui, inter quos etiam Platò, existimarunt febres continuas ex ignis copia pronasci; ex aëris copia cottidianas; ex aquæ tertianas, ex terræ quartanas. Qui igni omnium febrium causas ascripsere, quia eæ sunt morbi calidi, veritati consona dicere videntur vt nimirùm ex magno igne magna flammet febris, &c. Σωχὼς vocem ignorauit antiquitas, dicit Galenus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 163 sur 513

HIPPOCRATIS PROLEGOMENA, ET PROGNOSTICORVM LIBRI TRES:

Cum Paraphrastica versione & breuibus Commentariis.

Nobilissimis, Amplissimis ac Prudentissimis

CONSILIARIIS STATVS PROVINCIÆ BELGICÆ

IOANNES HEVRNIVS *dedicat consecrátque.*

MOS est, Nobilissimi ac Amplissimi viri, vt scriptores lucubrationes suas Maximis Viris nuncupent, vel obseruantiæ causâ, vel vt eas à dente Ligurinorum Momorum vindicent. Illa vt vos, Dominos meos, compellem iubet: hi, vt debeam suadent. Quos enim potiùs appellem, nisi eos, per quos Opulentissimæ Potentissimæque parti Belgicæ tranquillitas Musarumque deliciæ, & rebus humanis iustitia restituta est? quis enim iam toto terrarum orbe tam rerum gestarum ignarus, qui prudentissimo Consilio vestro exercita imperia, omnium populorum applausu, omnique fama maiora non audierit? Quis est cui non compertæ sint ea laudes exercitatissimæ Prudentiæ vestræ propriæ? aperto certare Marte ac vincere: victos clementissimo Consilio vestro beare victoria? fatentur cuncti ità triumphari prudentissimo à Consilio vestro hostes; vt mox ipsi videant (quod antea illos latebat) se de suis triumphare malis. Ea enim imperij prudentissimi vestri Consilij maiestas ac laus, ea in regendis populis ac vera relligione propaganda prudentia atque æquanimitas: ea denique Consiliorum vestrorum integritas, isque vester in Christo dicatum populum amor; vt qui vel horum vnum celebrare velit, Solis splendorem ineptè extollere velle videatur. Vobis itaque, Viri Illustres, hæc dedico, vel saltem ea causa, quòd vix ab ingrati animi crimine me vindicare posse existimauerim (qui iam sedecim annos in hac Academia Medicinam doceo, vbi post S. Deum vos ocia Musis, nobsique facitis, nosque ab hostili vi protegitis) nisi aliquod meæ erga Nobilissimam vestram Amplitudinem voluntatis indicium hac saltem dedicatione fecissem. Vos itaque, Viri Amplissimi, ac Potentissimi oro, vt ea, qua alij Illustres Viri hilaritate sibi dedicata excipere solent, hocce qualecumque plurima reuerentia vobis oblatum munus accipiatis. Id si, quod voueo, feceritis, non solùm me maximo deuincietis beneficio, (nam inde mihi non parum decoris accessurum scio,) verùm etiam mihi calcar addetis, alacriùs surgendi ad maiora opera: cunctique bonarum artium studiosi intelligent, suam ipsos opinionem non fefellisse, qui tantam de Nobilissimâ vestrâ Amplitudine opinionem de iuuandis studiis suscepere. DEVS *Opt. Max. Illustrem vestram Amplitudinem diu ad veræ relligionis tutelam,* STATVSQVE *Belgicæ incrementum tueatur incolumem.*

Ex Academia Leyda in Batauis ANNO CIↃ. IↃ. IIIC.

PRÆFATIO.

EXISTIMAVI semper, amice Lector, laudabile illud esse, vt quis eas quas didicit artes excolat, ac nitidiores eas redditas in publicum proferat: vel, quod præstantius, noua quædam in Reipublicæ commoda inueniat. Vituperabile verò putaui semper, si ita ignauescat animus, vt non solùm nihil ad hominum vitam aut tuendam, aut ornandam proferret, verùm etiam vt nec aliorum etiam laboribus vti vellet: sed aut contemneret, aut rideret. Nam cui quæso Reipublicæ parti vtiles illi erunt? Horum voces in aurem tacitè mihi dicere videntur, Frustra hic post tot Enarratores ac interpretes suscepit inutilem hunc laborem. mitius hoc. Sed nec defuturos auguror, qui reprehendent, cauillis lacerabunt ac mordebunt: arridebunt his alij, quibus alegans nihil quod non dentatum. Si tam parum pro impensa opera gloriæ reportauero, id tamen bonorum causa feci; vt lucidè ac contractis Commentariolis (prolixos enim odi) abdita obscuraque Hippocratis dictio ac sententia, in perspicuam lucem euaderet. Hoc enim summè studui, vt Hippocraticè, hoc est, breuiter ac fidè Hippocratem per ipsum Hippocratem ferè explicarem.

plicarem. qua fidelior ratio nulla. Breuiter, dico, id agere volui: etenim non aliæ re magis extingui ardorem sciendi in Lectore scio, quàm prolixè ductis rationibus; quæ plerumque aliô abire etiam solent. Satis suo officio fecit is Commentator, qui abditam auctoris à se explicandi mentem aperuit. Si quis his vberiora velit, accedat Doctissimi Theodori Zuingeri tabulas Hippocraticas, ac celeberrimi Ludouici Dureti Coacarum Prænotionum commentaria: nam vt illius tabulis ad priores libellos, ita huius ad Coacas commentariis vsus sum ad expolienda Prognostica. At quantum laboris hæc res habeat, commodè, hoc est, loco, hæc in suum vsum vertere, experietur is, qui periculum facere velit. Si fecerit, non dubito quin æquior futurus sit studiis nostris: Nam nullorum conatibus adeò egn obsto, vt vehementer gauisurus sim, si quis nostram obscurat operam. Vale quisquis es amice lector, ac candidè faue laboribus pro te susceptis.

HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

ARGVMENTVM.

HIPPOCRATES Sacramento Medicinæ studiosis silentium indicebat, & ne à pietate abirent iuramento illos stringebat. Ita ille sapientissimus senex à suis, omnium scelerum auctorem Impietatem auertebat: hæc enim est εὑρέτις, vt ait Theologus, κακῶν, καὶ λίαν τολμηρὸν ἐς ἐγχείρισιν: malorum inuentrix, & ad aggrediendum longè audacissima Nam Æsculapidum sacra gens sapientes petebat auditores. quinam isti? Iobus ille heros tragicus hoc monstrat, ἰδοὺ, inquit, ἡ θεοσέβεια, ἔστι σοφία: pietas est sapientia. Propterea Hippocrates pietati astrictis, & iuratis fidebat. Scitum & tunc illud erat, apposito à iuramento cautiorem fieri animum: testis Sophocles in Hippodam. διπλῆ γὰρ φυλάσσεται, φίλων τε μέμψιν καὶ εἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν: à duobus sibi tunc cauet, & ne lædat amicos, & ne peccet in deos. Magna enim pœna violati iusiurandi. Non tam necat ensis, inquit Chrysostomus, quàm iusiurandi natura, nec tam machæra, quàm iusiurandi plaga. Hoc ante Hippocratem cecinerat etiam Hesiodus, cùm ait, periurium lædit terrestres homines. Ita semper Iusiurandum, affirmante id Demosthene, maximum, & potentissimum apud omnes homines censetur. Est enim Iusiurandum affirmatio relligiosa, qua nullum est ad constringendam fidem vinclum arctius. Nam est inuocatio dei, qua petimus vt deus scelerum vindex & verax sit testis de nostro animo, quo asseueramus nos fallere nolle. Omitto quæ hîc adducere potuissem ex Euripide, Herodoti sexto, vbi de periuro Glauco Chrysippo, Cleanthe, &c. Sed summi præceptoris violare prolixitate manes nolo, qui se breuitati consecrauerat. Hic libellus, quòd nec à Galeno, nec ab alio classico citetur, quibusdam spurius habetur. Sed clarissimus medicus Opsopœus hanc iniuriam arcet: nam, inquit, Suidas ei primum locum tribuit. testis & Soranus, ab Hippocrate medicæ artis tirones iuramento astrictos fuisse idem & Hieronimus: & longè antè Galenum Scribonius Largus scribit Hippocratem, initia disciplinæ à iureiurando tradidisse: & Erotianus τοῦ ὅρκου meminit in Catalogo librorum Hippocratis. Hippocrates ideam Medici explicat pragmatici in hoc Iureiurando; quemadmodum agit etiam libello περὶ νόμου, vbi eius ideam explicat generatim respectu praxeos. Vt commentario De medico, speciatim transigit de Tirone medico. Commentario verò De Elegantia & Præceptis, agit de Professore artis.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 165 sur 513

©BIUM

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΟΡΚΟΣ.

ΟΜΝΥΜΙ 2 Ἀπόλλωνα ἰητρὸν, καὶ 3 Ἀσκληπιὸν, καὶ 4 Ὑγείαν, καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἵστορας ποιεύμενος, ἐπιτελέα ποιήσειν, κατὰ 5 δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε.

HIPPOCRATIS

IVSIVRANDVM.

IVRAMENTO 1 affirmo, teste 2 Apolline Medicorum præside, & 3 Æsculapio, 4 Hygea ac Panacea, deabus diisque omnibus, me, quantum 5 viribus & iudicio assequi possum, inviolatum hoc iusiurandum, hanc que stipulationem præstaturum.

COMMENTARIVS.

1 Q. d. ὄμνυμι ἐπὶ ἰητρικὸν ὅρκον, vindice, si fallo, summo Deo, Ὑγείας καὶ Πανακείας patre. Hoc modo initiati medicis sacris omni exceptione maiori fide stringebantur.

2 Cæsar initio v. lib. de bello Gallico, ait Gallos eandem opinionem de Apolline habuisse quam reliquæ gentes, eum morbos depellere. Dion 11. libro. historiæ scribit eum in Co templum habuisse & lucum: Hunc Ἰήϊον vocabant Romæ Vestales: Elei Accesium ab ἀκέσιος curare: Athenienses Alexicacon: id est in malis adiutor, auerruncanus, depulsor, qualem verè Ecclesia Christum cognoscit, & gentes falsò Apollinem. Lindij Λοίμιον, quòd debellet pestiferam putredinem, id est Pythona ἀπὸ τῆς πύσεως à putrescendo dictum. Nam solis calor moderatus castigat putredinem, ac morbos fugat, & salubritatem præstat: vnde eum dictum existimant quasi ἀπελλῶντα, id est propellentem & auertentem morbos: Etenim Latini ab Apellendo deducunt, id est procul pellendo: nam Apellinem veteres dixisse ait Festus. Romanis Sospitalis, & Opifer dictus. A Deliis ἴλεως dictus ab ἴλη valeo, vnde ἴλη Cicatrix. Vocatus & Ἀυξ, ab ἄκος medela. Et Pæan ἀπὸ τοῦ παίειν οὐλάς, à sedando molestias. Epicurius dicebatur ab Arcadibus, id est Auxiliator. Manu dextra dicebatur Gratias gestare; sinistra sagittas: nam vitæ blanditur medicina dextrè adhibita, alioqui lædit: vt sol modestè tepens viuifico nectare rigat omnia; at flagrans damna infert. Quasi dicat Hippocrates, summus Deus Opt. Max. qui larga sua benignitate in hoc naturæ lusu omnia elegantibus donis ornauit, quæ instar numinum exsplendescunt, & ab hominibus variis numinum symbolis complexa sunt, has dotes quas Apollini ascripsere, mihi infeliciter, si fallo, medico in officio: sospitet, si seruo.

3 Filius Apollinis medicinam primus mortalibus, quemadmodum Pæon diis, inuexit, vt Græcia existimauit. Huius posteri Asclepiadæ: inter quos Hippocrates. Cicero 111. de Nat. deorum tres Æsculapios numerat. Phornutus dicit ab Hepio edoctum, quia sedat dolores: at Pindarus Nem. 3. à Chirone educatum canit: vt in Præfatione diximus: vbi etiam (in fine) quænam signa, & cur hæc ei ascribantur aperuimus. Ἀπόλλων Orpheo dictus, quasi mitis dator. Nomē Æsculapij duci videtur ab ἀμελγω ἵππια ποιεῖν, quòd aspera mitia faciat: vel potius ab ez & keleph, de quibus in præfatione. Per hæc etiā numina, fausta aut infesta vt sint, meréti, iurat. Ἀλεξήνωρ dicitur Aristophani.

4 Ὑγίειαν Ionismus exigit, dicit D. Doctissimus Opsopœus. Hæc seorsim colebatur cum sorore Panacea, sine patre Æsculapio, & matre Lampetia, & absque aliis sororibus Ægle & Iaso: Nam Hygea conseruat, Panacea reuocat sanitatem: reliquæ medicorum præmia notant. D. q. Cur non potiùs filiotum Podalirij meminit? Respondet doctissimus Zuingerus, hi artifices, illæ verò horum officia & ornamenta notabant. Hippocrates hîc tuendæ & reuocandæ sanitatis vires iuramento tentat. Hygea olim pro dea culta, vt Athenæus elegantet vltima pagina cantat. Plato, in Epistolis, ad Dionysium, disputat, num meliùs scribatur ad amicos eis optare salutem, vel gaudium. Idem, de legibus, hæc nobis optanda proposuit ὑγιαίνῃ μὲν ἄριστον, τὸ δ' εὐδαίμονι κλεινὸν γενέσθαι, δεύτερον δὲ πλουτεῖν. Pindarus diuitiis ac gloriæ sanitatem præponit, his verbis, ὑγιείᾳ δ' εἰ τις ὄλβον ἄφθιτον ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ διαγλαϊσσόμενος εὐτυχίαις, μὴ ματεύσῃ θεὸς ἡμέρᾳ: Si quis iunctas sanitati diuitias possederit pro suæ necessitatis modulo, bonúmque iis nomen addiderit, non est quòd is deus fieri admiratur. In foribus Delii Apollinis hoc carmen erat:

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῶστον τὸ ὑγιαίνειν,
Ἥδιστον δ' ὃ τυγχάνει, ἐπὶς ἔρως & ἔρα.

Perpulchrum iustum est, verùm optimum habere salutem.
At dulce est, si quis quod cupit illud habet.

Huic Ariphron Sicyonius hymnum cecinit, quem hoc modo imitari, quàm interpretari malui, d. Calcagninus.

O qua nec altera vetustior est Calitum,
O vna cunctis expetita Sanitas,
Quodcunque reliquum est vitæ, tecum vtinam
Agam, & vna omnium contubernalis sis mihi.
Quicunque enim fortunis fruitur aut liberis,
Aut est aliter obnoxius Volupiæ,
Te vnâ fauente cuncta habet propitia.
Afflant & illum Charites, etsi media Hyems
Rigeat, tamen ver illi flosculos parit.
Absente te, sunt cuncta dura & aspera.
Nec grata prorsus cætera est fœlicitas,
Quum esse planè desinit fœlicitas.

Scelere itaque se contaminant in hac arte, qui, cùm possunt iuuare, nolunt: & temeritate, cùm volunt quæ præstare non possunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ηγήσεσθαι μὲν & διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην, ἴσα γεννήτοισιν ἐμοῖσιν, καὶ βίου κοινώσεσθαι, καὶ χρεῶν χρηίζοντι μετάδοσιν ποιήσεσθαι· καὶ γένος 2 τὸ ἐξ ἐωυτέου, ἀδελφοῖς ἴσον ὁπηδεύειν ἄρρεσι· καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηίζωσι μανθάνειν, ἄνευ 3 μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς.

1 *Sanctè itaque promitto, me loco parentum habiturum hunc, qui me hanc artem docuit, nutriciumque me eis præstiturum, & quibus eget benignè impertiturum.*
2 *Progeniem eius germanorum loco reputaturum. Et hanc artem si discere eius posteri voluerint, sine mercede & absque 3 stipulatione me illos docturum.*

COMMENTARIVS.

1 Sunt enim benefacta beneficiis cumulanda: nam si Hesiodo credimus, in referanda gratia debemus imitari agros fertiles, qui plus mulcò adferunt, quàm acceperunt. Hæc vera ἀντιπελάργωσις præceptoribus debita.

2 Nam, vrait Plautus, improbus est homo, qui beneficium scit sumere, reddere nescit. Ita illi: quid nos Christiani? παλαιὰ ἐνδύντες χάριτες, vt d. Pindarus.

3 Reddit beneficium qui libenter debet, ait Cicero: at fratribus & nepotibus (quos hîc suos facit) debemus. Hoc modo Ethnici: apud nos sæpe illud φ.

COMMEN

Ingratus cuculus nutricem deuorat ore,
Et miseræ pietas officiosa manet:
Heu mihi quam scelus hoc imitantur sæpe volucres,
Pectora queis Cygno candidiora putes!

Mirum est Ixiona πάντα κολαζόμενον hos sua cantilena non mouere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

*Ορσοπ. παραπλάσιος τοιούτοις. *Ορσοπ. χρώμαι, pro τοῦτο εἴρηται: οὐ χρήσομαι retento εἴρηται: nam ita sibi natus respondent.

1 * Παισὶ γνησίοις τε καὶ 2 ἀκροήσιος, καὶ τῶν λοιπῶν 3 ἀπάσης μαθήσιος μετάδοσιν, † ποιήσασθαι γνώμῃ 4 τε ἰητρικῇ, καὶ τοῖσι τῶν ἐμῶν διδαξάντος, καὶ μαθητοῖσι 5 συγγεγραμμένοις τε καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. 6 Διαιτήμασί τε * χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ἐπὶ 7 δηλήσει δὲ καὶ 8 ἀδικίῃ εἴρξειν. Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ 9 φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον, οὐδὲ ὑφηγήσομαι 10 ξυμβουλίην τοιήνδε.

1 *Præceptorum & 2 narrationum, & reliquæ 3 vniuersæ artis benignè & fideliter participes facturum 4 meos, & præceptoris mei liberos, imò & reliquos qui 5 scripto stipulati fuere, ac ex lege medica iusiurandum interposuere: alium præter hos nullum. Cæterùm in tractandis ægris, 6 diætâ, quantùm viribus & ingenio æquar, ex ægrorum commodo vtar: à 7 veneno autem imbutâ, & sanitati 8 iniuriâ illos arcebo. Nec vnquam, aut prece aut præmio victus, 9 pharmacum calamitosum propinabo cuiquam, nec nefarij huius 10 consilij auctor ero vnquam.*

COMMENTARIVS.

1 Quæ concisa breuitate & obscura, Aphorismorum nomine, Asclepiadæ tradebant: quemadmodum Cnidij medici gnomis suis.

2 Quæ fusè explicabant sententiarum contractam breuitatem. Hinc Aristoteles duplex scribendi genus sumsit, concisum illud & difficile: & aliud laxum & planum.

3 Quæ exercitatione exemplorum, & propria ἐγχείρησις constat.

4 Nam liberalem medicinam patres per manus filiis tradebant, quare παῖδες ἰητῶν appellabantur. nam serui medicinam seruilem discebant: Plato 1. & 9. de legibus.

5 Non vagis, sed firmis, non vulgo quod experimenta captat, quæ profuisse vident, sine notatione causæ morbificæ, & cursus morbi. Absint igitur à sacra Æsculapidum gente qui (κακὴν τέχνην) idiotis remedium produnt. Rectè illud Ennius, Benefacta malè locata, malefacta arbitror.

6 Nullum enim tam potens est remedium quod præstare eam quam pollicetur opem queat, si ratione victus aut conturbetur, aut non adiuuetur. Quare summo studio atque fide ea instituenda ex ægri & morbi conditione, vt lib. 3. Meth. 16. scripsimus.

7 Veneficium nullibi astutiùs fallit quàm in cibis. Ita boletis Claudium necauit Nero. Apud Philostratum 6. Apollonius Tyanæus rogatus à Tito, respondit, vt patre viuente, ab inimicissimis sibi caueret: eo autem mortuo, ab iis qui sibi essent propinquissimi. Quot sustulit hac arte Caligula? videat medicus ne quid monstri gerat victus: & philtra absint.

8 Nam enecare potest optimus cibus, si non loco & iure præscribatur: vt in vigore si detur morbi acuti, & pleuriticis dum nondum os madet à ptyalo. vt summus præceptor docuit libris De victu acut. vbi tot euangeliis celebrat hordeum: quod tamen calamitosum dari (si non loco & iure exhibeatur) ægris conuincit. Idem dictum sit de narcoticis.

9 Non piabile scelus est, mortem pro medicina propinare. Cùm id lædit vnde plurimum auxilij expectatur, in angusto res est: quod à pharmacis euenit, nisi dextrè adhibeantur. Sed hæc calumnia sæpe aulicos Medicos immerentes affligit. Cogitent illi quid Philippo medico Alexandri fido, apud Q. Curtium libro 111. euenerit: & quo modo cum laude euaserit. Et remedium in loco non propinare, calamitosum interdum est. legite apud Iouium in Elogiis doctorum, de Petro Leonio, quid illi euenerit.

10 Ita Vlyssi negatur venenum apud Homerum, [οὐδὲ ὑφηγήσομαι] i. ἐπιτρέψω ἐκ εἰσηγήσομαι.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον 1 δώσω. 2 Ἁγνῶς δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον † ἐμὸν καὶ τέχνην τὴν ἐμήν. 3 Οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας· ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσιν ἀνδρῶν ἀφέξιος δὲ. Εἰς ἰητρίας δὲ οἰκίας ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ κάμνοντος ἐὼν πάσης ἀδικίης 4 ἑκούσης. καὶ 5 * φθορίης δὲ τε ἄλλης, καὶ 6 ἀφροδισίων ἔργων, ἔτι τε γυναικείων σωμάτων καὶ † ἐλευθέρων τε καὶ δούλων.

Ita nusquam ingrauidatæ mulieri pessum 1 abortiferum porrigam. 2 Vitam artemque meam castè & sanctè ducam. 3 Nec vnquam ex calculo laborantes ipse secabo: sed his qui se totos huic operi dicârunt, hoc officium permittam. Quæscumque ingredior ædes, in his ægrorum commodis studebo, studioseque vlla 4 iniuria à me ne prudenter eueniat cauebo, & ab omni 5 corruptelâ, cum aliâ, tum maximè ἀφροδισίων me continebo; siue corporibus fœmineis, masculis, liberis aut seruilibus medicinam fecero.

* *Ορσοπ. πάνυς Gorræ. id est, fraude, errore. d. Hesych. v. 3. quidam φθορῆς legisse, sed aliud melius.* † *ἐνδρῶν* Zuing. *& in marg. δισδρείων.*

COMMENTARIVS.

1 In semine est fatalis portio corporis effingendi & procreandi. Nam semen fit actu animal, perficiendo: non autem corruptione. Et animal factum ex semine, est ens quod erat: sed non quo modo erat: quia seminis essentia est esse quod est, vt aliud sit, nempe animal. Conscelerant itaque se immani barbarie, qui illud præcipitant ex illo naturæ horto, vtero: d.q. Quare Hippocrates igitur libr. de na. pueri psaltriæ abortiferum saltum præscribit? Respondet huic argumento Doct. D. Zuingerus 59. fol. ex Doct. D. Mercurialis 4. Var. 10. & Merc. ad Iusiurandum d. Hip. de septim. fœtu, id præscripsit, quò semen in vitam non conformaretur; & existimabant se fœtum tantum ne fieret impedire. Arist. 7. Polit. prius quam sensû & animam induat interstingui concedit. Sed Tertullianus in Apologetico dicit esse festinationem homicidij, prohibere non nasci. Φθόρια propriè sunt medicamenta quæ abigunt ex vtero fœtus, seu viuos seu mortuos: dicuntur & ἐμβόλια, ἀπὸ τοῦ ἐκβάλλειν, ab eiiciendo.

2 Q.d. malignè nulli morbum differam, abreptus plurophiliâ: aut remediis falsò gemmatis & iniquè appretiatis (quæ iam veræ noctuæ ad aucupia crumenarum) degrassabor in alienas opes: sed Innocentia & Iustitia duce medicinam faciam.

3 In atrocissima calculi tyrannide ipsa curationis celeritas mora est: & atroci crudelitati hoc adiicitur, quod ipsa curatio crudelissima sit, nec temerè præcipitanda. Cautio adsit virium, ætatis, morbi, temporis, in eius euulsione. Sed hæc euulsio sæpe est mutatio, non declinatio periculi: nam anceps omnino est sectionis euentus. Attamen dubia salus certâ desperatione est potior. Nec aliud proponit remedium Hippocrates: quod tamen ipse adhibere noluit, sed aliis adhibendû reliquit. Nam veteres, vt scribit Plato, 1 & 9. de legibus, quasdã medicinæ functiones seruis permiserunt. Non est huius loci causas adferre cur calculo nulli intus remedio sit locus. Agyrtæ suo more fremant, inania trisçurria. Quinto Epid. Lariss. Theophorbi puer refert carnificinam quam temeraria eorum medicina exercet. Calamitosa est omnis medicina quæ frãgédo vesicæ calculo adfertur. Post natum Galenum omniû

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 167 sur 513

medicorum Doctissimus Ludouicus Duretus dicere solebat, Cui profuerit vidi adhuc neminem: permultos autem, quibus exitio illa fuit Hæc Hipp. sententia ita placuit Auenzoari, vt dicat medicum ne alios quidem extrahentes debere videre, 2, 6, 1.

4 Q.d. nihil per iniuriam faciam, nec momentum illud occasionis cutandi; in quo caput sanationis, malignè negligam.

5 Furti & auaritiæ crimen vitabo.

6 Hoc est, alienus ab omni libidine, nullis philtris matronarum, aut aliarum pudicitiam obpugnabo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἃ δ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρὴ ποτὲ ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄῤῥητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. 2 Ὅρκιον μὲν ὧν μοι τόνδε ὁπότελέα ποιέοντι, καὶ μὴ ξυγχέοντι, εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης, δοξαζομένῳ τοῖσι ἀνθρώποισιν εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. 3 Παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπορκοῦντι τἀναντία τούτεων.

1 *Quæ autem inter curandum visu aut auditu notauero, vel extra medendi arenam in communi hominum vitâ percepero, quæ non decet enunciare, silentio inuoluam, & tanquam arcana illa æstimabo.* 2 *Itaque inuiolatâ integritate, sanctè si hoc iusiurandum præstitero, nec fallo, eueniat mihi fœliciter vita & hæc ars, atque perpetuò gloria mea toto splendeat orbe.* 3 *Sin periurus fefellero fidem, his votis aduersa eueniant omnia.*

COMMENTARIVS.

1 Nam, vt ait Cicero in Officiis, vir bonus est qui prodest quibus potest, nocet autem nemini. Medici, qui thalamos & tecta aliena subeunt, multa tegere debent, etiam læsi: quamuis difficile est tacere cùm doleas; irati enim efferimur.

2 Et eius coætaneus Herodotus 5 hoc oraculum protulit, ἀνδρὸς δ' ἐόρκιον ἦμεν μετόπισθεν ἀρείων; hoc est, viri veracis & seruantis iuramentum posteritas fœlicior erit.

3 Dira sibi imprecatur, si suas leges non seruârit. Pausanias, in Arcadicis, refert Philippi regis Macedonici liberos ideo in tantas calamitates incidisse, quia pater omnia promissa, pacta, & iuramenta conculcauerat pedibus. Quod præclarè Iobus, cap. 21. φῶς ἀσεβῶν σβεσθήσεται.

Hæc de iusiurando. Existimo tamen cum Eusebio quid. πρόσου καλοκαγαθίαν ἔρκου δεῖ πιστότερον ἔχειν. hoc est, morum probitatem iureiurando firmiorem habere oportere: quòd, vt ait Philo, qui iam iurauit etiam verè, eius fides in suspicionem venit.

BREVITER quædam repeto, vt lucem dem Græcæ literaturæ. Hæc mihi communicauit Nobilissimus clarissimusque vir Iosephus Scaliger, Excepta ab eo ex antiquissimis Reginæ Galliæ codicibus, vbi ait Hipp. ἴσορας, intellige μάρτυρας. ὁπτελία hoc est, ἐν τελῇ, ἀφανῶς. ξυγχεῖν, hoc est, ζωφωνίαν. μετάδοσιν, i. κοινωνίαν. εἴρξιν, hoc est, ἐμποδισίαν. εἰσω, εἰσελθὼν φθορεὺς, βλάβας. ξυγχέοντι, hoc est, παραβαίνοντι. ἐπαύρεσθαι, i. ἐπαπολαῦσαι. vbi ait, ἴσα καὶ ἡμέτερα, hoc est, ἡμῖν δοκεῖν vel συγχέαι. ὅπως Ἀπίων λεγέτω· ὡς καὶ Φιλύλλιον ἐν κολακὶ φησὶν· ἀλλ' οὐκ ἐγὼ γοητεύω δύναμαι ὄρνεα ἐνέχειν τ' ἀνέμων, καὶ ἀποκλημμαι μόνος· καὶ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ τ' Ἀπίωνος Ἰουδαϊσμοῦ φησιν. Οἱ μὲν ἐν τῇ φυλῇ, φυλεῖ λέγουσι· οἱ δὲ ἐν τῇ αὐτῇ φρατρίας, φράτορες· οἱ δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, γνῶται.

HIPPOCRATIS DE MEDICO.

ARGVMENTVM.

HIPPOCRATES hîc se demittit ad tyrocinia prima, quæ διὰ τὸ ὅτι futuri Medici, imò plebei Chirurgi, cùm veteres externa in medicina discipulos primùm exercerent. Mores & instrumenta docet. Mores animi & corporis. Instrumenta vt vsui sint opportuna, & qua forma quáque tecmarsi in vsum flecti debeant.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

HIPPOCRATIS DE MEDICO.

Ὁ μὲ γράμμα ὅδε ἰητρικὴ ἐξήγησιν, καὶ παράγγελμα, πῶς χρὴ καὶ καθαστάναι ἰητρόν. Ἰητροῦ μὲν δὴ σκευάσιος ὁρῶ ἐύχρωτα καὶ εὔσαρκον ἔστω χρὴς τὴν ἀρχαίην αὐτῷ φύσιν. Ἀξιῶ δὲ τοῦτο τοῖσι πολλοῖσι, οἱ μὲν εὖ διακείμενοι τὸ σῶμα νέους, ὡς δεῖ μάλιστα ἂν ἑτέρων δύναμιν καὶ χρῶς. Ἕστω δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καθαρὸς ἔχειν, ἐδοῦσι καὶ χρῆσιν καὶ χρῆσιν ὑδάτων, ὁκοίων ἔξωσι αὐτοῖσι καὶ ἀπανία. Τοῦτο δὲ ἥδιστ' ἔχειν ξυμβαίνει τὰς νούσους. Δεῖ δὲ τὸν σοφὸν ἰητρὸν καὶ τὴν ψυχὴν διακεῖσθαι, μὴ μόνον τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ τὴν βίον πάντα ἐυτακτον. Μέγιστα δὲ ἔχει πρὸς δόξαν ἀγαθά.

HIVS libri inscriptio est medici 1 auctoritas, & admonitio consiliumque quomodo officina 2 medica instrui debeat. Ex dignitate Medici esse existimamus, vt aspectus eius viuido colore fulgeat, ac habitu corporis sit succi pleno, 3 quantum peculiaris natura eius id ferat. Putant enim plerique hominum, si qui minùs fœliciter corpus dispositum habeant, 4 eos neque aliis rectè consulere posse. Præterea studeat externæ 5 munditiei: vestitu 6 vtatur decoro, & vnguentis odoratis, securum 7 odorem ad omnia gerentibus. Inde enim agros recreari

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 168 sur 513

recreari continget. Dein animi cultus ita illi curæ sit, vt omnia 8 *ad modestiam comparata sint, non solùm in silentio: sed etiam in toto vitæ curriculo vt rectè compositus sit. Præclarè enim id facit ad veram auctoritatem.*

COMMENTARIVS.

1 Hoc est, quo cultu à tenera ætate se ornare debeat, vt suam dignitatem & auctoritatem tueatur, quam εὐχημοσύνην vocat. προσιέντα vocat medicum qui præest ægro: at ὑπιόντων, qui iungitur medico: νοσούντων ὑπιοντῆς, ægris præfici.

2 Instrumenta quo modo comparata esse debeant, hoc ad παραγγέλματα pertinet, quæ sunt præcepta ad officinam instruendam.

3 In colore, mole, charactere, & habitu præferat sanitatem: nam spem faciet ægris huius tutelam esse in eius manu.

4 Nam aiunt, Curet primùm se, tunc me illi dabo. est itaque, vt ait Plutarchus, optimum condimentum sanitas; hanc sui studiosis promittit medicina.

5 Sit lotus & mundus, capilli compositi, non cincinnati: acciſi vngues, ptyalismus nullus adsit.

6 Nam decus addit honestà vestis & pulchritudinem: quam Aristoteles dicebat quauis epistola efficaciorem ad commendationem: & Theophrastus silentem fraudem, quòd absque verbis persuadeat: & Carneades διεγκρούστον βασιλείαν, id est, regnum absque satellitio; quod nulla vi admota imperet.

7 Ne ad morbum faciat odor: vt muscum redolentes hystericas mulieres enecant: ita baryodmis catybarian incendunt. sint igitur temperata.

8 In dictis apud idiotas sobrius: & factis modestus, aspectu, incessu, quiete, alloquio.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὸ δ' ἦθος εἶναι 1 χαλὸν καὶ ἀγαθόν. τοιοῦτον δ' ὄντα, πᾶσι μὲν 2 σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον. τὸ γὰρ 3 προσιέντα καὶ τὸ προέχειν 4 καταφανὲς ποιεῖ. 5 καὶ πάνυ χρήσιμον ἦ. Σκοπῶν δ' ὅπῃ ὁ ἐξαίσιος· πᾶσι γὰρ αὐτοῖς φίλοις τοῖς αὐτοῖς 7 ἀσινέως ἔχειν, ἀναπαύει. Σχήματος δ' ὅσα μὲν προσώπου 8 σύνεσιν, μὴ πικρῶς· Αὐθάδης 9 γὰρ δοκεῖ εἶναι καὶ ἀνεπίφθονος, καὶ λίαν ἱλαρὸς, 10 φορτικὸς γὰρ καταλαμβάνει. Φυλακτέον δ' τὸ γοητῶδες ὡς ἥκιστα. Δίκαιον 11 δ' ἐστὶ πᾶσιν ὁμιλεῖν ἐξ ἴσου. χρὴ γὰρ πολλὰ ὀλιγωρέειν δικαιοσύνῃ.

Decet etiam moribus 1 *honestis elegantem esse. Et cùm talem se præstiterit, erga omnes insuper* 2 *& grauis & humanus esto.* 3 *Promptitudo enim & facilitas* 4 *medendi effusè oblata, ab ægris* 5 *contemnitur, quamuis alioqui summa benignitatis officium illud sit. Metam itaque officium oblatum habeat, in* 6 *auctoritate. Nam eadem officia ab eisdem* 7 *parcius reddita, boni consuluntur. Figuram faciei habeat* 8 *meditabundam, citra amarulentiam, ne* 9 *intractabilis videatur, & misanthropos. Qui autem in risum se soluit, ac nimium est hilaris,* 10 *illepidus habetur. Quare magna cautione illud vitandum. Iustum* 11 *autem ad omnem conuersationem esse conuenit. Opus enim est summopere in omni vita iustitiâ, quæ plurimum præsidij adferre solet.*

COMMENTARIVS.

1 Minimè obsecundans suis cupiditatibus. Hippocrates gazas Artaxerxis postposuit patriæ nobilitati.

2 Q.d. in ipsa vrbanitate moribus sit grauis in porrigendis remediis, quiete, incessu.

3 Suum officium offerre sponte curandi. opponitur σεμνότητι præpropera effusio in remediis adhibendis, nisi grauitate condiatur.

4 Vt in congressibus & compitis, ex tempore remedia dicere.

5 Nisi grauitate & humanitate condiantur.

6 Vel tua, vel aliena: tua, ne nimia facilitas tua & oblatum medendi munus, violet tuam auctoritatem: aliena, vt si principi viro medicina facienda, effusa obuiáque officij promptitudo nihil abiecti aut adulatorij habet, cum eorum auctoritas hæc flagitet; superbi esset hanc contemnere. In templo Delphico scriptum erat, μηδὲν ἄγαν: addit Alphæus, ἄγαν μετρεῖ id est, Illud, Nihil nimis, nimis mihi placet. Itaque rectè Aristoteles putat virtutes esse mediocritates.

7 Nam, vt ait Pindarus, ne flores quidem Veneris, nec mel exuberans suaue. non sint itaque immoderata officia.

7 Facies, mentis speculum, sit placida, vt ratio exigit, & decursus morbi quem curat.

9 Cui nihil placet præterquam quòd suum est.

10 Scurræ in more est risus: cui à σκῶμμα nomen. Imitetur Chironem in risu, de quo Pindarus Πυθ. Θ. χαμαὶ γελάσσας ἁρμοῖ, placido blandè ridens supercilio.

11 Ad vitæ decus & auctoritatem. Ita Phocion dicebat Antipatro, cùm rem inhonestam peteret, non poteris Phocione amico & adulatore vti. Idem, legato Persarum regis respondit, se amicitiam suam venalem non habere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Πρὸς δ' ἰητρὸν, ὀλίγα ξυναλλάγματα τοῖσι νοσέουσι ἔξω. Καὶ δ' αὐτοὺς ἐπιτηδείους ποιέοντα τοῖς ἰητροῖς· καὶ πᾶσαν ἀρωὴν ἐπιμηχάνεσθαι 1 γυναιξὶν, παρθένοις, καὶ τοῖς ἀξίοις πλείστου κτήμασιν. 2 Εὐκράτως δὲ δεῖ ἀμφὶ ἀμφοῖν ἔχειν ταῦτα. Τῷ μὲν οὖν ψυχῷ καὶ τῷ σώματι οὕτω διακεῖσθαι. 3 Τὰ δ' ἐκ τῶν ἰητρικῶν τεχνέων ἀφορμώμενα, (δι' ὧν δεῖ εἶναι τεχνικὸν,) ἀπ' ἀρχῆς ξυνιέντα, ἀφ' ὧν καὶ μαθόντες ἄνθρωποι ἀφέλοντο. Τὰ τοίνυν ἐν ἰητρείῳ διαπρεπόμενα, ὧδε ἔχοντα 4 μαθήμασιν ἔοικεν. Δεῖ δ' πρῶτον μὲν τοῦτο ἔχειν τὸ εἰκός· 5 Ἔστω δ' τοῦτο, ἐάν μήτε ὁ πνεῦμα εἰς αὐτὸν ἀφορμώμενον ἐνοχλῇ, μήθ' ὕλαος 7 ἠέλιος λυπῇ. Φῶς δ' τηλαυγὲς τοῦτο μὲν διαπρέπουσιν ἕλκεσιν, οὐχ ὁμοίως δ' τοῖς 8 διαπεπονημένοις ὑπάρχει. Πάντων μὲν οὖν τοιούτων τὴν αὐγὴν μάλιστα φλιπτέον, ὅτι δι' ὄψεως εἰσὶν τὰς ὀφθαλμοὺς νοσέειν. Τὸ μὲν οὖν φῶς τοιοῦτον ἔστω παντὶ τρόπῳ). Τοῦτο 9 δ' ὅπως μηδαμῶς ἐναντίως ἔχῃ τῷ προσώπῳ τοῖς αὐγαῖς· προσεποχλεῖ γὰρ τὴν ὄψιν ἀδιστάκτως ἔχουσαν. Πᾶσα δ' ἰητρικὴ πρόφασις, ἀδιστάκτως ὀφθαλμοὺς ὑπερβάλλει. Τῷ μὲν οὖν φωτὶ, τοῦτον τὸν τρόπον χρηστέον ἐστὶν.

Non minima etenim commercia ægris cum Medico sunt. Nam se in potestatem Medicorum tradunt. Et omni tempore, quo medicinam faciunt, occurrunt vxoribus, 1 *virginibus, & supellectili pretiosæ. Temperanter* 2 *itaque ad hæc omnia se gerere debent. Et animo quidem & corpore sic comparatum esse oportet.* 3 *Hoc itaque consilium & has admonitiones medicas, (quas si obseruet, artifex esse videbitur) ab iis initiis considerabimus; à quibus primùm discere homo incipit exorsi. Quæ itaque in officina Medica curantur, ferè ad discentem* 4 *pertinent. Itaque primum quidem locum domus habere oportet:* 5 *qui sanè talis sit, vt neque* 6 *ventus ad ipsum accedens molestiam exhibeat, neque sol* 7 *vel splendor infestet; lux enim splendida vt medentibus minimè molesta, ita* 8 *ægris grauis esse solet. Omni itaque studio vitandus erit ille splendor, quo oculi affliguntur. Et hocce quidem præceptum esto de luce.* 9 *Alterum vt nequaquam faciem splendori aduersam habeat; turbat enim visum titubantem. Omnis enim occasio, vel leuissima, prompta est in oculi turbationem. Hoc itaque modo luce vtendum.*

COMMENTARIVS.

1 Nota Scipionis temperantia. & Draconi tertio calamitosa fuit Roxanæ Alexandri Magni notitia.

tia, cum qua carceri incluſus & enecatus fuit à Caſſandro.

2 Nulli malignè morbum differat. & abſit illud Neronis, ſcis quid mihi opus ſit; & hoc agamus, ne quis quicquam habeat. Intactæ ſint tibi fœminæ, & opes ægrorum: potior ſit ſententia D. Pauli 1. Tim. 6. δεῖ δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετ' αὐταρκείας: quæſtus eſt magnus, animus ſua ſorte contentus. ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστὶ φιλαργυρία. multi, d. ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. transfixerunt, d. nam curæ animum perfodere videntur.

3 Veteres exercitationem iungebant doctrinæ à prima ætate: nam illa ſola ſcientia eſt certa, quæ ex ſenſibus perceptis in generalia axiomata ſe colligit.

4 Veteres externa mala domi ſuæ curabant, & inſtrumenta tyrones ibi curabant, quos iam docet. Alia pars Medicinæ κλινικὴ vocabatur, quod non in tabernis, i. ἰατρείῳ, ſed ἐν τῇ κλίνῃ ægrorum pharmaca propinaret. Imò refert 249. ſer. veteres Medicos vt chirurgiæ variæ operationes publicè fierent ſtatuiſſe.

5 Ædes Græcorum cortinis & tapetis variè lucem admittebant. Curæ itaque ſit ventus tyroni, ne is moleſtus eſſe pergat.

6 Turbat ſpiritus.

7 Diſſipat viſum.

8 Ophthalmiis, cephalalgiæ obnoxiis, doloribus, & vigiliis bellum indixit ſplendor: hinc ruunt ſucci, & opthalmia augetur. 6. Aphor. 31.

9 Medicus luci oculos ne obuertat, ſed aduerſus ſtet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τοὺς δὲ διέρεις ὁμαλοὺς ἔδει τοῖς ὑψεσιν ὅτι μάλιστα ὅπως κατ' αὐτὸς ὦσιν. 2 χαλκάμαντ ὄγκλυσ τ εἶναί μοι δοκεῖ φορτικός, 4 παθίεσι τοιετέοισι χρῆσθαι. 5 Τὸ δὲ ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖς θεραπευομένοις, καὶ καθαρόν. Τοῖς δὲ σπογγίοισι, καθαρσίοις καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι. Πρὸς μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀθονίοις, πρὸς δὲ τὰ τραύματα σπόγγοις. 6 Αὐτόματα γὰρ ταῦτα βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. 7 Τὰ δ' ἔργατα πάντα εὐπορα πρὸς τὸν χεῖρα ὑπάρχειν δεῖ, τῷ μεγέθει καὶ βάρει, καὶ λεπτότητι. τὰ δὲ περισσεύοντα ἄπαντα μὴ χρὴ σωρεύειν, ὅπως σωιῶσι, μάλιστα δὲ, πλεῖστον ἐν ὁμιλεῖν μέλλῃ πρὸς τοσοῦτο μέρει.

1 *Sellæ æquales altitudine ſint, quantum fieri poteſt, vt in ipſis ægri collocentur.* 2 *Æramento, exceptis inſtrumentis, nullo vtatur.* 3 *Lepos enim illepidus mihi eſſe videtur, tali* 4 *ſupellectile vti.* 5 *Aqua exhibenda eſt his qui curantur potabilis, & pura. Abſtergmentis vtendum puris & mollibus: ad oculos quidem linteis, ad vulnera verò ſpongiis. Vtrò* 6 *enim hæc egregiè auxiliari videntur. Omnia autem inſtrumenta* 7 *commoda ad vſum eſſe oportet mole, grauitate & tenuitate. Cuncta verò quæ admouentur, vtilia* 8 *vt ſint ſtudendum eſt, maximè ſi ægræ parti diuinhærere debeant.*

COMMENTARIVS.

1 Ne vacillantes ſint, ſed firmè accipiant ægros: vt medici ſeſe ægris dextrè accommodare queant.

2 Dioſc. ſiccat, tenuat, reprimit, trahit. Gal. acre eſt.

3 Fucus, elegantia, ornatus hîc illiberalis, oneroſus, & luxus: nam æger non ornatum, ſed quod eſt vtile poſtulat.

4 Vt hauſtra, capſæ, &c. thecæ remediorum: ſymbola vera non veræ artis, externo ſplendore ignorantiam obſurare. in cenſu tunc erat æs.

5 Nam voluit ſordities fugari in admouendis etiam. Quæ aqua bona? fontana, pluuia.

6 Nam abſtergent & ſiccant, à ſorde & ichore.

7 Vt ſpathæ, volſellæ, ſcalpra, acus: & cætera. omnia ſint ad vſum medicum rectè comparata, quò dextrè Medicus his vtatur, & vt æger commodè ea admittat: ſint igitur, eiuſdem generis varia magnitudine &c. & ſubſtantiâ eburnea, argentea, lignea, ferrea, lapidea. Qualitate acurâ, obtusâ, vt ſtyli, forcipes, nouaculæ: &c. Nitida, vncta oleo.

8 Non igitur conſocientur, vt hodie fit, quæ non proſunt: nec calida pugnent frigidis, humentia ſiccis; & ſine pondere habentia pondus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ταῦτα δὲ δεῖ ὀθονίσματα καὶ φάρμακα, καὶ τὰ μὲν τὸ ἕλκος ὀδύνια, καὶ καθαπλάσματα· πλεῖστον γὰρ χρόνον ταῦτα μένει τὰ περίττωμα δεῖ τόπου. ἡδὲ μετὰ ταῦτα ἀφαίρεσις τούτων, ἀνάλυσις ἢ, καὶ ἀπόψυξις, καὶ ἡ ὑδάτων κατάτασις, ὀλίγῳ πάνυ δεῖ χρόνῳ. Καὶ τὰ ποιητέα ὅπως χρὴ, μᾶλλον ἢ καὶ ἧσσον ἐπιθέσθαι δεῖ. Τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις εὐκαιρίας δ' καὶ μὴ ἁμαρτάνων, μεγάλην ἔχει διαφοράν. 3 Ἔστι δὲ ἰατρικὴ ὀθόνεσις ἡ ἰδίως, ἀφ' ἧς ὠφελοῖδαι τὸν θεραπεύοντα. Μέγιστα δὲ ἀπολεῖ δυσκαιρίαν, οἷς δεῖ 4 χρηστέον, πόσα ἕκαστ δεῖ, καὶ ὁκηνίκα ὀθονίσαι.

Talia ſunt ligamenta, pharmaca, lineamenta, vlceri dicata, & cataplaſmata. Hæc enim diu hærent in partibus morbo afflictis. 1 *At verò econtra, horum ablatio, refrigeratio, & mundificatio, & aquarum affuſio exiguo tempore peraguntur. Quinetiam vbi quid agere oportet,* 2 *validiùſne an languidiùs facere expediat diligenter notandum eſt. Vtrorumque enim vſus eſt opportunus; & viciſſim horum neglectus damni non parum adferre poterit. Eſt autem* 3 *peculiaris Medicinæ deligatio, ex qua ager opem ſentit. Plurimum autem conferunt duo hæc, quibus* 4 *vtendum, ſtringere vbi oportet, & remiſsè deligare.*

COMMENTARIVS.

1 Non diu ſtabulantur in ægra parte, ſed eotantùm ſpacio, quo peraguntur, vt dum fit abſterſio. Hîc, fruſtra ſiquid admouetur, non eam iniuriam infert.

2 Quantitas remedij captanda, quod vt aliàs monſtraui, vt difficillimum, ita & vtiliſſimum: vt hîc teſtatur etiam præceptor medendi.

3 Adhibendi organa modus: Exemplum ponit faſciarum vſum laxum, arctum, tectim factum.

4 Loco & tempore.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Πρὸς δὲ τὰς χεῖρας ἡ ὥρη, ποτὲ δεῖ σκεπαστικὰς, καὶ μὴ· σωιοδῶν ἕκαστ ὡι δὲ ἀδυνῶν· 2 λεπτὰς ποτέρων τούτων ἐπιμελὲς χρηστέον. Εὐρύθμιος δὲ ὀπώρησις καὶ θερινικὴ, καὶ δὴ ἀφελοῦσαι, ἐπογγιώσκειν· Φύσεικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ πανταχῶς ἀλαζονικὸν, πολλάκις τὸ ἐλεῖν ὧδιν τῷ θεραπευομένῳ. ζητοῦντα ὁ νοσέων ἃ κάλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον. Ἐπὶ δὲ τῷ χειρουργίαν ὅσα διὰ τομῆς ἰέναι ἢ καίσιος, τὸ τάχιστα ἢ βραδύτατα ὁμοίως ἐπανεῖται. χρῆσις γὰρ ἔστιν ἀμφοτέρων. * Ἐν οἷς μὲν γὰρ * αὐτῷ ἔστι διὰ μιᾶς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιεῖσθαι τὴν ταχίστην τῶν διαιρέσιν. Ἐπὶ γὰρ συμβαίνῃ τὰς τεμνομένας πυρέσσειν, τὸ 4 λυπέον μὲν ὡς ἐλάχιστον χρόνον δεῖ παρεῖναι· τοῦτο δ' ἔστιν, τυχεῖν τῆς τομῆς ἡμιουργίας.

At verò ſecundùm conſtitutionem temporis anni quando tegere oporteat, & non, conſiderandum; videndum præterea 1 *vt neque leniore, quàm par ſit, vtare:* 2 *ignarus atque dubius, vtro horum ſit vtendum. Concinnas autem deligationes, ad ſpectaculum comparatas, & nihil iuuantes, reprobare oportet: illiberales enim ſunt, & omnino effœminatæ, præter id quod damnis ſæpe ægros auxere. Quærit enim æger non ornatum, ſed remedium. Cæterùm in Chirurgiis, quæ fiunt per ſectionem aut* 3 *uſtionem, velocitas aut tarditas æqualem laudem merentur. Nam in quibus per vnam ſectionem Chirurgia abſoluitur, velocem ſectionem facere oportet. Cùm enim ita compa-*

ratum

ratum sit, vt hi qui secantur doleant, 4 dolorificam causam quàm minimo tempore persequerare conuenit: quodipsum à veloci sectione obtinebimus.

COMMENTARIVS.

1 Id est, cum aliqua ligatura vtendum, videndum erit an parcè vel multùm ea sit vtendum: vt arcta & laxa ligatione vel validè vel parcè vtimur ita tecta.

2 Ληλιθῶς ἐνίοχον, ignorans hæsitanter, inquit Zuing. à verbo ἐνίοχειν inhærere. An potius d. ἐνιαχοῦ, interdum?

3 Cauteriis vbi vtendum.

4 Quod soluit continuum, citò amoliendum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ὅτε δὲ πολλὰς ἀναγκαῖον χρήσασθαι τοιούτοις, τὰ βραδέα χρηστέον τῇ χειρουργίῃ· ὁ μὲν γὰρ ταχὺς, ξυνεχῆ 2 ποιεῖ τὸν πόνον καὶ πολλόν· ὁ δὲ βραδὺς παύσεις 3 ἔχει πρὸς τὸν πόνον τοῖς θεραπευομένοις. τὸ δ' αὐτὸ δεῖ περὶ ὀργάνων λέγειν καὶ τῶν * ἐν μαχαιρίοις ἕξεσι. Τὰ δεῖ χρᾶσθαι καὶ πάντοσε, οὐ δὲ πάντων ὁμοίως φροντιστέον. μέρη γάρ πῃ ἐστὶ τῶν σώματος, ἃ ἐν πολλῷ μὲν ἔχει πῶμα 5 τοῦ αἵματος, καὶ καταρρῆξαι ἔστιν οὐ * ῥηϊδίως. πάντα δὲ ἔστι, οἵτε κίρσοι, καὶ τένες ἄλλαι φλέβες. ταῦτα μὲν τομὰς χρὴ εὖ πρὸ τοιούτων τεμεῖν. Οὐ γὰρ οἷόν τε πῶμα ῥηϊδίως καταρρηγῆναι· ὁ ξυμφέρει δ' ἐστὶ ἀπὸ τῶν τοιούτων αἵματος ἀφαιρεῖν ποιέεσθαι. Πρὸς δὲ τὰς ἀκανθίνας πάσας, καὶ ὅσαι μὴ λεπτὸν ἔχει τὸ αἷμα, παντάπασιν χρὴ τομὰς τοῖς μαχαιρίοισι. τὸ γὰρ αἷμα πεφεύσεται ἄν· ἄλλως δὲ ἀδύνατον. πάσῃ δ' ἔξεσι ἀλγεῶδες, μὴ ξυμβαίνειν ὑπὸ τῆς χρόνου ἰσχνότητος ἰέναι. Δεῖ δὲ

* ἐν ἐν. † δεῖν. * ῥηϊδίως Regii cod.

Vbi verò multiplici sectione opus est, lentâ 1 chirurgiâ vtendum erit. Velox enim actio, continuum & 2 multum dolorem inducit. Tarda econtra & intermittens, 3 quietem aliquam concedit his qui curantur. Idem de instrumentis pronunciari potest. 4 Gladiolis autem acutis ac latis vti non in omnibus æquè consulimus. Sunt enim nonnullæ partes corporis, quæ præcipitem sanguinis 5 fluxum habêt, quem sistere haut facile est; tales sunt varices, & aliæ quædam venæ. quare in talibus tenues sectiones facere oportet. Et si enimper has fluxus, quantum satis est, fieri nequit: confert 6 tamen nonnunquam à talibus sanguinẽ abduceret. Ad loca verò vbi periculi nullus metus, & circa quæ 7 tenuis non stabulatur sanguis, latioribus gladiolis vtendum est. sic enim sanguis prodierit: aliter neqüaquam. Valde autem turpe est non obtinere à Chirurgia quod velis.

COMMENTARIVS.

1 Id est, non simul ac confertim eodem tempore plures sectiones faciendæ, sed quies singulas excipiat: cautio tamen adsit, vt quæque sectio celeriter peragatur.

2 Ne prosternatur æger sæui cruciatus afflictione, inducarum nescij.

3 Vt corpus habeat locum reficiendi se, quò æger doloribus multiplicibus par sit.

4 Dixerat primùm instrumentis aptis vtendum esse; iam ex suo more exemplum ponit gladiolos, quibus, quamuis acutis & latis, non vbique vtendum, ob situm varium partium.

5 Vt arteriæ, quæ sectæ non æquè facilè consociantur: tenui igitur sectione feriendæ.

6 Ita pulsatiles quidam dolores capitis, nullis aliis pharmacis placari potuere: vt doctè scribit A. Pareus.

7 Vbi absunt arteriæ: monendi chirurgi vt latas plagas inferant, vbi vena pertundenda, quæ crassum gerit sanguinem: alioqui, vt sæpe videmus, & vt hîc præceptor ait, sanguis non profluit: id turpe, inquit, in conspicua re. idem de aliis intelligendum, vt vbi abscessus secandus &c.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Σκαίων δὲ δύο πρόσωπα ἔστι χρήσιμα. Ὅτε μὲν γὰρ ῥεῦμα 2 ξυνεστηκὸς πόρρω τοῦ ὑπερτεινομένου σαρκὸς, τὸν μὲν κύκλον ἐωυτῆς ἔστι δεῖ ξυμπιέσαντα, ἀντλεῖν δ' * μὴ γαστρώδη, ἀφαιρέοντα τὸ ἀφ' ὑπὸ * γαστρώδη χεῖρα μέρος, μὴ βαρεῖαν· τοιαύτην γὰρ ἔσται, ἕλκειν ἐς ἰδὺ μᾶλλον ξυμβαίνει, καὶ τοὺς ἀφεστῶτας ἰχῶρας καλῶς ἀνασπᾶσθαι ἀφ' 3 τῆς σαρκός. Τοῦ δὲ πάνυ πλείονος καταστασιάσαντος τοῦ σαρκὸς, τὰ μὲν ἄλλα 4 παραπλήσιον, τὸν δὲ κύκλον μέζονα· οὕτω γὰρ ἂν πλείστων 5 μερῶν ἅψασαν ἐς ἓν δεῖ τὸ λυποῦν τόπον. Οὐ γὰρ οἷόντε μέζονα δεῖ τὸν κύκλον, μὴ συναγομένης τῆς σαρκὸς ἐπὶ πλέον τόπου. Βαρεῖα δ' οὖσα, φέρεται ἐς τοὺς ὑπὸ τόπους, κάτω δὲ μᾶλλον τῆς ἀφαίρεσιν, ἢ πολλαχοῦ ἀπολείπεσθαι τοὺς πόνους. Τοῖσι μὲν οὖν ἐφεστῶσι 7 ῥᾴδιον, καὶ μακρὸν ἀπέχειν ἀπὸ τοῦ ἄνω τόπου, εἰ πλατεῖς, 8 κύκλοι πολλὰ ξυνεπισπῶνται πρὸς τῆς ἄλλης σαρκός. Ἐπισφαδὸν οὖν ξυμβαίνει τῇ ἐντεῦθεν εἱλκομένῃ ὑγρότητι τῷ ξυναγομένῳ κάτωθεν ἰχῶρι, καὶ τὸ μὲν ἐκκλύσιν ἀπολείπεσθαι, τὰ δ' οὐδὲν λυπέοντα 9 ἀφαιρεῖσθαι.

1 Cucurbitarum porrò duo modi commodi existunt. Quando enim 3 rheuma iam consistens, longè ab extima carne abierit, circulum cucurbitæ paruum esse oportet, ipsámque minimè ventricosam, sed oblongam qua parte ad manum vergit, neque ponderosam: Qua enim eiusmodi est, in directum traher, & ichores longè distantes, commodè ad 3 carnes trahet. Fuso autem dolore per multam carnem, in reliquis quidem 4 consimilem cucurbitam esse oportet, sed circulum magnum: Ita enim ex plurimis partibus 5 id, quod dolorificum est, educi comperies ad locum decentem. Neque enim magnum circulum esse putant, si non ex pluribus locis caro consocietur. At si ponderosa fuerit & fortis, premet 6 ac prægrauabit partes carnis superiores, & maximè ex subiectis partibus sine profundis detractionem faciet, vt sæpè morbi relinquantur intacti. At si non consistens fuerit rheuma, sed 7 incumbens, in his, si longè abierint à carnis superficie, ampli magnique 8 circuli multa simul attrahunt ex vicina carne sana. Vnde euenit detractam inde humiditatem coniungi collecto in profundo humori, & ea quidem quæ infecta sunt relinqui, quæ verò minimè dolorifica sunt 9 detrahi.

COMMENTARIVS.

1 Hactenus de parte in qua chirurgicum opus exercetur: iam de humoris morbifici exclusione, & transpositione: & qua cautione instrumentis euellentibus vtendum. Cucurbitæ sine scarificatu à centro ad peripheriam extrahunt, vel quod fusum est in arctum contrahunt. Primum de his quæ sine scarificatione; quæ variæ sint, vt materiæ, & partes.

2 Vbi humor non ampliùs affluit, sed vbi iam impactus est parti quæ ad interiora recessit: v. g. in doloribus coxariis: breui circulo præditâ hic vtetur cucurbitâ; & formâ oblonga sit, leuis.

3 Humorem qui simiùs insedit in cutis peripheriam adducet: nam arctum os in ventrem oblongum desinens tractioni aptum esse monstrauit, De vet. Med. oris trahentis, vel per fistulam sugentis argumento.

4 Cæteris sit similis, ore sit dissimilis: sit ore amplo.

5 Nam consociat carnis amplam peripheriam: & in vnum ita locum illicit dispersos succos.

6 Ῥέπει, id est, βαρεῖ, inquit Hesychius, prægrauat: nã ita premit grauis cucurbita sine scarificatione superas partes, vt nil inde (cùm tamen harũ partium superficiei insideat causa, de qua hîc agimus, morbifica) eliciat. Imò potius, cùm ex imis ad peripheriam morbo afflictam prolectet, damno est.

7 Rheuma Hippocrates omne, i. fluxum, distinguit εἰς τὸ ὁρμῶν ὄγκον, καὶ τὸ συνιστάμενον, i. in cõcitatum & consistentem. Concitati triplex causa; humoris feritas & orgasmus, exclusio partis potentis, & dolentis attractio. Et ex harum causarum notitiâ indicationes in promptu sunt in retrahendo, reuellendo & deriuando: quemadmodum ex perspicientia rheumatis consistentis vbi & cuiusmodi sit, in vacuando & detrahendo.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 171 sur 513

©BIUM

8 Id est, si cucurbita amplo & lato fuerit ore, plurimum subditæ carnis in se capiet: & ἀτμίδα, i. vaporem salubrem, quem πεῦμα vocat libro de Arte, i. humorem partibus contentum attrahet, & ichori morbifico adiunget.

9 A suo loco mouebuntur quæ minimè motu indigebant, quales succi sanæ carnis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Μέγεθος δὲ σικύης τὸ χρήσιμον, στοχάζεσθαι χρὴ πρὸς τὰ μέρη τοῦ σώματος, οἷς ἂν δέῃ προσβάλλειν. 2 Ὅταν δὲ καταιμάσσειν, καὶ πολλὸν δέχεσθαι, (τὸ γὰρ αἷμα 3 φανερὸν ἔσται διὰ τοῦ χειρουργικοῦ τύπου.) ἄλλοσε δὲ 4 μὴ δεῖ τὴν σικύην τὰ ἑλκώσεα τὰ χρὴ καταιμάσσειν: 5 ἀστονωτέρη γὰρ ὅδε ἡ σάρξ τοῦ περικειμένου: 6 μαχαιρίοις δὲ τοῖς καμπύλοις, ἐξ ἀκριβοῦς λίθου τετριμ μένοις. Ἐνίοτε γὰρ ἰχῶρες ἔρχονται λεπτοὶ, καὶ παχεῖς. κίνδυνος οὖν ὀξέος 8 ἐπισπᾶσθαι τῆσι τομῆσιν, ὅταν τετρωμένοισιν.

1 *Commodam verò Cucurbitæ magnitudinem colligere oportet, iuxta corporis partes quibus admouere oportet.* 2 *Vbi verò sacrificare opus fuerit, plagas profundas facies (oportet enim sanguinem in sacrificatis* 3 *locis se in conspectum dare) aut si id non* 4 *licet, circulum attractum sacrificare noli. Caro enim afflicti loci solidior* 5 *est & compactior.* 6 *Gladiolis incuruis in summo* 7 *non valdè acutis vtendum. Aliquando enim ichores viscosi & crassi veniunt: vt metus sit, ne, si sectiones arctè fuerint incussæ, sub illis subsistant &* 8 *colligantur.*

COMMENTARIVS.

1 Ex conformatione partis afflictæ character & moles cucurbitæ æstimanda.

2 De euacuantibus cucurbitis. Cautio, d. adsit, vt altæ plagæ infligantur, non sine cautione tamen subditarum partium: alioqui citabit sanguinis effluuium: nam d. densior est morbosa pars.

3 Hoc est, oportet sanguinem ex scarificatis locis effluere.

4 Si non licet profundas infligere plagas (vt vbi nerui ibi non erit superficietenus scarificandum) & cucurbitis appositis attrahere.

5 Humoris ob influxi tensionem, & à cucurbitæ adducentis carnem consociatione: vnde succus attrahetur nec euacuabitur: quod ad dolorem & fluxum faciet.

6 Quibus coniuncta diuiduntur, vomicæ aperiuntur: & scalpris quibus ad sacrificandum vtimur.

7 Sint acumine aliquantulum latiore, quò via fiat liberior educendis succis.

8 Vnde inflammationis & suppurationis metus. Regis exemplar legit, ἐπὶ κίνδυνον ὁρίσασθαι τῇ τομῇσι, ὅταν τετρωμένοισι.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τοὺς δὲ δὴ ἐπὶ στοιχείων φλέβας τῶσι καταλήψεσι χρὴ φυλάσσειν· ἡ μὲν 2 καλεομένη σὰρξ πολλοῖς ὁ κρόκος συμπεφυκυῖα τῇ φλεβί. ἡ μὲν σαρκὸς ὀλισθηρὸς οὔσης, οὐ καλῶς ἐσαιρεῖται ξυμβαίνει τὰς τομὰς ἀμφοτέρων γίνεσθαι· τὴν γὰρ φλέβα ἢ * ἐμφυσᾶται ξυμβαίνει καλυφθεῖσαν, καὶ τὴν ῥῦσιν τοῦ αἵματος κωλύεσθαι, πολλοῖσι δὲ καὶ πόνον διὰ τέλους ξυνίστασθαι. Δεικτέον δὲ βλάβας φέρειν ἡ τοιαύτη χειρουργίη, τοῖσι μὲν τιμωρίην πόνων, τοῖσι δὲ τέλεον τοὐναντίον πολλοῖσι δὲ καὶ πᾶσιν παραγγελλόμενον. Τὰ μὲν ἐν χερσὶν ἐργαλεῖα ἀναγκαῖα, καὶ οἷσι δεῖ τεχνικοὶ εἶναι· μαχαιρίσκια, ταῦτ' ἐστίν.

* ἐμφυσᾶται Corn. insufflari.

2 *Porrò venas in brachiis funiculorum apprehensionibus constringere oportet.* 2 *Caro enim quæ tegitur vena, in multis non probè copulata est venæ: vbi enim lubrica laxáque fuerit caro, sectiones simul vtrinsque directæ fieri nequeunt: quandoquidem venam carne contectam euenit;* 3 *flatu distendi, & sanguinis effluuium impediri, & plurimis propter id ipsum pus colligi. Ita gemina damna talis infert chirurgia, secto quidem dolorem, secami verò grauem ignominiam. Idem sit præceptum in omnibus venis secandis. Et hæc quidem necessaria sunt in officina medica instrumenta, in quorum vsu ingeniosum esse discentem æquum est*

COMMENTARIVS.

1 Firmare oportet, antequam sectio fiat, fluctuantem & phlebotomum fugientem alioqui venam.

2 Sed est quibusdam fluxa & lubrica caro adeò, vt dum eam pertundit chirurgus, subiecta vena, percussa à phlebotomo, loco suo abeat. vnde facta sectione, cùm extra lineam facti vulnusculi vena abit, ita vt sectio quæ facta est in vena, sectioni carnis non adamussim respondeat (cùm educto phlebotomo vena quæ illi cesserat, ad pristinum locum redeat) euenit vt secta quidem vena sanguinem sub cutem effundat.

3 Id est, tumefieri. Doctiss. Zuing. vertit, vena cute obtecta exudante, & velut expuente.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ὀδοντάγρησι δὲ καὶ στρόφιγξι χρῆσθαι τὸν τυχόντα οὐκ ἀσφαλὲς δοκέει εἶναι. Πίσει γὰρ ἀνιήτῳ καὶ ἐλκώδεϊ, ὁκόσα μείζονα ὄγκον ποιήματα. Τὰ δὲ φύματα τετριμμένοισιν 3 ὑποκινέειν, καὶ διαιθεῖν διαλύειν, καὶ τὰς συστάσιας αὐτῶν κωλύειν. 4 Ἐρεθιζόμενα δὲ τετάσθαι, στέλλειν ἐς τὰ ὑποκεῖσθαι τόπον, 5 ὡς εἰς βραχύτατον, καὶ τὴν σύστασιν ὁμαλῶς διὰ παντὸς ποιεῖσθαι τοῦ φύματος. Ἀνωμαλίαι γὰρ ἔχοντος αὐτὸς ῥαγῆναι καὶ διαφέρεσθαι τὸ ἕλκος κίνδυνος 7 ὄζειν ἡλιοῦσθαι. Ἐξομαλίζειν τε χρὴ πάντα τρόπον· καὶ οὔτε διαιρεῖν φέρειν, μήτε 8 αὐτόματον εἶναι ῥαγῆναι. Τὰ δὲ ἐκπύοντα διαιθέμενα ὁμαλῶς, ὡς ἑτέρωθι εἴρηται.

1 *Vellellis autem tum dentium tum vuarum, quilibet vti potest; nam simplex horum vsus esse videtur. Cæterùm in* 2 *tumoribus quæ carnis superficiem occupant, & vlceribus, eadem, quæ in aliis granioribus morbis, cautiones adsint. Tumores enim dum efflorescunt* 3 *deprehendere, maximè ingeniosum habetur, eosdémque discutere, & collectiones ipsorum impedire.* 4 *At qui eorum iam consistunt, eos in conspicuum* 5 *& quàm breuissimum locum contrahere, & collectionem ipsam* 6 *æqualem per totum tumorem efficere: Nam vbi inæqualiter se habuerit, metus erit ne rumpatur, & vlcus* 7 *ægrè curabile reddatur. Æquabile itaque reddere oportet, per totum æquabiliter concoquendo, & neque priùs aperire, neque committere vt vltrò* 8 *rumpatur. Quæ verò æquabiliter concoquere possint, in aliis libris sunt tradita.*

COMMENTARIVS.

1 Nam, absque arte, quiuis facilè his vti poterit.

2 Qui statim generantur & augentur: ducto nomine ex terra nascentibus, quæ φυόμενα vocantur. Ex quocumque humore in quacumque parte orti fuerint, ex quacumque causa, siue humoris feritate concitati fuerint, vel exclusione partis potentis, aut dolentis attractione, vel congestione.

3 Cùm iam iam sese attollent & in conspectum dabunt, id præcognoscere maximè ad curationem facit: dum concitatos, ne increscant, impedire arte liceat.

4 Qui iam consistunt, in rheumate συνεστηκότα, ad pepasmum ducendi, & systasis molienda.

5 Ad peripheriam prolectandi, vt in minimum spacium arctentur.

6 Æqualitas pepasmo domitæ materiæ calidi natiui robur indicat, & materiæ bonitatem.

7 Calido natiuo spoliata pars, ab eruptione.

8 Exedit

8 Exedit enim morâ ſubditas partes; &, exedendo ſuperficiem, vaſtiorem cicatricem præbet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τὰ ἕλκεα δοκεῖ περαίας ἔχειν τέσσαρας· μίαν μὲν εἰς βάθος, πυῖλα δ' ὅτι τὰ 2 συεχωδέα, 3 καὶ ὅσα ὕπουλά ἐστι, καὶ ἔνδοθεν κεκοίλασμένα. Η δὲ ἑτέρη, εἰς ὕψος, τὰ ὑφεστηκότα. τρίτη δὲ ἐστὶν εἰς πλάτος· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ καλεόμενα ἑρπητικά. τετάρτη ὁδός ἐστιν, αὕτη δὲ μόνη κατὰ φύσιν εὖ δοκεῖ 4 * κίνησις. Αὐτῶν μὲν ἐν ξυμφορῇ τοιαῦτα σαρκὸς εἴσιν, ξύμφυσις γίνεται 5 πᾶσι δὲ † κοινὰ τὰ ξυμφέροντα. 6 Καὶ τὰ μὲν τούτων ἐν ἑτέροις σημεῖα δεδήλωται. καὶ ἡ χρῆσιν ἔχουσα ὀπτικὴ εἰρήσεται.

1 *At verò vlcera quatuor vias habere videntur: vnam in profundum: hæc autem ſunt illa* 2 *fiſtuloſa*, 3 *& quæ ſub cicatrice latentia ſanie plena ſunt, & intus excauata. Alteram in ſublime, quæ videlicet carne ſuperexcreſcunt. Tertia via eſt in latitudinem: atque hæc ſunt quæ appellantur ſerpiginoſa. Quarta via eſt quæ ſola ex lege naturæ eſſe videtur*; 4 *motus. Et hi quidem carnoſæ ſubſtantiæ euentus ſunt*, 5 *cunctis conuenientes in his, quæ ipſis debentur remediis.* 9 *Et ſigna quidem horum in aliis relata ſunt, itémque qua curatione & prouidentiâ vtendum ſit.*

COMMENTARIVS.

1 Vlcera ſunt varia ex eorum viis quas legunt: vnde naturæ lege conſociata violantur, aut quæ natura ſeparauit vniuntur.

2 Κοῖλα, vt fiſtulæ, ſinus, cancri.

3 Quæ mox πληρώματα vocat.

4 Coalitus ſcilicet; quo ea quæ natura ſeparauit vniuntur; aut inania replentur: manifeſtâ vlceratione prægrediente; vel non, vt euenit in fœtu: hîc κίνησις: ibi, ξύμφυσις erit.

5 Nam conſectanei ſunt affectus eiuſdem cauſæ; nam ſoboles sũt efferi ac indomiti ſucci. Doct. Zuing. in eo ipſo quod afficit conueniunt. Subintellige d. ἕνεκα. τὸ ξυμφέρον d. vox eſt cognata τῇ ξυμφορᾷ: illud cauſam morbificam: hæc, morbum, effectum, exprimere videtur.

6 De notis vlcerum alii libri ſunt conſulendi: nam hîc tyronem tantum ad rationalem medicinam format.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Αἱ οὖν ἡ τὸ ξυμφύσιων 1 διαλυθήσεται, καὶ 2 τὸ πληρώμιον, ἢ 3 κοίλην γλυφίδα, ἢ πῇ εἰς 4 πλάτος περίειμι ποιούμενον, προσηκόντως ἀεὶ τοιούτοις ἐν ἄλλοις εἴρηται. Περὶ δὲ καταπλασμάτων ὧδε. Τῶν ὑπὸ σπληρώμων ὀδυνέων, ὁκόταν ἡ χρῆσις τοῦ φαρμάκου ἀκριβὴς εἶναι δοκῇ, καὶ τὸν ἕλκεος ἀρτιβλῆτα ἐόντα, τὸ ὑπὸ σπληρώμιον ὀδυνᾶται, πρὸ ἢ καὶ ὑπαλάμασθαι χρὴ ὁ κύκλῳ τόπον τοῦ ἕλκεος χρῶ. Χρήσις γὰρ αὕτη καταπλάσματος ἔμπροσθέν τε καὶ πλείστα 7 ὠφελεῖ διωμάμιν. Εὐδόκει γὰρ τοῦ μὲν ἕλκεος ἐπιτροπεύειν ἡ τοῦ ὑποσπληρώμονος διώμαμις, τὸ δ' ὀδύνιον 8 φυλάσσειν· τὰ δ' ἔξω μὲν 9 τοῦ ἕλκεος τὸ κατάπλασμα ὠφελεῖ· τῷ μὲν οὖν χρῆσιν αὐτῶν εὖ δεῖ τοιαύτῃ.

Per quæ autem id, quod coaluit; 1 *ſoluatur*; *vel quod à carne enaſcente* 2 *repletum eſt, aut* 3 *cauum euaſit, quodve in latitudinem* 4 *iter fecit*; *de his aliàs dictum eſt. De Cataplaſmatis verò ſic ſe res habet. vbicunque lineamentorum, quæ imponuntur ac induuntur, vſus in morbis exquiſitus eſſe debet, ipſi quidem* 5 *vlceri lineamentum quod imponitur accommodato; cataplaſmate verò in* 6 *ambitu vlceris vtitor. Etenim hic cataplaſmatis vſus, & artificialis eſt, & plurimum* 7 *auxiliare poteſt. Videtur enim vlceri opitulari vis eorum quæ circumponuntur: ſed cautio adſit ne hæc* 8 *lineamentum feriant: nam partibus potiùs extra vulnus poſitis opitulatur cataplaſma. Talem proinde eorum vſum eſſe oportet.*

DE CATAPLASMATIS.

COMMENTARIVS.

1 Ferro, cauſticis, vel ἐμπλάστοις.

2 Abſtergendo, exedendo τὸ ὑφεστηκός.

3 Sarcoticis redintegrandum.

4 His quæ ſerpiginem ſiſtunt, & peripheriam tegunt.

5 Ad influxi ichoris abſumptionem & eductionem.

6 Ad carnis intemperie affectæ, vel incurſui expoſitæ redintegrationem.

7 Exhauriendo inquinamenta, & ab influxu vindicando.

8 Ne madeſcat à cataplaſmate vlcus, ne ſtrepta exuantur ſuis remediis.

9 Vt aditus ſuccis intercludatur ad partè ægram.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Περὶ δὲ 1 καιρῶν, ὁκόσοι τούτοις ἐπιτήδειοι χρήσιος δεῖ· ἢ τοὺς 2 δ' ἰητρικοὺς ὡς χρὴ σφῶν γεγραμμένων καταμανθάνειν. Φιλοτέχνεσθαι δὲ τὰ τοιαῦτα * ἐπὶ πλεῖον προσήκει τοῦ κατ' † ἰητρικὴν ὀπτικὴν μελέτας, καὶ πόρρω τῶν τῆς τέχνης 3 ἤδη φροντιδοτος ἐόντα. Ἐχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ καὶ χρὴ τραπέζῃ ἡγεμόνων τῶν μαχητῶν χειρουργίη, ὡς πλεῖστα ἐξαίρεσιν σφῶν βελέων. Ἐν τίσι χρὴ πόλιν διαζώσῃ, βραχέα. τῆς ὅτε τοιούτων ἡ χρῆσις. ὀλιγάκις γὰρ ὧν αὐτὴ τῷ χρόνῳ γίνεται πολιτικαὶ τραπέζαι καὶ πολεμικαί. ξυμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα πλειστάκις καὶ ξυνεχέσταται ὡς τοῖς 4 ξενικοῖς τραπέζαις γίνεσθαι.

Iam 1 *verò de occaſione, qua vſus horum ſingulorum inire debeat, & quo modo præſcriptorum* 2 *vires diſcere oporteat, in præſens relinquimus: maiorem namque in arte induſtriam requirunt, & eius tantum, qui magnum iam in arte; progreſſum fecerit, propria ſunt. His deinceps eſt Chirurgia vulnerum in militia acceptorum, in extractione telorum. In oppidanis conuerſationibus rarior horum vſus eſt: Rarò enim vel totâ hominis ætate, in eadem vrbe vel ciuilia diſſidia, vel oppugnationes hoſtiles oriuntur. Sæpè autem ac frequentiſſime * in externa militia euenire ſolent.* CHIRVRGVS miſſ. iet.

COMMENTARIVS.

1 In quo morbi momentò horum ſingulorum vſus eſſe debeat, & qua ratione effectus illorum cognoſcendus; ad Tyronem non pertinet.

2 Ex naturæ humanæ cognitione, totiuſque eius œconomiæ gubernatione. quæ monſtrabit quo modo caro gignenda, vel luxurians abſtergenda, &c.

3 Qui cauſas iam omnium mutationum in corpore quæ fiunt perueſtigat. Ita ſuaui in philoſophia verſantur ſemper medici, dum perueſtigant cauſas diſſoluentes, erigentes, & enecantes corpus humanum: & hanc cottidie apud ægros agi naturæ comœdiam vident.

4 Ita in ſcloperetorum iam vulneribus, quæ primò, dum ſuppurato nimium ſtuderent chirurgi, funeſta; iam balſamis ſanabilia habentur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὸν 1 μὲν μέλλοντα χειρουργῶν, τρατιήσεσθαι δεῖ, καὶ παρακολουθηκέναι τρατεύμασι ξενικοῖς· ὅπως ἂν ἐν γεγυμνασμένῳ σφεῶς 2 τοῦτο τῷ χείλεϊ. ὁ δ' εἶναι δοκεῖ σφὶ τοῦτο τεχνικώτερον, εἰρήσεται. Τῶν γὰρ ὅπλων ἐόντων 3 καὶ σημεῖα πεποιεῖσθαι, τίχνης δεῖ πλεῖστον μέρος ἐν τοῖς σφὶς τοῦτο χειρουργίης. Τέτυ γὰρ παράξαντος 4 ἐκ ἂν φαλίστατος 5 τραυματίας ἀγωνδεὶς, ὅταν χειρουργῇ μὲ σφοσηκόντως. Μόνος δ' ἂν ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος ἐκάστου δύναιτο. Περὶ δὲ τετίων ἀπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένων ἐστίν.

Qui itaque 1 *hac chirurgia vti volet, eum militare oportet, & externas militias ſequi. Ita vſuſe exercebit ad huiuſmodi* 2 *neceſſitatem. Quod verò in his omnium maximè ingenioſum eſſe videtur, referam. Telorum & armorum in corpore hærentium* 3 *ſigna inuenire*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 173 sur 513

©BIUM

dagare ac inuenire, maxima artis & chirurgiæ huc pertinentis pars existit. Vbi autem hoc innotuerit, 4 non relinquetur 5 vulneratus ex ignorantia neglectus, si quando aliter quàm decet curari cœperit. Solus autem is, qui signorum peritus est, dextrè hanc chirurgiæ partem tractabit. Verùm de his omnibus alio loco scripsimus.

COMMENTARIVS.

1 Nam barbari maximè sagittis se armabant, Traces, Scythæ, Persæ. Iubet medicum bella externa sequi, & in quouis armorum seu telorum genere dignoscendo exercitatum esse, quò faciliùs naturam vulneris agnoscat, & ita opituletur.

2 Nã nil rectè sine vsu; vt nil vsu benè sine iudicio. Nam vt d. Sallustius, vtrumque per se indigens, & alterum alterius auxilio eget. nam Iudicium difficile distinctione corporum, causarum, signorum & remed. ad cognoscendum, prædicendum, & curandum: quòd similitudines sæpe bonis Medicis imponunt. Et multa sæpe solitaria ratio suadet, quæ vsus coarguit.

3 Id est, perspicientia vulneris ab armis seu telis inflicti, medelâ longè ingeniosior est.

4 Nam qui signis exploratam habet naturam vulneris, iudicare poterit, num rectè ab aliis habeatur: & is solus, qui signis dignoscit vulnerum naturam, dextrè medicinam adferet.

5 Τρωματίης aut τραυματίης dicitur Hippocrati qui vulnus accepit.

HIPPOCRATIS LEX.

ARGVMENTVM.

ELEGANTIA huius scripti Hippocratem eius auctorem essa demonstrat: Significantia hic verba, & accurata sapientia in rebus. Hæc lex, in Rep. medica, canon est, quo dignoscuntur docti ab his, qui non verâ arte medicinam faciunt. Ac deplorat Medicinam, artem omnium nobilissimam, iam vilissimam, (ob quorundam improbitatem, qui hanc faciunt; ac aliorum ignaua iudicia, qui prauè de medicis iudicant,) euasisse. Est autem Hippocrati Lex, recepta in quaque regione vita traductio: quam & victum & educationem & vernaculam consuetudinem nominamus, inquit Galenus libri, Quod animi mores corporis temperaturas sequantur, octauo.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΟΜΟΣ.

ΙΗΤΡΙΚΗ τεχνέων μὲν πασέων ὄδιν 1 ὄπιφανεστάτη. Διὰ δ' ἀμαθίην 2 δή τε χρεωμένων αὐτῇ, καὶ τῶν εἰκῆ τὰς * τοιάσδε κρίνόντων, πολὺ πασέων ἥδε τῶν τεχνέων ἀπολέλειπται. Ἡδὲ τῶν δ' ἀμάρτυς, τὰ μάλιστα μὲν δοκεῖ ἔχειν, ἀτίμῳ τετίμηται. 3 Πρῶτα μὲν γὰρ ἰητρεῖης μοῦνος ἐν τῇσι πόλεσιν οὐδεὶς ἀνέχεται, πολλῷ ἀνόξίης. Αὐτὴ δ' ἐ πρᾶσσε τοὺς ἐξ' αὐτῆς συγκεκλύσθαι. ὁμοιότατοι γὰρ εἰσὶν οἱ τοιῆδε τοῖσι παρισταμένοισι φερσιπόνοισιν ἐν τῇσι πταισμοδίῃσιν. † Ὡς γὰρ ἐκεῖνοι ῥᾴμα μὲν, καὶ στελλὴ καὶ φέρεσθαι ἐπιτήδεα ἔχουσιν, ἐς ἐσθῆτα δ' ἐπιτήδεα πολὺ οὔτω καὶ οἱ ἰητροὶ φήμην μὲν πολλὴν, 4 ἔργῳ δὲ παῦρα βιοῦσι. χρὴ γὰρ καὶ ὅ τις μέλλει ἰητρὸς ἔμπειρος ἀρτίως ἔσεσθαι, ὧδέ μιν * ἐπιτήδειον ἡμῖν εἶναι, 5 φύσιν, 6 διδασκαλίης, τόπου εὐφυέος, παιδεύσιος, φιλοπονίης, χρόνου. Πρῶτον μὲν ὧν πάντων δεῖ φύσιος· φύσις γὰρ ἀνθρωπηΐη ἐστὶν, κινεῖ πάντα.

* τοιούτους

* καὶ ἐπιτήδειον

HIPPOCRATIS LEX.

MEDICINA cunctarum Artium est 1 præcellentissima. Attamen tum ob 2 insciticm eorum qui medicinam faciunt, tum (ob ignorantiam) eorum qui temerè hos (bonos esse medicos) iudicant, plerumque cæteris artibus postponitur. Causam verò huius erroris, talem maximè esse puto. 3 Quòd soli Medicinæ nulla mulcta in Republica sit constituta, quàm infamia. Verùm hæc minimè eos affligit, (cùm hæc eis adeò sit familiaris,) vt ex ea conflati ac facti esse videantur. Hi sanè Medici simillimi sunt personis quæ in tragœdiis introducuntur: vt enim hi ludiones figuram, stolam & faciem referunt eius cuius personam agunt, ipsi autem verè non sunt illi: ita & Medici famâ sunt quamplurimi, 4 opere verò rarissimi. Quicunque enim exactè velit Medicam scientiam sibi iungere, is horum subsidiorum necessariò compos factus, hoc obtinere poterit, n. 5 naturæ, 6 doctrinæ, loci studiis apti, institutionis à puero, alacris diligentiæ, temporis. Omnium autem primum naturâ opus est: Natura enim reluctante, irrita sunt omnia.

COMMENTARIVS.

1 Per se ob subiecti, quod tractat, nobilitatē quod immortalis animæ ac diuini spiritus est habitaculū: deinde quòd omnium artium vtilissima: nihil enim vitâ ac sanitate homini necessarium magis, sine qua sanitate, nulla fortunæ bona, bona esse possunt.

2 Nam qui prauè Medicinam faciunt, huic infamiam inferunt: qui verò prauè iudicant, eam deridēt. solent enim homines vel odisse, vel superbè contemnere ea quæ non intelligunt.

3 Causa est, quòd nullam pœnam statuant, qui de hac tam malè iudicant. Nec illi medici verentur admodùm de infamia, quòd quæstui solùm Medicinam habeant. & proscriptio ab vrbibus his familiaris est. Queritur de his Cato apud Plinium 29. lib. 1.

4 Est enim difficilis Medicina ob iudicij difficultatem, & ob experientiam. Est autem difficile iudicium, distinctione corporum, causarum, ac signorum, & remediorum: ad cognoscendum, prædicendum, & curandum. & similitudine bonis Medicis sæpè imponunt. Et solitaria ratio sæpè multa suadet, quæ vsus coarguit. Et experientia periculosè fallax est, & fallaciter periculosa.

5 Vt illi adsit ingeniū, & veritatis amor. hæc à Deo sunt. & naturæ quadam indole feratur ad Medicinā.

6 Quô certa Methodo discat.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 174 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Φύσις ὑγιείης εἰς τὸ ἄριστον ἐπιτήδευσις, διδασκαλίη τέχνης γίνεται. Ἢν μὲν ἐρεθίσιος δεῖται παιδοπαθέος, 2 παιδοφιλέα ἦθος μάθησιν, ἐν τῷ τόπῳ, ἐκεῖ ἀφυὴς περὶ μάθησιν ἔσται. Ἐπὶ δὲ 4 φιλοπονίῃσι προσανέλκωσιν εἰς 5 χρόνον πολλὸν, ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσιωθείσα δέξεται τε καὶ βαλλέσθω τοὺς καρποὺς ἐξενείκωσι. Οἷσιν γὰρ τὸν τῆς γνώμης θησαυρὸν, τοιάδε ἡ τῆς ἰητρικῆς ἡ μάθησις. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων, ὁκοίη τις χρὴ εἶναι· τὰ δὲ διδάγματα, ἡμῖν διδασκόντων, ἐοικότα τοῖσι σπέρμασι· ἡ δὲ παιδοτρόφησις, τὸ, καθ' ὥρην ἕκαστα τοῖσιν εἰς τὴν ἄρουραν. Ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ ἡ μάθησις, ἐοικὸς ἡ ὅκοσα τοῖς φυομένοισιν. Ἡ δὲ 7 φιλοπονίη, ἐργασίη. Ὁ δὲ χρόνος 8 πάντα * ἐπιτελέει πάντα, ὡς τεκμήρια τελέως.

* ἐπεργάζεται

* doctrina

*Naturâ verò ad 1 optima viam affectante, artis * perceptio euenit. Quam ipsam cum prudentia assequi oportet, ita vt instituatur à 2 puero, idque 3 in loco qui doctrinæ dicatus est. 4 Præterea alacrem diligentiam ad hanc rem adferat, eamque diu 5 præstet, quò doctrina firmè radices agens ac quasi ingenerata, fœliciter, & cum profectu, fructus benè maturos proferat. Qualis enim in terra nascentium observatio, talis etiam Medicinæ cognitio. Natura enim nostra veluti ager est; dogmata verò docentium, veluti semina sunt: institutio à puero respondet 6 oportuno tempori, quo semina terræ committi debent. Locus verò in quo docetur, est veluti nutricatus, quo plantæ fruuntur ex ambiente aëre. 7 Studium autem, cultura est. 8 Tempus tandem hæc cuncta firmat, quò perfectè enutriantur.*

COMMENTARIVS.

1 Et promptitudo quædam adsit ad Medicinam. & veritatis amore flagret: non sectæ alicuius amore ferueat.

2 Educatio. laudatur Medicus παιδομαθὴς non ἐμμαθὴς. vnde honorificè vtetes παῖδες ἰητῶν dicti: à teneris quasi vnguiculis eò enutriti.

3 Vbi præceptores iudicio & vsu edocti. & vbi frequentes ægri. Ita qui chirurgiæ vacant, sequantur militiam. Præceptores habeant benevolos ac faciles, cum quibus sæpè conferant, quo filo studia sint ducenda, sint dico illi fidi ac amici. Agesilaus olim interrogatus, Cur non sibi adiungeret præceptorem Philophanem sophistam, cum esset discendi auidus? Respondit, horum esse volo discipulus, quorum sum & filius. significans plurimum interesse qualem nactus sis præceptorem.

4 Diligentiâ opus est.

5 Diu multumque discat, & exerceat se. In omni vita opus est diligentia. Cùm formicas grana conuehentes contendentésque in commune spectamus, existimare debemus hanc tanquam Dei vocem esse, quæ iubet ocium, nocentissimam pestem, fugere, & suscipere honestos labores, quibus ea nobis, quæ in omni vita necessaria sunt, comparemus, & societatem communem hominum iuuemus. Et nihil tam difficile, quod non facile reddat diligentia: Perrupit Acheronta Herculeus labor. Minus ingenio potes? subsidio tibi diligentiam compara: poteris. Quod olim Simonides de virtute, id nos de scientia medica dictum putemus. ait· Θεὸς πάντων ἐλεύθερος ἔσσαλος, ᾧ μὴ δικέδυμεν ἰδρὼς ἔνδοθεν ἰόλῃ, ἵκηται ἄκρον ἀνδρείας. Id est, Nec verò omnium mortalium oculis aspectabilis est, cui non sudor animum mordens intus venerit, non peruenire possit ad summitatem fortitudinis. Et eleganter Pindarus, Πρὸς ἀκρὰν ἀρετᾶς ἵκεσθαι, ὅστε πόνων ἐγκύρσαντο, σὺν θεῷ δ' πόγε. hoc est, Ad summum virtutis peruenerunt. qui labores experti sunt, cum Dei fauore.

6 Tempus sementis est tempus iuuenile. Sed multa sunt quæ agrum hunc sterilem reddunt, inopia iudicij, curiositas, inconstantia, præcipitantia, & peculiare hoc iuuenibus vitium ambitio & philautia. Existimant enim se iamilla scire quæ nesciunt; putantque iam se eò deuenisse quò pergere debebant. Quare nunquam eò deueniunt: non enim is qui se Romæ esse putat, ad eam vnquam iter instituet.

7 Et mox inde honor: nam vt scribit Pindarus, ἔχυτο δ' ἀρὺ κλέος κόραι Πιερίδες Διός. Id est, Præbent quoque amplum decus Pierides, filiæ Iouis.

8 Ita Cæsar, libro sexto auctor est, Druidas annis vicenis in disciplina permansisse. Et antiquus Medicus Euryphon interrogatus quonam præceptore vsus esset? Respondit, tempore.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ταῦτα * ὧν εἰς τὸν ἐπιτηδεῖον ἐπιστησεγκαμένος, καὶ ἀρετὴν αὐτοῖς χρῆσθαι λαβόντας, ὅπως ἀνὰ τὴν πόλιν φοιτεῶντας, μὴ λόγῳ μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι. 2 Ἡ δὲ ἀπειρίη, κακὸς θησαυρὸς, καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτὴν, καὶ ὄναρ, ἢ ὕπαρ, ἐνθυμίης 4 τὴν ἧσσαν ἐφερπούσης ἄμοιρον, δειλίης 5 τε καὶ θρασύτητος πολλῆς. Δειλίη μὲν γὰρ ἀδυναμίην σημαίνει· Θρασύτης δὲ ἀτεχνίην. 7 Δύο γὰρ, ὀπτήσιν 8 τε, καὶ 9 δόξα ἐστὶν ὧν τὸ μὲν ὀπτήσασθαι ποιέει, τὸ δὲ ἀγνοεῖν. Τὰ 10 δὲ ἱερὰ ἔστι σφίσματα, ἱερεῦσιν ἀνθρώποισιν δείκνυται· βεβήλοισι 11 δὲ ὁ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ὁπτήσωνται.

*His ergo ad artem medicam allatis, & exactè cognitione eius comparatâ, atque sic denique per vrbes ambulando, 1 non verbis solùm, verùm & opere medicos censeri conuenit. 2 Imperitia verò, malus thesaurus est & infœlix opulentia his, qui eam possident, tum 3 opinione ipsa, tum 4 reuera considerantiæ ac latitiæ expers, 5 timiditatis ac * temeritatis 6 nutrix. Siquidem timiditas impotentiam significat: temeritas verò artis ignorantiam arguit. 7 Sunt enim duo 8 scientia, & 9 opinio; quorum illa scire facit, hæc verò ignorare. 10 Cæterùm res sacræ, sacris hominibus * aperiuntur: 11 prophanis id fas non est, priusquam scientiæ orgiis initientur.*

* audaciæ

* Demonstrantur.

COMMENTARIVS.

1 Nam παιγλωσσία multi Medici laborant: sed elegàter Pindarus, ἐξεροὶ παιγλωσσία κέρανες ὡς ἄκραντα γαρύετον, i. vehementes garrulitate, velut corui irrita clamant. verè tibiæ Demadis; ex quibus si linguam detrahas, reliquum inutile erit.

2 Nam hi nunquam lingua in mentem intincta loquuntur.

3 Nam persuadent sibi falsò se aliquid scire, ac veluti somniant. Homer. v. ἐμὸν κῆρ χαῖρ', ἐπεὶ ἂν ἐράμενον ὄναρ ἔμμεναι, ἀλλ' ὕπαρ ἦδη.

4 Hoc vocat somnium. nam nihil certa ratione agunt.

5 Quia ipsi sentiunt suam impotentiam.

6 Nam promittunt superbè in calamitosis etiam morbis salutem. quia non norunt morborum indolem, ac euentum. Rectè Antiqui, ἀμαθία θράσος ἐπῳδός. Ac indocti in pronunciando audaciissimi sunt. Proprium est Temeritati, accersere pericula non necessaria: vt Audaciæ, nulla ad pericula exhorrescere.

7 Imaginariam enim solùm artem norunt, non artem: nam illa ab opinione; hæc, à scientia venit.

8 Quando animi conceptus cum rebus consentiunt, dicitur scientia & ars.

9 Cùm dissentiunt conceptus à rebus. Inde surgunt falsi artifices.

10 Deorum & Nobilium genus, Asclepiadæ instituuntur. Vel quibus natura & studium indefessum adest.

11 Ἐπὶ τὰ ἀδέξια συσκιάζουσι.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 175 sur 513

HIPPOCRATIS DE ARTE.

ARGVMENTVM.

MEDICINAM vniuersim contra imperitos & plebeios ab iniurijs vindicat incertitudinis: ac tandem eius certitudinem peculiariter demonstrat. Vt libro De vteri Medicina contra Sophistas, ita iam contra idiotas artem Æsculapidum defendit. Dignus Hippocrate liber, sine quis τὸ πρᾶγμα, ita λέξιν ἢ τὸν τρόπον inspiciat. Inscribitur, De Arte κατ' ἐξοχήν. Nec malè puto inscriberetur, Πειὶ ἀνδρὸς ἰητρικῆς.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.

ΕΙΣΙ 1 πρὸς οἱ τέχνῃ πεπολλῷ, τὸ τὰς τέχνας ἀιχροπαθεῖν. ὡς μὲ ὄιεσ) ἐ τοῦτο διαπρηκτόμενοι, * ὃ ἐγω λέγω, ἀλλ' * ἰσοείης ὀνδὲν ἐξεῖν πευέμενοι. 2 Ἐμοὶ ὃ τὸ μὲν πρῶτον μὲν εὐκατορθώσιος ἐξευρεῖσαι, ὅ, τι χὴ εὑρεθὲν κρέσσον ἢ ἀνεξεύρετον, ξωιέστος δοκέει ὀνδόμεναί τι χὴ ἔργον εἶ)· καὶ τὸ τὰ ἡμέρεα ἐς τέλο ἐξεργάζεδ ὡσαύτως. 3 Τὸ ὃ λόγων ἢ κακῶν τέχνη τὰ τοῖς ἀλλοῖς εὐκρηφία ἐξωιμένεδς, ἐπεσορθεῖσα μὲ μηδὲν, διαβάλλοντα ὃ τὰ πρῶ εἰδότων πρὸς τὲς μὲ εἰδότας ἐξευρήματα, ἰκέτι δοκεῖ ξωιέστος ὀνδόμεναί τε καὶ ἔργον εἶ), ἀλλὰ 4 κατασκελὴ μᾶλλον φόσιος, ἢ ἀτεχνίη. Μεύνοισ γὸ τοῦσιν ἀτέχνοισιν, ἢ ἐχρασίη αὐτὴ ἀρμόζει, φιλοπρωμυθέων μᾶλ, (* ἰδιωτικὸ ὃ δωιακῶων ς κρίσις ὑπερχύεν) εἰς τὸ τὰ πρῶ πάλας ἔργα, ἢ ὀρθὰ εὐόλα διαβάλλειν, ἢ ἐπὶ ὀρθὰ μωμέεδς.

* οὐχ ὁλέ.
* hoc est
* γνώσεως

* οὐπῶς

HIPPOCRATIS DE ARTE.

*IVNT 1 quidam qui artem profitentur hanc, quae caeteras artes dehonestare docet. Attamen id, vt illi sperabant, non conficiunt, sed tamen id, vt mihi videtur, facium [non aliam ob causam, quàm] vt variam suam eruditionem ostentent. 2 Mihi verò inuestigare aliquid eorum quae nondum inuenta sunt, quod ipsum notum quàm ignotum esse praestat, * scientia, omnium votis optabilis, negocium videtur esse: similitérque ea quae dimidium peruestigationis habent, plenè absolnere. 3 [Contra] maledicentiae arte, ea quae ab aliis inuenta sunt turpiter incessere velle, nullo quidem castigandi, sed ea quae à peritis peruestigata sunt apud imperitos calumniandi studio, id profectò non scientiae optabilis negocium videtur esse, sed aut [malignae] 4 naturae, aut ignorantiae argumentum. Solos enim imperitos artis hoc factum decet, qui * ambitiosè quidem contendunt, (5 quamuis maliciei non respondeant eorum vires) vt aliorum praeclara opera calumnientur; vel si illa vitiosa fuerint, ad reprehendendum se conuertant.*

* intelligentiae,

* ambitiosè inuident.

COMMENTARIVS.

1 Proœmium: in quo benevolos & attentos reddit lectores. dicit, contra calumniatores scripturus sum, qui veritatem violant; & à scientia, bona ingenia auertunt, non ratione, sed calumniis. Praua quædam ingenia semper, iudicio vsuque formata deformare, nouáque importare conantur: argumento sit Asclepiades. Hæc olim: quid nunc? quid nunc non? calumniæ nulla nunc via clauditur. Reprehendit hoc Plato in Euthydemo. ἀντιλογικὸν, est διαβαλλὴ ὀπὶ χωρίας.

2 Discriminat artificem bonum à calumniatore & personatis impostoribus. Nam verus artifex exercitationem suam cunctam omnemque scientiam refert ad honestamentum & absolutam constitutionem artis.

3 Q.d. calumniatores ornatum artis contemnunt, sed gloriolam sibi captant & lucellum calumniâ.

4 Hoc est, insectando, indolis suæ petulantiam produnt, κατασκελὴ, i. καταρρεία, παρέσασις.

5 Doctissimus Zuingd. ἢ δυώαν) ὑπαρχέειν: meliora præstare nequeunt, καὶ ἧς ὑ subintellige ὑπὸ, propter imperitiam & improbitatem.

6 Q.d. propter imperitiam meliora edere nequeunt, hinc est quòd ex calumniis laudem captent: quod vir bonus nunquam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τὲς μὲ ἓν εἰς τὰς ἄλλας τέχνας τοῦτο τῷ τρόπῳ ἐμπίπλοντας, οἷσι μέλει τὸ, * καὶ ὃν οἷς μέλει, οἱ δυνάμενοι καλυέμεν. 2 Ὁ ὃ λόγος πρέων λέγει, τοῖς ἐς ἰητρικὴν οὕτως ἐμπορευομένοις ἀναπώσεται, ὄρα πιθανὸς ἐὼν μὲ, διὰ τοιῆτος οὐκ ἔχειν ἀπορίην δὲ διὰ τὴν τέχνην 3 βαλεῖ, ἀμαθέσι ὃ διὰ 4 σοφίην ἢ πεπαιδεῦσθαι. 5 Δοκεῖ δή μοι τὸ μὲν ζητεῖν τέχνη εἶ) ὑδεμίαν ἐκ ἐοῦσαν. καὶ γὸ ἄλλον ὀῤῥ ἔστιν τι ἐξεῦρε μὴ ἐὸν· 6 Ἐπεὶ ὀῤῥ γε μὴ ἔστ', τίνα ἂν τὰς οὐσίας θεασάμενος, 7 ἐπαιδεύθη ὡς ἔστιν; 8 Εἰ γὸ * δὴ ἔστ' ἰδεῖν τὰ μὴ ἐόντα, ὥσπερ τὰ ἐόντα, ἐκ οἶδ' ὅπως ἂν τις αὐτὰ νοήσειε μὴ ἐόντα, ὥσπερ τὰ ἐόντα, (ἄλλα εἶναι † καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν, καὶ * μὴ ὄντα γοῦσα ὡς ὄντα) ἀλλ' ὅπως μὴ ἐὼν τοῦτο τοιοῦτον.

* καὶ ὃν ᾧ
* μὴ ὄν
* γνώμῃ δύνασθαι ἢ διανοίᾳ. Posset, sed ὅπως non-nihil.

Cæteros verò qui alias artes [petulanter] hoc modo inuadunt, hi apud quos harum tutela est quibusque ea cura incumbit, siquidem possunt, coerceant. 2 Hæc enim iam susceptæ disputatio, illis qui medicinam hoc modo inuadunt aduersabitur, confidens quidem propter eos quos insectatur; vtilis verò ob artem 3 cui opitulatur; potens denique ob 4 sapientiam quæ est eruditè culta. 5 Videtur sanè mihi in vniuersum nulla ars esse, quæ non existat: nam absurdum est aliquid esse existimare, quod nusquam sit. 6 Deinde eorum quæ non sunt, quamnam quis essentiam animo complectens affirmare 7 possit quòd sint? 8 Si enim ea quæ non sunt non potis est videre, quemadmodum ea quæ sunt, haut equidem scio quo modo quis mente complectetur ea quæ non sunt, vti complectitur ea quæ sunt, (quæ oculis cernuntur, menteque intelliguntur quòd sunt) nisi complectatur eatenus, quòd nimirum non sint.

COMMENTA

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 176 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Beneuolentiam captat à ſuo officio: verorum artificum eſt ſycophantas hos eiicere in omni arte. Ita debellauit Galenus Methodicos.

2 Opponere ſe velle, medicinæ calumniatoribus ait, armis his quibus eorum inſania profligetur: n. poſſe, ſcire, velle. Nam ambitioni, & lucri eorum captationi opponit ſuam integritatem: & eorum petulantiæ, ſuam alacritatem. illud θραπεύεσθαι ad voluntatem pertinet, propter horum ambitionem. Quin ſuam ἐγχείρησιν medicam, eorum ruditati committere nititur, ſiue velint practicam ſiue theoricam. Practicam hîc τέχνην vocat; quæ, vt poſtea dicit, id quod pollicetur efficit: hæc eſt ὑπόσχεσις διὰ τῶν τέχνων. ἐμπορευομένους, id eſt, καπηλεύοντας κέρδους χάριν. Homerus ἔμπορος ὁ γὰρ νηὸς ἐπέβαλλεν, ἐπ' ἐρετάων.

3 N. medicinam, quam defendere vult: quam vſu certam eſſe deprehendit.

4 Ita Theoriam innuit ob certitudinem præceptorum.

5 In Regio codice Titulus hic erat, ὅτι ἀναφαίρεταί εἰσιν αἱ τέχναι. Δοκεῖ δή μοι. &c. Demonſtrat artes non imaginatione vana exiſtere, ſed re. Equidem Ars eſt axiomatum ad vnum finem facientium collectio: quæ à rebus ſub ſenſum cadentibus dimanarunt: Ita vniuerſim ſub intellectum cadit. Syllogiſmus: Non ens, non intelligitur. At omnis ars intelligitur: Ergo nulla ars eſt non ens. Maior clara eſt ex natura non entis: Nam Non ens putare ens, abſurdum eſt: at dicere, non ens intelligi, abſurdum eſt.

6 Et humanus intellectus id etiam arguit: Nam cuius ſubſtantia nequit conſpici, illud, quod ſit, intelligi nequit: At non entis ſubſtantia nequit conſpici. Igitur non ens intelligi nequit.

7 Ἀπαγγέλλειν, τὸ φράζειν ἢ διοικεῖσθαι.

8 Eſt minoris confirmatio: Si non entia ſub ſenſum non cadunt, ne ratione quidem cognoſci poterunt, vt ea quæ ſub ſenſum cadunt: niſi ptinatiuè tantùm, n. quod non cadant ſub rationem. Nam nihil eſt in intellectu, quod non in ſenſu fuit priùs: vel immediatè, vt ignis: vel mediatè, vt deus, n. per ſuos effectus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐόντα ἀεὶ ὁρᾶται καὶ γινώσκεται· τὰ δὲ μὴ ἐόντα, οὔτε ὁρᾶται, οὔτε γινώσκεται. 2 Γιγώσκεται τοίνυν δεδειγμένον ἤδη τὰ τέχνεων, καὶ ἐστὶν ἐξ ἧς ἔστιν ἐξ ἧς ἐστὶν ἀφ' ὁρᾶται. 3 Οἶμαι δ' ἔγωγέ καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, διὰ τὰ εἴδεα λαβεῖν. 4 Ἄλογον δὲ τὰ ὀνομάτων τὰ εἴδεα ἐκγόνους βλαστάνειν, καὶ ἀδύνατον. 5 Τὰ μὲν δὴ θέσιμα, ὁ φύσιν νομοθετήματά ἐστι· τὰ δὲ εἴδεα, οὐ νομοθετήματα, ἀλλὰ 7 βλαστήματα. 8 Περὶ μὲν δὴ τούτων εἰρήσθω ἱκανῶς· εἰ δέ τι καὶ ἐλλιπῶς ἐν τοῖσι ἐρημένοισιν, ἐν ἄλλοις ἐν λόγοις σαφέστερον διδαχθήσεται.

1 *Sed ea quæ ſunt ſemper quidem videntur & intelliguntur: quæ verò non ſunt, nec videntur nec intelliguntur.* 2 *Intelliguntur itaque demonſtratis iam artibus; quin nulla eſt ars, quæ non ex idea quadam rerum videatur.* 3 *Puto ſanè ego etiam nomina artibus ex ideis accipi & imponi.* 4 *Abſurdum enim eſt putare ex nominibus ideas rerum germinare, quin imò impoſſibile.* 5 *Nomina enim 6 natura decreta ſunt. Idea autem, rerum non decreta, ſed 7 germina exiſtunt.* 8 *Quin ſi quis hæc ex prædictis non ſatis intelligit, in aliis ſermonibus clarius edocebitur.*

COMMENTARIVS.

1 Eſt præmiſſæ aſſumptio: ſed non entia ſub ſenſum non cadunt; at entia ſub ſenſum cadunt.

2 Concludit: Itaque non entia ratione nequeunt agnoſci: At entia ratione poſſunt deprehendi. Cauſa huius rationis eſt Ars, non enim ea vlla eſt, quæ non in aliquo certo genere entium occupetur.

3 Id eſt, lege quadam naturæ indita.

4 Ducit argumentum à materia ſubiecta circa quam ars verſatur. Subiectum facit vt ſit ars: non contrà. In eo ſubiecto ars imitatur naturam agentem. Hinc φύσει opponit νόμῳ Hip. Vt natura ſit in rebus: lex in humano intellectu. Ita ducit rationem.

5 Nomina rerum, naturâ exiſtentium, ſimulachra ſunt: cùm ab ipſis naſcantur rebus, non autem res à nominibus. At Ars nihil aliud eſt quàm nominum collectio: i. conceptuum & enunciationum, & axiomatum. Ergo ars eſt rerum naturâ exiſtentium ſimulachrum: quæ ars nomina conceptibus; conceptus verò rebus aptat.

6 Id eſt, nomina ſunt notæ rebus impoſitæ ab hominibus: media q. inter res, & conceptus de rebus qui ſunt in mente. τῶν εἰδέων quæ elucent in rebus ὁμοιώματα, ſunt τὰ νοήματα intellectus. & τῶν ὀνομάτων notæ ſunt nomina. Igitur nominibus conceptus de rebus complectimur. Itaque nomina ſunt naturalia, non ratione originis, ſed ratione ſubiecti ſui, cuius ſunt notæ.

Q. d. vt in frutice roſa, roſa demonſtratur, quæ eſt blaſtema: ita medicina nequit plebeis demonſtrari: quia non eſt βλάστημα ſed νομοθέτημα: i. conceptu decretum, i. nomen.

7 Τὰ εἴδεα, à natura originem ducunt. Res itaque naturales dicuntur collatæ ad ſui ortum.

8 In logicis: & vt Plato in Cratylo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Περὶ δὲ * ἰητρικῆς, ἐς ταύτην γὰρ ὁ λόγος ἡμῖν οὗτος νῦν τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι. 2 Καὶ πρῶτόν γε δὴ ὁρίσεσθαι, ὃ νομίζω ἰητρικὴν εἶναι· 3 τὸ δὴ παράπαν ἀπαλλάσσειν τῆς νοσεύσιος τοὺς κάμνοντας· 4 καὶ τῆς τῶν νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν. καὶ τὸ μὴ ἐγχειρεῖν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῆς νοσημάτων, εἰδότες ὅτι παῦλα οὐδαμῇ ἐπιγίνεται. 6 Ὡς οὖν ποιεῖ τε ταῦτα, καὶ οἷόν τε ἐξ ἀρχῆς ποιεῖν, ἐκ τούτων μοι δῆλα ὁ λοιπὸς ἔσται λόγος. 7 Ἐπὶ δὲ τῇ τέχνῃ ὑποδείξει, ἅμα καὶ τοὺς λόγους τῶν ἀντιλεγόντων ἀνατρέψας ἢ αὐτὸς ἀπόδειξιν τοιαύτην ποιήσασθαι τῶν ἀντίων πρόσεστι τῷ λόγῳ τυγχάνει.

1 *De medica verò arte, nam de hac diſputatio hac ſuſcepta eſt, demonſtrationem inſtituam.* 2 *Et primùm definitione; quid medicinam eſſe putem explicabo: nimirum nihil aliud, quàm* 3 *morbos ab ægris omnino auferre,* 4 *& morborum vehementias obtundere,* 5 *& eorum qui à morbis deuicti ſunt curationem non aggredi, cùm certò ſciat hæc à medicina perfici non poſſe.* 6 *Verum quomodo hæc talia medicina efficiat; quidque vniuerſim præſtare poſſit; de hoc iam reliquum ſermonem inſtituam.* 7 *Simul etiam in arte ſtabilienda demonſtrationibus; rationes eorum, qui eam dehoneſtare contendunt, quatenus hi momenti aliquid attuliſſe videntur, conuellam.*

COMMENTARIVS.

1 Contra hos qui calumniis vexant medicinam.

2 Definitio ex effectis conceſſis, quæ arti medicæ reſpondere demonſtrat.

3 Vt morbum totum extinguat.

4 Vt morborum ſymptomata mitiget.

5 Qui morbi excuti nequeunt, prognoſticis relinquendi, nec magnis remediis tentandi, ne lædas, vel irrites ſilentem morbum.

6 At d. hæc cuncta perficit Medicina q. d. modum hunc tenebo in ſcribendo, vt monſtrem medicinam hæc efficere poſſe: & vna calumnias diluam.

7 Confutabo calumnias

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 177 sur 513

©BIUM

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Εστιν * ὧν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου, ἣν καὶ ὁμολογεόμενον προϊῶν πᾶσιν· Οσοι μὲν ἤδη ὑγιαίνουσι τῶν θεραπευομένων ὑπὸ τῶν ἰητρικῶν, ὁμολογέεται. Οσοι δὲ καὶ πάντες, ἐν τούτῳ ἤδη ἡ τέχνη. 2 Καὶ φασίν οἱ τὰ χείρω λέγοντες, διὰ τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων, καὶ τοὺς ἀποφεύγοντας αὐτὰ, τύχῃ ἀποφεύγειν, ἢ οὐ διὰ τὴν τέχνην. 3 Ἐγὼ δὲ ἀποστρέφω μὲν οὐδὲν αὐτὸν τῇ τύχῃ, ἔργα δὲ πολλὰ τῇ τέχνῃ ἀποδίδωμι· 4 Ηγεῦμαι δὲ, τοῖσι μὲν κακῶς θεραπευομένοισι νοσήμασι, τὰ πολλὰ τῇ ἀτυχίῃ ἕπεσθαι. 5 Τοῖσι δὲ εὖ, τῇ εὐτυχίῃ.

1 *Exordium itaque disputationis hoc erit, cui cuncti assentiuntur. Quod aliqui sanantur eorum qui à medicina curandi suspiciuntur, hoc in confesso est. Quòd verò non cuncti, in eo saltem vulpatur ars.* 2 *Quia his, qui quàm pessimè de ea loquuntur, aiunt, eos qui morbo inuoluti, euadunt, fortunæ ope euadere, non autem artis auxilio.* 3 *Verùm neque ego fortunam fraudo vlla efficacia:* 4 *quin potiùs existimo, morbis male curatis, plerúmque consectarium esse infortunium:* 5 *at benè habitis, bonam fortunam.*

COMMENTARIVS.

1 Aggreditur disputationem. confessum est quosdam curari. Respondet calumniator, hoc fieri non artis, sed beneficio fortunæ.

2 Dicunt, Si medicina est ars, curabit omnes: At hoc non facit: Igitur non est ars; sed quid fortunæ.

3 Concedit vniuersim, in rebus quæ aguntur & fiunt fortunam esse: sed tamen specie & particulariter fortunam potissimùm ab arte pendere.

4 D. malam fortunam nasci ab his quæ citra artem fiunt.

5 D. bonam fortunam oriri ex his quæ arte fiunt.

Fortunam & casum ita distinguit Aristoteles secundo Physicorum, vt Fortuna ex proposito fiat alicuius rei gratiâ, sed tamen præter propositum. Vt si quis lapidem secans, Musarum chorum fortè ibi delineatum reperiat. Casus est rerum quæ consilio non vtuntur, vt si virtum cadens, latus non illidat solo; sed in basin procumbat. Naturæ opera sunt, in quibus motus initium internum est: artis, in quibus externum, sed per se tamen: fortunæ, in quibus externum, sed per aliud, nullo proposito fine. Ita quæ fortuna fiunt, sæpè non eueniunt. Nam finis artis semper ratione distinguitur. Nullo fine ducitur Fortuna. Quò plus ad artificium quid accedit, eò plus à fortuna abit. Nam ars rectam viam insistit cuin ordine & ratione. Sed quo quid magis temerè euenit & absque consilio, eò magis fortunam refert. κυδίη εἶκη dicit Hippocrates. Fortunam finxit antiquitas rotunditati mobili adhærescentem, ventísque agitatam ferri in diuersa & præcipitia. Mercurium verò, artium dominum, quadratæ figuræ innixum stabilemque, loci eiusdem situm prementem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Εσοιλα δὲ καὶ πῶς οἷόν τε δεῖ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἄλλο τι ἀντιδόσιος ἢ τῷ τέχνῃ, ἐπὰν χρεώμενοι αὐτῇ ὑπερίσχωσι, ὑγιάσθησαν; 2 Τὸ μὲν γὰρ τῷ τύχῃ εἰδέναι, οὐκ ἐξελάσθησαν δύνασθαι, ἐν ᾧ τῇ τέχνῃ ἐπίστευσαν σφᾶς αὐτούς. 3 Ωστε ἡ μὲν ἐς τὴν τύχην ἀποφορὴ, ἀπολλαγμένοι εἰσὶ τῆς μὴ τυχεῖν τῶν τέχνῃ, ἀπολλαγμένοι. Ἐν ᾧ γὰρ ἐπίστευσαν, καὶ ἐπίστευσαν αὐτῇ σφᾶς αὐτοὺς, ἐν τούτῳ αὐτῆς καὶ τὸ εἶδος. 4 Ἐσπέφανλο, καὶ τὴν διαίαμιν περιφθίνοντος τὸ ἔργα ἔγνωσαν. 5 Ἐρεῖ δὲ ἐντυγχάνων ὁ τ' ἀμαρτία λέγων, ὅτι πολλοὶ ἤδη καὶ ὑ χρησάμενοι ἰητρῷ νοσέοντες * ὑγιάσθησαν. 6 Καὶ ἐγὼ τῷ λόγῳ οὐκ ἀπιστέω. 7 Δοκέῃ δέ μοι οἷόντε εἶ, καὶ ἰητρῷ μὴ † χρεώμενος, ἰητρικὴν ἐκφυγεῖν. 8 Οὐ μὴν * ὥς γε εἰδέναι ὅτι ἔρδοι ἐν αὐτῇ ἐκεῖνο, καὶ ὅτι μὴ ὀρθῶν. † Αλλ' ὥς γε ἂν δύστυχοιεν τοιαῦτα θεραπεύσαντες ἑωυτούς, ὁποῖά κε ἂν ἐθεραπεύθησαν, εἰ καὶ ἰητρὸν ἐχεγένλο. Καὶ 9 τοῦτό γε τίνος τιχμήεν μέγα τῇ εὐσίῃ τῆς τέχνης, ὅτι ἐοῦσά τε δῆθ καὶ μεγάλη, ἔσοιχε φαίνονται καὶ οἱ μὴ νομίζοντες αὐτὴν εἶναι, σοζόμενα δι αὐτήν.

* ὑγιάσθησαν
† χρεώμενος
* ὅτε
† ἀλλὼς τε

1 *Deinde quo modo pote est vt ij qui sanati sunt aliud quàm artem eius auctorem agnoscant, cùm hac vsi eaque operam nauante sanati sint?* 2 *Nudam enim fortunæ speciem eos respicere acsequi noluisse, hinc elucet, quòd seipsos arti concrediderunt.* 3 *Itaque remedio quod à fortuna petitur nihil omnino debent; at ei quod ab arte petitur, debitores sunt. Hoc ipso etenim, quòd arti se commiserunt & concrediderunt, palam est ipsos* 4 *formam eius in oculis habuisse, cuius efficaciam confecto iam negocio agnouere. Verùm dicet hîc aduersarius, plurimos iam ægros citra medicorum vsum conualuisse.* 6 *Quin & ego id dicentibus credo.* 7 *Videtur enim mihi euenire posse, vt is qui medico non vtitur in medicinam incidat.* 8 *Non quidem vt sciant quid in ea rectum sit, & quid prauum: Sed quia fortuito genus illud curationis, quo se curant, offertur; quo vsi fuissent, si medicos adhibuissent.* 9 *Quod sanè magnum argumentum est essentiæ ipsius artis, nimirum artem esse & quidem magnam, cùm etiam hi qui existimant eam minimè esse, huius beneficio seruati appareant.*

COMMENTARIVS.

1 Hactenus concessione vsus fuit; iam refellit. Si artem non esse putarent, arti se non committerent.

2 At nunc arti, non autem fortunæ se committunt.

3 Itaque vel inuiti fatentur artem esse: nam ei se crediderunt.

4 Igitur, q. d. νομισθημα est medicinæ nomen in mente: ex νομιζεσθαι, quæ à rebus accipiuntur, ideis. Igitur, verè est.

5 Si medicina est ars, nulli absque medico sanatentur. At iam multi sine medico sanantur. Ergo medicina non est ars, sed quid fortuitum.

6 Soluit argumentum, concedendo multos absque medico curari, sed non absque medicina.

7 Demonstrat medicinam esse. Quæ ars sine artifice plurimis profuit, illa reuera est. Talis est medicina.

8 Ostendit medicinam multis profuisse sine artifice: qui casu eis vsi fuerunt; quæ, si medicus adfuisset, iure præscribere debuisset.

9 Q. d. igitur medicina est ars.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Πολλὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ τοὺς μὴ χρεωμένους ἰητροῖσιν, νοσήσαντας ἢ καὶ ὑγιαζέντας, εἰδέναι, ὅτι ἀνδρῶν τε, καὶ ἀνδρῶν ὑγιάζησαν. 2 Ηγὲ ἀσιτίη, ἢ πλεωφαγίη, ἢ ποτῷ πλέονι, ἢ δίψῃ, ἢ λιπεσαρκίῃ, ἢ πίνουσιν, ἢ δουλίῃ, ἢ ὕπνοισιν, ἢ ἀγρυπνίῃ, ἢ τῇ ἁπάντων τούτων, παρεσκευασμένοι ὑγιάζηται. Καὶ τῷ ἀφελείσῃ, πολλὴ ἀνάγκη αὐτοὺς ἔξω ἐγκοιλίης, ὅ, τι ἰῷ τὸ ἀφελήσαν· καὶ εἰ τι τ' ἐβλάβησαν, * καὶ τὸ βλάβεσιν· καὶ ὅ, τι ἰῷ τὸ βλάψαν. Τὰ γὰρ τῷ ἀφελείσῃ, καὶ τὰ τῷ βεβλάφθαι ἀφεσμένα, ἐ πᾶς ἔσται ὁ γνῶναι. Εἰ τοίνυν ὀρθίσιος, ἢ ὑπωπτεύειν, ἢ ὑφέζειν ὑ νοσέοντας τῇ διαγνώμῃσιν τὸ ὁλοσιν ὑγιάζειν, πάντα ταῦτα τῇ ἰητρικῇ ἔνεστι εὑρόντι· καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧσσον τὰ ἀμφοτερόθεν τῶν ἀφελησάντων μαρτύρια τῇ τέχνῃ, εἰς τὸ ἴδ. Τὰ μὲν γὰρ ἀφελησάντα, τῷ ὀρθῶς προσενεχθῆναι ἀφέλησαν. τὰ δὲ βλάψαντα, τῷ μικέτι ὀρθῶς προσενεχθῆναι, ἔβλαψαν. Καὶ τοι ἴσως τὸ ὀρθὸν, ἢ τὸ μὴ ὀρθὸν ὅρον ἔχει ἑκάτερον, πῶς τοῦτο ἂν τέχνη εἴη; τοῦτο γὰρ ἔγωγε φημὶ ἀτεχνίαν εἶ), ὅταν μήτε ὀρθὸν εἰδῇ, μήτε μὴ ὀρθόν. Οπερ ἢ τούτων ἔνεστι ἐκφυγεῖν, πῶς τοῦτο ἂν ἂν τέχνος ἔργον, ἀλλ' ἀτυχίης εἶη.

* ἰῷ τὸ βλάψαν. τὸ βλάψαν ἐν τῷ βλαβῆναι. Τὰ γὰρ τῷ

1 *Quin illud necessarium omnino, ægros qui minimè vtì medicis conualuere, nosse & fateri, quid aut agentes quid, vel quid omittentes, redintegrati fuerint.* 2 *Aut enim inedia, aut voracitate, aut liberaliori potu, vel siti*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 178 sur 513

ſiti, vel balneis, aut ſorditie, aut exercitiis, vel ocio, vel ſomniis, vel vigiliis, vel omnium horum munere vtentes ſanitatem recuperarunt. Itaque eo ipſo quòd opem ſenſere, magna adeſt neceſſitas ipſos agnoſcere quidnam fuerit hoc, quod opem tulit: & ſi quid damni acceperint, conſentaneum eſt damnum agnoſcere: & quidnam fuerit hoc quòd damnum attulit. Non enim quinis poteſt rectè interſtinguere differentias iuuantium & ladentium. Si igitur is qui aegrotauit nouerit vèl laudare vel vituperare hoc vel illud ex diaeta, cuius beneficio conualuit, cuncta haec medicinae eſſe deprehendet. Neque minus ea quae damno fuere, quàm ea quae opem tulere argumento arti erunt quòd ars ipſa ſit. Quae enim opem attulerunt, ob rectum vſum profuerunt: quae verò damno fuerunt, inde quòd non ritè in vſum fuere ducta, damnis agros auxere. Verùm vbi rectum & prauum definitis certisque metis continetur vtrumque; quomodo quaſo hoc ſine arte eueniet? Id enim ego artis expers eſſe aſſirmo, vbi neque rectum, neque prauum aliquid eſt. At cui vtrumque horum ineſt, qua ratione quis hoc non artis, ſed opus artis expers eſſe dixerit?*

* vel: quomodo haec artem quis eſſe negarit. ἀλόγ.

COMMENTARIVS.

1 Talis eſt haec ratiocinatio:

Vbi non rectum & rectum ſuos fines certos habent, ibi ars ſubeſt: Quae non habent, ibi ἀτεχνία; i. inertia ſubeſt. At in fortuita iſta ſanatione rectum & prauum in medicamentorum adhibitione ſuum finem habent. nam illud profuiſſe, hoc obfuiſſe, ſenſu notamus. Ergo &c.

2 Quaſi inutilis ſemper à quibuſdam medicina habita fuit. Plin. 29. lib. 1. Sed per morbos ſe lubenter cuncti medicinae concredunt: &, quod neſciunt, reſpuendo medicinam, medicinâ vtuntur: dum inediae, vel cibis indulgent morbo contrariis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* ἀλλ'

1 Ἔτι τοίνυν εἰ μὴ * γίγνοιτο φαρμάκων ἢ τεταγμένων ἢ μὴ ἰσάντων ἢ ἄλλως, ἥτε ἰητρικὴ καὶ τοῖς ἰητροῖσι μωρίην ἐγκάλεα, ἀδύνατος ἂν ἦν ὁ ἐμὸς λόγος. 2 Νῦν δὲ δὴ φαίνονται ἢ ἰητρῶν οἱ μάλιστα ἐπαινεόμενοι, καὶ διαπρήσσονται ἰώμενοι καὶ ἄλλοισί τε εἴδεσιν, ἃ οὐκ ἄν τις φαίη, μὴ ὄντι ἰητρῷ, ἀλλ' οὐδὲ ἰδιώτῃ ἀνεπιστήμονι ἀκούσας, μὴ ἀπὸ τύχης ἔῃ. Ὥστε ἢ οὐκ οὐδὲν οὔτε ἐν τοῖς ἀγαθοῖσι ἢ ἰητρῶν, οὔτε ἐν τῇ ἰητρικῇ αὐτῇ ἀχρεῖόν ἐστιν, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοισι ἢ τε φυομένων, καὶ ἢ ποιεομένων ἔνεστι τὰ εἴδεα τ' ὀφαπεύειν καὶ τ' φαρμάκων· οὐκ ἔστιν ἐπ οὐδενὶ τῶν ἄνευ ἰητροῦ ὑγιαζομένων, τοῦτο μαλιστ' ἐπιδεικνύναι ὀρθῶ λόγῳ.

1 *Praeterea ſi pharmacis purgantibus, & aluum ſtringentibus ſolùm tum medicina, tum medici ſuas curationes abſoluerent, meritò ineſficax his meus ſermo haberi poſſit. 2 Nunc verò celebratiſſimi medici, & diatâ & aliis remediorum modis ſanant; quae, ſi audias, neque medicus, & ne quidem idiota artis penitus expers, artis eſſe negare queat. 3 Vbi itaque nec in ipſis doctis medicis, nec in ipſa arte medica quicquam inutile, ſed in pleriſque terra naſcentibus, quaque parantur, ſpecies & formae inſunt medelarum & pharmacorum; nemo profectò eorum qui abſque medico reualuere, in cauſam caſu obortam, ſuam ſanationem referre poterit.*

COMMENTARIVS.

1 Fortunæ non eſſe opus hoc demonſtrat. Temerè, licet adhibitis remediis, ſi idem efficitur, quod medicorum opera ſi admota fuiſſent perfeciſſent, hoc fortunæ non aſcribendum, ſed arti. Hoc autem ita eſſe elucet ex remediis naturalibus, & arte factis. Naturalibus, vt ſunt ea quæ aluum effundunt, vel retinent. Nam haec naturæ, non autem artis, munera videntur eſſe: Quare ſi quis caſu in ea incidat, naturæ & non artis, inſtrumentis ſe conualuiſſe putabit. Et haec ex remedij idea fortè parum conuincetur.

2 Arte ex factis remediis elucet fortunæ ſanationem non aſcribendam: vt ex Chirurgia & diæta. Haec cùm abſque medico interdum profuerint; fatebitur æger ſe artis opera curatum.

3 Abſque medico facta ſanatio, à temerè admotis, attamen certis remediis, quæ certum effectum præſtant, tunc non aliis curantur hi quàm iis quæ medicus adhibuiſſet: Igitur haec curatio non fortunæ, ſed artis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τὸ μὲν δὴ αὐτόματον, οὐδὲν φαίνεται ἐὸν ἐλεγχόμενον· πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον, διά τι ἀνευείσκεται· ἀπὸ μηδενὸς γὰρ οὐδὲν γίνεται. 3 Τὸ δὲ αὐτόματόν οὐ φαίνεται οὐσίαν ἔχον οὐδεμίαν, ἀλλ' ἢ ὄνομα μοῦνον. 4 Ἡ δὲ ἰητρικὴ, καὶ ἐν τοῖς διὰ τὰ παρεσκευασμένοισι φαίνεταί τε, καὶ φαίνεται ἐπ οὐσίην ἔχουσα. 5 Τοῖσι μὲν οὖν τῇ τύχῃ τῶν ὑγιείην προσιδοῦσι, τῇ δὲ τέχνῃ ἀφαιρέουσι, τοιαῦτ' ἄν τις λέγοι. 6 Τοὺς δὲ ἐν τῇσι τῶν ἀποθνησκόντων συμφορῇσι τὴν τέχνην ἀφανίζοντας θαυμάζω, ὅτεῳ ἐπαρεσάμενοι ἀξιοχρέῳ λόγῳ, 7 τὴν δὲ μετὰ τῶν ἀποθνησκόντων ἀκρησίην ἐκ ἀτρῶν καθιᾶσι τῇ δὲ ἰητρικὴν αἰεὶ τοῖσιν ἀνθρώποισιν ὠφελίην ἐοῦσαν, ἀτρῶν. ὡς τοῖσι μὲν ἰητροῖσιν ἔνεστι τὰ μὲν δέοντα ὀπιτάξαι, τοῖσι δὲ νοσέουσι ἔνεστι τὰ προσταχθέντα ἀποδέχεσθαι. 8 Καὶ μὴν πολύ γε εὐλογώτερον, τοῖσιν κάμνουσι ἀδυνατέειν τὰ προσιόντα ἐπιτελέειν, ἢ τοῖσιν ἰητροῖσι τὰ μὲν δέοντα ὀπιτάσσειν.

1 *Fortuitum enim nihil eſſe certis argumentis deprehenditur. 2 Etenim omne quod fit, propter aliquid fieri deprehenditur: & in ipſo etiam fine hoc ipſum comperitur. 3 At verò fortuitum videtur nullam eſſentiam obtinere, ſed nudum tantùm nomen. 4 At medicina eſt ex eorum numero quae propter quid & de induſtriâ excogitata ſunt, & inſuper eſſentiam habere conſpicitur. Et haec 5 quidem his, qui fortunæ ſanitatem aſcribunt, arti verò detrahunt, quis reſponderit. 6 Hos autem qui ob morientium calamitatem artem è medio auferre contendunt, vehementer miror, quanam memorabili ratione perſuaſi, 7 intemperantiam aegrorum cauſam mortis non ſtatuant, ſed ſcientiam tantum eorum qui medicinam exercent: quaſi medici tantùm quae non oportet praeſcribere poſſint, aegri verò ea quae imperata ſunt violare nequeant. 8 Quin longè probabilius eſt, aegros non poſſe facere quae imperantur, quàm medicos ea quae non decet imperare.*

COMMENTARIVS.

1 Quod non eſt, nullius cauſa eſſe poteſt vt ſit, nec etiam ſanitatis. At verò Ars medica eſt; τὸ αὐτόματον verò non eſt. Quod elucet ex eius fine, & cognitione.

2 Fine: nam quod fit vel eſt, finem habet certum, propter quem fit, vel effectum eſt. Nam natura & eius æmula ars nihil fruſtrà faciunt. At αὐτόματον finem non habet certum.

3 Q. d. Cognitione: Quod tenuis eſt, eius ſubſtantia aliqua ratione ſub ſenſum cadit. At αὐτόματον ſub ſenſum non cadit ſua ſubſtantia, ſed ſolo nomine. Ergo.

4 Oſtendit medicam artem eſſe, à fine, quem habet certum; & à ſenſu, quo eſſe deprehenditur.

5 Si talia caſu adhibet qualia medicus ad ſanationem adferret: ergo fortuita curatio haec dici non debebit, ſed ex arte, quæ ad certum finem cuncta refert.

6 Dicunt, ſi medicina ars eſſet, ſemper curaret, nec morerentur quidam. Sed multi moriuntur. Ergo medicina non eſt ars, vel ſaltem dubia & fallax.

7 Reſpondet, in culpa eſſe poſſe aegros, æquè ac artifices: malè calumniantur igitur ſolos artifices.

8 Peccatur incommodis aegri, vel ſuâ propriâ culpâ vel medentis: certè qui plures cauſas peccandi habet, potius & promptiùs peccabit. is eſt æger.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 179 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Οἱ μὲν γὰρ ὑγιαινούσην γνώμην, ἅθ' ὑγιαίνοντος σώματος ἐγχείρεσι, λογισάμενοι τάτε παρέοντα, τά τε παρεληλυθότα τοῖσι ὁμοίοισι διαπεπονημένα τοῖσι παρεοῦσιν· ὡς τε ποτὲ θεραπευθέντα εἰπεῖν, ὅτι ἀπλανέως. 2 Οἱ δ' ὅτι ἀκόμμυσιν, ὅτε δι' ἃ κάμνουσιν, οὐδ' ὅ, τι ἂν ἐκ τῶν παρεόντων ἔσται, εὖ ὅ, τι ἂν ἐκ τῶν τοιούτοισιν ὁμοίων γένηται εἰδότες διαπτάσουσι, ἀλαζονεύμενοι μὲν τὸ παρεόν· φοβεόμενοι δὲ τὸ μέλλον· καὶ πόνους μὲν τὰ νοσήματα, κενεὰ δὲ χρήματα· ἐθέλοντες 3 τὰ θεῖα πρὸ τῶν οἰκείων μᾶλλον, ἢ τὰ θεῖα ὑγιείοις προσφέρεσθαι· ἐκ ὑποδυομένων ἐρῶντες, ἀλλὰ χωρὶς τούτων ἀδυνατέοντες. 4 Οὕτω δὲ διακειμένους πότερον εἰκὸς τούτους τὰ τῶν ἀπεόντων ἐπιτηδεύματα ποιέειν, ἢ ἄλλα ποιέειν, ἃ ἐκ ἐπιτάσσεται; ἢ τοὺς ἰητροὺς (τοὺς ἐκείνων διακωλύοντας, ὡς ὁ θεσμὸς λόγῳ ἑρμηνεύσει,) ὀπιτάσσειν τὰ μὲν δέοντα; ἧσσον δὲ πολὺ μᾶλλον, τοὺς μὲν δέοντας ὀπιτάσσειν· τοὺς δ' εἰκότως ἀδυνατέοντας πείθειν; ἢ πειθομένους δ' ἀπαλλάσσειν τῶν παρεόντων; ὧν οἱ μὲν ὀρθῶς λογιζόμενοι, τὰς ἀτιμίας τοῖς οὐδὲν αἰτίοις ἀναπιθέασι· τοὺς δὲ ἀτίμους ἐλευθεροῦντες.

1 *Medicinamque ſana mente ſanoque corpore curationem aggredientes, & præſentia perueſtigant, & de præteritis ſimul, collatione eorum habita ad præſentia, ratiocinantur: Adeò vt nonnunquam eger fateatur, ſe eorum operâ euaſiſſe. 2 Ægri verò neque ex qua parte agrotent, neque ob quam cauſam agrotent, neque quid ex præſentibus eueniet, neque quid ex horum ſimilibus futurum ſit agnoſcentes; medici imperio ſubiacent: afflicti quidem ob ea quæ præſto ſunt, in metu autem ob futura: pleni morbo, vacui ciborum: 3 ea quæ ad morbum faciunt potius quàm quæ ad ſanitatem admittere cupidi: mori quidem renuunt, neque tamen contra morbum pugnare fortiter ſuſtinent. 4 Hos autem eo modo affectos vtrum quæſo veriſimilius eſt à medicis imperata facere; an diuerſa, quæ medici non iuſſerunt? an potiùs medicos (maximè tales, quales ſuperiore ſermone declarauimus) non qualia decet imperare? An non multò probabilius eſt, hos quidem quæ conueniant præſcribere: illos autem ritè obedire impotenter nolle? & propterea minimè obedientes in mortem incidere. quæ ſanè qui non rectè animaduertunt, cauſam [mortis] in hos, qui extra culpam ſunt, referunt: eos verò qui maximè accuſandi ſunt, à crimine abſoluunt.*

COMMENTARIVS.

1 Medici cauſas magnas peccandi non habent. nam arte callent, & nullis iactantur dolorum procellis.

2 Æger magnas occaſiones delinquendi habet, qui medendi imperitus, dolore & deſiderio ſanitatis non rectè ratiocinetur. & quod vehementer deſiderat, facillimè credat, omniumque pollicitationibus aures præbeat.

3 Vt in Hydrope videmus, cuius tanta eſt calamitas, vt ad illius nomen exterriti homines toto corpore perhorreſcant, ac ſubindè exclament, Deus meliora. Et tamen perpaucos videas qui ſeruent leges ipſum arcendi quando in metu eſt; ac ne abigendi quando aduenit, naturam certò expugnaturus. Quemdam, nobilis medicus apud Antigonum regem, negauit ſanari poſſe. Cùmque alter medicus ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit: illum ad ægri morbum reſpicere; ſeverò ad animum: quòd homo eſſet notæ intemperantiæ. Nec eum res fefellit. Ille enim dum ſumma diligentia regis cuſtoditetur, tamen malagmata ſua deuorando, bibendóque ſuam vrinam exitium ſibi quæſiuit. Nullæ ſunt igitur leges curandi pro iis, qui vitam ſequuntur voluptuariam: ſed pro iis tantùm qui frugi ſunt, atque obedienter ſe gerunt in medicos benè monentes.

4 Igitur ſalubres morbos incurabiles ſibi ipſi faciunt ægri. & calumniantes hoc modo inſanire videntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Εἰσὶ δέ τινες, οἱ καὶ δρὰ τοὺς μὲν ἐθέλοντας ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, μεμφεσθαι· τῶν ἐπεκλώντες, ὡς ταῦτα μὲν ἢ αὐλὰ ὑπ' αὐτῶν ἂν ἐξυμαίζοιτο, ἃ ἐγχειρέουσιν ἰᾶσθαι· ἃ δ' ὀπίσουσιν δίκτυα, οὐχ ὁρᾶν. Δεῖν δ' ἔωθεν ἢ τέχνη, παρὰ ὁμοίοις ἰᾶσθαι. 2 Οἱ μὲν δὴ τ' αὐτὰ λέγοντες, εἰ ἐμέμφετο τοῖς ἰητροῖς, ὅτι αὐτέων τοιαῦτα λεγόντων, ἐκ ἐπιμελοῦνται ὡς ἄφελον ἐόντων, εἰκότως ἂν ἐμέμφοντο μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνα μεμφόμενοι. 3 Εἰ γάρ τις τέχνῃ, ἐς ἃ μὴ τέχνη, ἢ φύσει, ἐς ἃ μὴ πέφυκεν ἀξιοῖ ἄγειν ἀνθρώπους, ἀγνοεῖ * μᾶλλον ἀμαθίσκεται ἀγνοίη μᾶλλον, ἢ ἀμαθίῃ. 4 ὧν γάρ ἐστιν ἡμῖν, τοῖσί τε τῶν φύσιων, τοῖσί τε τῶν τεχνέων ὀργάνοις ἐπικρατέειν, τούτων ἐσμὲν ἡμεῖς δημιοῦργοι· ἄλλων δ' οὐκ ἐσμέν.

1 *Quin & alij quidam ſunt, qui ob hos, qui his qui triumphati à morbo ac iam victi ſunt curationem adhibere nolunt, medicinam accuſant; aſſerentes vitia quæ medici ſanare aggrediuntur, vltrò naturæ vi euinci potuiſſe. Quæ verò auxilium flagitant, ab illis non attingi. Decere autem, ſi ars vera ſit, omnibus ex æquo mederi. Qui itaque hæc aiunt, ſi medicis ſuccenſent propterea, quòd nullam ipſorum, huiuſmodi deliria proferentium, curam ſuſcipiant, multò ſanè iuſtius ſuccenſuerint, quàm * propter illa. 3 Si enim quis potentiam ac vim artis in his, ad quæ apta non eſt, exigat, is inſana laborat ignorantia, quæ amentiæ potius quam imperitiæ aſcribenda. 2 Quorum enim naturæ vel artis inſtrumentorum imperium atque vim obtinemus; per ea* Artifices eſſe poſſumus, per alia verò nequaquam.*

De his Cardanus de Methodo.

* illa reprehendentes.

* opifices aberrari poſſumus, Zuing.

COMMENTARIVS.

1 Culpant alij medicos, quod quoſdam prognoſticis relinquant. Aiunt, ſi medicina eſt ars, ergo contumaciſſimos etiam morbos, & non ſolùm naturæ vi edomandos vinceret.

2 Confutatio: nam eſt contra artem quoſdam morbos curare velle, cum nihil laude dignum in illis efficias. Ironicè hos itaque excipit: fortè, dicit, qui hæc obiiciunt medicis ſuccenſent, quòd cùm elleboro egeant, hoc propinare illis medicos nolle, tanquam deploratis. Medici quamuis ſciant curari mala quædam non poſſe, tamen his, quæ in culpam venire non poſſunt, humaniter & pleno beneuolentiæ exemplo difficultatem affectionis compeſcunt.

3 Qui aliena petit ab arte, demens eſt; æquè ac is qui à natura quid non naturale exigit, mania laborat, quæ potius ad ſtultitiam, quàm amathiam referri debet. At qui incurabiles ſanari morbos à medicis volunt, quod ab arte alienum eſt exigunt.

4 Demonſtrat minorem præcedentem: Quod tranſigi poteſt inſtrumentis artis, id ab arte exigi poteſt, vt naturale exigi poteſt à Natura. Hoc magia excluditur etiamnam eius inſtrumentum diabolus, non eſt in noſtra poteſtate.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Οταν ἐν τι πάσχοι ἄνθρωπος κακὸν, ὁ κρέσσον ὂν τῶν ἐν τῇ ἰητρικῇ ὀργάνων, ὁ δ' ἀφορδοκᾷ δεῖ ὑπὸ ἰητρικῆς κρατηθῆναι αὐτό. 2 Αὐτίκα γὰρ τὸν ἐν ἰητρικῇ ἐμέοντων, πῦρ ἐχόντος κάεται. Τοῦτο δ' ἴσασιν, καὶ ἄλλα πολλά. Τῶν μὲν δὴ νοσεόντων, τὰ κρέσσω ἢ ὑπὸ ἰητρικῆς ἰᾶται, ὅτι κ' ἀγίνητα. Τῶν δ' κρατίστων, τὰ κρέσσω, πῶς ἂ δηλονότι ἀνίητα· ἃ δὲ πῦρ ἂ δημιουργέει, πῶς ἂ τὰ (τοῦτο μὲν ἀλληλοφάγα) δῆλοι, ὅτι ἄλλης δεῖται τέχνης ἢ οὐ ταύτης, ἢς ἐστι τὸ πῦρ ὁρμᾶσθαι. 3 οὕτω δὲ μοι λόγῳ καὶ ἔργῳ τῶν ἄλλων ὅσα τῇ ἰητρικῇ ξυμφέρεα ὧν ἀπάντων φημὶ δεῖν ἐκάστῳ μὴ χαπυγρατα τ' ἰητρὸν, πῶς δικαίως ἀπαιδεῦτος τῆς τέχνης. μὴ πῶς τέχνῃ. 4 Οἱ μὲν δὴ μεμφεσθαι τοῖσι τοῖς κεκρατημένοισι μὴ ἐγχειρέουσι, ὠφελεόν τι ὧν μὴ προσήκει ἀπαιδεῦτος ἐόντων ἢ ὧν προσήκει. Παρακελευόμεθα δ' ἡμεῖς τοῦτο μὲν πρὸ τοῦ ἀνόματι ἰητρῶν θαυμαζώμεν· ὅσα δ' ὀρθῶς καὶ τέχνῃ κατεργάζωνται. Οὐ μὲν ἄπως ἀφρόνων οἱ ταύτης τ' δημιουργίας ἐμπειροι

ἐμπειρίαι, ὅτε μωμητῶν, ὅτ' ἀγητῶν δέονται. Ἀλλὰ γὰρ λελογισμένων, ὡς ἔοικε, τῶν ἐργασιῶν τῶν δημιουργῶν τελευτᾶν μᾶλλον, πλείους εἰσί. Καὶ ὅτι δὲ ὑπολήπτως αὐτῶν ἐχόντων.

1 *Quum itaque morbo affligitur homo, qui validior est quàm sint instrumenta medica, ne sperare quidem oportet, vt à medicina cuincatur.* 2 *Exempli gratia: Inter ea quæ in medicina vrendi vi prædita sunt, ignis extremè vrit. Eo verò imbellius alia plurima.* * *Nec adhuc constat vtrum à leuioribus instrumentis validiores morbi tolli possint. Quis autem dubitet, quin validissimis [interdum remediis] validissimi morbi curari nequeant? Proinde quæ ignis efficere nequit, (eo ipso quòd ab eo non edomantur,) satis arguunt, alia opus esse arte [ad sui depulsionem] * diuersa ab ea, quæ igne ceu instrumento vtitur.* 3 *Idem iudicium meum de reliquis cunctis [instrumentis] quæ arti medicæ vsum præstant; quorum singillatim euentus si non medico respondeat, vim passionis causare oportet, meâ quidem sententiâ, non ipsam artem. Qui itaque eos reprehendunt qui triumphatis à morbo manum adhibere recusant, hortari videntur, vt non minùs ea quæ non decet attingantur, quàm ea quæ decet. Quod cùm persuasi faciunt, ab iis quidem qui nominetenùs medici sunt, admirationi sunt: ab his verò, qui arte insuper excellunt, deridentur. Nec verò artis huius periti, tam insipientes vituperatores vel laudatores morantur: Sed prudentes tantùm, & accuratè noscente, quidnam sit illud, ad quod* 5 *directæ actiones artificum perfectæ euadant: & à quo deficientes, mancæ sint & imperfectæ.*

* pubium ed.

* non ea in qua ignis instrumentum existit. Cornel.

COMMENTARIVS.

1 At morbi quidam superari nequeunt instrumentis artis.

2 Ostendit id exemplis, vt qui morbi causticà petunt, si illi igni inuicti fuerint, nulla amplius sperabilis salus.

3 Ita & cuncti reliqui morbi, qui si non vincantur debitis sibique dicatis medelis methodo præscriptis, non medicus crimen habet, sed morbi natura. Itaque omnes morbos cutare velle, non est medicinæ.

4 Ergo qui omnium morborum curationem aggrediuntur, vti laudantur à stultis; ita à prudentibus nec artis imperitis irridentur.

5 Ait rationales ad rationem dirigere actiones: & ex eâ actiones has, num benè agantur, examinare.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

2 Ἐπὶ τὰ ἧσσ' εὐδοκίμων, ὡς τε τοῖς δημιουργοῦσιν, ἀναθετέων, ὡς τε τοῖσι δημιουργεομένοισι. 2 Τὰ μὲν γὰρ πρὸς ἄλλας τέχνας, ἄλλῳ χρὴ καὶ μετ' ἄλλων λόγων δείκνυσθαι. Τὰ δὲ πρὸς πῦρ ἰητρικὴν, οἷα τέ ἐστιν, ὥστε καίειν, τὰ μὲν, ὁ παραυτίκα δηλώσει λόγος. 3 Ἔστι δὲ τούτων πρὸς τέχνην ἰητρικὴν εἰδέναι, τὰ μὲν τῶν νοσημάτων, 4 καὶ ἐν ὀλίγοισι κέρδεα, καὶ ἐν πολλά. τὰ δὲ ὡς 5 ἐν εὐδήλῳ, καὶ πολλά ἐστι. Τὰ μὲν γὰρ ὡς τὰ ἐνδὸς τετραμμένα, ἐν δυσπαλῶ· καὶ δὲ ἐξανθοῦντα εἰς ὁ πᾶν κρεῖσσον, ἢ 7 ἀπολείποντα, ἐν ἀδήλῳ. Παρέχει γὰρ ἑαυτῶν τῆτε ὄψει, πῶς τε ἁψοῦσα, τ' ἀρτύτητος, καὶ τῆς ὑγρότητος ἑκάστης· Καὶ ἃ τε αὐτῶν θερμὰ, ἃ τι ψυχρὰ· ἢν τε ἐόντα, ἢ ἀπόντα· τοιαῦτα δεῖ.

interna vertuntur, in abdito siti sunt: at quæ ad superficiem efflorescunt, vel intumescunt, 7 *manifesti sunt. Præbent enim se, vt tum vsu tum tactu soliditas & humiditas eorum percipiatur. Calidi etiam an frigidi sint: cuius denique singillatim præsentiâ vel absentiâ tales existant.*

COMMENTARIVS.

1 Demonstrat morbos quosdam curabiles esse: attamen magnas causas interdum medicos habere cur renuant curationem, ob ægri intemperantiam, vel morbi contumaciam quæ lentius se aperit. Nam omnis ars vel vitium artifitis vel subiecti defectum patitur. At medicina est ars. Ergo.

2 In cæteris artibus id verum esse ait. quod non est huius loci ostendere: sed quantum ad medicinam solum.

3 Morborum itaque diuisionem instituit.

4 Qui cognitu faciles, externi.

5 Vocat postea talia ἐν εὐδήλῳ, quòd effectus medelarum soli rationi compertus sit. Quidam incurabiles, alij curabiles.

6 Colore tantùm vel asperitate quæ vitium ostendunt.

7 Vt vulnera, vlcera, tumores, fracturæ. Metaphoricè, ab arboribus. Hæc postea ἀδήλῳτα appellat: quòd succidi facilè possint sensibus operatione notata. quare vocat etiam subiectum ἀσταμήρῳτον mechanicum, quod sensu ipso noscatur, & citra periculum tractetur, vt notat Doctissimus Zuingerus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τῶν μὲν δὴ τοιούτων πάντων, ἐν ἅπασι, τὰς ἀκίσεας ἁμαρτητὰς δεῖ εἶναι· οὐχ 2 ὡς ῥηϊδίας· ἀλλ' ὅτι ἐξεύρηνται. 3 Ἐξεύρηνται γε μὲν οὐ τοῖσι βουλομένοισιν, ἀλλὰ τούτων τοῖσι δυναμένοισι. 4 Δύναται δ', οἷσι τάδε τῆς παιδείης μὲν ἐμπρόσθεν, τά τε τῆς φύσιος μὴ παλαίπωρα. 5 Πρὸς μὲν οὖν τὰ φανερὰ ἧσσον νοσημάτων, οὕτω δεῖ διορίζειν τέχνην. Δεῖ γε μὲν αὖτον τὰ ἐόντα πάντα, ἃ πρὸς τε τὰ ἐόντα τετράπαλα, καὶ 7 πῶν γνῶναι. Ἐχὶ δὲ τὸ σῶμα, οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους. 8 Δύο μὲν γὰρ αἱ τῶν σίτων διεξόδους τε καὶ ἀφιέναι· 8 ἄλλαι δὲ τούτων πλείους, ἃς ἕκαστον, οἷσι τούτων ἐμέλησεν.

1 *Et horum quidem cunctorum, in omnibus, certas medelas esse oportet: non* 2 *quia faciles, sed quòd certæ ratione inuentæ sint.* 3 *Inuentæ autem, non à quibusuis volentibus, sed ab his qui simul etiam possunt.* 4 *Possunt verò ij, quibus & liberalis disciplina non deest, & natura non infœlix contingit.* 5 *In manifestis itaque morbis, sic artem diuitem esse oportet. Nec interim in minùs manifestis eam inopem ac dubiam hærere conuenit. Sunt* 6 *autem morbi [minùs manifesti] qui ad ossa &* 7 *ad ventrem se conuertere. Habet autem cor non vnum, sed plures ventres. Duo* 8 *enim sunt qui cibum accipiunt, & reddunt:* 9 *aliique præter hos plures, quos nouerunt hi, quibus hæres curæ fuit.*

COMMENTARIVS.

1 Nam in tali malo se illicò æger medico dat. Medicus integra in re, occasiones medendi captabit.

2 Medicus ἁμαρτήτος erit, non quod faciles se præbeant hi morbi notatu aut sanatu: sed quid agendum, quando & quantum, modúmque medendi sensu & ratione deprehendit.

3 Non enim ita faciles hi morbi sunt, vt, si velit, sanationem inueniat, sed quia doctrinâ valent, hoc potest.

4 Natura & doctrina instructi possunt.

5 Ergo criminis expers erit medicus, qui doctus est, & qui iudicio à naturâ valet.

6 Quæ internis partibus, vt ossibus, & quæ ibi stabulantur hærent. Iam enarrat partes in quibus stabu

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 181 sur 513

ſtabulantur morbi non manifeſti, & propterea cognitu difficiles.

7 Nam ventricoſæ partes illæ, & aliena & naturæ familiaria accipiunt.

8 Vt coquentia familiaria, & expellentia: non familiaria: vt ventriculus, & inteſtina.

9 Vt muſculorum tori.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Οσα γὰρ τῆσι μελέῃσιν ἔχει σάρκα περιφερέα, ὑπὸ μυῶν καλέεσι, πάντα ταῦτα ἔχει. Παχὺ γὰρ τὸ ὑπὸ μυῶν, ὑπό τε δέρματι, ὑπό τε σαρκὶ καλύπτεται, κοῖλον ὄζει. 3 Πληροῦται τε ὑγιαίνων μὲν πνεύματος· ἀδιηθήτου δ', ἰχῶρος. Ἔχουσι μὲν τοίνυν οἱ βραχίονες, σάρκα τοιαύτην· ἔχουσι δ' οἱ μηροὶ· ἔχουσι δ' αἱ κνῆμαι. Ἐπὶ δὲ καὶ ἐν 4 τοῖς ἀσαρκίοισι, τοιαύτη ἔνεστιν, ἔνι δὲ ἐν τοῖσι ἐυσαρκίοισιν ἧσσον δηλοῦται. Ο, τε γὰρ θώρηξ καλεόμενος, ἐν ᾧ τὸ ὕπαρ τιτώζεται· ὅ, τε τῆς κεφαλῆς κύκλος, ἐν ᾧ ὁ ἐγκέφαλος· τό, τε νῶτον, μέχρι ὅ ὀπισθίων· τούτων ὧδέ πῃ ὅ, τι καὶ αὐτὸ κενὸν ὄζει, πολλῶν διαφύσιων μεστόν, † οἷσιν ὧδέ ἀπέχει * πολλὴ ἀζυγίη ἔῃ, ὅτι 7 μὴ τοῖς βλαπτόντων. Ἔστι δὲ, καὶ ἀφελεῖν τινα. 8 Ἐπὶ δὲ μεσοπλεύροισι, καὶ φλέβες πολλαὶ, καὶ νεῦρα, ἃ ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα, ἀλλὰ μεσοπλεύροισι * μεσοπλεύρια, σωίζεσθαι ὅτι τὰ ἄριστα.

* ἔστι
† ἧσσον
* μεσοπλεύρια.

1 *Quæcumque enim membra circumiectam habent carnem, quam muſculum appellant, ea cuncta ventrem habent. Quicquid enim* 2 *non concreuit, ſiue pellicula ſiue carne tegatur, cauum eſt.* 3 *Impletur autem dum ſanum eſt flatu, dum agrotat ichore. Habent itaque brachia talem carnem: habent & femora, habent & tibia. Quin & in* 4 *carnis expertibus, eiuſmodi ineſt, ſimiliter ac in carnoſis eſſe deprehenditur. Nam &* 5 *thorax dictus in quo hepar ſtabulatur, & capitis circulus, in quo* 6 *cerebrum concluditur: ipſumque adeò dorſum, ad quod pulmo conſedit; horum membrorum nullum eſt, quod non & ipſum vacuum ſit, ac plurimis poris plenum, qui vaſorum penè vſum adferunt, cominendo partim ea, quæ habentem* 7 *ladunt, partim ea quæ proſunt.* 8 *Præter hæc autem & venæ multæ, & nerui non in carne ſublimes extantes, ſed [intus] ad ipſa oſſa protenti, ligamentum ſunt articulorum.*

COMMENTARIVS.

1 Q. d. igitur multi ſunt morbi interni.

2 Ασυμφυτους appellat partes, ex ſimilaribus in organum confociatas, quòd, vt d. D. Zuingerus συμβολῳ tantùm, non autem σύμφυσιν habeant. Similaris enim quæque ſibi eſt ſymphytos, nam eſt ὁμογενὴς. Et quamuis hæ etiam tangantur ininuicem, tamen longè promptiùs diſſimilares, in quibus multæ φλέβες concurrunt, vt ſi ligamenta, caro, membranæ ſe iungant.

3 Igitur in materia eorum cauſa.

4 Quæ non muniuntur muſculis; ſed quæ propria carne conſtant, vt viſcera: vt cerebrum, pulmo, cor, iecur, lien, renes.

5 Θώρηκα vocat διὰ τὸ θωρήσσεσθαι, d. Zuing. quòd perpetuò cibo & potu quaſi inebrietur. & quaſi pectus vino incaleſcat, & armetur ac loricari videatur. Veteres alioqui, d. thoracem vocauere quod à capite ad pudenda terminatur ſpacium; quòd hanc partem milites maximè armis tegerent. Poſteriores regionem cordis & pulmonis ita appellant. Galenus ad Glauconem.

6 Igitur principes partes obſcuris morbis obnoxiæ, vnde difficilè redintegrantur.

7 Vt familiaria, & non familiaria.

8 Vt in ſpermaticis etiam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Καὶ αὐτὰ τὰ ἄρθρα, ἐνεῖπεν αἱ συμβολαὶ τῶν κατεσκληκότων ὀστέων * ἐξικνέεσθαι). Καὶ τέτμηται ἑδνὴ, ὅ, τι ἐκ * ἀναφρὸν ὄζει, καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θυλάκους, ἃς κατατηλῆ ἐκχέει, ὅς ἐστι † διαχορηθέντων αὐτέων, πολὺς τε καὶ πολλοὺς λυπέοντας ἐξέρχεται. Οὐ γὰρ δὴ ὀφθαλμοῖσι γε ἰδόντι τούτων τῶν ἐφεστώτων, οὐδενὶ † ἀδηλοῦται αὐδ' ἐστὶν εἰδέναι. Διὸ * καὶ ἄδηλα. Ἐμοί τε ὠκυμάσας, ἐν τῇ τοιῇδε χειρὶ εἶναι 3 ἐμοὶ μὲν ὅτι ἄδηλα χειράσεται, ἀλλ' † ὅσα εἰ δυνατὸν χειράσεται. 4 Δυνατὸν δ', † ὅσοι ἄρα τε τῶν νοσεόντων φύσιες ἐς τὸ σκεφθῆναι παρέχουσιν 5 ἄρτε τῶν ἰητρικῶν ἐς τὸν ἔριδναν πεφύκασι. 6 Μετὰ πείνης μὲν γὰρ πόνε, καὶ ὠκυ ἐλάσσονες χρόνῳ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, * ὁρᾶται τε * ἐπιρρὸν καὶ γινώσκεται.

† id eſt, ἀσυμφύτων. noſtrum.
† ἀδηλεόμενον
* ἀδηλα
† ὅσα

1 *Ipſi etiam articuli, in quibus oſſium, quæ mouentur, commiſſuræ vertuntur. Quorum ſanè nullum eſt, quod non ſubſpumoſum ſit, & circa ſe* * *ſtabula habeat, quæ ichor prodit, qui his recluſis multus & grandi cum multorum dolore egreditur.* 2 *Cùm itaque nullum ex prædictis oculis intuenti conſpicere pote ſit, idcirco & à me obſcuri morbi appellati ſunt, & ab arte etiam obſcuri eſſe iudicantur:* 3 *non quod obſcuri permaneant, & cognitionem noſtram ſuperent, ſed quantum poſſibile eſt, cognoſcantur & ſuperentur.* 4 *Poſſibile autem eſt, quantum & agrorum natura ad inueſtigandum* * *conferunt,* 5 *& ingenia perſcrutantium ad perſcrutandum aptæ ſunt.* 6 *Cum ſe, ac dedimulto enim labore, nec non minore tempore oculis ſe videntur & cognoſcuntur.*

* forsitan, cauitates
* prebent

COMMENTARIVS.

1 Cauæ etiam partes ſuos ventres cauos habent muccore plenos. Is dimanat per vulnera, σίαλον vel μύξαν vocat aliàs. Igitur q. d. & hìc morbi occulti.

2 Occulti morbi, id eſt, qui ſub oculos non cadunt.

3 Hoc eſt, obſcuros dico morbos rationi ſubiectos; quòd oculis comperti non ſint: Non quòd rationi Medici ſint obſcuri; qui quantum licet cognoſcuntur, & curantur. Nam tantum patent curationi, quantum admittit ægri natura, & artis.

4 Ratione ægri, nam occultum ſuum malum negligit, vel indicare medico nequit.

5 Medici ratione, qui vſu & ratione valere debet.

6 Quòd vſus requiratur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Οσα γὰρ τῶν * ὀμμάτων ὄλλυσι σκεδάσει, τούτων τῇ ἀγωγῇ * ὀνομάτων ὄλλυσι κεχράσεται. 2 † Οσα δ' ἐν τῷ μὴ τοιῷδε ὀφθαλμῷ εἰ νοσέοντες πάσχουσιν, οὐκ οἱ θεραπεύοντες αὐτοὺς αἴτιοι, ἀλλ' ἡ φύσις, ἥτε τοῦ νοσέοντος, ἥτε τοῦ νοσήματος. Ο μὲν γὰρ ἐπεὶ ἐκ ὧν αὐτῷ ὄλλυσι ἐδέων τὸ μοχθέον, οὐδ' ἀκεῖ πω δύναται· 4 λοιμῷ μετὴ. 5 Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀπειρώντας (οἱ τὰ ἀφανέα νοσέοντες) ἀπαγγέλλειν χρὴ τῶν νοσημάτων τοῖσι θεραπευσουσιν, ἢ δοξάζοντες μέλλειν ἢ εἰδότες ἀπαγγέλλουσιν. Εἰ γὰρ ἐπίσταιντο, τὰ ἂν ὠφελεσπάσιον ἀμύσοι· 6 τὸ γὰρ αὐτῆς ξυμέσιες ἔστιν, ἧς ὧν τὸ εἰδέναι τῶν νούσων τὰ ἄπιστα, καὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὰς ὁπόσαις, πάσῃσι τῆσι θεραπείῃσιν, ἃς παλύσει τὰ νοσήματα μεγαλύνεσθαι. 7 Οτε ὧν οὐδὲν ἐν τῷ ἐπαλληλοιοῦσθαι δεῖ τῶν ἀναμαστητον συμβαίνειν ἀκούσαι, προσσπλέον τι ἢ ἄλλο τῶν θεραπευόντων. 8 Τούτῳ δὲ ἡ ῥᾳδιουργίη ἐκ ἐν τέχνῃ, ἀλλ' ἐν φύσει αὐτῇ ἐν τῷ σώματι.

† Καὶ ἐσα

1 *At quæ oculorum conſpectum fugiunt, ea profectò mentis oculis obtinentur & ſuperantur.* 2 *Quæcunque verò mala ægri patiuntur ob id quòd non illicò agnoſcantur, eorum culpa non in medicos qui curant, ſed in naturam tum ægri, tum ægritudinis referenda eſt.* 3 *Æger enim cum malum neque viſu nec auditu aſſequi poſſit,* 4 *ratiocinatione perſequitur ipſum.* 5 *Etenim (qui abdito ex morbo laborant) vt maximè conentur medicis ſuos morbos indicare, ex opinione tamen magis quàm ex ſcientia narrant. Nam ſi certò ſcirent, medicis ſe non crederent:* 6 *Cùm eiuſdem ſcientia ſit morborum cauſas noſſe, & morbos ipſos omnibus medicamentis, quæ augeſcere morbum prohibent,*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 182 sur 513

prohibent, curare posse. 7 *Quando igitur nec ex agri relatu ad infallibilem certitudinem peruenire potest, alio medico est respiciendum.* 8 *Itaque huius tarditatis non ars ipsa, verùm corporis natura, causa est.*

COMMENTARIVS.

1 Ratione & scientia, id est, iudicio.

2 Demonstrat morbi naturam latere, culpâ ægri naturæ, vel ipsius morbi: Ergo & operationem.

3 Imperitiâ ægri medicus non rectè morbum accipit; nam æger dolore confectus morbum suum sensu non rectè scrutatur; nec si alius explicet eum intelligit.

4 Ratione intelligere morbum velit, sed nequit.

5 Id est, suam ignorantiam ipse æger detegit verbis, & opere. Verbis, cùm ipse conatur medico explicare naturam sui mali, similitudinibus vtitur, & se opinari ait.

6 Opere: Nam si morbum agnosceret, medicum non accerseret; Nam eiusdem est nosse, & curare. Hoc eleganter docet Galenus libro primo De alimentorum facultatibus, in fine Capitis septimi.

7 Ergo medicus cunctantiùs in cognitionem veniet ægritudinis, ob ægri inscitiam. Nam nec sensu visionis nec tactus in his vti potest: restat ergo ratio, obscuris rebus dicata.

8 Non culpanda est medicina quòd nolit id quod potis non est, sed natura ægri.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἡ μὲν γὰρ ἀσθενομένη, ἄξιοί θεραπεύειν, σκοποῦσα ὅπως μὴ τύλμη μᾶλλον ἢ γνώμῃ, καὶ ῥᾳσώνῃ μᾶλλον ἢ βίῃ θεραπεύῃ. 2 Ὅδ' ἤδη μὲν ἀρκέσει πρὸς τὸ ὠφελῆσαι, ἐξαρκέσει καὶ πρὸς τὸ ἰᾶσθαι. Ἤδη δὲ ἐν ᾧ τοῦτο ἐράσθη, κρατῆσαι, διὰ τὸ βραδέως αὐτὸν δεῖν τὸν θεραπεύοντα ἐλθεῖν, ἢ διὰ τὸ τῷ νοσήματος τύχος, ἐνίσχεσθαι. Ἐξ ἴσου μὲν γὰρ ὁρμώμενον τῇ θεραπείῃ, οὐκ ἔστι θᾶσσον· περιλαμβάνῃ δ', διά τε τὴν τῶν σωμάτων *στερότητα, ὃς ἢ ὡς ἐν εὐσπλήχνῳ ἰνίκεσιν αἰνῆσαι· διά τε τὴν 4 τῶν χωμένων ὀλιγωρέην. Ἐπιπόθεν δ', *λαμβανόμενον δ' ὑπὸ τῶν νοσημάτων, ἐθέλουσι θεραπεύεσθαι. 5 Ἐπεὶ δ' γε τύχης τὴν δυναμιν, ὁκόταν τις τῇ τὰ ἄδηλα νοσεύντων ἀναισιν θαυμάζειν ἀξιώτερον, ἢ ὁκόταν εὐχερείῃσι τοῖς ἀδυνάτοις.

*στερεότητα
*πλαμβανόμενον

1 *Ars enim malum cognoscens, mederi magnopere gestit, id vnum studens ac considerans, ne potiùs temeritate, quàm consilio, & vt* facilitate potiùs quàm vi medeatur.* 2 *Medicus verò siquidẽ sufficerit ad* cognoscendũ, sufficerit etiam ad sanandum. Si verò is in quo morbus cognoscitur [dũ morbus inuestigatur] vi morbi vincatur, vel hinc quòd seriùs medicũ accessit, vel ob morbi celeritatem peribit. Si enim pari passu processerit morbus cum curatione, velocior non est. Sin præoccupauerit, velocior est.* 3 *Præoccupat verò tum propter corporum angustiam, in qua non in conspicuo inhabitant morbi:* tum* 4 *propter ægrorum negligentiam. Cunctantur enim, atque cùm iam morbis inuoluti sunt, tum demum curari volunt.* 5 *Proinde artis potentiam multò iustiùs admirabimur, si quem ex abdito morbo ægrum restituat, quàm si deploratis opem ferre moliatur.*

*facultate, solatio
*n. ægrum

COMMENTARIVS.

1 Si velit medicus auxiliari, morbum cognoscere debet: ita nec temerè, nec vi medicabitur. Sed morbum vt noscat tempore opus est, si æger eum aperire nequit. σκοπεῖσα, id est, ἐξετάζουσα. ῥᾳστώνῃ, ἀναισιν. vtri, iucundè medicetur.

2 Interim dum medicus cognitioni incumbit, vel euadit, vel pessundatur vi morbi æger. Pessundatur, vel negligentiâ suâ æger: vel motu morbi; ita vt interim non possit perquiri.

3 Quia latens in imis partibus non deprehenditur; interim tamen celeriter mouetur: & dum in summum ventum est, medica manus in auxilium vocatur.

4 Ergo occulti morbi insanabiles fiunt ægri neglectu, vel ob morbi vim, & celerem motum. Scribit Celsus, In longis morbis, vbi deliberationi & remediorum mutationi locus patet, rarò obsequens medico æger perit: In acutis verò, vbi nec consilio, nec remediorum mutationi locus, ignoscendum medico.

5 Laudandi itaque medici, si tot iniurias occulti morbi, & ægri superârint, & deploratos si non attigerint.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Οὐκων ἐν ἄλλῃ δημιεργίῃ τῇ πάρη ἀμαρτάνων οὐδεμίη ἐνεστιν οὐδὲν τοιοῦτον. 3 Αλλ' αὐτέων ὅσαι πυκνὴ δημιεργέονται, τότε μὲν παρέντι θᾶσσοί εἰσι· μὴ δὲ τὸ τοῦτο * ἀφθόνως ἐνεργοί. 4 καὶ ὅσαι καὶ τοῖσιν εὐπαροδεύτοισι σώμασι δημιεργέονται, αἱ μὲν μὴ ξύλων, αἱ δὲ μὴ σιτίων, αἱ δὲ χαλκοῦ, χαλκῶ τε καὶ σιδήρῳ, καὶ τοῖσι τούτων ὁμοίοισιν αἱ πλεῖσται. 5 Τὰ δὲ ἐκ τούτων ἢ μὴ τούτων δημιεργήματα, ἢ εὐεπανόρθωτα, ὅμως ὁ πρὸ τάχεος μᾶλλον, ἢ πρὸ ὡς δεῖ δημιεργέοντα, καὶ ἧσσον βέβαιος, ἀλλ' ὑπὸ ἀπειρίῃ τῇ ὀργάνων, ἐλλιπής. 6 Καίτοι γ' ἀκείνας τὸ βραδὺ πρὸς τὸ κυρίτελέσεσιν ἀσύμφορον, ἀλλ' ὅμως * πρεπμάτιν.

* ἀφθόνως
π. τὸ ταχὺ

1 *Nequaquam verò in vlla aliqua iam inuentarum artium* tale quid ineſt.* 3 *Nam quæcunque ignis operâ suum opus faciunt, eo non præsente, ociosa sunt: eundem verò nactæ, operosa euadunt.* 4 *Similiter quæcunque in correctione, qua debetur tractabili rerum materiæ, * artem suam exercent, veluti aliæ in sculpendo, are, ferro, similibusque rebus aliis quamplurimæ.* 5 *Operæ verò quæ ex hac materiæ, & cum huiusmodi instrumentis fiunt, etsi facilè * corrigi possunt, non tamen celeritatem magis requirunt, quàm vt, sicuti decet, tractentur, neutiquam perfunctoriè, cùm si vel vnum instrumentum desit, opus intermittere cogantur.* 6 *Etsi verò cunctatio & tarditas in his quæ interdum perfectioni operis nihil incommodat: laude tamen maiore digna est pröptitudo & celeritas.*

* exercentur
* tractari

COMMENTARIVS.

1 Q. d. ex morbi natura curationis prouenit cunctatio, quamuis nec medici nec ægri vitium adsit. Non enim medicus mederi potest, ni cognoscat: hoc autem multæ operæ. Quod ostendit ex mechanicis artibus. Quæ sanè faciles sunt si committantur medicinæ. q. d. Ne mechanica quidem facilis, absq; cognitione materiæ circa quam, & cum qua operatur: & absque actione & encheiresi.

2 Vt semper suum finem attingant.

3 Cognitione materiæ ἐφ' ὧν & ἐξ ὧν operatur; id est, circa quam, & cum qua operatur: Vt instrumentum operandi, veluti ignis, malleus.

4 Subiectum, d. 2uing. est ἀνεπιόρθωτον, quòd ab artifice ipso sensu agnosci potest, quale sit tractabile nec ne: atque etiam citra periculum tractari potest.

5 Videretur facilis ars: vt mechanicæ reliquæ propter operationem. Sed vt in his facilè qualia decet in vsum adferuntur; ita in hac ægrè, qualia decet, & quando, & quantum, & ordo adhibetur.

6 A tempore, festinatio laudem in opere habet. Sed cognitu est difficile quid ilicò agendum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἰητρικὴ δ', τοῦτο τ' ἐμπύων· τὸ δὲ τὸ πάρ, ἢ τὸν νεφρέα. τοῦτο δ', τὴν ξυμπάντων ἐν τῇ νηδύϊ νοσούντων, ὑποστερνίων τῇ δεξιῇ (τὸ οὖν τοῦτο * πάντες ἀναιωτέοντες † ὁρῶσιν) ὅμως ἄλλας οὐπειρίας 2 ζωερησοὺς ἐφεῦρε. 3 φωνὴν τε γὰρ λαμπρότητα καὶ βραδυτῆτα καὶ 4 ῥεύματα ἀ διαῤῥοὴν ἑκάστων ἐκάστοις, ἃ ἂν ἔξοδοι δίδωσι). ὧν τὰ μὲν, ἐδμῆσι, τὰ δὲ, χροιῇσι, τὰ δὲ λεπτότητι καὶ παχύτητι διασταθμωμένων τεκμαίρεται. ἀν τε 5 σημεῖα τοῦτα, ἀ τε πυπογδόντων, ἀτε παθέων διαμιλέων.

* πάντες
† ὁρῶσι.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 183 sur 513

Ὅταν δ' ταῦτα μαίνωνται, μὴ δ' αὐτὴ ἡ φύσις ἐκείνοισιν ἀφῇ, ὁ ἀνάγκας * ἔφηκεν, ἢν ἡ φύσις ἀζήμιος βιαθεῖσα μᾶλλον. Ἀνεθήκατο δ' ἅπαντα τὰ τῆς τέχνης ἰδοῦσιν, ἃ προῆκα.

* δέεται

1 *Iam verò medicina, aliis ægrotantibus ex empyemate, aliis ſecundùm hepar, vel renes, aliis ſecundùm omnes partes in ventre quæ ſunt, etſi [omnium horum] inſpectione ſenſana priuata ſit (quod ipſum apud omnes in confeſſo eſt) alias tamen facultates* 2 *coadiutrices adinuenit.* [*Puta*] 3 *vocis claritatem & raritatem,* 4 *fluxiones item quæ peculiaribus partibus per quas patet exitus, effundi ſolebant; quarum modo quæſdam odore, aliàs colore, quæſdam tenuitate ac craſſitie trutinando quaſi ſignis ſyllogiſticis deprehendit: indeque colligit* 5 *ſigna eorum quæ ægri iam patiuntur, tum quæ perpeti poterunt. Cùm autem hæc ſigna elucent, ſi natura vltrò non* * *liberauerit,* 6 *neceſſaria* [*remedia*] *natura inuenit, quibus coacta vel ſtimulata, citra noxam tamen, ad excluſionem* * *ſe erigat: vel repreſſa & cohibita artis peritis demoſtrat quo facto opus ſit.*

* remiſſionẽ attulerit.
* Id eſt, concedat illis ſtimulãtibus.

COMMENTARIVS.

1 Demonſtrat iudicij difficultatem in cognoſcendo. d. quia ſubiectum non eſt δεικτόν: nam abditus morbus τῇ διανοίᾳ eſt incompertus.

2 Id eſt, cognitionis ſubſidia ad actionem conferentia.

3 Ex actionibus facultatum læſis.

4 Excrementa, quæ ſubſtantia, qualitate, copia & excernendi modo in vitio ſunt.

5 Præſentium, futuratum, & præteritarum rerum notæ.

6 Ἀνάγκας vocat remedia quibus neceſſariò natura extimulatur, vt agat id quod neceſſarium eſt. Sed cùm polydædala ſint inſtrumenta, & remedia talia, quæ variè ex methodi lege in vſum duci debent; hoc difficultatem mouebit. Itaque ſi natura ἐκ ἀρχῆς vltrò, medicina ad τὸ μεδέν ἀγαν extimulanda eſt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Διάζεται δ' τοῦτο μὲν πῦρ τὸ σύμφυτον, φλέγμα διαχέον, σπόγγου δρυμύτητι, καὶ πυμάτων, ὅπως τικμαίρηται ἀθρόον ἦν ἐκείνων, ἢν αὐτὴ ἐμπνέυσειν ἐθέλῃ. 2 Τοῦτο δ' αὖ πεῦμα ἢν 3 κατήρρον, * ἐδοῦσι τε μᾶλλον τοῦτο, καὶ δρόμοις ἐκδίδηται κατηρρέον. 4 Ἰδρῶτάς τε τούτων τοῖσι μεμιγμένοισιν ἄγεσα, ὑδάτων θερμῶν ἅπτηνοι τικμαίρεσθαι.

* ἐδοῦσι.

1 *Cogitur autem congenitum nobis calidum, ciborum ac potuum acrimonia, pituitam diffundere, quaſi conſectura accepta à certo quodam ſigno, ex iis quæ natura conſpici voluit.* 2 *Partim verò ſi anhelus ſpiritus index morbi fuerit, aſcenſu acclini tum curſibus eum* 3 *accuſare ac prodere cogitur. Quin &* 4 *ſudores per prædictas ciendos eſſe, ex vaporum calidorum expiratione certò colligit.*

COMMENTARIVS.

1 Si itaque elucet notis pituitæ craſſities, ita ratio dictabit, & monſtrabit remedium. Incidenda lenta: inciſio à cal ore eſt, calor à nutricationi dicatis rebus excitatur, ſi in illis is niteat: Ergo parandus eſt humoris incidendo.

2 Si elucet ſymptoma, hoc etiam rectè perceptum medelam indicabit. Anhelòſus homo fit, quod ſpiritus non ſit liber: non liber à pituitæ incurſu in thoracem: Incidatur hæc: à ſpiratione excludatur: ſpiratio curſu & aſcenſu excitetur. Ergo anheloſus ſpiritus curſus curabitur. Metaphoricè locuto à iudiciis: anheloſus ſpiritus reum arguit pectus, de interno morbo: Ars medelis extorquet ὁμολογίαν, conſumere totam accuſationem, cogitque in ſilentium accuſatorem. nam excuſſo morbo, etiam ſymptomata tolluntur.

3 Attenuato humore à motu.

4 Si natura medicinam non expectans ipſa agat, ſed acciſè, quod eſt αἰτιῶς, id eſt, languere. Hoc ſymbolis deprehendet medicus, & iunabit, vt ſudores promouendo, & vrinas fundendo remediis propriis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἔστι δ' ἃ καὶ διὰ τῆς κύστιος διεξοδεύεται, ἀκμαιότερα τῶν ἐδεσμάτων ἁλίσκεται ἐόντα, ἢ διὰ τῆς σαρκὸς ἐξίοντα. Ἐξαιρήσει οὖν ἂν τοιαῦτα πρήγματα ἀγαθὰ βρώματα, * ἅτε 1 θερμαίνοντα θερμότερα γενόμενα, τήκει τε ἐκεῖνα, καὶ διαῤῥήξειν ποιέει. ἀλλὰ δὴ διαῤῥῆξαι, μὴ τῶτο παθόντα. 2 Ἕτερα μὲν οὖν ἐστὶ 3 ἑτέρων, καὶ ἄλλα 4 δ' ἄλλων ἐστὶ, τάτε * διαχέοντα, τάτ' ἐξαγγέλλοντα. ὧν ἁ θαυμασιώτατα αὐτῶν τάς τε 5 πάσας χρονιωτέρας γνῶναι, τάς τ' ἐγχειρεούσας βραχυτέρας, οὕτω δὴ ἀλλοτρίων ἐργμένων πρὸς τὸν θεραπεύοντα πιθανὸν ἐργμένον εἶναι.

* κατεμελέτησαν

Sunt præterea & quæ per veſicam egreſſa magis morbum oſtendere poſſunt, quam quæ per carnem egrediuntur. Inuenit itaque tales potiones & cibos, * *quibus, vtpote* 1 *calidioribus, ea, quæ calorem febrilem in corpore fouent & eliquari, & ad efluxum cogi poſſint: quæ ſanè nunquam effluerent, ſi non hoc modo parata fuiſſent.* 2 *Alia itaque* † *ad alia, & alia* 4 *per alia ſunt* [*vel prodeunt,*] *tum quæ corpus peruadunt, tum quæ indicant. Vt proinde non mirum ſit & horum certam expluratamque ſcientiam. quæ* 5 *fide digna, longi temporis eſſe, & exercitationibus medicis multum temporis accidi, quandoquidem tam remotis atque externis probationibus ad medendi ſcientiam medici perueniunt.*

* Corn. qui caleſacientibus alia calidiores exigentes. Corn. ex aliis.

COMMENTARIVS.

1 Quorum calore, ea, quibus exardeſcit in febrem corpus, fundantur in vrinam. q.d. abditos etiam morbos curat; vbi à natura didicit, quò viam affectet humor & eius inclinatio.

2 Medicina itaque ob iudicium difficilis eſt, & longo tempore ad eam itur. ob ſigna, id eſt, τὰ ἐξαγγέλλοντα, & remedia quæ peruadunt corpus, id eſt, τὰ διάγοντα. Nam variant pro ratione corporis cui admouentur, i. ἕτερα πρὸς ἕτερον. & ſua via agendi, vt enata, vel fabricata fuerint.

3 Vt melictatum aliis eſt diaphoreticum, alis diureticum, aliis aluum turbat. Ita ſigna: vt ſomnus in pueris eſt criticus; aliis prolixior ſi ſit, eſt ſymptomaticus.

4 Vt notes ex quibus in quæ fiat mutatio.

5 Ob actionem etiam difficilis. nam quo plus temporis cognitioni datur morbi, eo fideliùs curatio. etenim ni cognoſcas, non curabis. Sed à longè remotis rebus à morbis, morbum intelligimus: vt ex ſymptomatis, cibo, potu, &c.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ὅτι μὲν οὖν καὶ λόγος ἐν ἑωυτῷ ἰσῦπόρος εἰς τὰς ἀπικνείας ἔχει ἡ ἰητρικὴ, 2 ἢ ἐκ εὐεπιστοτάτων δικαίως οὐκ ἂν ἐγχειρέοι τῶτο ποιεῖν, ἢ ἐγχειρέων μάτην 3 ἀναμάρτητος ἂν παρείη· ὅτε τε 4 μὴ λεχθέντων λόγων ἀναίδεα, 5 ἄτε τῶν εἰδότων τὰ τοιαῦτα ὀπηδέοντες, ἂς ἐκ τῶν ἔργων ἤδεσαν, ἢ ἐκ τῶν λόγων ὀπηδεύοντες οὐτο λήθειν * κατεμελετήκατες, ἀλλὰ πάντη τοῦ 6 πλήθεος ἐξ ὧν ἂν ἴδωσιν ὀικειοτέρω ἡγεμόνες, ἢ ἐξ ὧν ἀκούσωσι.

* κατεμελέτησαν

1 *Quod itaque & rationes in ſeipſa ad remediandum copioſas habeat medicina, &* 2 *morbos, quis corrigi nequeunt, meritò non aggrediatur,* 3 *inculpatam verò ſeſe præbeat in iis quos aggreditur, id tum* 4 *præcedens ſermo manifeſtum facit; tum* 5 *artis peritorum demonſtrationes, quas multò libentius ipſo opere quàm verbis præſtant: Cùm in dicendo non æquè exercitati, interim eam fidem ſinceriorem putantes, quæ* 6 *copia exemplorum oculis compertorum,*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 184 sur 513

compertorum, quàm quæ ex auditarum rerum copia constat.

COMMENTARIVS.

1 Claudit disputationem, & anacephalæosin addit prædictorum. Medicinam n. certam esse respectu morborum ἀδιηρθρώτων & ægrè curabilium. εὐδιηρθρώτων, qui etsi facilè cedant, non tamen temerè, sed ex lege methodi debent curari; & non minor in his ars est (λόγος & πόρος εἰς ἐπιτευξίην) quàm in ægrè redintegrabilibus.

2 Certam esse artem etiam ratione ægrè curabilium. 2. aph. 29. Celsus 11. lib. 9. qui seruari nequit, non attingendus: hoc prudentiam medici, & artis certitudinem arguit. Sed humanitatis & occultæ naturæ potentiæ nos memores esse vult Auicenna.

3 Nullum errorem committit in curabilibus. id etiam certam artem declarabit.

4 Πίστις seu probatio quòd medicina sit ars, ratione & sensu deprehenditur. Ratione ostendet artem veram esse.

5 Exemplis veritatem ostendit: hoc ἐπίδειξιν vocat hìc Hippocrates. Ita Idiotis facto, artis certitudinem persuadent.

6 Id est, quæ exemplis potiùs quæ videntur, quàm sermonibus qui audiuntur, fidem arti faciunt, sui officij esse putant.

HIPPOCRATIS
DE
VETERI MEDICINA,
Quam DIÆTETICAM vocare videtur.

ARGVMENTVM.

DE vetustate Medicinæ, ab Æsculapio Græciæ illatæ, & per manus posterorum Hippocrati traditæ: & de eius inuentione, quam veram & constantem defendit contra sophismata Gorgiæ Leontini, & discipulorum Poli, qui nouæ methodi auctores: artis huius nobilitatem celebrat. Probat eius veteris artis certitudinem ex Diætæ instituto, & causarum morbificarum inuentione, quæ capiantur non ex inani hypothesi, sed ex obiecto medicinæ; nimirum corpore humano.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ
ΑΡΚΑΙΗΣ ΙΗΤΡΙΚΗΣ.

ΟΚΟΣΟΙ 1 ἐπεχείρησαν περὶ ἰητρικῆς λέγειν ἢ γράφειν, ὑπόθεσιν σφίσιν αὐτοῖσιν ὑποθέμενοι τὸ λόγῳ, θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ἄλλο ὅ, τι ἂν ἐθέλωσιν, * ἐς βραχὺ ἄγοντες, τοῖσι αἰσχίστοις τῶν αὐτῶν τοῖσιν ἀμφρώποισι σφῖ γνοῦσιν τε καὶ σοφωτάτοις, καὶ πᾶσι τοῖσι αὐτοῖσι, ἓν ἢ δύο πρόφασιν ἐν πολλοῖσι μὴ καὶ οἷσι λέγεσι καταφανέες εἶσιν ἁμαρτάνοντες· μᾶλλον δὲ ἄξιον μεμνῆσθαι ἀμφὶ τέχνης ἐούσης, ἣν χρέωνται τε πάντες ὀνῆσαι τοῖσι μεγίστοισι, καὶ τιμῶσι μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς χειροτέχνας. 2 Εἰσὶ δὲ δημηγορὶ οἱ μὲν φλαῦροι, οἱ δὲ πολὺ διαφέροντες. Ὅπερ, εἰ μὴ ἦν ἰητρικὴ ὅλως, καὶ μὴ δ' ἐν αὐτῇ ἔσκεπτο, μή δ' ἐυρίσκετο μηδὲν, ἀλλὰ πάντες * ἂν ὁμοίως αὐτῆς ἄπειροί τε ἦσαν καὶ † ἀνεπίστημονες ἅπαντες, καὶ τἀκρι πάντα τὰ δοῦ κεκμήκασιν διήκειτο.

* ἐς βραχὺ ἄγοντες

* ὁμοίως ἂν

† ἀνεπίστημονες

HIPPOCRATIS
DE
VETERI MEDICINA.

VOTOVOT 1 de arte medica docere aut scribere animum adiecerunt, hypothesin sibi disputationis aut calidum, aut frigidum, aut siccum, aut quodcumque tandem aliud supposuerunt: adeóque rem in compendium contrahentes, proposuere principium causæ morbificæ ac mortis hominibus euenire vnum aut duo; & omnibus principium id idem constituerunt: vt in multis quæ docent manifestò errasse deprehendantur: iustissima tamen de illis querela est, artis, quæ reuera existit, nomine, quâ omnes præ maximis vtuntur, cuiusque peritos artifices summopere colunt. 2 Sunt autem opifices alij viles, alij longè præstantes. Quòd sanè, si nulla esset omnino medica ars, 3 neque in ipsa vel obseruationes vel inuentæ aliquæ extarent; neutiquam [id] contingeret: sed cuncti æquè eius imperiti & ignari forent, ac fortunâ cuncta ægrorum res gubernarentur.

COMMENTARIVS.

1 Ne odio alicuius hæc effusa quis putet, addit exordium, quo promittit falsæ medicinæ confutationem, & veræ vindicias: ita attentos & benevolos lectores reddit. Nam boni viri est coërcere falsa, & vera defendere: At neotericorum medicina, quam ex hypothesi fabricantur, non est vera. sed Asclepiadarum vetus medicina, quæ hypothesi caret, & artem suam (nempe sensu compertas demonstrationes) naturæ subiecti accommodat, est vera. nam verè est ars. &, quidnam sit τὸ συγγενὲς arti, id est, indoles, ostendit.

2 Q. d. medicina igitur est ars: id confirmat similitudine aliarum artium, in quibus encheiresi, & doctrinâ longè differunt artifices. ita in medicina.

3 Si non esset medicina ars, proaui nostri in ea nihil obseruassent; sed æquè cuncti ignari essent,

qui

qui aliquid inueniſſent, & illi qui nihil: ſed caſu cuncta in ea euenirent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Νῦν δ' οὐκ ὥπως ἔχει, ἀλλ' ὅσαπερ αἱ ἄλλων τεχνέων πασέων οἱ δημιοῦργοι πολλὸν ἀλλήλων διαφέρουσι 2 καὶ χερσὶ καὶ γνώμῃ, οὕτω δὴ καὶ ὅδε ἰητρικῆς. Διὸ καὶ ἡμῖν ἔοικε 3 κεφῆς αὐτίκα ποδεῖσθαι δεῖξαι, ὅσαπερ τὰ 4 ἀφανέα τῆς ἀπορεύματα, ἐπεὶ ἂν ἀναγκαῖον, μὴ πῃ * ἐπιχειροῖ λέγειν, ὡς ποιέειν χρὴ ἰητρόν. Ὁ γὰρ μεταῦρων ἢ ἄλλῃ ποῖ χρὴ μᾶλλον ἢ ἐλαίῃ τὸν χρῶτα γνώσεται ὡς ἔχει, οὔτε ἂν αὐτῷ πολλὸν ἢ οὐδὲν προσλέγοιτο οὔτε τοῖς ἀνοίκοις ἐπίστασθαι ἂν εἴη, εἴτε ἀληθέα ὄζει, εἴτε μή. Οὐ γὰρ δὴ ἔστιν ὅ, τι χρὴ ἐπαινέσαντα εἰδέναι τὸ σαφές.

1 *At verò nunc aliter hæc res ſe habet: vt enim aliarum artium cunctarum opifices plurimùm inter ſe differunt,* 2 *tum manu, tum mente; ſic etiam in medica euenit arte. Quapropter cenſeo ego, ipſam* 3 *non egere imbelli hypotheſi, velut ea quæ ſunt* 4 *obſcura & dubia, de quibus ſi quis diſſerere velit, eum neceſſe eſt hypotheſi vti. Velut ſi quis de meteoris, aut de ſubterraneis dicat, & ſe ſcire quomodo ea ſe habeant profiteatur, tamen neque profitenti ipſi, neque auditoribus manifeſtum ſatis fuerit, verane ſint, necne. Neque enim datur aliquid, ad quod rationes cunctas referendo, certa ſcientia haberi queat.*

COMMENTARIVS.

1 Vt in aliis artibus quidam manu vel mente excellunt, ita & in medicina: igitur ea eſt ars.

2 Artifices in cæteris artibus, cognitione & exercitatione ſe inter ſe ſuperant: ita & medici: igitur ars.

3 Nam ſenſata demonſtratione vtitur hæc antiqua medicina, cùm ſenſuum iudicium vbique admittat: igitur hypotheſi non vtitur, cùm eius ſubiectum ſub ſenſum cadat.

4 Quod ſenſui expoſitum non eſt, ſed ſoli rationi, eius natura hypotheſi indaganda, vt in metallis, & meteoris: nam talia ſubiecta à ſenſu abſunt. Igitur medicina neotericorum, quam ex hipotheſi ducunt, non reſpondet naturæ ſubiecti. Sillogiſmus: Medicinæ vetæ doctrina, naturæ ſubiecti reſpondere debet. At doctrina neotericorum, quæ hypotheſi vtitur, non reſpondet naturæ ſubiecti: ſed veterum, quæ nulla hypotheſi vtitur, ſed ſenſu comperta demonſtratione. Ig. Vera doctrina veterum, quæ inuenta ſua habet, & inueniri ab illâ reliqua poſſunt: Neotericorum falſa, qua nec inuentum quicquam: nec inueniri quid poterit. Probat maiorem. Omnis ars ſuam doctrinam, naturæ ſubiecti accommodare debet. At medicina eſt ars, nam inuenta habet, & artificum varietatem. Probat minorem. Quod ſubiectum ſub ſenſum cadit, eius doctrina hypotheſi carere debet: iudicium ſenſui deferendum: nam ex priori nota. At medicinæ ſubiectum ſub ſenſum cadit.

5 His opus eſt hypotheſi, nam hæc ſubiecta tantùm rationi ſunt peruia, non ſenſui.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἰητρικὴ δ' πάντα πάλαι ἐκάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ 2 ὁδὸς εὑρισκόμη, καθ' ὃν καὶ τὰ εὑρισκόμενα πολλὰ τε καὶ καλῶς ἔχοντα εὑρηται, 3 ἐν πολλῷ χρόνῳ, καὶ τὸ λοιπὸ εὑρεθήσεται, ἢν τις ἱκανὸς τῷ ὦν, καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητῇ. 4 Ὅστις δ' παῖδα ἐκβαλὼν καὶ ἐκθρέψας πάντα, 5 ἕτερα οἷα, καὶ ἑτέρῳ ἡβῶντα ἐπιχειρεῖ ζητέειν, καὶ φάσκει τὰ εὑρισκόμενα, ἐξαπατᾶται, καὶ ἐξαπατᾷ. Ἀδύνατον γὰρ. Διὰς δ' ἀνάγκας ἀδύνατον, ἐγὼ πειράσομαι ὑποδεῖξαι, λέγων καὶ δεικνὺς πρῶτον τὴν ἰητρικὴν ὅ, τι ἐστὶν· ἐν ᾧ τοῦτο καταφανὲς ἔσται, ἀδύνατα ἐνέντα ἄλλως πῶς εὐεπίκλειστα.

1 *Medicina autem iam cuncta ab antiquo inſunt, & 2 via inuenta eſt, per quam & multa & vitæ vtiliſſima 3 longâ die deprehenſa ſunt, & reliqua deinceps inuenientur, ſi modò quis aptus fuerit, & iam inuentorum gnarus, hinc ad reliqua perueſtigandæ proſiliat.* 4 *Quicumque verò omnibus his reiectis ac reprobatis, alia via* 5 *aliáque forma inueſtigare conatur, & quid inueniſſe ſe gloriatur, fallit, & fallitur. Fieri enim id nequit. Verùm ob quas cauſas id fieri non poſſit, ego demonſtrare conabor, docens ac demonſtrans artem exiſtere: ex hoc autem palam fiet, impoſſibile eſſe aliquo alio modo inueniri.*

COMMENTARIVS.

1 Olim medicinæ ſubiectum tale erat quale nunc eſt, ſenſui expoſitum, & eiſdem cauſis obnoxium.

2 Q. d. Æſculapidum igitur medicina vera eſt, cùm multa medendi præclara præcepta iuuenerit: & porrò, quæ deſiderantur, perueſtigabit. Non itaque Hippocratis tandem tempore ex incunabulis nuper quinata medicina egreſſa eſt, ſed pulchrè tunc adoleuerat in ſacra Æſculapidûm gente, cui adhæſerat ferè annos mille. Vanum itaque quod Varro, Strabo & Plinius ſcribunt, Hippocratem ex tabulis ægrotum, ab Æſculapij templis incendio ſurreptis, artem fabricaſſe.

3 Illi quid naturæ noſtræ inſit, & quo modo afficiatur, vſu & iudicio deprehenderunt.

4 Dicit falſam eſſe neotericorum medicinam, qua nec inuentum eſt quicquam; nec inuenietur: ſed ſe & alios fallunt.

5 Nam certis vtitur indicationibus ex rei natura enatis antiqua medicina.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Μάλιστα 1 δέ μοι δοκέει, σφέας τῶνδε δεῖν λέγειν τὰ τέχνης, γνώσι λέγειν τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. Οὐ γὰρ πρέπει 2 ἄλλου τινὸς ἢ τῶν ζητέειν, ἀφανέα, οὔτε λέγειν, πρέπει τ' παθήμασιν, ὧν αὐτοὶ αὐτοῖσι νοσέουσιν. Αὐτοὺς μὲν οὖν 3 τὰ σφέων αὐτῶν παθήματα κατανοεῖν, ὅσα γίνεται καὶ πάσχει, ἢ δι' ἵδρωτος ἀφανίσιος ἀύξεταί τε καὶ φθίνει, ἰδιώτας ἐόντας, ἢ ῥαιδίην· ἂν ἄλλο δ' εὑρημένα καὶ λεγόμενα, ὑποπτέειν. 4 Οὐδὲν γὰρ ἔτερον ἀναμιμνήσκεται ἕκαστος, ἀκούων ἢ ἑαυτῷ ξυμβαινόντων. Εἰ δέ τις τῶν ἰδιωτέων γνώμης ἀποτυγχάνει, ἢ μὴ διαβαίνει τὰς ἀκοὰς τοῖς ἐόντι ἀποτυγχάνει. Καὶ διὰ ταῦτα ἢν δ δεῖν δέηται ἐπιθέσθαι.

Maximè autem 1 *mihi conſentaneum eſſe videtur eum, qui de hac arte docturus ſit, oportere vulgo ac plebeiis nota dicere. Non enim decet* 2 *de alio quopiam inquirere, vel dicere, quàm de paſſionibus ex quibus illi ipſi ægrotant. Ipſos ſiquidem* 3 *proprias ſuas affectiones intelligere, quomodo naſcantur ac mitescant, & ex quibus cauſis efflorescant ac tabescant, quum idiotæ ſint, haut facile eſt: verùm ab alio inuentas ac proditas, facile factu eſt.* 4 *Nullius enim rei alterius facilius quiſque recordatur, quàm quam ſibi ipſi euenisſe audit. Si verò quis* 5 *ab idiotarum cognitione remota docuerit, neque in præſens audientes perſuaſerit, ille etiam deinceps in eo, quod maximè verum eſt perſuadendo periclitabitur. Hinc eſt quòd* 6 *alia hypotheſi nobis opus non ſit.*

COMMENTARIVS.

1 D. oportere ſenſui notas eſſe demonſtrationes, etiam idiotis, vnde medicina principia ducet: nam tale eſt ſubiectum quod morbis affligitur: quare τὸ ὅτι ſenſu percipiunt, & ſenſus iudicio de iis ſententiam ſuam ferent. Propterea lib. de principiis iubet κοινὴν ἀρχὴν καταδέδθαι γνώμησι πρὸς ἰητρικῆς: hinc eſt quòd ſimilitudine ſæpè medici illuſtrent idiotis obſcura: quare in præcep. d. eos λέγειν ἐκ μεταφορῆς διαζηδεῖσθαι.

2 Nam τὸ ὅτι ſolùm aſſequuntur.

3 Διὸτι medico præceptore diſcunt. Nam facilè ſanitatem

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 186 sur 513

ſanitatem & morbum in ſuo corpore agnoſcunt idiotæ: de his autem agit medicus, & ita agere debet vt omnia quæ proponit ſenſibus reſpondeant, & iis adaptet ea: & hinc ad vniuerſalia & abſtruſa eos abducunt. ita fama Dea eſt, cùm id plerumque verum ſit quod in omnium eſt ore.

4 Si itaque medicus ea quæ reſpondent eorum ſenſui dixerit, facilè & auidè id percipiunt.

5 Si ſenſui minimè conſentanea afferat, id reſpuunt: nec poſtea vera dicenti credunt. hoc mendacij lucrum eſt; vt quidam dixit. itaque hîc hypotheſis damno erit illis medicis.

6 Nam hypotheſes ignotæ ſunt idiotis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τὼ γὰρ ἀρχὼ οὔτ' ἂν εὑρέθη τέχνη ἰητικὴ, οὔτ' ἂν ἐζητήθη (δεῖν γὰρ αὐτῆς ἔδει) τοῖσι κάμνουσι τὰ αὐτὰ διαιτωμένοισί τε καὶ φορτερεμυσίοισιν, ἄλλο ὑγιαίνουσι 2 ἐδίδοσι καὶ πίνουσι εἰ μὴ κατ' ἄλλα διαιτωμένοις ξυνέφερε, καὶ μὴ δὴ ἕτερα τοιαῦτα βελτίω. Νῦν δ' αὖτε 3 ἡ ἀνάγκη ἰητικὴν ἐποίησε ζητεῖσθαί τε καὶ εὑρεθῆναι ἀνθρώποισιν, ὅτι τοῖσιν κάμνουσι τάδε φορτερεμυσίοισιν, ἄλλο οἱ ὑγιαίνοντες, 4 καὶ ξυνέφερεν, ὡς δὴ νῦν ξυμφέρει.

1 *Medicina enim ab initio non fuiſſet inuenta, neque perueſtigata (nihil enim eâ opus fuiſſet) ſi ægroti homines citra noxam, eâdem diætâ vti & eadem aſſumere potuiſſent, quæ ſani 2 edunt ac bibunt: imò quælibet alia victus ratio eis profuiſſet, ſi his non alia fuiſſet ægris commodior. Nunc verò 3 neceſſitas ipſa, homines coëgit ad Medicinæ perueſtigationem ac inuentionem. Etenim ægris eo modo paſtis & iis nutritis, quibus fruuntur ſani, 4 nec olim profuit, nec nunc prodeſt.*

COMMENTARIVS.

1 Q.d. ſiuma eſt veterum medicina, nam ea quæ ſanitati conſecrata ſunt, inuenit: vt elucet in diæta, quam loco & iure præſcribit ægris. Nam ſi quæuis diæta cuiuis conferret, ars præſcribendi victum, nec inueſtigata nec comperta fuiſſet. At non eadem diæta dicata eſt cunctis. Igitur à priſcis illa quæſita & inuenta fuit. vt eleganter oſtendit aureis illis libris de victu in morbis acutis, vbi monſtrat quibus melicratum, quibus vinum vel oxymel conferat.

2 Sed diæta, vnde ſanis robur, ægris eſt infirmitas.

3 Q.d. conſtat iam, non ab eadem diæta firmari ſanos & ægros: quod ſi ita foret, priſci victus rationem non inſtituiſſent; nec eam perueſtigaſſent, cùm id fruſtrà feciſſent. Igitur olim nata fuit hæc medicinæ pars. At quo doctore? ἀνάγκη, inquit, id eſt; neceſſitate, quæ, vt ait Cicero, cogit, quod non habeas, aliunde ſumere.

4 Igitur idem iam ſubiectum quod tunc, eadem alimenta & remedia: & inde profectæ obſeruationum regulæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Επὶ δὲ ἀνωδύνοισιν, ἔγωγε ἀξιῶ οὐδὲν ἂν τῶν δεῖ ὑγιαινόντων διαιτᾶν τε καὶ τρέφειν, ἢ νῦν χρέονται, εὑρεθῆναι, εἰ 2 ἐξήρκει τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτα ἐδόντι καὶ πίνοντι ταῦτα καὶ ἔπραττε καὶ πᾶσιν ὅσοις ἀνθρώποις· εἶεν τὰ ὅσα τῆς γῆς φυόμενα, καρπούς τε, καὶ ὕλλα, καὶ χόρτον, * οἱ ὑπὸ τετίων καὶ πρέσον), ἄδυξον), καὶ ἄπυροι διάγουσιν οὐδὲν δεόμενοι ἄλλης διαίτης. 3 Καὶ τοι τῷ ἀρχῇ ἔγωγε ἀξιῶ καὶ † ἀνθρώπου τοιαύτῃ τροφῇ κεχρῆσθαι. 4 Τὰ δ' ἐπὶ νῦν διαιτήματα εὑρημένα, τετεχνημένα, ἐν πολλῷ χρόνῳ γεγενῆσθαί μοι δοκέει.

3 *Quin, vt rem altius arceſſamus, ego cenſeo, ad ipſam ſanorum diætam & paſtum, cui nunc indulgent, inueniendum, nunquam priſcos illos animum adiecturos fuiſſe, ſi 2 ſuffeciſſet homini idem cibus & potus, qui bonis ac equo, & cunctis reliquis animalibus præter hominem: in quo cenſu ſunt terrâ naſcentia, fructus nempe, herbæ, & fœnum, quibus nutriuntur & incrementis augeſcunt; & illæſa degunt non indiga alterius diætæ. 3 Quanquam ego ſanè exiſtimem hominem ab initio talem viuendi rationem iniiſſe. 4 Quæ autem nunc inuenta ſunt edulia, prolixa arte excogitata, & longâ die enata eſſe mihi videntur.*

COMMENTARIVS.

1 Q.d. ars eſt Diætetica; id elucet ex ſanorum hominum victu, qui à priſcis inſtitutus fuit: qui ſi idem foret cum belluino, nunquam eum inueniſſent qui eſt manſuetior. Sed teneriores olim læſit rudis illa Diæta: hinc mitior hæc noſtra quæſita & inuenta eſt.

2 A medicina quæque gens ſuam diætam habet, vt illa robuſta vel imbellis natio. aliter Americani, aliter nos.

3 Oſtendit ex ſanorum Diæta, medicinam veram inuentam eſſe, nam durior illa priſca diæta vel manifeſtò teneros lædebat, vel obſcurè firmiores.

4 Itaque in morbos tracti, cùm facere ad morbum talem diætam ſentirent, eam mutârunt, ac valentibus etiam eam accommodârunt: cupedia tamen morboſa aberat, quæ iam adeſt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ως γὰρ ἔπαγον πολλαί † καὶ δειναὶ ὑπὸ ἰσχυρῆς τε καὶ ἀηθεώδεος διαίτης ζώματα, καὶ ἄκρητα, καὶ μεγάλας δυνάμεις ἔχοντα ἐσφερόμενοι, εἶδάρ οὐ 2 καὶ νῦν ὧδ' αὐτέων πάσχουσι, πένητοί τε ἰσχυρῇσι καὶ 3 νούσοισι περιπίπτοντες, καὶ διὰ ταχέω θανάτοισιν. Ἦσσον μὲν ἦν τοῦτο τότε εἰκὸς ἢ νῦν πάσχειν, διὰ τὴν 4 συνήθειαν· ἰσχυρῆς δὲ καὶ τότε, καὶ τὰς μὲν πλείστας τε καὶ ἧσσον ἀδυνατέρλω φύσιν ἔχοντας ἀπόλλυσθαι εἰκὸς· τοὺς δ' τετίων ὑπερέχοντας, πλέω χρόνον ἀντέχειν.

1 *Vt enim varia & acerba patiebantur corpora ex validâ & efferâ diætâ, quæ immoderata & validas vires gerens ingerebatur; quemadmodum ſanè 2 etiam nunc ex illis paterentur, acerbis doloribus, 3 morbis, quin ſubitanea etiam morti impingentes. Conſentaneum autem eſt vos hæc incommoda parciùs paſſos fuiſſe, 4 ob aſſuetudinem: etiamſi tunc quoque acerbè eos afflictos fuiſſe veriſimile ſit, & plurimos quidem 5 tenellulam naturam ſortitos interiiſſe: qui verò (robuſtiores) illam diætam ſuperare poterant, longiori tempore duraſſe ac reſtitiſſe.*

COMMENTARIVS.

1 Cùm ei paria ad mitigationem non eſſent.

2 Itaque Hippocrati olim æquè languit natura, atque nunc: natura enim infatigata ſuum munus agit, & in eo perennat. niſi materia, noſtrâ ab intemperantiâ, morborum contumacior; & corporis materia ſolutioni aptior reddita quòd ſit.

3 A cruditate maximorum morborum parente, fœtâ in orgaſmum ac venenatam vim.

4 Conſuetudinis maxima vis eſt.

5 Cùm non rectè conficerent duram illam diætam (homines etiam mediocriter robuſti.)

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ωσπερ καὶ νῦν ὅσοι τῶν ἰσχυρῶν βραιοτέρων· οἱ μὲν γὰρ ῥηϊδίως ἀπαλλάσσονται· οἱ δὲ μὴ πολλῶν πόνων τε καὶ κακῶν. 1 Διὰ δὴ ταύτην τὴν χρείην, καὶ ἔτοι μοι δοκέουσι ζητῆσαι τρεφὴν ἁρμόζουσαν τῇ φύσει, καὶ εὑρεῖν ταύτην, ἣ νῦν χρέωμεθα. Ἐκ μὲν γὰρ 2 τῶν πυρῶν βρέξαντες, καὶ πτίσαντες πάντα, καὶ καταλέσαντες, καὶ διασήσαντες, καὶ * φυρήσαντες, καὶ ὀπτήσαντες, ἀπτέλεσεν ἄρτον. Ἐκ δέ γε τῶν κριθέων 3 μάζαν, ἄλλα τε σύχνα τοῖσι τοιούτοισι πρήγματα διεπόνησε, τῷ, καὶ

* φύραντες

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 187 sur 513

©BIUM

καὶ ἀναίσιμον, καὶ ἔμιξαι, καὶ ἐκέρασαι ὁμοῦ τε καὶ ἄκρητα τοῖσιν ἀδυνατωτέροις, πάσσοντες πάντα πρὸς πῶμα 4 τῇ ἀνθρώπου φύσιι τε καὶ δυνάμιι· ἡγεύμενοι * ὅσα μὲν ὁμοιότερα ἦ, ἧσσον δ' ἀνικέεται κρατέειν ἡ φύσις, μᾶλλον ἐσβάλλ'). Κατὰ τούτων δ' αὖτων, πίνος τε, καὶ νοῦσοι καὶ θανάτοι ἐγένοντο· ὅσῳ δ' ἂν δυνῇ) ὀλιγάτεον, κατὰ τοιῦτον τροφῶ τε, καὶ αὔξησιν καὶ ὑγιείην.

* ἐπὶ ὅσα μὲ
αὖ

Vt etiam nunc euenit in his malis quæ ex validis surgunt eduliis: hi enim facilè his defunguntur, hi, plurimis molestiis ac tœdiis. 1 Ob hanc itaque necessitatem etiam prisci illi mihi videntur quæsiuisse victum naturæ humanæ dicatum, & inuenisse hunc quo nunc vtimur. Ex 2 tritico igitur macerato, & à cortice purgato, molitóque ac cribrato, & subacto ac assato panem fecerunt. Ex hordeo verò 3 mazan. atque in hanc curam incumbentes, plurima alia coxerunt, & assarunt & miscuerũt, fortiaque & immodérata remissioribus temperarunt, effingentes cuncta ad 4 humanam naturam ac vires: ita existimantes, quòd his quæ robustiora forent, natura humana; par non esset, si ingererentur: indéque adeò, iudicabant, dolores, morbos ac mortes surgere: contrà verò ab his, quæ 6 natura domare posset, exsplendescere nutricatum, incrementum, ac sanitatem.

COMMENTARIVS.

1 Itaque quamuis à sanarum ratione aliena esse videatur, tamen Diætetica non ad coquum aut gymnasten pertinet, sed ad medicos; cùm vitent indomita calori natiuo, ne morbos pariant; vnde mansuetior inuenta diæta, qua fruimur hactenus. Qui θηριώδεις διαίτης ἀχριότητα mitigarunt suauiori diæta, hanc qua nunc fruimur inuenerunt.

2 Q. d. igitur est ars Diætetica: nam id loquitur ciborum quæ foris sit mitigatio, qua mitescit inuicta ciborum vis, vt faciliùs cedat calido natiuo: hæc iam in vsum domesticum versa sunt. Vt elucet in pane, qui aptus vsibus redditur maceratione, & purgatione, & vredine acciso madore; molitur, cribratur, subigitur, assatur. Ita accommodabant omnia saluti, non oblectamentis. Sic hodie ferè panificij negocium respondet vetustati.

3 Panis antiquis ex tritico erat; maza autem ex hordeo: his solis panificiis gaudebat antiquitas. Maza vt panis parabatur, sed quia durior, vino vel aquâ mollescebat: 2 de Diæta.

4 Ita fabricata, vt analogia respondeant humanæ fabricæ, & naturæ.

5 Aditum ad coctionem aperit præparatio ciborum: q.d. igitur, cùm arceat calamitates morbiferas hæc præparatio, eius inuentio est medica. Cùm enim plenior cibus damno foret, paratione ægro commodiorem hunc reddit, partimque quod noxium est aufert, partim quod vtile parat, & ad vires calidi natiui accommodat.

6 Vt monstrat primo acut. de hordeo. & libro 1 aph. vt ad vires ægrorum temperari debeat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

καὶ Τῶν δ' 1 εὑρημάτων τί ἂν οὖν ἔνομα θειότερον ἄν τις * προσοῖτο μᾶλλον θεῖτο, ἢ ἰητικὴν; ὅτι εὕρηται ὅπῃ ὑπὸ τῆ ἀρτεώσιος δεῖ τε καὶ προῆι καὶ σιτητέα, καὶ ἀλλαξιμα κείνοις τοῖσι διαίτης, ἐξ ὧν οἱ πόνοι καὶ νοῦσοι γίνονται. Εἰ δ' μὴ τέχνη αὐτὴ ταῦτ' ἐζήτει ἦν, οὐκ ἂν ἄσκοπος ἦν· οὐδ' ἂν ἔμενεν ἕκαστος ἰδιώτης, ἀλλὰ πάντες ὁπόσοι ἐπήμονες, διὰ πῶν χρῆσίν τε καὶ ἀνάγκην, οὐ προσοίκεα πάντις εὑρίσκα 4 τεχνίτῳ καλέεσθαι. Ἐπεὶ τόγε 5 εὕρημα καὶ πολλῆς τέχνης τὸ καὶ σέβεσθαι. Ἐπὶ γοῦν καὶ νῦν οἱ περὶ 6 γυμνασίων τε καὶ ἀνακτήσιων ὁπωσιοῦν ἐόντες, οἵτινες προσεξευρίσκουσι, καὶ τῷ αὐτῷ ὁδὸν ζητοῦντες, ὅτῃ ἔδον τὸ καὶ πίνειν, ὁπόσα πίνοντα τὰ αὐτῶν μάλιστα, καὶ ὁμοιότερον ἑαυτῷ ἔσται.

Porrò huic 1 inuento quodnam iustius magisque aptum nomen quis imposuerit, quam Medicinæ? quando quidem gratiâ sanitatis humana nutricatusque ac saluris inuentum est, 2 succedaneum illius diætæ, ex qua dolores & morbi nascebantur. Si verò hæc ipsa in artium numero non habeatur, id absurdum videri minimè debet: cuius enim nullus 3 ignarus est, sed consci omnes ob frequentem vsum ac necessitatem, eius non decet aliquem professione 4 artificem appellari. Attamen 5 inuentum ipsum nihilominus & magnum, & multæ artis ac indagationis existit. Quin etiam in hunc vsque diem qui nunc quoque 6 gymnastica & viribus reparandis præsunt conualescentium, perpetuò quid vberius inueniunt, iuxta eandem viam perquisitionis quod quis edens ac bibens maximè conficiat, & seipso robustior euadat.

COMMENTARIVS.

1 Ita diætam mitigare quò par ei sit natura humana, arcet morbos; at id omnino medicum est.

2 Q.d. hoc solatium ab arte est, quod vitare docet morbos: id medicum.

3 Hoc est, assuetudo huius beneficij facit, vt non medicum videatur; nam nullus non culinæ peritus est: & quod in omnium notitia est, haut artificiosum: vnde nec professione, horum gnari, artifices dicendi.

4 Antiquus mos erat, initiatis artes aperire; vel voce, hos ἀκρατεῖς appellabant, vnde Hebræorum Cabala: vel aphoristico scripto: ita apud vulgus artibus intacta erat maiestas, & ob admirationem efficacia, quam contemptus eludit. Exoteri itaque arceantur à sacra arte: initiatis omnia aperiantur.

5 Epanorthosis: quamuis omnibus necessitate exposita sit Diætetica, attamen primæua eius inuentio dignissima artifice fuit, vt etiam nunc eius, ex ratione, incrementum. Apud Homerum dum nondum palam foret, Achilles, Helena &c heroës illa se oblectarunt. A Chirone hanc didicerant: quod innuit Pindarus Pyth. γ. vbi d. τοὺς δὲ μαλακαῖς ἐπῳδαῖς ἀμείλιξεν, τοὺς δ' ἀφθιτοις πίνοντας ἔδωσεν ὄρθως, id est, hos mollibus cationibus tractans, hos lenibus potibus erigebat. sed quales cantilenæ illæ fuerint, docet Plato in Charmide: & Stobæus fol. 801.

6 Roboris augendi professores eadem vtuntur ratione, at scopo differente. Herodicus, vt d. Plato 3. de Rep. hanc artem in vsum duxit, Hippocratis tamen ex theoria profectam, vt elucet ex 3. lib. de Diæta. Hoc est, gymnasticæ exercitationis tum sanorum; tum conualescentium curam gerentes. Vbi γυμνάσια & ἀνακτήσιε: simul iunguntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Σκεψώμεθα γὰρ καὶ τῷ ὀρθοτάτῳ ὀνόματι ἰητρικὴν, τῷ ἁμαρτάνειν * μὴ κάμνοντας εὐημερίην, * εἰ καὶ 1 ἔνομα, καὶ τεχνίτας ἔχει, † καὶ κρατεῖν 2 καὶ αὐτὴ τῶν αὐτέων ἐδέλει, καὶ ὁπόθεν ποτὲ ἤρξατο. 4 Ἐμοὶ μὲν γὰρ, οὔθ' ἓν ἀρχῇ εἶπον, ἀλλ' οὐ ζητῆσαι δοκέω ἰητρικὴν εὑρεῖν, εἰ ταῦτα διαστήματα τοῖσι τε κάμνουσιν καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν πρόσεστιν. Ἐπὶ γοῦν καὶ νῦν, ὅσοι ἰατρικὴν 5 μὴ ἀμείνονα, οἵ τε βάρβαροι, καὶ τῶν ὁ ἑλλήνων * ὅμοιοι, τῶν αὐτῶν πείρῃσι ὑπὸ ὑγιαίνοντες διατέτανται ἀεὶ ἑκάστοτε, καὶ ἔτ' ἂν ἀπέρχοιντο ἐξένοι ὧν ὀδυμένοισι, ἀλλὰ σεμνοῦσι, οἱ δ' ζητοῦντες τε καὶ εὑρόντες ἰητρικὴν, τοῖσιν αὐτέων ἡ κάμνουσι διάνοιαν ἔχοντες, ἀεὶ ὧν μιῇ ὁ φήσαντες λόγῳ εἶναι τοῦτον μόνον, εἶναι, ὑφεῖλον 8 τὰ πλάσεις τῆς ἀπάτης αὐτέων τούτων, καὶ 9 αὐτὰ πεύσεσθαι ἕλκεα ἐποίησαν.

Itaque consideremus Medicinam quam cuncti fatentur esse, quæ ægrorum causâ inuenta est, cùm 1 nomen & artifices habeat, an ipsa quoque 2 iisdem præesse & imperare velit, & 3 vnde tandem originem traxerit. 4 Mihi profectò, velut primùm admonui, nullus ne

inuestigaturus

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 188 sur 513

Dietetica, prima medicinæ pars.

inuestigaturus quidem fuisse Medicinam videtur, si idem victus & sanis & ægris dicatus foret. Itaque qui vsque in hanc diem medicinam non vtuntur Barbari, tum etiam 6 Græcis confines, si quando ægrotârint, sanorum more victitant ad voluptatem & à nulla re, quam appetunt, genium suum defraudant, neque quicquam vitant. At vero qui medicinam inuestigarunt ac deprehenderunt, 7 eandem cum his de quibus superiori sermone dictum est, sententiam habuere. primùm itaque vt existimo, ex his 8 ipsis cibis copiam acciderunt, & qua primum plenâ manu, parca tandem exhibuerunt.

COMMENTARIVS.

1 Hippocr. de arte d. ἐνόματα φύσιος νομοθετήματα, nomina naturæ decreta, & lege quadam naturæ rebus indita, aut pro rerum natura legitimè imposita, cùm sint rerum naturâ existentium simulachra: & à fine nomen tota accipit ars.

2 Et à subiecto ducit rationem: vt sunt medici. igitur, & medicina.

3 Nam nomina sunt rerum natura existentium simulachra, non inane nomen, sed quod artem & artifices habet.

4 Probat Diætæ artem esse; hac ratione; si eadem diæta sanis & ægris dicata esset, antiqui Diæteticen non inuestigassent: argumento sunt Barbari alieni à medicina, nam ex iucunditate temperant victum sanorum & ægrotum. Verùm non iisdem sani ac ægri fouentur: id vsus loquitur. Igitur ægris peculiaris Diæta inuenta est; copia & qualitate à sanorum discrepante.

5 Explicat se exemplo: nam Barbari qui iucunditate metiuntur sanorum ac ægrorum diætam; non agnoscunt medicinam.

6 Ita Græci etiam agerent, nisi medicina esset inuenta.

7 Sed diuerso scopo: nam hi medicinæ præcepta perueſtigabant; alii tantùm ad sua commoda feram illam diætam vitabant: ex eisdem igitur vterque sumpsit à sensui obnoxiis rebus.

8 Longo vsu viderunt à cruditate obnasci fœdas morborum calamitates. igitur certa ars stabili & sensibili à subiecto inuenta.

9 Ablatione medicina inuenta est, & non ex hypothesi, sed sensata à demõstratione, quæ ex singularibus eodem modo euenientibus axiomata arti intulere; ex iis principiis nata, ex quibus illi primi homines agrestem in mitiorem transtulerunt. q. d. hæc igitur vera est medicina, quæ vetus Æsculapidûm; nam ex sensata demonstratione enata fuit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἐπεὶ δ' αὐτοῖσι τοῦτό ἐστι μὴ ὀρθῶς τοῖς πρὸ ἡμέων ἔθηκαν, καὶ φανερὸν, ἐγχύλιο ἀρέλκουσιν, εὖ μὰ τοῦτο πάσχε, ἀλλ' ὅσων πύρ οὐ τοῦτο ἔχοντες, ὡς μηδ' 1 ὀλίγων σιτίων ἀμύναξις ὀλιγοκρατέων· 2 ἀδυνατέουσι δὲ πρὸς ἐδώδιμα οἱ τοιοῦτοι δεῖσθαι, εὗρεν ῥοφήματα, μίξαντες ὀλίγα τῷ ἰσχυρῷ 3 πολλῷ τῷ ὑδατι, καὶ ἀφαιρεόμενοι τὸ ἰσχυρὸν τῇ 4 κράσει τε καὶ 5 ἐψήσει. 6 Ὁκόσοι δὲ μηδὲ τοῦτο 7 ῥοφιμάσων ἐδυνάσθη * ἰσοκρατέων, ἀφίλον καὶ πάσῃ, καὶ ἀφίκοιτο ἐς 8 πέμματα, καὶ παῦτα πῆσι τε † χρήσιοι, καὶ τῷ 9 πάλαι διαφυλάσσοντες ὡς μετείως ἔχῃ, μήτε πλέω τοῦ δέοντος, μήτε ἀκριτέστερα προσφερόμενοι, μήτε ἐνδεέστερα.

Illud enim perspectum esse debet 1 in ipsis quibus per morbi decursum non sorbere, sed alius diuersus victus confert, ilico 2 postquam vsum sorbitionum inière, febres ac dolores exsplendescere: vt sic 3 manifestum fiat, id quod ingestum est morbo quidem alimentum ac incrementum præbuisse, corpori verò decrementum ac infirmitatem attulisse. 4 Eadem ratione qui huic affectioni impliciti sicco cibo indulgent, aut si mazam, vel panem assumant, etiamsi parcâ manu, decuplo grauius & manifestius damnis angentur, quàm si sorbitioni indulsissent: non aliunde quàm 5 ex robore eduly ad passionem, quod nec homini conuenit, cui sorbere, non autem edere, satius est: ita quidem, vt si liberaliùs indulserit genio, grauiùs etiam affligatur; si parciùs, doleat saltem.

COMMENTARIVS.

1 Itaque non eadem debetur diæta sanis & ægris: nam non æquè ad vires caloris natiui accommodata est in vtrisque. q. d. etiamsi copia & frequentia rectè dentur, tamen si loco & iure non exhibeantur, damno sunt.

2 Vt cùm iam iam in procinctu vigor morbi est: ne potus quidem tunc dandus, d. Hippocrates lib. de ac.

3 Q. d. Igitur hinc inuenta medicina vera est: talis est quæ ex nostra, non ex sensibus compertis enata.

4 Victus humidus, 1. aph. 16. qualis ille qui meabilis, coctu facilis, adipsos, qualitate vel consistentia liquida vt ptisana, & solida vt crus vituli, gallina, hædina caro: in omni febre, essentiali simplici. Confert, quia naturæ studet, & cum morbo pugnat:

Vndenã inuentã Dietetica. Obiicit Dietecticam ortã esse: nam non eadem Dieta debetur sanis & ægris.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 189 sur 513

©BIUM

nam nec aluum ſuperat, quæ eſt aphthodes in omni rali febre. & acrimoniam caloris infringit, ac materiam præparat, nec naturæ negocium faceſcit. Et hic rationem addit, nam ſqualida non poſſunt ſuperari ab affectione: nam vt d. Ariſt. coctio abſoluitur calido & humido: nec quicquam in nutricatum ac vires abit, quod vi natiui calidi antè mitigatum non eſt.

5 Id eſt, quòd cibus iſte robuſtior ſit, quàm affectioni conueniat, & homini.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Πάντα δὴ τὰ ἄτοπα τῷ πόνῳ 1 εἰς τὸ αὐτὸ ἄγοντι· τὰ ἰητρόπαλα μάλιστά γε καὶ ὀπτωμένοισιν λυμαίνεται ἢ ἄνθρωπον, καὶ ἢ ὑγιέα ἐόντα, καὶ ἢ νοσέοντα. 2 Τί ὧν φαίνει ἑτερόιον ἐὸν ἀναπνοὰς ἰητρὸς ὁ καλεύμενος ἰητρὸς, καὶ ἐμολογημένως χειροτέχνης, ὃς ἐξεύρε τιὸ ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας διαίτητε καὶ τροφὴν, ἢ κείνος ὁ ἀπ' ἀρχῆς τοῖσι πᾶσιν ἀνθρώποισι τροφὴν, ἢ νῦν χρεόμεθα, ἐξ ὁκείνης ἢ ἀρχῆς καὶ ἀπειρέσιος εὑρὼν τε καὶ ἐξευρεσιεύσας διαίτης; 3 ἐμοὶ μὲν γὰρ φαίνει) αὐτὸς τρόπος, καὶ ἓν τι καὶ ὅμοιον τὸ εὕρημα. 4 ὁ μὲν, ὅπου μὴ δύναιτο ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ὀπηρατέειν 5 ὑγιαίνοσα ἐμπεπλόντων διὰ πᾶν ἀχρειότητά τε καὶ ἀγριότητα. 6 Ὃ δ' ὅσων ἡ δύναμις. (ἐν εἴη ἂν ἐνίοτε ἔνεστι τύχη διακλέψας,) μὴ* ἐᾷ δύναιτο ὀπηρατέειν, πᾶσι τοῖσι ἐξήκοντε ἀφελεῖν.

* ἢ δύναται

Cuncta proinde doloris cauſæ 1 eundem auctorem agnoſcunt: nimirum robuſtiſſima edulia maximè & conſpicuò hominem affligere, ſeu ſanus ſenager fuerit. 2 Quid itaque aliud quæſo in animo habuiſſe videtur hic, quem medicum appellamus, vnoque ore artificem celebramus, in ægrorum diæta ac victu inueniendo, quàm prior ille, qui ab initio omnibus hominibus victum, quo nunc vtimur, ex agresti illo ac ferino adinuenit ac parauit? 3 Mihi ſanè videtur idem modus, & vnum quoddam ac ſimile commentum eſſe: 4 hic enim ea, quæ ſi ingeſta forent, natura humana, 5 etiamſi ſana, propter efferam eorum vim ac immoderationem edomare non poterat: 6 Ille verò ea, quæ ob qualemcumque tandem paſſionem (cui implicitus iacebat) mitigare non poterat, auferre inſtituit.

COMMENTARIVS.

1 Q. d. id rectè ab auita arte deprehenſum: quæ vera; nam à ſenſibus orta: eſt enim eadem ars quæ ſanorum & ægrorum diætam moderatur.

2 Primùm oſtendit quòd ſit Διαιτητικὴ ars: ex eo, quòd non eadem ægris & ſanis dicata ſunt. Iam monſtrat quænam illa ſit; ac oſtendit hanc, eandem eſſe quæ prior illa, quæ ſanos ad mitiorem diætam tranſtulit ex eiſdem manans initiis: nam analogia eſt inter ſanorum & ægrorum diætam; cùm vtraque talem præſcribat, cui par ſit calidum natiuum: itaque plenus vt ſanis, ita facilis ægris debetur.

3 Itaque ars hæc noſtra auita, ab eiſdem initiis orta, ex quibus priſci agreſtem diætam in mitiorem tranſtulerunt, à ſenſibili re orta, & vſu deprehenſa, tota vera eſt.

4 Qui ſcilicet ſanorum diætam rectè inſtituit, ac artem fecit.

5 Q. d. eſt igitur eadem ars quæ moderatur ſanorum ac ægrorum diætã: Sed iã monſtrauimus ſanorum diætam ſenſibus compertam & certam eſſe.

6 Qui ægris victum præſcripſit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τί δὴ τότε ἰητρὸν διαφέρει; ἀλλ' ἢ πλέον τό, τε εἶδος, καὶ ὅτι ποικιλώτερον, καὶ πλείονος φαρμακείης. Ἀρχὴ δ' 2 εἶναι, ἢ πρότερον ἡγεμόνα. Εἰ δέ 3 τις σκέπτοιτο, τίς ἢ ὄφι κεκμηκότων δίαιτα ἐοῦσα πλεῖον ὠφελέει ὑγιαινόντων, 4 εὕροι ἂν βλαβερωτέρην, *ἢ ὅσον τιὸν ἢ τοῖς κεκμηκόσιν ἐπείοικε τὰ δὲ ὄφι ἄλλων ζώων. 5 Ἀνὴρ γὰρ κάμνων νοσήμασι, μήτε ὄφι χαλεπῶν τε καὶ ἀφύρων, μήτ' αὖ πεπτάσασιν ἐυκόλων, 6 ἀλλὰ † ἔστι αὐτὸ ἁμαρτάνοντι μέλλει 7 ὀπόθλιον ἔσεσθαι, εἰ ἐδέθλει καλαφαγεῖν ἄρτον, κρέα, ἢ ἄλλό τι ὧν ὑγιαίνοντες ἐώθεσαν ὀφείλειν), μὴ πολλὰ, ἀλλὰ σμικρὰ ἂν ἐλάσσω 8 ἢ ὑγιαίνων ἠδύνατο. Ἀλλά τε ὄφι ὑγιαινόντων, φύσιν ἔχαν, ἐόντα πεπτάσασιν ἀσθενέα, μήτ' αὖ ἰσχυρὴν, φαγὼν τὰ ὧν βοὸς ἢ ἵππε φαγὼν ὠφελεῖτό τε, καὶ ἐδύνατ' ἂν ὀρθοῦσθαι, ἢ ἄλλό τι ὄφι τοιοῦτον, μὴ πολὺ, ἀλλὰ πολλῷ μεῖον ἢ δύναιτο· καὶ ἅτε ὑγιαίνων τάλο πιὼν ἐπὶ πεπτάσασί τε καὶ κακῶς ἔχουσι, κεἰσέτι τὸ τοσοῦτος, ἐς ἢ ἄρτον ἢ τιὸ μάζων ἀκέρσιος ἐσελθὼν, καλὸ. 9 ταῦτα δὴ πάντα τεκμήρια, ὅτι πίστη ἢ τέχνη ἡ ἰητρικὴ τῇ ὁδῷ ζητουμένῃ 10 ἐυρεσιεῖο ἄν.

* ἢ τ. ὄφι ἐπεί-οικε τὰ δὲ

1 Verùm quid amabo hoc ab illo differt? præterquam quòd multiplicior & variegatior ac maioris negocij eſt hæc ſpecies. Cuius tamen initium fuit 2 illa, quæ priùs eſt enata. Iam ſi 3 quis animaduertat, quænam ſit ægrorum diæta, collatione ad ſanorum damnoſiorem, quàm ſit ea quæ ferarum eſt & aliorum animalium, ipſis hominibus ſanis. 5 Etenim v diætam habitâ, 4 is deprehendet hanc ægris laborans ex morbo neque admodùm ſæuo nec intolerabili malique moris, neque rurſus deſpicabili optimique moris, 6 qui ne ipſi quidem in victu delinquenti 7 manifeſtus ſit, ſi indulgere velit pani, carni, aliiſve quibus ſani gaudent ac recreantur, non multum, imò longè minus, quàm 8 ſanus ſi foret, ex his recreari poterit. Alius contrà ſanus titubantem ſortitus naturam, adeò vt non omnino langueat; nec rurſus fortem, ſi vſum inierit rerum earum, quibus ſuauiter perfruuntur boues & equi, vtpote ſi erum, aut hordeum comedat, aut quid huiuſmodi; nec tamen id copioſè fecerit, ſed longè minùs quàm poterat: ſanus vtique qui hoc fecerit, minùs & dolebit & periclitabitur, quàm æger ille qui panem aut mazam non iure & loco ingeſſerit. 9 Hæc itaque cuncta argumenta ſunt ſyllogiſtica, quòd ars ipſa medica inueſtigata methodo 10 inueniri poſſit.

COMMENTARIVS.

1 Non alio differunt ſanorum & ægrorum diætæ, quam quòd ſanorum victus latè pateat; at ægrorum arctus, attamen varius victus.

2 Ex eiſdem deducta fontibus ſanorum ex diæta, enata fuit ægrorum.

3 Id eſt, plus incommodi accedit ægris ex ſanorum victu humano, quàm ſanis ex effero illo belluarum cibo.

4 Q. d. igitur conſtat hinc, ex eiſdem principiis enatam vtramque, quòd analogiam vnice obſeruent quæ eſt alimento cum calido natiuo. at id plus analogiæ gerit cùm ſanus eſt homo, cum ferino victu, quàm cùm ægrotat homo, cum mitiore ſanorum diæta gerat. res magnæ artis, ob varietatem quam habere debet.

5 Committit inter ſe, laborantem tenui morbo, & hominem mediocri valetudine fruentem: & dicit hunc ex ferino victu minus damni ſentire, quàm ægrum ex ſolida ſanorum diæta. vt oſtendat non ſolùm diætam humanam ab efferata illa abire: verùm etiam peculiariter ægris aliis aliam diætam blandiri, vel iniuriam eſſe.

6 In eamaior varietas & ars. ſed ex eodem principio ortę vtræque.

7 Ita tenuis morbus, vt ægri nulla ferè pars conſpicuò in querelam veniat; ſed ſolis medicis hæc neutra conſtitutio, ſignis deprehenſa. D. Zuingerus legit ἀλλ' ὁ μὲν τὸ νοσεῶν μέλλει ὀπόθλιον ἔσεσθαι, id eſt, laborans morbo occulto, quem ne ipſe quidem ſentiat.

8 Q. d. igitur inuenta vtraque ex eodem principio: n. anologiâ quæ eſt inter natiuum calidum & alimentum.

9 Igitur ex eiſdem diducta eſt hæc ars fontibus, ex

ex quibus prior diætandi : nam quantum mitigari à natura possit, collineat & sanorum hominum qui curam habet, & qui ægrorum. Necessaria Diæta ægris, quia plus damni hi capiunt ex sanorum victu, quàm sani ex belluino.

10 Et ita à sensibus & iudicio sit inuenta.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Καὶ εἰ * μὲν δὴ ἁπλῶς, ὥσπερ ὑπονοέουσι, ὅσα τῷ δὴ ἰσχυρότερα ἔλαττον, ὅσα δ' ἧσσον αὐξανέστερα ἀφέλει τὰ καὶ ἔτι μᾶλλον ἔμμονα καὶ ὑγιαίνοντα, ἄπιστος ἂν εἴη ὁ λόγος· 2 πολλὸν γὰρ τὸ ἀσφαλέστερον ἂν εἶναι μὴ ἐπιλαμβάνεσθαι, ἢ λαβόντα 3 δεῖν τὸ αὐξανέσθαι; 4 Νῦν δὲ ἐλάσσων ἁμάρτημα, 5 ἢν δέ που λυμαίνηται ἄνθρωπον, δι' ἀλλότρια καὶ οὐδενέστερα τῶν ἰσχυρῶν προσφέρων· 6 τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μέρος, δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὑγιῶσαι, καὶ αὐξανέα ποιῆσαι, καὶ ἀπονητέα. Πολλὰ δ' ἂν ἄλλα ἔστι εἰπεῖν μὲν τοῦ ὑπὸ πλησμονῆς, ὅσα ἔστιν ἃ ἅμα δεινὰ κινήσαι· δι' ἃ δὴ πολλὸν 7 ποικιλώτερα τὰ, καὶ διὰ πλείονος ἀκριβίην δεῖ. Δεῖ γὰρ μέτρα πρὸς σοφισθῆναι. Μέτρον δ', οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον, σχεδὸν δ' ἀναφέρων εἶναι τὸ ἀκριβὲς, ἢ ἐν * σώμασι ἄλλο, ἢ τοῦ σώματος πρὸς αἴσθησιν. Διὸ 8 ἕτερον, οὗτω καταμανθάνειν ἀναγκαῖον, ἅτε μακρὰ ἁμαρτάνειν ἔνεστι ἢ ἔνεστι. † Καὶ ἔγωγε τοῦτον 9 ἰητρὸν ἰσχυρῶς ἐπαινέσαιμι, † ζητοῦντα ἁμαρτάνοντα. 10 Τὸ δ' ἀκριβὲς ὀλιγάκις ὅτι κατιδεῖν.

* μὴ ἀπλῶς

* σώμασι

† ἢ

1 *Porrò si simpliciter, vt quidam existimant, alimenta robustiora damno essent, quæ verò debiliora prodessent ac nutrirent tum ægrum tum sanum, facile sanè negocium foret : 2 oportebat enim, magnâ non errandi fiduciâ conceptâ, 3 ad debilissimum alimentum ægrum abducere. 4 Nunc autem non minùs peccatur in commoda ægrorum, 5 nec minùs damnis augentur ægri, si pauciora & debiliora, quàm decet, assumant. 6 Fames enim magnam vim hominum naturam exercet, & sanandi, & naturæ vim frangendi, & pessumdandi. Quin & multa alia mala, diuersa quidem ab his quæ ex repletione fiunt, non minùs autem grauia, vacuationi insunt : vt 7 proinde longè magis enariet, & maiorem diligentiam requirat. Decet enim dimensionem aliquam collineare. Dimensionem autem nullam aliam reperies, neque mensuram, cuius intuitu exactæ diætæ instituendæ scientia haberi queat, quàm corporis sensum. Quapropter 8 negocio sum est, id ita accuratè cognoscere, vt tantùm tenuiter in alterutram partem delinquas. Certè enim ego medicum vehementer laudarim, qui leniter delinquat. 10 Quod enim exactè absolutum est, rarò videre contingit.*

COMMENTARIVS.

1 Demonstrat variam multæque artis esse ægris dicatam Diæteticam. Nectit Syllogismum : Si vno modo tantùm peccarent ægri, quòd pleniùs pastum ineant, vnica & facilis foret methodus, & secura erroris. Verùm inediâ æquè ac copiâ peccari potest : Itaque nec facilis nec simplex methodus. Quamuis fœcunda in incommoda sit intempestiua repletio, grauiùs tamen ferit immodesta inanitio. Nam facilius est inanire quàm replere, 1. aph. 5.

2 Certò sibi persuadens se errare non posse. Ἀσφαλὲς d. D. D. Zuing. casui & errato non obnoxium, ἀπὸ τοῦ μὴ σφάλλειν. Cuius pedissequa est securitas, sed non perpetua.

3 N. Vt deuitet vbique excessum, & vt per cuncta amplectatur defectum. vt postea apparuit in diatriton.

4 Probat quòd non leuiùs accidendo quàm replendo peccari potest : nam d. decenti quadam copiâ opus est, vt rectè victus instituatur.

5 Q. d igitur varia hæc ars diætetica, quæ ægris dicata.

6 Iræ Dei argumentum dira fames, cùm terra, animantium mater, pastum denegat : vnde inediæ graues calamitates, & tantæ, vt rectè Homerus scripserit Odyss. 12.

Πάντες μὲν ξυμφοὶ δαήμεναι ἄλγεα λυγρὰ,
Λιμῷ δ' ἔκπαγλον θανέειν, καὶ πότμον ἀνιηρόν.

Ioseph. 9. Antiq. Samaria à Benedado Syriæ Rege obsessa, caput asinæ venit octingentis argenteis. matres fœtus deuorârunt. Plutarch. in Sylla; Athenis obsessis tritici medimnus 100. drachmis venit; calceos & cadauera humana vorabant. Nauclerus d. Dictatore Quintio Cincinnato, quidam vi famis se in flumen præcipitarunt. Iosep. 6. de bello Iud. 6. mira refert. Procop. de gestis Gotthorum, Belizarij tempore in Piceno agro duæ fœminæ 17. viros fame pressæ voratunt. Naucl. Honorio Vandalo regnante in Africa Sepulchra rimabantur, & abdita syluarum, ob arborum radices. Lerius mira refert in sua peregrinatione Americana.

7 Q. d. igitur non leuiùs accidendo quàm replendo in victu peccari potest. sed vbiq. μέτρῳ opus est, qui sumitur ex afflicti corporis sensu. Est itaque multæ artis Diætetica.

8 Q. d. Hæc itaque scientia, quæ ex sensu cuiusque corporis afflicti Diætam præscribere docet, cognitu est difficilis.

9 Q. d. Si vna tantùm erroris ratio foret in ægris, vt copiâ solùm Diæta peccaret, facilis esset eius instituendæ ratio : sed varij & in defectu sunt errores. nam & doctissimi falluntur, quamuis exiles illi sint errores, nec propterea reprehendendi, quin potiùs laudandi, propter plurima quæ commodo ægrorum faciunt.

10 Rationem dixit : nam sensus corporis afflicti metrum ponit : at hic sensus peculiaris cuiusque, ægrè accuratè percipi potest à medico.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἐπὶ οἱ 1 πολλοῖσι τῶν ἰητρῶν ταὐτὰ μοι δοκέουσι τοῖσι κακοῖσὶ κυβερνήτῃσι παρεῖναι. Καὶ γὰρ οὗτοι ὅταν ἐν γαλήνῃ κυβερνῶσιν ἁμαρτάνωσιν, οὐ καταφανέες εἰσὶν· ὅταν δ' αὖτοὺς καταλάβῃ ἀνεμός τε μέγας, καὶ χειμὼν, φανερῶς ἤδη πᾶσιν ἀθρώπεισιν ἐπὶ ἀγνωσίῃ τῇ ἁμαρτίῃ 2 δέιλοι εἰσὶν, ὑπολείσαντες πλῶ ναυῒ. Οὕτω δὴ καὶ οἱ κακοὶ τε καὶ πλείστοι ἰητροί, ὅταν μὲν θεραπεύσιν ἀθρώπους 3 μετρίῃ δεινῶν ἐχόντας, ἐς ὃν ἂν τις καὶ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνων οὐδὲν δεινὸν ἐργάσαιτο (πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, καὶ πολὺ πλέον ἢ δεινῶν ἀνθρώποισι συμβαίνῃ) ἐν μὲν δὴ τοῖσι τοιούτοισιν ἁμαρτάνοντες οὐ καταφανέες εἰσὶ τοῖσιν ἰδιώτῃσιν. Ὁκόταν δ' ἐς πύχωσι μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ καὶ ὀλισθαλέι νοσήματι, 4 τότε σφέων τὰ ἁμαρτήματα καὶ οἱ πολλοὶ καταφανῆ ἔστι. Οὐ γὰρ ἐς * μακρὸν αὖτῶν ἐκφεύγει αἱ τιμωρίαι, ἀλλ' αὐτίκα ταχέος πάρεισιν.

* μακρὰν

Proinde 1 plerique medicorum eadem, quæ mali gubernatores, in se admittere mihi videntur. Hi enim dum in tranquillitate gubernaculo tenentes errant, non omnibus deprehensa eorum ignorantia est : dum autem eos inuaserit validus ventus, & vehemens procella maris, 2 conspicuum tunc est cunctis hominibus, quod ignorantia & eorum errore naufragium euenerit. Sic profectò & mali plurimique medici, dum medicinam 3 leuiculis malis implicitis hominibus faciunt, in quorum commodo si vel quis grauiter peccauerit, non magnum tamen incommodum adferat (sunt enim plurimi tales morbi, & multò frequentiores quàm hi qui cum periculo inuadunt) in talibus, inquam, peccantes in commoda ægrorum, non deprehenduntur ab idiotis. Vbi verò euenerit hominem implicari magno, valido, ac periculi pleno morbo, tunc 4 cunctis horum delicta & ars conspicua redditur. Neque enim horum pœnæ longè absunt, sed ilicò præsto adsunt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 191 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Q. d. igitur non facilis est scientia quæ Diætam præscribit cuique. Id inductione probat : serenum dum cœlum est non deprehenduntur naucleri mali; sed eo procelloso : ita indocti medici in chronicis ; at in acutis nudi fiunt.

2 D. q. non elucet semper vis artis diæteticæ. Resp. non aliter ac in gubernatore navigandi scientia.

3 Vt qui essentiam morborum non distinguunt ex eius specie, magnitudine, more, motu, humorum dominatu, & parte affecta.

4 Qui vident inediam non rectè, ineunte morbo præscriptam fuisse ; cùm n. à pleniore manu ad parciorem eundum esset : at iam sub vigorem in cibum funestè coguntur ægri, vel alioqui fatiscunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οπῶ͂ 1 ὑδὲν ἐλάσσως ὑπὸ πλησμονῆς ἀνώρθρα κακοπαθήματα γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ, ἢ ὑπὸ πλησμονῆς, καταμανθάνειν καλῶς ἔχει, ἐπαναφέροντας ὅτι τῶν ὑγιαινόντων. Ἐστὶ γὰρ οἷσιν αὐτέων ξυμφέρει 2 μεσημβρίην, καὶ τοῦτο διὰ τὸ 3 ξυμφέρειν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐπάξαντο· ἄλλοισί τε 4 ἀρίστῳ, διὰ τῶν αὐτῶν ἀνέλκω, ἕως ἂν αὐτοῖς ξυμφέρῃ. καὶ μὴ τίτασιν, οἱ δὲ ἀσθενὲς ἢ δὲ 5 ἄλλων τινὰ συγγνώμην 6 ἐπιτηδεύουσιν ὁκόταν γ αὐτῶν. Τοῖσι μὲν γὰρ πλείστοισι πρὸ ἀνθρώπων 7 οὐδὲν διαφέρει πίπτειν ἀὲ ὁκότερα δύσωσιν, εἴτε μνησιτέκν, εἴτε ἀρίστῳ, τωὐτῷ 8 παλαίουσι χρῆσθαι.

Quòd autem non minores afflictiones ab intempestiua euacuatione quàm à repletione hominibus eueniant, probè discemus, si insanis rem expendamus. Sunt enim quibus semel 2 *de die pastum inire confert, & hanc, quia id* 3 *sibi conferre obseruant, legem sibi posuere. Alij etiam* 4 *prandent, ob eandem legem, quoniam sic illis confert : Nam vt eos hic excipio, qui vel voluptate, vel* 5 *aliâ quauis occasione adducti* 6 *alterutrum faciunt : sic plerisque hominibus* 7 *nihil interest vtrum tandem faciant, siue semel tantùm pastum ineant siue etiam prandeant, nam consuetudinem receptam absque discrimine sequuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Ex erroribus ostendit non minùs peccari posse inediâ quàm copiâ. Nam sani insolita à diæta affliguntur accisâ, vel pleniore : itaque magis vexabuntur ægri.

2 In cœna, more antiquo.

3 Nam valetudo eorum hos cogit vt semel ; vel, alij, vt bis pastum ineant.

4 Ἄριστον prandere τῷ μεσημβρίην opponitur, vni n. cibationi, id est, cœnæ.

5 Ita castrensi consuetudine ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον intro ducta : agricolatio prandium expressit.

6 Ἐπιτηδεύματα, sunt vitæ instituta, id est, cuique dicatum vitæ genus. Celso vitæ proposita.

7 Vt modò cœnent, modò prandeant, modò vtrumque faciant.

8 Id est, non valetudine coacti hoc faciunt, vt priores, scilicet vt semel tantùm, vel tantùm bis illis venter; cibo tumescat, sed vtriuis generi diætæ sese assuefe cere : n. vt vel semel tantùm, vel bis cibis indulgeant cottidie. Sed postquam alterutri assueuere, illud citra iac turam valetudinis omittere nequeunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Εἰσὶ δ' οἳ τὰ μὲν ἐς ἀεὶ 1 ἀν' ἡμέρην, ἔξω τοῦ συμφέροντος ποιέοντες, ἐκ ἀπαλλάσσειν· ἀλλὰ * ξυμβαίνει αὐτέοισι 2 ἐπὶ τῇσι ἡμέρῃσι τῇσι ἑωυτῶν 3 ἐν ὁμοίῃσι μίμνειν, καὶ τωὐτῷ 3 ἐν ὁμοίῃ μεταβάλλειν, ὑπὸ φύσιος κακοπαθέειν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν 4 ἀρίστῳ, μὴ ξυμφέροντος αὐτοῖσιν, ἐνδοὺς 5 βαρέες, καὶ γαθροὶ τὸ σῶμα καὶ πλέω γεώμενοι, χάσμας τε καὶ 6 νυσταλμοὺς καὶ δίψας πλείους. 7 Ην δὲ ὀπτιδεπιπόσι, καὶ ὕπνοι, καὶ πρόῳ, καὶ ἀκοιλίη καταῤῥηγνυται· καὶ πολλοῖσιν ἀρχὴ 8 νούσου αὕτη μεγάλης ἐγίνετο, ἐν τὰ αὐτὰ σιτία, ἃ μεμαθήκει ἄπαξ ἀναλίσκειν, ἐς τὸ συνεχὲς ἐσφέρειν, καὶ μηδὲν ἔτι πλέον.

Sunt autem quidam ab his diuersi, qui 1 *si quid ex re eorum quod non fuerit in prandio vel in cœna commiserint, aegrè ab errore illo sine incommodo euadunt; sed euenit* 2 *vtrique ipsorum, per diem vnum, atque eum* 3 *non ociose transigentibus, immensa afflictio. Nam* 4 *si pransi fuerint, quibus prandere non confert, hi statim* 5 *graues, & corpore mentéque segnes fiunt, oscitatione &* 6 *nictatione & siti pleni.* 7 *Quodsi & cœnam adiecerint, & flatus & tormina superueniunt, aluúsque in fluxum effunditur : adeóque plurimis origo* 8 *validi morbi hoc fuit, si cibos, quos semel sumere consueuerant, bis ingessissent, etsi nihil his amplius.*

COMMENTARIVS.

1 Valetudine titubante infimi homines, qui coguntur filo quodam certo diætam sibi instituere, iusque deque viuendi rationem non ferunt : nec enim repletionem, nec inediam ferunt.

2 His qui præter morem se replent, & illis qui se fraudant cibo præter consuetudinem. De primis eleganter agit Hipp. 2. ac. 22. 23. & ibi horum ratio est 18. apho.

3 Nam d. Hip. 2. ac. 23. eos breue spacium frequenter deambulando conficere oportere.

4 Demonstrat quòd repletio his inimica sit. nam si semel pastum inire consuecuerint in cœna ; si prandeant etiam, affliguntur. Hoc eleganter dicto iam loco Hippocrates.

5 2. ac. 22. dicit illos effici ἀῤῥώστους, καὶ βαρίας, καὶ ἀσθενεῖς, καὶ ὑπνώδεις.

6 Νυσταλέον est capite nutante dormitare, nictare.

7 Vt si liberaliùs cœnæ incubuerint. Tota historia huc redit, quòd monstrare velit variæ artis esse rectè diætam ægris præscribere, nec solùm repletione, sed inedia etiam peccari : Quod monstrat in sanis : q. d. quantò igitur magis locum habebit in ægris?

8 2. ac. 22. d. ὀξυτερπεμώδεας aliis, aliis ἀποπλήκτους sit, id est, lienteria Ionicè.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τῶν δ' 1 ἐς ἀεὶ μεμαθηκότες, καὶ οὗτοι ἀυτῶν ξυμφέρει, 2 μὴ ἀείσῃσι, 3 ὅταν τάχιστα παρέλθῃ ἡ ἄρη, ἐνδοὺς 4 ἀδυναμίη δεινὴ, πτόμῳ, 5 ἀλυχία, ὅτι τοῦτοισι 6 ὀφθαλμοὶ χλαρώτεροι, ἦρυ πυκνὸν καὶ θερμὸν, σῶμα πυκνὸν, καὶ τὰ 7 ἀπλαγχνα εἰ δοκεῖ χρειώδεα· 8 σκοτοδίνη, δυσορχίη, δυσθυμίη. 9 Ταῦτα δὲ πάντα, ὅταν δειπνεῖν ὀπιχειρήσῃ, ἀναλίσκειν δὲ ἃ δυνατὸς, ὁ ἀρίστῳ ἐθέλων, ἃ πρότερον ἐδόκουν. ταῦτα δ' αὐτὰ μὲν τρόφα τε καὶ ὕδωρ καταδώσουσι συγκλείσαντα τὴν κοιλίην· 10 δυσκριτέουσί τε καὶ ὀπιπλέουσι τεταραγμένα καὶ θορυβώδεα· πολλοῖσι δὲ καὶ τιτθῶν αὐτὴ ἀρχὴ τούτων ἐγένετο.

E contra, 1 *sibi, quibus prandium conducebat,* 2 *impransi fuerint,* 3 *quamprimùm elapsum id tempus fuerit, inuadit illos* 4 *maxima imbecillitas, tremor,* 5 *animi defectus, praterea* 6 *oculi solito pallidiores, vrina crassa & calida : amarescit os, ac* 7 *suspensa videntur iis viscera,* 8 *vertigo, iracundia, tristitia. Quæ similiter cuncta his eueniunt, qui præter morem ac* 9 *institutum suum cœnantes, postero die rursus prandium inierint antequam ea,*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 192 sur 513

ea, quæ in cœna priore assumpserant, edomita fuerint. Atque hæc ipsa cum tormine ac strepitu descendentia alium intercipiunt: ipsi verò 10 ægrè somnum ineunt, insomnia perturbata ac tumultuosa habent: quin plurimis adeò hoc ipsum morbi initium fuit.

COMMENTARIVS.

1 Inediam etiam ferre nequeunt, vt qui bis genio indulgere assueuere, si prandio eum defraudarint. Vide 2. ac. 24.

2 Nulla naturæ necessitate coacti: natura enim otiosa esse non potest; si non inuenit subiectum cibum, in viscera agit.

3 His eo modo inanitis, d. Hipp. 2. ac. 28. oportet ἀντιπιμπλάναι, id est, iacturam resarcire, ἀσιτίης καὶ ἀδιψίης, καὶ ἀπαλαιπώρως, &c. id est, sint frigoris, caloris, & laboris animi & corporis expertes.

4 2. ac 24. καὶ ἀῤῥωστοῖσι ἐοῦσι, καὶ ἄλλοισι ὁκοίοισι περ ἕτερον, καὶ καρηβαρίῃσι, &c. infirmi ab exhaustu spirituum & humorum.

5 Hoc d. 2. ac. in agendo timidi, coactione spirituum ad cor, ob viscerum afflictionem, suo genio defraudatorum.

6 Ὀφθαλμοὶ καὶ κοιλίαι πεπτικαὶ 2. ac. 24. &c. dissipatis humoribus & spiritibus.

7 Collapso ventriculi habitu, qui cibis fulciri solet.

8 Sunt bilis symptomata: ab æstuante bile. inde etiam amarescit os, nam ob inediam ad stomachum affluit quæ æstu incanduit ab inedia.

9 Dicit illos lædi, qui quidem bis die cibum capiunt ex more, si tamen liberaliùs cœnæ incubuerint non pransi: & iterum in prandio postridie plena manu pastum inierint, lædentur. q. d. Sani ex diæta neglectim habita, quam alias, ob fractam valetudinem, in morem duxerunt, læduntur. Ergo repletio nocet. Vide 2. ac. 25.

10 Propter iactationem nauseabundam: affecta aluo, ab oppressione ventriculi: δυσκοιτεῖν est molestè & implacidè lecto decumbere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Σκέψαιτο δ' ἂν τις 1 διὰ τίνας προφάσιας ἀμαρτάνουσι τοῦτο ξυμβαίνει. 2 Τῷ μὲν εἰπεῖν 3 μεμαθηκότι μᾶλλον τοῦτον, ὅτι ὃκ ὠφέλησεν ἡ χεῦσις ἢ ἐκένωσεν, ὑπερεῖχε δ' αὐτοῦ ἡ κοιλίη ὑπὸ τῆς προτεταμένης προσεψύξεως μᾶλλον σπίσω. *Ἀπολαύσας τελέως, καὶ ὑπηφανέως καὶ λαπαχθέα τε, καὶ 4 ἀσυχάσας. ἀλλ' † ὑπηζέυσεν τε καὶ ἐξημωθέν, καὶ ἀπεσκνίγκασε. Αἱ δ' τοιαῦται κοιλίαι πολλῷ τε βραδύτερον πέπτουσι, καὶ πλέονος δέονται * ἀναπαύσιός τε καὶ ἡσυχίης. 5 Ὁ δ' μεμαθηκὼς ἀφεσίξεσθαι, ὅτι ὃκ ἐπιβὰν τάχιστα ἐδήδοκε τροφῆς τὸ ζῶμα, καὶ τὰ περίττερα κατακάλυπτο, καὶ ὃκ εἴληφε ἐδεμίην ἀπόλαυσιν, εὐθέως αὐτίκα φαγέτω καινὴν τροφήν, ὁ φύσις † ὃ καὶ σωτήριόν ἐστι λιμῷ. Πάντα γὰρ, ἁπλέγω 7 πάσχειν τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, λιμῷ ἀνατιθημι. Φημὶ δ' καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἅπαντας, ὅτινες ἂν 8 ἄσιτοι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας γένωνται, τοῦτο πείσεσθαι, οἷα ἐμοὶ δοκέει τοῖσι ἀγαθοῖσιν ἠνομάσθαι εἰρῆσθαι. Τὰς δ' τοιαύτας φύσιας ἐγὼ γεγενῆσθαι, ὁ τυγχάνω τε καὶ ἰσχυρῶς ἐμαυτοῦ * ἀπολαύσας, ἀδιαφθόρους ἔχειν καὶ ἑτέρους. Εἰσὶ δ' τοῖσι ἀδιαφθόροις ἐοῦσιν ὁ ἀδηφαγὴς ἐστὶ δ' ἀδηφάγεος 11 ὁ ἀδηφάγος. καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσπίπτει, ὅ, τι ἂν τῷ χαμαιτύπῃ ἐπιτυγχάνῃ, πίνειν.

Notare autem oportet 1 ob quas causas hæc ipsis eueniant. Nimirum ei qui 2 semel pastum inire 3 consueuit, quòd non expectauit statum tempus, donec venter ipsius pridie ingestos cibos perfectè in commedum suũ verterit, & euicerit, & laxauerit, ac 4 quieuerit: sed in fernentem adhuc & infermentatum nouos ingesserit: Etenim eiusmodi ventres longè tardius coquunt, ac maiore egent otio ac quiete. 5 Ei verò qui prandere assueuit, quòd non, quàm primum corpus alimenti indigens erat, & iam priora absumpta erant, nec habebat vnde nutritionem ampliùs hauriret, illicò ipsi recens nutricatum suppeditârit, vt proinde 6 deficiat & contabescat præ fame. Cuncta autem 7 hæc tadia quæ tales homines pati dixi, fami ascribo. Assero quin etiam quosuis alios homines, qui 8 per duos aut tres dies genium suum fraudârunt, eadem passuros esse, quæ de impransis dixi. Cæterum eiusmodi naturas affirmo, quæ 9 illicò ac validè eiusmodi aberratis affliguntur, imbelliores aliis esse. Proximus autem ægro est 10 imbecillus: verum debilior est is 11 qui iam agrotat, & atrocius affligitur, si iustum tempus non obseruetur.

COMMENTARIVS.

1 Iam harum querelarum causas inuestigat, cur à copia prætermorem ingesta lædantur nam nondum mitigato cibo alium addit.

2 Eleganter τὸν χυμὸν definit cibandi, cùm iam euictus est hesternus cibus.

3 Μεμαθηκὼς, & μεμαθηκὼς voces propriæ Hippocrati, in more significando & consuetudine, quòd sit illa quædam dexteritas & disciplina sæpiùs exercita: nam consuetudo est ex longo vsu docta.

4 Id est, fame tentari inceperit iterum, à negocio coquendi expeditus.

5 Causam reddit cur sani, per diætam violatam Inanitione, affligantur.

6 Cùm cibo fraudatur calidum, agit in subiectum corpus.

7 infirmitas, tremor, oculi concaui, vrina calida, os amarum, viscera suspensa, vertigo, iracundia.

8 Inanitio sanos lædit, maximè si vallidior fuerit.

9 Vires consistunt in solidis partibus, humoribus, & spiritibus.

10 Nequeunt enim generosè arcere illata damna, fractioribus spiritibus, humidis, ac solidis.

11 Q. d. si sanos diætæ iniuria percellit tot tæ diis; quid igitur fiet de ægris? & vides in his tantam amplitudinem ex variè affectis viribus: igitur non est facilis ars Diætetica.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Χαλεπὸν δ', 2 τοιαύτης ἀκριβίος ἐούσης ἀεὶ τῷ τέχνῃ, τυγχάνειν 3 αἰεὶ τῆς ἀρτιωτάτης. Πολλὰ δ' εἴδεα κατ' ἰητρικὴν ἐς τοσαύτην ἀκρίβειαν ἥκει, ὥστε ὧν εἰρήσεται. Οὐ φημὶ δὴ διὰ τοῦτο δεῖν τὴν τέχνην, ὡς οὐκ ἔστιν, ἐᾶν καλῶς ζητουμένην, τὴν ἀρχαίην ἀποβαλέσθαι, εἰ μὴ ἐχέι ὥστε πάντα 4 ἀκριβῶς· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τοῦτο εἶναι δεῖ τῆς ἀρτιωτάτης, ὁμοῦ θωμάζοντας ἥκειν λογισμῷ, ὅτι πολλῆς ἀγνωσίης, θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐξεύρηται, καὶ ὡς 5 ἀπὸ τύχης.

1 *Cùm itaque 2 eiusmodi accurata certitudo in arte existat, difficile fuerit 3 semper assequi quod rectissimum est. Multa autem species in Medicina tantam certitudinem petunt, de quibus dicetur. Non puto itaque propterea artem veterem, velut nulla foret, nec prudenter inuestigata, reiiciendam esse, quod non 4 exquisitam illam certitudinem vndique præseferat: quin potiùs quòd recto vicinum sit, si quis ex ignorantiæ tenebris ductu rationis aliquousque progrediatur, admiranda existimo artis inuenta, quòd scilicet prudenter & rectè inuenta sunt, minimeque 5 à fortuna pendeant.*

COMMENTARIVS.

1 Q. d. Diætæ scientia necest facilis, nec simplex: nec tamen dicendum nullam esse: nec veterem medicinam planè repudiarè debemus.

2 Erotianus legit τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης, contra omnium codicum fidem: quæ tamen lectio non mala videtur.

3 Quòd medicina constet vsu & iudicio: in vtroque difficultas: in vsu, quia multa putantur fieri

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 193 sur 513

lege naturæ, quæ sunt omninò symptomatica: quòd nullus morbus sit idem omnibus; nec vllum remedij genus habet eandem vim in singulis. Iudicium autem difficile, distinctione corporum, causarum, signorum, remediorum: ad cognoscendum, prædicendum, & curandum, & quòd similitudines sæpe bonis medicis imponant. Et quòd multa plerumque solitaria ratio suadet, quæ vsus coarguit. Vt in crisi per aluum, in morbis substantiæ totius, & qui fiunt per metastasin.

4 Nam tecmiriis signis, id est, syllogisticis ad tecmarsin medendi procedit: & iudicio & experientia firmatis: quæ sola si fuerint, nihil possunt: Quare eleganter Salustius, vtrumque per se indigens, alterum alterius auxilio eget.

5 Ab experientia temeraria', cuius finis certa mors. Aliud est πεῖρα τελεική, id est, trita exp. hoc est experimentalis disciplina; quæ est memoria eorum quæ eodem modo visa sunt. Eleganter Philo, τὰ μὲν σοφὰ λόγῳ, πεῖρα δὲ χρᾶται ὡσαύτως τὰ σοφὰ λέγῳ, κόσμια.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἐπεὶ ὦν ἢ καὶ ὅκως τρόπον τῶν τοιούτων ἐξ ὑποθέσιος ζητέόντων, ἢ λόγον ἐποιήσασθαι βούλομαι. Εἰ μὲν δεῖ θερμὴν, ἢ ψυχρὴν, ἢ ξηρὴν, ἢ ὑγρὴν, τὸ λυμαινόμενον ἢ ἄνθρωπον, καὶ δεῖ ἰήσασθαι ὀρθῶς ἰητρεύοντα βεβαίως, τοῦ μὲ θερμοῦ ὄντι τὸ ψυχρὸν· τοῦ δ' ψυχροῦ ὄντι τὸ θερμὸν, τοῦ δ' ξηροῦ ὄντι τὸ ὑγρὸν· τοῦ δ' ὑγροῦ ὄντι τὸ ξηρὸν. 3 ἔστω μοι ἄνθρωπος, μὴ πρὸς ἰσχυρὴν φύσιν, ἀλλὰ πρὸς ἀσθενεστέραν εὖ τε ὑπὸ πύρετος ἐκύθετο, ὡς ἂν ὑπὸ ἄλλου ἀγαθοῦ, ὠμὸς καὶ ἀργὸς, καὶ κρέα ὠμὰ, καὶ πυέτιο ὕδωρ. Ταύτῃ χρώμενος τῇ διαίτῃ, οὔ οἶδ' ὅτι πείσεται πολλὰ καὶ δεινά. Καὶ γὰρ πόνους πονήσει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ἔσται, καὶ ἡ κοιλίη φθαρήσεται, καὶ ζῆν πολλῳ χρόνῳ ἀδύνατος. 4 Τί δῆτα γὰρ ἂν βοήθημα φθαρεῖσαι δύναιτο ὧδ' ἔχοντι; θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν; 5 ἀπλοῦν γὰρ ὂν τούτων τί. Εἰ γὰρ τὸ λυμαινόμενον* αὐτῶν ἐστὶ τούτων τὸ ἕτερον, τῷ 6 ὑπεναντίῳ ἀφορμᾶται λύσις, ὡς ὁ σκεπτέον λόγος ἔχει. Τὸ μὲ γὰρ βεβαιότατόν τε καὶ ἀσφαλέστατον φάρμακον. 7 ἀφελόντα τὰ διακπιμαίνα, εἶναι ἐκεῖνο, αὐτὸ μὲν 8 τῷ πυρῶν ἄρτον δίδοναι, αὐτὰ δὲ τὰ ὠμῶν κρεῶν ἑφθὰ, πεῖν τε δὲ τοιούτοισιν οἶνον. Ταῦτα μεταβάλλοντα οὐκ εἰ γε μὲν ὑγιέα ἤμελλε, ὧδε μὲν παντάπασιν ἢ διεφθαρμένον ὧδε χρόνῳ τε καὶ ἀδίαιτος.

* ἑαυτοῦ

1 *Verumenimuerò nunc ad eos qui nouo modo artem ex hypothesibus quærunt, sermonem conuertere volo. Si itaque calidum est, aut frigidum, aut siccum aut humidum*: 2 *quod hominem affligit, & necesse sit rectè medicinam facientem auxiliari, calido quidem in frigidum permutato, frigido verò in calidum, sicco in humidum, humido in siccum*: 3 *detur mihi homo non vegeta naturæ, sed fractioris; qui indulgeat tritico, quod ex area sustulit, crudo nec præparato, carnes item crudas voret, & aquam bibat. Hanc viuendi rationem si ceperit, sat scio quòd acerba multa perpetietur. Nam & doloribus affligetur, & corpus labefactabitur, & aluina œconomia corrumpetur, nec diu viuere poterit.* 4 *Quid itaque remedij adferre poterit ita habenti? calidúmne, frigidum, siccum, aut humidum? nam vnumquodque horum* 5 *simplex esse existimant. Si enim id quod ipsum affligit ex horum numero est, certè aquum foret* 6 *contrario solui, vt eorum præsefert ratio. Atqui certissimum manifestissimumque remedium est, victum, quo vtebatur, auferre,* & 8 *pro tritico panem dare, pro crudis verò carnibus coctas, insuperque vinum propinare. His permutatis fieri nequit quin sanus euadat, nisi penitus fuerit tempore & diæta corruptus.*

COMMENTARIVS.

1 Refutat eos qui ex hypothesi artem fabricabantur, n. hominem conflatum esse ex primis qualitatibus, & ex illis rectè & malè valere. Hæc fuit tunc neotericorum praua sententia, quam ex vsu medendi, & ratione refutat.

2 Nec enim inde admodùm magni morbi, nec difficiles curatu, nec causæ mortiferæ adferuntur.

3 Vsu medendi falsam esse hanc neotericorum sententiam ostendit, nec vsui esse in medendo harum qualitatum considerationem. Nam primariò nec recreant nec labefactant corpus. Nam si id fieret, contrariæ qualitatis appulsu homo curaretur: At hoc non fieri argumento est homo fractioris naturæ, qui incurrat morbum ex victu susque deque habito.

4 Q. d. non curatur nuda à qualitate oppositâ, sed victu contrario, vt is ita temperetur, quò analogus sit calido natiuo, quod edomare eum debet.

5 Id est, putant ex aliqua illarum qualitatum omnes morbos nasci.

6 Nam cuncta pereunt à contrario: & vnicuique rei vnum tantùm est contrarium.

7 Q. d. Igitur à qualitatibus cùm non curentur; non etiam ab eis lædentur. nam in cibis arte paratis hæ qualitates non elucent: nec in naturâ editis.

8 Nam, vt d. Gal. de alimentis, triticum nisi in panem rectè fermentatum abeat, hepat obstruit, & calculos gignit: & d. panis ipse olim interdum elui solebat, vt crassamentum & lentorem exsueret: nam vt d. 7. simpl. habet quiddam viscosum & obstruens in se triticum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τί δὴ φήσομεν; πότερον αὐτὸν ὑπὸ ψυχροῦ κακοπαθέοντα θερμὰ πάντα προσενείκαντες ὠφέλησαν, ἢ τἀναντία; εἰκὸς γὰρ ἔγωγε πολλῷ μᾶλλον ἐρωτηθέντα ἀποκρίνασθαι. ὁ γὰρ ἢ ἄρτον σκευάζων ἐκ πυρῶν, τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ ὑγρὸν ἀφεῖλετο; 2 ὃ γὰρ καὶ πυεῖ καὶ ὕδωρ δίδοτο, καὶ πολλοῦ γε ἄλλου ἐπιγίγνεται, ἂν 3 ἕκαστον ἰδίαν δύναμιν καὶ φύσιν ἔχῃ, καὶ τὰ μὲν ἐκ προσόντων ἐπικοσμῇ, ἄλλοισι δὲ κέκραται καὶ μέμικται.

1 *Quid itaque dicemus? num quòd ipsi à frigidis afflicto, calida hæc oblata auxilio fuerint, aut contrà? Equidem opinor plurimum hæsitaturum, qui ad interrogata respondere debeat: num, scilicet, is qui panem ex tritico parauit, calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum abstulerit?* 2 *quandoquidem panis in ignem & aquam datur, quin plurimis aliis elaboratur, quorum* 3 *quæque peculiarem facultatem ac naturam habent, cum quædam illorum excitant quæ illi à natura insita erant, alia verò ad temperiem & commixtionem conferant.*

COMMENTARIVS.

1 Q. d. quo modo igitur contrariam diætam præscribemus? Id ex perspicientia qualitatum primarum vel secundarum transigere debebunt. At absurdum est, in cibis & vltrò natis, & paratis arte, rationem harum qualitatum primarum adferre: nam illam adferre nequeunt in vltrò natis. nam, vt illi volunt, formas sequuntur elementorum.

2 Q. d. Igitur etiam nec in arte paratis ratio dari poterit qualitatis primæ.

3 vt aqua, sal, fermentum, ignis, fermentatio ipsa.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Οἶδα μὲ γὰρ καὶ τάδε ὄντα, ὅτι διαφέρει εἰς τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπειον καθαρὸς ἄρτος, ἢ 2 συγκομιστὸς· ἢ ἀπέπεσιν πυρὸν, ἢ ἐκπεπεσμένον· ἢ πολλῷ ὕδατι πεφυρμένος, ἢ ἀφύρτος· 3 ἢ ἔξοπλος, ἠέν τις ἄλλα τε πρὸς τοῖσιν μέλεα. Ὡς δ' αὕτως καὶ ὧδε μείζω. Καὶ αἱ δυνάμιες ἑκάστου μεγάλαι τε ἐκφύσει, καὶ ἀ οὐδὲν ἢ ἑτέρῃ τῇ ἑτέρῃ ἐοικυῖα. Ὅσις ὃ τοῦτα ἕκαστα μὴ σταθμήσεται ἐκ τοῦ, πῶς ἄν τι οὗτος διαιτῷτο ἢ χρῷτο ἀνθρώπου παθήμασιν εἰδέναι; ὑπὸ γὰρ ἑνὸς ἑκάστου τούτων ἕκαστά τε ἑτεροιοῦται ἀνθρώπου, ἢ τοῖσι, ἢ τοῖσδε, καὶ διὰ τούτων πᾶς ὁ βίος καὶ ὑγιαίνουσι, καὶ οἷς νόσοι ἐπιτρέφονται, καὶ

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 194 sur 513

ἢ γάμμιστ. Οἷσι ἂν ἢ ἕτερα τετέων 7 χρησιμάτερα ἐὸν ἀνεγκαιότερα ἔη ἐνέγκαι δύνασ.

1 *Quin & hoc ſcio plurimum referre, vtrum purus & putus panis in corpus hominis ingeratur, an cibarius: an ex tritico non decorticato, an decorticato: multâ aquâ ſubactus, vel nullo modo ſubactus: an 3 retoridus, an crudior: aliáque praterea innumera. Eodem modo de maza. Adeò ſingulorum vires magnæ, & 4 inter ſe penitùs diuerſæ. Quicumque verò hæc, 5 non animaduertens, neſcit, haut ſcio quo modo paſſiones in homine rectè perſpectas habere poterit; nam ex horum ſingulis 6 afficitur & alteratur homo, vel hoc, vel alio modo, & ex his omnis vita & ſano, & ex morbo conualeſcenti, & agro pendet. Nihil itaque vtilius aut æquè 7 neceſſarium quàm hæc percepiſſe.*

COMMENTARIVS.

1 Igitur ſecundis à qualitatibus Diætain ſtituenda, quæ à primis qual. tanquam formis effectus quidam ſunt materiales. ſenſus itaque fide lædit hic victus, cuius ſenſus ductum ſequitur ratio. argumento eſt panis, qui vt diuerſus eſt, ita variam coctionem adfert.

2 Hoc eſt, cui nihil furfurum diſceſſit, cibarium vocat Cicero. medius inter furfuraceum & ſimilagineum: q. confuſaneus Dioſ. 2. lib. 150. dicitur & ἀπόπυρος, in quo totum triticum ſit, vnde nihil cribro excuſſum ſit.

3 Id eſt, qui panes vt varij ſunt, ita facilè vel difficilè coquentur: & facient ad ſanitatem, & ad morbos: Igitur non primæ qualitates quæ in hac varia præparatione obſcuræ ſunt: ſed ſecundæ primam auctoritatem ad ſanandum & affligendum habebunt.

4 Vt nulla certa qualitas prima maneat.

5 Qui ſenſus ductum non ſequuntur, neſciunt hanc diætam in vitio eſſe. Quid igitur rationis inuenient? nam ſenſu deſtituti. nil habebit ratio quod ſequatur.

6 Ex ſecundis qualitatibus.

7 Nam paſſiones in homine d. ſine his rectè perſpicere nequeunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ὡς ἢ κακῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι ζητήσαντες ἰητρικὴν τὴν τῷ ἀνθρώπῳ φύσιν εὗρον αὐτὰ οἱ πρῶτοι εὑρόντες, καὶ οὕτω σαν ἀξίην τέχνην θεῷ προσθεῖναι, ὡς ἢ νομίζεται· οὔ γὰρ τὸ ξηρὸν, οὐδὲ τὸ ὑγρὸν, οὐδὲ τὸ θερμὸν, οὐδὲ τὸ ψυχρὸν, οὐδ' ἄλλο τετέων οὐδὲν ἡγησαίμεθα οὕτω τι λυμαίνεσθαι, οὔτε προσδεῖσθαι οὐδενὸς τετέων τὸν ἄνθρωπον. Ἀλλ' ὅ, τι ἰσχυρὸν ἐκάστῳ, καὶ τὸ κρέσσον τῇ φύσιος τῇ ἀνθρωπίνης, οὗ μὴ δυνάμενον κρατεῖν, τοῦτο βλάπτειν ἠνάγκαζο, καὶ τοῦτο ἐζήτησαν ἀφελέειν. 5 Ἰσχυρώτατον δέ ἐστι τῷ μὲν γλυκεῖ τὸ γλυκύτατον, τῷ δὲ πικρῷ τὸ πικρότατον, τῷ δὲ ὀξέος τὸ ὀξύτατον ἐκάστῳ τῶν ἐόντων ἀδύνατον. Ταῦτα γὰρ ἑώρων ἢ ὁ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνέοντα, καὶ λυμαινόμενα τὸν ἄνθρωπον. Ἐνὶ μὲν ἐν 7 ἀνθρώπῳ καὶ 8 πικρὸν, καὶ 9 ἁλμυρὸν, καὶ 10 γλυκὺ καὶ 11 ὀξὺ, καὶ 12 στυφρὸν, καὶ 13 σπλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία, παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. Ταῦτα 14 δὲ 15 μεμιγμένα καὶ κεκερασμένα ἀλλήλοισιν, οὔτ' φανερά ἐστιν, ὅτε λυπέει τὸν ἄνθρωπον. Ὅταν δὲ τετέων 16 ὑπερπλήσῃ, καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτῷ γένηται, τότε ἢ φανερόν ἐστι, καὶ λυπέει τὸν ἄνθρωπον.

Quàm eleganter igitur & quàm congruenti ratiocinatione hæc inueſtigantes, 1 inxta hominis naturam hæc inuenerunt primi indagatores, ac æſtimauere 2 artem Deo dignam, quemadmodum etiam à poſteris receptum eſt! Etenim nec ſiccum, nec humidum, neque calidum, neque frigidum, nec quicquam ex his exiſtimarunt 3 homini damno eſſe, neque quoquam horum opus fore homini putauere. Sed quod in vnoquoque 4 forte, & naturâ humanâ potentius eſt, vt ab ea edomari nequeat, hoc ipſum eſſe quod damnis augeret corpus opinati ſunt, atque id exigere quæſiuerunt: 5 Robuſtiſſimum eſt inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariſſimum, inter acida aciditſſimum: & in omnibus adeò rebus vigor ipſe ac ſummum. Hæc enim 6 homini ineſſe viderunt, & hominem affligere. Homini enim 7 ineſt & 8 amarum, & 9 ſalſum, & 10 dulce, & 11 acidum, & 12 acerbum, & 13 inſipidum, & reliqua infinita, omnigenas facultates habentia, copiamque & robur. Atque 14 hæc quidem 15 mixta contemperata inter ſe, nec ſenſibus conſpicua ſunt, nec hominem affligunt. Vbi verò quid horum 16 à cæteris ſeceſſionem fecerit, atque ipſum per ſe ſolum conſtiterit, tunc & ſenſui conſpicuum fit, ac hominem fatigat.

COMMENTARIVS.

1 Non ex vana hypotheſi.

2 Ideſt, quæ in Deum auctorem referretur: ad Apollinem & Æſculapium.

3 Sed ea ratione quòd mitigari nequeant lædunt *: & non ratione primarum qualitatum. Agnoſcit hîc Hippocrates Diæteticen primam eluxiſſe.

4 Sed lædunt ſecundarum qualitatum vi ac exuberantia: vt quæ inter acetoſa micant ab acore.

5 Oſtendit iam cui damnum inferat: & d. à veteribus id notatum fuiſſe, hoc damno eſſe, quod edomari à natura nequit, at id ad robur fore, cui par erit natura nutricatui. Itaque non à primis ciborum qualitatibus affligitur natura. Erat antiqua opinio alimenta non admodùm primarum qualitatum infeſta eſſe, ſed potiùs à tota eorum ſubſtantia, ac materiæ conditione, quæ ſaporibus maximè elucent, quæ dum vehementiora ſunt, pepſeos expertia ſunt: nam non ſola ciborum mitigatione opus eſt, ſed & aſſimilatione. Contemnens, in languidis ab æſtu viribus, vini æſtum, ita cecinit Alcæus, τῆλε πεδόμενας ὔινῳ· τὸ γὰρ ἄστρον ἀφικάνει. Ἀλλ' ὥρα χαλεπά, πάντα δ' ἀμφέχυται καύματος. id eſt, Irriga pulmones vino: Sirius enim exoritur. Tempus enim anni graue, cunctáque ſitiunt præ æſtu.

6 Cùm ea hominem ſuperant; vt eis par non ſit, quæ homini inſunt; vt ſucci qui ſuis ſaporibus teſtantur ſui præſentiam.

7 Id eſt, ſalſa & inſipida pituita, amara bilis, acida & acerba melancholia, dulcis ſanguis.

8 Amarum, ab vredine fit: & eſt q. calx humidi & calidi, id eſt, dulcis. Itaque incidunt &c.

9 Salſa à propriæ ſubſtantiæ corruptione, vel ichoroſæ ſubſtantiæ mixtione.

10 Dulcedo conſtat calido & humido aqueo: vnde lenit.

11 Acida omnia frigida ſunt.

12 Acria mordent, rodunt, exaſperant, incidunt,

13 Fluidum, nam παλάδος excrementitium madorem denotat. vnde partes flacceſcunt, ὀπυλα.

14 Humores illi acerbi, ſalſi, &c. confuſanei non affligunt: nam moderatione quadam ſeſe frenant.

15 Miſta enim duplici ratione pereunt, contrario & diſſolutione. Contrario, ſub quo non conſiſtit eorum forma: Diſſolutione, vt in putidis. fit enim Putrefactio miſtionis, calido innato euaporante, atque humido.

16 Lædunt diuulſi inuicem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τοῦτο ἢ δεῖ 1 βρωμάτων ὅσα ἡμῖν ἀνεπιτήδεια ἔξι, καὶ λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον ἐμπεσόντα, τετέων ἕκαστον ἢ πικρίη τι, καὶ ἀκρητὴν ἔξι, ἢ ἁλμυρὸν, ἢ ὀξὺ, ἢ 3 ἄλλο τι ἄκρητές τε καὶ ἰσχυρὸν·

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 195 sur 513

ἰσχυρὸν ἢ διὰ τοῦτο παρασύρεσθαι ὑπ' αὐτῶν, ὥσπερ ἢ ὑπὸ σφῦ
* ἐν τῷ σώματι ἐν τῷ σώματος ὑπαρχόντων. Πάντα δ' ὅσα ἄνθρωπος ἐσθίει ἢ πίνει, τὰ τοιαῦτα βρώματα ἅπαντα τοιαύτην χυμοῦ ἀκρότητα καὶ 4 διαφορὰν ἔχοντος ὅλα ἔχει μετέχοντα, οἷον 5 ἄρτος τε καὶ μᾶζα, καὶ τὰ ἐπιτύρια τοιοῦτον, 6 οἷόν ἐστιν ἄνθρωπος 7 πλείστοισί τε καὶ αἰεὶ χρέεσθαι (ἔξω σφι πρὸς ἡδονὴν τε καὶ κόρον ἠρτυμένων τε καὶ ὀπτωμένων) καὶ ὑπὸ τούτων πλείστων εἰσιόντων ὁ ἄνθρωπος, 8 ταραχή τε καὶ ὑπερίστασις σφὶ ἀμφὶ τὸ ζῶμα ἅπαντα ἅμα γίνεται· ἰσχύς τε καὶ αὔξησις καὶ τροφὴ μάλιστα δι' ὧνπερ ἕτερα γίνεται, ἢ ὅτι δύο συμμέτρων), καὶ ὧνπερ ἧσσον ἄκριτον, ὧνπερ ἰσχυρὸν, ἀλλ' ὅλον ἕν τε γέγονε, καὶ
* ἁπλοῦν ἁπλοῦν, καὶ ἰσχυρόν.

Quin & ex 1 *cibis quicumque nobis incommodi sunt, &* 2 *ingesti hominem lædunt, horum quilibet aut amarus est, &* 3 *eatenus intemperatus, aut salsus, aut acidus, aut quouis alio modo intemperatus & fortis, vt ab his turbetur corpus, aquè ac ex his quæ excernuntur à* * *corpore. Contrà, quæ edit ac bibit homo, ea palam est minimè eo intemperato &* 4 *à reliquis dissidente ac excedente succo superfusos esse, cuiusmodi est* 5 *panis & maza, &* 6 *his similia, quibus assuenit homo &* 7 *copiosis & assiduò vti: (exceptis his quæ ad cupediam ac delicias conduntur ac præparantur) neque ab his, licet plurima ingerantur,* 8 *commotio ac secessio fit stimulatis corporis facultatibus: quin potiùs robur & incrementum & nutricatus nullà æquè ex causâ efflorescit, quàm inde quòd commixtum est, quodque nihil intemperati gerat, neque vehementiâ emicat, sed totum vnum factum est & simplex, & eatenus robori studens.*

* in corpore

COMMENTARIVS.

1 Et hæc etiam quæ non natura nobis insunt, vt cibus & potus (εἰσίοντα, vel ἐμπεσόντα) aliqua qualitate secunda lædunt.

2 Q. d. Si itaque & ea quæ natura insunt corpori, & ea quæ ingeruntur à secunda qualitate lædunt; igitur primæ qualitates non id facient.

3 Nam proferunt talem succum, vt is esset qui secederet à misto: sed tota naturæ hyparxis in symmetro consistit.

4 Id est, quod bellum indixit naturæ eius à quo assumitur: quod scilicet in suo genere est amarissimum vel acidiss. &c. tale est τὸ ἄκριτον, id est, non moderatum aliorum consociatione; id est, quod iam in vigorem suum, ac summum venit.

5 His homo par est, nec ab eis superatur, nam naturæ sunt consentanea humanæ, copiâ ac qualitate, eo tracta artificio. Debent nutricatui dicata alimenta peculiari dote consentanea esse nutriendis, 13. probl. 2. sed & Theoph. 4. caus. Plant. d. triticum homini, non pecori conuenire: cervis serpentes, gallinis scorpiones & cannabis fœlix nutricatus. Vnde Lucretius:

Quippe videre licet, pingue esse sæpe cicutæ
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum.

6 Vltimò, ex more sint cibi: nam naturam, ob assuetudinem, non affligunt. Etiamsi vt d. Hippocrates, paulò deteriores fuerint.

7 Σύμμετρα καὶ ἴσα esse debent, dicit Arist. Dein moderata debent esse vi, & sapore: Arist. 21. Pol. 13.

8 Quia ad ἀκμὴν non surgunt succi: sed in mixto sub vna forma remanent.

9 In vnam quandam temperiem resedit alimentum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἀπορέω δ' ἔγωγε, οἱ τὸν λέγον ἐκεῖνον λέγοντες, καὶ ἀπαίροντες ἐκ τούτου τὴν ὁδὸν ὁδὸν ἴσασιν τῇ τέχνῃ, τινά ποτε τρόπον θεραπεύουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ἐπιτηδεύονται. Οὐ γάρ ἐστιν αὐτέοισιν, ὡς ἐγὼ εἶμαι, ἐξευρημένον αὐτό τι ἐφ' ἑωυτῷ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, μηδενὶ ἄλλῳ ἐόντι κοινωνέον. Ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε * πάντα τὰ πρήγματα καὶ βρώματα αὐτέοισιν * ταῦτα ὑπάρχειν, οἷσι πάντες χρώμεθα. Προσφέρεται δὲ τὸ μὲν ἓν θερμῷ, τῷ δὲ ψυχρῷ, τῷ δὲ ξηρῷ, τῷ δὲ ὑγρῷ. Ἐπεὶ οὐδενὸς γε ἄπορον, ἢ προσάξαι. τῷ κάμνοντι θερμὸν, ἢ προσενείκασεν· εὐθὺς γὰρ ἐρωτήσει τί ἐστιν· ὥστε λυπεῖν ἀνάγκη, ἢ ἐς τυτίων τὸ σῶμα ἡμιολίων κατευχεῖν. Εἰ δὲ δὴ 4 τυγχάνει τὸ μὲν θερμὸν ἐὸν ψυχρὸν, ἄλλο δὲ θερμὸν ἐὸν παλαιὸν, ἄλλο δὲ θερμὸν ἁπαλὸν ἔχει (ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα τε θερμὰ, καὶ ἄλλως δ' ὠμόπεπτος ὑπεναντίος ἑωυτοῖσιν ἔχοντα) δεήσει δὴ τί αὐτῶν προσενείκειν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ παλαιὸν, ἢ ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ ψυφὸν; (ἔστι γὰρ ἃ τοῦτο, καὶ τὸ ψυχρὸν τε καὶ παλαιόν·) Ὡς μὲν γὰρ ἐγωγε οἶδα, πᾶν τοὐναντίον * ἐφ' ἑκατέρῳ αὐτέων ἀποβαίνει, καὶ ἐν ὕδατι * ἀφ' ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν σιτίῳ, καὶ ἐν ξύλῳ, καὶ ἐν ἄλλοισι πολλοῖσι, ἃ ἔστιν ἀνθρώπῳ ἀναισθητότερα.

1 *Quin ego valdè dubito, quoniam ductu auctores huius sententiæ, quique artem ex hac via ad hypothesin abducunt, medicinam facturi sint hominibus ex sua hypothesi. Non enim existimo illis compertum quid esse quod ipsum per se aut calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum sit, nullaque alia idea se participem faciat. Sed existimo eosdem* 2 *potus & cibos ipsis in vsu esse, quibus omnes indulgemus: Quorum alij ascribunt calorem, alij frigus, alij siccitatem, alij madorem. Et si interim dubij plenum sit,* 3 *imperare ægro vt calidum quid assumat: cùm si illico interrogetur quid sit illud, aut nugas dicere cogatur, aut ad aliquid eorum quæ parari consueuerunt, confugere. Iam* 4 *cùm detur calidum quoddam acerbum, aliud autem quod est; insipidum & lubricum, quoddam cum turbatione ac morsu coniunctum (sunt enim & multæ aliæ calidi ideæ, vires* 6 *subcontrarias sibi ipsis habentes) quodnam* 7 *quasò ipsorum assumere oportebit? calidúmne acerbum, an calidum lubricum, an quod vnà & frigidum est & acerbum? (nam & hoc tale existit, vt & detur frigidum lubricum.) Quandoquidem hoc mihi compertum est, planè contraria* 8 *ab vtroque ipsorum euenire, non solùm in homine, sed etiam in corio ac ligno, & in aliis multis rebus, quæ minùs quàm homo sentiunt.*

COMMENTARIVS.

1 Iam concludit qualiates primas non facere ad medicinam faciendam. Talis est Syllog. Si nudæ qualitates ad curationem facerent, id efficerent vel per se, vel iunctæ secundis. Non per se; nam nulla existunt ita absolutè calida, &c. id elucet in nutricatu & pharmacia, non enim absolutè frigent, &c. sed emicat in illis amarum, dulce, acre, salsum, austerum, acerbum, insipidum. sapores enim in tota substantia consedere.

2 Id est, eorum nutricatus, nostro respondet: sed noster nullus absolutè est calidus &c. Igitur nec eorum nutricatus absolutè calet, &c.

3 Q. d. calidum vel frigid. &c. alimentum nec ratione monstrare possunt, sed ex sua opinione id sumunt: nec sensu, cùm si talia ægris præscriberent, sese risui propinarent.

4 Q. d. etiam si qualitates primæ iungantur secundis, actio hæc in curatione ascribenda tamen non est primis qualitatibus: nam sensus indicat calidum aliud esse acerbum, aliud molle. Hæc autem diuersis valent potentiis: itaque non ratione caloris, sed secundæ qualitatis vi efficacia erunt: etsi enim calor vtrisque iungatur, tamen in secundis qualitatibus longè differunt: hoc elucet etiam in coriis & lignis, in quæ contrarios euentus præbent, non ratione frigoris aut caloris, sed quòd sint acerba, vel mollia & laxa. igitur secundæ qualitates ius agendi gerunt.

5 Ita his vocibus vtitur 1. acut. 18. vbi ptisanæ vim laudat.

6 Ita

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 196 sur 513

6 Ita Rhabarbarum & rosa stringunt, & purgant.

7 Si, nimirum, illi qui hypothesin ponunt, dixerint calido vel frigido vtendum esse.

8 N. à frigido acerbo, & à frigido lubrico: & à calido acerbo; & calido lubrico. igitur non est calor aut frigus quæ hoc agunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ἐστὶ τὸ πάνυ μεγάλην δύναμιν ἔχον, ἀλλὰ τὸ δριμὺ, καὶ πλαδαρὸν, καὶ τ' ἄλλα ὅσα μοι εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσπρόσθια, καὶ πυόμενα, καὶ ἔξωθεν ὁπηνικάπερ τε, καὶ πῶς πλαδοῦνται. 3 Ψυχρότατα δ' ἔγωγε καὶ θερμότατα πασέων ἥκιστα ἂν δυνάμεων ἡμίζω δύνασθαι ἐν τῷ σώματι, διὰ τοιάδε δὲ τοιάδε φράσω. Ὅτι μὲν γὰρ ἄνω χρέων ἀναμιγνύηται ἀλλήλοισιν ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ θερμὸν ἢ, ὁ λυπεῖ (χρῆσις γὰρ καὶ μεταβάσιος τοῦ μὲν ψυχροῦ γίνεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, τοῦ δὲ θερμοῦ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ) ὅταν δὲ ἀποκρίθεν χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπεῖ. Ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ τοῦ χειμῶνος, ὅταν τὸ ψυχρὸν ἐξηβάσκῃσι, καὶ λυπῇσι τὸν ἄνθρωπον, διὰ ταχέος πρῶτον, διὰ τοῦτο τοῦτο, 4 πάρεστι τὸ θερμὸν αὐτοῦθεν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, εὐθυμέως βοηθεῖσθαι οὐδὲ ἀφροντιστέως ἀδύνασθαι. Καὶ ταῦτα καὶ ἐν ὑγιαίνουσι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐφαρμόζεται, καὶ ἐν νούσοισιν. Τοιόνδε μὲν, ὁ ἔστι θᾶσσον ὑγιαίνειν χειμῶνος διαψύξαι τὸ σῶμα, ἢ λουσάμενον ψυχρῷ, ἢ ἄλλῳ τῷ τοιούτῳ, ὅσῳ ἂν αὐτὸ ὁπλοτέρως ποιήσῃ, καὶ ὑδρηλότερον τῇ 8 μὴ πυκνάσασα πυκνῇ τὸ σῶμα, ὅταν ἱδρῶτα λάβῃ, καὶ ἅλῃσι ἐς τὸν σκέπλον, μᾶλλον ἢ ἧσσον ὅτι πλέον ἢ θερμαίνῃ τὸ σῶμα. Τοῦτο δὲ εἰ ἐθέλοι τις θερμαίνειν ἄνευ τοῦ στερεοῦ, ἢ λουτρῷ θερμῷ, ἢ πολλῷ πυρὶ, ὁκοῖόν τι τοῦτο ἔσται ἔχον 9 ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ πῶς διαβαλὼν ποιέειν; ὥσπερ ὁ ἀνεψυγμένος, πολὺ φανήσεται καὶ ψυχρότερος, καὶ ἄλλως φαυλότερος.

*ἰσχνὸς
†εἶδος
*ἐν ᾧ τόπῳ

Non enim calidum est quod eximiam per se vim habet, sed si iunctum fuerit vel acerbum, vel lubricum, 1 vel aliis, quas iam rettuli, qualitatibus imbutum, tum in homine, tum quæ 2 extra hominem, in omnibus eduliis ac potulentis, vel foris illinuntur, vel adhibentur. 3 Inter cunctas autem facultates, languidissimam esse existimo frigiditatem & caliditatem, ob has sanè causas. Dum enim consociata inter se fuerint frigidum ac calidum, nequaquam affligunt (temperamentum enim & moderatio nascitur frigido à calido, & vicissim calido à frigido) vbi verò secessionem vtrumque fecerit, tunc affligit. Eo itaque tempore, si quando frigidum intùs surgat, propter hoc ipsum, 4 illicò præsto est calidum ex ipsomet homine, nullius egens alterius auxilij aut præparationis. Atque hoc in sanis & 5 agris hominibus ita euenit. Exempli causa, 6 si quis prosperâ in valitudine corpus hyeme perfrigeret, vel à frigida perfusus, aut alio aliquo modo, & vt id vehementer faciat, dummodo 7 ne corpus omnino gelu stringatur, simulatque se vestierit, & sub tectum venerit, fortiùs ac plenius eius corpus 8 incalescet. Rursus si quis validè incalescere velit, aut calido lauacro, vel valido ab igne, mox verò eadem veste indutus, 9 in eodem loco, in quo alter, qui perfrixit, versetur, multo videbitur frigidior, & longè magis horroribus concuti.

COMMENTARIVS.

1 Vt acri, amara, salsa &c.

2 Nam in his quod ἀκριβῶ suam habet, est potentissimum: vt quod acerrimum &c.

3 Iam monstrat cur primis qualitatibus negari debeat hæc auctoritas: habemus ὅτι. Consectaneæ sibi vltrò qualitates medicam manum ad se non euocant, cùm morborum auctores primarij non sint. Tales sunt calor & frigiditas. q. à materia expeditæ. Nam dum inuicem sunt mixtæ, iniuriæ corpori non sunt, sed, temperiem faciunt. At separatæ quidem affligunt, sed vltrò sibi succedaneæ sunt promptissimè sine artificiosa etiam molitione, vnius naturæ ductu. hoc sanorum & ægrorum mox aperit historiâ.

4 Cùm à centro erumpens, peripheriam perfundit.

5 Vt conuulsioni infusa frigida.

6 Qualitates simplices sibi succedunt vltrò (cum separatæ sunt ac lædere possunt: nam mixtæ non lædunt.) id iam exemplo monstrat: Hyeme frigescat, post indutus domi se contineat, validiùs exardescet, quàm si non iniisset frigus.

7 Adductis imis poris, & fugato calido natiuo instro.

8 Contrà: incalescat, mox eadem veste indutus, qua priùs, sub idem tectum se conferat, liberaliùs frigescet quàm priùs, id est, quàm si non incaluisset.

9 Ita olim aquæ frigora captabant: dum caldam niui immitterent, phiala excepta.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

† Ἢ ῥιπίζουσίς τις 1 ἰσχνὸς πίνῃσι, καὶ φλασιεύζειν αὐτὸν ἐωυτῷ ψυχρὸν ἐν τοιῇδε τῇ ὥρῃσι * διαπάσας, τῇ ἥδιστα πιέσεται δικαιότατον πάρεστι τὸ καῦμα ἢ τὸ πνίγος, ἢ τῷ μηδὲν τοιοῦτον πιέσεται. Τὰ δὲ δὴ καὶ πολὺ μείζω, ὅσοι ἂν 2 διὰ χρόνου ἢ ἄλλως ψυχρὸν βαδίσαντες, ῥιγώσωσι διαφερόντως πόδας, ἢ χεῖρας, ἢ κεφαλὴν, εἶτα πάνυ σφόδρα ἐς τὴν νύκτα, ὅταν πεπυκάσθαί τε καὶ ἐν ἀλέῃ γένωνται, ὥστε καύματος καὶ κνησμοῦ. καὶ ἔστιν οἷσι 3 φλυκταῖναι ἀνέστησαν 4 ὡς ὑπὸ πυρὸς κατακεκαυμένοισι, καὶ ἡ σφετέρη τύτε πάχυσιν, οἷόν ἢ θερμαινθῶσιν. Οὕτως ἑτοίμως ἑκάτερον αὐτῶν ὑπεδέξατο φλογίνεται. Μυρία δ' ἂν καὶ ἕτερα ἔχοιμι εἰπεῖν.

† ἐς
* παύσας

Eodem modo si quis 1 præ æstu ventilationi indulgeat, vt hac ratione frigus sibi conciliet, decuplo graniorem æstum ac ardorem percipiet, quàm is qui horum nihil efficit. Quin euidentissimè huic rei argumento sunt qui 2 per niues aut aliud frigus iter facientes, vel pedibus, vel manibus, vel capite vehementer perfrixere, qualia experiuntur noctu, vbi tecti & in tepore fuerint, ab æstu & pruritu; quibusdam certè 3 phlyctænæ exurgunt, 4 velut ambustis ab igne; nec tamen antè hoc experiuntur quàm dum incaluerint. Adeò promptè vtrumque horum sibi mutuò consectarium est. Possem & alia innumera recensere.

COMMENTARIVS.

1 Æstu anhelus, ventilet se, magis ab æstu incandescet, quàm si ventilationis vsum non iniisset.

2 Hyeme per niues ambulans refrigeratus, à fotu sibi pruritum dabit, & interdum phlyctænas.

3 Bullæ, q. ab igne ambustis quæ exsurgunt.

4 Ita in summo corpore fiunt à tenui sanie cutí subtenta; quæ pungit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὰ δὲ κατὰ τοὺς 1 νοσέοντας, οὐχ οἷόν τε ἂν ῥίγος ἡμῖν τοιοῦτον ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐπιλάμψῃ; καὶ * ἐκ οὕτως ἰσχνῶς, ἀλλὰ καὶ παυόμενος 2 διὰ χιόνα, καὶ ἄλλως τῳ 3 πολλαὶ αἰτίαι, ἢ οἷόν τε ἂν χεῖρα 4 παρὰ διάθερμος, καὶ διεξιὼν διὰ παντὸς, τελευτάων ἐς 5 τοὺς πόδας ἀφίκηται, ἢ ὧν τὸ ῥῖγος καὶ ἡ ξύσις μελιωκωτάτη καὶ ὅπη πλέον ἐχόμενος; πάλιν δ' ὅταν ἱδρώσῃ καὶ ἀναπνεύσῃ ὁ πυρετὸς, πολὺ μᾶλλον ἐξύσει, ἢ εἰ μὴ ἐλάβε πῶς ἀρχήν; ὧν δὴ διαμενέοντα οὕτω παραγίνεται τὸ ἐνεγκάμενον τε, καὶ ἀφελούμενον πῶς δύναμιν ὑπὸ τουτουῖσι, ὁ τι ἂν ὑπὸ τοῦτο μέγα ἢ δεινὸν γένοιτο; ἢ τίνος δεῖ πολλῶς ὅτι τοῦτο βοηθείας;

* οἷον

Quod si nunc 1 ægrotorum res examinauerimus, an non quibus rigor euenit, his acutissima febris exardescit? aut si quibus non ita validè exsplenduerit, sed 2 breui spacio quiescens, & aliàs 3 fere innoxia, tamen quo tempore affuerit 4 percalida, & totum corpus peruadens, annon desinit quam maximè? 5 in pedes vbi rigor & frigus validissimum durauerunt? Rursus postquam sudor manauit, ac febris abierit, nonne multò magis frigescit æger, quàm si ne à principio quidem febri implicitus fuisset? Cui itaque breui adeò

contrarium

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 197 sur 513

©BIUM

contrarium succedit, cuique vltrò vis adimitur, 6 quidnam ab hoc eximium aut terribile expectes? aut quid opus est polydædalo ab hoc auxilio?

COMMENTARIVS.

1 Sanorum exemplo probauit suam rationem, iam ægrorum.

2 Cum paroxysmis accedit.

3 Vt in intermittentibus.

4 Dum paroxysmi vigor adest.

5 Id probat paroxysmo, & apyrexia: paroxysmo, vide vt succedaneum sit frigus calori; vt quo vehementior fuerit calor, eo succedaneum frigus fit validius: & qua in parte frigus maximè, vt in pedibus, emicuit, in eandem partem excurrit tandem omnis calor, sub declinationem. Igitur calidum & frigidum principatum non occupant inter morbificas causas, nec medicam manum validè implorant.

6 Iam concludit: Igitur non valent præcipua quadam vi calidum nec frigidum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Εἰσιτέον ἂν τις· ἀλλ' οἱ πυρετώδεσιν τοῖσι καύσοισί τε, καὶ ἐκ περιπνευμονίης, καὶ ἄλλοισιν ἰσχυροῖσι νοσήμασιν, καὶ ἐκ ταχέος ἐν τῷ θέρεϊ ἀπαλλάσσονται, οὐδὲ πάρεσιν ἐντεῦθεν τῷ θερμῷ δοκεῖ τὸ ψυχρὸν. Τοιγὰρ τοῦτό μοι μέγιστον τεκμήριον ἡγεῦμαι εἶναι, ὅτι μὲν διὰ τὸ θερμὸν ἁπλῶς πυρετώδεσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτο ἐν τῷ αὐτίκα τὸ καυσόδες μοῦνον· ἀλλ' ἔστι καὶ πικρὸν καὶ θερμὸν τὸ αὐτὸ, καὶ θερμὸν καὶ ὀξύ, καὶ ἁλμυρὸν καὶ θερμὸν· καὶ ἄλλα μυρία. καὶ πάλιν γε ψυχρὸν μὲν ἀναίμων ἑτέρων.

Sed dixerit aliquis; qui à causo febricitant, vel qui 1 peripneumonijs inuoluuntur, aut aliis validis morbis, 2 non facilè caloribus liberantur, nec hic frigidum aduersus calidum se erigit. Atqui ego hoc signum syllogisticum esse existimo, 3 quòd non à solo calido absolutè homines febricitent, neque hoc sit vnica afflictiones causa: verùm idem est vnà amarum & calidum, aut calidum & acidum, & salsum & calidum, & alia 4 innumera; eadémque ratione frigidum cum aliis facultatibus consociatum.

COMMENTARIVS.

1 Symptomaticam trahunt febrem.

2 Quia tenuis rigor præcessit, sed perennat æstus, qui medicam flagitat manum.

3 Imò d. hoc conuincitur, modo tectiùs modò apertiùs succedere hæc sibi. Sed qnia non semper æquo filo id fiat, ex eo conuinci, secundas qualitates potiùs in vitio esse, nam corporeæ illæ non ita cedunt, sed firmiùs adhærent: hæ verò vt secundis motum præbent & incrementa, ita si perseuerare videantur contumacius, id non sua vi, sed consociatione secundarum euenit.

4 Quæ surgunt ex polydædala illa quatuor humorum mixtione; vnde, motoribus calore & frigore, varij morbi efflorescunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὰ μὲν ἔρ λυμαίνόμενα πῶτα ἔστ συμπάρεστ καὶ τὸ 1 θερμὸν, ῥάθμης μετέχον (ὡς ἂν τὸ * ἡσεύμενον, καὶ παρεξευγμένον, καὶ αὐξανόμενον) ἅμα 3 κείνῳ 4 θυμάων ὃ ὀδεμίλιν πλείω 5 ἢ παρσηκούσης δηλαδή. πῶτ' ὦδε † ἔχει, ὅτι ἀεὶ δὲ ἀεὶ σημείων τοιούτων μὴ ὀδὲ φανερώτατα, ὧν πάντες ἔμπειροι πολλάκις ἤδη ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς. 6 Τοῦτο μὲν ὅστισιν ἂν ἡμέων κάρυξα ἐγερθῇ, καὶ ῥεῦμα καταδῇ μιὰ ἀεὶ ῥινέων, τοῦτο ὡς πολὺ 7 ὀλιγώτερον τὸ πρότερον γιγνόμενόν τε καὶ ἰόντος ἐκ ἀεὶ ῥινέων καὶ ἐκρέῃ ἀναύρου, καὶ ὑπόπικρον μὲν ποιέει πῶν ῥῖνα, καὶ συλλαβὴ θερμὸν τε ἐκ διάπυρον ἐκάστῳ ὧν † ὃ πῶν χεῖρα πρόσθεν· * καὶ πλέον χρόνον παρὰ, καὶ † ἐξελκῶσι τὸ χαρίεν, ἄσηκόν τε καὶ σκληρὸν ἐόν.

* ἠγέμαι, duco. † ἔχει

† Delet Zuing. ὃ

* ὧν ὃ καὶ ὑπλέω Z.

* ἐξελκοῦ

Hæc itaque sunt quæ lædunt: quibus cunctis iunctum est 1 calidum, robore præditum (in 2 deducendo, & irritando, & augendo) communi 3 cum illis: peculiarem verò aliam vim maiorem nullam, 5 quàm conueniat videlicet, habens. Atque hæc quidē eo modo se habere ex hisce notis primùm elucebit, quas iam vsu sæpè cōpertas habemus. 6 Etenim quibuscunque nostrum coryza nascitur, ac fluxus per nares præcipitatur, hic cùm longè 7 acrior sit quàm prior ille, qui quotidie ex naribus dimanabat, non solùm in tumorem attollit nasum, verùm eundem etiam æstu incandescentem ad manus tactum torret: quodsi diutiùs perseueret, etiam exulceratur locus, quamuis minimè carnosus & durus existat.

COMMENTARIVS.

1 Quæ motum præbent & incrementa.

2 Agentes qualitates sunt caliditas, & frigiditas (quibus famulantur humiditas, & siccitas) quæ mouent, incitant, & refrenant cæteras, vnde ἐγκώμια καὶ παροξυσμάτα dicuntur; quæ etiam in se mutuò agunt. Aliæ sunt qualitates patientes πάσχοντα, quæ à primis illis concitatæ vi sua corporea vehementer affligunt.

3 Cum salso, amaro, cum quibus perseuerat cùm motum præbuit.

4 Hippocrates sexto Epidemiōn ita scribit, Febres hæ quidem manu sunt mordaces, illæ verò mites, quædam verò non mordaces. Sed increscentes nonnullæ acutæ, sed ipsa manu deuictæ: quædam statim ardentes, aliæ semper mites, siccæ, aliæ salsæ, aliæ inflatæ, aspectu graues, aliæ ad manum humidæ, rubicundæ aliæ valdè, atque aliæ liuidæ, & aliæ præpallidæ. Hîc, inquit Galenus, ab ipsa rei essentia, in proprias differentias facit diuisionem; nam superante immani æstu febre, non πυρετὸν, sed αὖρ febrem huiusmodi vocat senex. vbi τεμαχώδες interpretatur Galenus ἴσον τοῖσδε μικτοῖς καὶ ὀξυπύροις καὶ πνευματώδεσι.

5 Id est, qualitates primæ tantùm motum præbent & incrementa.

6 Igitur ex secundis qualitatibus vitium est: id elucet ex pituitæ effluuio à capite, quod sensus etiam notat.

7 Cùm separatus ad ἀκμὴν venit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Παύεται δὲ πως τόγε καῦμα ὑπὸ τῶν ῥινῶν, ὅκ ὅταν τὸ ῥεῦμα γένηται καὶ ὁ φλεγμονὴ ᾖ, ἀλλ' ἐπειδὰν παχύτερόν τε καὶ ἧσσον δριμὺ 1 * πέπον τε καὶ μεμιγμένον μᾶλλον τῷ πρότερον γενομένῳ, τότ' ἤδη καῦμα πέπαυ). Ἄλλοισι δ' ὧσι ψυχρὸν φανερὸν αὐτὸ μόνον γίνεται, μηδενὸς ἄλλου ξυμπεραινομένου. Πᾶσιν δ' αὖτε ἢ ἀπαλλαγὴ, ὅκ μὴν τὸ 2 ψυχρὸν διαθερμανθὲν ὑπὸ τοῦ καύματος, διαψυχθὲν καὶ παῦσα παχέως φλεγμαίνεται, καὶ πέψιν οὐδεμίην προσδέχεται. 3 Τὰ δ' ἄλλα πάντα, ὅσα διὰ χυμῶν δριμύτητα καὶ ἀκρησίας φαμὲν ἔσεσθαι γινόμενα, αὐτὸν τρόπον ὑποκαθίσταται τὰ 4 * κραδαίνεται τε καὶ πεφθείλατο. Ὅσα τ' ἂν ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν πρέπει) τὰ ῥευματώδεα, ὡς ἰχῶρας καὶ πάντοθεν ἀθροίσματα ἔχοντα, 5 ἕλκοσι τοῖς βλεφάροις, καπεδίοις ὑπὸ ἐνίων γνάθου τε, καὶ τοῖσιν ὠσὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, ἐφ' ὅ, τι ἂν ὑπόῤῥῃ, ῥήγνυσί τε καὶ διαπέπτει τὰ 6 αἱμώδεα τῶν ὑγρῶν χρώματα· ὁδῶσι δὲ καὶ καῦμα καὶ φλοιδώσεις ἔχοντα· καπέχει μέχρι πόδε, μέχρις ἂν τὸ ῥεύματα πεφθῇ, καὶ 7 ἧσσόν τε παχύτερα, καὶ 8 λήμη ἀπ' αὐτέων εἴῃ· τὸ δ' πεφθῆναι γίνεται ὑπὸ τῶν μυξθλώδεα, πεφθῆναί τε ἀλλήλοισι, καὶ πεπιμυξθλώδεα.

* πεπμύξθη

* κρωύπτα

Sedatur autem aliquo modo ardor in naribus, non cùm fluxus prodit, & inflammatio consistit, sed postquam fluxus crassior & minus acris, & 1 iam coctus ac rectiùs permixtus priore fuerit, tunc sanè æstus placatur. Sunt alij quibus ex sola frigiditate nulli alij consociata manifestè coryza nascitur. Cunctis verò salus hæc est, vt 2 à frigore afflicti incalescant; at qui à calore, inalgescant: quæ vtraque exiguo temporis spacio peragantur, cùm nulla coctione egeant. 2 Cæ-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 198 sur 513

ra verò cuncta, quæ ex ſuccorum acrimonia & intemperantia oriri aſſero, reſtituuntur ac redintegrantur, vbi 4 temperata fuerint & concocta. Similiter rheumata quæ curſum ſuum flectunt in oculos, cùm validis veriſque pradita ſint acrimoniis, 6 exulcerant palpebras, exedunt nonnunquam genas, & oculis ſubditas partes, ad quaſcumque tandem fluxerint; quin frangunt etiam ac erodunt eam, 6 quæ oculum cingit tunicam. Dolor praterea æſtus, ac ſummus ardor aliquandiu fatigat, donec ſcilicet rheumata coctione edomita fuerint, ac 7 craſſamentum nacta fuerint, ac 8 lemæ ab ipſis gignantur. Fit autem coctio ex mixtione, & temperatura mutua, mutuáque velinti elixatione.

cottio vndt.

COMMENTARIVS.

1 Pepaſmo mitigatà materiâ.

2 Vbi materia in vitio non eſt, ſed nuda qualitas, contraria qualitate euincitur.

3 Materia vbi in querela eſt, pepaſmo vinci debet.

4 Ad ſubſtantiæ mediocritatem redacta vbi fuerint.

5 Ineunte morbo ac rheumate ἐρεμομύῳ.

6 Id eſt, annatam & corneam.

7 Tunc finit ſe rheuma ζωιτάμυον.

8 Id eſt, Latinis gramiæ. Plin. 25. lib. 13. gramioſi oculi. pituitam vertit Celſus 6. lib. 6. Sunt ſordes lippientium oculorum ſemicoctæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὸ δ' ὅσα ἐς πῶ φάρυγγα, ἀφ' ὧν βεβαρυγλώσσηται, 1 κωιλάγματα, ἐρυσιπέλατα, περιπνευμονίας. ταῦτα ταῦτα τὸ μὲν πρῶτον ἀλμυρά τε, καὶ ὑγρὰ, καὶ θρεμμέα ἀφίει, καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισιν ἐρράϊσται τὰ ῥοφήματα. Ὅταν δ' παχύτερα καὶ πεπαίτερα γίνηται, καὶ πίσσης δεομένη ἁπλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται, καὶ τ' ἄλλα τὰ 2 λυπέοντα τὸν ἄνθρωπον. 3 Δεῖ δ' ὅπως ταῦτα αἴτια ἐκβήσει ἡγεῖσθαι, ὧν παρεόντων μὲν τοιοῦτον πρόσωπον ἀνάγκη γίνεσθαι· μεταβαλλόντων δ' ἐς ἄλλο χρῶτα, παύεσθαι. Ὁκόταν δ' ὑπ' αὐτέων τὸ θερμὸν εἰλιχθείη καὶ ἡ ῥύσις γένηται καὶ μὴ μετέχῃ 4 ἄλλης σωμάτων κρήσεως, οὕτω παύσεται ἄν, ὅταν μεταβάλλῃ ὀπὸ τοῦ ψυχροῦ ἐς τὸ θερμὸν, καὶ ὀπὸ τοῦ θερμοῦ ἐς τὸ ψυχρόν. Μεταβάλλει δ' ὧν μοι προείρηται πρόσθεν.

Quæ etiam quæ in fauces delabuntur, ex quibus raucedines, 1 angina, eryſipelata, peripneumoniæ, animaduertamus: cuncta hæc ineunte fluxu ſalſa, & humida, acriáque affluunt, & in talibus incrementis morbi augeſcunt. Vbi verò craſſa euaſerint, ac pepaſmo mitigata fuerint, & ab omni acrimonia aliena euaſerint, tunc ilicò tum febres ſoluuntur, tum cætera quæ 2 hominem affligebant miteſcunt. 3 Oportet autem cauſas cuiuſque affectionis has putare, quarum præſentia talem affectionis ideam naſci neceſſarium eſt: quibuſque in aliud temperamentum ſe flectentibus affectio ceſſat. Quandocumque igitur ab ipſa nuda caliditate, aut frigiditate hæc euenirent, nec 4 vllius alterius facultatis participes forent, certè illa miteſcerent ſi ex frigido in calidum verterentur, & ex calido in frigidum. At ſolùmeo quo dixi modo permutantur.

COMMENTARIVS.

1 Cælius Aurel. d. à ſuſpendij ſimilitudine ductum nomen, anchonas Græcis ſuſpendia: vel quod ſpiritum neget, nam σωέχει continere eſt.

2 Vt dolores.

3 Eius ſententia eſt à vi ſecundarũ qualitatũ maximè ægrotare corpus: quod oſtendit vi ſucci fluentis: hactenus ſenſu cõprehẽſis notis id oſtenditiá ratione. Si à nuda qualitate hi morbi efflorescerent, ea temperata cederent: nam conſectanei ſunt morbi ſuis cauſis: hac itaque præſente aderit morbus; & contra. Verùm hæ affectiones non domantur vi alterante, ſed pepaſmo. Igitur non ex primis, ſed ex ſecundis naſcuntur qualitatibus.

4 Vt ſaſſedinis, acoris, acredinis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Επι τοῦτω τ' ἄλλα, ὅσα κακοπαθέα ἄνθρωπος, πάντα ὑπὸ 1 φλεγμάτων γίνεται· τοῦτο μὲν, ὅταν πικρότης τὸν ὀποχυτὸν, ὑφ' ὑγρολυὲς ξανθὸν καλέομεν, εἶναι ἄπαν ἢ καῦμα καὶ ἀδυναμίαν κατίσχει! 2 ἀπαλλαασσόμενοί τε τούτε εὐπετέως, καθαιρόμενοι ἢ αὐτομάτοισι, ἢ ὑπὸ φαρμάκου, ἢ ἐν καιρῷ τῇ αὐτέων ἡλικίῃ), φανερῶς καὶ 3 ἧσσ' πόνοι καὶ ἡ θέρμη ἀπαλλάσσει). Ὅσον δ' αὖ χρόνον ταῦτα μετέωρα ἢ, καὶ ἄπεπτα καὶ ἄκρητα, μηχανὴ ἐξαμῆσαι ὅτε ἧσσ' πόνων παύσασθε, ὅτε ἧσσ' πυρετῶν. Καὶ ὅσοι μὲν ὀξύπυητες περσέσσει) ἀφιεμένοι τε καὶ ἰώδεες, εἶναι λύσιμα, καὶ ἀνίζες ἀπλάγχνων, ἢ θάρικες, καὶ 6 ἔπειτα! Οὐ παύε) τοῦτο μετέωρον, πρὶν 7 ἀποκατεργῆ τε, καὶ 8 καταστρεβῆ, ἢ μηδὲν τοῖσιν ἄλλοισι. 9 Πίσσεσθε), καὶ μεταβάλλῃ, καὶ λεπτύνεται, καὶ παχύνεται ἐς χρῶμ' εἶδος· διὰ πολλῶν εἰδέων καὶ παντοίων (διὸ καὶ αἱ κρίσιες καὶ αἱ ἀριθμοὶ τῶν ἡμερέων ἐν τοῖσι τοιούτοισι μέγα δύνανται) πάντων δὲ τοιούτων ἧκιστα περσέσσει θερμῷ ἢ ψυχρῷ πάσχειν. Οὔτε γὰρ ἂν πέσσοι σαπῆ, οὔτε παχυνθῆ.

Præterea cuncta alia mala quibus affligitur homo, ea omnia ex 1 ſuccorum potentiis proficiſcuntur: verbi cauſâ ſi amaror quidam ſecernatur, quam bilem flauam appellamus, quales ilico iactationes & æſtus incandeſcentia & proſternatio virium inuoluunt! 2 verùm liberati ab illa nonnunquam, aut vltrò aut pharmaco purgati, modò loco & tempori quid horum factum fuerit, liquidò & 3 doloribus & ardoribus defunguntur. Quamdiu autem 4 eadem mole turgida, & pepaſmi expertia, & immoderata fuerint, nullâ arte nec dolores nec febres placari poterunt. Item quibus 5 acuti, & acerrimi, & aruginoſi ſucci moleſti ſunt, quali mox rabiei, ac viſcerum thoraciſque morſibus, & 6 anxietati inuoluuntur! Neque horum finis priuſquam iidem 7 excludantur & 8 ſedentur, & aliis remiſceantur. 9 Concoqui autem, & mutari, attenuarique ac craſſeſcere in aliam humorum ideam oportet (quapropter & criſes & numeri temporum in his talibus plurimum valent) verùm hæc cuncta euenire calido aut frigido minimè omnium conſentaneum eſt: cùm nec putreſcere, nec craſſeſcere queant.

COMMENTARIVS.

1 Lædunt ſua φλεγμα quam gerunt ſecundarum ex qualitatum vi.

2 Senſu animaduerſa hiſtoria.

3 Igitur in ſuccis illa erant.

4 Cum à benigno illo ſanguinis freno abeunt tunc quaſi pendent, eleuantur, ferociunt, ac feruent; necdum repreſſi ſunt, aut ſedati, ſed adhuc exagitati.

5 A bile retortida, quæ à reliquorum ſuccorum moderatione abiit.

6 Æſtuant deſperatione.

7 Cùm excluditur; vel intra corpus manens conſopitur.

8 Καταστρεβῆ, quod priùs erat μετέωρον vt paulo ante, & ebullitio eius cohibetur, aut certè mixtione reliquorum attemperatur; vt Doctiſſ. Zuingerus annotat. καταστρέφω eſt humi ſternere, proſternere: & metaphoricè componere, ſedare, demulcere: ita καταστρεβλοῦται dicitur de humoribus euictis coctione, aut cæterorum mixtione dilutis, aut iam ſedatis & compoſitis. depoſitis qualitatibus exuberantibus, vt hîc.

9 Iam ratione oſtendit in morbis quorum hyparxis à materia pendet, calidum & frigidum non multum poſſe. hoc pacto: Morbificæ cauſæ abactione ſit curatio, vt illa pepaſmo mitigetur & excludatur apparata: ita diebus criticis excluduntur variis. At calidum & frigidum non abigitur maximè, nec patitur validè: nam nec coqui, nec putreſcere poteſt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 199 sur 513

©BIUM

poteſt. Igitur calidum nec frigidum horum morborum auctor erit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* πολλῶ † πέπτα

Τί δ' ἐν 1 αὐτὸ φαίνηται ἔῃ ; χρῆσις τε ἀυτέων ἐστὶ, * πολλῷ 2 θᾶσσον ἄλληλα ἔχουσι διώκειν· ἔπειτα ἀλλήλοισι ἐόντι τῷ θερμῷ μιχθῆν, 3 παύεται τὸ θέρμιον, ἢ πρὸ ψυχροῦ· ἐόντος πάλιν τοῦ ψυχροῦ ὑπὸ θερμοῦ. 4 Τὰ δ' ἄλλα † πέπτει ὁ ἄνθρωπος, ὅσῳ ἂν πλέοσι μίσγηται, τοσούτῳ ἠπιώτερα καὶ βελτίονα. Πάντων δὲ ἄριστα διάκειται ἄνθρωπος, ὅταν πέπτῃ, καὶ ἐν ἡσυχίῃ ᾖ, πολυσίτῳ διαίτῃ ἰδίῃ ἐπιτηδεύσαντι. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἱκανῶς μοι δεδηλῶσθαι.

Quod itaque 1 officium vtriuſque dicemus? Attemperatio ipſorum propria eſt, tum verò etiam 2 inſe mutuò agendi facultatem habent: quando quidem nulli alii vemixtum calidum 3 feruore ſpoliatur, quàm vnico frigido: nec alii cedit frigidum, quàm ſoli calido. 4 Reliqua cuncta in homine, quanto pluribus remixta fuerint, tanto mitiora & meliora euadunt. Quin tunc optima valetudine fruitur homo, cùm cibos rectè coquit, ac cùm in ocio eſt, nec vllus in corpore ſuccus præ cæteris peculiari vi explendeſcit. Et de his quidem videor mihi abundè ſatis demonſtraſſe.

COMMENTARIVS.

1 Quas vires gerant calidum & frigidum, iam proponit: nam agunt in alias humorum qualitates, eóſque miſcent, vnde temperamentum fit: igitur χρῆσις αὐτέων ἐστὶ.

2 Et in ſe agunt] ſe mutuò inhibent ac domant: cùm id officium ſit contrariorum, vt in temperiem ſe mutuò flectant, ἄλληλα ἔχουσι διώκειν.

3 Mutua mixtione frenant ſe.

4 Succos miſcent qualitates primæ. Hæc itaque remixtio dum optima eſt & æqualis, ita vt nihil luxuriet mixtorum, validus eſt homo. Sin copia aut vi quid eluceſcat, id ſecernere nititur natura à maſſa, & excludere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Λέγουσι δέ τινες καὶ ἰητροὶ, καὶ σοφισταὶ, ὡς οὐκ ἔνι ἀνθρώπου ἰητικὸν εἰδέναι, ὅστις μὴ οἶδεν 1 τί ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνέπαγη. Ἐγὼ δὲ τοιοῦτον μὲ ὅσα τινὲς εἰρήκασι σοφιστῶν, ἢ ἰητρῶν, ἢ γέγραπται ἀφ' ἱστορίης φύσιος, 3 ἥκιστα νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν, ἢ τῇ χειρουργικῇ. Νομίζω δὲ, ὅτε 4 ἀφ' ὑγιείων γε ἀνθρώπων τὰ σαφέα, ἐκμανθάνειν ἄλλοθεν ἔστιν, ἢ 5 ἐξ ἰητρικῆς· τοῦτο δὲ οἷόν τε καλλιστεῦν, ὅταν ὁ ἀυτέων τις τῷ ἰητρικῷ ὀρθῶς πᾶσαν προσθῇ. Μέχρι δὲ τοιοῦτου 7 πολλοὺς μοι δοκέει ἐληλῦθεν, λέγω δὲ 8 τὸ ἱστορέειν ταῦτ' εἰδέναι, ἄνθρωπος τί ἐστι, καὶ 9 δι' οἵας αἰτίας γίνεται, καὶ τ' ἄλλα ἀκριβέως. Ἐπεὶ τοι γέ μοι δοκέει ἀναγκαῖον εἶναι 10 παντὶ ἰητρῷ εἰδέναι φύσιος ἀνθρώπου, καὶ πάνυ σπουδάσαι, ὡς εἰδήσεται (ἐπὴν τι μέλλῃ τῶν δεόντων ποιήσειν) ὅ, τί ἐστιν ἄνθρωπος 11 πρὸς τὰ ἐσιτήδεα, καὶ πτώματα, καὶ ὅ, τι ἀφ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται· καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκέειν, ὅτι 12 πικρὸν χολῇ μὲν τυρὸς (πίνει γὰρ φέρῃ τῷ πληρωθέντι ἀυτέων) ἀλλὰ πῶς τι πίνει, καὶ διὰ τί, καὶ τίνι ἀνθρώπων ἐναντίον ἐστὶν ἀνεπιτήδειον.

1 *Cæterùm & medici ſophiſtæ quidam aiunt, quòd non poſſit medicinam cognoſcere eum, cui exploratum non ſit quid ſit 2 homo, & quo modo primùm factus & conſociatus ſit. Ego verò hæc quæ ita de naturâ dicuntur aut ſcribuntur ſiue à ſophiſta, ſiue à medico, 3 minùs conſentanea medicæ arti exiſtimo quàm pictoriæ. Mea autem hæc ſententia eſt, de 4 natura aliquid certum exploratum habere, non aliunde euenire, quàm 5 ex medicina: atque idipſum tunc demum diſci poſſe, vbi quis 6 totam medicinam rectè perceperit. Enimverò 7 quamplurimi eò cognitionis progreſſum fecere, vt 8 veluti ſenſu comperta narrare poſſint, quid ſit homo, & 9 è quibus cauſis enatus, & cætera exactè. Verùm mihi maximè è re 10 medicorum, eſſe videtur, vt is in naturæ rebus exercitatus ſit, vtque omni ſtudio annitatur, vt percipiat (ſi quid quod facto opus eſt præſtabit) quid ſit homo 11 collatione facta ad ea quæ eduntur & bibuntur, & quid ſingulis cuique euenturum ſit: nec ita abſolutè putare, 12 quod malum edulium ſit caſeus (damnis enim affligit liberalius ei indulgentem) verum etiam explorandum, quodnam incommodum, & quamobrem, & cui humani corporis parti incommodus habeatur.*

COMMENTARIVS.

1 Oſtenſurus veterum theoriam meliorem eſſe recentium medicorum, narrat neotericorum ſententiam: qui aiunt, corpus humanum, medici ſubiectum, & quibus fabricarum ſit exploratum eſſe debet. Hanc impugnat, ſi fusè homo accipiatur. Ante Hippocratis & Democriti ætatem Græci nil de naturâ ſcripſere, vel ſi quid, ieiunè admodùm.

2 Si ita latè accipiatur homo, qua ſub naturæ œconomia continetur: nam pictor etiam humanam naturam noſcere debet, vt membrorum analogiam rectè fingat: ita calceario pedis dimenſione opus eſt, quo rectè aptet calceos.

3 Q. d. tam ieiunè hactenus de natura ſcripſere & docuere.

4 Dicit, ſi propriè humani corporis natura ſumatur, hoc eſt, quatenus ad medicinæ finem pertinet, Medici peculiaris eſt, adeoque propria, vt nulla ex alia arte quàm ex medicina percipi poſſit.

5 Nam res cognoſcitur talis, qualis ea eſt: Cognoſcitur autem vario fine. Varij fines varias peperere artes. Itaque natura hominis Medicè (id eſt, quatenus ad Medicum pertinet) à ſolo cognoſcitur Medico.

6 Id quod ei clarum eſt, qui & in theoria & in facienda Medicina tritus eſt.

7 At qui hactenus ſcripſere; ἐξ ἱστορίης non ea ſumpſere; non enim à noſtra familia didicere theoricam, nec ipſi medicinam fecere: Igitur ieiunè de his agunt.

8 Non admitti eorum aſſumptum: nam philoſophi veri hoc ſciunt.

9 Hæc antiqua & Hippocratis eſt ſententia. quòd natura hominis communis, ex phyſicis rationibus indagari debet, quid ſit, & ex quibus fabricatus homo: & hoc non vt medici, ſed vt phyſici callent.

10 Sine quâ tamen ſcientiâ, eius ſententiâ, non in magnum euadet quis medicum, vt qui medicum Philoſophum Deo æqualem fecerit. Plato exiſtimat philoſophia nihil maius à ſummo Deo hominibus tributum fuiſſe.

11 Sed in medicinam vertere debent hanc phyſicam cognitionem, vt vſibus ſanationum accommodent hæc. quemadmodum picrocholis mel inimicum, quia choleram procreat &c.

12 Ita natura noſcenda humana, vt noſcat à quibus quomodo afficiatur: vt à caſeo quòd affligatur: deinde cur ita à caſeo percellatur: cùm interim plurima reliqua ſint eſculenta mala, quæ alio tamen modo lædunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἐστὶ γὰρ ἢ 1 ἄλλα πολλὰ βράσματα ἢ πόματα 2 φύσει πυρετώδεα, ἢ 3 διαφθορὴν ἐν ἀνθρώπῳ ἐν ἑωυτῷ ποιέοντα. Οὕτως ἔν μοι ἔοικε τῷ λόγῳ, εἶναι 4 οἶνον ἄκρητον πολὺν πυθέσθαι, διαφθορὴν τῷ ἀνθρώπου ἀδυνατέειν, καὶ ἅπαντες ἴσμεν τοῦτο γεινόμενον, ὅτι αὐτὴ ἡ δύναμις εἶνε, ἢ αὐτός ἐστιν οἶνος· ἢ εἰσί γε ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μαλιστά γε δύναμαι εἰδέναι. 6 Ταυτὸν δὴ βούλομαι ἀληθεύειν ἢ περὶ ἄλλων φαίνεσθαι. 7 Τυροὶ γὰρ (ἐπειδὴ τυτέῳ σημείῳ ἐχρησάμεθα) ἅπαντες ἀνθρώπους λυμαίνεται· ἀλλ' εἰσὶν οἳ τινες αὐτέων πλαδαρώτεροι, καὶ ἧσσον βλαπτουσι· ἀλλὰ καὶ τοῖς 8 ἰσχνοῖσιν ἀνεξυμφόρως συμμασσῶν παρέχεται· εἰσὶ δὲ οἱ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι. Διαφέρει δὲ τυτέων αἱ φύσιες.

Sunt

Sunt enim & 1 plurima alia edulia ac potulenta 2 naturâ maligna, 3 nec tamen eodem modo hominem affligunt. Exempli causa, 4 vinum merum plenâ manu sumptum, hominem aliquo modo debilem reddit; & cuncti qui viderunt hoc fatentur, & agnoscunt quod 5 hæc sit vini vis, & à vino id proficiscit: & quasin homine partes maximè percellat nouimus. 6 Quare & talem veritatem certitudinemque & in aliis explendescere volo. Itaque 7 caseus (cùm hoc argumento vti cepi) non omnibus iniurius est: sed sunt qui eo pleni, nihil & ne tantillum quidem incommodi sentiunt: imo 8 tenuibus mirum in modum conferre animaduersum est: sunt iterum alij qui agrè eius defunguntur molestiis. Horum itaque naturæ diuersæ sunt.

COMMENTARIVS.

1 Gal. 1. diff. 4. in medio.

2 Ex idiosyncrasia naturæ humanæ lædi ostendit ab alimentis naturam humanam: vt vinum cur & quas partes affligat; omnes norunt.

3 Q. d. igitur noscendum cui bellicosa sint.

4 Ita & alimenta & pharmaca vim suam retinent, amittunt, vel mutant, pro varia ratione naturarum quibus exhibentur.

5 Vt vinum dulce picrocholis sitiferum, aliis mouet ptyelon. giluum vrinale est quibusdam vinum: aliis sitiferum.

6 Ita alimenta cuncta, non solùm quòd lædant, sed cur, & quo modo id faciant exploratum esse debet.

7 Q. d. quod de caseo, idem de reliquis explorandum; cur & quo modo lædant. causa erit cur lædat, quod naturæ bellum indixit vel communi, vel peculiari. vt elucet in caseo. Si enim caseus communi naturæ humanæ iniurius esset, nullus eius vsum ferret. At cuncti non læduntur eius ab vsu, vt tenues: alij læduntur. Igitur communi naturæ humanæ non est inimicus: sed peculiari. quatenus eæ inter se discriminantur: cuius causa est succus qui in corpore luxuriat pituitosus.

8 Morbo vel naturâ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Διαφέρουσι δὲ χρὴ εἶναι· 1 ὅσῳ ἐν τῷ σώματι ἔνεστι πολέμιον πυρετῷ, τοσούτῳ ἐχθρότερά τε καὶ μᾶλλον ἐναντιούμενα ἐν τῷ σώματι πλέον ἐστὶν· καὶ μᾶλλον ἐναντιοῦται ἐν τῷ σώματι; τούτῳ μᾶλλον καὶ κακοπαθέει εἰκός. Εἰ δὲ πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἦν κακόν, 2 πάντας ἂν ἐλυμαίνετο. Ταῦτα δὲ ἔστιν ἐνίοις, οὐκ ἂν πάλαι. 3 Τὰ δ' ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι, τῇσιν 4 ἐν τῷ νούσῳ, ἐπὶ δὲ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι τῇσι μακρῇσι, γίνονται πολλαὶ 5 συμπαραταξίες, αἱ μὲν ἀπὸ πωλομένου, αἱ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν προσπελαζόντων τῷ τυρῷ τῶν.

Diuersæ autem sunt hac ratione: quòd 1 id quod in corpore caseo bellum indixit, a caseo excitetur ac agitetur; his quibus eiusmodi succo circumfluit corpus; qui quanto efficacior redditus fuerit in corpore, tanto vehementiùs eos affligi consentaneum est. Quodsi toti naturæ humanæ is iniurius esset; 2 omnes vtique affligeret. Has itaque differentias si quis monuisset, non incurreret hæc nec ea pateretur. In 3 refectionibus verò, dum se à morbo colligunt 4 conualescentes, præterea in his quimorbis diuturnis conflictantur; multi velut instructa acie 5 conflictus sunt, partim vltrò, partim ex iis quæ sine delectu adhibentur.

COMMENTARIVS.

1 Differentiæ itaque causa pendet à succo quo rigatur œconomia humani corporis, cui bellum indixit caseus, & quem mouet ac separari facit, augmentum ducente pituitâ bili contrariâ. Itaque inquit D. Zuingerus; prior est ἄυξησις ὁμοίου: deinde κίνησις ἀνομοίου, cùm natura, inæqualitatem hanc ægrè ferens, conturbetur. Cuius si copiam nosset homo, à caseo non læderetur; quia vel eo penitùs abstineret, vel certè non vltra modum eo vteretur. Hæc Doct. Zuingerus.

2 Q. d. igitur non est caseus simpliciter malus; sed vel nocet, vel iuuat pro varia ratione naturarum quibus exhibetur.

3 Quod alimenta ex peculiari cuiusque natura lædunt homines, iam ostendit ex conualescentibus & ægris. nam varij conflictus sunt inter naturam, alimenta, & morbos.

4 Dicit Hippocrates, in iis qui conualescunt, at nondum conualuere, aut qui longis impliciti sunt malis, multa simul concurrere vno eodémque tempore, à quibus vel recreari vel affligi hominem vsu venit: idque naturæ ductu euenire, tentantis noxia excludere, vel ab assumptis, vt cibis naturæ dissentaneis; vel amicis & propugnantibus naturæ in alimentis aduersus morbum. Quare damnat medicos qui hæc ex ægrorum vel conualescentium naturis non dignoscunt.

5 Zuing. συμπαράταξις, vox militaris est, conflictus qui fit instructa acie. ita natura noxia excutere nititur; si iuuetur nutricatu, validiùs insurget in acie: sin prematur à diæta, pessundatur, aut se colligens obsidionem patitur, & interdum erumpit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τοὺς πολλοὺς, οὐς τοὺς ἰδιώτας, ἰδὼν 1 πρώην μὲν τὴν ἡμέρην ταύτην τὴν κεκαινουργημένην, οὐκ ἀσκήσαντας, οὐ περιπατήσαντας, οὐ διαλεχθέντας τὴν ἑτέρην, ταῦτα δὲ πάντα βέλτιον προστετυλιγμένα ἢ μή, ἢ δεῖ νόσου ἅπτεσθαι 2 τὴν αἰτίην τινὰ αἰτιησάμενοι, τὸ μὲν αἴτιον ἀγνοοῦντας, τὸ δὲ συμφορὴν ἐπιφέρουσαν ἰδίῃ ἑκάστῳ πρόσωπον, ἀφανίσαντας. Δεῖ δὲ οὐκ ἀλλ' εἰδέναι, τί 3 λέβης ἀκμάζων προσγινόμενον ἐργάζεται, καὶ τί κάσσυμος. Οὐδέποτε γὰρ ἂν αὐτὴ καθαπτὴν τετέων, οὐδ' ἕτερα, οὐδὲν ἂν ἀπὸ πληρώσιος, οὐδὲ ἀπὸ βρώματος τοίου ἢ τοίου. Ὅστις οὖν ταῦτα μὴ εἰδήσει, ὡς ἔχει ἔχει πρὸς τὴν ἀνθρώπου, οὔτε γινόμενα ἀπ' αὐτέων δύναιτο, οὔτε χρέεσθαι ὀρθῶς.

Noui autem medicos & idiotas multos, qui 1 si quid fortè eâ die ægri nouassent, puta si lauissent, aut deambulassent, aut quid alienum à præscriptis comedissent, etsi hæc cuncta adhibuisse quam neglexisse præstaret; nihilominus tamen 2 causam noua afflictionis prædictorum alicui ascribebant, veram quidem causam ignorantes, & nonnunquam id quod maximè recreabat suis beneficiis defraudantes. Verùm hoc modo transigere non licet, sed illud compertum potius esse debet 3 quidnam balneum; nec loco nec iure adhibitum; adferre soleat; & quid sit afflictio. Numquam enim eiusdem idea afflictio, vel ab his, vel à quouis alio proficiscitur, & neque ex satietate; neque ex hoc vel illo edulio. 4 Si quis hæc explorata non habet, quomodo horum quaque ad hominem comparata se habeant, is neque horum euenta percipere poterit, nec iis commodè vti.

COMMENTARIVS.

1 Vt omnia ad talem hominem comparata se habeant exploratum esse medico debet.

2 Causam iam adfert: qui ignorat eam quæ peculiari hominum naturæ est syntimoria cum alimentis, etiam effectus ignorabit, nec vsum eorum rectè inibit: Hæc autem noui medici nesciunt. Itaque & effectus nescient.

3 Horum vires noui hi medici ignorant.

4 Qui facultates alimentorum nescit, etiam effectus ignorabit, nec vsum rectè horum poterit præscribere.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 201 sur 513

©BIUM

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Δεῖν δὲ μετ' ὀρθίσεως ταῦτ' εἰδέναι, ὅσα τῷ ἀνθρώπῳ παθήματα ἀπὸ 1 δυνάμιων ἔρχεται. καὶ ὅσα ἀπὸ 2 σχημάτων. Λέγω δὲ τὰ τοιαῦτα, ὁκοῖα μὲν ἕλκεται, ὁκοῖα δὲ εἰώθασι τὰς ἀκρότητάς τε καὶ ἰνῶς. σχήματα δὲ λέγω, ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Τὰ μὲν γὰρ κοῖλά τε καὶ εὐρέα 3 εἰς στενὸν δύσι συμπτώματα. Τὰ δὲ καὶ 4 ἐκπεπταμένα, τὰ δὲ 5 στερεά τε καὶ 6 στρογγύλα, τὰ δὲ 7 * πλατέα καὶ ὑπερεμπίπτοντα, τὰ δὲ 8 διατεταμένα, τὰ δὲ 9 μακρά, τὰ δὲ 10 πυκνά, τὰ δὲ 11 μανά τε καὶ τηθηλώδεα, τὰ δὲ 12 σπογγοειδέα καὶ * ἀραιά.

Cæterum præter hæc necesse fuerit vt rectè dignoscat, quænam passiones dimanent ex 1 *succorum exuperantibus qualitatibus & viribus, quæ item ex* 2 *figuris eueniant. Hoc volo; ac facultatem quidem appello, humorum excellentes qualitates virésque. figuras autem dico ea quæ insunt in homine. Aliæ enim partes cauæ sunt, & ex amplissimo spacio* 3 *in arctum coactæ, aliæ* 4 *expassæ, aliæ* 5 *solidæ &* 6 *rotundæ, aliæ* 7 *latæ & pensæ, aliæ* 8 *extentæ, aliæ* 9 *longæ, aliæ* 10 *densæ,* 11 *raræ & succulentæ, aliæ* 12 *spongiformes & molles.*

Docet varia partium conformationem.

COMMENTARIVS.

1 Δύναμις est facultas & potentia, à qua actio procedit; quæ inest succis à temperamento: quare hîc sig. humorum exuperantes qualitates & vires, id est, cùm impermixti fuerint humores, tunc enim excellenti qualitate exuperant.

2 Σχήμα hîc refertur ad partium variam compositionem naturalem, qua duræ sunt, raræ, densæ, rotundæ, latæ, cauæ, pressæ.

3 Angustæ & in amplum desinentes: expassæ sese fundentes & in latum pandentes, & contrahentes; vt vterus, vesica.

4 Expansa, explicata, aperta, hiantia.

5 Sustantia & substantiæ modo.

6 Vt intestina: vt colon.

7 Vt diaphragma & membranæ.

8 Vt rectum intestinum breue est.

9 Hepar, diaphragma.

10 Hepar.

11 Vacuæ vel plenæ à concepta materia. μελέα τηθηλώδεα seu florida, d. Zuing. quæ instar θηλῆς siue mammæ continent succum vtilem, veluti efflorescentem, vt quæ venulis plurimis rigantur, vt hepar; quamuis etiam sensui sit id πυκνὸν μανὸν cùm spaciis intermediis non consociatur pars ob humores, vel spiritus. Ita μανὸν erit duplex: τηθηλὸν, cùm succis abundat, quos aliis communicet suo tempore, vt hepar, mammæ, testes, paraftatæ oleagineam materiam habent. καὶ τηθηλὲς, spiritus continens, vel nihil sensui continens.

12 Cedentes instar spongiæ fungosæ, vt splen, mammæ, pulmo rara sunt & spongiosa: vel non, vt ossa quædam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τῶν δὲ ἐλκῶσιν ἐφ' ἑαυτὸ καὶ ὑπασπάσασθαι ὑγρότητα ἐκ τῶν ἄλλων σωμάτων 1 ἐπὶ τὰ κοῖλά τε καὶ ἐκπεπταμένα, ἢ τὰ στερεά τε καὶ στρογγύλα, ἢ τὰ κοῖλά τε, καὶ ἐς στενὸν ἐξ εὐρέος συμπίπτοντα, δυώμεθ' ἂν μάλιστα· οἷόν τοι τὰ τοιαῦτα 2 ἐς στενὸν συμπίπτοντα κοῖλά τε καὶ εὐρέα. Καταμανθάνειν δὲ δεῖ αὐτὰ ἔξωθεν ἐκ τῶν φαινομένων. Τῶν μὲν δὴ νεφρῶν ἡ κεφαλὴ, ἡ κύστις ἔνδοθεν * διαπάσσει. † περιστωμύλλουσι δὲ καὶ συρίττουσι, πίσσῃ τε τὰ χείλεα, ἢ τῷ ἄλλῳ τροφίμῳ, ῥᾳδίως ἀναπάσσει ἐφ' ὅ, τι θέλει. ‡ Τῶν δὲ, αἱ σπόνδυλοι * παρβαλλόμεναι ἐξ εὐρέος ἐπ' ἐνθυμίῃσι ἐστενωμένον περὶ τοῦτο τὸ χωρίον), παρὰ τὰ ἕλκεα διὰ ἡ σαρκὸς καὶ ὑπασπάζεται τε πυκνὰ τὰ τοιαῦτα. Τῶν δὲ ἔσω τὰ ἀνθρώπου, ὑγρὸν ἡ ῥῆμα τοιοῦτον, ἡ κύστις τε καὶ κεφαλὴ, καὶ ὑστέρη γυναικεία. Καὶ φαινέσθω ταῦτα μάλιστα ὧδε· ὅταν περὶ ἕδρης ἕκαστα ὑγρότητος ἄσχῃ. Τὰ δὲ κοῖλα καὶ ἐκπεπταμένα, ὁκοῖα μὲν ἂν ὑγρότητα μάλιστα ἡ δέξαιτο πάντων, ὁκοῖα δ' ἂν ἧσσον ἐμίσεα.

Quæ itaque queso ex his in sese trahere ac prolectare humiditatem ex reliquo corpore optimè poterunt? num cauæ & expassæ, an solidæ & rotundæ, aut cauæ & in arctum ex fusa amplitudine coactæ? 1 *Equidem existimo has* 2 *quæ ex cauitate & amplitudine in arctum sunt coactæ. Quod colligere licet ex his quæ foris conspicua sunt. Partim quidem quod hiante ore nihil liquoris attraxeris: vbi verò labra foras produxeris, contraxerisque ac compresseris, insuperque fistulam admoueris, facillimè sanè attrahes ea quæ volueris.* 3 *Partim verò quòd cucurbitæ ex augusto spacio in angustum arctatæ in hunc vsum fabricatæ sunt, ad trahendum ac prolectandum ex carne: vt & multa inueniuntur alia quæ huic non absimilia sunt. Tales autem naturâ ac figurâ partes sunt in corpore,* 4 *vesica & caput, & vterus in mulieribus. Atque hæ partes manifestissimè trahunt, ac perpetuò plenæ sunt attracta humiditate. Cauæ econtrà & latè fusæ partes, affluentem maximè succum* 5 *accipiunt, non tamen similiter attrahunt.*

COMMENTARIVS.

1 Vt varia partium conformatio, ita vel agit vel patitur facilius. vnde εὐπάθεια partium, quæ vel humoribus vel à spiritibus affliguntur. Ita Plato 3. de Rep. imitatione Hip. duas statuit causas internas morbificas, ῥεύματα πνεύματα.

2 Quædam igitur trahendo affliguntur; quales sunt cauæ, ex amplo ventre in ceruicem desinentia: argumento est os, & fistula, & cucurbita.

3 Sententia summi præceptoris hæc est: non qualitates primæ, sed secundæ morbos magnos faciunt: Hoc est, δυνάμεις, id est, præcellentes illæ separatorum iam succorum facultates (vt acrimonia, lentor &c.) morbos magnos pariunt. Has autem excipiunt fluentes materias partes, modò ægriùs, modò facilius, vt sunt varia partium σχήματα, id est, conformationes (vt raritas, densitas, &c.) Cùm enim omnis fluxus δυνάμεων ex triplici fiat causa; nimirum orgasmo, tractione, & exclusione: quædam σχήματα partium, exclusioni succorum, aliæ tractioni expositæ & accommodatæ erunt. & ita δυνάμεις accipient.

4 Hæ igitur partes maximè morbis ex fluxibus ortis obnoxiæ sunt.

5 Non attractione, sed translatione in vitio sunt, & exclusione.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὰ δὲ στερεὰ καὶ στρογγύλα ὅτ' ἂν ὑπασπάσωνται, ὅτ' ἂν ὑπὸ * ὑμένων ῥυείσῃσιν ἐξέλθωσι· * περιολισθάνει τὸ δὲ ἄν, καὶ ἂν ἔχοι ἕδρην, ἐφ' ἧς κλίνει. Τὰ δὲ πλατέα τε καὶ διατεταμένα, οἷον πλεύμονες, καὶ μαζοὶ, προσχωθεύμενα μάλιστα ὑγρότητι, καὶ σκληρωθεῖσι καὶ αὐξηθεῖσι ὑγρότητος προσγιγνομένης τοῖς τοιούτοις μάλιστα. Οὐ δὲ ἂν, ἢν ἐν κοιλίῃ ἐπὶ τὸ ὑγρὸν, ἔξω τὸ ἀφεστηκὸς, αὐτὸν ἡ κοιλίη * τὸ ὑγρὸν ἢ † ἐξαφίζοντ' ἂν καὶ ἐκείνην ἡμέρην· ἀλλ' ‡ ὅταν πλησθῇ αὐτὸς ἑωυτοῦ τὸ ὑγρὸν, τὰ κενὰ καὶ ἀραιὰ, καὶ τὰ σμικρὰ πάντα καὶ ἀραιὰ τε καὶ μαλθακὰ σκληρός τε καὶ πυκνὸς ἐγίνετο, καὶ ἐς ὑπόπαον, ὅτ' ἀφίκοιτο. Ταῦτα δὲ πάσχει διὰ τὴν φύσιν τοῦ ῥήματος.

Solidæ 1 *autem & rotundæ, neque trahunt; nec* 2 *suscipiunt: quandoquidem dilabitur humor, & non stabilem inuenit sedem. Spongiformes verò & molles, veluti splen, pulmones &* 4 *mamma, quæ in procinctu sunt maximè* 5 *ebibunt, duræque fiunt ac turgescunt hæ partes illabente humore. Neque enim si* 6 *ventre conceptus sit humor, & foris etiam humor contineatur, ipse venter humorem illum singulis diebus euacuare poterit: sed* 7 *cùm imbiberit viscus succũ & in se receperit, cuncta loca vacua & rara, quamuis liber & parua adimplentur: & viscus quod rarum & molle erat, durum ac densum redditur, & nec concoquit, nec excernit: Hæc autem patitur ob figuræ indolem.*

COMMEN

COMMENTARIVS.

1 Non cauæ,nec latæ : vt muſculi , non imbuuntur ob ſoliditatem : & ob rotunditatem effluit humor,nec hæret.

2 Non imbuuntur à proximis.

3 Hæ partes ἀπαλώτεραι iniurias experiuntur, ob χύμα quod habent,earum tractioni & excluſioni aptum.

4 Notandum hîc ex Hip.Mammas trahere ex vicinis partibus, id eſt,vterinis venis; vnde dureſcunt, obſtructis menſibus in fœtis. quemadmodum lien ex meſenterio & hepate;pulmo,vt ait Aretæus de Peripneumonia , ex gula & ventriculo:adde & caput.

5 Hæ partes εὐρέα quidem habent , (n. poros illos) ſed κοιλίαν non habent, (n.cauitatem magnam, vt veſica) quare hæ partes ob χῦμα accipient quidem ſuccos,ſed eos ægrè excutient iterum : vnde putredini vel duritiei obnoxiæ ſunt.

6 Aph.20. κοιλίαν abſque articulo ſignificare d. omnem cauitatem corporis.

7 Id eſt , ſi in interna parte , verb. grat. pulmonum vel lienis,multum materiæ conceptum ſit,& externi circumiecti pori etiam repleti ſi fuerint, non poterit interna illa materia euacuare ſe ; propter σχῆμα.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ὁσα δ' 2 φύσιν τὴν 3 ἀνειλήματα ἐνεργάζεται ἐν τῷ σώματι, φορυσκεῖ ἐν μὲν τοῖσι κοίλοισι τε καὶ εὐρυχωρήτοισιν , ἔστιν κοιλίη τε ἡ ὑπερθύρη φόρον τε καὶ πάπτηλον ἐμποιέειν. 4 ὅτι γὰρ ἂν μὴ ἀποπληρώσῃ ὥστε ἐλινῦσαι , ἀλλ' ἔχει μεταβολάς τε καὶ κινήσιας γινέσθαι : ὅσα δ' 6 σαρκώδεά τε καὶ μαλθακὰ , ἐν τοῖσι τοιούτοισι κάρηκά τε καὶ πλησιώματα , * ὅθεν ἐν τοῖσιν 7 ἀποσφαγῆσι γίνεται.

1 *Quæcunque verò 2 flatum & 3 torſiones excitant in corpore , eain cauis ac amplis partibus , veluti ventre ac pectore,ſonum ac ſtrepitum efficere ſolent. 4 Nam cùm non ita repleant vt ſtent,ſed tranſmutationes & motus habeant ; neceſſariò ab his & 5 ſtrepitus & manifeſtæ motiones fiunt. At quæ 6 carneæ ſunt & molles partes , in his torpores & replétiones eueniunt, vt in 7 iugularis apparet.*

COMMENTARIVS.

1 Quemadmodum primùm monſtrauit affligi partes ob conformationem ab humoribus , ita iam à flatibus.vt thorax, venter,vterus.

2 Eſt flatus,humorum vel ciborum quidam vapor craſſus & turbidus , qui in cauis gignitur , (vt nebula in aëre) à debili calore : nam frigus non attenuat nec diſſoluit:& calor diſcutit validus. Fiunt in omnibus cauitatibus,vt cerebri,cordis,pulmonum, veſicæ,vteri,renum,ſcroti,arteriarum,venarum,& neruorum.

3 Ἀνειλέσθαι ſurſum volui ſig. Hippocrati , & recondi.Hinc hæc vox,id eſt, torſiones & conuolutiones in cauis amplíſque partibus, vt ventre & thorace:Et d. ἀνειλήσεις 3.Epid.

4 Quo modo ob varia χύματα , partes flatibus obnoxiæ ſint.

5 Tanti momenti ſunt flatus , vt Stoici affirmarent crepitus æquè ac ructus liberos eſſe oportere. Claudius impunitatem dedit in menſa crepitum emittentibus: quòd quendam periclitatum pudore deprehendiſſet.

6 Cedentes,vt muſculoſæ, flatibus diſtentæ repletionem ſentiunt,& torpotem:vt palpitatio.

7 Ἀποσφαγῆσι, Mercurialis , id eſt , glandulis : quæ ſunt ἐν τῇ σφαγῇ id eſt , iugulo ; à fluxibus his paſſionibus obnoxiæ:qualis n. repletio & ſtupor iugularis euenit.Quid hoc ? inquit Zuingerus : an laqueo ? ἀποσφαγὴ mactatio vbi iugulum ſecatur. Hîc ἀποσφαγαὶ vbi laqueo iugulum intercipitur. Imò hîc εἰ ἀποσφαγῶσι, dici videntur quibus ſpiritus vitalis aditus ad cerebrum intercipitur à plurimo in iugularibus venis concepto ſanguine , vnde apoplexia parua oritur : & ſtupent ab illa repletione homines : Eſt enim σφαγὴ iugulum , & illud canum quo diſtant clauiculæ. Ita d partes molles carnoſæ flatibus tenduntur & replentur ; vnde , interceptis ſpiritibus, ſtupent. Vel potiùs ἀποχάδεσι legendum, ab ἀποχάζω , quod eſt venam ſeco:nam iniecto loro,in membro fit repletio & torpor in muſculis : nam intercluſis ſanguis in halitum abit,& intercipitur ſpiritus animalis; hinc πλήρωμα & κάρκα. An legendum ἀποφίξεσιν ? eſt enim ἀπόφιγξις Hippocrati conſtrictio , vbi faſciæ ligatam partem comprimunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ὅταν δὲ ἐγκύρσῃ πλατεῖ τε καὶ 1 ἀντικεινένῳ , καὶ τι πρὸς αὐτὸ ἀντιτείνῃ , * τοῦτο τύχῃ μήτε ἐγκρῖναι ἐὸν , ὥστε διαδῦναι ἀντέχεσθαι τὴν βίην , καὶ μηδὲν κακὸν παθεῖν· μήτε μαλθακόν τε καὶ ἀραιόν , ὡς ἐνδέξασθαί τε καὶ ὑπεξελθεῖν , ἀπαλόν τε καὶ τεθηλὸς , καὶ ἔναιμον καὶ πυκνόν , ἔστιν 2 ὅπερ· διὰ μὲν τὴν πυκνότητα καὶ παχύτητα , ἀνθεκτικόν τε καὶ οὐκ ὑπείκει. Φύσα δ' ὑπὸ διχομηνίν , 3 ἄυξεταί τε , καὶ ἰσχυροτέρη γίνεται , καὶ * ὁρμὴν μείζονα πρὸς 4 τὸ ἀντιτεῖνον· διὰ δὲ τὴν 5 ἀπαλότητα καὶ τὴν εὐαιμότητα ἀνώδυνος ἐοῦσα) ἄνευ πόνων ἔρχεται. Καὶ διὰ ταῦτας τὰς παρουσίας 6 ἐδυνήσατο τὸ ἐξυτασθῆναι) καὶ πυκνότατα πρὸς * τοῦτο χωρίον γίνεται , ἐκπυήματά τε καὶ φύματα πλεῖστα.

* ἐν φύσει τοῦτο

* ὁρμαὶ

* χωρ. τ. γῆ

Cùm verò inciderit flatus in latum corpus & 1 renitens, & aliquid ipſi contra nitatur, idque fuerit nec natura ita forte , vt violentiam eius ſuſtinere , nihilque offenſæ accipere queat ; neque ita molle & rarum , vt excipere & cedere queat;ſed tenerum & ſucculentum, & ſanguineum , & denſum ,velut 2 hepar : propter denſitatem quidem ac latitudinem renititur nec cedit loco. Flatus verò ſubiens 3 increſcit validiúsque euadit , & maximo impetu fertur aduerſum id, quod 4 renititur ac referit:propter 5 teneritudinem autem & ſanguineitatem expers doloris eſſe nequit. Hinc eſt quod 6 acuti dolores ac creberrimi hoc loco eueniunt ; & ſuppurata ac tubercula quàm plurima.

COMMENTARIVS.

1 Partes renitentes , aliæ ſunt anguſtæ;aliæ latæ. latæ,natura facilè patiuntur , vel ægrè. Facilè,vt calidæ & humidæ. ἁψαλὰ , & hæ vel ſunt non efflorescentes,id eſt , nullum humorem in ſe conceptum gerentes , quem cæteris partibus , inſtar mammarum communicent. Aliæ efflorescentes τεθηλότα , quæ ſucci plenæ aliis communicant eum ſuccum. Et ſunt vel exangues , aliâ tamen materiâ plenæ , vt teſtes, manmæ : vel ſang. vt hepar , quod quia denſum, renititur, neque cedit : & quia tenerum & ſanguine præditum,prompte patitur.

2 Deſcribere videtur naturam hepatis, collatione aliarum partium:vt σχῆμα eius pateat.

3 Ob focum calidi hepatis.

4 Vnde id tum dóler,tùm attrahit.

5 Eſt enim παρέγχυμα.

6 Cùm enim ſanguineum viſcus ſit,vix alio tumore quàm phlegmone affligetur : quæ iactationes plurimáque tædia adfert : Gal. 4. lib. 4. de præſ. puls.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Γίνεται δ' καὶ κατὰ φρένας ἰσχυρὰς , ὅσον δὲ πολλόν. * Διάστασις μὲν γὰρ φρενῶν πλατεῖαν καὶ ἀντικεινένην , φύσις δ' * νάρκην τε καὶ ἰσχυροτέρη , πλὴν ὅσον ἐπωδυνίαν ἔχει. Γίνεται δὲ ὥσπερ καὶ πάντα καὶ πόνοι , καὶ φύματα. 2 Πολλὰ δ' καὶ ἄλλα κατὰ ἔσω καὶ ἔξω τοῦ χώματος ἐόντα φύματα , ἀμεγέθεα ἀλλὰ πολλά

* διάστασις

* νάρκην γε. ρεὴ

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 203 sur 513

©BIUM

λων διαφέρει, πρὸς τὰ παθήματα καὶ νοσέοντι ἢ ὑγιαίνοντι. Οἱ γαστρὸς σμικραὶ ἢ μεγάλαι, τράχηλοι λεπτοὶ ἢ παχέες, * μακροὶ ἢ βραχέες, 3 κοιλίαι μακραὶ ἢ στρογγύλαι, 4 θώρακος καὶ πλευρέων πλάτυτητες ἢ στενότητες, καὶ ἄλλα μυρία· ἃ δεῖ πάντα εἰδέναι ἢ διαφέρει, ἕως τὰ ἄπω ἐκ τῶν ἐγγὺς ὁ ὀρθῶς σκοπέοντι.

* γῶ τοι

1 *Surgunt etiam ſub diaphragmate acerbi dolores, verùm longè minus. Expanſio enim Diaphragmatis ampla eſt, & renitens, & natura eius neruoſior & robuſtior, propterea minùs doloribus inuoluitur. Attamen doloribus & tuberculis etiam hic locus eſt. Quin & 2 plurimæ aliæ intus & foris figurarum ideæ ſunt, quæ plurimum inter ſe differunt, ſecundum affectiones quas inferunt tum ægro tum ſano. Cuiuſmodi ſunt capita exigua aut magna, colla tenuia aut craſſa, longa aut breuia, ventres 3 longi aut rotundi, 4 thoracis & coſtarum latitudines aut 5 angustiæ, & alia infinita: quæ cuncta explorata eſſe debent, quæ differant; quo cauſas ſingulorum callens, has 6 rectè obſerues.*

COMMENTARIVS.

1 Hactenus monſtrauit morbis obnoxias eſſe partes, à forma qua effictæ ſunt: nam vel ſuccorum attractione, vel metaſtaſi affliguntur. ita à flatibus carnoſæ & membranoſæ; quæ autem denſæ & latæ, reniuntur & patiuntur: neruoſæ & robuſtæ, non æquè facilè affliguntur, vt diaphragma.

2 Materia', id eſt, patium natura nota eſſe debet medico: illæ conſtant figura & humorum potentia. vnde morbi intemperiei, & conformationis. Inueſtiganda igitur natura partium conſiſtentium, & fluentium. Conſiſtentium quæ χύμα μελέων vocatur: aliquid differunt interdum, vt caput magnum, paruum &c.

3 Vt megaloſplanchni: & partes infra vmbilicum craſſas eſſe bonum eſt, d. Hippocrates.

4 4. Aph. τοὺς ἰχῶρας &c. id eſt, qui amplo ſunt pectore, capite firmo, nec cephalalgiæ, hæmorrhagiæ, aut fancium pulmonisve vitiis obnoxii, vel ophthalmiæ, veterno.

5 Hip. 4. Aph. 8. Tabidorum ea tibi ſit cautio vt nunquam ſurſum purgandos putes, id eſt, qui collo exili, ne vlcus pulmonum maius fiat, ne vas rumpatur etiam in pulmone.

6 Nimirum humorum influxibus vt ſint expoſitæ partes, ob varia ſchemata.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Περὶ δὲ 1 δυνάμιων χυμοῦ, αὐτίων τε ἕκαστος ἕ, τι δύναται πρὸς ἕκαστον τὸν ἄνθρωπον, ἐσκέφθαι, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρεται, τὰς ξυγγενείας ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους. Λέγω δὲ τοιάδε· 2 τὸ γλυκὺ 3 χυμὸς 4 μεταβάλλοι ἐς ἄλλο εἶδος, μὴ ὑπὸ ξυγκράσιος, ἀλλ' αὐτὸς ἐξιστάμενος, 5 ποῖός τις πρῶτος ἐγένετο· πικρὸς, ἢ ἁλμυρὸς, ἢ στυφνὸς, ἢ 6 ὀξύς; * ἆρα ὀξὺς χυμὸς 7 ἀπεπτήσεν, † προσφόρων ἐὼν τοῖσι λοιπῶν, μάλιστα εἰη, εἰς ὃ γλυκὺς γε πάντων ὀπτηθείη τάχιστα. 8 Οὕτως εἴ τις δύναιτο, ζητέων, 9 ἐξοδίην ὀπτυγχάνειν, δύναιτ' ἂν πάντων 10 ἐκλεγόμενος ἀεὶ τὸ βέλτιον. 11 βέλτιστον δ' ἐστὶ, τὸ ἀφεστηκὸς τῶν ἐναντιοτάτων ἀπόλεγον

† προσφέρων

De vi autem 1 ſuccorum, quam potentiam ſinguli in hominem exercere poſſint, compertum eſſe debet, vt etiam prius diximus, quæſque cognationes inter ſe habeant. Quod dico tale eſt: 2 Si dulcis 3 humor aliam in ideam 4 mutetur, non quidem propterea quòd aliis remixtus, ſed ipſe abiens à priſtina ſua indole, 5 qualiſnam primùm fiat? amarus, an ſalſus, an acerbus, an 6 acidus? Sanè acidus ſuccus omnium maximè erit 7 incommodus, reliquis aliquantum commodis exiſtentibus, etenim dulcis omnium vtiliſſimus eſt. 8 Hoc modo ſi quis, inueſtigatione diligenti ea, quæ 9 foris admittenda veniunt, percipere poſſit, poterit perpetuò ex cunctis quod 10 optimum eſt eligere. Id autem 11 optimum, quod quàm longiſſimè ab incommodo receſſit.

COMMENTARIVS.

1 Fluentium, id eſt, δυνάμεις χυμῶν. hi notandi ſinguli, quid quiſque poſſit. Et reſpectu mutuo, qualis ſit humorum inter ſe comparatorum συγγένεια: nam quiſque in alium ſuccum abit, vel naturaliter, & dicitur ζύγκρασις, aliorum profuſione; vel extra naturæ leges, & dicitur ἔκστασις, cùm per διάκρισιν ſeiunctus, in alios degenerat ſuccos, in amarum, ſalſum, acerbum, acidum.

2 Iam perueſtigat quid quiſque humor poſſit.

3 Per ἔκστασιν à ſua natura abiens.

4 Mutantur humores, vel quia à cibis, aut remediis contemperantur, vt ex ſalſis fiant dulces, ac ex amaris acidi: vel vltrò caloris interni vi qualitates variant, ita vt in aliam ideam abeant. Bona mutatio cùm in dulcedinem transferuntur ex aliis qualitatibus; at in acorem vel ſalſedinem tranſitus malus.

5 Hinc ſurgit tecmarſis temperandi, coquendi, præparandi, & euacuandi. nam ſyncreſi labefactatæ debetur temperatio: & ecſtaſi, purgatio.

6 Nam ſeparatus dulcis ſuccus ſi vratur, amareſcit: ſi putreſcat, falſus fit; à frigore autem aceſcit, & acerbus euadit.

7 Nam vt dulcis calidum natiuum validum; ita acidus fractum denotat, vt cauſa & vt ſignum malus.

8 Vſus ſeu finis cur humorum vires inueſtigandæ: vt foris nutricatus corpori adferri poſſit. Conueniunt optima: talia ſunt, quæ à lædentibus procul recedunt.

9 Talia ſunt quæ alios perfundunt ſuccos & temperant, vt ex ſalſis fiant dulces, &c. hoc faciet optimè is, qui cognationes humorum & mutuos tranſitus norit; ex quibus in quos facilis mutatio.

10 Quod ſuprà exemplo caſei conſpicuum fecit.

11 Id eſt, id optimum in cuiuſque peculiari natura, cuius acceſſione σύγκρισις ſuccorum firmatur: ne in ἔκστασιν fiat ſeiunctio, & ἀκμὴ humorum ſecedentium.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 204 sur 513

HIPPOCRATIS DE ELEGANTIA

ARGVMENTVM.

DIGNVS liber eruditione & virtute viri, inquit D. Zuingerus. Scaliger Moderationem vertit. Agit hîc de persona decôra: & primùm de ea quam induere debet quilibet artifex: mox de medico vt venustus sit morum honestate, & philosophiæ cognitione, ita acceptior erit & celebrior, & liberali arte excellentior, & κομιδὸς ἀσκληπιάδης, scitus elegansque Aclepiada, vt d. Plato 3. de Rep. vt sit εὐσχήμων, decorus. elegans, ornatus moribus. ἀπὸ τοῦ σχήματος, id est, indole, à natura vel arte. vt ἄνευ Aristot. πρόσοι Isocr. vt latitia, truculentia, blanditia &c. & horum nota in facie & moribus elucescentes; vt taciturnitas, grauitas incessus &c. Et eruditio. Omnis ars quæ theoremata in vsum flectit, & experientiâ nititur, insuper ornatu oportet decoretur: nam artificem commendat ac gratum facit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ.

ΟΥΚ ἀλόγως, οἱ τὰ περιαλλόμενοι πλὴ σοφίης πρὸς πολλὰ εὖ χρησίμως, καὶ παύεσθαι δὴ πλὴ ἐν τῷ βίῳ. Αἱ μὲν πολλαὶ, πρὸς περιεργίην φαίνονται χρήσιμαι. Λέγω δὲ αὐτὰ, αἱ κατὰ δὴν χρείην πρὸς τὰ διαλέγειν. Ἀφανὲς δ' ἂν τοῦτο μάθοις ἐς ἐκεῖνα. Ὅτι ὀκνηρίη, ἡδονὴ μὲν κακὴ, καὶ τὸ μὲν σκολιὸν καὶ ἄχρηστον, ζητέει ἐς κακίην καὶ ἀφέλκεται. Τὸν δὲ ἐχμηρὸν, καὶ πρὸς τὰ δίκαια ἐνεργὸν, ἐφιλκύσατο τὰ ἐοῦ πρὸς καλλονὴν βίου τηνέοντα ἑαυτῷ, τοῦτον τὰς μηδὲν ἐς χρέος πλέξιας διαλέξιας.

HIPPOCRATIS DE ELEGANTIA.

NON *sine summa ratione faciunt, qui eruditionem artesque asserunt multis rebus vtiles esse, eas videlicet quæ in communi vita versantur. Plurimæ enim ad ambitiosam curiositatem comparatæ esse videntur. Eas dico quæ nullam vtilitatem ostendunt earum rerum de quibus disserunt. Harum autem partes sed illas referri debent. An quod vbi cessatio non est, neque improbitas erit? ocium enim & ignauia improbitatem quærunt, & ad eam abstrahunt. Vigilantia verò & rebus intenta mens, trahunt ad se quid eorum quæ ad vitæ honestatem pertinent, etiam ex inutilibus nihilque commodi adferentibus disputationibus.*

COMMENTARIVS.

1 Hoc sumit ex aliorum sententia: n. non in theoria, sed exercitatione positam sapientiam esse, vt quæ ad publicam vtilitatem omnia flectat.

2 Distinguit: non ociosam eruditionem, sed negociosam intelligimus, quæ artem vsibus humanis commodam profert.

3 Generalis cognitio per se inutilis est, cùm non flectitur in vsum vitæ. & sic ociosa & superflua videtur; & nugacitas quædam sophistica esse, quam sapientia.

4 Per euentum vtilis euadit generalis illa cognitio, cùm in vsum vertitur, particulatim. sapientia per se inutilis: vtilis si in vsum flectatur. vt Geometria Socrati apud Xen. catenus vtilis, qua vicinum agrum à suo distinguat.

5 Inutiles disputationes philosophiæ, artium exercitationi iungendas esse. Vulcani arte Pallas è Iouis cerebro prosiliit.

6 Artibus aptata sophia non est ociosa, igitur nec inutilis.

7 Ostendit hoc, nam otiosa eruditio ad vitium se flectit: ratione ocii parentis libidinum. & errat in multis quæstionibus non experientiâ firmata.

8 Negociosa eruditio ad vsum vitæ properans, disputationes per se inutiles, ornatus causa artibus addit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Χαριέστερον γὰρ ἢ ἀφ' ἑτέρου * μάθοι ἐς τέχνην † πεπαιδευμένος. 2 τεχνὴν δ' ἐστὶν εὐρημοσύνη καὶ δόξαι· 3 Πᾶσαι γὰρ αἱ μὲν μετ' ἀκριβείης καὶ ἀρχιτεκτόνως, κεκλείνασι 4 μέθοδός τις ἑκάστοις τεχνικὴ ἐρᾴζεται. Αἱ δ' εἰ μὲν πρὸς ἀναπτίλιν, * ἀμελέονται. Νέοντε γὰρ αὐτέοισιν ἐμπίπλασιν ἀκριζοῦντες δ' ἐκ † ἐνδελεχίης ἰδιώτας πάντας βλέποντες· φοβεῖται δ', διὰ πυρὸς, νομοθετικὴν πάντας, ὃ ἀναίρεσιν ἐν ἅπασι πόλεων.

1 *Venustior enim eruditio etiam tunc appareat aliis, quando ad artem traducitur: ad 2 artem, inquam, elegantiâ & gloriâ instructam. 3 Cuncta etenim artes quæ non sordido quæstui inhiant, nec ineleganties sunt, 4 illa methodo quadam arti accommodatâ constant & expoliuntur. 5 Ni enim ars innoxiè exerceatur, proscribitur. Adolescentes enim eos inuadunt, ac in eos irruunt: iuuenes autem eos intuentes ob eorum mutabilitatem, quam falsis iocis excipiunt, sudoribus perfundunt: at senes, præ amarore decretum in eos statuunt, vt 6 ex vrbibus pellantur.*

COMMENTARIVS.

1 Gratus euadit artifex, si peculiari arti vniuersalis iungatur eruditio. πρὸς ἕτερα aliorum vtilitatis causa. ἐς τέχνην πεπαιδευμένος, sub artis habitu in mediam hominum vitam introducta.

2 Habitus non quiuis accedere debet, sed elegans & honestus. Ornamentum enim est, vt dixit Crates, inquit Plutarchus de præceptis connub.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 205 sur 513

©BIUM

quod ornat : ornat autem quod honestum facit.

3 Quæ ars ἀγχινοϊκὴ habet, id est, quæ gratiosa & accepta est, liberalis, ingenua, non sordida, non plutophiliæ dicata, illa habet & methodum artificiosam, id est, vniuersalem rationem à philosophia acceptam, & vsui certo dicatam: propter quam non gratiosa, sed erudita vocari tantùm mereatur. Μέθοδος τεχνικὴ, vniuersalis ars, ad actionem omnia referens. Μέθοδος ἀτεχνος, vniuersalis ars, ad actionem nihil conferens. Ita docti quidam, quod ἀγχινοΐαν fraudentur, fructu eruditionis spoliantur.

4 Ad verbum: *his artificialis methodus est, quæ expolit eas.*

5 De ipso iam artifice, quem non sat est externa illa ornamenta & scientiam habere: sed vitæ innocentiâ sacrosanctam reddere debet artem suam: alioqui proscribitur: adolescentes libidine fœdans: rubore quodam pressus hoc vitium indicat.

6 In lege conqueritur malis medicis solam ἀδοξίαν pœnam esse.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Καὶ ὁ ἀγορῖν 2 ἐργαζόμενοι εἶσι, μὴ 3 βαιασμὸν ἀπατέοντες, καὶ ἐς πόλεων 4 ἀναστρεφόντες οἱ αὐτοί. 5 Ἰδοὶ δέ τις ἂν γνοίη ἐσθῆτι, ἣν ἐσθῆτα, καὶ τῇσιν ἄλλῃσι ἀσκήσῃσι. Κλὼ γὰρ ἕωσιν ὑφηφανέως κεκοσμημένοι, πολὺ μᾶλλον φευκτέοι, ἢ μισητοῖσι ἀνθρώποισιν εἶσι. Τὸν δ' εὐσταλέα, ὁ χειτῶνες σκοπέειν, εἰ ἀφ' ἑδωκτὴν κατάστασιν, ὧδε ἀσκέειν. Ἐκ τε γὰρ 8 ἐπιτηδέων, καὶ ἐν πάσῃ εὐσημοσύνῃ ἢ ἀσελγίῃ, ἐ φοιτᾷ 9 ἀσκέειν περικόμης, ἀλλὰ μᾶλλον 10 πρὸς εὐδοξίαν, τό, τε 11 σωφρονεῖν, ἢ τὸ ἐν τῷ 12 πρὸς ἑωυτὸν διακεῖσθαι, πρὸς δὲ 13 τὸν περίοικον.

Hi 1 enim sunt qui 2 fora venalitia ornant, 3 garrulitate sua decipientes, iidémque per vrbes 4 circumuagantur. 5 Agnouerit quis eos ex vestitu, alióque, qui foris est, fraudulento habitu. Nam quanto cultiore ornatu explendescunt, tanto magis fugiendi sunt, & ab intuentibus odio prosequendi. Qui verò contrario modo vitam instituunt, 6 cum his versari vtile est, quibus non est 7 studiosè affectatus cultus, nec superflua curiositas. Ex 8 vestitu enim cognosces, eiusdémque elegantiâ & frugalitate, non ad 9 superfluam curiositatem comparata, sed potius 10 ad honestam existimationem, tum 11 eruditionis, * *animi intræ se compositi.* *tum 12 virtutis, & ad 13 peregrinationem.*

COMMENTARIVS.

1 Cùm ἀγχινοΐαν monstrare conetur, primùm ἀγχινοΐαν narrat sophistarum in excessu, & defectu.

2 Acroases faciunt foro venalitio: quod in Præceptis d. ἀκρόασιν πωλήσεις.

3 Βάναυσοι, qui absque eruditione splendidè dicunt fucosa oratione. Θαυδοτυφορ. Arist. dicti, qui aliud sciunt quàm dicunt: vt hîc ἀπατέοντες. Recte apud Plutarchum, in Politicis, Menander: mores dicentis sunt qui persuadent, non oratio.

4 Ἀναστρέφοντες, vt quidam hodie: Plato in sophista, venatorem ait sophistam stultorum & opulentorum adolescentum. lege Erasmi Chymicum dialogum. Rectè Euripideum illud, quod à Plutarcho in Politicis recitatur: vtinam miserum mortalium genus elingue & infans sit, résque ipsæ pro voce hominibus sint; quò qui facundè dicunt, pro nihilo habeantur. Rectè alter ille ac scientia præcellens archirectus, at dicendi imperitus; Viri, inquit, Athenienses, quæ iste pulchrè disseruit, equidem re efficiam.

5 Cum eruditione & innocentia auctoritatem tueri nequeant, eam splendore auri, cultúque vestium, ac famulorum grege sibi comparant. ridet hos Aristophanes in Neb. qui hos vocat medicos σφραγιδονυχαγοκομήτας, quòd digitos ad vngues vsque annulis ornent. Plato adolescentes monendos dicit, nefas esse ei qui aurum intus habet, illud foris gestare, cum animo ipsi immixtum naturâ habeant.

6 Frugi homines iudicandi sunt.

7 Philosophi non habent διαπρεπῆ πολυτέλειαν, ἀλλ' εὐτελῆ in vestitu & moribus.

8 Veste eleganti, sed simplici & frugali vtuntur.

9 Nam non est superflua aut sumptuosa.

10 Sed honesta & expedita. πρὸς εὐδοξίαν, id est, virilis, viro docto & prudenti conueniens.

11 Vestis & cultus qui aptus est docto viro: vtpote qui potiùs studeat animi quàm corporis cultui. σωφρονεῖν, contemplationi incumbentem.

12 Cultus qui bono & prudenti viro conuenit huic adest, qui nidomat affectuum impotentiam ratione, depingit virtutem in actione versantem. Nam ex vestitu animi elucent mores.

13 Expeditus vestitus ac frugalis adeò vt peregrinationi aptus sit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οἵ τε ἐκ τῶν 1 ἡμιαλίων τοιοῦτοι, 2 ἀδολέσχητοι, 3 ἀπειλέοντες· πρὸς τὰς συμπλοκὰς δ' ἄδελοι, 4 πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, 5 χαλεποὶ πρὸς τὰς ἀντιλήψιας· πρὸς τὰς 6 ὁμοιότητας δέξυοι, καὶ ὁμιλητικοὶ· 7 εὐκρινέες πρὸς ἅπαντας· πρὸς τὰς 8 ἀναισθησίας σιγητικοὶ· πρὸς τὰς 9 διαστοχήσιας εὐσυνεπιτικοὶ ἢ, 10 καρτερικοὶ πρὸς τὸν 11 καιρὸν δ' ὄξεος, καὶ * λημαλέοι πρὸς τὰς ἥδονὰς 12 ἐνέχεσι, 13 καὶ αὐτάρκεες· 14 ἀκουσιολογικοὶ πρὸς καιρὸν πρὸς † ὑπομονὴν· πρὸς 15 λόγους ἀνυσιμωτάτων 16 τὸ ἀπὸ δεξιῆθεν ἐπιφέρητες, 17 ἀφανὴς χαρίεντες, 18 χαρίεντες διαλιθέμενοι, 19 δόξῃ τῇ σὺν τύχῃσιν διϊσχυριζόμενοι ἐς 20 ἀληθείην πρὸς τὸ ἀπὸ δεξιῆθεν ἀποτελμαλιζόμενοι.

Imò in quouis reliqua 1 vitæ cultu, hi 2 minimè diffluentes sunt, 3 nec curiosi, difficiles ad obuiam itiones, placidi 4 ad responsiones, 5 graues erga resistentes, ad 6 sui similes solertes & familiares, ac affabiles, 7 moderati erga cunctos, ad 8 seditiosas contentiones * *taciturni, 9 in respondendo acuti & 10 tolerantes,* * *C. ad tacendum animo confirmato & continentes.* *in 11 occasione captanda & noscenda prudentes, in victu 12 frugales, & 13 paucis contenti, 14 patientes in occasione expectanda, ad 15 sermones expediti, nihil 16 sine demonstratione proferentes, 17 suauiloquentia vtentes, 18 gratiis delibuti, 19 pro gloria † ex his orta contendentes dicendo, 20 veritatis * studio veritatem certa ratione stabilitam, libenter admittentes.* † ad verbū Gloria horum omnium corroborati ac fortificati: c. * ad verbū ad veritatem ac demōstrationem audientes ac cupid.

COMMENTARIVS.

1 Vbique honestati studentes.

2 Qui nec dicto nec facto sua iactant vltra quàm decet: sed cum veritate, candore, integritate, posita omni dissimulatione εἰλαθείαν colunt.

3 Non curiosi in censendis aliorum factis ac dictis: non πολυπραγμονες.

4 In conuersatione, si docendum, faciles sint, & appositè respondeant.

5 Sint seueri aduersus eos qui deliquerunt.

6 Facilè amicitiam conseruent.

7 Humani, populares, affabiles.

8 Audiant aduersarios patienter, & modesti sint.

9 Prudenter respondeant, & cogitabundi sint.

10 Fortiter contra sophistas, veritatis propugnandæ causâ alacritatem ostendant.

11 Prudentiam desiderat, cuius effloruit vsus occasionis agendi & dicendi præsentis cognitione.

12 Moderetur brutos animi affectus. Veneris non meminit, rubore tactus.

13 Liberales sint, non audaces petendo. Philippus Macedo vulnerata clauiculâ, cùm medicus cotidie quid peteret: clauem habes, inquit, sume quantumuis.

14 Pruden

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 206 sur 513

14 Prudentia ductus præſentem arripiet occaſionem dicendo vel agendo: abſentem patienter & vigilanter expectabit. expectent occaſionem opportunam, nec importuni ſint expectando.

15 Validi in ſermone tum dicendo, tum ratiocinando, id eſt, dialectici.

16 Nil ſine ratione dicant vel faciant: nam Naturæ principi ratio danda erit.

17 Non barbarè vel laïcè loquantur. id ad doctrinæ perſuaſionem facit.

18 Oratione & ratione potentes. redpit χαείεντας artifices. Rhetorica præditus ſit; nam Plato 1. de legibus, vult vt primùm doceat medicus & perſuadeat quid ſit ægro faciendum, & non priùs imperet: ita promptiùs parebit, nam non docet vt doctos reddat ægros. Quare Ariſt. dicebat, parebo lubens, ſi vera hæc, quæ dicis, eſſe demonſtraueris.

19 Honores pet ſe contemnat artifex: ſed propter virtutem, cui conſociat ſe Gloria, pro ipſo Honore etiam certet. Auita gloria nitebantur Aſclepiadæ, ἐκ τεκτόνων, id eſt, ex rectè dictis & factis.

20 Ex iis quæ ſenſu & ratione demonſtrantur, paucis philoſophiæ finem, id eſt, veritatem: & formam, hoc eſt, demonſtrationem quæ fit ratione, ſenſu, & effectu expreſſit. Scientiæ n. acquiſitionem, & ignorantiæ fugam. D. Zuing. [reddit ἀποτελματίζειν, τελμίδα ſiue ſordes & inquinamenta purgare: nam τέλμα locus eſt paluſtris & cœnoſus. Reddit Zuing. *animorum purgationem & certa demonſtratione prouenientem, veritatis ſtudio, libenter admittentes.*

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἡγεμονικώτατον μὲν οὖν τυτέων ἁπάντων τὸ περὶ τὰς ἀληθείας ἐστὶν, ἢ ἡ φύσις. Καὶ γὰρ οἱ ἐν τέχνῃσιν, ὧν περὶ τοῦτο τέλος, διὰ πάντων τυτέων περιπορεύονται τὴν ὁδὸν περιερχόμενοι. Δεῖ δ' ἄκουσον τὸ 3 χρέος ἔνεστι σοφίην καὶ ἐν τῇ τέχνῃ προδεικνύντα, διδαχθῆναι εἰς τὸ 4 ἀρχαῖον λαβεῖν. Ἡ δ' 5 φύσις καταῤῥύσα καὶ κέκρυπται τὴν ὁδὸ σοφίη, ἐς τὸ εἰδῆσαι τὰ ἀπ' αὐτέης ἡ φύσιος πεπυσμένα. 6 Καὶ γὰρ ἐν ἀμφοτέρῃσιν λόγοισι πολλοὶ κραπαδεύοντες, ὁδὸν μὲν σφὶ ἀμφοτέρῃσιν ἐχρεπτεῖο ποίσι 7 πρῆγμαν ἐς * δεῖξιν.

Præcipuus autem dux cuctorum dictorum 1 *natura eſt. Nam ſi his,* 2 *qui animum artibus applicant, hæc affuerit, omnia prædicta peruadere poterunt.* 3 *Vſus enim [qui] doceri per ſe nequit in ſapientia & eidem adiuncta arte, docebitur [per naturam;] vt [artis] 4 principium haberi queat. Quin etiam* 5 *natura effluit & remiſcetur cum ſapientia, ad cognoſcendum ea quæ ab ipſa natura fabricata ſunt.* 6 *Cùm [è contra] plurimi in ambabus his rationibus, eo ipſo vincantur & aberrent, quòd non vtrauis, [ſed alterutra tantùm] vtentes, demonſtrationem facere ſunt aggreſſi.*

COMMENTARIVS.

1 Tria ſunt præſidia omnium artium & ſcientiarum comparandarum, natura, doctrina, id eſt, σοφίη, & τὸ χρέω, id eſt, vſus & exercitatio: his εὐφυΐη comparatur. Princeps horum natura eſt, vt acumen ingenij in inueſtigando, iudicando, docendo, diſcendo. & ſanitas, pulchritudo, robur, ſocij εὐφυΐης.

2 Id eſt, natura ſagax hominis ſi fuerit, facilè ſcientiam diſcet, & elegantiam morum & vſum.

3 Natura enim circa ſingula dux eſt: nam τὸ χρέος per ſe doceri nequit in philoſophia & arte. Mutuas ſophia & χρέος ſibi dant operas: ſophia reddit vſum elegantem: vſus fructuoſam ſophiam, ſed natura ſagax percipit vt id agendum, & quo modo coniungenda. hoc eſt quod d. ἔντεσοφίη, &c. Doceri enim nequit ob particularium infinitum numerum, quorum quæque peculiarem habent rationem, ab aliis diuerſam. quod ergo doctrina nequit, natura facit hominis prudentis.

4 Ex euentu doceri poteſt, à natura ſagaciore, quatenus vſu, in natura, exempla eodem modo habentia obſeruat, vnam eandémque rationem circa ſingularia verſandi deprehendit, quatenus communi natura participant. Quæ naturæ obſeruatio principium artis euadit, χρὴ τὸ ὅτι ſcilicet. Vti alterum principium eſt χρὴ τὸ διότι: hoc eſt quod ait διδαχθῆναι εἰς τὸ ἀρχαῖον λαβεῖν: inquit Zuingerus.

5 Igitur natura eſt fundamentum artis circa vniuerſalia occupatæ: vt è contra ars naturæ perfectio & expleméntum. Nam ex multis particularibus naturæ operibus, eodem modo ſe habentebus vſu deprehenſis, generale colligitur ab intellectu, quod artis initium euadit. an καταῤῥοῦ, an κατὰ ῥιζοῦ confirmatur à ſapientia: ᾗ κέκρυπται τῇ σοφίῃ miſcetur ipſi ſapientiæ, eiúſque axiomata & placita aſſumit: εἰς τὸ εἰδῆσαι &c. non nugacitatis cauſa, ſed vt naturæ opera ſingula, ex vniuerſalibus ſcientiæ præceptis rectiùs noſcantur. Manifeſtum id facit exemplo hominum, qui cùm duo habeant κριτήρια, rationem vniuerſalium, & ſenſum ſingularium indagatorem, hæc vel inuicem iungunt, vniuerſali n. arti vſum, & viciſſim vſui artem vniuerſalem hæc. Zuingerus.

6 Qui hæc iungunt, ſe fallunt, & ineptos reddunt ἐν ἀμφοτέρῃσι λόγοισι, n. artifices qui experientia fraudantur, tum empirici qui arte vacant.

7 Πρᾶγμα vocat res ipſas quæ ſub ſenſum cadunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἐπεὶ οὖν τις αὐτέων ἐξετάζει τὸ περὶ ἀληθείην ὅτι ἐν φύσει πεδεύεται, καὶ εὑρήσει τὰ περὶ φύσιν αὐτοῖσι χαρόμενα. Εὐείσκεται γοῦν ἅτοι * πλεονεκτέοντα ὁδὸν ἐπιόντα πεπορευμένα. Διόπερ * ἐ ἀπορυμνούμενοι, πλὴν πᾶσαν ἀμορέηνται καὶλλιν καὶ ἀτιμίην.

3 Καλὸν γὰρ τὸ διδαχθέντα ἔργα λόγου. 4 Πᾶν γὰρ τὸ ποιηθὲν τεχνικῶς, ὐκ λόγῳ εἰκῇ ἐλήλυθεν. Τὸ δὲ 5 ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν ᾖ, μεθόδῳ ἀτέχνῃ δεικτὸν ἐγκωμίου. Τὸ γὰρ 6 εἰκῇ μὲν, μὴ πραχθὲν ᾖ, ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖόν ἐστιν. 7 οἴησις γὰρ, * μᾶλλον ἐν ἰητρικῇ, ἀτιμίῃ μὲ * ἢ τοῖσι κεχρημένοισιν ὀλισθρὸν ἢ τοῖσι χρεομένοισιν ὀδυφόρον. Καὶ γὰρ ἑωυτοὺς 8 ἐν λόγοισι πείσαντες, ὡμολόγηται εἰδέναι ἔργον τὸν μαθόντα, κενὸν δὲ χρυσὸν φαῦλον ἐν πυρὶ κρινόμενοι, τοιούτους αὐτοὺς ἀπέδειξε.

1 *Si enim quiſpiam ſolùm ſecundum orationis veritatem expendat aliquid,* 2 *nequaquam naturæ veritas illi reſpondebit. Deprehenduntur itaque hi non conſimili via cum illis progredi. Quapropter veritate exuti, cunctam induunt improbitatem ac ignominiam.* 3 *Pulchra enim ac decora eſt ex opere, quod quis vſu didicit, manans oratio.* 4 *Quicquid enim [artificioſè dictum eſt, at non ita factum; methodi ab arte alienæ ſymbolum exiſtit. Nam* 6 *putare quidem, non autem facere, ignorantiæ & imperitiæ argumentum eſt.* 7 *Opinio enim, maximè in medicina, in crimen vertitur his, qui ea vtuntur; in calamitatem verò his, qui eius opera fruuntur. Nam cùm* 8 *ob ſcientiam ſermonum vniuerſalium ſibi ipſis perſuadeant, ſeſe ipſum etiam artis opus ſingulare nouiſſe, non aliter ac aurum adulterinum ab igne examinatur, ita eorum ignorantia * hac profeſſione arguitur.*

* ad verbū *tales ſeipſos demonſtrant.*

COMMENTARIVS.

1 Monſtrat ignauiam eorum qui nullum vſum iunxere artis theorematis. Quare tunc veritate ſpoliatus, improbitatem induit loco veritatis; & gloriæ loco infamiam. Næ itaque experientiâ opus eſt, vt naturali methodo diſcatur ars: alioqui veritate exuitur.

3 Oſtendit veritatis neglectum originem eſſe infamiæ: nam veritas laudem parat. Veritas eſt cùm theoremata vſui, id eſt, arti particulari reſpondent. Nam duo conueniunt ad artem, ποίησις ſingulorum

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 207 sur 513

©BIUM

exemplorum,& ῥῆσις generalium axiomatum.

4 Id eſt,ab vniuerſali artis ratione proficiſcitur, vt ſcilicet, adſit ῥῆσις artificioſa, imitatione naturæ parentis.

5 Id eſt,theorema vniuerſale, μὴ ποιοῦν δὲ quod vſu in ſingulis demonſtrari nequit, Methodum ἄτεχνον ſubeſſe denotat,hoc eſt, artem futilem, mendacem,nugacem.cauſam addit.

6 Hoc eſt,multa excogitare & axiomata fabricari quæ ab vſu non ſunt enata:vana ſunt.

7 Cauſam reddit: nam in artibus non ſatis eſt vniuerſalem cognitionem habere;ſed agere opottet; & in ſingulis exerceri.opinio ſine actione,theoremata ſuſpecta facit: & inutilis eſt ſine vſu. igitur reiicienda. & infra ἀμηχανίη & βλάβη, illa quo ad artificem; hæc quo ad ægrum.

8 Adhuc oſtendit quòd veritatis neglectus, ſit cauſa improbitatis: nam opinatio damnoſa eſt, etiam in ſingulari exercitatione, vbi deprehenduntur ἐν λόγοις πεσόντες: opinando potiùs quàm experiendo, veritatem aſſequi ſtudent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Καὶ τοιαύτη ἡ περίῤῥησις ἀπαρυγόμενον εἰς πίστιν ἔμπειρίης· ὡς * ἔστιν δὲ τὸ πέρας ἐ εὕρεσιν 4 γνῶσις. 5 Τῶν δ' ὁ χρόνος † πάλαι τέχνην † διδοῦσα 6 κατέφηνεν, * ἣ γὰρ τοῖσιν ἐς πάλαι ἀποπλανωμένοισιν ἐμπίπτουσιν τὰς ἀφορμὰς δῆλους ἐποίησε.

* δ'
† ἀμαθίη
* ἡ

Neque enim tale 2 *praeceptum alicuius eſt vſus ad intelligentiam* 3 *cognatæ naturæ: eùm quàm recta ſit ſcientia,ipſe* 4 *finis aperiat.* 5 *E contra, tempus aliorum artem facilem &* 6 *peruiam faeit,&* 7 *aliis item in conſimilem viam incidentibus occaſiones manifeſtas exhibet.*

COMMENTARIVS.

1 Nam generalis ſcientia à peculiaribus pendet ſenſu perceptis: quibus deſtitutus, nec generalem ritè callebit.

2 Generalis ῥῆσις.

3 Nam ῥῆσις & φύσεις conuenire debent: vt ſint cognata natura. conſiderat hic veraſque res quæ noſcuntur, vniuerſales & particulares, quarumd. Zuing. hæ naturæ ſunt: illæ, mentis humanæ: vtriuſque auctor Deus, tum noſcendi modum. ſenſu quidem ſingulares, ratione verò vniuerſales. Effectus harum ῥῆσις, ſiue methodus generalis, quæ τέχνην conſtituit: illarum φύσεις, quæ experientiam parit,d. Zuing.

4 Cognitio generalis vſu fraudata, non ſolida eſt: hoc arguit finis: nam nihil conatibus eorum reſpondet cùm ad opus & exercitationem ventum eſt.

5 Iungunt vſum arti vniuerſali, & è diuerſo. & commoda eſt hæc conſociatio, per ſe,& ex euentu. per ſe,ad artis, quam tractant, integram perfectamque abſolutionem; tempus his artem & vſum expeditum reddit: nam ex perpetua ſingularum hiſtoria elucet veritas vniuerſalium.

6 Εὕρεσιν, cui opponitur ἀνεύρεσιν.

7 Ex euentu,vt alii etiam artifices diſcant vſum arti generali conſociare.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Διὸ 1 δεῖ ἀναλαμβάνοντα τὰ τεταγμένα τοῦ προειρημένου ἕκαστα, μετάγειν τὸν σοφίσμενον ἐς τὸν ἰητρικὸν, καὶ τὸν ἰητρικὸν ἐς τὸν σοφίσμενον. 2 Ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος, ἰσόθεος. 3 Οὐ πολλὸν γὰρ διαφορὴ ἔστι τὰ ἕτερα. Καὶ γὰρ ἔνι 4 τὰ αὐτὰ σοφίσμενον ἐν ἰητρικῇ πάντα. 5 Ἀφιλαργυρίη, εὐσχημοσύνη, ἐρυθρὸς, * 6 καλοκαγαθίη, 7 δόξα, 8 κρίσις, 9 νοῦς, 10 ἀπαρτησις, 11 καθαρειότης, 12 γνωμολογίη, εἴδησις τοῦ πρὸς βίον 13 χρηστῶν καὶ ἀναγκαίων καθαρτων, 14 ἀπεμπόλησις, 15 ἀδόξοισι διαμονὴ, 16 ὑπεροχὴ θεία.

* Vide Oeconom. Hip.

Quare 1 *ſingula iam dicta reuocare oportet, & ſapientiam tranſferre ad medicinam, & medicinam viciſſim ad ſapientiam.* 2 *Medicus enim philoſophus, eſt deo ſimilis.* 3 *Non enim magnum diſcremen inter ipſas eſt. Etenim* 4 *cuncta quibus ad ſapientiam opus eſt, medicina inſunt.* 5 *Pecuniæ ſcilicet contemptus, turpitudinis fuga, erubeſcentia,* 6 *modeſtia in veſte & habitu,* 7 *auctoritas,* 8 *iudicium,* 9 *quies,* 10 *obuiam itio,* 11 *puritas,* 12 *ſententiarum elocutio* 13 *cognitio luſtrationum ad vitam vtilium & neceſſariarum,* 14 *fuga mercimoniorum, &* 15 *ſuperſtitionis,* 16 *dignitas diuina.*

COMMENTARIVS.

1 Vnde naſcatur εὐσχημοσύνη narrat: eius incunabula philophia. quæ conſociati (nim. ſapientia & medicina) debent,&, vt Zuing d. altera in alterius agros quaſdã veluti colonias ducere. nam hoc reddit medicos deo ſimiles; & philoſophia, d. Zuing. perſonam prope diuinam medicinæ circumponit.

2 Plato 1. & 9. leg. empirica ſeruis ἀλόγῳ λόγῳ philoſophica, quæ liberis dicata fuit, Aſclepiadis conuenit.

3 Demonſtrat affinitatem philoſphiæ & medicinæ: itaque eandem elegantiam petunt. Quæcumque artes philoſophiæ quid gerunt, videntur peculiares quædam philoſophiæ eſſe: At talis medicina eſt. erg.

4 Hoc oſtendit ſerie enumerationum; n. medicinam eiſdem ornari quibus philoſophia.

5 Liberales ſunt, non plutophiliæ addicti.

6 Humilis ita ſit, vt nullius artis operis eum pudeat.

7 Erga ægtos autoritas; & magnanimitas in honoribus contemnendis & aſſerendis.

8 Acre iudicium.

9 Fortitudo,in tranquillo animo: ne efferamur bonis,aut terreamur malis.

10 Vide OEcon. Hipp.

11 Mundicies,cibo,veſtitu, venere,

12 Prudentia in loquendo; ſententioſus ſit ſermo.

13 Philoſophica cognitio neceſſaria medico: nam, vt d. Plato, officium philoſophiæ eſt animum purgare ab ignorantia & improbitate.

14 Non pecuniæ inhiat: non pacifcitur lucri cauſa cum ægro; ſed ſalutis cauſa paciſcitur cum ægro,in præceptis.

15 Non timeat deorum iram, nam Deus rectè agenti fauet. vt d M. Sacro.

16 Magno pectore contemnat humana infra ſe poſita.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἔχει γὰρ 1 ἃ ἔχουσι πρὸς ἀκολασίην, πρὸς 2 βδελυσσίην, πρὸς 3 ἀπληστίην, πρὸς ὀπαδυμίην, πρὸς 4 ἀφαιρέσιν, πρὸς 5 ἀνελευθερίην ἐνεόν. Αὕτη γὰρ * γνῶσις τοῦ 6 σεμνοπρεποῦς, καὶ 7 χρῆσις τοῦ πρὸς φιλίην, καὶ ὡς καὶ ὁκοίους τε πρὸς τέκνα, πρὸς 8 ῥήματα. 9 Ταῦτα μὲν ἐν ὀπαδοιγνώσῃ, σοφίη τις, ὅτι καὶ ταῦτα τὰ πλεῖστα ὁ ἰητρὸς ἔχει. Καὶ γὰρ μάλιστα ἡ 10 περὶ θεῶν εἴδησις ἐν νῷ αὐτῷ ἐμπέπτωκε. Ἐν γὰρ τοῖσι 11 ἄλλοισι πᾶσι θεοῖσι καὶ ἐν συμπλοκῇσιν ἀεὶσκε τὰ πολλὰ ἀεὶς θεῶν ἐπιμοιρίη κεμένη ἐν ἰητρικῇ. Οἱ δὲ 12 ἰητροὶ θεοῖσι σεμνοπρέπειαν. 13 Οὐ γὰρ ἐνὶ πεπλῷ ἐν αὐτῷ τὸ δυνατόν. Καὶ γὰρ ἔστι πολλὰ μὲν 14 μιαιχρόεντα, πολλὰ δὲ καὶ καθαπτὰ διαίτῃσι 15 τῇ ἑαυτέων. 16 Α δὲ καταπεπτεκότων ἡ ἰητρικὴ ἐντεῦθεν πορεύεται.

Habent enim 1 *quacumque requiruntur ad coërcendam intemperantiam,* 2 *deceptionem ex ambitioſa & ſordida profeſſione,* 3 *inſatiabilitatem, concupiſcentiam,* 4 *rapinas, ac* 5 *impudentiam. Eius enim* 6 *peculiaris cognitio eſt adeuntium,& vſus* 7 *eorum quæ ad amicitiam*

tiam pertinent, & quo modo erga liberos, ac 8 *diuitias se gerere oporteat.* 9 *Quatenus itaque cum his societatem habet medicina, sapientia quadam est: nam & plurima horum medicus in se habet. Etenim* 10 *scientia de Diis penitùs animo eius implexa est. Tum verò* 11 *in cæteris affectibus & symptomatis medicina erga deos valdè reuerenter se gerere comperitur: tum verò* 12 *medici Diis locum dant.* 13 *Numen enim cuncta gubernans in medicina minimè ociosum esse animaduertunt, & in iis morbis quos ipsimet* 14 *curare nituntur, & in iis quos* 15 *vltrò, absque sua opera superari vident.* 16 *Quotquot enim vincit medicina, hinc [deorum nim. ope] vincit.*

COMMENTARIVS.

1 Vitia fugit.

2 Est opificium quæstuarium, ars illiberalis & quæstuosa, sordida & turpis professio, sophistarum noctuæ ad aucupia crumenarum adolescentum: nam fucis & verborum lenociniis iuuentutem captabant, sine solida doctrina.

3 In diuitiis & honoribus: quibus præsentibus ἀπλησίη: absentibus, ὀπιθυμία, fugienda.

4 Fugiat iniustitiam, quæ in diuitiarum ablatione eluceſcit.

5 Sophisticam impudentiam fugiat.

6 Nouit quantum cuique tribuendũ sit hominũ.

7 Nouit quid debeat amicis.

8 Quomodo se geret ad alienas opes.

9 Igitur, concludit iam, philosophia quædam est particularis in medicina. Nam abdita plurima explicat notatione particulari. Qualia multa in naturæ cognitione, ipsis etiam physicis incomperta, ob vsum circa humanum corpus. Quare σὺν ἀρχαίῃ ἰητρικῇ d. non certiùs aliunde rerum naturalium cognitionem hauriri, quàm ex medicina. Ita metaphysicis dubia nudat, & prouidentiam dei & eius curam in rebus humanis apertè aperit.

10 Deum humana gubernare, compertum; præ cæteris, est medicis; ex morborum cognitione, & curatione.

11 In historiis morborum numen videt medicus, dum morbos & symptomata cernit: nam naturæ principem in causis morbiferis notant.

12 Inter curandum dei curam de rebus humanis intuentur.

13 Quamuis naturales agnoscat causas morbus; non propterea fraudatur sua vi Deus, sed in morbis est dei potentia: & propterea causæ notandæ per quas agit Deus, vt in Epilepsia.

14 Asscribit omnia Deo.

15 Quia incurabiles, eos non attingit: vel absente medico vltrò curantur, non tamen sine medicina; vt d. de arte. nam hac vsi inconsultò, euasere, id est; fortunâ euasere, id est, Dei benigni prouidentia, qui miseris remedium ad manus dedit. si non curentur; hoc etiam à Deo.

16 In his morbis quos domat medicus, videt se, sine numine, eos non superare, à quo habet methodum & remedia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὶς 1 ἡ ὁδὸς· ἡ ἐν σοφίῃ, οἶδε· 2 Καὶ γὰρ 3 αὐτοῖσιν ἐπίνοιαν. Οὕτω δὲ 4 καὶ ὁκίη), ὁμολογέουσιν οἶδε τὰ περὶ σώματα φάρμακα, ἃ δὴ 5 διὰ πάσης αὐτέης πεπόρευται, 6 μεταχειριζόμενα, ἢ μαλακτέα ἐστὶν· ἃ δὴ μετὰ 7 χειρουργίης ἰάσιμα· ἃ δὴ 8 βοηθήματα, θεραπευόμενα, ἢ διαιτώμενα. Τὸ δὲ κεφάλαιον δεῖται ἔστω, εἰς τὴν τυτέων εἴδησιν. Οὕτω δὲ τουτέων ἁπάντων προειρημένων ἅπαντα; χρὴ δὲ μάλιστα ἔχειν τινὰ 10 εὐπαρέλιξιν φαρμακευόμενον. Τὸ γὰρ αὐχηρὸν, 11 δυσπρόσιτον ἐστὶ τοῖσι ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖσι νοσέουσι.

Quin & 1 medicinæ via secundum sapientiam; 2 [Deorum munus est: & remediorum efficacia] 3 ab iisdem pendet. Verùm hoc 4 alij non credunt, cùm in confesso sint, sensúque percipiantur, ea quæ circa corpora fiunt, 5 partim per omne remediorũ genus, 6 trãsformando, aut transmutando: Partim per 7 chirurgiam auxiliando, partim 8 remediãdo medicamẽtis, aut Diæta. Et tamen summa horum eò redit, vt Deus esse cognoscatur. 9 *His itaque cunctis ita se habentibus quæ iam retulimus, oportet vt medicus* 10 *comitatem quandam sibi sociam habeat. Austeritas enim & sanis & ægris* 11 *inaccessa est.*

COMMENTARIVS.

1 Methodum medendi ex natura rei profectam agnoscit, & veram, non opinione tantùm fimatam. Nam Deus in singulis naturæ operibus exempla ædit methodi, vnde homo vniuersalem illam, tanquam expressum Naturæ simulachrum, constituit; An οἶδε legendum? d. Zuingerus, vide, d. lib. 1. de diæta, de φύσι & νόμῳ deorum, & hominum.

2 Vel: si quæ via & methodus culta à doctrina sit, inde erit [à deo] vel [à diis] & ab eisdem pendebit.

3 Nam ipsissimet Diis auxiliantibus, & remedia felicitantibus, nec hebetantibus, curabiles morbos curandos suscipit medicus. At sophista euentum felicem sibi; infelicem, Deo ascribit.

4 Illi qui sensibus tantùm fidunt; hi tantùm credunt cùm vident medicos remediis incumbentes, nim. diætæ, pharmaciæ, chirurgiæ.

5 Qui sensibus tantùm fidunt, cùm vident effecta, credunt his: vt cùm vacuat medicus superuacua; & d. Zuing. μεταχειριζόμενα, id est, de membro in membrum, è corpore extra corpus educere.

6 Alterando qualitates.

7 Externa illa cùm vident medica auxilia; non naturæ.

8 Vt cùm dantur alimenta, aut pharmaca.

9 Elegantiam iam accommodat vsui medico.

10 Beneuolentiam sibi comparet, cum iis, cum quibus solet viuere; humanitate, popularitate, affabilitate. εὐτραπελία q. εὐτροπία, quòd moribus cunctis se apter; vrbanitas, comitas: humanitas hîc & facilitas.

11 *Difficilem successum præbet. C. conuersationi inimica est.* Zuing.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τηρεῖν 1 χρὴ ἑωυτὸν ὅτι μάλιστα, μὴ πολλὰ φαίνεσθαι ποιέοντα τῷ σώματος μορίων, 2 μηδ' πολλὰ 3 λεληθυίῃ συμμίσγοντα τοῖσιν ἰδιώτῃσιν, ἀλλὰ τ' ἀναγκαῖα. 4 Νομίζουσι γὰρ τοῦτο βίῃ ἔξ * πρὸς-κλησιν θεραπεύειν. Πειρᾶσθαι χρὴ μηδὲν 5 ἀσυντρόχως αὐτέων, μὴ δ' 6 μετὰ φωνάσιος. Ἐσκεφθῶ δ' 7 ταῦτα πάντα, ὅκως ἂν σοι παρασκευασμένα εἰς τὸν ἀγῶνα, ὡς δέοι. 8 Εἰ δὲ μὴ; δεῖ τῷ χρέος ἐπεῖν ἀεὶ δύ. μελετᾶν δὲ χρὴ ἐν ἰητρικῇ τοῦτο, 9 καὶ πάσῃς καταστολῆς, καὶ ἐγκρατὴς καὶ ἐγκαταλήσιος; καὶ πρὸς τὸν 10 εὐρυθμίῃ πρὸς χρέων.

* παρέκλησιν.

1 *Maximè autem cauendum; ne in ipso opere plurimas corporis partes ostendat; neque 2 cum idiotis plurimum 3 fabuletur, præterquam quibus opus est.* 4 *Alioqui vi [ignorantiæ] eò abripi videbitur, vt [hac loquacitate] patrocinetur [siniſtra] suæ curationi. Quacumque autem aget, nec* 5 *perfunctoriè nimis, nec* 6 *curiosè agat.* 7 *Compara cuncta subsidia & organa; vt cùm opus fuerit parata tibi sint in vsum.* 8 *Sin minus cùm exiget vsus, inopia horum erit. Procurare autem oportet in medicina hæc omnia* 9 *sine elato, aut arrogante habitu, vt quæ spectant ad frictionem, illitionem, irrigationem; cum* 10 *manium concinnitate.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 209 sur 513

©BIUM

COMMENTARIVS.

1 Quo ſuam auctoritatem tueatur pudore; ſolis partibus quibus ad agendum tunc vtitur nudet ſe.

2 Ne verbis potiùs quàm re videatur medicinam facere.

3 Λεχλιδᾶν & λεχεύειν eſt otioſus & diutius confabulari, & conferre cum aliquo. Nam λέχη longam otioſorum confabulationem ſignificat. vt apud Callimachum, in Epigrammate ex Diogene Laërtio in in vita Heracliti: Εμπίδιον ἀσκάκις ἀμφίτεροι ἤλιον ἐν λέσχῃ κλαδύσαμεν. Quæ ita reddidit Virgilius.

——— *Sæpe ego longos*
Cantando puerum memini me condere ſoles.

4 Et propterea contemnunt familiaria.

5 περιέργως, neglectim; cuius cauſam dicere nequeat.

6 Nihil agat nimis ſtudioſè, ne hinc diffidentis animi notæ explendeſcant adſtantibus.

7 Inſtrumentorum ornamenta: id eſt, inſtrumentis ἐυπορεῖν abundare oportet.

8 Nam ἀ ἀπορίη illum in opere fatigabit, vt quò ſe vertat neſciat.

9 Quia medica hæc ſunt, ideò non ſunt ſordida. in his omnibus ſit decens habitu medicus.

10 Agilitate, promptitudine.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Περὶ 2 πλυμάτων, περὶ 3 σπληνῶν, περὶ ὀπλίσιμων, περὶ ἧς ὀκ 4 κατασάσιος, περὶ φαρμάκων, ἐς 5 σκεύεα, ἢ 6 ὀφθαλμικὰ, ἢ τετρώων 6 τὰ πρὸς τὰ ῥόεα, ἴν' ἕ σοι πρόκαιρτισμένα ἔργαά τε ἢ μηχαναὶ, ἢ σίδηρος ὁ ἔξης. Ἡ γὰρ ἐυπορίη πολέος δεῖται, 7 ἀμηχανίη ἢ βλάβη ὄξιν. Ἐσῶ δέ σοι ἑτέρη παρέξεσθαι ἢ λιτοτέρη πρὸς τὰς ὀπλισμὸς, ἢ διὰ χρόνου. 8 Ἡ δ' * συχρεσάτη διὰ μεδόνων. 9 Οὐ γὰρ οἷόν τε διήκεσς πάντα ἢ ἰητρὸν. Ἐσῶ δέ σοι ἀμνημόνευτα φάρμακά τε ἢ 10 δυνάμεις ἁπαὰ, καὶ ἀναγεγραμμένα (ὥσπερ ἄρα ὄξιν ἐν νόῳ, ἢ τὰ περὶ νούσων ἰητῆρες) καὶ οἱ * τοιούτων τρόποι, ὁσαχῶς, ἢ ὅν τρόπον περὶ ἑκάστων ἔχεσιν. Αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἐν ἰητρικῇ, ἢ μέση, καὶ τέλος. 11 Προκλασκευάδω δέ σοι καὶ 12 μαλαγμάτων ῥόησις, πρὸς τὰς ἑκάστων χρήσιας· πιτύματα τάμειν δυνάμενα, 13 ἐξ ἀναγραφῆς ἑτοιμασάμενα πρὸς τὰ ῥόεα.

* δυσεκσάτη δυσεκπ.
* τοιούτων

*1 Item 2 lineamenta vulſa, 3 ſplenia, vincula, ea quæ pro 4 membrorũ in ſuã ſedẽ repoſitione requiruntur, medicamenta tum 5 vulneraria, & ophthalmica, tũ ea 6 quæ ad ſingula genera pertinent, vt tibi parata ſint: ita organa & machinæ, & denique ferrum. Nam horum inopia & 7 impedimento & damno eſt. Sit autem tibi alter apparatus * ſimplicior & expeditior ad peregrinationes, & ad manus promptus. 8 Expeditiſſimus autem per methodi rationem fabricatus. 9 Neque enim fieri poteſt vt medicus omnia [præparando] percurrat. Sint itaque tibi pharmaca memoratu facilia, & 10 ſimplicium facultates notæ tibi ſint, tum compoſitorum deſcriptorum vires (ſi modò tibi curæ eſt morborum curatio) & horum exempla, quotupliciter & quomodo in ſingulis ſe habeant. Hoc enim eſt in medicina initium, medium, & finis. 11 Præparata etiam ſint tibi 12 malagmatum genera, ad ſingulos vſus; Potiones etiam quæ incidendi vi valent, 13 ex deſcriptione præparata iuxta genera.*

* vilior

COMMENTARIVS.

1 Παρέξεσθαι ἰητρικὴ, apparatus medicus, manuum, & mentis. iam manuum.

2 Τιλμάτια vel τιλία, penicilli.

3 Plagulæ, panni & pului ad fracturas, & linteola oblonga fronti.

4 Ita OEconom. fol. 323.

5 Vlceribus ſpongias, oculis lintea: De medico.

6 Vt ad pus terſoriis opus eſt, ad continendum vinculis, ad irrigandum aquâ.

7 Nam, vt priùs dictorum inopia medico ἐστίν, ægro ὄλεθρον.

8 Iam mentis. nam fieri nequit, vt cùm tot eſſe debeant remediorum genera, quot morborum ideæ, vt ſemper in promptu ſit remedium; itaque ratione ac methodo, ſuccedaneum inuenit aliquid.
habeaa igitur omnia in certas claſſes digeſta.

9 Simplicium vires memoriæ mandandæ, & compoſitorum deſcriptiones, vt nôrit quid hæc agant in corpora.

10 Simplicia, inquit Dioſcorides, ſunt ἁπλᾶ φαρμακοτίλα, ἢ ἐυπόριστα, id eſt, ex quibus imitatio in aliis corporibus & affectibus facilis eſt, & experientia certa: & paratu ſunt facilia.

11 Προκλασκευάω intelligit mechanicam præparationem remediorum: quam dirigit methodus poſteà.

12 Mollientia: reliqua etiam intelligit.

13 Ἀναγραφὰς vocat præparantia: ex ſuis deſcriptionibus parandæ fallat memoria.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Περιστικόω ἢ κὰ τὰ 1 πρὸς φαρμακείην ἐς τὰς καθάρσιας, εἰλημμένα ἀπὸ τόπων ἧν καθηκόντων, 2 ἐσκευασμένα εἰς ἢ σὺν χρόνῳ, πρὸς τὰ ῥόεα, καὶ τὰ μεγάθεα, ἐς παλαίωσιν μεμελετημένα· τὰ ἢ πρόσφατα ὑπὸ ἢ καιρὸν καὶ τ' ἄλλα μὴ λόγον. Ἐπιλὺ ἢ ἐσῆς πρὸς ἢ μέλλοντα, τετρώων σοι ἐπιμεμελημένων, ἵνα 4 μὴ, ἀπορῇς, ἢ ἐυδέπω ἔχων ἕκαστα πρὸς τὸ παρεσκευασμένον. 5 Ἰδὼν ἢ γινώσκων, ὃ χρὴ ποιέειν, πρὶν ἐσελθεῖν. Πολλὰ γὰρ 6 ἐξ ἐυλογισμοῦ ἀλλὰ βουλεύεσθαι δέτται ἧν παρέλθῃσιν. Προσδαπέλλεσθαι ἢν χρὴ 7 τὸ ἐκκοπτόμενον καὶ ἢ ἐμπαιέειν. Ἐνδοξὸν γὰρ καὶ ἐυμαθές. Ἐν ἢ 8 τῇ εἰσόδῳ μεμετῆσθαι καὶ καθέδρῃσι, καὶ 9 κατασολῆς, 10 σχεσολῆς, 11 ἀναπυθεώσεως, 12 βραχυλογίης, 13 ἀπαρακλοπατίσιος 14 προσεδρίης, ἀπαμελείης, 15 ἀπλέξιος πρὸς τὰ ἀπαντόμενα, πρὸς 16 τὰς ὄχλῳς τὰς ὀπτηνομένους ἐυσταθέως ἢ ἐν ἑαυτῷ, πρὸς τὰς 17 θορύβους ὁπλέξιος, πρὸς ταῖ 18 ὑπηρεσίαις ἑτοιμασίης.

In promptu etiam ſint quæ ad 1 pharmaca purgantia ſpectant, petita ex locis congruis, 2 & eo, quo decet, parata modo, iuxta genera & magnitudines, quo vetuſtatem ferre poſſint: recentia verò quantùm occaſio admittit: 3 cæteráque iuxta eandem rationem. Ex his rectè præparatis hoc commodi aſſequeris, vt ad ægrorum ingreſſus, 4 animo minimè fluctues, quum in promptu ſint ſingula, ad id, quod agendum eſt, accommodata. 5 Antequam verò ægrum acceſſeris, quidnam agendum ſit tibi compertum ſit. Plurima enim 6 non deliberatione prolixâ, ſed prompto auxilio egent. Itaque 7 euentum, ex experientia cognitum, priùs aperire oportet. Eſt enim illud glorioſum, & ingenioſum. 8 In acceſſu verò meminiſſe conuenit & ſeſſionis, & 9 habitus demiſſi, 10 amictus compoſiti, 11 auctoritatis, 12 breuiloquentiæ, vt nihil 13 perturbatè agas: 14 aſſeſſus, diligentia, 15 contradictionis ad ea quæ occurrunt, ad 16 tumultus ſuperuenientes conſtantiæ in teipſo, 17 in turbis caſtigandis ſeueritatis; denique 18 promptitudinis ad miniſteria.

COMMENTARIVS.

1 Euacuantia locis oportunis legenda, nam in his graue erratum eſt: vide quæ ad Crateuam. tempore conuenienti legantur.

2 Succus vt is qui in vitio eſt excludatur: vt ſi pituita, vel melancholia. eius itaque qualitas, copia, exploranda. id eſt, γένος & μέγεθος.

3 Nam quædam recentia in vſum tantùm veniunt, aliqua tempus aliquod ferunt.

4 Vt ἐυπορίη adſit.

5 Mores fingit medico. Primò ante ingreſſum ab aſtantibus inueſtiget ſymptomata: quò methodo ſe componat ad agendum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 210 sur 513

6 Vt peracuti morbi præsens remedium flagitant, nec deliberationem admittunt : sint his itaque semper dicata remedia in mente.

7 Num funestus vel salutaris eueniet ægro; hoc vsu noscitur, inquit, & astantibus hæc aperienda; nam hoc etiam ad laudem.

8 Hoc enim grauitatis est.

9 Vt cuncta etiam medica opera subeat, etiam seruilia : dummodo medica.

01 Vt tegat corpus.

11 Vt, quod ab aliis fieri debet, iubeat. ἀνακυφώσις hæc est.

12 Ne garrulus sit & loquax : nam primò iubebat γνωμολογίαν, & cum idiotis alloquium interdicit.

13 Vt nil trepidè tentare videatur, ἀταραξοποίησις.

14 Vt neque fœtorem, neque contagium vitet.

15 Vt arceat errores.

16 Qui excitantur ab ægris & astantibus.

17 Assistentium, vt metum, fletum, cachinnum, discursum.

18 Vt manu promptus sit ad particularia opera.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἐπὶ τοῦτοισι μέμνησο 1 εὐπορίης τὸ πρώτιστον. Εἰ δὲ μή, τὰ κατ' ἄλλα ἀδιάπλωτον, ἐξ ὧν εὐθυβόλεεται εἰς ἕκαστα σοφίη. 2 Ἐσιὼν χρὴ πυνθάνεσθαι, 3 διασκέπτεσθαι ὁππωσδήποτε, τοῦτον τὸν παρεμπίπτοντα ὀλισθηρὸν 4 μεταβολὴν ἀπαιτέοντα. ῥᾷον γὰρ 5 ὑφίσταται διὸ καὶ ὁ ἁμαρτάνεσθαι ἔσπ. Ἀσταθέα γὰρ τὰ ἐν 7 ὑγρεῖσι· διὸ καὶ συμπαραπόηται ὑπὸ φύσιος καὶ ὑπὸ τύχης. 8 Ἀβλεπτούμενα γὰρ τὰ κατὰ τὴν χρείην τὴν ὑπαρχοῦσαν, ἐφθάσαν ἁρμόσαντα καὶ ἀνελόντα· ἀγχοῦ γὰρ ἐστὶ τὰ διακαιρόνως. Πολλὰ γὰρ ἅμα, τὰ μὲν ἐόντα πρὸς χαλεπόν. Τὸ δὲ 9 καθ' ἕν κατ' ἐπακολούθησιν ἀσθενέστερον καὶ ἐμπεφυκότερον. 10 Ἐπιτηρέων δὲ δεῖ καὶ παθέων ἀμβλίας καὶ παραλύσιος, διὰ ὧν πολλοὶ πολλάκις διεψεύσαντο, ἐν ἴσοισι προσφέρεσθαι τοῖσι προπεπονθόσι. Ἐσιὼν τὰ 11 μισητὰ ποιήματα λαμβάνοντες, ἢ φαρμακεύοντες, ἢ ἕτερα δύοντες, ἀνιῆσι. Καὶ ἐωυτῶν μὲν ἧσσον ὁμολογέειν πρέπει τὸ πολλὸν, πρὸς δὲ ἰητρῶν τὸν ἀτίνα προσῆκον.

Et inter hæc, ne immemor sis 1 *primi apparatus. Alioqui etiamsi quàm maximè cæterà citra errorem administrentur, quæ ad promptitudinem comparandum præcipiuntur; irrita tamen euadent cuncta.* 2 *Ingressu ad ægrum crebrò vtitor,* 3 *explora diligenter; peccatis ob* 4 *morbi mutationes obortis occurre.* 5 *Facilius enim cognosces, simulque* 6 *promptior eris. Instabilia enim sunt quæ in* 7 *humidis consistunt : hinc est quòd facilè à natura & fortuna mutentur.* 8 *Neglecta enim ea quæ in ipsa occasione administrare oportebat, impetu suo progressa, inter curandum sæpe præoccupant & interimunt, cùm præsto non sit medico auxilium. Multa enim conspirant, quæ simul damnum inferunt. Verùm quod* 9 *singillatim secundum consequentiam sit, illud & obseruatu & curatu facilius est, ad experientiam quinetiam accommodatius.* 10 *Obseruare quinetiam oportet ægrorum peccata, per quæ plurimi sæpe decepti sunt in assumendis his quæ exhibentur. Etenim* 11 *exosas potiones accipientes, aut purgationibus, aut alia curatione vsi, pereunt. Quod factum non ad ægrorum confessionem examinatur, sed soli medico culpa imputatur.*

COMMENTARIVS.

1 Εὐπορίη, de qua priùs : nam si adsit inopia instrumentorum, reliqua cuncta etiamsi forent optimè comparata ad salutem, nil iuuabunt.

2 Monstrat iam quo modo cognitio haberi possit : adeat sæpe.

3 Cuncta signa obseruet.

4 Nam ex morbi decursu, errore quodam, malè vsum plurimarum rerum ineunt ægri; itaque ne occasio pereat, flectat hunc errorem medicus.

5 Si nim. ingrediaris sæpè, & explorueris signa,

6 Melius succurres.

7 Nam morbi quorum hyparxis in materia cõsistit, propter humorum motum inconstantes sunt : quare facilè à natura vel rebus externis mutari possunt : & in motum abripi.

8 Cùm scilicet non obseruantur fturæ mutationes. nam medico absente translatio fieri poterit in principem partem.

9 Dum frequenti ingressu homorum motum obseruat, eum arte & citra damnum excipere poterit : nam quod singulari obseruatione consequenter factum deprehenditur, tantò facilius in integrum restitui potest, quò melius per experientiam fuerit cognitum, d. Zuingerus.

10 Ægrorum peccata in assumendis nosci debent à medico : nam & medicos ludunt, & se lædunt : nam diæta & pharmaciæ errores ægris periculum creant : dum exosa pocula non tota hauriunt. & medico infamiam accersunt, nam plebs ægri culpam medico ascribit. Aliter D. Mercurialis, codex Aldinus d. ἐμπειρίας habet, loco ἀμβλίας. Ego d. Aldinum sequor : vt hæc sit sententia, medicum obseruare debere quod ægrotus in se aliàs expertus sit; vt si aliàs à pharmacis talibus expertus sit se afflictum fuisse, vt ea non admiñistret medicus.

11 Venena.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἐσκέφθαι δὲ χρὴ καὶ 1 τὰ περὶ ἀναπαύσιον. Ἃ μὲν αὐτόθεν πρὸς 2 τὸν ὥρην, ἃ δὲ καὶ πρὸς 3 τὸ ἦθεα. Οἱ μὲν γὰρ αὐτόθεν 4 ἐς βρόχους, οἱ δὲ ἐς καταιγεῖς καὶ σκοτεινοὺς τόπους. Τάτε κατὰ 5 ὕφεα, καὶ ὁ ὁμβρίσκων, μάλιστα δὲ κατὰ εἶνα (χρειοτάτη γὰρ αὕτη) φυγεῖν δὲ καὶ μεταπνέειν. Πρήσσειν δὲ ἄπεστα ταῦτα 7 ἠσύχως, 8 εὐσταλέως, μεθ' ὑπουργίης, 9 τὰ πολλὰ ἐν νεότητα ἐσαιρυπλόωσιν. * ἄδε χρὴ, παρακελεύοντα ἱλαρῶς καὶ ἀδιενεκέως· 10 ὀρέγεσθαι δὲ ἀπεχεπόμενον, ἅμα μὲν 11 ὀπλίσειν μὴ πικρίης καὶ * ἐντάσεως, ἅμα δὲ 12 ἐξαμβλύνειν μετ' ὀπωρῆς καὶ ὑποδέξιος, μηδὲν 13 ὑποφεικνύοντα τῶν ἐσομένων ἢ ἐνεόντων ἀνιήσει. Πολλοὶ γὰρ δι' ἀπιθίαν τούτων 14 ἐς ἑκάτερα ἐπιάδησαν, διὰ τὸ ἀπόρρητον τῶν παρεόντων καὶ ἐνεόντων, ἢ ἐπεσομένων.

* ὧδε

* ἐντάσεως

Animaduertere etiam oportet 1 *ea quæ ad decubitum spectant, & secundum* 2 *anni tempus, &* 3 *secundum genera. Quidam enim in* 4 *altis, quidam in subterraneis & tenebrosis locis decumbunt. Peccata etiam quæ in* 5 *strepitu fiunt;* 7 *& in* 6 *odoribus, maximè vini, (qui omnium pessimus est) fugere ac castigare oportet. Porrò cuncta hæc* 7 *placidè, &* 8 *expeditè à medico administranda; nimirum vt in* 9 *ipsa actione pleraque ægrum celet; quæ verò oportet hilari & sereno vultu iubeat :* 10 *à propriis quinetiam cupiditatibus illum auertat, partim* 11 *cum seueritate & vehementia increpando, partim cum conuersione & susceptione* 12 *consolando : non tamen vt quicquam* 13 *eorum quæ euentura sunt, aut eorum quæ præsto sunt ipse indicet. Plurimi enim ob hanc causam* 14 *in vtramque partem abrepti sunt, propter prædictionem scilicet præsentium aut imminentium.*

COMMENTARIVS.

1 Vt etiam ea quæ à foris sunt ritè comparata sint. vt quæ damna euenire possint tatione loci in quo degunt, vt ea vitent ægri.

2 Incommoda habitatio secundum anni tempus, & aëris habitum, in calore, frigore, ventis.

3 Quæ incommoda sit habitatio cuique loco peculiaris, ex situ locorum.

4 Nam loca quædam sunt sublimia, alta, lucida. θρόνους vocat d. Zuing. ἀπὸ τοῦ θορεῖν, q. θορόνους. An, d. iidem cum thoris Latinorum; quæ vt studeat melancho

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 211 sur 513

©BIUM

melancholicis, ita phreniticis inimica sunt.

5 Hominum, brutorum, molarum, curruum, tympanorum.

6 Aromatum, vel fœtorum.

7 Tranquillitati ægri studeat; & cum ratione imperet, hoc enim regii est medici: alioqui tyranni.

8 Manuum operatione, maximè in chirurgia.

9 Instrumenta abdat pleraque; vt citiùs absoluat, quam æger aggressum expectat.

01 Vt sint bono animo, nec præcipitanter sanitatem desiderent.

11 Obiurgando eius animi fractionem, timiditatem, ingluuiem. & nisi pareat, mortem vel calamitatem minitando.

12 Blandè vicissim consolando, erigendo, pollicendo fœlicem euentum, modo pareat.

13 Ne in fastidium, vel metum trahatur: si, quæ patienda sint, sciuerit.

14 Ne metu, vel animi deiectione medicinam reiiciat, & morimalit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τῶν δὲ 1 μαθησίντων ἔστω τὰς ἐφεξῆς, ὅκως τοῖσι φανεροῖσι χρήσονται, ποιέων δὲ ὑπουργίην τὸ 2 παρεὸν ἐχθύν. Ἐκλεκτὸς δὲ δεῖ αὐτέων ἦδη τὰς ἐς τὸ ἦθος τέχνης εὐμαθίας, 3 προσδοῦναί τι τῇσι ἐς τὸ χρεὼν, ἢ ἀσφαλέως προσενεῖκεῖν. Ὅκως τε 4 διαπήσεαι μηδὲν λανθάνῃ σε. Ἐπιτηδεὺς δὲ 5 τοῖσιν ἰδιώτῃσι μηδέποτε δίδου ὅτεῳ μηδενός· Εἰ δὲ μή, τὸ κακὸν ἀπηνθὲν εἰς σεωυτὸν τὸ ψόγου. Ἐὰν δὲ μήπω 6 ἐμπρεπόλεως ἔχῃ, ἐξ ὧν 7 τὸ μεθοδευθὲν χωρὶς, καὶ ἀνὶ 8 ψόγου ὠφελίης, καὶ τευχθὲν δὲ ἐς τὸ πρόσω ἔσῃ. Πρόλεγε δὲ τούτοισι πᾶσι ὅτῳ 9 τὸ πεπεμμένον, εἰς καὶ τὸ 10 ἐπιγνώσιος ἐοικός.

Sit autem ex 1 *discipulis aliquis præsens, vt æger præscriptis suauiter vtatur, & quod* 2 *mandatum est,* * *euentum habeat. Eligere autem ex iis oportet, qui iam in arte progressum fecerunt, vt vel ea,* 3 *quæ vtilia sunt, ipsi addant, aut securè cibum offerant. Néve interea, dum abes,* 4 *quippiam te lateat.* 5 *Idiotis ne vnquam quicquam curandum mandes. alioqui eius, quod malè factum est, culpa in te referetur. E diuerso, si* 6 *non sit ambiguum, ex quibusnam* 7 *id, quod rectè tamen methodo tractatum est, proficiscatur,* [*doce*] *&* 8 *ab omni calumnia liber eris, & id quod ægro præter sententiam euenerit,* 9 *morbi ideæ ascribetur. Proinde hæc cuncta prædicito in ipso opere iis,* 10 *quorum hæc noxisse interest.*

* obsequium

COMMENTARIVS.

1 Vt discipuli præsentiâ motus, vtatur rebus præscriptis, & pareat. hæc vocari videtur παρεγγελία.

2 Πρόσταξις, vt astantes officium suum faciant.

3 Vt ea quæ adstantes nequeunt, faciat discipulus; ne alij in paroxysmis cibum dent.

4 Vt in mutationes, & ægri errores agnoscat. διάπτωσις, absentia medici ab ægro, vel in intervalla, intelligit Zuingerus.

5 Alioqui idiotæ & discipuli qui nondum progressum fecerunt, quæ inferunt damna, medico ascribentur.

6 N. quod euentorum est. Videat ne ipse in culpam trahatur, propter hæc quæ præter spem astantium eueniunt. Quod faciet prædictione, apud astantes, non quosvis, sed quorum refert: vt coniuges, parentes, amicos,

7 Quod periculum indicat in procinctu esse.

8 Si fallat prædictio, negligentiæ crimen incurret: vel veneni.

9 Q. d. certitudo medendi, medicum liberat à calumnia: & naturæ morbi maligni ascribetur.

10 Ἐπίγνωσις est astantium, qui à medico docentur, quid euenturum sit. Ad medicum pertinet πρόγνωσις. hanc sequitur πρόρρησις. hanc excipit ἐπίγνωσις.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Τετέων οὖν ἐόντων, ἦθος μὲν ἐς εὐδοξίην καὶ εὐσχημοσύνην, ἦθος δὲ ἐν τῇ σοφίῃ καὶ ἐπιστήμῃ, καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσι τέχνῃσι χρὴ ἐπάσσειν 2 ἀληθέα τὰ μέρεα, ἅπερ ἐὼν εἰρήκαμεν, 3 προσεπιγνύντα τῷ * ἑτέρῳ 4 διατρέοντα φυλάσσειν, καὶ 5 προσφέροντα μὴ ἐόντα πολιήτῃσι. 6 Εὐκλέα γὰρ ἐούσα πᾶσιν ἀνθρώποισιν διαφυλάσσεται. Οἵτε δ' αὐτέων εὐτυχήσαντες, 7 δόξασι ἐς γενεὴν καὶ τέκνων. Κλυτὰ τινες αὐτέων 8 μὴ πολλὰ μεμαθήκασιν, ἀλλ' ἐπ' ἐόντων, ἦθος πρηγμάτων ἐς ζωὴν κεκτήσονται.

* ἑτέρῳ

1 *Cùm itaque cuncta prædicta, ad famam & elegantiam, cum in Sapientia, tum in Medicina, tum in quacumque alia arte faciant: oportet medicum* 2 *mutuari partes eas quas diximus;* 3 *& vbique* [*elegantiâ*] *amictum sibi ipsi quidem* 4 *eas conseruando obseruare,* 5 *aliis verò communicando operari. Hæc enim* [*ob sui splendorem*] *cùm* 6 *inclyta sint, à cunctis mortalibus coluntur. Et qui in his vestigia ponunt, acceptam à maioribus gloriam posteris tradunt. Et si quidem ipsorum* 8 *non magna eruditione excellant, ipsarum tamen rerum assiduo vsu intelligentes fiunt.*

COMMENTARIVS.

1 Epilogus. ex dictis constat variis opus esse, ad existimationem & ornatum tum philosophicum, tum medicum.

2 Materiam à philosophia mutuatur medicus, theoricam, & practicam.

3 Hanc q. externam elegantiam morum sibi induit, vt in scenis histriones: propterea verbo περιέννυσι vtitur; id est, superuestiri. Vt formosa puella, si formæ artem cultúmque iungat, venustior euadit. Ita medicus, si arti suæ quam didicit theorematis, & vsu firmauit, addiderit cultum morum & eruditionis, εὐσχημονέστερος erit, ornatus, & maior euadet. & χαριέστερος, d. euadet, id est, acceptior, atque εὐδοξότερος, id est, celebrior, & vt d. 1. & 9. de leg. ἐλευθέριος, (id est, à seruili medicinâ alienus) &, inquit 3. de Rep. Plato, τῷ φιλοσόφῳ ἴσως, philosopho simillimus, philosophice, nim. persuadendo, non autem empiricè imperando κομψότερος Ἀσκληπιάδης, elegans Asclepiada. vt breuiter dicam, rationi & experientiæ addat elegantiam.

4 Ἕτερον nim. εὐσχημοσύνην cuius germana est εὐδοξία, eâ vtatur vt suæ personæ decôrem conseruet: διατρέοντα φυλάσσειν, pro φυλάσσοντα διατρέφῃ, d. Zuingerus.

5 Tum etiam eâ vtatur ad decôrum aliorum, cum quibus medicinam exercet: operam suam, eis officiosè & decorè dando, & eis suam elegantiam aspergat.

6 Hæc socia elegantiæ est semper.

7 Innuit suam nobilitatem, nim. Æsculapidum.

8 Auctoritatem illis dabit εὐσχημοσύνη etiam non ita doctis, & experientiâ explebunt eruditionis inopiam.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 212 sur 513

HIPPOCRATIS PRÆCEPTIONES.

ARGVMENTVM.

IAMO in senio hæc ab Hippocrate scripta esse iudicatum fuit. Quin, studio quodam, vocum abditâ obscuritate, tum concisâ sententiarum brevitate, videtur oracularem quandam maiestatem sectari voluisse.

Inscriptio est Παραγγελίαι. *Erat scholæ Coæ duplex docendi ratio: vnam vocabat* παραγγελίαν, *aliam* ἀκρόασιν: *hæc fusa, illa concisa erat. Hîc itaque medicum docet, qua ratione artem acquiret, tum quâ ratione eam in vsum flectet, & sui ratione, & astantium, & ægrorum: vt quæ ex euentu ad medicum pertineant. Antea, vbi de elegantia, ibi tantùm de decoro foris euocato, vt ex philosophia, agit: at hîc præcepta dat & quæ aliunde, & quæ ex arte ipsa ad medicum pertinent. Et vbi de medico scribit, ibi tyrones solùm instruit, non autem doctiores. Hîc in prima parte vniuersim præcepta præscribit, quo modo ars sit acquirenda, & exercenda. In secunda parte peculiaria quædam tradit, quæ ad cognitionem & exercitationem pertinent medicam: vt de ægrorum victu, ætate, vociferatione, exercitiis, morbo, & loco. Doctissimè ad hunc librum tabulas iunxit D. Zuingerus, ex quibus interpretationem ducere consilium nostrum fuit, nec ab illo abire.*

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ.

ΧΡΟΝΟΣ ὅδε, ἐν ᾧ καιρὸς· ὁ δὲ καιρὸς, ἐν ᾧ χρόνῳ ὁ πολύς. Ἀκέσιος χρόνος ἔστι ὃ διὰ νούσου καὶ καιροῦ. Δεῖ γὰρ μὲν τοῦτο εἰδότα, μὴ λογισμῷ πρότερον ἢ πείρῃ μᾶλλον πιστεύειν ἢ πειθοῖ προσέχοντα ἐπιδιδόναι, ἀλλὰ τείνειν μᾶλλον. Ὁ δὲ λογισμὸς μνήμη τίς ἐστι ξυμβαινόντων ἤδη μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. Ἐφαντασιάσθη γὰρ ἐναργέως ἡ τε αἴσθησις φαντασθεῖσα καὶ ἀναπεμφθεῖσα εἰς διάνοιαν τῶν ξυμπεσόντων. Ἡ δὲ παραδεξαμένη πολλάκις, οἷς, ὅτε καὶ ἄκαιρος, ταῦτα πρήσσει, καὶ ἐς ἑαυτὴν καταδυομένη, ἐμνημόνευσε.

HIPPOCRATIS PRÆCEPTIONES.

TEMPVS est in quo occasio est: Occasio verò in qua tempus paucum. Medela tempore, nonnunquam etiam occasione euenit. Decet itaque eum, qui hæc perspecta habet, non magis ratiocinationi probabili inniti in medendo, quam vsui rationi iuncto. Ratiocinatio enim memoria quædam est, componens ea quæ sensu sunt præcepta. Hic enim sensus ab Imaginatione euidenter comprehenditur, cùm primam perpessionem externam sustineat, vt deinde, veluti delegator, species rerum, quæ sensui subiiciuntur, ad intellectum transmittat. Hic verò cùm illa sæpius suscipiat ab imaginatione, quibus, quando, qualiter, eademque obseruans, & in seipsam recondens, meminit.

COMMENTARIVS.

1 Talis hîc est ratiocinatio: officium medicinæ est medicatio. Medicatio autem eget die nonnumquam, vt in chronicis morbis: nonnumquam καιρῷ, vt in acutis. At temporis & occasionis cognitio, ratione & vsu perficitur. Igitur medicina nec sola ratiocinatione, nec solo vsu: sed his consociatis acquiritur. Alterum enim alterius eget: per se vtrumque est impotens. Tempus, inquit, intelligo, in quo est καιρὸς: καιρὸς vicissim, in quo inest tempus breue.

2 Declarat assumptionem: At Temporis & occasionis, &c. idque monstrat per causas, & per effectum. Per causas hoc modo:

Quorum consociata est natura, eorum etiam cognitio iuncta esse debet. At ratio & vsus naturas habent iunctas. Igitur ratio & vsus simul iungi debent, & simul operam dare veritati noscendæ, & exercendæ. Ita vt ratio ab experientia incipiat, & desinat in eam: experientia autem incipiat à ratione, & in eam desinat.

3 Probat minorem, ex definitione Ratiocinationis: quæ est quædam recordatio componens ea quæ sensibus percepta fuere.

4 Aperit minorem. Nam duo habet homo κριτήρια rationem & sensum: in quorum vtroque & λῆψις, id est, acquisitio, & φυλακὴ, id est, conseruatio speciei quæ cognoscitur, perpendi debet. Quare cognitio altera, αἰσθητικὴ: altera διανοητικὴ. Αἰσθητικὴ duæ famulantur, sensus & phantasia. sensus ideas sensoriis impressas sensibiles accipit; at Phanthasia eadem custodit. Quatenus itaque idea vel species recipitur, sic προσπαθὴς sensus est, primam impressionem specierum sensibilium percipiens, cùm sentire sit quoddam pati. Sed quatenus species conseruatur, sic ἀναπεμπτὸς euadit sensus: quia species sensibilis in phantasia veluti in thesauro conseruatur, & ad διάνοιαν transmittitur. Ita αἴσθησις erit q. ἀναπεμπτὴ quædam, siue Transmissio ad διάνοιαν. Hic ordo Hippocr. sensus ideas sensilium patiendo in se accipit, quas ad διάνοιαν perfert: hæc verò eas quo modo, quando, & quorsum decet accipiens, conseruat, & ita memoria nascitur; quæ nihil aliud est, quàm potentia cogitatiua vel discursiua, ideas à sensibus sibi allatas retinens. Peripatetici discursiuam & memoratiuam distinguunt. Hæc Discursiua rectè officium suum facit, cùm principia & apotelesmata à rebus sensibilibus & manifestis sumit. alioqui si aliunde illa petat, à veritate Ratio abibit. Hac ratione artium principia dicuntur indemonstrabilia & omnium certissima, quia à sensibus sumpta sunt. Igitur medicus, vt doctus fiat, sensibus hærere debet; id est, in rebus quæ fiunt, vel factæ sunt, se exercere debet.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 213 sur 513

©BIUM

5 Altera cognitio est διανοητική. huic etiam binæ famulæ, cognitio, & memoria. hæc theca est idearum intelligibilium; at cogitatio ideas accipit. Quamuis itaque accipitur idea intelligibilis, sic διάνοια dicitur παρὰ ἐξοχὴν axioma, fabricatum ex multis singularibus à sensibus oblatis, & per phantasiam notatis. E. hæc, inquit Zuingerus, si conferatur cum sensus προαιθήσι, iure ἀντεροπαίθεια appellari poterit: quoniam species intelligibilis, quæ mouet διάνοιαν, eius speciei sensibilis, quæ sensum mouit, veluti simulachrum est. Iam quia ex plurimis singularibus per Inductionem colligitur, ξωτιδεῖς dicitur: & διάνοια ipsa ξωτδετική erit, & opus ipsum ξωΐδεσις. Sed quatenus intelligibilis species conseruatur, sic διάνοια dicitur τηρεῖν & καλαθέσιν, & μνημονεύειν, conseruare, & in thesauro memoriæ reponere. Quæ conseruatio μνήμη propriè dicitur. Sic igitur διάνοια erit καλαθετική, siue μνημονδλική, & opus ipsum καλάθεσις, siue μνήμη.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Συγκατατέω μὲν δὴ καὶ τῷ λογισμῷ, ὡς ἂν ἐκ 2 πειρασίων τοιούτων τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν 3 καταφορὴν ἐν τοῖς φαινομένοις μαθόντα. Ἐκ γὰρ τῶν ἐναργέως ἐπιτελουμένων ὡς τὸν 4 ἀρχὴν πειρώμενος ὁ λογισμὸς, ἐν 5 διαφθορῇ ἀνάμιμνησκόμενος ἐπάρχων εὐρίσκηται, παραδεχόμενος ἀμοιβὰς ἕκαστα παρ' ἄλλων. 6 Καταλιπέσθαι δ', τὴν φύσιν τοῦτ' ἀπὸ πολλῶν καὶ παντοίων πραγμάτων κινδυνεύειν τε καὶ διαφθείρεσθαι, βίης ὑπαίτιος. Ἡ δὲ 7 διάνοια παρ' αὐτῆς λαβοῦσα ὡς τάχιστα, ὕστερον εἰς ἀληθείην ἤγαγε.

1 *Collaudo equidem & Ratiocinationem, si quidem ex* 2 *sensui exposita historia principium ducat, &* 3 *deductionem ex apparentibus methodo quadam absoluat. Si enim, ex his, quæ palam perficiuntur,* 4 *ratiocinatio initium duxerit, in* 5 *cognitionis potestate ineſſe deprehendetur, ab ipsis sensibus singula mutuantis. Proinde* 6 *statuendum est, naturam à plurimis ac omnigenis rebus moueri ac doceri, nec essitare quadam.* 7 *Cogitatio autem à natura sumens, vt dixi, posteriùs ad veritatem perducit.*

COMMENTARIVS.

1 Probat vsui iunctam Rationem, quò mutuâ operâ eluceat veritas, in vsu, & ratione.

2 Πειρήσιος est Empiricis recentioribus peculiaris, qua notabant occasionem fortuitam (q.d. casus.) ex qua remedium accipiebatur. Quid autem hîc significet, mox aperit ipse Hip. cùm d. τὰ ἀναργέως ἐπιτελέμενα, quæ ipso sensu vera esse percipiuntur, & per inductionem colliguntur, atque ideam charactere communem quandam induunt.

3 Id est, ex his quæ sensibus notantur, ratiocinationem, quæ methodo vtitur, stabiliat. hîc καταφορὰ, est ex apparentibus deductio, hoc est, eorum quæ sensibus noscuntur delatio, cùm ea quæ sensu percipiuntur in Cogitationem deducuntur; vnde Ratiocinatio colligitur & methodice constabilitur.

4 Igitur officium primum Ratiocinationis est, è singularibus ideam communem abducere, vnde de statibus, d. τὰ μαθήματα ἢ τὰ ἀναλογισμάλα esse ἐδίσμαλα.

5 Ita, d. Ratiocinatio in potestate erit ipsius cogitationis, vt pro libitu possit methodo vti, vniuersalia singularibus applicando. Ita doctissimus Zuingerus. Itaque, inquit, secundum munus est λογισμῦ, ratiocinationis. methodus, iudicare vniuersalia per inductionem in singularibus.

6 Dixit Rationi socium esse debere vsum. Singularium vsus incipiat à Ratiocinatione, & in eandem finiat: nam Ratio (famulante sensu) in plurimis rebus notat naturæ motum: & ex hoc motu, tanquam per manum, ad naturæ cognitionem peruehitur: cùm his quæ vno eodemque modo fiunt, causam communem ineſſe sit verisimile. Dicit hic, naturam ab omnigenis rebus moueri, id est, naturæ motum in plurimis singularibus notari. Ita etiam lib. de elegantia d. τὸ χεῖρον ἀδίδακτον per se, doceri per naturæ spectacula posse.

7 Vsus finiat in Ratiocinationem; Nam cùm cogitatio ex natura singularium rerum, colligit vniuersalem naturam; tunc quod in plurimis singularibus verum esse notat, etiam in cunctis verum esse colligit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Εἰ δὲ μὴ ἐξ * ἐναργέος 1 ἐφόδου, ἐπὶ δὲ πόνων ἀναπλάστου λόγῳ, * ἐναργέος πολλάκις 2 βαρείην καὶ ἀνιαρὴν ἐπιδείκνυσι διάθεσιν. οὗτοι δὲ 3 ἀοδίων χρήζουσι. 4 Τί γὰρ ἂν δύ' κακὼ, δύο τὰ 5 ὀπηδέοντα ὠνεμαίζοντο, οἱ τε τῆς ἰρηκίης ἔργα κακῶς 6 δημιεργέοντες. Νοῦν δὲ τίσιν αὐαπόστοισιν ἔσοι τῷδε καμφόντων; ὁκόσοισιν ἐς ἰκμὴν ἐφαίνετο ἐοῦσα 7 τῇ νοτίῃ βίῃ, εἰ μὴ ξωΐδελοι τῇ τε ἰητρεῇ ἀπειρίῃ. Περὶ μὲν οὖν τουτέων ἄλις ἔστω διειλεγμένα· ἡδὺ δὲ ὡς 8 λόγῳ μάνῃ ξωφρανομένων μὴ ἔπι πειρᾶσθαι, ἡδὺ δὲ ὡς ἔργῳ ἐνδείξασθαι. 9 Σφαλερὴ γὰρ ἡ ἐμπειρίη τοῦ μετ' ἀδηλείης ἰσόρμησις.

Sin verò non ex sensibus comperta 1 *observatione, sed solùm ex probabili Rationis figmento proficiscatur, frequenter* 2 *grauem & tristem diathesin adfert: hi enim* 3 *viam inuiam ingrediuntur.* 4 *Tenue profectò malum videretur, si solam* 5 *mercedem auferrent hi, qui* 6 *siniſtrè medicinam faciunt. Nunc verò agris, qui etiam extra culpam sunt, quibus calamitosa* 7 *vis morbi non satis violenta esse videbatur, nisi & medici imperitia se illi consociaret. Sed de his quidem hæc sufficiant disseruisse: nimirum quòd* 8 *neque hîs solùm, quæ sola Ratione colliguntur fidere oportet, nec etiam his quæ sola operis ostensione.* 9 *Periculi enim plena & ad errorem præceps est assertio quæ sit cum nugacitate.*

COMMENTARIVS.

1 Ἔφοδον opponit methodo. Ephodus particularis præcessit semper methodum vniuersalem: nam vsui nititur Ephodus; at methodus ratiocinationi. Ergo, dicit hîc Hippocrates, methodica scientia quæ ab ἐναργεῖ ἐφόδῳ non proficiscitur, nec in eandem desinit, est inartificialis, & calamitatis auctor; hanc hîc vocat λογισμὸν ἐκ πταιῶν αἰαπλάσιον λόγῳ: id est, non vsu stabilita ratio. Ratio huius sententiæ hæc est; medicatio temporis vel occasionis obseruatione perficitur. Sed cognitio temporis & occasionis per morbos captandæ, ratione & vsu acquiritur. Igitur opus est methodo artificiosa, quæ ab ἐναργεῖ ἐφόδῳ incepit, & in eandem finit.

2 Ægro calamitatem adfert sæpe. βλάπτω adfert, id est, damnis auget ægros.

3 Medico adfert ἀοδλίην: nam errorem & perturbationem illis conciliat, id est, ἀτιμίαν illis adfert.

4 Hoc tenue d. loquacitate & magnis promissis aucupari pecunias.

5 Ἐπιχείρεια munera quæ medicis dantur: parum iacturæ, si cum vita conferatur.

6 Intellige quod suprà dicit αἰσχρὸν ἐπιφέρειν διάθεσιν.

7 Ambo cùm in perniciem conspirant ægri, medicus, & morbus: hic ferocia, ille imperitia & occasionum ignorantiâ.

8 Nec ratione nec vsu seorsim aucupari potest. Nam empirica periclitatio est periculosa: etenim remedia vim suam amittunt ac retinent, aut nouam acquirunt, pro varia eorum quibus exhibeant natura, ac ex morbi motu. Exemplo sit pleuritis: Huic ptisana debetur iam à mitigato expectorato. Oxymel pleuriticis hysstericis nocet: reliquis prodest. In iudiciis etiam valdè fallit hæc experientia:

vt

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 214 sur 513

vt ſi quis viderit hæmorrhagiâ finem imponi cauſo: idem ſi viderit ſubſtillum ſanguinis cauſo ſuperuenire, non putabit illud calamitoſum eſſe. Et Iudicium eſt difficile: nam multa ſolitaria ratio ſuadet, quæ vſus coarguit. Quare accedat Iudicio experientia. Alioqui, vt ait Saluſtius, vtrumque per ſe indigens: alterum alterius auxilio eget. Et experientia ſine iudicio vana eſt; quod eleganter Philo, τὰ μὴ ζωὴ λόγῳ, πάντα ἀσφαλῆ ὥσπερ τὰ ζωὴ λόγῳ, κόσμια: Et præclarè Nazianzenus, Ἄτελὲς ἄλογος πρᾶξις καὶ λόγος ἄπρακτος, hoc eſt, æquè imperfecta ſunt, cum actio ſine ratione; tum ratio ſine actione.

9 Præceps enim in errorem eſt aſſertio non vſu compertæ veritati nitens, ſed nugaci tantùm imaginatione conſtans; & contrà, experientia temeraria, rationis egens.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Διὸ χρὴ 1 καθόλου δεῖν ἐχέφρονι πρὸ γινομένων, καὶ περὶ τούτων μὴ ἐλαχίστου γιγνέσθαι, ὡς μείζονα ἕξειν φρόνιμα καὶ ἀναμάρτητον ἕξιν, ὡς δὴ ἰητρικὴν πρόσεστι παραλαμβάνοντα. Κάρτα γὰρ μεγάλων ὠφελίων 2 ἀφεστήκασι τοῖσιν πειρεύσιν, καὶ τοῖσι τεχνέων δημιουργοῖσιν. Μὴ ὀκνέῃ δὲ καὶ 3 περὶ ἰδιωτέων ἱστορέειν, ὅτι τι δοκέῃ ξυμφέρειν, εἰς κεφαλὴν θεραπείης. 5 Οὕτω γὰρ δοκέω πᾶν ξύμπαντον τέχνην ἀνεύρησθαι, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς τοῦ τέλεος τυγχάνειν, καὶ εἰς * ταὐτὰ ξυναγαγεῖν. Προσέχειν δὲ 6 χρεὼν τὸν νοῦν τῇ ὡς ὀπτίστου, καὶ 7 μετ' ὠφελίης καὶ πραϋμαθείης μᾶλλον, ἢ 8 ἐπαγγελίης καὶ ἀπολογίης τῆς μὴ ἀρίστου.

Quare & 1 vniuerſa ea, quæ fiunt, explorata & compertа eſſe debent, & circa eadem ſingillatim non tenuiter exerceri, ſi quis facilem & inculpatum habitum, quem medicinam vocamus, ſibi iungere volet. Inſignem enim vtilitatem, tum ægris, tum horum artificibus adferet. Nec tamen cunctéris 3 etiam ab idiotis inquirere & diſcere, ſi quid ad medendi occaſionem facere videatur. 4 Ita enim puto totam artem conſtitutam fuiſſe, eò quod in vnoquoque ſingulari perfecta obſeruatio facta, ad vniuerſalem 5 reuocata fuerit rationem. Animum itaque ad 6 obſeruationem vertere decet, quæ plerumque obuia eſt, & eipotius quæ 7 cum commodo & lenitate ſit, quàm 8 cum pollicitatione aut excuſatione ſiniſtri euentus.

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, vniuerſalia illa ratiocinio complectatur; & vſu ſingularia.

2 Conſociatio nim. vniuerſalium cum particularibus.

3 Nam, vt ait Plato in Alcibiade, qui artem acquirit (vel ſuo ingenio, vel operâ alterius) duobus illi opus κριτηρίοιν, ratione, & vſu vel exercitatione. A quibus autem diſcimus, illi ſunt vel idiotæ artis expertes, vel artifices. Idiotæ, qui cùm habeant eadem κριτήρια cum artificibus, licet non culta methodo, tamen obſeruationes interdum excellentes adferunt; & licet dextrè his vti nequeant, medicus tamen id poterit. Igitur d. ſi præſens non fueris, ab idiotis inquitere hiſtoriam morbi. Itaque d. Hippocrates, quæ ſolo ſenſu comprehendi poſſunt, ne diuinare conetis, vt faciunt ἀρομάντεις.

4 Oſtendi id ratione; ars ab vſu idiotarum nata videtur. quæ obſeruata erant in multis, cùm eodem ſe modo haberent, ſenſu iudice, (id eſt, ἕκαστον τύλῳ, vel, vt ſuprà ἐνεργείᾳ ὁπτελεύμενον cuius certus eſt euentus) viri inſignes iudicio ad generalia præcepta traduxere, initiaque artis condidere.

5 συναγαγεῖν d. Zuingerus, in vnum veluti ſtabulum eiuſdem generis greges compellere.

6 Iam dicit, à medicis arte peritis etiam diſcere oportet peculiaria exempla in medica exercitatione. Vt ſcilicet maximè notent eos morbos, eorumque πείρησιν, id eſt, experientiam, qui ὅτι τὸ πολὺ, homines inuadere ſolent: nam omnium euentum notare impoſſibile; igitur eorum ſaltem quæ in vſum incurrunt aſſiduò, explorata illi ſit hiſtoria.

7 Q. d. aſſeclæ ſitis eorum medicorum qui modeſtè & ſine iactantia medicinam faciunt: eorum πείρησιν notate, in his elucet πραϋμαθὴς inter curandum, & ὠφελὴς poſt curam.

8 Q. d. Sophiſtatum πείρησιν, id eſt, experientiam ne ſectemini, vt qui omnia immodeſtè, ſuperbéque pollicendo, & garrulitate ſuam excuſantes ignorantiam. hæc eſt ἐπαγγελίη, id eſt, pollicitatio ante curationem: & ἀπολογίη, id eſt, excuſatio poſt curam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Χρήσιμον δὲ καὶ ποικίλος περὶ ἑκάστου τῶν γινομένων τὸν νοῦν ἔχοντα καὶ ὁρέοντα. Ὅπως 2 μέντοι τι προστεθήσεται ὠφελίης, ἡ γὰρ ἰσχυρίστος δεῖ· 3 Πάντα γὰρ τὰ πάθη διὰ πολλὸς μεταστάσιας καὶ μεταβολὰς μοῖραν τινὰ προσλαμβάνει. Παραινέσιος δ' ἂν καὶ τοῦτο ὀπιδεῖξαι ἡ θεωρίης. Εἰ γὰρ 4 ἀρξαιο * πρὸς μισθαρίων (ξυμβάλλοι γὰρ τι καὶ τῷ ξυμπαντὶ) τοῦ μὲν ἀληθέντι τυγχάνειν διανοίην ἐμποιήσεις, τῷ δὲ 5 μὴ ἀπολείπειν αὐτὸν πυρέτου. Μὴ ξυνδέκεσθαι δὲ, καὶ ὅτι 6 ἀμελήσεις, καὶ ὅτι ἀφ' ὑποστάσιός τινα τῷ παρέοντι.

1 Commodum quinetiam eorum, quæ agro offerenda ſunt, varietatem prædefinire. Non enim polliceri oportet 2 quod vnum aliquid ſolum exhibitum proderit: cùm 3 omnes affectus ob plurimas circumſtantias ac mutationes, morâ quadam firmiore inhæreant. Quin & ſequens animaduerſio digna eſt de qua admonearе. Si 4 à mercede paciſcenda initium feceris (quod patrocinari toti hiſtoriæ poterit) ægro cogitationem præbebis, quod ipſum 5 non ſis deſerturus: Sin non 6 paciſcaris, quod ipſum negliges, & 7 quæ præſentem in rem commoda ſunt non præſtaturus.

COMMENTARIVS.

1 Iam varias regulas ad medicinam faciendam docet. variis rebus cùm opus ſit ad ſanationem, imperitiâ abducti ægri, exiſtimant vno remedio reuocari poſſe ſanitatem. Nam ægri ægrè remedio vni inhærent, & variis fatigantur. Igitur, inquit Hippocrates, oportet iam ſtatim ab initio declarare pluribus remediis opus eſſe.

2 Non polliceri oportet ab vno remedio ſanitatem: etiamſi euentum res interdum habeat.

3 Iam ſubnectit rationem. nam chronici ob ſtabilitatem (ὠσὶν vocat) & ductum temporis, variis pelli debent. acuti etiam vni remedio interdum non cedunt.

4 Quia, d. opinionem de medico concipit ex pacta mercede: igitur de hac etiam præcipiendum in Chronicis morbis.

5 Nam exiſtimabit quòd quamocyſſimè cum liberabit. igitur ob ægri commodum vult Hippocrates paciſcendum eſſe, vt eam opinionem concipiat de medico, vt nil præ curandi ſtudio facturus ſit quam quod ad ægri ſalutem ſpectat. Ariſtoteles 6. probl. 12. d. certaminibus reliquis, excepto certamine virtutis & ſapientiæ, præmia propoſita fuiſſe: quòd virtute nullum ſit maius præmium. Ita medicationi nullum ſtatuendum præmium, quòd nulla merces huic officio par ſit.

6 Ita diffidet medico: quod officit curæ. igitur animus primò curandus: Plato in Charmide id docet: vbi d. Socrates ſe à Zamolxidis ſacerdote didiciſſe, omnes morbos ex animo increſcere. vult doctrinâ flecti animos in virtutem.

7 ὑπόστασις, proprium eſt debitoris; oppignoro. quòd morbum ducet malignè ſuſpicionem capter, quódque nec remedia fideliter ad fugam morbi comparata

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 215 sur 513

©DIUM

parata præſcribet ; atque ita tractum morbum quæſtui habere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Επιμελὴς δεῖ οὖν εἶναι τοῦ σώματος μισθοῦ. Ἀρχὴν γὰρ κτώμενοι ἐνδυμηθῶσιν ἐγκεφαλῶν τὸν ἰητρόν· πολὺ γὰρ μᾶλλον, * ἐν ἰσχίῳ νοσήμασι. Νέοσυ γὰρ 2 τυχόντες καιρὸν μὴ διδῶσιν ἐς ἀναστροφὴν, ἀλλ' ὑποτρέσαντες ἥκιστα ἐνδεύοντα ζητέουσι τὸν λυσιτελῆ, ἔχοντα δὲ δόξης μᾶλλον. Κρέσσον οὖν 3 πιζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ἐλευθερίως ἔχουσι προμῶσιν.

Studium itaque adeſſe debet de conſtituenda mercede. Damnoſam enim putamus eſſe hanc cogitationem morbo impliciti ægri, maximè in morbo acuto. Morbi enim 2 celeritas cum occaſionem excludat à regreſſu, impellit eum qui medicinam eleganter facit, vt minimè quod ex re ſua eſt ſectetur, ſed potiùs id ad Gloriam ſpectat. Itaque melius eſt à morbo 3 euaneſcentibus exprobrare, quàm calamitosè afflictos emungere.

COMMENTARIVS.

1 In acutis, d. qui nim. rapiim peragunt ſuam hiſtoriam, de mercede paciſci non licet. Nec enim id admittit munus medicum, nec ægri periclitatio. præceps enim adeſt periculum, vbi morbis ineſt τὸ ὀξύ, vel τὸ θᾶσσον.

2 Non medici munus admittit pactionem, ne occaſio medendi interim euolet dum deliberat de mercede æger; ſed potius ſui officij & exiſtimationis rationem habeat, quàm mercedis. Nam opportunitas medendi eſt momentoſa & magni momenti. Propterea ſtatim arripi debet: quia perit & fugit illicò, quòd materia noſtri corporis ſit fluxa à cauſis internis, & ab his quæ ſunt à foris. Huius oportunitatis momenta redire nequeunt, vt præclarè dicebat Procopius. Hac elapſa inclinatio fit ad mortem vel ad deterius: nam aliam ideam, motum, ac morem illicò ſumunt cauſæ morbificæ, & corpus noſtrum ſubitò mutatur à ſuo ſtatu. Propterea prudenter laudat ſapiens Poëta Pindarus ἰαλῆσθ' ὀπιπρόταλον. Præclarè etiam Saluſtius dixit, Prolatando magnas corrumpi opportunitates: facto & non conſulto opus eſſe in periculo. Et rectè Cæſar: Quæ celerem & inſtabilem habent motum, ad nutum adminiſtrari debent.

3 Ingratos futuros humanitate ſeruare ſatius eſt, quàm inhumaniter ob ingratitudinis metum deſerere. nam medicus non ſine glòria ei ſuam ingratitudinem obiicere poterit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* ἔσ. ἔλλιπεν Καίτοι 1 ἔνιοι νοσέοντες ἀξιόσι, τὸ ξεινοπρεπὲς καὶ τὸ * ἐυεύλιπτον παραιτέονται· ἄξιοι δὲ ἐμέλησε, καὶ ἐπικουρίσαντες. Διὸ τοῦτοισιν 3 αὐτοπάθεα εἰπεῖν, μεταβολῆς ὅλη σφίσιν παρεσκευάσται. 4 Τὸν γὰρ 5 ὡς ἐπὶ πᾶσι φίλον ἀνδρισμὸς ἰητρὸν ἐπιδεῖ 6 πίστει ἢ ἀτρεμίῃ· ὡς ἂν ἀρχὴν 7 ἀγαπεινέωντας παρ' αὐτοῦ, δεῖ ὑποδέεσθαι τινα ξυμφέροντα ἐς θεραπίην, ὑποθρασύνεσθαί τε τὴν νοσέουσαν, καὶ μὴ παύεσθαι. Τὸ δὲ 8 ὀπίσκαρπον, μὴ ἀνάδην ἐπιπολάζοντας πρὸς μάθησιν ὀπίσω μίνειν.

Quin verò 1 ægri quidam medicorum operam petunt, hoſpitij ius & leuis mali debellationem cauſantes: neglectu propterea digni, nec tamen 2 pœnâ. Proinde his 3 vti decet, occurre, in mutri inconſtantia fluctuantibus. 4 Qui enim verus eſt medicus, 5 per Iouem o fide potius quàm duritie in medendo vtetur. Propterea ineunte medela totam 7 affectus hiſtoriam indagantes, oportet curationis quadam capita (ad quæ collinees) proponere, & agro ad finem vſque adeſſe, nec neglectui habere. At verò 8 remunerationem ne exigito, abſque cupiditate præparato ad diſciplinam.

COMMENTARIVS.

1 Ratione ægri medicus vel paciſcitur interdum de mercede; interdum, non.

2 Non tamen digni, qui morte afficiantur, neglecta à medendi occaſione.

3 Q.d. medicus non euadet improbus aliorum vitio; ſed potiùs ægris ὁπὶ ζάλῃ μεταξὺ πορφυρέοισι, iactatis in mari inconſtantiæ (à cupiditate & auri amore; dum, quæ morbis impliciti promiſerant, euaneſcentes non præſtent) ſuam conſtantiam opponat, quæ nititur tanquam anchoræ arti ſuæ, contemptui pecuniæ, & humanitati. αὐτοπάθεια voce caſtrenſi vtitur, aduerſa acie conſiſtere. q. d. ne tenuis pecuniæ cauſâ medicus ſuam exiſtimationem frangat: ſed magnificentiam ſuam ægrorum auaritiæ opponat.

4 Id eſt, in curando magis fidem & officium ſequetur, vt ægrum ſeruet, quàm vt ingratum & inofficioſum ægrum, etſi indignum cui opem commodet, derelinquat aut duriter tractet. Ἀτρεμίη enim idē quod ἀτρεμυότης notat: & ab his quæ coqui niſi ægrè nequent; tranſfertur ad implacabilem animi duriciem, inhumanitatem, aſperitatem, rigiditatem, ferreum & præfractum animum.

4 Religioſa obteſtatio. Aſclepiades iurabant fratrum loco habituros præceptorum filios; vnde q. ab vno orti genere παῖδες ἰητρῶν (à Platone dicti) fratres inter ſe videbantur eſſe.

6 In medendo ſit ſacra ei fides, vt ægrum ſeruet: & à duritie abeat, vt ne quidem ingratum, & indignum cui bene fiat, relinquat. ἀτρεμίη tyranni eſt, qui imperat ex ſententia: ſed boni medici eſt, perſuadere liberalium more: nam πίστις, ἀπὸ τῦ πείθω deducitur.

7 Mores itaque horum & morbus ſit exploratus à principio, & fide ac diligentiâ ad finem adſit his medicus. Indicationes curatiuæ limam addant remedio, quod ab affectu morbifero decernitur.

8 Volente ægro paciſcitur interdum: hic itaque modeſtè ſe gerat medicus, & non opum cauſâ medicinam ſe facere oſtendat, quòd his gaudeat: ſed propter medicinam, cuius diſcendæ & exercendæ organa ſunt opes. Ita referunt Iſocratem cum lachrymis mercedem à diſcipulis accipere ſolitum, & ſeriò conqueri, quòd Egeſtas arti liberaliſſimæ, & ab omni quæſtu alienæ, hanc neceſſitatem adferret.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Παρακελεύομαι δὲ μηδένα 1 ἀπανθρωπίῃ ἐκάστην, ἀλλ' ὑπολείπειν ἐς τὸ θεῖνολλυ, καὶ οὐσίῃ, ὅτε δὲ ἀπορίῃ· ἀνάξιον δὲ μνήμης εὐεργεσίης προτερίῃ, ἢ 3 παρεόσης εὐδοκιμίῃ. Ην δὲ χαλεπὸς εἶη 4 χρηματίσαι, ξένῳ τε ἐόντι καὶ ἀπαιδεύτῳ, μᾶλλον ἐπαρκέειν τοῖσι τοιούτοισιν. Ην γὰρ παρῇ 5 φιλανθρωπίη, πάρεστι καὶ 6 φιλοτεχνίη. Ἔνιοι γὰρ 7 νοσέοντες ἠξιώθησάν τε αὖτε ἑαυτοὺς παῦσαι μὴ ἐὸν ἐν ἀσφαλείῃ, καὶ τῇ τε ἰητρεύσαντι ἐπικείμενοι ξυνδικήσαντες μεταλλάξαντες ἐς ὑγιείην.

Quin horror etiam ne 1 inhumana quadam ſeueritate vtaris, ſed vt collinees ad ægri copias, & opes. Nonnunquam & gratis cures, vel ob 2 gratitudinis memoriam, vel ob 3 præſentem exiſtimationem. Quod ſi occaſio 4 exercendæ liberalitatis ſe obtulerit, vel peregrino vel egeno, hiſce talibus maximè ſuccurras. Si enim adfuerit 5 benignitas, aderit etiam artificio 6 comparatus arti amor. Adeò vt quidam 7 ægri, etiamſi ſentiant morbum ſuum calamitoſum eſſe, tamen propter medici benignitatem, ſibi perſuadent, ſe ad ſanitatem redire poſſe.

COMMENTARIVS.

1 Non ſit ἀπάνθρωπος in paciſcendo vel accipiendo: nihil auarè, nihil iniquè agat. vt enim arti præclariſſimæ nullis officiis ſatisfieri poteſt, ita tamen

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 216 sur 513

ad ſuam medicus neceſſitatem collineat, vt aliquid accipiat; ita tamen vt etiam collimet ad ægrorum opes, & quibus æger egeat ad ſuæ familiæ tutelam. Vult Hippocrates, vt interdum ſit medicus petax, cùm videt hoc facere ad ægri in eum fiduciam: ſed ſeorſim adſtantibus ſuum conſilium aperit hac de re. Itaque non importunè ea exigat.

2 Vt amicis hanc beneuolentiam debemus.

3 Ne anartitiæ notam incurrat. d. q. ſi eget? Reſp. Zuingerus doctiſſ. quòd nunquam egebit medicus philoſophus, cùm αὐτάρκης ſit, pauciſque contentus in victu & amictu: nec alias opes liberis quàm virtutem & eruditionem relinquere velit: quòd aliæ ſint irritamenta malorum.

4 Egenti peregrino χορηγὴν tua, id eſt, apparatu tuo medico, id eſt, ope & medicamentis ex facili opituleris. Metaphora à theatrico apparatu ducta: q. d. cuncta quibus egent ad curationem, nutricatus, tegumenta, remedia à te gratis ferat. hoc lex naturæ dictitat Ethnicis: quid nos Chriſtiani? videamus ne hi nobis iudices eueniant. Vide Syracidem 38. lin. cap. 7.

5 Stabilit ſuam dictam ſententiam ex honeſto, & vtili. Honeſto: nam cùm lucrum nullum expectet, ſi æquè beneuolè pauperes ac diuites exceperit, inſignis humanitatis ſignum edet, cùm φιλανθρωπίαν pauperes & extorres etiam amplectatur.

6 Nim. aliorum: qui ob medici humanitatem eius artem amplectentur, & amabunt eam.

7 Iam vtile ſubdit. nam ſpem ex illius ſumma humanitate concipiunt, ſe eius ſollicitudine euadere poſſe: ſi quaſerint, eius fidem celebrant apud locupletes; qui ſe lubentiùs ei committent, ſi nouerint eius diligentiã etiam in illos, vnde nihil lucri capit, ignorare, & vna ſe ipſos ignorant. hãc ignorantiã vocat Ariſt. καθ' ἕξιν ἄγνοιαν, & Plato 9. de legibus ἁπλῶσ. ac cùm rem tantùm ignorant, non ſeipſos, vt qui ſciant ſe nil ſcire, hanc Plato ἁπλῶ nominat, Ariſt. verò ἄſνοιαν κατ' ἀπόφασιν, inquit Zuingerus.

4 Medicum finem aſſequi nequeunt: nam carent præſidiis quæ ad eum ferunt. Nam medicina ars eſt, recta ratione conſtans, ex multorum ſingularium obſeruatione vniuerſalis ratiocinatio. opinione vulgi famam artis gerunt, nullo ſuo merito.

5 Arti notam inurunt, ſua inſcitia; perſonati venefici, vt ait Plinius.

6 Vbi nulla ars, ibi & fortunæ inopia. nam artis comes plerumque fortuna.

7 Ab potentibus imperitis, qui fortè fortuna naturæ vi euaſere ab aliquo morbo, illorum auctoritatem ſtabiliunt. Referri etiam hæc poterunt in morbos, vt dicamus εὐκόλους morbos curatu faciles: χαλεπὸς morbos anguſti temporis, id eſt, celeriter ſuam abſoluentes hiſtoriam, at cum ſecuritate, leui remedio, & ne vix-dum remedio, at naturæ bonitati cedentes, quem euentum medici ſibi aſcribunt illi: vel χαλεπὸς reddi morbos eos à medicis, id eſt, anguſtos, vt magnis à periculis ſua opera euaſiſſe videantur ægri.

8 Tam ægri ſtolidi, quàm medici illi, efferunt ſe hoc ſecundo euentu, & Aſclepiadis ſe præferunt.

9 Hac re ſecunda fruentes, luxu ſeſe perdunt, ab Æſculapidum præceptis alieni.

10 Reſpuunt veram medicinam, & caſui aſcribunt medelam: ἀυτοσχέδια eſſe putant artis opera, ad rationis cenſuram non venire.

11 Probi medici deſcriptio, qui nihil ſine ratione facit, ὁμότεχνος, ἀδιαφθόρου, φιλότεχνος. contrà ἀλάστορος.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Εὖ δὲ ἔχει νοσέοντων μὲν ἐπιστήμην, ἕνεκεν ὑγιείης· δικαίων δὲ φρονέειν, ἕνεκεν ἀρετῆς· φρονέει δὲ καὶ ὑγιαινόντων, ἕνεκεν 2 ἀζημιοσύνης. Οἱ μὲν δὴ ἐόντες 3 ἐν βυθῷ ἀτεχνίης, οὐδὲ προσδοκέοντες ἐς ἂν ἀνιδρώσιοντο. Καὶ γὰρ ἔστι 4 ἀνίητρα ἐόντα, 5 ἐλέγχει δὲ καὶ ποδὸς ὑλαγμὸς, 6 τύχης γε μὴν δεόμενα, ἢ ἀπὸ τῶν 7 ἀσθενῶν καὶ * στενῶν ἔνδοσιν ἀναλαμβάνοντα. 8 Ἐκάτεροι δὴ τοιῆδε ἐξαπατεῦντες, καὶ 9 διαπίπτοντες ἐς τὰ χείρω κατακλινέες, καταμεμελετήκοτες 10 τὴν τῆς τέχνης αὐτοσχεδίην· ἐφ' οἷς ἄν 11 ἰητρὸς ἀγαθὸς ἁμαρτάνοι, ὁμότεχνος καλεοίμην.

1 *Recte autem & conuenienter ægrorum cura ſuſcipitur ſanitatis cauſâ: at ſanorum, vt ſine morbis viuant: quin etiam 2 elegantiæ ergo. Cæterùm qui 3 in profundo ignorantiæ artis verſantur, prædicta non capiunt. Hi enim 4 medicorum nomine cùm ſint indigni, 5 artis probra, ex imis ad ſumma ſubitò elati, 6 à fortuna pendentes, 7 à locupletibus quibuſdam naturæ robore præditis, auctoritatem accipiunt. 8 Vtrique ob fœlicem ſucceſſum gloriantes, & 9 in deterius dilabentes deliciantur, & 10 ea quæ, in arte, medicum inculpabilem reddunt, negligentes: ex quibus tamen 11 bonus medicus excellit, & collega artis appellatur.*

COMMENTARIVS.

1 Ad medicum ſe vertit: Cui finem ſuum ob oculos ponit: vt ægri excuſſo morbo euadant: & vt ſani intacti à morbis, præſenti ſanitate firmâ ſtuantur.

2 Ratione ſui: ipſa εὐκλεοσύνη, exiſtimatio atque gloria viro bono digna, ob virtutem & doctrinam. gloria eſt finis εὐκλεοσύνης. Itaque primus artis finis ab Hippocrate conſtituitur ægri redintegratio: Secundus, gloria, non lucrum, ſed virtutis gloria præmium. Opes minùs nobiles ſunt, quàm vti arti nobiliſſimæ præmia reddere poſſint.

3 Opinione tantùm medici; vt qui neſciant ſe artẽ

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ὃ γὰρ τὰς ἀκάκους ἀλαζόνας ἰητροὺς ἀπιστέειν, ἐδὲν τυτέων παραβαίνει, οὐ πάντα πάντες τῷ δικαίῳ. 2 Οὐ γὰρ ἄπιστός ἐστιν ὡς ἐν ἀδικίῃ. Πρὸς γὰρ ἀκρασίην 3 ἐόντες γίνονται, σκοπέοντες διάθεσιν ἐπιδημίου, 4 ξυλλοιδορέονται ἑτέρων ἰητρῶν ἐπεισαγωγῇ, 5 ἀνοσέοντες ἐς μισοπονηρίην βαθυσόον. 6 Οὔτε νοσέοντες ἀνιέμενοι, νήγρετοι ὅτι ἐνιαυτὸν μοχθείῃ, ὧν 7 ἐξικνέεσθαι ἑαυτοὺς ἐοῦς τέλεα τῇ ἐς τὴν τέχνην πλείστῃ θεραπείῃ. (Ἄνεσις γὰρ νούσου πιὸς κάματον παρέχει μεγάλων ἀκεωρίων. Διὸ δὴ ὀρθρινοὶ τῷ ὑγιείῃ διάθεσιν, ἐς ἐδέλεσι τῷ 8 ἀυτῷ χρῶσιν ἀεὶ φορεόμενοι, ὁμοιοῦνται ἰκτῖνι ποικίλῃ) πολυτελέος γὰρ ἀπορέουσιν 9 οἱ νοσέοντες, καὶ ἐς τὴν ἀφοσιωσεοῦσι καὶ ἀχαριστέοντες. 10 ξωυτοῖσιν δ' ὠφελεῖν δὴ ἐόντες ἀπορέουσιν, διαντλίζονται ὡς μισθαρίου· ἀπρεπέως ἐθέλοντες ὑγιέες εἶν, ἕνεκεν ἐργασίης τόκων, ἢ γεωργίης, ἀφεγγισέοντες ὡς ἀυτῶν λαμβάνῃ. * Παράσημασίης τοιαύτης ἄλλης ἔστιν. 11 Ἄνεσις γὰρ καὶ ὕπτιασις νοσέοντος ἐπιγέλωσιν ἰητρικὸν κάκτῳ.

Hic enim medelas ſine ægrorum damno facilè perficiens, in nullo horum peccâsit, 1 ne in ſummâ quidem facultatis inopiâ. 2 Non enim fraudulentus eſt vt improbi. 3 Hi quidem ad medelam accedunt, morbum famâ celebrem captantes, 4 cauentes aliorum medicorum introductionem, 5 celebrantes ſuam curationem, cum inſectatione alienâ in medendo imperitiæ. 6 At ægri morbo impliciti, natant in vtraque improbitate, tum quòd 7 ſeipſos accuratæ arti medendi non dederint ad morbi uſque finem. (morbi enim lenitio magnum interdum ægro ſolatium adfert: adeò vt quamuis ſanitatis indigi ſint, vſum tamen eorundem remediorum inire nolint, medicum ſuæ cupiditati in variandis remediis ſubſcribere petentes), tum quòd 9 diuitiis carentes, nefariis moribus primò medico blandientes & adorantes, mox ingrati euadunt. Et quamuis 10 diuitiis ſuis optimè medicos ſibi deuincire queant, circa mercedem tamen difficiles ſeſe præbent;

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 217 sur 513

©BIUM

prætextu ſe ad integram ſanitatem reduci velle, & quæſtus ex fœnore aut agricultura ceſſantis, cùm ipſi interea, ſine metu iactura, fructum inde percipere negligant. At de tali admonitione hæc ſatis ſint. 11 *Quoniam morbi mitigatio & acerbatio, medicam adminiſtrationem moderantur.*

COMMENTARIVS.

1 Ne in maxima inſtrumentorum inopia: ſed officium ſuum faciet ἀβαμβήτως, ſine errore, non damnis augebit ægrum: & ἐυπίδιως, expeditè & ex facili: nam & methodo vtitur.

2 Nam & vir bonus eſt, & eruditione excellens: bonus, nam Iuſtitiam colit apud ægros & fidem. non, ὡς (οἱ) ἐν ἀδικίᾳ, vt iniuſti medici.

3 Vitat talia probus medicus, nec vult, vt hi, dolo famam venari; improbi enim tantùm φθιγγώδεα morbum curant, id eſt, principum, diuitum, de quorum morbis celebris fama eſt, etiamſi tenue malum ſit, quod illos vexat, validum videtur. Sed verus medicus nullo hominum reſpectu, quoſvis morbos curat, non quibus, ſed quantum opis adferre poſſit collineans: qui & peregrinis & inopia preſſis lubenter officium ſuum præſtat.

4 Ne ſuam eruditatem in conciliis aperire cogantur: nam docti lubenter & modeſtè conferunt conſilium.

5 Suas curas extollit, aliorum deprimit. At bonus medicus modeſtè ſemper de ſe, de aliis magnifice prædicat, ſi quid rectè geſtum; redarguit ſi quid prauè: ita vult eius εὐκοσμοσύνη.

6 Fraus ægrorum, maiorem reddit & clariorem medicorum humanitatem, nam implicant ſe Stultitiæ & perfidiæ: contrà medici boni prudentiæ & Iuſtitiæ ſe dicarunt. Hi niſi humanitate medici liberentur, mergentur medio mari, deſerti ab omni ope.

7 Quod maximæ fatuitatis fuit vt qui ad morbi vigorem vſque tardant: vel maturiùs medici operam reiiciunt, cùm morbi remiſſionem inſidam, nulli criſi conſectaneam, pro fida habent.

8 Faſtidio remediorum tenetur.

9 Pauperum perfidia: qui ſuis ſumptibus curantem venerantur, at curati beneficij immemores fiunt, & ingrati. Videtur, inquit Zuingerus, enallage verborum eſſe: pro, πολυτελείης γὰρ ὑπορέοντες οἱ νοσέοντες, κακοτροπίῃ προσκυέουσι καὶ ἀχαριστέουσι.

10 Diuites auari (πλούσιοι γὰρ ἐόντες ξωυτοῖσι τῇ εὐπορίῃ) fraudant mercede medicos, queruli de iactura fœnoris aut redituum, cùm tamen vt maximè poſſint, negligant, ad tempus, acceptionem ſui quæſtus, ne medicis numerent.

11 Humanitatem medici, immanitati ægrorum opponit. ſint hæc, d. ſatis: nam morbi ferocia, vel placatio medicam actionem moderantur, non ægri perfidia aut moroſitas. q. d. indignus eſt medicus qui illos vt digni ſunt puniat, opis indigi qui ſunt. In chronicis paciſci licet, & auaritiam excludere, & reprehendere eius impatientiam & importunitatem: at in acutis vitæ potiùs ratio habenda quàm morum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οὐκ ἀξιόμαν δὴ, οὐδ' ὅτῳ τις ἐνδοὺς, 1 σπερχαρέων τῷ παρεόντι ὀπί τινι νοσέοντι, καὶ ὀπισθοτόμῳ & τῇ ἀπειρίῃ, κελεύῃ καὶ ἑτέρους εἰσάγειν, εἶτεκα τῶν ἐκ κυκλογλωσσίης ἱστορίῃσι ἀεὶ † γνώσεσθαι χωρεόντων ἡμέας ἐς εὐπορίῃ βαθμίσιος. Ἐν γὰρ κακοπαθίῃ 2 παρεδρίῃ, ὀλιγοστίοντος τοῦ πάθεος, δι' ὀπορίῃν τοῦ πλείστου ἐκκλίνοντι τὸν παρεόντα. Διαρρήδην οὖν ἐν 3 καιρῷ τοιούτῳ. Οὐδέποτε γὰρ ἐγὼ 4 τὸ τοιοῦτο ἐπιεύμαι, ὅ ὅ, τι * ἤτιχνη χειρῶν. ὡσὶ τοῦτο μηδέποτε 6 φιλονεικίην, 7 παρασκευέσθαι ἑαυτοῖσι καταγελάσεσθαι.

*τῇ

Nec verò indecorè ſe ille geret medicus, qui, 1 *cùm in angusto eſſe illi videantur apud ægrum res præſentes, maximè imperitiâ illi tenebras offundente, alios inſuper accerſiri inſſerit, vt collatis amicè rationibus hiſtoria ægri rectè perueſtigetur, & illi mutuam operam conferant in auxiliorum copiam. Nam in afflictionis* 2 *vehementia & aſſiduitate, incrementa ducente affectu, ob conſilij inopiam, plurima ad rem præſentem commoda effugiunt. In tali itaque* 3 *momento temporis, actioni oportuno, animo ſibi conſtet. Nunquam enim ego* 4 *id exterminio dignum duxero,* 5 *quod artis eſſe iudicatur. Verumtamen neque de hoc ipſo* 6 *contentioſè decertandum,* 7 *ne deriſui ſeſe propinent.*

COMMENTARIVS.

1 Seniores id agant, ſi inſtrumenta commoda non habeant ad manum: iuniores, vbi imperitia adhuc adeſt, nec morbum rectè agnoſcunt Hæc eſt eius ratiocinatio: Quod fini artis confert, id artifice indignum cenſeri non debet. At de morbo cum aliis conſilia conferre, ad finem artis facit: igitur id non indignum. Minorem ita firmat: cum morbus maximè remediis reluctatur, tum maximè mente conſtare, & omnes occaſiones captare oportet, vel propriâ induſtriâ, vel aliunde etiam conquiſitis conſiliis & auxiliis. At in vigore, & cùm is in procinctu eſt, ſe confidenter exerit morbus ac vrget: Igitur in vigore & cùm is in procinctu eſt, medicus ſe fortiter & propriis & alienâ induſtriâ conquiſitis conſiliis & auxiliis opponet.

2 Παρεδρίη, aſſeſſio, aſſociatio, vehementia, id eſt, cùm morbus maximè viget, & medicamentis renititur.

3 Εὐκαιρία tempus actioni opportunum, Latinè appellatur occaſio. momentum vertit Suetonius, in Iulio 65.

4 Id eſt, quod artis ad finem confert, id artifice indignum cenſeri non debet.

5 Id eſt, quod ars eſſe iudicatur: ad artem pertinens, id eſt, ad ipſam medelam, quod attinet. nam bonorum medicorum conſilia proſunt ægris.

6 Id eſt, conſilia proſunt, modo abſque contentione ineantur.

7 Ne altercatio ea idiotis riſum moueat, & arti infamiam. Ad verbum, nactos vt illis illudatur. Συλλαίειν eſt Scommate excipere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ὁ γὰρ ἂν μεθ' ὅρκου ἐρέω ἐόντος ἰητρικοῦ λογισμὸς φρονίμου εἶναι ὅτεῳ· ἀκίδνους γὰρ ἂν φαίην. Ἀλλὰ μὰν 2 οἱ ἀληθεύοντες ἀζηλωτότατοι ἐργάτῃσι, πρήσσουσι ταῦτα εὐμαρέως. 3 Καίτοιγε καὶ ἀνδρὸς καταγινώσκουσι πάσῃ τῇ εὐπορίῃ, ὅτῳ ἔνεστι.

1 *Hoc enim ſanctè affirmare auſim, veram ratiocinationem medicam nihil allaturam, quod alium in inuidiam trahere poſſit: id enim imbellem doctrinam eius argueret. Sed* 2 *qui forenſem quæſtum ſectantur,* * *felicius hæc facere ſolent.* 3 *Nec tamen falsò aut malè hoc inſtitutum eſt; cùm omni copiæ, inopia inſit.*

* Zuing. hîc fere è moribus eſſe ſolent.

COMMENTARIVS.

1 A probis medicis debere alienam eſſe altercationem, iuramento affirmat: Nam is nunquam altercationi inuiderit, ne videatur inferior; nam inuidia comitatur præcellentes: igitur qui inuidet minor erit. Vt qui ſucceſſibus aliorum inuideat, quibus vota ſua iungere deberet; & non calumniari quos eruditione aſſequi nequit: & tales aliorum conſilia malignè reprehendere ſolent, & facta fugillare.

2 Falſis medicis & circumforaneis ſolemne id eſſe ait, vt aliorum inſectatione creſcant, cùm per ſe tabeſcant.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 218 sur 513

3 Q. d. neceſſariæ ſunt medicorum conſultationes: nam omni copiæ inopia ineſt: id eſt, etſi iudicio & vſu excellat doctus medicus, attamen homo eſt, & ab eo non alienus error; fallíque poteſt, ob ſingularium, circa quæ verſatur, varietatem infinitam. Ita non pudet Hippocratem fateri, libro De articulis, ſe nunquam vidiſſe humeri luxationem ad antica. & ſuum prodit irritum conatum in reſtituendo femore. Plato Porum, Deum abundantiæ, filium facit Pluti & Peniæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Μετὰ τυτέων ἢ πάντων, μέγα ἀν τεκμήριον φανείη σωτὴν τὴν ἰσίη ἡ τέχνης, εἴ τις καλῶς ἰατρεύοιεν, 1 παραμυθέοιτο τοιαύτης μὲν ἀσαφείη, κελεύων τοῖσι νοσέουσι, μηδὲν ὀχλεῖσθαι κῆ διάνοιαν, ἐς τὸ ἀπεύδειν ἀρτιχόης εἰς χαρὸν σωτηρίης. Ηγεύμενα γὰρ 2 ἀλγηδόνων καὶ 3 προσωποποιίης γε ἐ διαφαρτήσει. Αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ νοσέοντες διὰ τὴν ἀλγηδόνα διάδηση ἀπαιδεύντες, ἑωυτός τε μεταλλάσσει ἢ ζωῆς· Ο δ' ἰητρὸς εἰσιὼν μὴ νοσέοντα, ἐὰν 4 ἀποδείξη τὰ ἢ τέχνης ἐξευρήματα, σώζων ἐκ * ἀλλοίου φύσιν ἐπίσει τὴν παρεοῦσαν δικαιοσύνην, ἢ τὴν παραυτίκα ἀπιστίην. Η γὰρ 5 τὸ ἀνδρὶ πάνυ ἀνεξίη, φύσις τῆς ἰσίη 6 φύσεα τεθεπεποιημένη, νίκησιν ἐκ ἀλλοτείην, ἀλλὰ κίλιν τὸ συμφορέσουσι, πυρέτιά τε, ἢ θερμασίη, ἢ χρηῶν κατεργασίη, πάντα τὰ καὶ πάση διαίτη, ἢ τοῖσι ξύμπασι διεξιμεν μένην ὧν μή τις 7 ἐπιγνώσεται ἢ ἐπὶ ἀρχῆς ἔλλειμα ἢ. Ην δ' ἀν 8 χρηιὴ τι, ἐξιτήλω ἐόντι, περιπάσαι ἐξομοίων τῇ ἀποκειμένῃ. 9 Παρὰ γὰρ φύσιν τὸ ἰωὺ δημα, ἢ διαχρόνιον.

*ἀλλοίου

Cæterùm præter iam dicta omnia, inſigne ſignum ſyllogiſticum ſolidæ artis fuerit, ſi quis rectè medicinam faciens, 1 agros hortari non deſinat, ne nimium angantur animis, dum ad bonæ valetudinis tempus peruenire feſtinant. Putamus enim 2 hanc cogitationem anxiam, damnoſam eſſe: & 3 hoc vetans non errabit. Cùm enim ægri ex triſti affectione deſperantes, ſeipſos vitâ interdũ exuant: ſi is qui ægro medicinã facit, 4 artis inuenta demõſtrauerit, ſui nempe muneris eſſe, tueri, non antè mutare naturã, præſentè potiùs fiduciæ fructũ, quàm diffidentiæ damnũ ab ægro ferat. 5 Habiliſſima enim hominis conſtitutio natura quædam eſt, 6 naturæ circumpoſita, motu non alieno, ſed apprimè conueniens ſpiritu, calido & humorum concoctione, & vniuerſim tum diætâ, tum cæteris omnibus facta ac fabricata: niſi 7 cuipiam ex natiuitate, aut ab initio defectus aliquis obtigerit. Quodſi quis 8 adnatus fuerit, isque exilis fuerit, ſubiectæ naturæ aſſimilare conandum erit. 9 Præter naturam enim eſt defectus: & temporis eget.

COMMENTARIVS.

1 Ægri, moræ neſcij, captant ſanitatem, & ſe fatigant votis ad eam, & medicos in vſum pharmacorum ſæpè nolentes abducunt: hoc conſolando vitium auferat medicus ab ægro: & doceat naturam morborum victorem eſſe, & obſeruandum eſſe eius motum.

2 His commotionibus animi ſibi adferunt certam calamitatem.

3 Conſolari debet ægros medicus.

4 Si doceat ægrum, ex arte medica naturam non abripi à ſua moderatione, nec mutari, ſed potiùs firmari & conſeruari; ita fidet ei æger, & parebit, ſpe redintegrandæ valetudinis.

5 Quod præceperat iam formulâ quadam illuſtrat conſolatoriâ: monſtrabit n. medicus ſe reuocare velle ægrum in antiquam εὐεξίαν, eámque ſanitatem quæ illi optima eſt, modo pareat.

6 Quod φύσιν φύσει πεπεποιημένην, id eſt, naturalẽ quandam indolem, naturæ humanæ additam, eum arte adiecturum: non in temperamento, habitu, humoribus, caloribus: idque opera probæ diætæ, vt d. Gal. 2. de ſanit. tuenda.

7 Morbus eſt abigendus à toto vel parte, ſi non fuerit inuictus, vt qui radices in naturâ non egerit, nec viſcera vitalia corruperit.

8 Labefactatis, non corruptis naturæ principiis, natiua ſanitas introducatur.

8 Igitur exigi debet; quamuis longâ morâ multiſque remediis opus ſit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ψευατίη ἢ καὶ πτίλος 2 ὀπικρατίδων, διὰ προσκύρησιν ἀκίσιος. 3 Οσμὴ τε ἀεργος. 4 Διὰ γὰρ ἰσχνὴν ἀξιωσίην, διαβολὴν κέκτηται· διὰ ἢ τὴν ὀλίγην, εὐημερωτέρη. Εν γὰρ 5 μέρει, πόνος ὀλίγος· ἐν * πάσῃ, ἰσχνός. 6 Εὐχαριστίην ἢ ἀσταφίδα ἀξίη γὰρ ἱστέων 7 προσασίης. 8 Παραδείγμα ἢ δι' ὀργάνων, ἢ 9 σημαντικῶν ὀπιδείξιος, ἢ χρὴ 10 τοιουτοτρόπων, μνήμην παρεῖναι.

*πάσῃ

1 Fugienda porrò eſt frictio quæ fit 2 ſudariis, propter auctoritatem medicam. ita & 3 odor affectatus. 4 Vt enim propter id quod ab vſu hominum alienum eſt, calumniam tibi accerſes; ita ex modicæ elegantiam tibi comparabis. Non aliter ac dolor 5 in parte ſtabulans, modicus eſt: in toto, validus. 6 Comitatem autem non tollo: digna enim eſt 7 auctoritate medicâ. 8 Applicationis etiam organorum, & 9 indicationis eorum quæ ſignificant, atque 10 verum eiuſmodi memoriam adeſſe decet.

COMMENTARIVS.

1 Cultus medicus.

2 Επιπρατίδες d. Zuingerus, ſunt tegumenta capitis muliebria, ex ſindone.

3 Nimius cultus ſignificatur.

4 Veſtitus inſolens & peregrinus, ſi modicus, elegantem efficit medicum: ſi immodicus, vel ſuperbiæ vel ſtultitiæ crimen trahet.

5 Q. d. ita in paucis vitium habere medicum tolerabile eſt: in multis, non ferendum.

6 Id eſt, gratiam qua hominibus complaceas, non reiicio. nam perſonam medici commendat. nam morum elegantia, qua ſeſe χαρίεντα, id eſt, gratioſum facit, eum commendat.

7 Humanitatem vt cum ſeueritate miſceat, ad eius προσασίαν pertinet.

8 Id eſt, adminiſtrationis inſtrumentorum, vt commode admoueantur, in modo vtendi, & eorum delectu, quæ, & qualia.

9 Επίδειξις Σημαντικῶν, demonſtratio, d. Zuing. quæ fit per ea, quæ ſignificant: Σημεῖον ſignum, eſt accidens quod denotat. τὸ Σημαινόμενον, ſignatum, id quod denotatur: τὸ Σημαντικὸν, pars ipſa cui ſignum inhæret.

10 Naturæ corporum; morborum naturæ; & cæterarum indicationum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ην ἢ καὶ ἔνεκα ὁμιλίης θέλῃς 1 ἀκρίσιον ποιήσασθαι, 2 ὃκ ἀγαλλέως ὀπόδυμέσεις, μὴ μὲν τοί γε μὴ 3 μαρτυρίης ποιητῆς. 4 Αδυναμίην γὰρ ἐμφαίνει φιλοσοφίης. Ασαρξίεται γὰρ 5 χρῶτα, ἑτέρην φιλοπονίην, μὴ πάνυ * ἰσοειουμένην, διὸ ἐν ἑαυτῇ μοῦνη ἄμεινον ἐόσπα χαλέσαι. Πεπασσάλοιση γὰρ ὁ κηρὸς μὴ ὑφαπομπὴς ἐπομένοπτα. 7 Ευκτὸν ἢ καὶ διάθεσις, ἐν τοῖς ἐούσα 8 ὑγιμασίης. 9 Παρεόντων μὲν, οὐδὲν 10 ὀπιτελέει ἀπεόντων ἢ μνήμη αὐεκτή.

*ἰσοειουμένην

Quod ſi adſtantiũ causâ tibi velis 1 audientiã cõparare, vt 2 rẽ minimè præclarã captas, ita cautio adeſſe debet, ne id 3 cũ poëtica ſignificatione fiat. 4 Inopiam enim induſtriæ oſtẽdit. Reiicio enim 5 ab vſu eius artis (quæ in ſe ſola gratioſam habet electionem) induſtriã quamuis aliam, multo maximè labore conſtantem. aſſequeris enim 6 fuci in morem, cum oſtentatione, inanem laborem. 7 Optanda eſt & eiuſmodi diſpoſitio quæ aliena ſit à 8 tardidiſcentia. 9 Quam diſpo-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 219 sur 513

ſitionem vt præſentium quidem rerum 10 *nihil perficit, ſic abſentium recordatio valdè promouet.*

COMMENTARIVS.

1 Hoc eſt, coram vulgo diſceptare, & de morbo coram idiotis, & pleblecula diſſerere. ἀκρόασιν ποιεῖσθαι eſt narrationem coram auditoribus inſtituere; vel de re aliqua diſceptare.

2 Parum laudatam rem deſideras, d. nam quibus neceſſe eſt, de his cum illis agendum, vt agant ea, imperare.

3 Ne id fiat oratorio quodam ambitu, & auctoritatibus adductis auctorum, ſatis eſt philoſophicè agere. Hippocrates ſemel tantùm Homeri vſus eſt auctoritate: libro de articulis.

4 Id eſt, præbebit idiotis de ſe opinionem, ſe velle quidem ſed non poſſe curare: & verba dare velle cùm remedia exhibere nequeat.

5 Nam dum ſuo dextrè in munere verſatur medicina, ſatis decoris gerit, necalieni cultus eget: itaque à foris petita ἀκρόασις & φιλοπονίη illi indecora eſt. non eloquentia enim, ſed remediis curantur morbi. Rectè Hercules apud Ouid. in Metam.

Melior mihi dextera linguâ.

Εἰς χεῖρον &c.] dicit Hippocrates, quoduis aliud cultiſſimum ſtudium repudio: nam ſuum cultum ſecum adfert medicina, ita elegantem, vt nihil addi ei poſſit: ſed per ſe expetenda.

6 Talis eſt acroaſis poëtica: vt enim fuci circumuolando inter apes, nil niſi bombum edunt, & mella comedunt, ita medici locutuleii, poëtarum pennis fucati; d. Zuingerus præmia bonis medicis debita auferunt, ſine officio. Poëſis itaque ornatum præbeat: ſed ne quid nimis.

7 Q. d. methodo firmari vſus debet: hanc methodum à teneris vnguiculis præceſſiſſe præſtat, quàm in ſenio (quod empiricis euenit) addiſcere. præſtat, d. vt ſit παιδομαθὴς quàm ἀθρεμαθὴς, cùm experimenta per mortes fecit, repudiatis optimis medendi præceptis: ad quæ tandem ſeſe flectere coguntur, cùm ſe vident epangeliis illis mirandis θαυματοποιῶν eluſos. Quod hodie nimis frequens: dum paſſim illa ſcripta diuulgantur, quæ ex petulantia laſciuientis ingenij ac miracula curationum effingentis, enata fuere; quæque non ſine ſumma pernicie ægrorum ſuos effectas reperiunt. Eſt enim ea huius ſæculi infœlicitas, vt quò plus adynati ſcriptum gerat, eò plures ſectatores inueniat deliri iam mundi monſtríque amantis ſymbolum. Ingenioſos ſe eſſe exiſtimant, ſi ita ſcribant, vt à nullo ingenio intelligantur: ſed tantùm vt admirationi ſint.

8 Vt, ne quis iam grandis natu ad diſcendum acceſſiſſe videatur: nam in opinione erit non perfecti artificis.

9 Sola rerum inſpectio hanc non abſoluit diſpoſitionem: ſed iuncta rerum memoria, quæ eodem euenêre filo.

10 Scilicet, inſpectio ſola. Zuin.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* λοιμὸς † φιλαληθέων * καταπονρέω

Τὸν δὲ τοίνυν ἰητρὸν ἀπὸ τούτων, ἢν μὲν * λοιμὸς νεαρὸς, ἐξεργασίαν ἐνεῖναι, ἐξεισμοῖς τε, καὶ ἐπαγωγαῖς, καὶ ὄρκου τε παραμυθίαις, θεῶν εὐεξίαν, ἰητροῦ προσιόντος νόσου. ἀναγνώσιος ξυνεχείης, καὶ κατηχήσιος τελεωτέων † φιλαληθέων, λόγου ἐν μεταφορῇ διαζηλευομένων, καὶ ποιῆ ῥυσὶν καταπορίαι ξυμβαίνουσιν.

Trahitur autem ager 1 *in omnigenam calamitatem,* 2 *cùm medicus, qui morbo præeſt, peſtilentiâ iuuenilis temeritatis correptus eſt,* 3 *decori negligens, tum* 4 *in deſiniendo, &* 5 *pollicendo, tum in* 6 *iureiurando interponendo quod deorum ſit gratiâ:* 7 *negligens aſſiduam recognitionem:* 8 *neſcius etiam qua ratione idiota tumultuantes ſint inſtruendi, qui efflagitant* 9 *metaphoris ornatos ſermones, &* 10 *ante rectè perſpectum morbum, ad audiendum concurrunt.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, in omnigenam cladem abripitur æger.

2 Ἰητροῦ προσιόντος νόσου, μὴ λοιμὸς νεαρὸς, id eſt, cùm methodi expers fuerit medicus; Nam methodi ignorantiam vocat peſtilentiam iuuenilem; etiamſi medicus ſenex ſit ab annis. nam ille empiricus tantùm erit.

3 Non erit ἰητρὸν: nam grauitatem illam dogmaticam non nouit empiricus.

4 Neſcit enim axiomatum vſum; quæ tamen iactant, ſed in vſum flectere neſciunt. quo modo itaque decus illud apud illos erit dogmaticum?

5 Iactabundi de fœlici morbi euentu prædicant: tanquam res foret in eorum manu: cùm potiùs Deo aſcribere deberent ſi quid fœliciter euenerit. ſed empiricus ſibi cuncta, nihil Deo.

6 Subintellige, inquit Zuingerus, ἀπολογέῃ, excuſat: θεῶν ἕνεκεν, id eſt, ſi quid ſiniſtri euenerit, Deo irato id aſcribunt: iniurij igitur ſunt hi homines in Deum: cùm Deo aſcribant, quæ ſua ſunt: vterrores & ſiniſtros ſucceſſus. & cùm ſibi tribuant quæ Dei ſunt: vt quæ fœliciter euenium.

7 Ἀνάλωσις neceſſaria. Sibi omnia perſpecta eſſe exiſtimans, adeò vt non opus putet frequenti inſpectione ægri.

8 Κατήχησις (à vocis ſono dicta) id eſt, ſermone ſuo non ſcit, ob imperitiam, rectè adſtantes idiotas docere: ſiue illi ſymptomatum vehementia terreantur, & propterea turbentur & tumultuentur. Hoc, d. Zuingerus, videtur velle vox φιλαλυσὶς: ὅτι ἀλύζω φιλέει, qui perturbari ſolet, ratione itaque ſedentur hi.

9 Id eſt, ſiue adſtantes mali naturam cognoſcere velint per ſimilitudines, quas capiant, cùm rationes non intelligant: ſed poëticas fugiat phaleras. ratò tamen acroaſin faciat, nim. tunc cùm auctoritate adſtantium cogitur: & cùm ad fiduciam id facere videt.

10 Morbi euentum agnoſcere cupiunt eius, iam qui inuaſit, antequam remediis repreſſus ſit aliquantulum. καὶ πρὶν νόσῳ καταπορίαι, priuſquam morbi compos fiat medicus, nim. cognoſcendo, hi flagitant à medico morbi euentum ſcire.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τῶν μὲν ἐν τοιούτοισι ἴσως ἄν τις καὶ ἐπιχειρήσαιμι, ἐς ἓν ἐπὶ θεραπείην ξυλλόγῳ, καὶ αἰτήσομαι δ' ἂν θαρσαλέως βούβιλον. Ἰσορίης γὰρ ἐξήμισυς συνέσις ἐν τοιούτοισι ἐνεσταμένη. Τοιῶν δὲ ἀναγκαίων ἀξυνέτων ἐόντων, προσκεδόμαι χρησίμιον εἶ πὼ τελεῖν, μὴ ὑσέρησιν ἐν δολιάων ἰσορίης. Τὸν γὰρ ὀλίγου μὲν δολιάων μὴ πολυχρονίῳ ἀρχαίης ἐπιλεῖν ἰσορέειν, μήτε χρόνου ἐκλιπὴς ἀρχαιότητι; διὸ θαρσέω, τοιοῦτοι λέγειν μὲ προσέχειν· ποιέοσι δ' ἐγκόπλῃ.

Horum quamuis * *collega iungerer, non tamen de medendi ratione cum illis conſilium iungerem, ſed confidenter peterem vt remedia ſua proferrent.* 3 *Inquiſitionis enim elegantis ſcientia apud hos diſperſa reperitur. Et* 4 *quamuis hi neceſſariò ſint indocti, affirmo tamen exercitationem horum vtilem eſſe, poſteaquam* 5 *præceptorum cognitione fraudantur. Quis enim* 6 *præceptorum multifidam varietatem ſe verè indagare poſſe ſperet, citra exercitationis conſtantiam?* 7 *Quare hoc moneo, dicentibus quidem iſtis auſcultandum eſſe, at operantibus reſiſtendum eſſe.* * Hoc eſt ὁπηνίκα

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, de medendi methodo non prolixè cum illis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 220 sur 513

illis agerem, cuius sunt ignari.

2 Id est, ad eorum experientiam prouocarem, & vt pollicitationes suas re præstarent peterem. Cæsius, d. Zuingerus, an βοηθῶν? Caluus βίλιον, id est, vehementiam. Mercurialis βάλιον legendum suspicatur. cùm quidam architectus non admodùm peritus agendi, de insigni structuræ ductu eleganter diceret: alter agendi peritus, Qualem, inquit, ô auditores, ille dixit, fabricari ego noui.

3 Ex historia empiricorum, suam methodum fabricatam esse agnoscit dogmaticus.

4 Q. d. quamuis empiricorum τεῦξις indocta sit, tamen moneo dogmaticos, vt in contumacibus morbis eorum experientiæ locum dent.

5 Obseruandum, d. Zuing. δόγματα, quæ lib. de Arte vocat ὀνόματα, & φύσιος νομοθετήματα, methodo subiici; τὰ πρῆγματα subiiciuntur experientiæ: ita εἴδεα vocat, & τὰ φύσιος βλασήματα.

6 Q. d. commoda est experientia Dogmatico, ratio sine vsu, non dextrè medicam ægro adfert manum: quare Empirici etiam quid possunt, q. d. nemo methodi ἀτρέκειαν percipiet, nisi vsus ἀτρεμοῦντα, id est, certitudinem firmam iungat rationi.

7 Διὰ, id est, διὰ τὸ αὐτὸ, d. Zuing. quia methodus vsu firmari debet, ideò empiricos non omnes contemnatised ea cautione hos admittat, vt quid moliantur rectè aut prauè diiudicet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ξυνεστεῶσης διαίτης ὑπὸ μικροῦ ἐγκλίνειν. Τοῦ κάματος χρόνιον ὀπωρινὸν αὔξησι· καὶ 2 ξυγχωρεῖν εἰς ἐπιτήδευσιν. Ἢν πρὸς 3 προσέχῃ τυφλῷ * τὸ δέον, ὡς μέγας φόβος φυλακτικός· 4 καὶ 5 χάριν, δι' ἣν ἐνίοτε. 6 Ἥρος ἀνεσιδίη παραχὴ φυλακτέον. 7 Ἀκμὴ ἡλικίης παντὶ ἔχει χαλεπότατα· ἀπλοκὴς δ' τῶν ἀνδρῶν. 8 Ἀσαφὴς δ' γλώσσης γίνεται, ἢ διὰ παθος, ἢ 9 διὰ τὰ ὦτα· πρίν περ ἑτέρωθι ἐξαίφνης, ἕτερα ὀπυιέειν ἢ ἀκοὴ τὸ διαγενομένου ἐπεῖν, ἕτερα ἐπιδιανοεῖσθαι. τὸ δὲ ὄφελος παθὼν ὁρᾶτο * λελεῦσθαι, μάλιστα ξυμβαίνει φιλοτεχνοῦσιν. Ἡλικίη, 10 σμικρὸν ἐόντος τοῦ ἀνθρώπου, διώκεσθαι οὐκ πάμπολυν.

1 *Accisa diæta ne diu vtaris. Ægri enim auiditatem diuturnam erigit.* 2 *Indulgentia è contra morbum trahit. Si quis* 3 *cæco obsecundet vltra quàm decet, velut res horribilis caueri debet;* 4 *&* 5 *gratia fugienda per quam concordia perit.* 6 *Aëris subitaria turbatio vitanda est.* 7 *Vigor ætatis cuncta habet venusta: decrescens verò ætas, omnia contra.* 8 *Obscuritas linguæ fit aut propter affectum, aut* 9 *propter aures: quemadmodum si, antequam priora enunciarit, alia adiiciat; aut si prius, quàm id quod mente concepit eloquatur, alia insuper cogitet. Quæ autem linguæ obscuritas euenit citra affectum conspicuum appellatum, hæc maximè his contingit, qui artium studio tenentur. Ætas etiam* 10 *in exili subiecto, non multum valida vim habet.*

COMMENTARIVS.

1 Exempla quædam adfert, ab experientia profecta, in diæta mediocritate vtendum esse. Diætæ συστολὴ contractio, tenuitas, non diu protrahenda, vt in acuto morbo à pleniore manu ad morbi vigorem eatur, vbi in inediam desinat: Sed in longis tædiis, tenuis diæta, inflammat in cibos ægrum.

2 Quæ diæta in vitio est copia vel qualitate.

3 Vt si quis obsecundet potiùs cæco, quam vt credat suis oculis, in periculum se præcipitat; ita qui subscribit, in diæta, ægri cupiditati.

4 Politica sententia, mala indulgentia quæ pacem abigit; ita quæ ad morbum faciunt ægro concedere, seditionem in corpore excitanti contraria sunt, inquit Zuing. χάρις & ἀχαρίστια. & qui gratam rem ægro facit in cupedia, ingratam facit sanitati.

5 Καὶ χάριν.] nim. φευγέν δεῖ. Vbi dicit, δι' ἣν ἐνότητα: nim. ἀπόλυσ).

6 Et sanis & ægris.

7 Omnia illi faciliora, quàm senescenti.

8 Confusaneus sermo, à mente & lingua integris, propter πάθος loquentis ἔκτὸν, vt irâ cùm verba mentem præcurrunt: ἐκ ἔκτὸν, rationi, non sensui compertum: vt celeritas cogitationis, aliam cogitationem præcipitans, ita vt lingua his par non sit, vnde ἀλόγιον fit: quod doctis euenit.

9 Id est. Eius, qui auscultat vitio.

10 *In exili sub.*] id est, in corpore infirmo, vel in paruo morbo: nam ætate flectitur temperies in contrariam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Νόσου ἀπραξίη, μῆκος σημαίνει. 2 κρίσις δὲ λύσις νόσου. 3 Μικρὴ αἰτίη, ἄκεσιν λύεται, ὅτε 4 καὶ περὶ τοῦτον * κωλύειν * κωλεῖν σπάνιον. 5 Δι' ἣν ξυμπαθείας ὑπὸ λύπης ἔστιν ὀχλεῖν. ἐξ ἑτέρης ξυμπαθείης πρὸς ὀχλεῶν). 6 Κατωδίησι λυπέει. 7 Φιλοπονίης κρατερῆς ὑπὸ παρέντησις. 8 Ἀλυώδης τόπος ἐπισφόρος.

1 *Si morbo nulla euenerit perturbatio, eius diuturnitatem notat.* 2 *Crisis vero est morbi solutio.* 3 *Minima causa curationem peruertit,* 4 *si quid circa locum affectum intempestiuè euenerit.* 5 *Nam affectio per concordiam illata à mœrore implicat & affligit: sanè quædam partes contagione alterius implicantur, & vexantur.* 6 *Vociferatio affligit. Propter* 7 *vehementem laborem indulgentia. Locus* 8 *amœnus sanitati dicatus.*

COMMENTARIVS.

1 Si nulla euenerit perturbatio quæ vel est critica ad salutem vel symptomatica ad mortem.

2 Id est, critica perturbatio indicium est, morbum soluendum iam iam esse: modò pepasmi notæ præcesserint.

3 Maximè principe parte affecta, cuius officio indigent cæteræ partes.

4 Id est, si quid sinistre loco afflicto administretur.

5 Id est, doloris illa indoles est, vt cæteras partes rapiat in contagionem: (vt voluptas in blandimentum.) itaque princeps pars dolens cæteras in suum mœrorem & tædium abducet. & hæc afflictio per Sympathiam vocatur. q. d. tristitia corde & mente concepta, vel quælibet perturbatio principum partium, vt ira, metus, mœror, vel quodlibet quod extra suam indolem abripit has principes partes, ad cæterarum partium morbo obsessarum afflictionem facit. Itaque exilis causa curationem interuertit, etiamsi ipsi parti affectæ rectè medicinam facias: tamen eo consensu affligitur.

6 Q. d. exilis causa curationem interturbat: argumento est vociferatio, ab ægro, vel aliis edita.

7 Id est, ratione doloris interdum aliquid concedendum, ad eius placationem, quamuis id non studeat debellationi causæ morbificæ.

8 Ad fæliciter curandum facit loci amœnitas. ἀλύω gaudeo, exulto. nam spiritus puros & lætos reddit amœnitas, & alienat animum à perturbatione. ἠλιώδης legit Caluus, apricus: quòd Phœbus pythona, id est, putredinem arceat.

HIPPOCRA

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 221 sur 513

HIPPOCRATIS DE CARNIBVS, SIVE DE PRINCIPIIS.

ARGVMENTVM.

HIC liber à ſenescente Hippocrate ſcriptus videtur, nam vſu compertis & maieſtate verumque pondere ſplendeſcentibus ſententiis fulget, citra vllam de ſe iactantiam. Agit de peculiarium partium Primordiis, generatione, & formatione. Quare περὶ Σαρκῶν, id eſt, de carnibus à quibuſdam inſcriptus fuit: nam hæc, oculis patens, cæteris partibus, arteriis, neruis, oſſibus circumpoſita eſt, ac earum omnium ideam præſefert: quin viſcera hoc etiam nomen denotat. Ab aliis περὶ ἀρχῶν inſcribitur, hoc eſt, de principiis; intellige propriis, non autem communibus: nam d. communia principia ἰδίαις γνώμαις ſubiicienda ſunt. Principia autem communia partium corporis ſtatuuntur, materiale quidem humidum, formale verò calidum. Facultates etiam partium formatarum docet, aurium, naſi, oculorum. Liber hic primus eſt inter phyſiologicos, quem ſeriatim ſequuntur populariter magis ſcripti De ſemine vtero concepto: De natura Pueri, vti geſtetur: De Septimeſtri & Octimeſtri, vti in lucem edatur: De Natura humana, quatenus iam per ſe extra vterum viuit. Galenus libro de elementis & de ſemine quædam ex hoc libro mutuatus eſt: argumento hunc verè Hippocratis eſſe. Qui plura de ratione huius libri cognoſcere velit, doctiſſimas tabulas D. Zuingeri conſulat fol. 125.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΣΑΡΚΩΝ, Η ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ.

ΕΓΩ τὰ ι μέχρι τοῦ λόγου τούτου κοινῇσι γνώμῃσι χρέομαι, ἑτέρων τεῶν ἐμοὶ δοκεόντων, αὐτὰρ ἢ ἐμεωυτοῦ. 2 Ἀναγκαίως γὰρ ἔχει, κοινοῦ ἀρχοῦ ἐόντος τοῖσι γνώμῃσι, βουλόμενον ξυνδεῖσαι τὸν λόγον τινὸς περὶ τοῦ τέχνης τοῦ ἰητρικῆς. Περὶ δὲ τῶν 3 μετεώρων οὐδὲ δίομαι λέγειν, οὐδὲ μὲν τοσοῦτον ἐς ἄνθρωπον ἀποδείξω, ἢ τὰ ἄλλα ζῶα, ὁκόσα ἔφυ ἢ ἐνθρεπτα, ἢ ὅτι ψυχὴ ἔστι, ἢ ὅτι τὸ ὑγιαίνειν, ἢ ὅτι τὸ κάμνειν, ἢ ὅτι τὸν ἀνθρώπῳ κακὸν καὶ ἀγαθὸν, καὶ ὅθεν ἀποθνήσκει. 4 Νεῦ δὲ ἀποφαίνομαι αὐτὸς ἐμεωυτοῦ γνώμας.

HIPPOCRATIS DE CARNIBVS, SIVE DE PRINCIPIIS.

EGO hactenus publicis ac vulgaribus ſententiis vtor, tum aliorum qui ante me fuerunt, tum etiam meis. 2 Eſt enim neceſſe publicum ac vulgare initium pro hypotheſi ſumat, ſuis ſententiis (quas omnium conſenſu comprobari velit) qui de arte medica commentari velit. De 3 ſublimibus autem altiuſque petitis mihi dicendi nõ eſt, niſi quatenus commoda fuerint ad demonſtrandum de homine, & cæteris animantibus, quacumque in lucem edita & nata ſunt, quòd anima ſint prædita, quid ſit ſanitas, quid ſit morbus, quid boni malíve homini inſit, & cur denique moriatur. 4 Nunc autem ipſe meas ſententias proferam.

COMMENTARIVS.

1 Exordio attentos reddit lectores, à nouitate dogmatis: & dociles, quòd medicus de medicis rebus ſcribat: beneuolos, à ſua modeſtia, quòd ea quæ longo ſtudio adeptus ſit benignè enunciet. Confert ea quæ olim ſcripſerat, cum hoc commentario. Primùm ex vulgatis ſententiis ſcripſi, inquit, partim ex aliorum traditione, partim acceptis ex mea inuentione ſententiis.

Κοινὴ γνώμη, ſententia quam omnes comprobant: Ἰδία γνώμη, quam vnus, aut pauci ampectuntur. hæc enim habet ἰδίαν ἀρχὴν: illa, κοινὴν. Quare ait primùm, vulgaribus communibuſque ſententiis ſibi primùm vtendum fuiſſe. Quod ita demonſtrat: vt doctè notat Zuingerus. De communi arte, ex principiis communibus agendum eſt: Nam quæſtio, & ea per quæ probatur quæſtio, eiuſdem debent eſſe naturæ: vt ſi quæſtio ſit communis, & ad cunctos ſpectans, (vt ſi de ſalubribus, de iuſtis quæratur, quæ ad omnes pertinet quæſtio) communibus etiam argumentis è medio petitis vtendum. Sin quæſtio philoſophis peculiaris fuerit, vel dialecticorum aut grammaticorum, ex principiis peculiaribus dirimenda. At medicina communis ars eſt, non ſolùm hominibus, qui ſenſu, ſalubria quæ ſint obſeruando, artem fecere: verùm & ipſis brutis, quæ indole natiua ſua habent remedia, à quibus homines etiam quædam accepere.

2 Igitur de medicina vulgaribus communibusque ſententiis tranſigendum fuit. Quia commune principium habent, nim. rationem: & propterea à cunctis ratione prædictis admittuntur. ita de vet. med. d. oportere differentem de arte γνωσὰ λέγειν τοῖσι δημότοισιν, id eſt, vulgo nota.

3 Nam ex ea arte in qua hæret quæſtio, duci debent argumenta; de medicis rebus medicè, de phyſicis phyſicè diſputetur: & ex antegreſſis artibus tantum admittendum, quantum rei ſubiectæ natura petit vt indagetur: ſumendo ſcilicet, non probando

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 222 sur 513

do: hîc physicam meteora appellat, partem pro tota scientia. Hinc, inquit, demonstrationes non petam, nisi quà naturæ humanæ (vt sanitati & morbo exposita est) commoda sit.

4 Id est, hunc librum ex mea sententia, & ἰδίῃ ἀρχῇ scribam: & medicinæ subiecto, id est, corpori humano, principia generalia physica, ex mea opinione accommodabo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Δοκέει δέ μοι 1 ὁ καλεόμενος θερμὸν, ἀθάνατον τι ἔϕυ, καὶ ποιέειν πάντα, καὶ ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα, καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα τε ἔσεσθαι. 2 Τῶτο οὖν τὸ πλῆθος, ὅτε ἐταράχθη * πάντα, ἐξεχώρησεν εἰς τὸν ἀνωτάτω περιφορὴν, καὶ ὁμοιοῦσθαί μοι ἄνω δοκέειν † παλαιὴ αἰθέρα.

* ἅπαντα
† δοκέουσι

Calidum rationum & eius vis. Primordia corporum.

Videtur sanè mihi id quod calidum vocamus, immortale esse, & cuncta intelligere, & videre, & audire, & scire omnia tum præsentia, tum futura. 2 Huius itaque plurima pars, cùm conturbata essent cuncta, recessit in supremam peripheriam, atque id ipsum videntur mihi veteres nominasse æthera.

COMMENTARIVS.

1 Causæ ortus corporum, efficiens, calidum. Nam id, d. videtur mihi ortu immortale: ab æterno nim. Deo veluti riuus è fonte, veluti radius à sole dimanans, Dei & creatæ ab eo naturæ organon. Est enim humidum spermaticum spiritu vitali ac calore genuino perfusum. Hoc cunctæ functionis auctor, vegetat omnia, brutis ac ratione præditis (quæ futura intelligunt etiam) commune. Vti itaque anima, d. D. Zuing. propriè videt, oculus is est quo videt: ita etiam calor, tanquam Dei instrumentum (qui prima causa est) dicitur hæc cuncta facere, quorum Deus causa est prima. Primo libro de Diæta geminum agnoscit calidum. Posito agente, consectaneum erit necessariò patiens: quod est Humidum.

2 Generandi facultas quæ in semine pressa iacet, erigitur proprietate ac calore vtero insito. Tunc architectrix præclara illa vis officinam fabricatur suis edendis actionibus conuenientem. Id cùm efficere nequeat sine apto instrumento, spermatico spiritu singularum partium delineatore vtitur. Spiritus hic quoquouersum per semen se pandit. Hic homogeneas partes fingit ac formar, seriem præbet, perpolitque. Hic itaque corporum primordia describit, id est, calidum & humidum: horum τάραξις, id est, q.d. chaos, id est, perturbatio & confusio horum primordiorum: nam calidum in ocio est nunquam, cuius cuncta est mouere, vt humidi omnia nutrire. Humidum variè excipit caloris actionem, & ad varia loca recedit. Post turbationem consectanea separatio, homogenea consociat: vt Empedoclis amica quadam discordiâ cuncta fabricata videantur, & elementa producta. Aridior enim euadit Mador, caloris energiâ. Et ita cùm calor versat materiam tenuissimam & purissimam, eam euehit, ob leuitatem, in superam plagam. Ita Æther prodiit: ἀπὸ τῦ ἀΐσσειν, quòd vrat, vel ab ἀεὶ θεῖν, quòd gyretur perpetuò à cæli raptu.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

ἑτέρην vel ἑτέρη. ἐν αὐ. ἐνέστηκε δὲ ἡ, id est, vertitur. γέγονε

1 Ἡ δ' ὑποτέρη μοῖρα * κάτωθεν, αὐτὴ καμμένη μὲν γῆ, ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, καὶ † πολὺ κινῆν, καὶ ἐν τετάρτῳ ἐνδὺ 3 πολὺ τῦ θερμοῦ. 4 Ἡ δὲ τρίτη μοῖρα, καὶ τῦ ἀέρος μέσον † χωρίον εἴληφε, θερμὸν τι ὄν. 5 Ἡ δὲ τετάρτη τῆ ὑπερκάτω ἀρξὲ τῆς γῆς ὑγρότατόν τε καὶ παχύτατον.

1 *Altera pars infernè subsidens, appellatur terra, frigidum quid & siccum, & 2 multas motiones habens, 3 multum quinetiam calidi in se continens. 4 Tertia verò pars aeris mediam regionem cepit, calidum quid existens. At quarta pars, terræ proximam sedem occupauit, humidissimum quid ac crassissimum.*

COMMENTARIVS.

1 Crassior verò pars quæ à calore erigi nequit, terra appellatur: nam euehi nequiuit, ob crassamentum. Ἡλιτόεσα μᾶλλον] Nim. τῦ πυρῶ.

2 Plurimas ex gremio suo proferens rerum essentias.

3 Inde antiqua mater dicta: quòd fixi caloris copiâ (quamuis naturâ frigeat & areat) ortu plurima proferat tutrita hæc Cybele. combinatæ materiæ insedit hic calor, nec, ita sensibus expositus: tamen generationi rerum dicatus. Est enim calidum quid diuini & viuens, omnium vitalis auctor. Hic se pandit toto elementario theatro, ac vitali semine aspergit cuncta elementa, & maximè terram. Quæ vt friget ac squalet cæterorum comparatione, ita plurimo calido fœta, madoreque prægnans, vndique peruia aliorum vires bibit, attamen copiâ variâ: ita vt modò eam terream, aqueam, aëream, igneam rectè voces. Ita Proteus ille ludit, ac polydædalâ varietate, in ortu rerum, vniuersitatem ornat. Hic calor terræ inclusus, quem Vulcani nomine describere poetæ, qui sua, id est, naturæ officinâ, quàm elegantissima & amœnitatis plena opera è terra promit; quæ tamen pressa, materiæ mole, in illud decus erigere se nequeunt, in quod naturæ calido anniti videbantur. quare claudus dicebatur risum mouere Diis, dum hoc nectar Iouis crateri infundit. quis enim amœna illa, attamen cespitantia, à terra producta opera non amœno risu excipiat? illi vnam Gratiarum illius in officina illi astare fabulantur, imo Venerem connubiis illi iunxere.

4 Primum narrauit quæ proferat acrior calor: iam quid exiguus, d. à modesto calore non potuit mador siccari: inde progenuit humida elementa duo, quæ, (vt illorum priorum alterum manifestum, alterum obscurum calorem habet) ita humida elementa duo, quorum vterumque non æquè calet. Dum enim agit in tenuem materiam, mediam regionem ei dedit inter æstuosam & nubilam, éstque elementum θερμόν τι ὄν, id est, non absolutè, sed aliqua parte calidum: attamen inter humida elementa calidissimum.

5 Humidam hanc tertâ leuiorem materiam terræ proximam fecit, actu humidissimam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Κυκλεομένων 1 ὧν τοιῶν, ὅτε ἐν ἐταράχθη, * ἀπελείφθη τῦ θερμοῦ πολὺ ἐν τῇ γῇ, ἄλλοθι τὰ μὲν μεγάλα, τὰ δὲ ἐλάσσω, τὰ δὲ καὶ πάνυ σμικρά· πλῆθος πολλά. Καὶ 2 τῦ χείνῳ ὑπὸ τῦ θερμοῦ ξηραινομένης τῆς γῆς, πάντα κατελεφθέντα περὶ αὐτὰ, σπασθέντας ποιέει, οἷον περὶ κόπους. Καὶ 3 πολλῷ χρόνῳ θερμαινόμενον, ὁκόσον μὲν ἐτύγχανεν ἐν τῇ γαίῃ σπασθέν τε ἐὸν, καὶ λίθινον τῦ ὑγροῦ ἔχον, τάχιστα ἐξεκαύθη καὶ ἐγλύφη ὀστέα.

* ἀπελείφθη vel ἀπελήφθη

Hæc itaque 1 in orbem gyrata ac circumacta, cùm turbaris cepissent, multa calidi portio in terra relicta est, alibi magna, alibi parua, alibi exigua mole, sed in particulas innumeras dispersa. 2 Temporis autem progressu terrâ à calido arefactâ, hæ partes conclusæ in ipsa terra, veluti in tunicis quibusdam putredines parium. 3 Longo itaque tempore calorem trahens, quantum quidem ex putredine terræ pingue fuit, & quàm minimum madoris habuit, celerrimè exustum fuit, & in os mutatum.

Humanorũ corporum ortus. Effectus caloris natiui in generatione corporis.

COMMENTARIVS.

1 Abit iam à reliquis elementis, & ad terrestria se vertit mixta, & ad hominem, qui caput omnium, abit. & humanorum corporum ortum depingit. Et primùm omnium terrestrium mixtorum ponit causas

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 223 sur 513

©BIUM

causas, & effectus. Causas corporum easdem possit, quas elementis ascripserat. calor efficiens: humidum, materia. Calor duplex; insitus, & peregrinus. hic de insito terræ, cui pleniùs ille euenit quàm cæteris elementis, quamuis, mole materiæ pressus, non æque efflorescat. Et, dicit, variis terræ partibus, varius euenit calor: nam quibusdam in partibus is explendescit: nam consociatus est ibi: alibi parcior, nam disiectus est ibi; alibi minimus, quòd in segmenta, & quasi scintillas, attamen copiá q. innumeras, seminatus sit. Aduentitius calor à sphæris dimanans cælitus, insitum in energiam animat. Caloris insiti materies est humidum terreum, caloris vi siccarum.

2 Effectus describit calidi, cùm ad corporis terrestris generationem se accingit: inter quæ, corpora humana cætera antecellunt nobilitate. In horum itaque fabrica terrestris calor in humidum terreum agens, homogenea consociat. Vt itaque elementorum διαχόρησις, id est, separatio consectanea fuit perturbationi: ita turbationi eorum quæ in terrestri sunt elemento consectanea est διάκεισις, id est, separatio homogeneorum ab iis quæ diuersi generis sunt: inde varia mixta terrea ortum sumpsere. & hic quatuor communissimas refensct partes, materiæ quadrupliciresspondentes. modus generationis hic fuit, terra naturâ frigida & sicca, attamen calido & humido perfusa, cæli calore longâ die sicca euasit, emicante in ea calore, qui poris patentibus eam pertuaserat, ac eorum retinaculis diu retentus fuerat, vnde validius madorem exhausit, & acrior euasit in terræ vaginis thecis immissus calor. quare validiùs agit in restibile humidum, & (externi caloris consociatione) putredines profert; illæ enim terræ crassiores partes vtribusque concluſæ, (cùm expirare nequeant,) materiam vnà concluſam putrefaciunt. Ita die putrescente materiâ, in hanc, ætheri respondens calidum agens, materiam proximam corporum profert. ex qua, variâ coctione, fluida glutinosa, pinguia fabricantur, naturâ suo agente calido. cùm agit in materiam tenuem & puram, eam miscendo accuratè, parum humidi restibilis relinquit, quod oleosum euadit, quod tamen ab algore terræ innato densius est: id igni respondet, & ab eo facilè capitur ac includitur. Itaque hîc docet, vndenam partes corporis enatæ fuerint & formatæ.

3 Calor primigenius agens in materiam, vnde partes formari debent, calidam pinguem, non multum fluxi humoris gerentem, ilico eam vrit, ac in os coquit. Plato in Timæo ossis & nerui generationem ex hoc Hippocratis sumit loco: Ossa, inquit, ex medulla terráque coactis, ignéque & aqua sæpiùs irrigatis facta: neruos verò ex carne calore nimis indurata & siccata, id est medij inter carnem & ossa.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ὁκόσα δὲ ἐπύχανε 1 καὶ λωφέστερα ἐόντα, καὶ τῷ ψυχρῷ μετέχοντα, πάντα * δὲ θερμαινόμενα ὑπ' αὐτοῦ 1 σκληρύνεται, * ἁδὲ μὲν τῇ † ὑγρῇ φύσει· διὰ τοῦτο εὐδὲν ἀλλοιωτέρω ἔλαβε πρὸ ἄλλων, καὶ ἐγκέλευστα ἐστὶ τὰ σπέρματα· οὐδὲ γὰρ ἐνῆν τῷ ψυχρῷ * ὑγρὸν. 2 Αἱ δὲ φλέβες τῷ ψυχρῷ εἶχον πολύ. Καὶ τέτε τῷ ψυχρῷ 3 τὸ μὲν πρόσω, ὅσον καλωφέστατον ἦν, ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐξοπλισθὲν μᾶλλον ἐγκέλευστο. τὸ δὲ 4 ψυχρὸν † ἐὸν κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, διελύθη, καὶ ἐγένετο ὑγρὸν διὰ ταῦτα.

Quæ verò 1 viscosiora fuerunt, & frigore imbuta, ea neque calefacta exuri potuere, [neque sicca reddi: neque enim inerat pingue, vt exuri possent] neque etiam humida fieri; propterea ideam longè discrepantem ab aliis acceperunt, & nerui solidi facti sunt: cùm scilicet plurimum frigoris ipsis non inesset. 2 At venæ frigoris plurimum habebant. Itaque huius frigidi 3 extima pars, vt pote viscosa maximè, vi calidi retorrida facta, membrana extitit. Frigoris verò 4 interior pars, vi caloris edomita, dissoluta est, & ob id liquida facta est.

* ἁλὶς.
† ἐκκεῖσθαι
* οὐδὲ ξηρὰ γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἦν τὸ λιπαρὸν, ὃ ἐκκαυθῆναι.
† ὑγρὰ
* nim. σκληρὰ
* ἐν ἐὸν

Nerui. Venæ. Membrana & cutis. Humores utrij. 1

COMMENTARIVS.

1 Cùm crassior & impurior est materia & calori contumax, quòd frigidior & humidior & quàm prior illa: quare non potest idem calor nisi καλλώδεις corpus proferre, & respondebit aëri. & id glutinosum in neruum mutabit. Rationem addit, cur non potuerit fluxum id in madorem abire: nam etiamsi (vt antè dixit) frigidum his adsit, non tamen adeò id copiosum, vt fluidum perseuerare posset, sed à calore exhaustum, glutinosum euadit, & in neruum vertitur. media igitur euadit materia inter fluxam & pinguem: inde media natura præditum corpus enatum fuit. cùm pinguis non foret illa materia, in os exuri nequiuit: quare mitius induruit. Dici enim videntur nerui ἀπὸ τ νεύειν quod est nutare seu flectere: & etiam τόνοι appellantur ἀπὸ τ τείνειν, hoc est tendere. De his Hippocrates libro De locis in homine scripsit, τὰ μὲν ζῶμα πᾶν ἔμπλεον νεύρων, corpus omne neruorum est plenum.

2 Iam cùm calidum in frigidam materiam agit, id est, in non ita calidam, & meabilem, venas & arterias succis plenas protulit: nam, dicit, venosum genus frigoris plenum est.

3 Τὸ ὑπὲρ peripheria huius massæ frigidæ, à calore consociata, viscosa euadit, non tamen summè viscosa sit, & in membranam mitigatur.

4 Centrum massæ frigidæ, à calore eliquatur, & in humores nutritios abit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Κατὰ δὲ τ αὐτὴν λόγον, καὶ ἡ φάρυγξ καὶ ὁ στόμαχος καὶ ἡ κοιλίη τὰ ἔντερα ἐς τ ἀρχὴν, κοίλα ἐγένοντο. 2 τῷ γὰρ ψυχρῷ ἀεὶ διαμαινομένῳ, τὸ μὲν πρόσω ἐξωπλίζετο, ὅσον αὐτὸ κοιλώδες ἦν, καὶ ἐγκέλευστο χρόνῳ· τὸ δὲ 3 ἐπὶσω τῷ ψυχρῷ, ἐὸν ἐν αὐτῷ ὅτε καλλώδες πολὺ, διετάκη, καὶ ἐγένετο ὑγρόν. Κατὰ δὲ τ αὐτὴν λόγον καὶ 4 κύστις. Πολὺ δ ὑγρὸν ἀπολειφθὲν ὁ τὸ πρόσω αὐτῷ ὑπὸ τ θερμοῦ θερμανθὲν, διελύθη, καὶ ἐγένετο ὑγρόν. Οὐ γὰρ ἦν ἐν αὐτῷ ἔτι τὸ λιπαρὸν, οὔτε τῷ καλλώδεϊ, ὅσα δὲ πρόσω, 7 χρόνῳ ἐγένετο.

Ex eisdem causis etiam 1 fauces, & stomachus, & venter, & intestina in longanonem vsque cauа facta sunt. 2 Dum enim perenni ductu frigidum in calorem abripiatur, id quod in eius peripheria viscosum harebat, retorridum euasit, & in tunicam abiit ambiens membrana. Quæ verò 3 frigida pars intus erat, cùm in ipsa neque pingue, neque viscosum plurimum foret, colliquatum est, & liquidum fluxúmque euasit. Eadem etiam ratio fuit 4 vesicæ. Copiosum 5 frigidum restibile 6 ad eius peripheriam, vi caloris in æstum abreptum, solutum fuit, liquidúmque euasit; nam nec pingue, neque viscosum in se habebat. Quod verò restibile mansit 7 in tunicam euasit.

Vētriculus & intestina cauæque partes.

Vesica.

COMMENTARIVS.

1 Exemplis rem illustrat, in illis partibus quæ etiam, vt venæ, cauitatem habent, & ex eisdem causis enatæ. id differentes, quòd venæ frigidum fusum pro corporis prædio continuere: at cæteræ cauæ partes illud deposituere. q. d. gulæ, ventris &c. materia frigidum fuit, tum liquidum, tum gelidum.

2 Itaque peripheria fluxa viscosior caloris vi euasit, ita vt membrana in tunicam euaserit.

3 Sed centrum frigidum cùm à pingui & viscoso abesset, caloris vi meabile euasit, & (cùm inutilis esset) exacta à corpore fuit.

4 Frigidum etiam huius materia est.

5 Eius

5 Eius veſicæ intima pars, frigida, & copioſa, à calido fuſa, effuſa eſt.

6 Τὸ περὶξ αὐτῆ in textum irrepſiſſe aliunde exiſtimat D. Zuingerus; aut loco illius legendum τὸ ἐντὸς αὐτῆ.

7 Id eſt, exterior frigidi pars in tunicam verſa eſt; cùm fluida eſſet & à calore edomita.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ατὰρ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα κοῖλα ἢ αὐτῶν ἔχει τρόπον. 2 Ὅπου μὲν ὠὸν ἦν τὸ κολλῶδες πλέον ἢ τὸ λιπαρὸ, χιτὼν μᾶλλον ἐγίνετο. 3 Ὅπου δὲ τὸ λιπαρὸν πλέον ἢ τὸ κολλῶδες, ὀστέα ἐγίνετο. 4 οὗτος δὲ λόγος καὶ περὶ ὀστέων. 5 Ὅκοσα μὲν μὴ ἐνῆν τὸ κολλῶδες, τὸ δὲ λιπαρὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἐξεκαίετο θᾶσσον διὰ τὸ λιπαρὸν, καὶ τοῦτα περὶ ὀστέων καὶ σκληροτάτα καὶ στρογγυλώτατα. 6 Ὅκοσα δὲ λιπαρὸν καὶ κολλῶδες παραπλήσια, τοῦτα δὲ περὶ ὀστέων σπραγγώδεα. 7 Περὶ μὲν τετίων ὅπως. Τὸ μὲν ψυχρὸν, πήγνυσι· τὸ δὲ θερμὸν διαχέει, ἐν δὲ τῷ πολλῷ καὶ 8 ξηραίνει χρόνῳ. Ὅκοσα δὲ τὸ 9 λιπαρὸν ξυμὶν τὸ τετάκυια θᾶσσον σκληρὰ καὶ ξηρὰ, Ὅσσα δὲ ἂν τοῦτο κολλῶδες ξυμὶν τῷ ψυχρῷ, ἄνευ τοῦ λιπαροῦ, καὶ ἐθέλῃ σκληρὰ, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ θερμαινόμενον πήγνυ).

1 *Et etiam de aliis, quæ cauæ ſunt, eodem modo res ſe habet.* 2 *Vbi enim plus viſcoſi erat quàm pinguis, membrana tunica facta eſt.* 3 *Vbi verò pinguis plus quàm glutinoſi, oſſa facta ſunt.* 4 *Eadem & ratio oſſium eſt.* 5 *Quotquot ex illis non ita glutinoſo imbuta fuere, ſed potiùs pingui & frigido, citiùs exuſta ſunt ob pinguedinem, atque hæc oſſa duriſſima & regidiſſima facta.* 6 *Quotquot verò pingue & viſcidum ex æquo habuere, ea oſſa ſpongioſa euaſere.* 7 *Horum autem omnium hæc videtur ratio: frigidum cogit; calidum verò fundit, quin etiam* 8 *longâ die exſiccat. Sin* 9 *pinguedinis quid affuerit, citiùs exurit & ſiccat. Quodſi* 10 *viſcoſum acceſſerit frigido abſque pinguedine, exuri nequit, ſed tempore incaleſcens cogitur.*

Oſſa.

COMMENTARIVS.

1 Similis ortus fuit reliquis cauis partibus, vt cyſtis, cerebrum, renes. nam cauitas oritur ex frigido fuſo.

2 Quæ partes ſunt mixtæ naturæ, prædominantis ideam ſequuntur, ſi viſcoſa materia pinguem excelluerit, tunica vel membrana gignitur.

3 Exhauſtis partibus aquoſis, ſunt enim oſſa partes duriſſimæ, ſicciſſimæ, & frigidiſſimæ, à craſſa ſeminis parte per adiuſtionem genitæ, ſed euanuit humidi defectu calidum. Remanſere tamen aliquantulum humida, ſed non glutinoſa: nam ex ea nerui ligamentaque & membranæ fabricatæ ſunt: ſed pinguis materia eſt. Effectrix cauſa eſt oſſium, facultas formatrix, quæ calido vtitur inſtar architecti. Calidum illud pingue exurit ſiccatque, vnde duricies & ſoliditas. Os igitur ab exuſtione generatur. Et libro De natura pueri, inquit, oſſa à calore denſata indureſcunt & reſiccantur. Sunt enim ſtabilimentum totius corporis.

4 Quæ vario charactere ſunt prædita, ob materiæ ex qua orta ſunt variam mixtionem.

5 Si non fuerit viſcoſa materia, ſed mixtim frigida & pinguis, retorrida citò fit à calido, ob pinguedinem: & quia fluida facilè exuritur, vnde fit os duriſſimum & rigidiſſimum.

6 Viſcida ſi fuerit materia & pinguis, pinguedo exuritur, non tamen æquali filo, nec ita ſubitò, nam reſiſtunt viſcidæ partes, poris traiicitur & antroſum euadit.

7 Cauſam horum redditnam frigoris eſt ſtringere, quæ à calore fluxa ſunt.

8 Viſcida & fluxa longo tempore ſiccat.

9 Pingue ſi adſit, efficit vt promptius materia, cùm qua conſociatur, vratur & ſiccetur.

10 Materia viſcida frigida ſine pinguedine vri nequit, ſed caloris vi euaneſcente madore cogitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ο δὲ 1 ἐγκέφαλος ἔστι μητρόπολις τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ κολλώδεος· τὸ δὲ 2 θερμὸν τοῦ λιπαροῦ μητρόπολις. 3 θερμαινόμενον γὰρ τὸ περιὸν πάντων διαχεόμενον, λιπαρὸν γίνεται. Καὶ διὰ τοῦτο ἐγκέφαλος, ὅτι ὀλίγιστον ἔχει τοῦ λιπαροῦ, τοῦ δὲ κολλώδεος πλεῖστον, ὃ διώκεται σκληρύνεται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ χαῦνα μᾶλλον παχέα ἕλκων. Περὶ δὲ ὁ τῶν μήνιγξ ἐστὶ, ὀλίγον τοῦ θερμοῦ ἐπράτησεν, καὶ ὑπὸ ὅσου τοῦ λιπαροῦ ἐνῆν.

At 1 *cerebrum domicilium atque metropolis eſt frigidi & viſcidi.* 2 *At calidum, ipſius pinguis metropolis eſt. Id enim, quod calore perfunditur, primium omnium cùm diffunditur, pingue euadit.* 4 *Hinc eſt quòd cerebrum, cùm minimum habeat pinguis, plurimum verò viſcoſi, à calido torreri nequeat, ſed* 5 *ductu temporis, membranam meningem craſſam accepit. Circum* 6 *membranam verò oſſa exitere, ex ea parte quantum calidum euicit, cùm in ea pingue ineſſet.*

Cerebrum.

Meninx.

Cranium.

COMMENTARIVS.

1 Cerebri ergo origo ex viſcida frigidaque maximè parte, viſcoſi frigidi ſedes. Frigidum eſſe oportuit cerebrum, ne accenderetur membrum perpetuæ cogitationis, néve tenues in auras abirent euanidi ſpiritus animales, & ne temerario auſu mouerentur, aut phanaticæ eſſent perceptiones. Et viſcidum eſt, inquit Hippocrates: Eſt enim in actiuis qualitatibus frigidum, in paſſiuis humidum, molle enim tangenti occurrit. Humidum dico eſt naturâ cerebrum, tum ad perfectionem ſenſionem, fit enim ſenſio paſſione, & humida rerum impreſſarum veſtigia facilè admittunt: & quia viſcoſum, retinet impreſſa. Quin etiam illi opus fuit viſcoſitate ad effictionem, & propagationem nervorum, qui ob duritiem rigidi euaſiſſent, nimiáve humiditate diffluxiſſent, nulla fluxibilitate præditi.

2 Calidum, vt cor & venæ, ſedes eſt pinguis.

3 Cum alimentum ſuperat calidum, quod pingue eſt primùm liquatur: nam impatiens eſt caloris.

4 Vegeta genitaliſque caloris vis, cerebrum conformauit, ex viſcida materia maximè, quæ torreri nequiuit. viſcoſum vocat hîc cerebrum: libro De glandulis hoc vocat glanduloſum, quia, inquit, album & friabile. Album eſt, quia eſt pars ſpermatica, eoque fine, vt ſpiritus animales iucunda quadam imagine, inſculpta illis ſimulachra menti offerrent: & non ſub triſti imagine ac tenebricoſa, quod melancholicis euenit.

5 Quæ foris fuit glutinoſa materiæ pars, in membranam ſenſim induruit.

6 Pinguior eius pars in os abiit, vi calidâ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Καὶ 1 μυελὸς ὁ καλεόμενος ἐγκέφαλος καθήκει ἀπὸ τῆς ἐγκεφάλου, καὶ 2 ὅσ ἔστιν ἐν αὐτῷ τοῦ λιπαροῦ καὶ τοῦ κολλώδεος * πολὺ, ὥσπερ καὶ τοῦ ἐγκεφάλου· 3 Διὰ τοῦτο ὅκ ἂν ὀλιγαίως ἔχῃ μυελὸς ἤνομαι· ἀγὼ ὁμοίως τῷ ἄλλῳ μυελῷ ὡς ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὀστέοισιν ἐνῆν. μοῦνος γὰρ μιλίγγας ἔχει, ὁ ἄλλος δὲ ἔχει. 4 Τεκμήρια δὲ τετίων σκέψαι, εἴπερ ἐθέλοι ὀπίσω γὰρ ἑλκόμενα τε καὶ κολλώδεα, καὶ τὰ ἄλλα. † ὃ τὰ μὲν ἄλλα παχὺ ἐστὶ, τὰ δὲ γευρώδεά τε καὶ κολλώδεα· ὃκ ἐθέλει ὀπίσω ἕλκεσθαι· ἐλάχιστον γὰρ ἔχει τοῦ λιπαροῦ· τὸ δὲ πρώταλον καὶ λιπαρὸν τελέως ὀπίσω.

Sed & 1 *medulla ſpinalis appellata à cerebro dimanat, cui* 2 *neque pinguis neque viſcoſi plurimum ineſt, vt etiam nec cerebro.* 3 *Et propterea neque nomen medulla ei meritò datum fuit: cùm nulli alteri reliquorum oſſium medullæ ſimilis ſit: ſola enim membranat*

Medulla.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 225 sur 513

branas habet, quas alia medulla non habet. 4 *Signa horum ac argumenta lucida erunt, si quis nervosa & viscosa cremare velit: cùm cætera cuncta citò assentur, nervosa tamen & viscosa assari nequeunt, quia parum pinguedinis habent: E contra, pinguissimum & unguinosum celerrimè assatur.*

COMMENTARIVS.

2 Spinalis medulla respondet substantiâ cerebro. Nec eius obscura est dignitas, est enim cerebri πεττικὸς & vicaria. Hanc quidam cerebrum oblongum vocarunt. Salomon, in Ecclesiaste, funem argenteum vocat. Sollicitè hæc à summo Deo vallata est duabus tunicis, nam tenui & dura meninge tegitur. Huius in nervis procreandis mira est fœcunditas, & ex his cunctæ habitus corporis partes surculos ducũt.

2 Non ei est plus pinguis quàm viscosi: sed potiùs contrà: vt etiam cerebro. Quare & eius similis ortus: ex pingui retortido, & glutinosa parte externa, membranam fecit, restibilis medullam.

3 Ideam non refert reliquæ medullæ quæ in ossibus. Spinalis enim medulla, quasi cerebrum exporrectum esse videtur, & quò longiùs à cerebro abit, eò validiùs nervescit, vt ita dicam, & scinditur tandem quasi in lora, vbi ad vltimas venit vertebras.

4 Argumento d. sunt cerebrum & medulla si assentur, nam potiùs siccantur & indurantur, quia viscosa: at pinguia citò assantur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὰ μὲν 1 σπλάγχνα ὧδέ μοι δοκέει ξυνίστασθαι. Περὶ μὲν οὖν τῆς 2 φλεβῶν εἴρηταί μοι πρόσθεν. Ἡ δὲ 3 καρδίη πυκνὸν τὸ κοιλότατόν ἐστι καὶ τὸ ψυχρὸν ἔχει. Καὶ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον, 4 κρέας ἐγένετο σκληρὸν καὶ γλισχρόν, καὶ 5 μῆνιγξ περὶ αὐτὴν, καὶ 6 ἐκπεπλάσθη, οὐχ ὥσπερ φλέβες· Καίεται δὲ 7 ὑπὸ τὴν κεφαλὴν τὸ φλεβὸς τὸ κοιλότατον.

At 1 *viscera hoc modo fabricata esse videntur. Et de* 2 *venis quidem iam diximus.* 3 *Cor autem plurimum viscidi & frigidi habet: & à calido calfactum,* 4 *caro euasit dura & viscosa,* 5 *membrana circum ipsum,* 6 *cauum factum est, sed alio modo quàm vena:* 7 *situm est in capite vena cana.*

COMMENTARIVS.

1 De visceribus iam agit, id est de internis continentibus partibus, vt venis, corde, pulmone, hepate, liene, renibus.

2 Id est, primùm de venis egimus, vt etiam de intestinis, stomacho, gula, &c.

3 Cordis materia viscida & frigida. Hac ratione Auerrhoës putasse videtur cor frigidum esse: quia, inquit, maiore sui parte constat frigida, fibris innumeris, vasis quatuor insignibus, vena cana, arteria aorta, vena arteriosa, & arteria venosa, quæ partes sunt exangues & frigidæ. Calidum autem esse per aliud, ob sanguinis arterioſi & spiritus vitalis calidissimi contenti copiam, nec non ob perennem motum. Adde quòd cordis caro densa sit, solida & grauis: quin nobilissimæ eius parti, quæ basis est, pinguedo adnascitur. Sed quia in eo viscere lares & foci sunt spiritus vitalis, membrorum omnium calidissimum appâret, eisque calidissimis spiritibus circumfluũ, micat ac fons euadit viuifici caloris, sanguinemque attenuat in purpureum roseumque colorem; quo vitali blandimento cunctas partes recreat. In eo est ἀρχὴ τοῦ ζῷου, vitæ principium: quo vigente vigent omnia, languente languescunt. Hîc artificiosus ille Zenonis ignis continetur: hîc regitur ille cælestis calor quem Prometheũ è cælo furatum fingunt, vt hominem vita donaret; hinc fugax cuiusque partis vinacitas recreatur. Græci cor καρδίαν καὶ κραδίαν dixerunt, à κραδαίνειν quod est vibrare.

4 Ex idea materiæ formam duxit: interna carne viscosum & durum euasit.

5 Foris membrana cinctum est.

6 A frigida materia vi caloris fusa, solidior caro huic fusæ materiæ receptaculum mansit, quare cauum euasit: non tamen vt venarum membranosa est cauitas, sed carnea est cordis membrana.

7 De venarum & arteriarum propagatione, quatenus famulantur cordi, ad caloris & spirituũ deductioné, & propterea cordi nexis. situs itaque cordis est ad caput cauæ venæ, & caua vena ad cor fita est. Hinc itaque arteriarum ἐίζωμα & scaturigo. Vena quoque hîc est, quam κοίλην καὶ μεγάλην appellarunt, hoc est, cauam & magnam, ob insignem cauitatem. Hippocrates secundo Epidemiôn ὑπατικὴν iecorariam appellat. Hic fons est humanæ naturæ, hoc microcosmi flumen amplissimum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Δύο γάρ εἰσι κοῖλαι φλέβες ἀπὸ τῆς καρδίης· τῇ μὲν οὔνομα ἀρτηρίη, τῇ δὲ 1 κοίλη φλέψ, ἀορτὴς ἡ καρδίη ἐστίν. Καὶ 2 πλείστον ἔχει τὸ θερμὸν ἡ ἀρτηρίη ἢ ἡ κοίλη φλέψ, καὶ πλείστην τὸ πνεῦμα. Πρὸς δὲ τούτοισιν τῇσι φλεψὶν 3 ἄλλαι κατὰ τὸ σῶμα. Ἡ δὲ 4 κοιλοτάτη φλέψ, ἀορτὴς ἡ καρδίη, διὰ τοῦ κοιλίης ἀπόσης δίεισι, καὶ διὰ τοῦ φρενὸς, καὶ ἐίζεται 5 ἐς ἑκάτερον τῶν νεφρῶν· Καὶ ὑπὸ τῇ ὀσφυῖ ἐίζεται, καὶ 6 ἄλλας ὑπό τε τὰ ἰλία, καὶ ἐς ἑκάτερον σκέλος. Ἀπὸ δὲ 7 ἀνωτέρω τῆς καρδίης κατὰ τὸν αὐχένα, τὰ μὲν ὑπὸ δεξιὰ, τὰ δ' ὑπ' ἀριστερά. Καὶ τότε 8 δὴ τῶν κεφαλῶν ἄρχει, καὶ ἐν τοῖς κροτάφοισι ἐίζεται ἑκατέρη.

Duæ enim sunt cauæ venæ à corde: alteri enim nomen est arteria, alteri vena: cauа, ad quam cor situm est. Arteria aorta & vena cana.
Et 2 *plus calidi in se continet arteria quàm vena caua, & spiritum alternatim condit atque promit. Præter hæ duas autem venas etiam* 3 *aliæ corpori insunt.* 4 *Cauissima autem vena, ad quam stabulatur cor, per totum ventrem transit, & per diaphragma, &* 5 *vtrumque renem finditur: & in lumbis finditur,* 6 *peruadit tum in alias partes, tum in vtrumque crus. Sed etiam* 7 *supra cor ad ceruicem, partim dextra partim sinistra. Mox in* 8 *caput ascendit, & in tempora finditur vtraque.* Distributio venarum & arteriarum per corpus.

COMMENTARIVS.

1 Κατ' ἐξοχὴν.

2 Plus spiritus & calidi huic ineſt: nam eius veluti promus & condus est, inquit Zuingerus. Sed vena plus succi habet. Hæc aorta arteria vitalem spiritum è sinistro cordis specu ex sanguinis aërisque permistione elaboratum excipit, & per tubos & quasi aquæ ductus ramorum quoquouersum distribuit cum multo spiritu viuifico. Vnde suo motu partium calorem conseruat, refrigerat, expurgat: & arteriarum beneficio, intrò & foras spirabile est totum corpus.

3 Aliæ partes suas habent venas.

4 Venæ deductionem explicaturus cùm agit, & de arteriis & neruis transigit, nam hæc se mutuò vbique comitantur.

5 In Emulgentes diuiditur. Ita etiam arteria ibi scinditur in arterias emulgentes.

6 Infra ad lumbos prorepit in partes vicinas, & in crus vtrumque.

7 Ad iugulum in dextrum & sinistrum ramum abit. Et facit ibi vena iugulares venas; arteria verò, carotidas arterias: & has geminas, internas vel externas. per latera ceruicis inter cutem & membranam carnosam externa iugularis fertur. Iugularis interna maior est in homine quàm externa; hæc quoque per latera ceruicis ad cerebrum effertur, & per cranij foramina, in duram meningem ascendit. Carotis interna (quæ etiam apoplectica dicitur, quòd apoplexiam procreet, si ita intercipiatur vt vitalibus spiritibus

aditus

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 226 sur 513

aditus negetur ad cerebrum) cum interna iugulari ascendit per latera asperæ arteriæ: & vbi fauces attingit, subit per foramen lacerum choanæ propinquum.

6 Ad tempora rursus diuiditur in internos & externos ramos.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Εσὶ δ' ἢ ἀεθμῶ ἐπὶ πολλὰς φλέβας τὰς μεγίσας. Ἐὰν δ' ἢ λόγῳ δὲ ἢ κοίλους φλεβὸς, ἢ δὲ ἢ ἀρτηρίης ἄλλαι φλέβες ἐσὶ μικραὶ ἐν ἅπασι τοῖσι ζώοισι. Κοιλότατα δ' αἱ ἀορτὴς τὴν καρδίην, καὶ τὸν αὐχένα, καὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ κάτωθεν τὸ καρδίης μέχρι σφυγμοῦ ἰσχίων. Καὶ τὸ 2 θερμὸν πλεῖσον ἐνὶ τοῖσι φλεψὶν καὶ τῇ καρδίῃ. Καὶ διὰ τοῦτο 3 πνεῦμα ἢ καρδίη ἕλκει, θερμὴ ἐοῦσα μάλιστα πάντων ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Μήδιον δ' τοῦτο καταμαθεῖν, 4 ὅτι θερμὸν ἐστὶ τὸ πνεῦμα. Ἡ καρδίη δ' αἱ κοῖλαι φλέβες κινέουσι ἀεὶ, δ' τὸ θερμότατον πλεῖσον ἐνὶ ἐν τῇσι φλεψίν. Καὶ διὰ τοῦτο 5 πνεῦμα ἢ καρδίη ἕλκει, θερμὴ ἐοῦσα μάλιστα πάντων ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Possunt autem numero recenseri venæ insigniores. Vt breuiter dicam, à vena caua; & ab arteria reliquæ venæ toto corpore fusæ sunt. Cautissima autem sunt 1 *prope cor, & cervicem, & caput, & infra cor ad coxendices vsque.* 2 *Calidum autem vberrimum venis & cordi inest. Et propterea* 3 *spiritum cor habet, vtpote quod omnium membrorum intra hominem calidissimum sit. Facile autem est intelligere,* 4 *quòd spiritus caleat. Cor & caua venæ perenni feruntur motu, vberrimoque calore circumfunt venæ. Et propterea* 5 *spiritum cor trahit, cùm omnium quæ in homine sunt calidissimum sit.*

Vbi fabulatur calidum.

Cor cur omnium calidissimum videatur.

COMMENTARIVS.

1 Ad cor, ad iugulum, quæ in capite: & quæ infrà vsque ad coxam.

2 Materiæ ratione friget cor, quò minus à calore damni sentiret, vtque arctiùs acceptum spiritum custodiret, qui vi animæ vitalis, eiusque consectario gignitur à motu.

3 Qui fabricatur ab aëre attracto: Cor, inquit, ob feruentem quem continet spiritum, æstuat. Est enim spiritus, omnium quæ in corpore sunt calidissimus.

4 Demonstrat spiritum feruidum cordi insedisse, hoc modo motus est à spiritu feruido. Id ostendit exemplo corporum quibus naturâ motus ineſt; vt ignis qui etiam absque ventorum incursu mouetur, vt in candelis elucet, quarum flamma absque vento ventilatur. Et id etiam aperit exemplo rerum quibus voluntarius adest motus, nam hæ calore fraudatæ, immobiles fiunt. At cordi arteriisque adest motus naturalis, ipso sensu teste. Itaque cordi arteriisque ineſt spiritus calidus. Spiritus, vt ex prædictis Hippocratis verbis colligimus, duobus modis consideratur, aut quatenus physicum est corpus, & propria forma naturali regitur; aut quatenus est nobilioris formæ instrumentum; nimirum animæ. Si à propria forma moueatur spiritus, sursum, & foras mouebitur semper, nam igneæ & aëreæ naturæ est: at dum nobiliori formæ subseruit, nunc deorsum nunc sursum, nunc foras nunc intrò mouetur, nunc cogitur nunc dilatatur, vt animæ ad necessarios vsus visum fuerit. At caloris est mouere; quare calidissimus spiritus, qui seipsum mouet.

5 Ostendit iam cor calore vberrimo circumfluere, ex ipsius aëris attractione. hoc argumento. Calor quo maior, eò plus refrigerationis petit. nam frigidum calidi pabulum est. At cor plurimum refrigerationis petit, vt elucet in embryone. Igitur cor plurimum habet caloris, vt etiam venæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Εσὶ δ' ἢ ἄλλως γνῶναι. 1 Πῦρ εἴ τις θέλει κρύψαι ἐν ἐπικλείσῃ, ἐκόταν ἄνεμος μὴ ἐιαπνέῃ, φλὸξ κινέεται, τοτὲ μὲν μᾶλλον, πτὲ δ' ἧσσον. Καὶ λυχνὸς κεκρυμμένος τὸν αὐτὸν τρόπον κινέεται, τοτὲ μὲν μᾶλλον, ποτὲ δ' ἧσσον· ἀνέμου ἐδενὸς κινέοντος, ὅτινα καὶ ἡμεῖς οἴομεν ἐσμὲν γινώσκειν πνέοντα. Καὶ 2 ὧδε ἔχει τῷ θερμῷ τὸ ψυχρόν. Τὸ δ' 3 παιδίον ἐν τῇ μητρὶ σωτήριον τὰ χείλεα μύζει ἐκ τῆς μητρέης τὴ μητρὸς, καὶ ἕλκει τοῦ τε ὑγροῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τῇ καρδίῃ ἐόντα (τοῦτο γὰρ θερμότατόν ἐςι ἐν τῷ παιδίῳ) ὅταν ὦσι ἡ μητὴρ ἀναπνέῃ. 4 Τοῦτο δὲ ἢ τῷ ἄλλῳ σώματι πᾶσι κίνησιν παρέχει τὸ θερμὸν, ἢ τοῖς ἄλλοισι πᾶσιν.

Quod aliter etiam innotescere potest. 1 *Si quis ignem accendat in occlusa domo, vt nullus ventus afflare queat, flamma tamen interim mouebitur nunc vberius, nunc minus. Sed & lucerna accensa eodem modo mouetur, nunc vberius, nunc minus, à nullo licet agitante vento, quem sanè nos spirante animaduertere possimus. Cæterum* 2 *frigidum calido alimentum est. At nunc* 3 *puer in vtero adductis labris ex vtero matris sugit, & nutricatum, & spiritum cordi (quod in puero feruentissimum est) attrahit, matre respirante. Quin* 4 *calidum & reliquo corpori, & cunctis aliis motum præbet.*

Probat id ex puero dū in vtero est.

COMMENTARIVS.

1 Ostendit motum à spiritu calido dimanare: nam, inquit, argumento sunt corpora naturalia quibus ineſt motus, vt ignis & lucerna. Ignis enim omnis extinguitur cùm fraudatur euentatione.

2 Demonstrat vberrimum cordi ineſſe calorem: quia, inquit, aërem frigidum prolectat omnis calor; & quo is vberior, eò prolixiore opus est refrigerio: nam frigidum est calori pabulum.

3 At cor vberrima euentatione eget, & rapit interdum aërem frigidum. argumento est embryo: qui fugit humidum alimentum, & trahit spiritum frigidum respirante matre, vt cor refocilletur calidissimū.

4 Cordi d. ineſt spiritus calidus. id ostendit motus: nam ne reliquæ quidem partes calore spoliatæ moueri poterunt κατ' προαίρεσιν: vt elucet in paralysi.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Εἰ δέ τις ἐρωτοίη, πῶς τοῦτο οἶδέ τις, ὅτι ἐν τῇ μήτρῃ τὸ παιδίον ἕλκει ἢ 2 μύζει τάδε ἐόντα ὧδε ἔχοντα; 3 Κύησιν ἔχοντα ἐνίοισιν ἐντερεσίων γίνεσθαι· καὶ ἅπαντες ἐπιστέαται γίνονται τοιῆσιν καὶ οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ τετράποδα. Καὶ τοι 4 ὅκ ἂν εἰχε κόπρον, εἰ μὴ ἐν τῇσι μήτρῃσι ἐμύζεν. Οὐδ' ἂν 5 θηλάζειν ἔμελλεν ἀπαλλὸ γινόμενον αὐτίκα, εἰ μὴ καὶ ἐν τῇ μήτρῃ ἐμύζε. Καὶ ὥσπερ νῦν ὁ πνεύσας τῆ καρδίης ἢ σφυγμὸς ἔχει.

Si verò quis interroget, vnde quis hoc sciat, 1 *quòd puer in vtero trahit &* 2 *sugit: huic ita respondendum:* 3 *Pueri nascuntur stercus in intestinis habentes; & quamprimum nati fuerint tum homines tum pecora illicò aluum deponunt. Atqui* 4 *nullum haberent stercus, nisi in vtero suxissent. Imò neque* 5 *mammam illicò vt natum est animal fugere posset, si non in vtero suxisset. Et de* 6 *motu cordis & venarum hoc modo se res habet.*

COMMENTARIVS.

1 Q. d. d. q. embryo non trahit nutricatum: igitur nec spiritum. Igitur vmbilico & ore alimentum ab embryone trahitur: Attamen libro de octimestri partu, apertè dicit, ante partum cunctos ductus tum alimentorum tum spiritus, tum excrementorum clausos esse, præter vmbilicum: qui à partu siccatur, reliquis iam tum patentibus. Attamen Galenus in libro, quòd animal sit id quod est in vtero, cap. 3. vbi fœtum opera animæ, ac naturæ in vtero obire demonstrat, hoc loco Hippocratis vti videtur.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 227 sur 513

2 Multi immeritò hîc reprehendunt Hippocratem. non, quod malè putant, ipſe ex ſua ſententia dicit fœtum in vtero ſugere ore: ſed conceſſione quadam vtitur ex receptâ tunc ſententia. q.d. vos pro rato habetis infantem ſugere in vtero, quia natus mox aluum deponit: igitur mihi illud etiam concedetis quod longè facilius eſt, eum ſpiritum trahere, ſaltem à matre: ſine quo calor cordis viuere nequit.

3 Probat ſuam ſententiam: ſpiritum nim. ab embryone trahi (hoc enim vult) quia d. alimentum trahitur, quod ægriùs fit. hoc d. agni & homines fœcibus teſtantur, iam naſcentes.

4 Si labris non prolectaret ex vtero, fœcum expers eſſet: hoc enim primæ, & non ſecundæ coctionis excrementum eſſet: hæc coctio non fit in hepate, ſed in ventriculo: nec enim ex vmbilicali vena in ventriculum abire poteſt alimentum. Igitur embryo trahit alimentum labris: igitur magis ſpiritum, qui meabilior eſt alimento. Sed vmbilicalis vena inſeritur hepati, in ea fiſſura vbi vena porta eſt: & ex vena porta infinitæ venæ ad inteſtina funduntur. Ergo etiamſi per os nutricatum non ſumat fœtus, atræ quædam fæces inteſtina concipient. Sed, quamuis ſciuerit hæc Hippocrates, concedit, vt ſuum argumentum ducat. Fuit enim Democriti & Epicuri opinio, vt refert Plutarchus libro quinto De Placitis philoſophorum, fœtum in vtero per os alimentum trahere. Hippocrates, (quamuis, vt dixi, iam aliud agens, hoc illis concedat) libro De alimento, vt apparet, rem ipſam tenuit, vbi ait, ἡ δ' ἀρχαιοτέρη ἕφη, διὰ τῆ ὀμφαλίου ἐμφαλός. Hoc eſt, antiquius alimentum per abdomen vmbilicus. Quaſi dicat, primum animalis alimentum, per vmbilicum trahitur, qui in medio abdomine ſitum habet. Et libro De natura puelli, fœtum trahere & alimentum per vmbilicum ſcribit.

5 Nim. d. ſuxiſſet embryo, neſciret puer. Conſequentiæ dicit D. Zuing. nulla neceſſitas. Nam quod illic Menander, de porcellis in euripum proiectis, Quis illos docuit natare? Núnne in vtero matris? Rectè Hippocratis ſexto Epidemion, fugit puer doctus à natura indocta. Natura enim indocta, quod non didicit, tamen id rectè facit. Et libro De alimentis, φύσιες πωτῶν ἀδίδακτοι.

6 Id eſt, ita demonſtratum ſit, ex motu cordis & arteriarum, cordi inhabitare ſpiritum & calorem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ὁ δὲ 1 πνεύμων πρὸς τῇ καρδίῃ ἐγγίνεται ὧδε· Τοῦ ὑγροῦ ἐκύσσοντι ὑπὸ κολλωδέσταλον ἡ καρδίη θερμαίνουσα, ταχὺ ἐξέφρηνεν, ὥκως περ ἀφρὸν, καὶ ἐποίησεν σπαραγῶδες, καὶ φλέβια πολλὰ ἐν αὐτῷ. Διὰ δὲ τοῦτο ἐποίησεν τὰ φλέβια· 2 ἐκύσσον γὰρ τοῦ κολλώδεος ὑγροῦ ψυχρὸν, τοῦτο μὲν ὑπὸ τῆ θερμοῦ δ' ἐστάκει, καὶ ἐγίνετο ὑγρόν· Τὸ δὲ ὑπὸ τῆ κολλώδεος αὐτὸς ὁ χρώς.

Pulmo. *Porrò 1 pulmo iuxta cor ita natus eſt. Cor, humidum quod viſcoſum maximè erat calfaciens, promptè exſiccauit, velut ſpumam, fecitque fiſtuloſum, & venulas multas in ipſo. Hæc autem auctore causâ venulas fecit: 2 quantum in glutinoſo inerat frigidi, idipſum à calido colliquatum eſt, & in liquorum abiit: a glutinoſo autem tunica facta eſt.*

COMMENTARIVS.

1 Ex glutinoſa materia enatus: huius viſcoſiſſima materia à vicino corde retorrida facta, ſpumæ in morem cauernoſa euaſit, multis venis vel potiùs bronchiis pertuſa. Eſt enim pulmo inſtrumentum ſpirabile & vocale, ſpiritus ἐργασήριον, ad cordis commoditatem factus, eius enim flabellum eſt. Siccus eſt pulmo, nam nunquam concidunt eius foramina; & bilioſo alitur ſanguine, & focus ſitis in pulmone vnus eſt, vt alter in ventriculo, teſte Hippocrate in Epidemiis.

2 Frigida & glutinoſa pars minùs cocta, ex qua frigida à calido fuſa in ſuccum ſoluta eſt: glutinoſa in venæ tunicam mitigata eſt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὸ δὲ 1 ἧπαρ ὧδε ξυνέστη· ξυνὸν τοῦ θερμοῦ πολὺ τὸ ὑγρὸν ἐπηλυθὸν, ἅμα τῇ κολλώδεϊ & τῷ λιπαρῷ, ἐκράτησε τὸ ψυχρὸν τῇ θερμοῦ, καὶ ἐπάγη. 2 Τεκμήριον δὲ μοι τόδε. Ὁκόταν σφάζῃ τις ἱερεῖον, πῶς ἂν θερμὸν ἦ, ὑγρὸν ἔστι τὸ αἷμα· 3 ἐπὴν δὲ ψυχθῇ, ἐπάγη. Ην δέ τις αὐτὸ πυκάσῃ, ὑπόπυον. αἱ γὰρ ἶνες εἰσὶ ψυχραὶ & κολλώδεες.

Hepar. *At 1 Hepar ſic compactum eſt: Cùm vnà cum calido multum humidi concluſum eſſet, abſque viſcoſo & pingui, frigidum ſuperauit calidum, & congelatum eſt. 2 Signum ſyllogiſticum hoc huius rei eſt: Siquis victimam mactet, quamdiu calidus manet, liquidus etiam ſanguis eſt: 3 quamprimùm verò perfrixit, congelaſcit. Quòd ſi quis ipſum conquaſſet, non congelaſceret: fibræ enim frigidæ ſunt & glutinoſæ.*

COMMENTARIVS.

1 Hepatis ortus, eius parenchyma ſanguis eſt meabilis & calidus, abſque viſcoſo & pingui. efficiens eius eſt calor & frigus. nam caloris vi rubedo impreſſa fuit: ſed frigido natiuo vincente calidum natiuum concreuit in molle viſcus. Eſt hepar ῥιζωμα, officina hæmatoſeos, totam corporis œconomiam ſuccis rigat, fons & origo gratioſi humoris nutricij. Platoni ſedes amoris & concupiſcentiæ. In huius viſceris εὐπραγίᾳ principatus facultatum ſitus eſt. Peculiari ſibi carne conſtat; & venarum cauæ portæ, & vmbilicalis radicibus, arteriolis, ac neruulis, & tuniculâ.

2 Exemplo id demonſtrat: dum calet ſanguis, meabilis eſt: algidus conſiſtit: niſi quaſſu ruptis viſcoſis frigidiſque fibris à coalitu arceatur. At hepar eſt parenchyma & conglobatio quædam ſanguinis: quare, cùm fibris plenum ſit, à frigore coaluit. Ratione ergo plurimarum fibrarum, ex quibus, vnâ cum ſanguine coaluit, frigidum eſt: quamuis ratione puri ſanguinis caleat; eoque coctionem fælicitat. Coaluit tamen ratione fibrarum.

3 Ariſt. 2. de part. an. 4. d. ſanguinem humidiorem, quòd ſit frigidus, minimè denſari: at contrà dicit libro de breu. & long. vitæ, ob id εὔπεπτον eſſe: niſi legit εὐπακτον.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οἱ δὲ 1 ἀπλοῦ σωλῆνι ὧδε· συὸ τοῦ θερμοῦ & κολλώδεϊ, καὶ * τῇ θερμοῦ πλείστῳ, τῇ δὲ ψυχρῇ ἐλάχιστον, τοσοῦτον μέσον, ὁκόσον πέρα τὸ κολλῶδες αὐτὸ ὑπ' εἶσιν αἱ ἶνες αἱ ἐνέφυσαν ἐν τῷ σπλῆνι· καὶ διὰ τὰς ἶνας πυκνὸς ἔστιν ὁ σπλὴν & ἰνώδης. Οἱ δὲ 2 νεφροὶ ξυνέστασαν ὧδε. ἐλάχιστον τῇ κολλώδεϊ, † τῇ θερμοῦ † ὀλίγον, τῇ ψυχρῇ πλείστῃ, καὶ ἐπάγη τοιοῦτος, & ἐγκύστιν σκληρότατον τὸ ἁπλαδνον, καὶ ἄκρως ἐρυθρὸν, ὅτι ὀλίγον τῇ θερμῇ ξυνέστη. * τὸ θερμὸν † πλεῖστον

Lien. Splen 1 *autem hoc modo formatus eſt: cum calido & viſcoſo concluſum fuit calidi plurimum, at frigidi minimum, tantum ſaltem, quantum ad viſcoſi coagulationem ſat erat: ſunt autem id fibræ quæ ſpleni inſunt: propter quas mollis eſt ſplen, & fibroſus. 2 Renes verò hoc modo producti ſunt. Parum viſcoſi, parum calidi, plurimum frigidi concluſum fuit. & ab hoc coagulatum eſt, & duriſſimum viſcus euaſit, & minimè rubrum, quod non plurimum calidi ad eius generationem conuenit.* Renes.

COMMENTARIVS.

1 Splenis materia calida & viſcoſa fuit: teſtes ſunt fibræ. Vberrimo calore agente, minimoque frigore, tanto, ſcilicet, quanto ſatis erat ad coagulationem fibrarum, quarum beneficio ſpen mollescit, & fibroſus

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 228 sur 513

sus euasit. Stratonicus citharœdus dicebat in Caria ambulare mortuos, quòd lienosi essent omnes. A sano spene hepar, inquit Plato, speculi modo nitens redditur; vnde lucidi spiritus ac sanguis. Peculiari carne, vt hic docet Hippocrates, fabricatus est, tum venis ac arteriis plurimis rigatus, & etiam netuulis. Rara & fungosa est eius cato, pumicis ferè more.

2 Renum materia exiguum viscosi & calidi: eorum efficiens frigus congelauit materiam, vnde eorum duities & decolor color, ab inopiâ calidi. Duri sunt facti, ne immodica laxitate temerè sinerent elabi vrinam, quæ nihil aliud est quàm materia potulenta remixta cum venosi & arterioſi sanguinis sero.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οὐδὲ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ 1 σαρκῶν. Τὸ μὲν ψυχρὸν ἔσηψε καὶ ξυνέπηξε, καὶ ἐπέλιπε σάρκα· τὸ δὲ κολλώδες, περιῳγλισεχόμενον. Ἐν δὲ τῇσι σαγλῆσι ταύτῃσι τὸ ὑγρὸν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇσι φλεψὶν τῇσι μεγάλῃσιν. Τὸ δὲ 2 θερμὸν ἐν παντὶ τῷ σώματι, πλεῖστον δὲ τῷ σώματι, καὶ 3 τὸ ψυχρὸν ἐν τῷ ὑγρῷ. Τοσοῦτο δὲ ἔστι τὸ ψυχρὸν, ὡς τὸν † ἅλωτον πῆξαι τὸ ὑγρὸν, ἀλλὰ γενέσθαι τὸν, ὥστε διακρίνειν τὸν τὸ θερμοῦ.

* al. ἐν τῷ ὑγρῷ ἐν τῷ σώμ.
† ἐδώδιμον Cato.

Eadem de 1 *carnibus ratio est. Frigidum quidem coegit & coagulauit ac fecit carnem: viscosum verò in foramina abiit. In his autem foraminibus humidum inest, velut in venis magnis.* 2 *Calidum autem in toto corpore est; plurimum vero & humidi in corpore est, &* 3 *frigidi multum in humido. tantum scilicet adest frigoris, quod congelare ipsum humidum possit, nisi triumpharetur à calido, à quo etiam diffunditur.*

Habitus corporis.

COMMENTARIVS.

1 In carne est materia frigida, & glutinosa. Frigida partim coagulata fuit in carnem: partim fusa in succum. qui carnem rigat, hic analogiâ respondet venarum succis. per vulnera, illæsis venis, hic manare solet. Vt è semine spermaticæ, ita ex sanguine carnosæ partes effinguntur. Delineatis spermaticis partibus in vtero materno, affluit sanguis per vmbilicalem venam, ac spacia inter stamina vacua explet. Quæ musculorum fibris adhæret, absolutè caro appellatur.

2 De totius corporis habitu; quem calido & humido ait maximè circumfluere. agente calido, & patiente humido. calorem sequitur pedisequa siccum, frenum humidi: At frigus comes est humidi, frenumque caloris.

3 Non tamen tantum vt queat coagulare humidum: sed calido liquanti cedit. Vide Arist. 2. part. animal. q. d. aquosus sanguis, quia frigidior, non coagulatur. quare alia lectio, quæ habet ἐδώδ. melior esset hîc. sanguinis coagulatio à frigido terreo nascitur; non à frigido aqueo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἡ δὲ 1 ἀπόδειξις τοῦ ὑγροῦ ὅτι θερμόν ἐστιν. Εἴ τις ἐθέλοι τάμνειν ἄνθρωπον τὸ σῶμα τοῦ, ὅκου ἐθέλοι, ῥεύσεται τε αἷμα θερμὸν· καὶ τόσου μὲν ἂν θερμὸν ἦ, ὑγρὸν ἔσαι. 2 ἐπισὰν δὲ ψυχθῇ, ὑπό τε τοῦ ἐκτὸς τοῦ ψυχροῦ, καὶ τοῦ ἐκπιόντος, ἐγγίνεται πέρμα καὶ ὑμίλιον. Καὶ ἐάν τις ἀφελὼν τοῦτο τὸ πέρμα, ἐάσειεν ἐλίγα χρόνου, ἔνεστι ἄλλο πέρμα γενόμενον. Εἰ δέ τις τοῦτο αἰεὶ ἀφαιρεῖ, ἄλλο πέρμα γίνεται· οὐ γὰρ ἔστι τοῦ ψυχροῦ. Τοῦτο δὲ ἐπὶ πλέον ἔλεγξαι, πῶς ἀποδείξω, ὅτι τὸ ἔσωθεν τοῦ σώματος θερμὸν τὸ πέρος, ἀναγκαίως ἔχει πέρμα γλοιῶδες ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ καὶ τῶν πνευμάτων περιβαλλόντων.

Quod verò 1 *humidum calidum sit, hoc argumento est. Si* * *quis vulnus humano corpori inflixerit, vbicumque velit, effluet sanguis calidus: qui quamdiu calidus fuerit; liquidus erit.* 2 *Posteaquam verò refrixit, tum à frigore quod intus est, tum ab eo qui à foris est, pellicula & membrana obiegitur. Quam si auferas, & modico tempore sinas in quiete esse, aliam pellicularn factam videbit. Quam si rursus repetitis vicibus auferas, semper recentem membranam à frigore generari animaduertet.* 3 *Sed ea causa prolixius hæc dixi, vt ostendam, quòd corporis superficies aeri exposita, necessario pelliculam contrahit occursu frigidi & ventorum.*

* velis quis fecerit corpus humanum.

Cutis, corporis vnde.

COMMENTARIVS.

1 Ponit humidum subiectum caloris & frigoris: caloris actu, est humidum subiectum, quod humidum fusum est toto corpore. Hoc ostendit hæmorrhagia facta ex quauis parte: dùm calet sanguis, is erit meabilis.

2 Humidum est etiam subiectum frigoris, quod frigus potentia inest; quod externo frigore validius emicans in pelliculam ducit sanguinem.

3 Iam concludit, peripheriam corporis cute cludi; ex frigore indito humori toto corpore sparso, tum ab ambientis aeris frigore.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὰ δὲ 1 ἄρθρα ὧδε ἐγένετο. Ὅτε τὰ ὀστέα ξυνίστατο, ὁκόσα μὲν αὐτέων λιπῶδέα ἦν, πάχεα ἐξεκαύθη, ὥσπερ προείρηται λεπτῷ λόγῳ. 2 Ὁκόσον δὲ αὐτέων κολλώδες ἦν, τοῦτο δὲ οὐκ ἠδύνατο ἐκκαυθῆναι, ἀλλὰ μεταξὺ ὑπολειφθὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξηραινόμενον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, νάρκα ἐγένετο σίαλον ἐκρύετο. Τὸ δὲ σίαλον, ἐκείσου τοῦ κολλώδεος ὑγροτάτου ἦν, πᾶσι θερμαινόμενον, παχύτερον ἐγένετο ὑγροῦ ἐόν, καὶ ὑπὸ τούτου σίαλον ἐγένετο. Οἱ δὲ ὄνυχες ὑπὸ τούτου ἐγένετο τοῦ κολλώδεος. Ἀπὸ γὰρ τῶν ὀστέων καὶ ἄρθρων αἰεὶ τὸ ὑγρότατον αὐτέων ἀπὸν κολλώδες γίνεται, ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξηραινόμενον, καὶ ἐξαναγκάζεται ὁρμάζειν εἰς ὄνυχας.

Verùm 1 *articuli ita generati sunt, cùm ossa fierent, quacumque paries pingues erant, celerrimè torrefactæ sunt, vt primùm superiore sermone enarrauimus.* 2 *Quod verò in illis viscosum erat, torreri non potuit, sed id medio loco inter retorridum & calfactum restibile relictum, & à calido comprehensum, in neruos & muccum abiit. Muccus autem hoc modo natus fuit: quantum ex viscoso liquidissimum erat, id, ardore concepto, crassius euasit, cùm liquidum esset, & inde muccus genitus fuit. Ex hoc ipso autem glutinoso vngues procreati sunt. Ab ossibus enim & articulis perpetuò id quod eis peculiare est madidissimum abiens, viscosum euadit, & à calido siccatum & arefactum, foras in vngues excluditur.*

Artus.

Ligamenta & muccus.

Vngues.

COMMENTARIVS.

1 Artus ita geniti: materia pinguis torrefacta, ossa protulit.

2 Viscosa materia torreri non potuit, sed medio loco restibilis inter exustum (os scilicet) & inter arefactum caloris vi (cutem nempe) in ligamenta & muccum abiit. Siccior pars in ligamentum indurtuit. per νεῦρον ligamentum hîc intelligit, d. Zuingerus. Humidissima pars in muccum excocta fuit à calore. hic muccus lubricos reddit articulos, & in motum promptos. id σίαλον vocat. Errant chirurgi qui putant hunc muccum tantâ copiâ effundi in vulneribus articulorum cùm phlegmone occupantur. Ac malè stringentia phlegmonemque augentia imponunt. Sedandus potiùs effet dolor restituta parti temperie, laxataque eius tensione. Inde enim, ob immanitatem doloris, serum sanguinis à toto corpore his partibus influit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οἱ δὲ 1 ὀδόντες 2 ὕστερον γίνεται, διὰ τάδε. 3 Τῶν ὀστέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖν γνάθοιν ἡ αὔξησις γίνεται τοῦ κολλώδεος, * τοῦ λιπαροῦ τὸ ἀνὸν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ξηραινόμενον ἐκκαίεται, καὶ γίνονται ὀδόντες σκληρότεροι τῶν ἄλλων ὀστέων, ὅτι ἐκ ἔστι τοῦ ψυχροῦ. Καὶ οἱ μὲν 4 πρῶτοι ὀδόντες φύονται ὑπὸ

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 229 sur 513

ἡ διάπτησις ἐν τῇ μήτρῃ καὶ ἐπιλυγίζηται, καὶ τὸ γάλακτος ἀπαλίζεται τὸ παιδίου. Ἐπειδὰν δ' ἔτι ἡ σύμφυσιν, καὶ ὀφθαλμοὶ ἐστίν καὶ ὄψις πυκνῶν. 6 Ἐκπίπτουσι δ' ἐπειδὰν ὀπὸ τὰ ἔντερα εἰσὶ ἡ τροφὴς ἔψεις. Ἐσὶ δ' καὶ οἷς πρότερον, καὶ ἀπὸ γενέσεως ἔψεως φύσιος· τοῖς δ' πλείστοισιν, ἐπειδὰν ἐπὶ τὰ ἔντερα ἥκῃ. Οἱ δ' μεταφύοντες ἢ συλλαμβάνουσι, καὶ μὴ ἀπὸ τῆς διαφθορῆς. 8 Διὰ δ' τοῦτο φύονται οἱ ὀδόντες ὕστερον τῶν ἄλλων.

Dentes.

1 *Dentes verò 2 poſtea gignuntur, ob hanc cauſam. 3 Ex oſſibus capitis & maxillarum incrementis augeſcit viſcoſum, & quicquid ex pingui ineſt, à calido ſiccatum torretur, & fiunt dentes reliquis oſſibus duriores, quia nihil frigidi ineſt. 4 Et primi quidem dentes puero pullulant tum ex victu in vtero; tum poſtquam natus fuerit ex lacte, iam lactanti puero. Vbi verò hi; exciderint, tum demum ex cibo & potu. 6 Excidunt autem poſtquam ad annos primi alimenti peruenerint: Quibuſdam etiam prius, ſi à nutricatu morbido nati fuerint: pleriſque verò poſt ſeptimum ætatis annum. Qui verò poſteà enaſcuntur 7 vnà conſeneſcunt, niſi vi morbi corrumpantur. 8 Propterea autem dentes ſerius aliis partibus enaſcuntur.*

Dentes cur ſerius appareant.

COMMENTARIVS.

1 DENTES Latini quaſi edentes vocant. ſunt oſſa omnium duriſſima, intus cava, neruis, venis, arterioliſque prædita. Deſcribit hîc Hippocrates triplicem eorum generationem: Prima in vtero: ſecunda à lacte: tertia à ſolidioribus alimentis. Quare cum cæteris oſſibus vnà in vtero hi delineati videntur, quamuis non ſimul erumpant, nec gingiuas perforent. Anteriores priùs prodeunt, quia magis acuti, & os ea parte non ita ſimum eſt. Duriores eſſe dicit cæteris oſſibus, quia cætera comminuunt, nec igne cremantur, ſolique inuicti à ſarcophago manent.

2 Omnium poſtremi naſcuntur dentes ædito iam fœtu. Reddit cauſam cur dentes ſeriùs oriantur quàm cæteræ partes; non ex ſemine, dicit, hoc fit, ſed ex nutricatu.

3 Materia eorum eſt oſſea: nam viſcoſum pinguéque alimentum trahunt oſſa capitis: reſtibile id vritur, nam pingue: viſcoſum illud non calidum in os abit.

4 Ex materia ſui nutricatus variant dentes, vt ex lacte in vtero: & foris extra vterum: & ex ſolidiore nutricatu qui fiunt.

5 Cùm ſolidis cibis iam indulgent, excidunt alij à lacte geniti.

6 Fraudati genio à lacte, vnde nati, excidunt: corrupto lacte, vel iam tranſlati ad ſolidius alimentum. Vel ſi tali nutricatu fruatur puer, qui tota vi bellum indixit dentibus. Vt ſi calidum cibum cùm ſumſerint, mox algidus offeratur.

7 Niſi morbo vel ſenio excidant.

8 Seri ortus dentium cauſas proponit: nim. nutricatus vberiorem affluxum. Nam ſolæ maxillæ ex cunctis oſſibus venas in ſuam ſubſtantiam admittunt, ex ventre inferiore alimentum vberius quàm ſuæ nutritioni conueniat attrahunt. Perpetuò incrementa ducunt dentes, quia mutuo attritu, dum cibos mandunt, attenuantur: nam materia nouo incremento præſtò eſt. Etenim habent dentes alimentum copioſiſſimum, quod vtraque, medulloſa cùm ſit, maxilla adfert. Habent etiam maxillæ & dentes peculiares venas ſparſim per eos diſcurrentes, quod in reliquis oſſibus non euenit. Quare copioſius alimentum in ipſas, quàm in alia oſſa trahitur. Et quia vberius alimentum & frequentiorem affluxum excipiunt, augmentum ipſæ à ſeipſis tale pariunt, quales ipſæ exiſtunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἐν τῇ γνάθῳ φλέβες εἰσὶ, καὶ * ἐν τῇ κάτω κοιλίῃ, μέγιστοι περὶ ὀστέων, αὗται τῷ ἐγκεφάλῳ παρέχουσι τὴν ὀσφῦν. 1 Τὰ δ' ὀστέα, τοιαύτῃσιν αὐξήσιν, ὁπόσα ἀπὸ ὀστέων· Καὶ τὰ ἄλλα δ' πάντα τοιαύτῃσι ἐπιδόσιοσιν, ὁπόσα ἀπὸ σαρκῶν. Καὶ γὰρ αἱ † φλέβες ἐκ τῆς γνάθου † περὶ ἑκάτερα εἰς ἃ συλλέγεται τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ, ἐπειδὰν θερμανθῇ παῦται, ἕλκουσι τὸ λεπτότατον καὶ τὸ ὑγρότατον. Τὸ δ' παχύτατον αὐτῶν καταλείπεται, καὶ γίνεται κόπρος ἐν τοῖσιν ἐντέροισι τοῖσι κάτω. Τὸ δ' λεπτότατον αἱ φλέβες ἕλκουσιν ἐκ τῆς γνάθου καὶ ἀπὸ ἄνωθεν τῆς νάστης, θερμαινομένων ἀπὸ σιτίων. Ἐπὶ δὲ πρόσω τῷ νάστῃ, ἐς τὰ κάτω ἔντερα ξυνεστράφη, καὶ κόπρος ἐγένετο.

* ἐκ τῆς κάτω κοιλίης legit Cornarius: & rectè z.
† ἀπὸ

In maxilla venæ ſunt, & hæ huic oſſi ſoli; inter omnia oſſa, ex inferno venire alimenta præbent. Oſſa verò talem materiam augmento idoneam exhibent, qualia exiſtunt: Vt etiam reliqua cuncta tale augmentum præbent, qualia ipſa exiſtunt. Etenim 2 venæ ex ventre ac inteſtinis in quibus ſtabulantur cibi & potus, qui poſtquam incaluerunt, id quod tenuiſſimum eſt trahunt. Quod autem in eo 3 craſſiſſimum eſt reſtibile, ibi in feces abit in inferioribus inteſtinis. Tenuiſſimum, inquam, trahunt venæ ex ventre ac inteſtinis, ſupra ieiunum inteſtinum exiſtentibus, poſtquam cibi incaluerint. Vbi verò ieiunum inteſtinum tranſierint, & in inferioribus inteſtinis conſociati fuerint, faces fiunt.

COMMENTARIVS.

1 Nutricatus aſſimilatio etiam cauſa eſt ſeri ortus dentium. oſſi quidem nutricatus aſſimilatur, ſed non agglutinatur, ſed os circumfluens, in dentes effingitur. Os enim oſſeam materiam profert, vt cætæ partes cunctæ ſibi ſimilem materiam efficiunt, vnde nutriuntur & augentur. Ea ſi vberior fuerit, aſſimilatur quidem, ſed non apponitur, ita vt non nutriat: ſed vt ſuperflua abiicitur, vel in aliam transfertur ideam: vt in maxillis in dentes, in mammis in lac, in teſtibus in ſemen.

2 Declarat iam cauſas ſeri ortus dentium; nim. ex cauſa affluxus alimenti, & aſſimilationis. Affluxus: cùm enim quæ ventri ingeruntur, ab eius vi edomita ſunt, id quod liquidiſſimum & tenuiſſimum illi ineſt, abripitur à meſaraicis venis, quæ ſupra ieiunum ſunt.

3 Hærens anfractibus coli.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἡ δ' 1 τροφὴ ἐπειδὰν ἀφίκηται, ἕκαστον τοιαύτῃ ἀπέδοκε τῷ ἐδέσθαι ἐμφυτον, ὁκοῖα περ ἐσί. 2 Ἀρδόμενα γὰρ ἕκαστα τῆς τροφῆς αὔξηται ἕκαστα, τό τε θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ κολλῶδες, καὶ τὸ λιπαρὸν, καὶ τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρὸν, καὶ τὸ ὀξὺ, καὶ τὰ ἄλλα ὁκόσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐσί. 3 Διὸ τοῦτο ὕστερον οἱ ὀδόντες φύονται) (εἰρηται δὲ μὲν καὶ πρόσθεν) ὅτι μοῦναι ἀπὸ ὀστέων αἱ γνάθοι φλέβας ἔχουσι αὐτοὺς ἐν ἑωυτοῖσι· Καὶ ἡ διὰ τοῦτο τροφὴ ἕλκει πλέον ἐς τὰ ἄλλα ὀστέα. Καὶ ἡ πλέονα τῷ τρόφῳ ἔχοντα, καὶ ἀδρομωτέρῳ τῷ ὀπόρρυῃ, διοπτικὴ αὐξησιν αὐτὰ ἐφ' ἑωυτῶν τοιαύτῳ, οἷα περ ἔχει αὐτὰ· ὁ γὰρ ἀνθρωπος ἑωυτῷ αὐξάνει).

1 *Nutrimentum verò poſtquam partes nutriendas attigerit, talem vnumquodque ideam vnicuique imprimit, quale ipſum fuerit. 2 Irrigata enim ſingula à nutricatu incrementis augeſcunt, & calidum, & frigidum, & viſcoſum, & pingue, & dulce, & amarum, & tum oſſa, tum quæcumque homini inſunt. 3 Hinc itaque eſt, quòd dentes poſterius etiam naſcuntur (quod priùs etiam dixi) quia ſola ex oſſibus maxillæ ipſa in ſeipſis venas habent: vt 4 proinde alimentum vberius in ipſas quàm in alia oſſa trahatur. Cumque 5 vberiorem nutricatum, & pleniorem affluxum habeant, materiam incrementis opportunam ipſa à ſeipſis talem exhibent, quales ipſa exiſtunt: 6 tamdiu, quamdiu*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 230 sur 513

quamdiu homo ad integritatem suam crescit.

COMMENTARIVS.

1 Declarat causam seri etiam ortus dentium, quoad materiæ assimilationem, quæ cuenit ab insita parti vi: pars enim quæuis nutritur prolectatione similis nutricatus: nim. assimilando & apponendo. Sed longa opus est alteratione vt in tam duram substantiam, qualis os est, abeat.

2 Cùm similis & connaturalis substantiæ fit appositio, augetur pars. si vberius illa affluat: energiâ similis tunc redditur ea, quæ priùs δυνάμει similis erat, vi calidi innati coquentis partis. irrigatur ita id calidum, & id quod exhaustum erat reponit, & auget id, quod incrementis augeri natum est. Ita molem trahunt ossa, nerui, carnes, &c. & quatuor humores: id est, amarum &c.

3 Cur dentes, posteriùs etiam, aliter atque reliqua ossa nascantur: & cur aliis præcociores sint: Posteriùs dixit dentes etiam pullulant, quia maxillæ solæ venas habent.

4 Maxillæ perfusæ venis, vberiùs nutricatum prolectant.

5 Circumfluis vbertate nutricatus maxillis, materiam incrementis oportunam fabricantur.

6 Id est, materia incrementis oportuna tam diu elaboratur, dum homo ad sui actus finem venerit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Αὔξεται δὲ ἑαυτῷ γίνεται ὁμοίη. 2 Ἐπιδιδοῖ δὲ μάλιστα γίνεται ἀπὸ ἑπταετέος μέχρι πεντεκαιδεκαετέος. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ εἴτε 3 μέγιστοι ἤδη ὀδόντων φύονται, καὶ ἄλλοι πάντες· ἑαυτῷ σωφρονέουσιν, οἱ γιγνόμενοι ἀπὸ τῆς ἕβδομάδος τῆς ἐν τῇ ὠδῖνι. Αὔξεται δὲ ἕως ἐς πῦρ 4 τέτρτον ἑβδομάδα, ἐν ᾗ μεγίστους γίνεται), μέχρι τεσσάρων καὶ πέντε ἑβδομάδων. Καὶ ἐν τῇ 5 τετάρτῃ ἑβδομάδι ἐδόντες φύονται δύο τοῖσι πολλοῖσι τῶν ἀνθρώπων, οὕτω καλέουσι σωφρονιστῆρες.

1 *Crescit autem, quamdiu sensu crescere deprehenditur.* 2 *Sensu autem crescere potissimùm deprehenditur à septimo vsque ad decimum quartum annum. Quo tempore,* 3 *maximi dentium, tum ceteri cuncti nascuntur, posteaquam exciderint hi qui ab alimento vterino sunt nati. Crescit autem & in* 4 *tertium annorum septenarium; in quo adolescens fit, vsque ad quartum & quintum septenarium. Quin & in* 5 *quarto septenario dentes pullulant pleriſque hominibus duo; qui sapientiæ dentes appellantur.*

Sapientiæ dentes.

COMMENTARIVS.

1 Id est, tam diu crescit, dum sensu crescere deprehenditur.

2 Conspicuò crescit à primo septenario ad secundum vsque.

3 Plurimi erumpunt dentes à primo septenario, ad secundum.

4 Minùs sensu deprehenduntur tunc crescere; à secundo nim. in tertium septenarium. Hoc est, à vigesimo anno, vsque ad trigesimum annum ferè.

5 Pauciſſimi dentes in quarta hebdomade annorum proferuntur; duo nim. Σωφρονισῆρες. tunc enim mens se erigere incipit. Aristoteles libro secundo De Historia animalium, capite quarto, circa vicesimum annum hos nasci ait. quibusdam verò anno octogesimo exiuisse scribit Plinius libri vndecimi trigesimo septimo. Plerumque nascuntur hominibus dentes triginta, aut triginta duo. Sedecim in vtraque maxilla. Priores, qui & incisores appellantur, sunt quatuor in vtraque maxilla. Canini duo. Dein molares decem, φρασῆρες dicti, quòd his eminentibus fari pueri incipiant. Posteriores Molarium duos, dentes sapientiæ hîc vocat Hippocrates, quòd ferè trigesimo ætatis anno eniteſcant, quo tempore sapere incipimus. Latini eos geminos vocant; Aristoteles ἀντιμόλια.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Αἱ δὲ 1 τρίχες φύονται ὧδε. ὀστέα εἰσὶ καὶ ἐγκέφαλος, ἀφ' ὧν ἡ τοιαύτη αὔξησις, ὅτι τῷ πέριξ κολλώδεος (ὅπερ ἀφ' τούτων γίνεται) καὶ 2 τῷ λιπαροῦ ἐπιγίνεται. Εἰ γὰρ ἐνῆν τῷ λιπαροῦ, ἐξεκαίετο ἂν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. Τάχα δὲ καὶ μᾶλλον ἐν τῇ, 3 ὅτι ἐν τῇσι μαχάιρῃσι καὶ ἐν τῷ ὀπισθίῳ τείχεϊ πολλαί, καὶ ἐν τῷ σώματι παντὶ εἰσιν. Οὕτω οὗτος λόγος ἐστὶ τούτου· ὅσα πυκνότητα τοῦ σώματος τὸ κολλῶδες ἔχει, ἐνταῦθα αἱ τρίχες γίνονται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ.

Verùm 1 *capilli ita nascuntur. Ab ossibus & cerebro tale incrementum oritur, nimirum à glutinosa circumflua materia (vt iam de neruis etiam diximus) &* 2 *pinguedine omni fraudata. Si enim pinguedo affuisset, à calido certè exusta fuisset. Fortassis quis admirabitur,* 3 *cur sub alis & in pube pili multi, quin & toto corpore quibusdam efflorescant. Quibus ita respondemus: Vbicumque in corpore glutinosum est, ibi pili à calore effinguntur.*

COMMENTARIVS.

1 Capilli ex materia nascuntur viscosa; vt capitis pili, à vicino cerebro & ossibus: horum idea eadem cum materia ligamentorum de qua iam egimus. Plurimi & maximi nascuntur pili, qua corporis parte cutis rariſſima est. Et vbi tardiùs rarescit cutis, ibi tardiùs exiliunt pili, vt in mento & pube.

2 Nam si pilorum materia foret pinguis, in os abiret, vsta caloris vi.

3 Quamuis passim non adsint tot ossa, quot in capite, attamen vbi viscosum adfuerit, pili fiunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ἀκούει δὲ διὰ τόδε. Τὰ ἐν τῇσιν ἀκοῇσι πρὸς ὀστέον σκληρόν τε καὶ ξηρὸν ὅμοιον λίθῳ. Τοῦτο δὲ πέφυκε πρὸς ὀστέον κοίλωσιν σκληρήν. Οἱ δὲ ἦχοι, ἀπερείδονται πρὸς τὸ σκληρόν· τὸ δὲ ὀστέον τὸ κοῖλον ἐπικεῖ διὰ τοῦ σκληροῦ. Τὸ δὲ ἄκουμα τὸ πρὸς τῇ ἀκοῇ πρὸς τὸ ὀστέον τὸ σκληρὸν λεπτόν ἐστιν ὥσπερ ὑμένιον, ξηρότατον δὲ ἄλλου ὑμένιος. Τελευταῖα δὲ πολλοῦ ἐστι ξηρότατον ἡχεῖ μάλιστα. Ὅταν δὲ μέγιστον ἤκουστα, μάλιστα ἀκούομεν. Καὶ εἰσί τινες οἱ ἔλεγον, φύσιν ξυλοειδέστατον ἐγκεφάλου εἶναι ὁ ἐλεφαντίνου· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένοιτο. Αὐτός τε γὰρ ὁ ἐλέφας ὑγρός ἐστιν, καὶ μᾶλλον πρὸς αὐτὸν ἐστιν ὑγρὸν καὶ παχύτερον καὶ πολὺ μᾶλλον ἰδεῖν ὑγρόν· ἔπειτα δὲ ὑγρῶν ἦχος ἀμυδρός ἐστιν, ἀκούομεν δὲ ἄριστα ἀπὸ ξηρῶν.

1 *Auditus autem hoc modo fit.* 2 *Foramina aurium ad os durum & siccum, lapidi æmulum, peruadunt. Ad ipsum autem os est cauitas antrosa. Soni autem ad id quod durum est alliduntur: os verò cauum, per ipsum durum, sonum concipit. Pellicula etiam in aure iuxta os durum tenuis est, velut aranei tela, omniumque pellicularum ſiccissima. Syllogistica sunt plurima signa, quibus comprobari posset, ſiccissima esse maximè sonora. Quum itaque plurimum sonuit, tunc maximè audimus. Etsi sint* 3 *quidam qui de Natura scribentes prodiderunt, quod cerebrum est quod sonum edit: Hoc tamen fieri nequit. Ipsum enim cerebrum humidum est, & membrana cui inuoluitur humida est & crassa, & membranam cingunt ossa. Et nullum humidum sonum edit, sed solùm arida. Sonora autem, auditum efficiunt.*

Auditus vt fiat.

COMMENTARIVS.

1 Sensus ab anima sentiente dimanat per peculiatia instrumenta. Lapidosum os intùs occurrit, cui ſicciſſima membrana obtenditur, qua nulla ſiccior: quam, in ipso osse, cauerna excipit. Officuliſ, inquit Zuingerus, quatuor, admirabili magis quàm perſcrutabili naturæ consilio refertæ; in cæcos labyrinthos dehiſcent, hoc est auditus organon. Actio autem fit: cùm sonus foramen intrat, ad os durum allidit, membranam mouet: quæ, mota sonat. Hæc re-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 231 sur 513

ſonantia cauernis recepta ſenſum auditionis facit. hæc doctiſſimus Zuingerus.

2 Variæ opiniones fuere veterum philoſophorum de audiendi modo, nullus præclariora attulit hac ſententia Hippocratica. Alemæon ideò nos audire putabat, quòd aures ſint vacuæ, nam talia reſonant. Diogenes aërem in cerebro ſtabulari exiſtimabat, eumque feriri à vocibus. Sed hanc opinionem hîc refutat Hippocrates. Plato auditum fieri ſcripſit aëris interni pulſatione. Vt breuiter rem accipias, Tribus opus eſt ad ſenſum, obiecto, medio, & organo. Obiectum auditus eſt ſonus: qui eſt qualitas nata ex aëris fractione, orta ex colliſis corporibus duris ac renitentibus. Medium auditus eſt aër externus. Organum auditus, dicit hîc Hippocrates, eſt membrana illa interna in aure, quam tympanum vocamus. Cùm itaque percellitur aër qui foris eſt, à ſolidis corporibus, & ſoni qualitate imbutus, vicinum aërem alterat, hic ſeriatim proximum, illéque alium, donec ad aurem perueniatur, ibi membranam ſonoram quatit. Hanc quaſſationem inquilinus aër, auri ingenitus, illicò excipit, quem in labyrinthum defert, mox in cochleam, vbi aër habitat innatus, dein in neruum auditorium, & ab eo ad communem ſenſum, tanquam iudicem de paſſionibus ſenſoriis organis impreſſis traducit.

3 Membranæ illæ teguntur ab oſſibus non ſolidis, ſed intùs ſpongioſis. Hanc opinionem poſt Hippocratem amplectebatur Diogenes, iam natam tempore Hippocratis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ὀσφραίνεται δ' ὁ ἐγκέφαλος ὑχρὸς, ἐὼν, αὐτὸς ὑπ' ξηρῶν ἕλκων τῷ ὑδρώδει ξυὼ τῷ ἡέρι διὰ τῶν βεγλήνων ξηρῶν ἐόντων. 2 Προσάκει γὰρ ὁ ἐγκέφαλος τῇ ῥινὶ ὡς τὰ κοῖλα· καὶ ταύτη αὐτῷ ὡς ἔστιν ὑπόγρεων ἰσχνὸν ἐὸν, ἀλλὰ χόνδρου μαλακοῦ ὅμως ὑπόπλοον, ὥστε κρέας ὄτι ὀστέον. Καὶ ὅταν μὲν 3 ξηρὰ ᾖ τὰ κοῖλα τῆς ῥινὸς, ὁσμώδης τ' ξηρότερον αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀκριβέστερός ἐστιν. 4 Ὑδατος γὰρ ἂν ὀδμᾶται, ὑχρότερος γὰρ ἐὼν τ' ἐγκεφάλου, ἐὰν μὴ σαπῇ. Σαπὲν γὰρ τὸ ὕδωρ παχύτερον γίνεται, ἢ τὰ ἄλλα πάντα. Ὁκόταν δ' 5 ὑγραινθέωσιν αἱ ῥῖνες, οὐ δυνατὸν ὀσφραίνεσθαι· ὑ γὰρ ἡέρα ἕλκει αὐτὸς ὡς ἑωυτῶν. Ταύτῃ δ' καὶ ὁ ὅταν ὑποπίκνη ὁ ἐγκέφαλος πλεῖστον αὐτὸς ἀφ' ἑωυτοῦ ἐς τὸν ὑπεράλιον, καὶ τὸν φάρυγα, καὶ τὸν πνεύμονα, καὶ ἐς τὸν ἄλλον κοιλίην, γινώσκουσι οἱ ἄνθρωποι, καὶ φασὶ καταῤῥεῖν ἐκ τῆς 7 κεφαλῆς· καταῤῥεῖ δ' καὶ ἐς τὸ ἄλλο σῶμα· 8 καὶ ὀλίγου * τροφὴ πρόσπτος τῷ θερμῷ.

1 *Olfacit verò cerebrum humidum exiſtens, aridorum odorem vnà cum aere * per cartilagines attrahens. Cerebrum enim 2 in cauitatem naſi pertingit: atque hac parte nullum ei opponitur os, ſed cartilago mollis velut ſpongia, quam neque carnem, neque os rectè appelles. Vbi itaque 3 ſicca fuerit cauitas naſi, ipſum ſeipſo exactius arida olfacit. 4 Aquam enim non olfacit, cùm madidior ſit cerebro, niſi fortè putruerit. Putrefacta enim aqua craſſior euadit, vt & reliqua cuncta. Ex aduerſo 5 ſi nares madida fuerint, olfacere nequeunt: non enim aëra trahit cerebrum in ſe ipſum. Nec etiam 6 cùm cerebrum ipſum de ſeipſo colliquatam materiam multam, in palatum & fauces, & pulmonem & reliquum ventrem dimiſerit: quod ipſum facilè cognoſcunt homines, & aiunt deſtillare ex 7 capite: quamuis & in reliquum corpus deſtillare poteſt. & tunc 8 ferè ſit caloris commutatio.*

Olfactus. * vel per cartilaginoſa corpuſcula.

COMMENTARIVS.

1 Quamuis cerebrum ſit humidum, attamen per ῥόγγια ξηρὰ attrahens olfacit.

2 Spongoïdea oſſa ibi obiecta habet cerebrum, nam cerebri mamillares proceſſus eo ſe porrigunt.

3 Cùm ſicca ſunt inſtrumenta, tunc ad ſe ſicciorem odorem trahit cerebrum, & olfacit.

4 Cerebrum ſe humidiora non olfacit: vt aqua, quæ etiam, quia tenuis, odoris materiam non habet: ni putredine craſſeſcat.

5 Cùm madent olfactus inſtrumenta odorari nequit cerebrum: vt ſi foris madeſcant nares, non olfacies, quia cerebrum aëra externum non traher. Ita cùm illabente coryza, nares humeſcunt.

6 Cùm interna nimis madent, non olfacit: id exemplo declarat catarrhi. Liquata enim cerebro pituita excurrit in alias partes, quæ irrigatæ, vt cùm febris inuadit, vel obſtructæ olfactu exuunt.

7 Id eſt, cuncti norunt à madefactione cerebri olfactum intercipi, ob copiam humoris à calore eliquari.

8 Calor etiam febrilis ſimul abit. Corn. legit ᾧ ὁπὶ τῷ τρόπῳ θερμὸς, & catharri modus calidus eſt, nim. cum febre & calore capitis, & narium pruritu.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

1 Ὁρᾷ δ' διὰ τοῦτο. Ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου τῆς μήνιγγος, φλὲψ κατήκει ἐς τὸ ὀφθαλμοειδὲς διὰ τοῦ ὀστέου ἑκάτερον. 2 Διὰ ταύτων τῶν φλεβίων ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διυδέει τὸ λεπτότατον τοῦ κολλώδεος τοῦ. Καὶ διὰ ταῦτα αὐτὸ ἀεὶ αὐτὸ δέρμα ποιέει, ποιητὸν εἶὸν ὡς αὐτὸ ἐξ τὸ διαφανὲς τοῦ ὀφθαλμοῦ, τὸ ὡς τοῦ πέρις, ὡς ὁ περιβάλλει τὰ πνεύματα· κ' ἡ αὐτὸν λόγον, ὥσπερ ἀεὶ τὰ ἄλλου δέρματος ἐλέξα. 6 Πολλὰ δ' τῶν' ἐξ τὰ δέρματα, ὡς τοῦ ὁρέοντος διαφανέος, οἷσίν γὰρ αὐτό ἐξι. Τέτῳ δ' 7 τῷ διαφανεῖ ἀντιαγέει τὸ φῶς καὶ τὰ λαμπρὰ πάντα. Τουτέῳ δὲ ὁρᾷ 8 τῷ ἀντιαγέοντι. Ὃ, τι δ' ἐν λαμπρέον ἐξι, μιμεῖ ἀντιαγῆ, τουτέῳ ὁρᾷ. 9 Τὸ δ' ἄλλο τὸ ἀεὶ τὸς ὀφθαλμὸς λάκκον, κρέας ἐξίν.

1 *Viſus autem ob has ſit cauſas: A cerebri membrana,* Viſus. *vena in vtrumque oculum per os deſcendit. 2 Per has binas venas, quod eſt viſcoſiſſimi tenuiſſimum, de cerebro percolatur. Hinc 3 ipſam circa ſe tunicam 4 talem efficit, 5 quale eſt ipſum oculi pellucidum, quæ ad aërem vergit, ad quam venti & aër irruunt: eadem prorſus ratione, vt de aliis tunicis & membranis dixi. Sunt autem 6 plurimæ tunicæ oculi prælucido præpoſitæ, eidemque ſimiles. In hocce enim 7 pellucido, lumen & cuncta ſplendida relucent. Et per hoc 8 relucens ſit viſio. Quod verò lucidum non eſt, neque reſplendet, per illud non videt. 9 Aliud autem illud quod circa oculos eſt, album, caro eſt.*

COMMENTARIVS.

1 Videtur per φλέβας neruos opticos intelligere: per δέρμα tunicam corneam: per τὸ κρέας λευκὸν muſculos oculos ambientes: per κόρην foramen pupillæ: per τὸ διαφανὲς ἀντιαγέον, cryſtallinum humorem, cui vitreus ſubſternitur, vt imagines reflectantur: & per τὸ ὑγρὸν κολλῶδες humorem albugineum; qui læſo oculo effluit.

2 Anima videt: oculus eſt inſtrumentum quo videt: actio oculi ergo eſt, vt inſtrumenti. Primarium autem eius inſtrumentum eſt cryſtallinus humor, qui medio oculo conſedit, qui accipit ideas cunctas viſibiles foris illatas. Nam, dicit, à meninge in vtrumque oculum neruus peruadit.

3 In lucidiſſimam membranam abit pars tenuiſſima, ad peripheriam oculi propulſa; ſimilis pellucido oculi interno: nam, vt dixit, viſcidus humor frigido aëri foris occurrens, in membranam abit.

4 Ita in ea cornu pellucidam, vnde cornea dicta.

5 Id eſt, quia glutinoſa pars percolatur. διὰ τοῦτο αὐτὸ, nim. κολλῶδες.

6 D. in corneam verti, quæ in plures laminas diuidi poteſt, humori cryſtallino ſimiles, tegumenta ad frigus.

7 In

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 232 sur 513

7 In humore cryſtallino omnia à foris lucida relucent. Obiectum viſus eſt ἀυγώδες, lux, qualitatum omnium diuiniſſima. Hinc eſt quod Stoici viſum appellaſſe videntur Deum, Theophraſtus verò hominis formam.

8 Eò quod relucet, videt homo: & eò quòd non relucet, non videt. Cryſtallinus humor oculi pellucidus eſt: vt vernaculo luminis fulgore externo ſit ἐυπρόσφυτος & conſocialis: tenuis, vt celerimè vtrumque lumen admittat. Coloris eſt omnis expers, quò colorum omnium ſpecies excipiat. Princeps hoc eſt viſionis organum: huius enim eſt ἀλλοιοῦσθαι πρὸς τινὰς τῶν ἔξωθεν χρωμάτων. Solus hic à coloribus alteratur; vtroque lumine interno à cerebro, & externo fruitur.

9 Non relucentes oculi partes: album oculi, ab humore fit albugineo, qui per corneam tranſlucet. & quia carne veſtitur oculus foris, carneum eum conſtituit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἡ δὲ 1 κόρη καλεομένη τοῦ ὀφθαλμοῦ μέλαν φαίνεται διὰ τοῦτο, ὅτι ἐν βάθει ἔδυ, καὶ γιτῶνες περὶ αὐτὸ εἰσι μέλανες. Χιτῶνα δὲ καλέομεν, τὸ ὑμένα ὥσπερ ὑμέναν. ἔστι δὲ 2 τὸ μέλαν ὄψιν, ἀλλὰ λευκὸν διαφανές. Τὸ δὲ 3 ὑγρὸν πολλαχῶς. Πολλάκις γὰρ ὀπτόμενον ὅταν συρραγῇ τὸς ὀφθαλμὸς ἔξιον ὑγρὸν πολλαχῶς· καὶ ἐὰν μὲν ἔτι θερμὸν ᾖ, ὑγρὸν ἔστιν. Ἐὰν δὲ ψυχθῇ, ἐγλύεται ξηρὸν, ὥσπερ λιβανωτὸς διαφανὴς. καὶ ἔστι ἀνθρώπων καὶ ἄλλων θηρίων ὁμοίως ἔχει. Τὸν δὲ ὀφθαλμὸν ἀνιᾷ 4 πᾶν ὅτι ἂν ἐμπέσῃ, καὶ τὰ πνεύματα προσβάλλοντα, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα λαμπρότερα ἢ κατ' αὐτόν ἐστι. Καὶ ὧν τις * ἐπαγάγοι, δι' ἃ τοῦτο, ὅτι ὁμόχροα ἐστίν. 5 Ὥσπερ τὸ σῶμα, καὶ ἡ γλῶσσα, καὶ ἡ ἄλλη κοιλίη, ὑγρά ἐστιν.

*ἐπαγάγοι

Iam quæ 1 *pupilla oculi dicitur, hanc ob cauſam nigra apparet, quia in profundo conſedit, & tunica nigræ circa ipſam ſunt. Tunicam autem vocamus id, quod velut pellicula ineſt,* 2 *neutiquam nigra, ſi quis ſeorſim inſpiciat, ſed* 3 *alba & pellucida. Humidum verò oculi viſcoſum eſt. Sæpe enim conſpicimus oculo rupto elabi viſcoſum humorem: qui, dum calet, liquidus eſt: dum verò refrixit, ſiccus euadit, inſtar thuris pellucidus: quod ipſum in hominibus, & in brutis ſimiliter ſe habet. Oculum autem affligit* 4 *quicquid in eum inciderit, & venti irruentes, & cætera quæ validiore ſplendore ipſo micant. Et ſi quis cauſam roget, reſpondere licet, quòd conſimilis coloris ſunt.* 5 *Quemadmodum os & lingua, & reliquus venter, humida ſunt.*

COMMENTARIVS.

1 Per hoc foramen ingrediuntur ſimulachra.

2 In oculi profundo videntur nigreſcere. Nigreſcit propterea in omnibus pupilla. Quamuis alioqui in ſolo homine variegati ſint oculi diuerſique coloris: cæteris verò animantibus vniuſmodi ſunt oculi. Sic boum omnium nigri, ouium aquini, felium cæſij.

3 Albugineus effluit. Natura tota oculi ferè aquea eſt, mollis, lubrica, ſplendens, pellucida, vt celeriùs rerum omnium imagines concipiat.

4 Quæ fulgore quaſi cryſtallinum extinguunt. Oculi temperie frigent ac hument: atque à ſimilibus ſuæ naturæ cauſis facilè offenduntur: iuuantur autem modico cõtrariorũ vſu. Eſt oculus acerrimi ſenſus: vnde fit vt citò affligatur: ſenſus enim in animalibus breuioris vitæ cauſa eſt Ariſtoteli ſecundo De anima.

5 Q. d. vt lingua, ventriculus, qui cùm coctioni ciborum dicatus ſit, etiam ad guſtum confert, cùm madore quodam à natura rigata ſint, cuius merito humidiora ſentiunt obiecta: at quæ nimis madent non ſentiuntur. Ita lux cryſtallino indita ſplendida videt foris quæ veniunt, cùm veluti patiens, venienti agenti ſplendori reſpondet analogiâ. At magis ſplendida, vel æquè, illa non videt, quia ὁμόχροα ſunt: nam actio nulla æqualibus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Διαλέγεται δὲ διὰ τὸ πνεῦμα * ἕλκον ἔσω πᾶν τὸ σῶμα, τὸ πλεῖστον δὲ ἐς τὰ κοῖλα αὐτῆς ἐνυπῆ. Αὐτὸ δὲ 2 σύριγξ ὠθούμενον διὰ τοῦ κενοῦ φθόγγον ποιέει. 3 Ἡ κεφαλὴ γὰρ ἐπιχεῖ· ἡ δὲ 4 γλῶσσα, ἀρθροῦσα πρόσβαλλουσα, ὃν τὸν φθόγγον διαφράσσουσα, καὶ προσβάλλουσα πρὸς τοὺς ὀδόντας, ποιέει σαφηνίζον. 5 Ἡν δὲ μὴ ὦ γλῶσσα ἄρθρου προσβάλλουσα ἑκάστοτε, ἀλλ' ἁπλῶς διαλέγηται, ἄλλ' ἤ ἔγκατα φύσει τὰ μονόφωνα. 6 Τεκμήριον δὲ ἐστι τούτου, εἰ κωφοὶ εἰσι γλῶσσαν ἔχοντες διαλέγεσθαι, ἀλλὰ τὰ μονόφωνα μέγα φωνέουσιν. Οὐ δὲ 7 εἴ τις τὸ πνεῦμα ἐκπνεύσας πειρῶτο διαλέγεσθαι.

*ἕλκειν

Loquendi autem vis hinc oritur: vniuerſum corpus dum abripit intus ſpiritum, plurimum in cauitates ſibi ipſi abducit. Is autem 2 *qui foras pellitur per inane, ſtrepitum edit.* 3 *Caput enim reſonat:* 4 *lingua verò occurrens articulat, & in faucibus obſtruens, & impingens ad palatum & dentes, claritatem eius facit.* 5 *Quod niſi lingua vndiquaque allidens & impingens articularet, non poſſet homo diſtinctè diſſerere; ſed ſingula à natura vnam vocem haberent.* 6 *Argumento ſunt huic rei muti à primo natali, qui diſſerere nequeunt, ſed vnam tantùm vocem efferunt. Tum etiam* 7 *ſi quis ſpiritum tantùm efflando loqui conetur.*

Sermonis inſtrumenta.

COMMENTARIVS.

1 Sermonis, id eſt, vocis articulatæ inſtrumenta docet. Huius materia eſt aër, foras pulſus expiratione, vnde fit ſonus. dicit itaque, corpus totum aërem rapit in ſe per arterias; ſed maximè per os & aſperam arteriam thoracem implet.

2 Denuò ex pectore eliditur per loca inania, hinc ſonus.

3 Sonus ille in capitis concauo reſonat.

4 Articulat illam reſonantiam lingua, ſeſe inſinuans omnibus oris partibus, miro flexu, palato ac dentibus allidendo, vnde polydædali vocum luſus. Quare Euripides eam ἄγγελον λόγων appellat, ſermonis nunciam. Hæc animi cunctos conceptus exprimit: propterea multis cuſtodiis, dentibus, labiis, freno hanc coërcuit Deus opt. Max. vt tot clathris detenta, mens priùs diſcernat, quàm proferat. Mirandum eſt tot motibus ſe poſſe voluere vnam linguam humanam: nulla murena, nulla anguilla hac eſt promptior in motum.

5 Linguæ vi ſermo fit, dum variis partibus variè appellens ſonum articulat.

6 Qui muti nati, linguæ vitio, ſonum vnum tantùm efferunt.

7 Niſi linguam adhibeant, loqui non poſſunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Δῆλον δὲ τόδε. Οἱ ἄνθρωποι 1 ὁκόταν βάλωνται μέγα φωνῆσαι, ἕλκυντες τὸ πνεῦμα τὸ ἔξω, ὠθέουσι σύριγγα· καὶ φθέγγονται μέγα, ὡς ἀντίῃσι τὸ πνεῦμα, ἔπεστι δὲ καταμβάλλεται τὸ φθέγμα. Καὶ οἱ κιθαρῳδοί, ὁκόταν δέῃ αὐτοῖς μαρμαρυγὴν ἐσω ἀνέμου ἕλκυσαντες τὸ πνεῦμα ἔσω, πολὺ ἐκτείνουσι τὴν ἐμφορὰν, καὶ φωνῶσι, καὶ φθέγγονται μέγα, ὡς ἀντίῃσιν τῷ πνεύματι. Ἐσω δὲ τὸ πνεῦμα ὀπλίσιν, καταπαύονται. Τοῦτο δὲ δῆλον, ὅτι τὸ πνεῦμα ἔδει τὸ φθέγγον διιέναι. Εἰδὲν δὲ ὦδε, οἱ σφίγγοντες ἑωυτοὺς, ἀπέπαυεν ἂν * φάρυγξ πᾶσα τὸ παράπαν. Οὗτοι ζῶσι μὲν, φθέγγονται δὲ οὐδέν, εἰ μὴ τις συλλάβοι ἂν φάρυγξ. 3 Οὗτοι δὲ φθέγγονται. Δῆλον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὸ πνεῦμα ἐνδιαίτημα τὸ λάρυγγος ἔλκειν ἔσω ἐς τὰ κοῖλα, ἀλλὰ καὶ τὸ διαπεπλημμένον ἐκπνέει. Οὕτως ἔχει φωνῆς ἔσω καὶ διαλέξεως.

*λάρυγξ

Exemplo illuſtremus. Homines, dum ſtudent altam vocem edere, attrahentes ſpiritum qui foris eſt, eum foràs

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 233 sur 513

foras propellunt, & magnam vocem proferunt, quo vsque ſpiritus durat. poſteà verò vox contabeſcit. Etiam citharœdi cùm vocem intendere coguntur, ſpiritum quam plurimum intrò ducentes pronunciationem extendunt, & vociferantur, ac vocem magnam edunt, quantum ſpiritus durârit. Poſtquam verò ſpiritus defecit, ſilent. His patet, quòd ſpiritus eſt qui vocem edit. Vidi præterea 2 quoſdam, qui ſibi ipſis manus inferentes, poſtquam guttur penitùs præcuiſſent, viuentes quidem, ſed nullam vocem edentes, niſi quis guttur conſtrinxiſſet: 3 nam tum demum ſermonem proferre poterant. Manifeſtum enim hoc eſt, quòd præſecto gutture ſpiritum attrahere nequit intrò in cauitates, ſed per vulneratam partem exit. Et ſanè hoc modo res ſe habet de voce ac ſermone.

COMMENTARIVS.

1 Quod vox informis, ſermonis q materia, fiat ex aëre eliſo: nam magno conatu effundunt aërem quem conſociarant confertim hi qui clamori ſe accingunt &c. ita & citharœdi.

2 Monſtrat adhuc ex corrupta voce, quod vox non articulata, ſermonis veluti materia, fiat ab aëre expulſo. præſecti, d. illi, loqui non poſſunt, quòd ſermonis materia, aër, os non ferit, ſed erumpit per vulnus: ſed ſi labra vulneris iungantur, vocem edunt.

3 Hoc docet Pareus; quo modo ſuenda ſint vulnera illa, quò ad ſermonem redeat, in illa hiſtoria quam ita refert libri noni capite vigeſimo nono: breuiter referam. Duo ad Vincenarum ſylvam obambulabant. Sed vnus alterius nummis & torqui aureo inhians, eum iugulauit ac ſpoliauit. Trachea arteria & œſophagus pugione confoſſa erant. Sicarius hunc ſe interemiſſe ratus, in illis quæ ob iter ſunt vites demiſit, ac ipſe in vrbem rediit. Alter ſemianimis à ruſticis in vrbem perductus fuit, ac mihi curandus venit. Ego ilicò exciſam tracheam arteriam ſutura iunxi, ac faſciis obduxi vulnus. Hoc modo habitùs loqui cœpit, ac ſicarium indicauit; qui comprehenſus, rotæ affixus fuit. Aliud etiam exemplum adfert de homine phanatico, qui ſe iugulârat; cadémque arte vocalis euaſit.

HIPPOCRATIS
DE
PVRGATORIIS REMEDIIS.

ARGVMENTVM.

EXISTIMO hunc librum De elleboro olim inſcriptum fuiſſe, ac totum interiiſſe, excepto hoc eius initio. Nec hoc mirum videri debet, cùm tot calamitatibus hactenus attrita fuerint Hippocratica ſcripta. Poſteaquam enim conflagraſſet bibliotheca Alexandrina, & quæ ex Hippocraticis ſcriptis reſtibilia erant collegiſſent Artemidorus Capito & cognatus eius Dioſcorides Alexandrini, Adriani Imperatoris temporibus, plurimum ipſi intulere damni deprauando. Accedunt hinc Barbara tempora, cùm labente Romano imperio, tota litteratura ad Arabas in Marocho translata fuit ab Almanſore eorum Rege, extincto Græcæ ac Latinæ linguæ nitore. Hæ tenebræ perennârunt vſque ad Gratiani, Decretalium auctoris tempora, cùm Salernitana ſchola Hippocratis Aphoriſmos ex Arabica in Latinam fœdè tranſlatos agnoſcere cœpit. Quare minimè mirum ſi quædam interciderint, quædam mutila ac lacera ad nos deuenerint. Nec enim dubito, quin Veteres ſapientiſſimi viri exactiſſimè De præparatione ellebori ſcripſerint. Scribit Dioſcorides libro quarto, Præparationem humani corporis & ellebori, ac victus rationem ad vſum ellebori, diligenter olim deſcriptam fuiſſe à Philonide Siculo Ennenſi. Et hanc rationem eſſe puto, Cur veteres elleboro, elaterio, reliquiſque ſtrenuiſſimis remediis perpetuò ferè vterentur, quòd tutiſſimas eorum præparationes compertas haberent, vt innuit Galenus in libris De articulis. Hinc noſtra ſæpè eluditur curatio, quòd, dum mitiora ſæpè ſectamur, occaſio curandi effluat, malúmque curabile incurabile euadat. Attamen in vſu validorum pharmacorum nullus temeritati locus eſſe debet. Cautè ergo tranſigendum, & certis legibus ea in vſum vertenda: quas hîc ſummus medendi præceptor ponit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΕΡΙ
ΦΑΡΜΑΚΩΝ.

I. Τὰ δὲ φαρμάκων πρήγματα οὐχ ἱ ὅσα νομίζεται, ὄστ. II. Τῷ γὰρ αὐτῷ 2 φαρμάκῳ καθαίρεται καὶ οὐ 3 καθαίρεται. ἐσθ' ὅτε μὲν 4 ἄλλα καθαίρει, ἢ ὅσα εἰώθει καθαίρειν, ἐσθ' ὅτε δὲ 5 ὑπερκαθαιρει. ἐσθ' ὅτε μὲν 6 τὰ δέοντα ἐποίησεν.

HIPPOCRATIS
DE
PVRGATORIIS REMEDIIS.

I. *PHARMACORVM purgantium actiones, non vt vulgò exiſtimatur, 1 ita ſe habent. II. Ab eodem enim 2 pharmaco quidam nunc purgantur, modò 3 non purgantur: quandoque verò 4 alia excludit, quàm quæ efferre ſolebat: interdum 5 nimium purgat: nonnunquam 6 qualia oportet facit.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 234 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Vulgus enim putabat, ſuſque déque quemcumque humorem excludi, non à peculiari remedio peculiariter ſibi dicatum ſuccum. Nam κατ' ἐμβεβηκὸς id vſu interdum venit, q.d. non ſatis eſt vt laxet ſe aluus; ſed morbi cauſa excludenda dicato ſibi remedio, quod propria dote illum elidit ſuccum. Quare veteres ignoraſſe videntur, ante Hippocratem, ſimilitudine ſubſtantiæ allici purgandos ſuccos à pharmacis. Hæc ſententia poſtea à Galeno firmata fuit libro De ſimplicibus, & ab Auerrhoïde libro 5. collectaneorum 25. Vt animaduertimus in pharmacia mochlica, pharmaco vectiario, cujuſmodi eſt elleboriſmus, quo vitioſus humor, tanquam à machina vectis, attrahitur in ventriculum, excluditurque vomendo, priuſquam ipſum pharmacum ad inteſtinorum anfractus peruenerit. Quod enim aliena à ſua dote interdum excludantur à dato pharmaco, id fit non à ſimile trahente vi, ſed quia oppreſſa, reſoluta, aut ſtimulata vaſorum vis acrimoniâ remedii illa demittit. Veteres pedes ſuos decocto ellebori lauantes ſe purgabant: vi purgatoria inſtar lucis ſeſe fundente per corpus. ita & integræ redduntur pilulæ à purgatione. Vera itaque purgatio fit ſimilitudine, qua trahitur humor ſimilis ad ſimile phamacum, vt ad magnetem ferrum, &, vt ait Auicenna libro De viribus cordis, vt electrum feſtucas trahit. Vt enim cuncta terræ naſcentia congenerem ſuccum in nutricatum attrahunt, vi attractice qua à ſummo Deo Opt. Max. prædita ſunt, ita & aliæ res, cognatione quadam, in rem ſimilem abripiuntur. Eſt autem in natura triplex cauſa attractionis, fuga vacui, caloris vis, & concordia formarum. Succi morbifici purgatio peragitur à phamaci ſpecifica vi. Hæc vis imbuit ventriculum ſua facultate trahendi, facitque vt ventriculus attrahat, nunquamque deſiſtat, quoad pharmaci vis reſoluta fuerit, & à natiuo calido deuicta.

2 Q.d. igitur magna cautione pharmacia erit ineunda: nam idem pharmacum vt commodè propinatur vel non, ita commoda & incommoda pariet. Itaque non ſatis eſt effundi aluum, ſed talia qualia decet efferri debent. Igitur eodem remedio non benè tranſigetur, vi & copia; nam his purgatorium erit, aliis minimè: & in quibus mouet, id faciet commodè vel incommodè, vt dextrè vel non benè in vſum vertitur.

3 Si detur non conueniens ſucco: vel in indomito humore, vel febrili in incendio, vel corpore non primùm meabili reddito, nec liberatis obſtructis: aut cruda ſi ſit materia. Vel ſi nulla cacochymia adſit, vt in ictero febre defuncto, & in exanthematis puerorum lædit pharmacia.

4 Vt ſi phlegmaphygum detur, vbi cholagogum oportuit. Vel ſi corpus circumfluat peculiari ſucco, vt pituita; huic ſi cholagogum propinetur, quàm minimum bilis abducet.

5 Si non ſatis preſsâ copiâ vel vi videtur. Hoc ſanè terribile eſt: inde nonnunquam conuulſio: at Σπάσμῳ ἐξ ἐλλεβόρου, inquit Hippocrates, σπασιμον. Hippocrati ἐξ vacuitatem denotat eius rei quæ in quæſtionem venit. Quaſi dicat, ſi ille ſpaſmus non ſit ex acrimonia ellebori aut ſucci attracti, ſed ex hypercatharſi; cum nim. conuulſio fit cùm iam elleborum excidit è corpore.

6 Hanc excluſionem ſequitur euphoria: cùm nim. excrementa excluduntur quæ in vitio ſunt qualitate.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. Ὅσοι μὴ δίδοντι ἐπιτηδεύματα τοῖσι φαρμάκοισι, εἰκῇ διδόασι.

IV. Ὑπολαμβάνειν γὰρ χρὴ καὶ τὰ σῖτα τὰ τρέφοντα ἁπλῶς, φάρμακα εἶναι, ἤπερ τὰ ἐκκρίνοντα. V. Οἱ μὲν ἄνθρωποι τῶν τε ὁρῶντας μὲν πιτυώδεας, ὑγιαίνειν· καὶ ὁρῶντες τὰ χάρμησιν.

III. *Quare non decet, vt quis, pharmacis confiſus, temerè ea exhibeat.* IV. *Quin & cibos, quorum nutricatu fruimur, pharmaca eſſe putandum eſt: non æquè tamen ac antedicta.* V. *Homines enim 3 qui commodè horum vſum ineunt, ſalubriter degunt: qui verò ſuſque déque, ægritudinibus implicantur.*

COMMENTARIVS.

1 Sine vlla medendi tecmarſi, nam materia præparanda, meatus aperiendi, methodus ſeruanda in omni occaſione reuulſionum & euacuationum. nam & vina non data apto tempore, nocent. Pharmaca, dicebat Herophilus, nihil ſunt; & pharmaca manus Dei ſunt: vt nim. in vſum flectuntur dextrè vel ſiniſtrè. Plurimi hodie falluntur, exiſtimantes in remediis ipſis ſanitatem habitare. Verùm pharmaca ſunt Medicæ artis inſtrumenta. At inſtrumenta nullius artificis opus per ſe abſoluunt, niſi doctè in vſum flectantur. Nec enim ſi mihi affabrè facta inſtrumenta pictorum dentur, pictor ero. Non enim αὐτομάτως illa feruntur in opus, vt Vulcani in officina. Nec etiam vllum remedij genus eſt, quod habet eandem vim in ſingulis. imò ne morbus quidem vllus eſt omnibus idem.

2 Id eſt, vt pharmaca incommodè exhibita turbant corpus, nec purgant ſua peculiari trahendi dote; idem agunt & cibi, quamuis id modeſtiùs. Nam virtus retentrix vaſorum copiâ fatigata ſuccos dimittit, vel acrimoniâ irritata excretrix eos excernit. q.d. itaque aluum ſoluere non eſt purgare.

3 Q.d. ita etiam qui ſine cautione ac tecmarſi pharmacis vtuntur, malè cedit eorum vſus. Vt enim cibus, ſi ex genij nutu offeratur, finem ſuum, id eſt, robur corpori adfert: ſin irato genio offeratur, turbat, à nutricatu excidens: Ita pharmacum cùm non eâ ideâ propinatur qua commodè ſua trahendi vi elidat ſibi peculiares ſuccos, turbat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. Τὰ δὲ ἀλλόντως ἰῶ, καθαίροντα μὲν ὥσπερ καὶ τὰ ἐλικρινέων φαρμάκων, ἧσσον δὲ καὶ βραδύτερον τῶν ἐλικρινέων φαρμάκων. VII. Δῆλον δὲ ὅτι δεῖ καὶ τούτοισι φάρμακα.

VIII. Ὅμως δὲ τούτοισι βραδύτερα καὶ ξυνιᾶσι ἐόντα ἁμεῖνον, ἐκείνοισιν ἐόντα ἐς τὸ σῶμα, εἰκὸς καὶ ἀνελεῶς διδόμενα, εἰκὸς παράγειν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ νοσοποιέειν πάνυ. IX. Καὶ τὰ ἐλικρινέα, καὶ τὰ ἔξεα, καὶ ἀπαθῆ καὶ ἀπερισκέπτως διδόμενα, ἧσσον διαφθείρειν τὸ σύμφορον.

VI. *Qui verò paſtum 1 liberiori manu ineunt, hi purgantur quidem veluti à meris pharmacis: verum parciùs & cunctantiùs.* VII. *Quare elucet & 2 alimenta eſſe pharmaca purgantia.* VIII. *Verùm hæc 3 tardiora ſunt, nobiſque familiaria, vtpote quæ cottidie corpus ingrediuntur: ſi tamen temerè exhibeantur, homines turbant, ac morbos accerſunt.* IX. *Quare, [vt breuiter tranſigam] qui 4 ſine delectu & temerè cibos dederit, acidos acréſve impermixtos, nihil commodi adferet.*

COMMENTARIVS.

1 Seipſum iam explicat: bifariam dici nim purgationem. vnam quæ à peculiari dote pharmaci, quæ vera eſt purgatio: alteram quæ fit ab oppreſſa vel irritata natura, quæ & bona & mala effundit, quò ſe à mole & onere vindicet.

2 Nim. ſi copioſiùs ingerantur, vel in occaſione dandi erretur. hinc ſtimulantur inteſtina, ventriculus, venæ, putredine cõtaminatis rebus ingeſtis, vel onere bellum naturæ mouentibus. q.d. aliud quid requiritur ad fœlicem ſucci morbiferi exhauſtionem, nim. vt is ſolùm abducatur vi peculiaris pharmaci. Sed illud

ipſum

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 235 sur 513

©BIUM

ipſum pharmacum ſi non dextrè in vſum vertatur, non pandet ſuam illam dotem tractoriam peculiarem: ſed turbabit, vt hic cibus, ſua acrimonia.

3 Q. d. quid igitur pharmaca inſueta agent, quæ eâ potentiâ micant, ſi temerè inducantur? Refert ſummus Medendi præceptor, in libris de morbis acutis, mira grauiáque ſymptomata quæ incurrere ſolebant homines ſanos, qui ſe temerè fraudant ſuo genio. Vt ſi quis bis de die paſtum inire ſolet, ſi iam ter vel quater cibum ceperit. Ita ſi quis picrocholos aut megaloſplachos vtatur melicrato.

4 Imò magno damno id fiet: itaque & maximo incommodo eſſe poterit & pharmacia temerè præſcripta, non edomitâ materiâ morbificâ, nec ἔυρῳ corpore.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. Χρὴ οὖν πρῶτον διδόναι τοῖσι μὲν 1 χολώδεσιν, ὅ, τι χολὴν ἀναιρεῖ. τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν, ὅ, τι φλέγμα· τοῖσι δὲ ὑδροπικοῖσιν, ὅ, τι ὕδωρ· τοῖσι δὲ μελαγχολώδεσιν, ὅ, τι μέλαιναν χολήν. XI. Ην δὲ τούτων ἔξω καθαίρῃς, τὰ μὲν 2 δίκαια οὐ καθαιρεῖς. τὰ δὲ μὴ δίκαια κενώσεις· ὧν ἐς ἀμφότερα ἀμείνων. XII. 3 Ὅταν οὖν μέλλῃς τινὶ φάρμακον διδόναι, ὅτου τε κάτω, ὅτου τε ἄνω, ἐπερωτᾶν αὐτὸν χρή, ἐ ὅπῃ ἔπιε φάρμακον. XIII. Καὶ πότερον ἡ 4 κοιλίη οἱ τοῖσι κατωτερικοῖσι φαρμάκοισι ὀξέως ἢ ὑπακούει ταχέως, ἢ σκληρή. XIV. Καὶ ὧν φῇ ὀξέως ἢ ἔυλυτον εἶναι, ἢ μαλακώτερον τε ἢ ἐλαττόνων ἐπὶ φαρμάκων δεῖται.

X. *Itaque ante omnia* 1 *biliosis oportet propinare cholagogum pharmacum: pituitosis phlegmagogum: hydropicis hydragogum: melancholicis melanagogum.* XI. *Si verò alia quàm hæc purgaueris*, 2 *quæ quidem excludi debent non purgabis, quæ verò minimè conuenit euacuabis. Quare his peccabis.* XII. 3 *Præscripturus itaque pharmacum quod vel sursum vel deorsum purgat, primùm rogandum, num aliàs pharmacum purgans hauserit.* XIII. *Et num* 4 *aluus ex purgatoriis deorsum facilè se soluat, ac citò obediat: vel non dura.* XIV. *Quod si facilem esse aluum lubricamque dixerit*, 5 *mollioribus paucioribúsque pharmacis opus erit.*

Commentarius.

1 Id est, Pharmaca pro natura cuiusque præscribenda sunt. q. d. in cibo demonstrauimus nocua etiam optima esse, adeò vt naturæ facer cibus affligat, si temerè eius vsus ineatur: vt clarum sit quantis damnis augeant eos ægros qui pharmaca, quæ longè ab alimentorum bonitate abeunt, sine tecmarsi propinant: se satisfeciſſe putantes si aluus feratur: quod etiam cibi faciunt temerè ingesti. Sed diceret quis, quo modo igitur, & ob quas vires pharmaca erunt in vsum euocanda? Respondet, vt ita dentur vt suis peculiaribus trahendi potentiis agant, loco, hoc est vbi oportet. id est, vt quæ bilem trahunt, biliosis in succis affligentibus exhibeantur, &c.

2 Id est, si non sua purgandi vi ducant succum qui in vitio est; sed bonum & naturæ non molestum. vt si in pituitoso morbo cholaphygon detur pharmacum, quæ non decet educes, nam eius vi rigorem suum ponit pituita. & quæ pituita elidi deberet retinebitur.

3 Cautio purgatoria, in metu hypercatharseos: vt peculiaris natura eluceſcat, vt ea ratione copiam pharmaci captes. Nullis enim notis idiosyncrasia dignosci potest. Galenus existimabat se Æsculapii medendi fœlicitatem assequi potuisse, si idiosyncrasiæ argumenta certa deprehendere potuisset. Vt hanc noscas, rogandi sunt ægri, vt pharmaca ferre soliti sint, &c.

4 Nam adeo tenera sunt quædam corpora, vt primo pharmacorum odore trepident, & se in fluxum soluant. Alia tam agrè soluuntur, vt vix vllis remediis aluus respondeat. Noui puellam quæ vix semel tribus mensibus ad hoc naturæ munus inuitatur.

5 Metu hypercatharseos. Hi non facilè elleboro aut scammoneatis remediis tententur: suffecerit enim manna, cassia, syrupus vel mel rosatum solutiuum, sena, epithymum, polypodium, Rhabarbarum, & talia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XV. Ην ὁ σκληρὴ ἰὼν, 1 ἰχωρωτέρων δεῖ). XVI. Οὗτος ὁ πρόω & 2 καὶ πρὸς τὰ ἀναπτεινά. XVII. Ην δὲ 3 μηδέποτε φῇ μήτε ἄνω, μήτε κάτω κεκαθάρθαι, ἢ πεπωκέναι φάρμακον, ἐρωτᾶσθαι χρὴ, εἰ πρὸς τὰ ἐπόντα 4 ὑγιαίνοντι ἔυλυτο & ἡ κοιλίη πρὸς τὰ κάτω, ἢ ἐς δύναται πρὸς τὰ ἄνω, καὶ εἰ πρὸς πλησμονὴν τινα ἠλγήκει & ἢ διάῤῥοια ἐπεγένετο αὐτῷ.

XV. *Sin aluus dura solutáque contumax fuerit,* 1 *potentiora pharmaca postulat.* XVI. *Eadem cautio in* 2 *sursum purgantibus est obseruanda.* XVII. *At* 3 *si nunquam pharmacorum sursum ducentium, aut aluum subducentium vsum se iniisse affirmet, tum demum exquirendum, num* 4 *dum sanus esset, officij memor fuerit aluus pro conditione rerum assumptarum, &* 5 *num à rebus quæ in vomitum faciles sunt, ventriculus facilè se in vomitum laxaret; & an à pleniore cibo se* 6 *in fluxum effundere soleat.*

Commentarius.

1 Alioqui in alimentum, aut sucum morbificum se transferet: vel operam ludet combinatione in corpore, eiúsque duricie conniuentibus meatibus vasorum.

2 Vt tenerè habeantur tenella corpora. quare nullum remedij genus idem omnibus.

3 Nam quædam idiosyncrasiæ ad cuncta nauseant pharmaca.

4 Nam his exolutionem adfert omnium vitium, grauiús pharmacum per cibos: nam ne sani quidem ferrent.

5 Id est, si fractiore fuerint vi ventriculi præditi: nam alioqui εὐημέας ἄνω φάρμακοῦσιν, inquit Hippocrates 4. aphorismorum, hoc est, qui quidem non sunt nauseabundi à cibis flaccidis & variis: sed qui facilè vomunt, idque facilè ferunt si irritauerint vomitum. Est enim duplex vomitus: particularis, & vniuersalis. Particularis hyeme etiam admittitur, quo soli ventriculo imbelli eximitur pituita: & his valida non debentur remedia: de hoc hîc loquitur alter generalis, quo totum euacuatur corpus, elleboro albo: is tantùm æstate admittitur ab Hippocrate: & is non est præscribendus vbi languet ventriculus: sed tamen opus est vt ij qui vsum eius inibunt, vomant ex facili.

6 Id enim languidi resolutique stomachi significationem adfert.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVIII. Ταῦτα πάντα ἀνερέσθαι χρὴ, οἷς ἂν λυμαίνῃς ὀρθῶς βαλεύεσθαι. 1 ἄμορφα γὰρ ξυμφορὰ, φάρμακον δοῦναι ἀνθρώπῳ, ἀποκτεῖναι. XIX. Οκόσοι μὲν οὖν 2 ἐσὶ πυρετῶν ἰσχυρῶν λαμβάνουσι, ἐ χρὴ τούτοισι φάρμακα διδόναι καθαρτικὰ, ἐς τ' ἂν μαθῇ ὁ πυρετός. XX. Εἰ δ' μὴ, μὴ 3 ἐντὸς τεσσάρων καὶ δέκα ἡμερῶν.

XVIII. *Cuncta hæc interrogare oportet, quò tutò ei consulere possis: vfœdaest enim calamitas, à pharmaco purgatorio hominem interiisse.* XIX. *Qui* 2 *validis febribus impliciti iacent, his non ante febrium remissionem pharmaca dare oportet.* XX. *Sin minùs, cunctandum, saltem,* 3 *ne citra decimum quartum diē.*

Commentarius.

1 Q. d. idem medicamen & seruat, & occidit homines: vt vel temerè vel bona tecmarsi in vsú ducitur

2 Incunte.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 236 sur 513

2 Ineunte itaque morbo interdum licet, si inflammatorius non sit affectus. nam per phlegmonem crudam nihil à causa morbifica abduci potest, sed sana liquantur male. Sed tamen ἐυκοπρησιν promouere licet bilioſam, mannâ, caſſiâ, & ſyrupo roſato. 1. aph. 24.

3 Id eſt, ſi aſtantium importunitate in pharmaca cogaris: ſaltem aliqua coctionis ſigna appareant: & omnis metus intercipiendæ criſis abſit. criſes autem intra quatuordecim dies præcipites euenire maximè ſolent. Scripſit Hippocrates, rarò initio purgandum eſſe: nam rarò orgaſmo concita fertur materia morbifica.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXI. Θερμαὶ γὰρ ἅμα τε σάρκες ἐοῦσαι αὐτέων, καὶ αἱ κοιλίαι, ἀναλαμβάνουσι τὸ φάρμακον καὶ οὐκ ἀποκαθαίρεται τὴν ἀρχήν. XXII. Καὶ ἤδη τότε πυρετὸς γίνεται πλείων, καὶ τὸ χρῶμα ἐκφέρεται, καὶ ἱκτεριῶδες γίνονται. XXIII. Κινδυνεύει γὰρ τὴς χολῆς, καὶ μὴ καθαιρεθείσης, ἅτε ῥοφέειν δέλεαρ, ἅτε πίνειν, ἀλλὰ πάντα βδελύσσεται, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀπόλλυται. XXIV. Ἢν δὲ τὸ φάρμακον, τὸ μὲν πρὸ μέσου ἡμέρης, οὐδὲν καθαίρει, οὐ μέντοι δὲ ἡμέρης καθαιρόμενον, ταχέρρους γίνεται, καὶ ἀπόλλυσι.

XXI. *Carnes enim ipſorum & ventres cùm incendio flagrent, pharmaca retrahunt, nihilque purgantur.* XXII. *Tunc magis incandeſcit febris; colorémque auriginoſum ducunt.* XXIII. *Agitatâ, perturbatâque bile & non eductâ, neque ſorbere poteſt neque bibere, ſed auerſatur omnia, & plerumque moritur.* XXIV. *Caterùm ſi pharmacum ſuperârit, ante meridiem nulla fiet purgatio: à meridie verò ex hypercatharſi perit.*

COMMENTARIVS.

1 Q. d. igitur ante diem decimum quartum non purga; nam tam diu valida vi ſe vibrat flamma febrilis: & pharmaca in ſe abducit. Nam etiamſi alioqui commodum pharmacum propinetur, non habebit naturam adiutricem: non enim ſatis eſt ad moliendam purgationem vt pharmacum trahat, ſed etiam oportet vt partes à ſe expellant irritatæ vi pharmaci: at calidiores à febre partes non expellunt ſuccos, ſed potiùs in ſe capiunt. Ita enim comparatum eſt in natura, vt inter ea quæ ſeſe mutuò trahunt, illa quæ calidiora ſunt trahant; quæ verò minùs calent, trahantur.

2 Nam in paroxyſmis etiam quieſcendum. Non igitur purgatio eſt perturbatio. Turbat autem crudos ſuccos pharmacum, nec purgat, vnde maior calor: & cùm in bilem pharmacum vnà abeat, quod trahitur à calidis partibus, icteri imaginem facit vt induat corpus.

3 Nihil natura ægriùs ferre poteſt quàm duos contrarios motus, eodem qui mouentur tempore. pharmacum ad centrum trahit hos; at calfactæ partes ad peripheriam, vnde confuſio naſcitur ſuccorum, calidique natiui extinctio. Hinc maiora incendia ſumit febris, & œconomiam aluinam labefactat.

4 Id eſt, ſi naturam ſoluerit. Hoc eſt, ſi reſoluta retentrice facultate eáque extincta effluant humores.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXV. Ην πωτέω τῳ ἡμέρῃ πρεγένηται, καὶ ἐκκαθάρσει μὴ ἱκανῶς γένηται. XXVI. Οὐκοῦν ἀρχὴ τοῖς ἰητροῖσι τῶν πυρετῶν φάρμακα καθαρσίοισι προσφέρειν. XXVII. Ἀλλὰ δεῖ πως δύνῃ, ἀποκλύζειν χρὴ, ὁπόσαισι ἂν βούλῃ ἀσινέστερον γάρ. XXVIII. Κατὰ ταὐτὸν λόγον, καὶ ἐν τῇ θερινῇ ὥρῃ, ἀπὸ κυνὸς ἀνατολῆς ἡμέρας πεντήκοντα, φιλοσοφέειν χρὴ μὴ διδόναι φάρμακον, ἀλλὰ κλυσμοῖσι χρέεσθαι· ὁ γὰρ αὐτὸς κίνδυνος.

XXV. *Quodſi hunc diem ſuperauerit, vnáque cum purgatione miteſcat febris, conualeſcit.* XXVI. *Quare per validas febres de pharmacis purgantibus vereri oportet.* XXVII. *Sed tamen vbi res alui ſubductionem poſtulat, enematum vſus, quotieſcumque viſum fuerit, tutò initur magis.* XXVIII. *Eadem hac ratione, æſtate à canis ortu, quinquaginta dierum ſpacio à pharmacia tenendum: ſed clyſmis potiùs indulgendum, vbi opus eſt: alioqui idem diſcrimen inde imminebit.*

COMMENTARIVS.

1 Nam vnâ abripitur cauſa febrilis, vbi vires tam validæ, vt hanc agitationem & iniquam etiam vnà purgationem ferant.

2 Nondum coctionis ſignis apparentibus: vt tenſis hypochondriis, flammea vrina ac tenui, contumacia in obſtructione, aut viſcerum in phlegmone. In eſſentialibus etiam febribus, dum æſtus adhuc plena ſunt omnia; ne rapidi potentia phannaci conflagrantia viſcera phlegmonem concipiant, parteſque ſanæ colliqueſcant.

3 Ex malacticis & leniter ſubducentibus: ita enim ſubducitur fuliginibus, ex inteſtinis, focus: & ſqualor aluinus madeſcit. & conſequio ſuccorum εὐφορος redditur æger, bonis ſuis tebus: nam à mole aluina premi ſolebat diaphragma.

4 A decimo die ante ortum Sirij. Nam rapidi potentia Solis viſcera incendio conflagrantia, facilè à cathartico febrem concipiunt. Deinde quòd vis naturæ effœta, neque cathartico, neque humori vacuando par eſſe poſſit, vnde cholera ſicca. Cum calore ambientis humor foras fertur, & cathartico reuocatus naturæ negocium faceſcit, quæ contrarios motus perfeire nequit. accedit & opora, vnde ex mala victus ratione facilè ſoluuntur.

5 Vt paulatim εὔρους fiat corpus, & vt fœditas aluina deponatur, vnde vbertimæ cauſæ morbificæ pullulare ſolent.

ALIA quadam acceſſere, quæ ad librum περὶ τέχνης pertinent. inde, qui vult, ea petat: de calumniatoribus medicorum enim agit, nihil verò de pharmacis purgantibus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 237 sur 513

HIPPOCRATIS PROGNOSTICON.

ARGVMENTVM.

Mos Hippocratis.

HIS tribus libris præcellentissimam totius Medicinæ partem summus Medicinæ dictator Hippocrates Magnus absoluit. qui, vt ait Celsus, vir arte & facundia clarus fuit; quique, vt inquit Macrobius, tam fallere quàm falli nescit. In hoc verborum pressa proprietas, sententiarum concisa subtilitas, sermonis veneranda antiquitas, artificij splendida dignitas; quam natura lepores & charites vbique comitantur. Hos ille scripsit libros concisis, vt suus est mos, attamen grauissimis ac summa scientia, & robusta illa strictaque eloquentia plenos sententiis: in quibus omnia breuitate quadam arguta ita rotunda sunt & significantia, vt vbertas & amplitudo rerum, verborum numerum longè vincat. Inscribit Prognosticum, hoc est, liber in quo præsentiendi prædicendique scientia, quid in acutis periculique subiti plenis morbis euenturum sit, continetur, ex signis Tecmeriis, hoc est syllogisticis, quibus positis ac sensibus expositis, necessariò quædam his consectaria intelliguntur: vnde in cognitionem venimus, rei futuræ & sensui nondum compertæ. Hæc autem triplici idea elucent: nam aut sunt signa coctionis ac cruditatis, salutis, & mortis, vel futura crisis. Signa coctionis enarrat vbi agit de vrinis, deiectionibus, & de expectorato: Quæ autem signa apparent ad salutem vel mortem, vt, vbi cadaueroſam illam depingit faciem, & vbi de accubitu agit, & etiam cùm de respiratione: Signa autem iam iam futuræ crisis, vbi de vomitu, & cùm futuræ hæmorrhagiæ notas aperit. Hæc autem, vt breuiter dicam, tecmeria signa ducuntur vel ab essentia morbi & corporis, caussis morbificis, aut effectis, vel ex vtrisque consociatis. Quæ ab essentia corporis, considerantur in corporis temperamento, habitu, vel in vtrinsque horum consectariis. ita temperamentum sequitur color, habitus, character & moles corporis: vtrique consectaria sunt excrementum, & actio facultatum animalium, vitalium, & naturalium. ad quas actiones etiam pertinent imaginationes, sermo, taciturnitas, somnia, vigiliæ, vellicationes, paroxysmi, rigores, frigora, tussis, sternutatio, singultus, respiratio. Ad excrementa autem pertinent lachrymæ, deiectiones, vrina, expectorata, vomitus, sudores, ructus, flatus silemes & strepentes, sanguinis effusio vel substillum, hæmorrhoides. Quid hæc notent, aperit his tribus libris Hippocrates, quocumque modo appareant, ad salutem vel ad mortem, ad melius vel ad deterius: eóque id agit sine, quò rectè à nobis cum morborum causarumque morbificarum viribus (quæ ex his notis explendescunt) conferatur cuiusque naturæ communis, & cuique peculiaris, in temperamento, habitu, dieta, consuetudine, humoribusque dominatu: vt ea comparatione intelligamus num de salute conclamatum sit ægri, vel num erigi in sanitatem possit, & quo euentu. Propterea morborum causarumque morbificarum translationes quid denotent hîc aperit: quæ ex quibus, & in quas successiones: & quæ in abscessum vel crisin subitam se sint effusura. Non autem agit hîc de omnium morborum præsagiis, sed tantùm acutorum, in quibus subita pericula adsunt: nam hi celeriter, continenter, & summa tadiorum vi suam absoluunt historiam. Et tamen hi morbi nonnunquam blandi apparent, cùm in procinctu sint pericula & mors. at docti Medici Hippocratica præceptis instructi, in illis halcionis calamitosa tempestatum signa quædam vident, & sibi & ægris cauent.

Vtilitas horum Librorum.

De quibus hîc agatur.

Argumentum primi libri.

PRIMO autem hoc libro enarrat notas quæ efflorescunt in mutatione essentiæ, temperamenti, & habitus: in colore, mole, actionibus, & excrementis tum totius corporis, tum partibus propriis. Sunt autem hi libri Hippocratis Magni, quos ipse manu fictos edidit. Sunt ab eo scripti post libros Epidemiôn: cùm iam speculationes experimentis explorasset, & iam generatim sententiam proferre audebat. Tamen prognostici libri ante Epidemiôn legi debent: cùm docendi filum ducatur rectè ab vniuersis, & naturâ notioribus. Hos autem libros nunquam, tanquam absolutissimos & diuinis refertos oraculis, Ligurini Momi tentare ausi fuerint: imò ne ipsa quidem calumnia tanto seculorum ductu dentem in hos figere potuit. Ea enim horum est diuinitas ipsaque splendor, vt non sine summo sui amore, si intelligantur, abire lectorem sinant. Profectò si quid est scripti, quod nobilem illam famam summo præceptori peperit, Prognosis fuit. quam cùm obnixè veteres sapientiâ celebres viri, tum diuino quodam euentu Hippocrates excoluit: vt rectè de eo dicas, quod de Chalcante Homerus;

Horum librorum œconomia.

Gal. 3. epid. in historia Hermocratis: & 3. de diff. resp. 1. 6. 13. & 6. epid. 2. 44.

Horum librorum nobilitas.

Iliad. α.

ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

vel id quod de Proteo Virgilius;

—— Nouit namque omnia vates,
Quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Id est, qui sciebat & præsëria, & futura, & præterita.

Sed cur veteres tanto studio hæc? hæc certè affligentium morborum, ac causarum morbificarum vim, & corporum robur vel languorem nobis aperiunt, & quantum hæc triumphentur vel triumphent ostendunt: vnde intelligimus num spes adsit salutis; & num confertim, vel lentè soluendus sit morbus, qua via, die, hora: & quando iure loco que nutricatui vel pharmacia studendum. Hinc Celsus ait, se velle Hippocratem imitari, cuius curationem licet recentiores mutauerint, tamen, inquit, hæc ipsum optimè præsagisse fatentur. Ita profectò est, nunquam mutandorum & inueniendorum remediorum finis erit: polydædala natura, hominúmque ingenia in his ludunt. at instrumentorum varietas artificem non facit: nec, si mihi selectissima aurifabrorum organa forent, aurifaber essem, sed dexter eorum vsus artem probaret. At totam eam encheiresin nobis reliquit Hippocrates in Prognosticis his suis. Nobis enim tractandum est idem illud corpus humanum, quod olim tam benè à sapientissimis illis ingeniis exploratum fuit: quod eisdem iam ac tunc constat principiis, eodémque victu fruitur, iisdémque succis quod rigatur. In quo illa Æsculapidum gens ea symptomata, eósque eorum euentus obseruauit non solùm in Græcia, sed etiam in Scythia, & Libya, hoc est, regione moderata, algidissima, & feruentissima, quæ eisdem euentibus nos, in nostris corporibus & regionibus obseruamus cotidie

Vtilitas horum.

2. Lib. in principio.

Hippocratis ars perpetua.

4. Georgic.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 238 sur 513

tidie, & hactenus ab eo euo notata fuere. Sed quos latent naturæ morborum ac eorum euentus (quæ ex solo Hippocrate venari licet) numquam opportunè & cautè in vsum remedia flectent. propterea rectè olim Herophilus dixit, medicinam, hoc est remedia, nihil esse, & manum Dei esse: nam nullus morbus est idem omnibus, nec vllum remedij genus eandem vim habet in singulis: & similitudines sæpè imponunt, quòd multa putantur fieri lege naturæ, quæ sunt symptomatica. Quid itaque dicam? queror ob instrumentorum cultam nouámque faciem, veterem illam grauem Hygeam Panaceámque, apud quas habitat medica enchiresis, quæ medica scientia est, à medicina relegari: quid querar?

Cessere magistri,
Phyllirides Chiron, Amithaoniusque Melampus.

Ex quibus autem præsentiendi prouidentiam nobis parare debeamus, præclarè docuit Galenus initio De præsagitione ex pulsibus. Signis autem triplicibus omnis præsentio aperitur: quadam enim morbi speciem significant & magnitudinem, vt sunt Pathognomonica: alia morem, quæ Epigenomena dicuntur, & non perpetuò iungunt se, vt delirium in Pleuritide: alia motum loquuntur morbi, quæ appellantur Epiphenomena, quæ apparent ad salutem vel mortem, aut ad tempus & speciem crisis, qualia sunt signa coctionis & cruditatis, & prauitatis in excrementis tum communibus, tum partium propriis. Signa quotuplicia.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΩΝ Α.

I. ΤΟΝ ἰητρὸν, φιλέειν μοι ἐστὶν ἔδη, τὴν πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. Προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων τοῖσι παροῦσι, τὰ παρεόντα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ἐπίσταται τε καὶ παραλέγεται τοῖσι ἀδυνάτοισι, σκιαγραφώτερος, πιστεύσιος ἂν μᾶλλον γνώμων τὰ περὶ νοσεόντων κρίνεται· ὥστε θαρσέοντας τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. 4 Τὴν δὲ θεραπείην ἄριστα ἂν ποιέοιτο, προειδὼς τὰ εὐμενέα καὶ παθήματων. ὑγιείας γὰρ ποιέῃ ἅπαντας τοὺς ἀδυνατοῦντας· τοῦτο γὰρ τῆς τέχνης τὰ μέλλοντα ἀποδέκεσθαι, χρηίζειν ἂν ἰῶ. ἰῶ τὰ παθήματα.

HIPPOCRATIS
PROGNOSTICON I.

I. MEDICVM, arbitror operæprecium esse, 1 prouidentiam consectari: Præsentiens enim atque prædicens apud ægros res præsentes, præteritas, & futuras, & etiam 2 quas ipsi ægri prætermittunt explicans, existimabitur facilè percepisse notitiam singularem rerum ad ægros pertinentium: eoque fiet vt 3 confidentiùs credant homines seipsos medico. 4 Medicinam autem optimè faciet [medicus] si antè præsenserit quid euenturum sit cuique affecto. Sanos etenim facere cunctos ex morbo languentes, sanè 5 haut potis est. [quamuis] id præstantius foret, quàm præsentire futura. Dociles facit. Prædictionis præstantia: & vtilitas prima: ægri parent. Vtilitas prædictionis secunda: malis obuiam eundo.

COMMENTARIVS.

1 πρόνοια varia significat: interdum diligentiam denotat ad aliquid consequendum: Tali modo vsus est Euripides in Hecuba, de Pyrrho loquens, qui gladio Polyxenam confodit, ὃς ἧς θυήσκων' ἄκων πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐχήμως πεσεῖν, id est, illa tamen moriens, adhuc multam diligentiam adhibuit vt honestè caderet. Vel idem est quod curam gerere, vt cùm dicimus mundum prouidentiâ gubernari; hîc Zeno προνοίας voce vtebatur. Interdum denotat præsensionem futuri, q. πρὸ τοῦ διέσασθαι νοεῖν, quod etiam πρόγνωσις dicitur, dum notis id futurum esse agnoscitur: ita hoc loco vtitur Hippocrates hac voce, loco προγνώσεως dixit πρόνοιαν, hoc est, loco præsensionis dixit prouidentiam.

2 Vt quæ in diæta, & in symptomatis; vt si inflammati pulmones, si dicat medicus, ei interdum genas purpureo rubore suffundi.

3 Nam, vt ait Auicenna hîc ex commentario Galeni, is plurimos curat, cui plures fidunt.

4 Occurrens vehementiæ morbi. vt si metastasis adsit, reuocetur succus: ita in causo si albet vrina, ne fiat phrenitis cauendum, reuulsa bile.

5 Sunt enim quidam morbi omnino natura inuicti: vt qui in vastissimam immoderationem æqualem corpus abripiunt: & ii qui debellant actiones quibus vitæ genius fouetur; vt consectaria dysenteriæ lienteria, quæ ciborum nutricatum satisfacere denotat, vnde hydrops & mors. & hi quorum focus longiùs recessit à vegeta remediorum incursione: vt lithiasis. quin in quibus diuinum quid est, peticulosi sunt; de his mox dicemus. præterea quidam morbi ex euentu sunt calamitosi, qui ex translatione enati fuere materiæ morbificæ ad nobilissimam partem: vt cùm se transfert Pleuritis in Peripneumoniam, ardens febris cùm in Lethargum abit: quidam vehementissimis symptomatis præcipitantes occidunt: morbi etiam ex sanabilibus insanabiles euadunt, non cautè captata vel præcipitata medendi occasione, cum nempe neglectum fuit, quod factum oportuit: vel cùm admotum est, quo minimè facto opus erat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

II. Ἐπειδὴ δὲ οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκουσι· οἱ μὲν πρὶν καλέσαι τὸν ἰητρὸν, οἱ δὲ, καὶ ἐσκαλεσάμενοι, παρεγχείρημα ἐτελεύτησαν· οἱ μὲν, ἡμέρῃσι μέλλουσι ζώσιν πλείοσι· οἱ δὲ, ὀλίγῳ πλείονα χρόνον, πρὶν ἢ τὸν ἰητρὸν τῇ τέχνῃ πρὸς ἔργον νόμιμα ἀνταγωνίσασθαι· γινώσκειν ἐν μὲν τοῖσι παθέων τοιούτων τὰς φύσιας, ἱκανὸν ἂν εἴη τῷ δυναμένῳ εἰδέναι τὸ σωμάτων. Ἅμα δὲ χρὴ καὶ τὰ θεῖα ἐνεῖναι ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτῳ τῷ φερεγγυίᾳ ἐκμαχᾶσθαι. Οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ δαιμόνιον διαπαίζοιτο τε καὶ ἰήσεται ἐν ἐλαχίστῳ. 3 Καὶ γὰρ οὐδ' οἷόν τε φεύγειν θεὸν, τόνδε ἔστι κάλλιον δ' ὁμῶς ἂν ὁρῶντα διαφιλάσσειν, ὅτι πλείονι χρόνου φεύγειν δύναιτ' ἂν ἀνθρώπους τὸν σώζοντα μέλλοντα προγινώσκων καὶ προαγορεύων, ἀναίτιος ἂν εἴη. * πῆς

II. *Iam verò cùm homines moriantur: alij quidem priusquam euocauerint medicũ, vi morbi oppressi: alij verò, cùm eum adhibuerint, in procinctu mortem habent: ita vt vel vnicum diem viuant: aut certè alij non ita multo plus temporis, antequam medicus morbo cuique remediari contra potuerit: [consentaneum itaque est] vt perfectas habeat huiusmodi morborum naturas, quantum [scilicet] corporum vires prosternat. Tum pariter & 1 si quid diuinum insit in morbis, illius quoque prouidentiam consectari: Sic enim & 2 iure susscipietur, & bonus medicus meritò habebitur. 3 Nam eos qui possunt euadere, multò melius seruare poterit. diu ante præmeditatus singula. Atque ita tum eos qui morituri, tum eos qui euasuri sunt præsentiens & pranuncians, omninò culpa vacabit.* Tertia vtilitas prædictionis: Inuidiæ & calumniæ declinatio.

COMMENTARIVS.

1 Quò itaque tria proposita consequamur commoda Prædictionis, iubet Hippocrates, vt addiscamus morbi vim ad naturæ collatam robur; cuius morbi magnitudinem ipse docet, tribus his libris, vt notis cognoscatur: & diuinum num quid insit perscrutari vult. Hæc enim duo sunt quæ in morbis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 239 sur 513

©BIUM

funeſtam calamitatem conſectariam trahunt, morbi acumen, & malignitas, hoc eſt, τὸ ὀξὺ, καὶ τὸ θεῖον. horum duorum hîc meminit. Hóc enim Diuinum, non ita eſt accipiendum, vt veteres quidam putarunt ab ira deorum immitti morbos eo modo vt canit Homerus: Iliad. a. Nec etiam eo pacto vt hodie recentiores quidam exiſtimans, eſſe quid veteribus incompertum in morbis latitans. Profectò tanta fuit ſummi præceptoris benignitas, vt nihil ſciuerit, quod nos neſcire voluerit: At hæc ignorauit? cur meminit igitur? tanta enim viri huius fuit ſolertia & ſapientia, vt nemo poſt eum ſciuerit, quod ipſe ignorauerit. Aſſcrit de eo Galenus, rationem dierum criticorum etiam illi notam fuiſſe. Imò negat Hippocrates, 1. acut. 35. ipſos βλητὲς, id eſt percuſſos vel ſideratos (nam veteres fulmen ſidus eſſe putabant) diuini aliquid habere: qui tamen ea iniuria carere non poſſe putari poſſint: nam, ſubitò his interfectis vi morbi, latus liuidum plagæ ſimile apparet: ſed cauſam in natura ibi agnoſcit Hippocrates. Et ne Sacrum quidem morbum ad deos refert, nec enim ſacratior nec diuinior, ait, mihi aliis videtur hic morbus, ſed admiratio diuinitatem hîc fecit, quòd aliis morbis nulla re ſimilis ſit: Lib. De morbo ſacro: id eſt, Epilepſia. Atque ibi enumerat omnia primordia natalitia epilepſiæ, quacumque ratione eueniant per idiopathiam vel ſympathiam. quin ſubdit, Tertianam & quartanam febres plus diuinitatis gerere. Referre piè licet omnem morbum ad Deum, ſed voluit ſummus Deus hos ſuas cauſas in natura habere, quæ medicinâ arceri poſſunt, vel accidi: ita cuncta in his diuina ſunt, nihil tamen ſine natura fieri hîc vult Deus. Hippocrates itaque Diuinum hîc vocat aëri aliquid impreſſum præter morem; continentem rem pro contenta indigetans. Nam aërem diuinum iure appellare potuit politico loquendi more: cùm vulgus aëreum hoc ſpacium quod protenditur ad nubes, cælum turbidum vel ſerenum dicat: & ipſe Hippocrates ſcribit, 1. epid. 2. conſtitut. καὶ ἐγγὺς λαιλαπώδης καὶ ὀμίχλης, id eſt, cælum procelloſum & nubilum. Quare quæ aëri ineſt pernicioſa vis, ab extraordinaria aliqua temporum anni conſtitutione profecta, cùm noſtrum corpus afficit, ex Diuino laborare (hoc eſt, non à diætæ vitio contaminata cauſa morbi) dicetur. Ita Plato in Sophiſta etiam, quod naturæ vi fit, vocat Diuinum, vbi ait: (Stob. ecl. 4.) Ἀλλὰ θήτω τὰ μὲν φύσει λεγόμενα, ποιοῦσθαι θείᾳ τέχνῃ· τὰ δ' ἐκ τούτων ὑπ' ἀνθρώπων σωιζόμενα, ἀνθρωπίνῃ· καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον δύο ποιητικὼν γένη· τὸ μὲν ἀνθρώπινον, τὸ δὲ θεῖον. id eſt, Ponam verò illa, quæ naturâ gigni dicuntur, arte diuina fieri: quæ autem ex his ab hominibus componuntur, humana: atque hac ratione duo effectricis facultatis genera, humanum videlicet, & diuinum. Hippocrates itaque per Diuinum intelligit malignitatem aliquam materiæ quæ à foris in nos irruit: talis eſt aër inſolenter inquinatus, cùm in anni temporibus tempeſtates nõ tempeſtiue eueniunt, morborum epidemiorum auctor. Nam talis aër materiam morbificam, quæ eo tempore morbos committit, reddit indomitam & coctioni inuictam, & propriæ ſubſtantiæ corruptione malignam: hinc induunt vim peſtiferam, venenatam & contagioſam. Quare notandum: omnem extraordinariam aëris mutationem in temporibus integris anni, quæ epidemios morbos excitat, in illis efficere aliquid Diuini. Ita Tertiana vel quartana quæ à tali conſtitutione ortum ducunt, longè ſunt contumaciores, quàm quæ vitio diætæ, ab obſtructione enatæ fuere. Quare hoc Hippocratis Diuinum conſedit in morbifica materia naturæ inuicta, aërisque vitio in nos demiſſa. Noluit autem Hippocrates hoc Diuinum in his libris tradere, quòd hoc abunde præſtitit libro tertio Aphoriſmorum, & libris epidemiõn; & De aëribus: quare hîc, libro 3. Prog. 38. admonet, vehementiam morborum epidemiõn perluſtrandam, nec non aëris conſtitutiones.

2 Si, ſcilicet, morbi magnitudinem eiusque cauſas procatarcticas compertas habuerit, & ſi quid diuini inſit, id deprehenderit.

3. Diætâ, chirurgiâ, pharmaciâ.

4 Alioqui crimine non vacabit; vt euenit illi medico, qui hominem, erumpente iam ſudore cum animi deliquio, in balneum miſit: qui magna ſudoris copia emiſſa expirauit. Medicus primùm, in fluxum effundente ſe ſudore, lætus exiliit: nam criticum putabat, qui tota facie ſymptomaticus erat. hic tanquam occiſor accuſatus fuit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. Σκέπτεσθαι δὲ χρὴ ὧδε ἐν τοῖσιν 1 ὀξέσι νουσήμασι· πρῶτον μὲν τὸ 2 πρόσωπον τὸ νοσέοντος, εἰ 3 ὁμοιώσεται τοῖσι τῆς ὑγιαινόντων· μάλιστα δὲ, εἰ αὐτὸ 4 ἑαυτοῦ. ἥκιστα γὰρ αὕτη ἔσεται, τὸ δ' ἐναντιώτατον τοῦ ὑγιοῦς, ὁ θανατωδέστατον· εἶεν δ' ἂν τὰ τοιάδε. 7 Ῥὶς ὀξεῖα, 8 ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, 9 κρόταφοι ξυμπεπτωκότες, 10 ὦτα ψυχρὰ καὶ 11 ξυγκεκλιμένα, καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα 12 περὶ τὸ πρόσωπον σκληρόν τε, καὶ 13 περιτεταμένον, καὶ καρφαλέον ἐὸν, καὶ τὸ χρῶμα τῶν ξυμπάντων πρόσωπον 14 χλωρόν τι, ἢ καὶ 15 μέλαν ἐὸν, καὶ πελιόν, ἢ μολυβδῶδες.

III. *Hac autem notione præſentiendi ratio in* 1 *acutis morbis duci debet: vt notes primùm ægri* 2 *faciem, an* 3 *ſimilis ſit benè valentium: ac potiſſimum* 4 *ſui ipſius.* 5 *ita enim optima erit. quæ verò ſimili eſt contraria,* 6 *periculi plena eſt. huiuſmodi ſanè hæc fuerit:* 7 *Nares acutæ,* 8 *oculi concaui,* 9 *tempora collapſa,* 10 *auriculæ frigidæ &* 11 *contractæ, auriumque lobi inuerſi, quin cutis* 12 *circa frontem dura, tum* 13 *circumtenta, & arida, colorque totius faciei* 14 *pallidus, aut eſt* 15 *niger, & liuidus, & plumbeus.*

COMMENTARIVS.

1 Acuti morbi ſunt qui celeriter, continenter & ſumma ſymptomatum vi mouentur. ſiue ſint febres eſſentiales, quæ conſiderantur in vitio humoris, vt cauſi: ſiue morbi cum febre, in parte cuius officio vita carere nequit. Hi ſunt vel acuti, vel peracuti: & vtrique exactè vel non exactè. Acuti exactè, 14. diebus ſuam abſoluunt hiſtoriam: acuti non exactè, 20. diebus. Exactè peracuti 4. diebus, aut citiùs finiuntur: non exactè peracuti, à quarto die, in ſeptimum excutrunt. Ex decidentia acuti dicuntur, quid ad 40. 60. 80. 120. diem prorogantur. De omnibus his agit hoc libro Hippocrates. Sed d. q. cur non ſcripſit de præſenſione longorum morborum? Reſpon. quia non faciunt ſubitas mutationes ad ſalutem vel mortem, de quibus maximè euentus expectatur. Et diuturni morbi criſi non finiuntur, ſed coctione ſenſim miteſcunt: quare non ita vtilis eſt horum prædictio. accedunt errores varii per longos morbos, qui criſes intermittunt.

2 A facie & oculis incipit, hoc eſt à maximis & facillimis, & ab iis quæ oculos medicorum primo acceſſu incurrunt partibus. Nam proponit faciem, hoc eſt ægri frontem, nares, oculos, tempora, & os.

3 Nim. in colore, charactere, mole, actionibus, & excrementis. nam vt artis medicæ pars curatiua primum principium agnoſcit hoc, contrariis contrarios morbos fugari: ita artis medicæ pars Diagnoſtica à ſimilibus & diſſimilibus ſuum initium ducit: Ita hîc d. quo æger valentibus ſimilior fuerit, eò rectiùs illi erit: quò longiùs hinc abierit, eò peiùs: idem de toto, & quaque parte dicendum.

4 Ita tamen vt reſtui humoris nulla excuſatio adferri poſſit, à cauſa quæ eſt à foris, vt ignis, caloris, ictus vel lapſus in faciem, vel perturbationis criti-

cæ,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 240 sur 513

cæ, cùm iam iam in procinctu est crisis. Hoc docet hîc Hippocrates, cunctam præsentiendi artem positam esse in distinctione similium & dissimilium corporum, causarum, & signorum.

5 Nam principum facultatum corpus gubernantium, quarum potissimum robur in facie & oculis explendescit, vim vegetam ostendit.

6 Et ferè calamitosa: cùm mutata sit colore, charactere, mole, &c. modò dictatum iam rerum nulla sit, excusatio iusta.

7 Id est, gracilis nasus in extremis, & q. compressus, quod fit, cùm proximè cutis tangit cartilagines, exhaustis iis quæ interponi solebant, humido scilicet exhausto, partéque carnosa absumpta. nam hæ carneæ nasi partes facilè exhauriuntur vi æstuantis febris, labefactatáque retentrice à tenuitate succorum, & acredine, & patulis meatibus: dein significatio fit ita pressum esse calidum natiuum à calore prætet naturam, vt partes, acciso sanguine, suo genio fraudentur. Hæc est celeberrima illa faciei descriptio, à Terentio cadaueroſa dicta, quæ, in prouerbium tradu&ta, Hippocratica appellatur.

8 Vi febrili vitæ prædio exhausto, dissipato humido natiuo, & alimenti inopiâ, vnde musculi oculorum tabescunt, ac oculorum membranæ collabuntur: vnde oculi minores redditi totam sibi dicatam sedem non implent. & cùm oculi circumfluant spiritibus animalibus ob videndi illis datum munus, illis vi etiam febrili exhaustis, oculi tenuantur. quóque naturâ fuerint oculi humidiores, eò faciliùs gracilescunt & cauî appârent. Loquitur de cauitate quæ euenit intra tres dies.

9 Gracilescentibus ab æstu febrili temporum 4. musculis, ita vt cutis os temporum feriat. Sed cur potius hæc pars extenuatur? quia sola hæc, inter partes capitis verè musculos habet.

10 Non fugaci frigore, sed fixo consectario ardori febrili, ita vt non vnquam recalescant, quod periodici frigoris insigne esset. exteriores auriculæ vocantur priscis Latinis, quæ systasin habent cartilagineam. sic enim τὰ ὦτα distinxit Galenus in aurem interiorem & exteriorem. hæ sunt frigoris capacissimæ, vt corpus cartilagineum pauco sanguine rigatum, nulla carne vestitum, faci èque ab exhaustu laborant vitalis principij, vnde frigent, nec incalescunt nectaris viuifici affluxu, quo præter cætera defraudantur, & emortuæ pallescunt.

11 Quasi reuulsæ spasmi quodam charactere, versus neruum illum vnde sentiendi facultatem accipiunt: nam sponte non mouentur nostra: vt vera non sit conuulsio, nisi iis quibus latus musculus supra aurium radices prorepit; & subsidium cartilagineum non habent, propterea verterentur.

12 Quæ cutis est musculosa, vel veriùs musculus cutaceus: & caro tenuis hic facilè tabescit, cùm ea ita intenditur &c. est signum perfectæ extenuationis, exhausto humido primigenio partium solidarum, & non tantùm dissectis spiritibus. Videte diuini L. Dureti commentaria, ad Coac. 1. lib. 3. Cuius viri commentaria tanquam inter homines Deum aliquem lubenter vbique amplector. Dura cutis, cùm ad vltima ventum est maciei. Est duplex exhaustum, vnum inchoatum, vt cùm corium igni admouetur primùm, laxatur: alterum perfectum, vt cùm corium tandem siccitate contrahitur. Pallor cutis vtriusque est signum, sed addita extensio perfectam indicat extenuationem: hæc incurabilis, fractis solidis, pepasmi auctoribus.

13 Ante ariditatem illam primò laxatur cutis in rugas, at causa humectans primò tendit, hinc in mollitiem eam laxat. 6. epi. 3. nam exhaustis primò spiritibus & succis laxatur, sin diutiùs id fiat, solidæ liquuntur partes, vnde tensio. At in refectionibus, congesto sanguine & spiritu tensio fit: sed rigatis solidis, laxantur cuncta, 5. aph. 71.

14 Succi nutricatui dicati inopia, & certissimum eius succi corrupti argumentum, & defraudatæ partis nectare viuifico: refrigeratur sanguis.

15 Extincto calido innato, quo viuifico calore extincto in corde, mors est. Sed extinctio in parte vna, ad extinctionem futuram totius apparet, maximè si illa pars pallori, oportuna non sit, vt hæ, sunt partes naturâ cutaneæ; vt sunt, aures, nares, labia, & palpebræ, certissimum in illis signum præbent: nam difficillimè liuorem ducunt, largo spiritu circumfluæ. Itaque præclarè inuestigatur vnde eueniat hæc facieî mutatio, & quorsum appareat in colore, charactere, & mole. Hæc enim primùm venit sub aspectum medici. Hæ quo propiùs absunt à peculiari cuiusque natura, eò meliùs ægri res sunt: quò longiùs, eò peiùs, & terrifica, maximè in acutis morbis. cùm citam adferant mutationem tabificam & morticinam naturæ, cùm liquuntur vi febris solidæ partes: quæ significatio maximè elucet in facie, quæ ita emacruit, vt ad vltima ventum esse testetur. Emacruit autem, exhaustu humidi primigenij, vnáque fraudata nectare viuifico cordis, hoc est, spiritu, sanguine & calore vitali, labefactatoque corde. vnde cùm illud non æquè sanguinem hautit, nec aërem excipit quem ducimus, nec cæteris ea affundit partibus liberali, vt solet, manu, hæc tunc morticina elucet in facie. hanc Paulus Neruosam vocat. Galenus causas huius morticinæ refert in fiactam facultatem, causam colliquantem & corrumpentem; humorum tenuitatem, & cutis raritatem. Sed causa vnde liquuntur & corrumpuntur, est eadem quæ tenuat succos; vt raritas cutis fit ex febrili æstu, eodem liquante.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IV. Ην μὲν ι ὦν ι ἐν ἀρχῇ τ νόσου, τὸ πρόσωπον ᾖ, καὶ μὴ πω εἴδῃ τὴν ἑωυτοῦ 3 ἄλλοισι σημείοισι ξυμπεπαιρασται, ἐπανέρεσθαι χρὴ, * μὴ 4 ἠκρύπνησεν ἄνθρωπος, ἢ πάνυ τ 5 καὶ λίην ἐξυγκεκαμμένῃ ἴσχῃ ὦτα, 6 ἢ λιμώδης τι ἔχῃ αὐτὸν. Κ' ἐὰν μὲν 7 τετέων ὁμολογῇ, 8 πάσιν νομίζειν δεινὸν εἶναι. Κείνῳ δὲ τὰ τοιαῦτα, ἐν 9 ἡμέρῃ δὲ καὶ νυκτὶ, καὶ διὰ παντὸς τοῦ παροξυσμοῦ, 10 τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ. Ην δὲ 11 μηδὲν τετέων ι φαίνῃ εἶναι, μὴ δὴ ἐν τῷ 12 χρόνῳ τῷ προειρημένῳ 13 κατασῇ, ἐλπίσαι χρὴ, 14 ἐλυὸς εἶναι τὸ 15 τῆς θυμάτων. † ἐὰν δὲ καὶ παλαιότερον ἑώντος τοῦ νοσήματος 16 ἢ τετράδε, ἢ τεταρταίου, τὸ πρόσωπον ᾖ τοιοῦτον ᾖ, ὦδε τι τετέων 18 ἐπανερέσθαι, ὧδε ἂν καὶ προτέρω ἐκέλευσα.

IV. *Si* 1 *itaque* 2 *ineunte morbo talis facies fuerit, nec adhuc potis sit ex* 3 *aliis signis artificiosè & scienter coniecturam facere, interrogare oportet, num* 4 *vigilârit homo, an* 5 *aluus profusè fluxerit, an* 6 *inedia & fame laborârit. Quodsi* 7 *eorum quippiam fateatur,* 8 *minus periculi subesse putandum erit. Iudicantur autem & cognoscuntur huiusmodi in* 9 *die & nocte, si ob eas causas* 10 *facies talis fuerit. Sin* 11 *nil horum præcessisse dicat, neque* 12 *definito hoc tempore facies* 13 *restituta fuerit, sciendum mortem* 14 *in propinquo* 15 *esse. Quodsi etiam vetere* 16 *pluſquam triduo aut quatriduo morbo* 17 *huiusmodi facies fuerit, de iis* 18 *quærendum de quibus antè est præceptum.*

COMMENTARIVS.

1 Vt causæ signorum variæ, ita eorũ variæ vires.

2 Id est, spacio trium dierum priorum, quod definitur primo quaternario.

3 Quæ peti solent ex partium aliarum mutata essentia, actionibus & excrementis. Hæc etiam erunt perlustranda; an faciei subscribant exhausto mutatæ modò adfuerint, vt malus accubitus, capitis dolor, sitis, &c. si non adsint, roga; &c. nam sipraua alia signa eluceant, non opus erit interrogatione, sed

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 241 sur 513

©BIUM

malignitate morbi intelligemus, ex illis cauſam mutatæ formæ fuiſſe.

4 Non quidem à cerebri intemperie, & anathymiaſeos prauitate inducta ſomni vacuitate: ſed potiùs agendi aliquid causâ, aut mœrore ſuſceptam, id eſt, ſi vacuationum non firmiter fixæ ſint cauſæ, neque perennes à febre maligna, vnde ſolidæ partes liquuntur; ſed ſi fugaces.

5 Non quidem per κακοχυμίαν ab exolutione, cùm tædet aluum ſui officij, vt in Pleuritide inueterata; quæ perſeuerat effuſio: ſed effuſa aliquantiſper aluo, per fugacem diarrhœam aut hypercatharſin non à liquefaciente febre illato fluxu, ſed ſi ipſe per ſe extiterit.

6 Vnde genius deſtaudatur, ſyrrhoë cordis non reſtauratur, nec cerebri, vnde pallet labitúrque facies: talis 2. acutorum deſcribitur in incænatis.: nam qualis terra arboribus, talis aluus hominibus, d. Hip. de humoribus.

7 Id eſt, ſi in confeſſo fuerit aliquam cauſam manifeſtam vel occultam adeſſe extenuationis, vt vigilias, inedias, alui profluuium, hæmorrhagiam, ſudorem, quarum vacuationum non firmiter fixæ ſunt cauſæ, neque perennes à febre maligna, vnde ſolidæ partes liquuntur: ſed fugaces.

8 Quòd hac extenuationis cauſa ablata, reſtitui nutricatu poſſit, vel inde non tam cita & certa mors venit: cùm alioqui periculo non vacet; nam acutus morbus adeſt, & talem facies ideam non ducit ſine exhauſtione magna, quam tam breui ſpacio efficit afflictio, quàm longo chronici ſolent; & titubantis facultatis nota eſt, 2. aph. 28. meliori tamen loco res ægri eſſent, ſi tam robuſta foret facultate, vt hinc iniuriam non ſentiret: tamen minus fuerit id malum, quàm ſi à morbi vi eſſet. Nam adeſt extenuatio inchoata diſſipatis ſpiritibus & humoribus: non autem ſolidis. nam eſt laxa adhuc, & non intenta extenuatio.

9 Id eſt, 24. horarum ſpacio. Κρίνεται, id eſt, probatur ac cognoſcitur, id eſt, conſiſtit, nec vltrà procedit: ſed è diuerſo, initium habet redintegrationis, ſiquidem ex fugacibus illis dimanauit. Nam ſi ex illis orta fuerit cauſis facies hæc, vino & pane 24 horarum ſpacio recreabitur: ſint hoc non fiat, etiamſi illæ cauſæ præceſſerint, à morbi malitia erit, & deterior euadet facies.

10 Nim. ſi ita cadaueroſa euaſerit, per inchoatam extenuationem, diſſipatis ſpiritibus & humoribus, non tamen à partium ſolidarum exhauſto, nec ſi fluxio à liquefaciente febre oborta fuerit; ſed ipſa per ſe extiterit. Eritque tunc facies laxa, non intenta; quod inchoatæ, & non perfectæ extenuationis ſignum eſt.

11 Vt vigiliæ, profluuium, inedia.

12 Id eſt, ſpacio 24. horarum.

13 In priſtinum ni redintegretur colorem, characterem, & molem. Ita in Coacis, καθίζει δ' ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ τὸ διὰ ταῦτα διαφθαρέν.

14 Alij habent τοῦτο τὸ σημεῖον σωτῆρος εἶναι, quæ lectio forſan melior d. doctiſſ. D. Mercurialis. quandoquidem d. etſi facies cadaueroſa citra illas occaſiones ſemper lethalis ſit, haut tamen ſemper mors proxima eſt.

15 Quod fractis viribus, morbus vires acquirat eundo: eò quòd hæc ineunte morbo appareant.

16 Periodo iam primâ exactâ: tunc non ſolùm perueſtigandum de vigiliis &c. ſed & alia ſigna erunt perpendenda, quæ iam, antiquiore morbo, ſe in conſpectum dabunt, de quibus mox.

17 Id eſt, qualem depinxi, cadaueroſa, pallida, collapſa, à ſe mutata in colore, charactere, & mole, vt noti vix eam noſcant.

18 Licet enim lethalis ſit hæc facies, non tamen neceſſariò eſt funeſta. nam proficiſcitur à morbi malignitate, eiúſve diuturnitate, vel à cauſa manifeſta aut occulta extenuante, vt inedia, & alui fluxu. Si itaque illam ideam induit facies aliunde quàm ex malignitate & vehementia, non neceſſariò erit funeſta. τὸ ὀξὺ facilè adfert mortem, vt in acutis morbis, quorum acerrima commotio, & citam, & ſtabilem faciei mutationem adfert, ex cauſæ mutantis & corrumpentis perennitate. quare προσάπτω διαφθορὰν hanc faciei ideam aliâs vocauit Hippocrates. Nam peracuti morbi cauſa eſt, impedimentum nobilis partis: inde acumen morbi: vel tranſlatio ſymptomatica, aut venenata qualitas: inde τὸ θεῖον.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

V. Καὶ ἐπ' ἄλλα σημεῖα 2 σκέπτεσθαι, τά τε ἐν τῷ 3 ξύμπαντι εἴδεϊ, τά τε ἐν 4 τῷ σώματι, 5 καὶ τὰ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν. Ἢν γὰρ τὼ 7 ἀγκλὼ φεύγωσιν, ἢ 8 ἀκρύσιον ἀφρωδέστερον, ἢ 9 διαστρέφωνται, ἢ 10 διάτρητα διάτρητα ἐλάσσονα γένηται, ἢ 11 τὰ λάδνα 12 ἐρυθρὰ ἔῃσιν, ἢ 13 πελιὰ θλέφαρα, ἢ 14 φλέβια μέλανα ἐν ἀντύσιοι ἔχωσιν, ἢ 15 λύματα ἀναπλήσωνται περὶ 16 τοὺς * ὄφθαλμούς, ἢ καὶ † 17 ὑπαπορρύμωσι, ἢ 18 ἐξίζουσιν, ἢ 19 ἐγκλιθῶσι ἐμφρὲς γινόμενοι, 20 ἢ αἱ 21 ὄψιες αὐχμώδεες καὶ ἀλαμπέες, ἢ τὸ χρῶμα τῆς ξύμπαντος ἰδέης 22 ἀλλοιωθῇ ἦ, πάντα πάντα 23 κακὰ νομίζειν, ἢ ὀλέθρια εἶναι.

* ὄψιες quidam pupillas vertunt.

† ὑπαπορρύμβωσι

V. *Quin & 1 alia ſigna neceſſariò 2 conſiderare oportet, tum in 3 vniuerſa facie, tum in 4 vniuerſo corpore, 5 tum in ipſis 6 oculis. Etenim ſi 7 lucem fugiant, aut non 8 ſponte illacryment, vel 9 pernertantur, aut 10 alter altero minor fiat, aut 11 eius albæ partes ſint rubræ, aut 12 palpebræ 13 lituidæ, aut 14 venulis nigris ſi obſita oculorum fuerint alba, aut 15 acies oculorum 16 lemis obducta ſit, aut etiam 17 ſublimes contremiſcant, aut 18 foras proiecti, aut ſi vehementer 19 ſubſiderint in cauitate ſua, vel etiam 20 ſqualida oculorum acies ſi ſit atque hebes, aut 21 ſi color vniuerſæ faciei 22 alienatus fuerit, cuncta hæc 23 in malis ducenda ſunt, funeſtáque putanda.*

COMMENTARIVS.

1 Enumerat alias notas ab his, quæ ſolent intra triduum elucere in oculis, facie, & toto corpore. vt oculi admodum labefactati.

2 Id eſt, diligenter perpendere. q. d. in oculis habere.

3 Si ſui ſimilis non ſit, charactere, colore, & mole.

4 Nam quò propiùs abſunt à peculiari cuiuſque natura qualitates corporis, actiones, & excrementa; eò meliùs ægri res eunt; quò verò longiùs, eò peiùs.

5 Dicit præter cadaueroſam quam deſcripſit faciem, alia etiam ſigna notari debere, idque in oculis, & toto corpore: iam agit de oculis; & mox, vbi de decubitu, de toto corpore acturus.

6 Vt enim affecti ſunt oculi, ita & totum corpus; 6. Epid. 4. 26. ſtabilimentum totius huius deſcriptionis hoc eſt; Id quod certò arguit vim erectam vel proſtratam partium trium principum, in quarum robore cuncta depellendi morbi cauſa conſiſtit, certam ſalutis ſpem, aut deſperationem eius ſignificabit. huiuſmodi autem ſunt oculi. Quod ita demonſtramus in ſingulis; & primùm in colore: Ducunt partes colores ſui nutricatus: cùm itaque ex colore ſuccorum nutriciorum decus & crimen explendeſcant, profectò horum firmiſſimum argumentum in oculis eniteſcet: nam oculorum nitor facillimè dehoneſtari poteſt. Idem hîc docet Hippocrates, vt colligendum ex oculorum charactere, mole, actionibus, & excrementis. Enimuerò benè res eunt, cùm

puritate

puritate humorum nitent oculi, & fulgore vernaculi luminis: at horum decoloratio ſtabilis, cum aliis prauis ſignis, dicendis mox, conclamatum eſſe ſignificat.

7 Si etiam aſſuetam fugiant lucem, indicio erit, proſtratam eſſe facultatem animalem, ac ſpiritus animales exhauſtione tabeſcere. modò nulla excuſatio adferri poſſit, vitij peculiaris oculi: vt in iis qui naturâ ſunt myopes propter pupillæ mydriaſin, & ſpiritus tenuioris facilem diſſipationem; qualis ſemper in ophthalmia; conniuent ad lucis ſolitæ incurſum, vtpote à quo languidorum oculorum ſpiritus diſſoluatur, & humores oculorum liquuntur in lachrymas. Auerſantur lumen à luce impreſſum, quod facit aſpectabilem cuiuſque corporis ſuperficiem per colorationem quæ aërem pingit. Viſifica itaque facultas fracta non fert lumen, ſoluta parte cerebri vnde videndi vis manat: & tabeſcente iam vernaculo oculorum lumine, quod amplius non habet exterius lumen conſociale vt ſolet, eiuſque appulſu recreabatur.

8 Non à cauſa quæ foris eſt, fumo, cæpa, miſericordia, critica à perturbatione, vt in futura hæmorrhagia; ſed ſi fiat à reſolutis caruneulis, quibus natura canthos oculorum obduxit ad arcendas lachrymas: cuius reſolutionis auctor eſt reſolutum cerebrum. nec adſit prolapſus catarrhi in oculos: nec melancholia adſit, vt in Dealcis vxore, (4. aph. 52. & 1. epid.) quæ modò lachrymas fundebat, modò riſu os ſoluebat. ſed ſi ſit ex potentiæ retentricis effœta vi.

9 Antagoniſtis reſolutis, aut conuulſis à ſiccitate & exauſtu ſex muſculis oculi: nam ſeptimo, qui hæret poſtica parte firmiter oculo, totus oculus firmatur, & neruus opticus ab eo ſtabilitur amplexu. vnde contrahunt ſe muſculi ſurſum, deorſum, ſiniſtrorſum. ſoluuntur à labefactata motrice facultate: nam vicina primùm iniuriam ſentiunt. Si ſoli muſculi, extra cerebri crimen, in vitio eſſent, nihil monſtri eſſet.

10 Ab exhauſtu, ſpiritus animalis & nutricatus inopiâ, infirmâ reddità vi animali ſpirituum fabricatrice; cùm cerebrum adeò languet, vt tantam ſpirituum copiam efficere nequeat, quanta vtrique oculo ſufficiat. vnde in mole mutatur oculus vel nutricatus interceptione, aut inedia; aut extinctione vniuerſalis & vernaculæ facultatis tabeſcit.

11 Inflammata dura meninge, & pericranij phlegmone eò propagata: ſed videndum num id criticum ſit & fugax, ad hæmorrhagiam: vel fit hoc à venulatum repletione, & ſanguinis prauitate, aut etiam ex efferæ bilis ſuffuſione.

12 Quædam exemplaria hac voce carent: & habent ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχοιτ' ἢ πελιά, id eſt, aut eius albæ partes ſunt rubræ aut liuidæ. Rectè: nam oculi album liuet refrigeratum, perfrigeratur emortuum, emoritur extinctione vinacitalis in vitali principio, & inopia viuifici nectaris à corde exhauſto.

13 Extincto calore viuifico; quæ extinctio in corde, eſt mors ipſa. Atqui extinctio in parte vna, ad extinctionem futurâ apparet in toto: multo magis ſi hæc pars liuori opportuna non ſit: At omnium difficillimè liuorem contrahunt palpebræ, largo ſpiritu irriguæ; quare & certiſſima ſigna præ ſe ferunt.

14 Algore ſtricto ſanguine, ex calidi natiui extinctione. Cùm venæ pericranij per ναυτίωσιν vel ἐμχύμωσιν in venulas tunicæ oculi albæ ſe deplent, vbi refrigeratus ſanguis nigreſcit. hoc triduo non fit.

15 Id eſt, gramiæ, vnde gramioſi oculi: à ſanguinis crudis affluentis vitio, à fracta hepatis œconomia; & oculi proſtratione, quæ tanta, vt nequeat pauciſſimum ſuccum qui in eius nutricatum affunditur, mitigare. Quòd verò ophthalmicis id eueniat, miri nihil habet, cùm ob ſanguinis copiam ad oculum effuſi fiat. Pauco autem affundi hîc oculos ſanguine, argumento eſt oculorum cauitas. Trium facultatum hîc vitia complectitur: animalis, in lachrymis non voluntate obortis, & in oculi inuerſione, hebetudine, tremore: vitalis, in liuore palpebrarum: naturalis, in venulis nigris, & gramiis oculorum crudis. Hæ non apparent primo triduo.

16 Pupillam vocat ὄψιν, nam ſola hac parte videt oculus.

17 Qui ſtare loco neſciunt, ſed huc illúcque voluuntur, trementibúſque neruis fractiſque ab exhauſtu. nam, vt d. Galenus, talis neruorum tremor fit ab exhauſtu, vel à delirio: vtrumque lethale. tremunt à ſiccitate muſculi, id inſanabile. vel inflammata ea parte cerebri vnde nerui oculorum motores naſcuntur. Hæc cauſa, cur dilirij notæ potiſſimùm luceant in oculorum feroci motu: nam facilis ἀρχῶν ἢ πεφυκότων ſympathia. Delirio ſuperueniens tremor, mortale.

18 Reſolutis oculorum muſculis (hic immutatur moles, & character) à cerebro exoluto. Hæc ita reddit Celſus, Hique aut vehementer ſubſederunt, aut facti tumidiores ſunt, 2. lib. 6. Vt cùm cerebrum inflammatur.

19 Et collapſi fuerint, immotique maneant; conuulſis æquabiliter, id eſt, cunctis muſculis; aut ſpiritus animalis inopiâ; vel vi delirij. tunc ſua orbita abditi hebeſcunt, humorum trium, & quinque tunicarum conſumptione, cùm liquuntur à febre tabifica, & fraudantur viuifico cordis nectare. Hoc elucet in oculis mollibus, qui facilè, præ cæteris partibus ab iniuriis percelluntur. Ante tertium diem non vehementer cauantur.

20 Hactenus de oculorum actione in motu, iam de eius actione in viſu. hebes d. conſumpto humore cryſtallino, & violato tunicarum oculi pellucido: hæc affectio dicitur ἀμαύρωσις hebeſcentibus oculis, à profligato ſplendore; proprióque lumine extincto. ὄμμα ἀμαυρόμενον 6. epid. id eſt, quod ſummam infirmitatem denunciat, & νάρκωσιν viuificæ facultatis & ſpiritus, Si albæ vrinæ ſpumantes, cum cruicis refrigeratione præceſſere: à delirio hæc, & ſpaſmo.

21 Ὄψιν ἀχλυώσαν ἢ ἀλαμπῆ, vocat viſionem ſqualidam & lucis expertem, id eſt, ſine ſplendore; tunc enim hebeſcit viſus.

22 Liuidus, niger, pallidus, aut rutilus extra naturæ lineam, nam illico hæc elucent in facie: & etiam poſt tertium diem eueniunt.

23 Nam ad vltima ventum, exhauſto humido primigenio, & liquatis partibus ſolidis à febre tabifica: & fraudato corpore nectare viuifico cordis, id eſt, ſpiritu, ſanguine & calore vitali, titubante iam corde, vnde nec ſanguinem nec aërem liberaliter haurit: notæ huius inediæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. 1 Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας ὅταν ἐφθαλμοὶ ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. Ἢν γὰρ τε ὑποφαίνηται τὸ λευκὸν, ὅταν βλεφάρων μὴ ξυμβαλλομένων, καὶ μὴ ἐν διαῤῥοίῃσι, μηδὲ φαρμακωθεὶς ἐόντι, καὶ μὴ εἰωθὼς ὕπνῳ κωθωνίζειν, κακὸν τὸ σημεῖον, καὶ θανατώδες λίαν.

VI. 1 *Obſeruare quinetiam oportet oculorum obtutum in ſomnis. Etenim ſi is appareat quid album, haut benè commiſſis palpebris, 3 neque id Diarrhœa aut pharmacum hauſtum expreſſerit, 4 nec ita quis dormire conſueuerit, 5 prauum id ſignum eſt, & funeſtum valdè.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 243 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Id est, notandum quo modo æger in somnis oculos componat, id est, an palpebris conniuentibus vel apertis somnum ineat: an dormiendo nictet; an more leporum, vel limis oculis somnum carpat. hoc per τὴν ὑπόφασιν intelligit, ab ὑποφαίνεσθαι, id est, leuiter pandere.

2 Id est, si conniuentibus oculis, id est, altera clausis alteraque parte apertis dormiat, 6. aph. 52. Id est, non exactè clausis palpebris si dormiat. Quod euenit his siccatis vi febris, vel à motricis facultatis imbecillitate, aut oculorum conuulsis musculis. & à cute circa frontem intenta & rigida: vel resolutolato musculo, qui præter cæteta officia, etiam palpebras demittit. ὄλκωσιν Græci vocant: nam ὀλκαίνειν est distorquere oculos. fit etiã resolutis, ab eadem vi, antagonistis, non situ sed actione, musculis amici more antiquo, ita hærentes, in moribundis, claudunt palpebras. Hinc apud Homerum 24. Odyss. queritur Laërtes coram Vlysse, suum Vlyssem interisse, absente Penelope quæ oculos claudere eius debuisset: nam inquit, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, id est, ius honorarium quod præstatur mortuis.

3 Celsus hunc locum ita reddit, Neque id alui resolutio, aut medicina expresserit, id est, magna alui euacuatio. Ita & mæror, vigiliæ, inedia, profusior hæmorrhagia, omnisque valida euacuatio id potest.

4 Vt illius obtutus nulla instrumenti, vel rei quæ à foris est excusatio adferri possit.

5 Resoluta facultate animali, exhaustoque cerebro, indéque conuulsis duobus musculis palpebram mouentibus. Quare si euenerit à critica perturbatione, vt (3. epid.) ei qui in Dealcis horto iacebat, calamitosum non erit. Sed si à collapsis naturæ præsidiis, & viuacitatis vastatione à febre tabifica & colliquante, id pestiferum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VII. Ην δὲ 1 κάμπυλον, 2 ἢ * ῥιγοῦν 3 χρόᾳ, ἢ 4 πελιὸν, ἢ ἀχρὸν βλέφαρον, ἢ 5 χεῖλος, ἢ ῥὶς, μετά τινος δὲ 7 ἄλλων σημείων, 8 εἰδέναι χρὴ, 9 ἔξω ὄντα θανάτου. 10 Θανατώδες δὲ καὶ 11 τὸ χεῖλος † διαλυόμενα, καὶ 12 * κρεμάμενα, ἢ 13 ψυχρὰ, ἢ ἑλκυῶδες χρόαν.

* ῥιγηῶν

† διαλυόμενα

* κοσμασμένα legit Vega.

VII. *Siverò* 1 *reflexa* 2 *sit atque* 3 *rigida, aut* 4 *liuida, aut pallida palpebra, aut etiam* 5 *labra,* 6 *aut nares, cum cuiusque* 7 *alterius signi* [*funesti*] *acceßione,* 8 *scire oportet,* 9 *mortem in propinquo esse. Quinetiam* 10 *funestum est,* 11 *labra resolui, &* 12 *pendula esse, tum etiam* 13 *frigida & praalbida videri.*

COMMENTARIVS.

2 Id est, si peruertatur.

2 Ita vt non exactè conniueat. Hæc itaque κλεφαρίδων καμπυλότης, id est, extimarum palpebrarum curuatura fit, conuulsis pariter musculis angularibus oculi, qui ad dimidium vsque tharsi ambo feruntur, eorumque vnus aperiendæ, alter claudendæ palpebræ dicatus est, vnde æquali vtriusque spasmo, altera tharsi pars clauditur, altera verò aperitur. Vel ob resolutionem vnius musculi qui claudit palpebram Gal. 10. lib. de vsu part. 10. cap. ad finem. Vel siccitate atent, vt cutis frontis: 6. epid. 1. κλέπτον ἐπιτεταμένον, id est, tensa palpebra: hoc, dicit ibi Galenus, fit ex ariditate, vt in cute frontis. Describit iam signa quæ ostendunt mortem proximam, in palpebris, labris, & naso. 4. aph. 49.

3 Vt nullo modo committatur, iam exhausto palpebræ humido primigenio.

4 Extincto calido natiuo.

5 Corruptione succi alibilis, incendio febrili conflagrante sanguine. nam color alimenti ideam præfert.

6 Si nim. conuellantur, titubantibus iam viribus, nec febre se remittente: 4. aph. 49. sed nares distorquentur & peruertuntur per se, quia non habent musculos antagonistas: labrum verò, per se, & ex euentu. propterea labra peruertuntur vel conuulsione, vel resolutione. Et etiam si liuescat his labrum, aut nasus: hoc, inquit in Coacis, (& Celsus 2. lib. 6.) ζωτέρως θανάσιμον, id est, cita inde mors venit. extincto iam calore natiuo cordis: quod in his partibus eluceſcit, cùm hæ alienæ sint ab omni liuore, vtpote cutaneæ. Peruertuntur etiam palpebræ, nares, labra, conuulsis à siccitate musculis qui mouentur à neruis tertiæ coniugationis: quæ partes quia sunt propinquæ atque communes, primùm & maximè trahuntur.

7 Vnde elucet cespitare vires, & febrem contumaciter vrere. Vt si vrina fuerit turbida coctionis expers: q.d. Vt nulla perturbationis criticæ, ad vomitum, excusatio adferri possit, neque solutio expectari. nam conuulsionem febri accedere calamitosum. Hanc sententiam pulchre explicauit 4. aph. 49. vbi ait ἤδη ἀδυνέος ἐόντος τοῦ σώματος, id est, fractis iam viribus, vi morbi.

8 Id est, persuasum omnino tibi sit.

9 Quòd hæc cum febris contumacia consociata œconomiam triplicem corporis hebetescere denuncient.

10 Sublato vsu respirationis, & motu; quia mors ipsa in extinctione caloris natiui consistit.

11 Vt in Lethargicis.

12 Resoluta facultate animali.

13 Sanguinis inopiâ, extinctóque calido natiuo. Nam naturæ suæ genio, roseo rubore decora sunt labia: itaque præalbida longè abiere extra naturæ suæ lineam. Sunt enim labra musculi quidam cutacei, vel cutis musculosa.

HACTENVS de facie & oculis, in quibus cuncta hæc signa sunt exitialia, nisi fuerint à perturbatione critica; aut peculiari natura & consuetudine: aut à fugaci causa, vt vigiliarum, inediæ, & profusioris alui. Sed ab his causis quæ orta fuere, vno die finiuntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VIII. Κεκλιμένον δὲ χρὴ καταλαμβάνειν τὸν νοσέοντα ὑπτιον τῷ ἰητρῷ, ὀρθὸν τὸ 2 πλευρὸν τὸ δεξιὸν, ἢ τὸ ἀριστερὸν· καὶ τοὺς 3 χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰ σκέλεα ὀλίγον ὑπεκκεκλιμένα ἔχοντα, καὶ τὸ σῶμα (σῶμα) ὑγρὸν κεῖσθαι· ὅπως γὰρ καὶ 5 εἰ πλεῖστον χρὴ ὑγιαίνοντα κατακλίνειν). Δεῖσται δὲ εἴσι χρὴ * ὁμοίως κατακλίσεων, αἱ * ὅμοιαι τῶσι χρὴ ὑγιαίνουσι.

VIII. 1 *Decumbentem quin etiam ægrotum oportet deprehendi à medico iacentem* 2 *in dextrum aut sinistrum latus;* 3 *manibus, collo, & cruribus parum reductis, ac corpore vniuerso* 4 *molliter decumbente: sic enim* 5 *maxima pars bene valentium corpus componit. Atqui in bonis ducendi sunt illi decubitus qui bene valentium similes sunt.*

COMMENTARIVS.

1 Cùm nim. minimè hoc expectat æger: ne de industria se cõponat, & vires colligat. Nam situs corporis in arbitrio est ægri: iam enim de notis animalis agit facultatis. Primùm enim dixerat, vbi de cadauerosa facie, & alia signa notari debere, quæ in oculis & toto corpore. Ilã itaque de signis quæ in toto corpore.

2 Id enim denotat infractam naturæ vim, quæ musculorum robur tutatur. Nam maiori vi opus est ad firmandam & stabiliendam, in decubitu, figuram subrotundam,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 244 sur 513

ſubrotundam, qualis eſt laterum; cùm minùs firma ſit quàm plana, qualis eſt pectoris atque dorſi. Nam dum lateri incumbit corpus, adeſt tunc functio animalis facultatis ſine motu: nam firmat animalis vis corpus in tali figura: etenim cadauer nunquàm eo modo locaueris, quin ſupinum aut pronum ponderе ſuo trahatur.

3 Hæc enim artuum figura aſt naturalis, omníſque infirmitatis expers: nam laſſis & infimis laxantur brachia & crura. Sed hæc figura naturalis, eſt omnis doloris expers, facillima; atque amabilis eſt modeſtus ille flexus. hanc figuram vocat hîc Galenus ἀνάλγητον, id eſt, doloris expertem.

4 Τυφὸν, id eſt, molliter decumbens, nec ſoluto nec contracto corpore. nam quæ hument, æquè contrahuntur.

5 Ita enim iubent vires animales integræ. Cauſam huius decubitus dicit Ariſtoteles ſexta ſectione, problemate tertio.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IX. 1 Ὑπτίην δὲ κεῖσθαι, καὶ τοὺς χεῖρας, καὶ τὰ σκέλεα ἐκτεταμένα ἔχοντα, 2 ἥκιστα ἀγαθόν. X. Εἰ δὲ καὶ 3 πρηνὴς γένοιτο, καὶ 4 καταῤῥέοι ὑπὸ τὴν κλίνην ὅλα τὰ πόδας, 5 δεινότερον ἔτι.

IX. 1 *At verò ſupinum iacêre, manibus, collo, & cruribus valdè proiectis, 2 minùs bonum.* X. *Quodſi etiam 3 declinus fiat ager, & 4 delabatur è lecto ad pedes, 5 perniciоſius illud eſt.*

COMMENTARIVS.

1 Primùm deſcripſit optimum cubandi modum: iam ſenſim ad peiores deflectit, inter quos non omnino peſſimus eſt ſupinus. quare dicit, eum minùs bonum eſſe. Eſt enim medius q. Nam ſi aſſueuit ita cubare, nec medicum reuereatur, bonus erit decubitus, non enim ex reſoluta vi animali proficiſcitur.

2 In dorſum iacére.

3 Imò omnino malum, vt ſignum, & vt cauſa. Vt ſignum, nim. delirij, aut facul. animalis infirmitatis, quæ nequit corpus firmare decenti in ſitu. Vt cauſa, nim. difficilis reſpirationis, eo enim ſitu comprimitur caput muſculorum, quorum principium ducitur à vertebrarum parte poſtica: coſtæ etiam ſubſidunt, & pulmo comprimitur. at in omni acuto morbo facilè ſpirare bonum eſt.

3 Tantum intereſt inter naturalem habitum decumbendi, & hunc iacendi, quantum inter auem glande traiectam, quæ ruit, & eam quæ præpetibus pennis è ſublimi præceps in terram deuolat. Naturalis decubitus eſt in alterutrum mollirer latus, modicéque ſunt illi artus reflexi. Sed miſerrima eſt iacendi conditio eius, qui ſupinus iacet membris collapſis, ſine potentia ſe conuertendi, quique ſubinde ad pedes labitur. Contra, alacritas in ægris maximè commendatur ab Hippocrate 3. Coac. 2. vt eleganter ibi explicat doctiſſimus L. Duretus.

4 Exuris muſculis ſuſtinendi corporis officio, ob reſolutam facultatem animalem, & ſpiritibus exhauſtis. ita cadauera labuntur, ſi accliuia ponantur: cùm à facultate non erigantur. Nam qui ſupina cubant erecto corpore, quodam id facultatis robore præſtant: igitur ſi hac ſpolientur, labetur corpus: vt in omni decenti decubitu, id eſt, qui fit erecto aliquantulum corpore, etiam fiet prolapſus à fractâ facultate.

5 Exauſtis ſpiritibus animalibus, fractáque facultate animali, vnde muſculi officij redduntur immemores, vnde ægri ad pedes labuntur à muſculis non ſtabiliti: id in procinctu mortem eſſe ſignificat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XI. Εἰ δὲ καὶ 1 γυμνὸς τὰς πόδας ἀνείσαιτο ἔχων 2 μὴ θερμὸς κάρτα ἐόντας· καὶ πυὶ 3 χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἀφειμένος 4 διερρυμμένα καὶ γυμνὰ, κακόν· 5 ἀλγηδόνα γὰρ σημαίνει.

XI. *Quodſi etiam 1 denudatis pedibus deprehendatur, 2 nec admodùm calidis: 3 manibuſque collo ac cruribus negligenter 4 proiectis & nudis, malum illud eſt: 5 inquietudinem enim ſignificat.*

COMMENTARIVS.

1 Quò frigidam captet auram. d. ſi deprehendatur: nam tegunt interdum pedes præſente medico, quos alioqui, reuolutis ſtragulis, foras exponunt. Cuncta quæ eluceſcunt & fiunt contra naturam morbi & ægri, calamitoſa ſunt: ſi non ſint à perturbatione critica, nam hæc etiam vrinam albam, deliriúmque ipſum, dum itur ad criſin morbi acuti, excuſant. Itaque ſi in acuta febre, in prudente ægro, nudi deprehendantur pedes, extra humoris ad criſin commotionem, graue intùs conceptum malum teſtantur.

2 Quò validè frigidam captare opus non ſit: quod denotat viſceribus cõceptam inflammationem, aut intùs concluſam putredinem, cuius à ſynatriſmo perpetuo & motu, continua excitatur febris, mali moris & periculi plena; in quibus, extimis non admodùm calentibus, interiora ipſis vruntur. Alioqui vbi graui ardore occupantur membra, nihil monſtri erit pro æſtu febrili frigora captari: vt ſit in febre acuta benè morata, vbi toto corpore funditur calor. Secus in lipyria & cauſo, vbi ardent viſcera cum artubus algidis.

3 Eſt indecora artuum huc illuc proiectio. ita nulla adeſt iacendi actio, nã animalis vis languet, non grauitate τῆ φερομένη, id eſt, portati corporis, ſed infirmitate ac ferè ἀδυναμίᾳ τῆ φέρειν τε, id eſt, impotentia facultatis portantis. Sed tædet ipſum omnis figuræ & loci, cum falſi caloris in artubus tædio; vnde illa diſiectorum nudorúmque artuum tædia.

4 Diſiectis inæqualiter.

5 Nauſeabundam, à ventriculi morſu bilioſo: vel nauſeæ expertem, quæ eſt deterior: nam eſt à virium oppreſſione, quæ pondus membrorum ſuſtinere nequeunt; vel à præcordiorum incendio; 2. prorrhet. 44. & 3. epid. 2. in abortiente fœmina, ἀλγηδόνι. Duplex itaque alyſinus, ναυτιώδης, & ἀνήμετος. vterque iactat & nudat artus. quamuis virtus oppreſſa iactandi maximè ſit cauſa: nudandi autem, cauſus; & lipyria. ἀλισμὸς, idem quod ῥιπασμὸς, & ἄσθη, 2. ac. 22. Id eſt, conflictari quauis figura, vt loco ſtare neſciant, ſed alium ex alio mutare cupiant. 4. ac. 47. 5. aph. 61. Eſt anxietudo quæ ſub ſe habet τὸ ἄσθμα & τὸ δυσφορίαν, id eſt, anxietatem & iactationem. dicitur enim ab ἀλύειν id eſt, multarum rerum ſatagere, nouiſque ſubinde rebus capi, vt faſtidio ducti earum quæ primùm placuerant. modò tamen in his nulla excuſatio mollitiei & deliciarum adferri nequeat: quidam enim, ne tantillam quidem febrium iniuriam æquo ferunt animo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XII. Θανατώδεες δὲ, καὶ τὸ 1 κεχηνότα καθεύδειν ἀεὶ· καὶ τὰ 2 * σκέλεα ὑγρὰ κνώδεα ξυγκεκαμμένα ἔῃ ἰσχύρα, καὶ 3 διαπεπλεγμένα. 4 Ἐπὶ γαστέρα δὲ κεῖσθαι ὡς μὴ πωλοῖτο ἔστι καὶ ὑγιαίνοντι· ὑπὸ κοιμώμενα, φλεγμονώδεος ἔσται σημεῖον, ἢ ὀδυνώδεος ἢ ἀμφὶ τὸν κοιλίην τόπον. * φλεγμαίνη, id eſt, implexa.

XII. *Funeſtum etiam eſt, 1 hiante ore dormire perpetuò: & 2 crura, ægro in dorſum iacente, plurimùm contracta eſſe, 3 multúmque complicata. Quod ſi 4 in ventrem iaceat, cui dum benè valeret 5 inſolens ſit ita dormire,*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 245 sur 513

dormire, delirium quoddam id præsefert, & aut dolorem partium aluinarum.

COMMENTARIVS.

1 Inde enim significatio fit, viscera incendio conflagrare, ac exhausta facultate animali, musculos contrahere solitâ masticatorios. resolutis itaque musculis qui à capite descendunt. modo nulla excusatio sit ab ebrietate, vel ignauia. sæpiùs hoc euenit dormientibus: sed, inquit Galenus, vigilans si ita hiârit ore; funestissimum est.

2 Delirij plenus est hic iacendi modus: nam conatum & vim habet: quod in languentibus,& in dorsum ob infirmitatem iacentibus, absurdè fit.

3 Est hæc indecora artuum compositio contractorum, vel implexorum; contractis ac conuulsis musculis: si à delirio illud eueniat, in propinquo mors erit: sin ante delirium, diutiùs æger viuet.

4 Est actionis deprauatæ aut deperditæ in iacendo: indecorus situs hic est.

5 Contra consuetudinem decumbentis.

6 Exclusa biliosa materia in ventrem; inde tormina: quæ mitescunt aliquantulum, dum cohibetur aliquo modo irruentis humoris inuasio: quod fit ab eo decubitu: sin à flatu fuerit, is eo modo discutitur: sin à crudo frigidóque humore, is ab eo situ & coquitur & calescit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIII. 1 Ἀναπαύζειν δὲ βούλεσθαι ἤν γοσέοντα, 2 ἦς νόσου 2 ἀκμαζούσης, 3 πυρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι· 4 κάκιστον δὲ ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσιν.

Vltimum ex Decubitu signum.

XIII. *Iam verò crebrò 1 residere velle ægrum cùm iam 2 ad vigorem suum venit morbus, 3 calamitosum id sanè est in cunctis acutis morbis: sed id longè 4 pessimum est pulmonibus morbo obsessis.*

COMMENTARIVS.

1 Tædio decubitus cùm iacere non possit: sed in spinam se erigat, vt in lecto sedere videatur.

2 Non cum iam peculiari paroxysmo fatigatur; vel cùm iam iam primùm morbus inuadit.

3 Ob summam spirandi difficultatem: & in acutis morbis tamen perneceſſarius adest respirationis vsus. In his denotat delirium aut iactationem, vel spirandi difficultatem. Delirium si adsit, cerebri afflictionem denunciat: iactatio autem denotat febris immanem vim, aut nauseabundam anxietatem stomachi: respirandi difficultas significationem adfert tantum viscеribus incendium esse conceptum, vt cogat ægrum crebrò residere velle, eo tempore quo maximè ocio indulgere deberet.

4 Id est, si occupentur peripneumoniâ cum orthopnœa consociatâ: id enim funestum, signum enim est oppressi thoracis & pulmonis. Aliter hoc Prognosticum legitur à Galeno, hoc modo: Crebrò residere velle ægrum vigente morbo, malum id est, in pulmonia, pessimùm verò in omni acuto morbo. Ratio hæc est, Graue symptoma, attamen morbo insolens, si ei superueniat, calamitosiùs ibi apparet quàm si in morbo cui se consociare solebat superueniret: Sed peripneumoniam inseparabiliter sequitur orthopnœa, non autem ita alios morbos acutos: Igitur in peripneumonia minùs calamitosè superuenit, in aliis autem acutis planè calamitosè.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIV. 1 Ὀδόντας ὃ φρίζειν ἐν πυρετοῖσιν, 2 ἐκ παιδὸς μὲν ξωὸν θέειν ἐστὶ πάθος, 3 * μανικὸν καὶ θανατῶδες· ἀλλὰ προλέγειν ἀπὸ 4 ἀμφοῖν κίνδυνον ἐστὶν ὁμοίως. Ην δὲ καὶ περιφρενίων 5 τοῦτο γένηται, 6 ὀλέθριον· ἤν τε καὶ ἄλλο.

XIV. *Dentes 1 stridere per febres, 2 quibus id semper insolens fuit à puero, 3 insania præludium illud est, atque funestum: sed prædicere oportet ab 4 vtroque periculum. Quodsi fanaticus quis iam factus 5 id faciat, 6 omnibus modis est funestum.*

COMMENTARIVS.

1 Πρίσεις τῶν ὀδόντων, id est, stridores dentium fiunt, vt in crepitaculis crebro allisu, quod est tremoris argumentum: (Belgicè *clappertanden:*) ex sententia Galeni, qui dentium πρίσιν comparat vagis oculorum coniectibus. Hîc tamen sub verbo πρίσις complectitur etiam verbum σωφίζειν, id est, collidere; cùm, quodam mordendi studio, mutuo attritu veluti fragosum stridorem edunt: quod Belgicè dicimus *knerstanden.* conuulsis musculis temporalibus.

2 Nec id fiat vitio musculorum maxillas mouentium, quod quibusdam natiuum est: vt etiam euenit pueris, quibus nerui sunt imbecilliores, tum etiã musculi breuiores. Propterea per acutas febres facilè spasmo pueri tentantur, aluo officij immemore reddita, somno fraudati, si expauescant: nam hîc facultas & cerebrum firmum, non agnoscunt vitium.

3 Nam spasmi signum est: qui febri calamitosè superuenire solet. Nam maximum & immedicabile malum denotat, & multum temporis ad humiditatis redintegrationem petunt nerui, nec interim inducias præbet morbi vehementia, sed illico viribus exuit corpus, & citam mortem adfert. 2. aph. 26. nam ab exhausto fit hoc cerebro. Obseruabile temporales musculos & masseteras adferre collisionem & conuulsionem cum tremore, maxillæ inferiori; vnde dentium stridor & collisio ab exhausto cerebro. Sed ea conuulsio, vt doctissimè admonet L. Duretus in Coacis, coniunctam non habet insaniam, sed πὼ καφασινωδέλώ. Tanta enim præstantia, d. temporalium musculorum, vt etiam solùm alterati & intenti contra naturam, adferant τὸ καρῶδες, vel, vt scripsit Hippocrates, sint ipsi καρώδεες.

4 Nim. à mania, & spasmo lethali.

5 Id est, si maniæ superueniat dentium stridor. q.d. multum interest, sitne dentium hic stridor insaniæ iam iam futuræ nota, an verò ipsius iam conceptæ symptoma. Abutitur Hippocrates voce παραφρενίων, quæ alioqui propriè illi vox dicitur de symptomatico delirio, quale illud quod febricitantibus est solemne. At mania, de qua hîc agit, est vehemens & clamosa insania, quæ phrenitidi superuenit: cùm nimirum humor bilioſus, qui, antequam in atram bilem transiisset phrenitidem faciebat, nunc autem in ferociorem immanitatem translatus & assatus, maniæ est auctor.

6 Hîc iam in procinctu mortem esse denotat: nam omnis conuulsio quæ in delirium cadit, mortem in procinctu esse denunciat. & ad vltima ventum esse testatur. q.d. id significat exhaustum esse cerebrum, & facultatem effœtam languere, cùm musculi cerebro vicini eius sympathia ita afficiantur. Itaque melius est delirium superuenire tremori, quam tremorem delirio.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XV. 1 Ἕλκος ὃ λεῖον τε καὶ 2 περιγεγονὸς πολὺν χρόνον, λιὼ τε καὶ 3 ἐν τῷ ὑγιαίνοντι μέρει, 4 καταμανθάνειν δεῖ. Ην μὲν μέλλῃ ἀπολυθεὶς ὁ ἄνθρωπος, 5 ψυχρὸν τὸ δερμάτιον, 7 πελιδνόν τε καὶ 8 ξηρὸν ἔσται, ἢ ὑγρόν τε καὶ ξηρόν.

XV. 1 *Vlcus verò, siue quis eo 2 ante morbum obsessus fuerit, siue 3 in morbo natum sit, cuiusmodi sit 4 scienter tenere oportet. 5 Nam si interiturus sit æger, 6 paulò ante mortem 7 lividum & 8 siccum, aut 9 pallidum & siccum euadet.*

COMMEN

COMMENTARIVS.

1 Vel etiam inflictum vulnus: nam ſolùm excrementorum ratione differūt: nam vlcera ichores & ſordes, id eſt, tenue & craſſum habent excrementum; vulnus conſociationem tantùm petit, non deterſionem.

2 Ex ichorum collectione in corpore: vel à ſauciatione ſi ſaniem & ſordes collegit, vel à rupto phymate.

3 Vt cùm phlegmone obſeſſa pars, aut cutis exanthematis, carbunculo, bubone obſeſſa ſe aperit, & erumpit vredine ichoris: vel ab ictu, caſu, &c.

4 Id eſt, perdiſcendum omni cura & ſtudio q.d. non ex ſolius vrinæ aut pulſus notâ rectè colligemus euentura: ſed à qualitatibus etiam mutatis, & læſis aliis actionibus, vnde elucent notæ virium validarum vel effœtarum, naturæque viuidæ vel emortuæ, tum in viuacitate ipſa partium ſolidarum, tum in viuifico nectare quod dimanat à corde.

5 Nam id denotat nutritiam facultatem eſſe labefactatam, calidumque natiuum oppreſſum eſſe, & ſanguinem exhauſtum eſſe. modo nulla excuſatio validiſſimæ euacuationis adferri poſſit, aut temperiei labefactatæ peculiaris partis. Hoc eſt, ægro eſt moriendum ſuffocatione vel extinctione calidi natiui, quâ adferunt ardor febrilis, fœda cacochymia, cum aura venenata, partiumque impeditio quarum officia ſunt omnino vitalia.

6 Nam ſigna hæc ſunt fatiſcentis ac triumphatæ naturæ: quæ elucent in actionibus, excrementis, & qualitate corporis. Ante mortem, cùm nim. ardor febrilis, venenata qualitas, ex caloris natiui extinctione ſit fatalis ad interitum.

7 Liuidum erit ab extincto calido natiuo: ſiccum, alimenti ſanguiniſque inopiâ, vel corruptione. Sed d. q. nonne curatio vlceris ſiccitatem flagitat? Reſpon. hîc non damnari ſiccitatem excrementi, ſed ſubſtantiæ partis: ea nim. qua pars & labra tabida eſſe videantur, vel ſale condita quaſi foret. Voluit iungere ſiccitatem; nam color alioqui ex humorum ſanguiniſq; mutata idea naſci poterit. Libro de vulneribus capitis hunc locum ipſe explicat: vbi loquitur de funeſtis. ibi in pertuſo capite ſigna ſunt deſperatæ ſalutis ac mortis vicinæ: ſaucia caro ſicca & velut ſale condita, quam vocat τεταριχδμένω: os item pallidum, quod erat album; & carioſum, quod erat ſolidum & perpolitum. Liuet, quia emortuum: emoritur, quia perfrigeratur, extincto calore.

8 Siccum, quia genio defraudatur: fraudatur à palindrome funeſta, vnde & ſocio caret molli tumore & excrementis. Nam ſiccitas illa non eſt naturæ, in parte ſolida & ſucciplena: nec à remediis ſiccantibus, ſed vitio exhauſtæ partis ab alimenti inopia, vel palindrome. Extinctionem autem caloris, vel alimenti deprauationem liuor & ſiccitas conſequuntur.

9 Pallebit corruptione ſanguineæ maſſæ à febrili ardore: ſiccum inopia nutricatus, id eſt, ſiccum ſubſtantia, non autem ſuccis. Ita eiuſmodi vlcus cauſa erit & ſignum mortis. Signum, nam denotat calidi natiui extinctionem, quòd partes genio ſuo fraudantur. Cauſa verò, nam in moribundis vbi areſcunt vlcera, ſæpe ab iis vlceribus expirat aura venenoſa, quæ intus curſum flectens, ob partium internarum nim. incendium eò abrepta, ibi ſpiritus diſſipat, & calidum innatum extinguit. Talis eſt ratiocinatio: Quæcunque febris eam ferociâ gerit, vt aut inopiâ aut corruptionem nutricatus, quo partes fruuntur, adferat, aut calidum natiuum extinguat, funeſta eſt: Atqui febris ea, in qua huiuſmodi vlcus apparet, talis eſt, vt ſignificationem de ſe præbeat deprauationis vel defraudationis nutricatus, & calidi natiui extinctionem: Itaque lethalis. Ex Hippocratis itaque ſententia, ſemper ante mortem vlcera ſiccefcent: & tunc mortem in procinctu eſſe dicemus: colore tamen diuerſo id eueniet, ex humorum dominatu: interdum enim liueſcent, interdum palleſcent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVI. Περὶ δὲ 1 χειρῶν φορῆς, τάδε γινώσκω. Ὁκόσοισιν ἐν 2 πυρετοῖσιν ὀξέσιν, ἢ ἀφελευμονίῃσι, * ἢ 3 φρενίτισιν, ἢ ἐν * ἐν 4 κεφαλαλγίῃσι, 5 ἅμα τε ἀναγνώσεται φερομένας καὶ διαδύσας διὰ κενῆς, καὶ 6 καταφολογήσας, καὶ 7 † κροκιδίας ἀπὸ † κροκίδας τῶν ἱματίων ἀποπλώσας, καὶ ἀπὸ † τοίχου 8 ἄλφια ἀποπάσας, πάσας δὲ 9 κακὰς καὶ διαπαθέας.

XVI. *Quod autem* 1 *ad manuum geſtus attinet, hæc me ſcire profiteor. Nam quaſcumque per* 2 *febres acutas aut peripneumonias, aut* 3 *phrenitides, aut* 4 *cephalalgias,* 5 *ad faciem manus ſubinde delatas* [*animaduerteris,*] *aut fruſtrà venantes, aut* 6 *feſtucas legentes, aut* 7 *floccos è veſtimentis carpentes, aut è vicino pariete* 8 *paleas euellentes, eiuſmodi omnes geſtus,* 9 *pranos eſſe atque funeſtos.*

COMMENTARIVS.

1 A functione, & motu manuum notæ.

2 Ex vaporum copia turbatis oculis, & capite.

3 Ab acri & maligna materia, quæ orgaſmo in caput effertur, vnde inflammatur cerebrum. Hæc autem phlegmone vel eſt recens concepta, integra adhuc ſubſtantia partis: vnde grauis exurgit naturæ pugna aduerſus morbificam materiam. Vel hæc inflammatio euenit, traiecto cerebro toto ab humore bilioſo, non aliter ac lana vt coloribus imbuitur; & incurabile euadit hoc malum: nam cum tenſione conſociatur, his debetur hæc prognoſis.

4 Nam hîc etiam, vt in dicta phrenitide, afflicto capite plethoricis à cauſis, aliquis humor illabitur in oculos. magnitudinem mali denotat in his talis geſtus manuum.

5 Quo lachrymantia tergant lumina, aut muſcas captare ante oculos falsò volitantes, cùm intra oculum ſtabulentur talia ſimulachra.

6 Καφαλογεῖν, quia eminere illis videntur.

7 Κροκοδίζειν hos facit falſa concepta imago, ab humore albugineo, cui innatant peregrini humores aut vapores.

8 Nam cunctas has prædictas res putant ſe videre, & non vident: ob vapores vel humores bilioſos, quibus aqueus oculorum humor eſt imbutus.

9 Nam ſignificant febris immanitate deprauatam eſſe facultatem imaginandi, oculisque tenebras offundi. ac manuum cùm adſit tremor in phrenitide, exhauſtas eſſe vitæ opes. 1. prorrhet. aph. penultimo. alienati cerebri ſymptoma.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVII. 1 Πνεῦμα δὲ 2 πυκνὸν μὲν ἐὸν, 3 πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν 4 ἐν τοῖσιν ἄνω τοῦ φρενῶν χωρίοισι. 5 Μέγα δὲ ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ 6 παντὸς μέγον. 7 διαφερτικῶν δηλοῖ.

XVII. 1 *Reſpiratio* 2 *crebra ſi fuerit,* 3 *dolorem ſignificat, aut æſtum ſine incendium* 4 *in partibus diaphragmate ſuperioribus. Quæ verò* 5 *magna eſt reſpiratio, &* 6 *longis internallis,* 7 *delirium ſignificat.*

COMMENTARIVS.

1 Πνεῦμα hîc accipitur pro vtraque reſpirationis parte, & pro actu reſpirandi, & non pro materia quæ inſpiratur.

2 Frequens. Reſpiratio difficilis hîc quadruplex; frequens, rara, frigida. frequens aut magna eſt aut parua: rara, magna. Tres ſunt primæ differentiæ reſpirationis; magnitudo, celeritas, crebritas. Hæc augentur auctovſu. Et vſu diminuto, diminuuntur: & fit,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 247 sur 513

©BIUM

fit, parua, tarda, rara. Magnitudo etiam facultatis & instrumenti vitio minuitur.

Constat Respiratio duobus ex contrariis motibus, expiratione, & inspiratione: quos intercurrat quies quædam necesse est. Est autem Respiratio, motus quo aërem frigidum ducimus aut fuliginem excludimus; ad temperandum, nutriendum, & expurgandum calorem natiuum cordis. In hac animæ functione primò habenda est ratio materiæ quæ introducitur & expellitur. dein motus & quietis, tertiò partis quæ mouetur. ex his respirationum differentiæ ducuntur. Materia, vt calida, frigida respiratio. A motu, nam vel est respiratio celeris, media. à quiete, frequens, rara, mediocris. à parte, vt thoracis à dilatatione & contractione, dicitur magna, parua respiratio. Hactenus τὸ ὅτι dixi, iam διότι. Violentæ respirationis, de qua hîc agimus, tres sunt causæ, vsus, instrumentum, & voluntas, id est, facultas. Vsus est triplex, ad temperandum, nutriendum, vt flâma ab aëre, & expurgandum calidum innatum cordis. Instrumenta item triplicia: mouentia, deducentia, & excipientia: vt explicamus Nu. 5. Voluntas autem simplex est, distincta tamen est: etenim vel est ab electione, vel ab instinctu. Ita dormientibus voluntas perit quæ ab electione; instinctu tamen respiramus: præterea tunc tanta adest necessitas respirandi, vt vim neruorum excitet.

3 Dolorem d. significat; ab inflammato thorace, vel asthmate pulmonum: si parua & frequens fuerit respiratio. vt etiam in pleuritide, & in diaphragmate inflammato; in his vsus adest: ideò cum magnitudo non adesse possit, ea compensatur frequentiâ: vt ita addatur quod deest. ita in peripneumonia.

4 Id est, cordis vel pulmonum: si magna & frequens fuerit respiratio. nam sola magna respiratio hîc non sufficit. φλεγμονὴ d. Galenus, hîc appellat φλόγωσιν, id est, inflammatoriam affectionem.

5 Expanso thorace in longum, latum & altum, id est, rara magna: ex cuius magnitudine significatio fit integrorum organorum respirationi dicatorum, mouentium, deducentium, & excipientium. Mouentium quidem, quia thorax non est contumax: deducentium, quia larynx & aspera arteria sunt ab infarctu libera: excipientium, quia pulmones non sunt obsessi. Sed quia rarò spirant in perneccessario respirationis vsu (eò quòd febris adsit) ex ea negligentia depraua tam esse actionem mentis qua ab instinctu & electione voluntas dirigitur significatur. voluntas igitur tunc in vitio est, & sui immemor. Vt in Philisco 1. epid. 3. & in Sileno, & in vxore Dromeadæ. Longis ex interuallis magna respiratio propria est delirii: Non tamen si quis delirat, necessariò magnum & rarum spirat: nam proprium, attamen separabile, deliriis hoc esse dicimus: vt in Pythione, 3. epid. 3. qui in Thaso. & in vxore Dealcis; quæ breuispira & tardispira interdum erat. & in Anaxione.

6 Quòd nim. depraua ta voluntas, vsus necessarii rationem non habeat, cùm integra sint respirationi dicata organa. Altum enim spirat partium spirabilium obedientia: ratum, dementia.

7 Illud diximus Nu. 5. est enim signum ὁμοφυὲς omnis dementiæ quæ primigeniam in cerebro causam habet. Magna enim & rara spiratio ideo significat dementiam, quòd in summa spirandi necessitate, qualis est in ardore febrili, & partiũ spirabilium obedientia, quam indicat magnitudo, in vitio est sola voluntas immemor & sui negligens. Talem respirationem & lethalem describit Hip. in Coacis. Est signo & causa funesta. Signo, dementiæ idiopathicæ. Causa verò, incremento æstus febrilis, & suffocatione aut extinctione caloris vitalis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἐκ ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος, 1 ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται. 2 Εὐπνοίαν δὲ χρὴ νομίζειν 3 κάρτα μεγάλην δύναμιν ἔχειν εἰς σωτηρίην ἐν 4 ἅπασι τοῖσιν ἐξέσι νοσήμασιν, ὅσα ζωὴ πυρετοῖσιν ἕπεται, καὶ ἐν 5 τεσσαράκοντα ἡμέρησι κρίνει.

Frigidus autem spiritus qui è naribus & ore efflatur, 1 valdè est funestus. At verò 2 spirandi facilitatem scire licet 3 præclarè facere ad salutem 4 in cunctis acutis morbis, tum iis qui cum febribus sunt, tum iis qui 5 intra dies quadraginta iudicantur.

COMMENTARIVS.

1 Nam, extincto natiuo calido, in corde & partibus sparationi dicatis, mortem in propinquo esse significat: nam de acutis agit hîc morbis. Nam in longorum paroxysmis nil monstri gerit. Hæc spiratio est praua & rara, nam magna & frequens est calida, cùm fiat à calore in instrumentis respirationis concepto & aucto. Quare rara parua illa, iam iam moriturum ægrum significat.

2 Primùm dyspnœam, iam eupnœam explicat. Spirandi facilitas facit ad salutem, vt causa, & signũ. Vt signum, nam cùm causæ respirationis integræ sunt, res ægri sunt bono loco. Si nim. respiratio magna sit & libera in dilatatione, mediocris in motu & quiete, & materia quæ expiratur. Spirandi facilitas est, cùm ducitur spiritus ex facili: in qua omnia mediocria sunt, in thoracis dilatatione & contractione, motus celeritate & tarditate, quietis frequentia & raritate; in materiæ calore & frigiditate.

3 Vt causa: nam spirandi facilitate calor cordis ventilatur, temperatur, & nutritur: vt signum, significat enim instrumenta singula, œconomiæ respiratoriæ dicata, integra esse. nec dolor erit in thorace, aut calor, aut frigus; nec in partibus à quibus in contagionem trahitur thorax, vt iecore, liene, ventriculo, peritonæo: nam ab horum æstu si non verberetur thorax, etiam bonum est: nam inde fiet significatio non adesse vehementem phlegmonem, febrem, aut calidi natiui extinctionem.

4 Vt in Peripneumonia, phrenitide & pleuritide, & iis qui intra dies quatuordecim iudicantur. Duo sunt genera acutorum morbotũ; alii sunt febris participes; de iis hîc agimus: alii sunt febris expertes, vt conuulsio ab ebrietate, cholera, apoplexia. Qui morbi acuti sociam trahunt febrem; alii eam symptomaticam habent, vt pleuritis, phrenitis; alii essentiali febre constant, vt causi. Tamen omnes morbi acuti qui cum febre sunt, eam continuam habent. 5. aph. 30. propterea hoc siluit Hippocrates.

5 Ex his quidam lento repunt motu; qui diuturni dicuntur. quidam sine febrili remissione eò etiam perueniunt. Acuti morbi 14. diebus finiuntur: nam in his fiunt sũmæ à vehementia afflictiones. sin vehementer affligendo non integram subeunt crisin 14. & si ita effugiant 20. acuti fiunt ἐκ μεταπτώσεως, ac tunc nomen solùm retinent acuti, naturam verò amiserunt. qui ad 40. aut ad 60. excurrunt. 2. prog. sed hîc loquitur de iis qui ad 40. excurrunt: nam quidam ex acutis, ἐκ μεταπτώσεως, cum habent genium, vt non efferantur vltra 40. nam quidam alii iudicantur 60. vel 80. diebus, vt anasarca, & marasmus, quartana, empyema, & phthisis, ex acutis consectarii omnes.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVIII. Οἱ δὲ 1 ἰσχνῶντες ἄλγεσι μὲν ἧσσον ἔσονται ἐν τῇσι πυρ. 2 ὀξέσι νοσήμασιν, ἐκένοι ἐν 3 ἡμίσεσι τε χρονίοισι γίνονται, καὶ 4 τελείως τὸ πυρετὸν ἀπαλλάξουσιν. 5 Ἀραιοὶ δὲ καὶ ἐκένοι διὰ 6 παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, ἀπεδείξαν τὸ ἄνθρωπον 7 ἀπιτήσειν

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 248 sur 513

7 ἀπιτήσειεν φέρεται τὸν πόνον. Οἱ δ' ἂν 8 μάτιοι τῶν ἐρημάτων), ἐ 6 λυσιτελέες. 10 Κάκιστοι δὲ, οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνον ἀεὶ τῶν κεφαλῶν τε ἢ τὸ ἀνέσπαστον γινόμενοι ἢ τὸν αὐχένα· ἔτοι γὰρ ξυῶδες 11 ὄζει πυρετῶ θανάσιμον σημαίνοντι, ξυῶδες 12 περιττέρω, μᾶλλον γέτε. Καὶ οἱ χῦ 13 τῶν τὸ σῶμα ὥσπερτως γινόμενοι, τοῖσι 14 ἀεὶ τῶν κεφαλῶν.

tamen 5 in bonis ducendi ſunt illi qui 6 toto manantes corpore, effecerunt vt deinde 7 leuius faciliúſque morbum ferrent. Qui verò 8 horum nihil efficiunt, ſunt 9 planè inutiles. Peſſimi & 10 calamitoſi ſunt frigidi, & qui ſolùm à capite manant, & facie, & etiam collo: Hi enim cum 11 acuta febre mortem oſtendunt; cum 12 mitiore autem, diuturnitatem morbi. Tum etiam quibus 13 frigidis totum eſt madens corpus. Eôdem pertinent & qui 14 ex ſolo capite manant.

Ab exeûte mutato. Gal. 3. crif. vit. an ſudore finiédus ſit.

XVIII. 1 *Sudores verò optimi illi ſunt in cunctis morbis 2 acutis, quicumque 3 diebus manant criticis, quique 4 integram febrem excludunt. Sed*

COMMENTARIVS.



: nam ſyncopen præſentem denotat.

1 Aſpectabilium obſeruationum in ægris hæc eſt proſtrema: mox de tactu compertis differet. Geminas oportuit ſudoris hîc conditiones exigit, vt eueniat criticis diebus, id eſt, cocta materia: & vt apyrexiam conſectariam trahat. Nam febris venis concepta, toto corpore ſparſa, totius ſudore euacuatur commodè: Sudor eſt excluſio excrementi dimanantis ex poſtremo nutricatu: vel eſt ichoris per cutem excluſio. Hic ichor ſtabulatur in habitu corporis. Eadem huius quæ vrinæ eſt materia: hinc fit, vt, cùm per ſudores futura iam iam ſit criſis, fiat vrinæ interceptio.

2 Qui nim. cum febre ſociati ſunt, & intra 40. dies iudicantur, ex ardore bile concepto: quæ ſubſtantia eſt tenuis, temperamento calida, qualitate acris, eâque febris ſymptomatum vehementiâ valida eſt.

3 Id eſt, 7. 9. 11. 14. 17. 20. 27. 34. vt in Anaxione. & 40. die: nam alioqui etſi aliis ſymbolis forent commodi, vt copiâ, qualitate prima, & ſecunda, in colore, odore, ſapore, & excernendi modo: tamen incommodi eſſent, vbi temporis apti deſideratur ratio: nam rediuiuam nunciant febrem, ſi miteſcat à tali ſudore. Hip. 4. aph. 36. alios etiam recenſet dies, inter quos, duo tantùm pares: nam bilioſi morbi imparibus mouentur diebus, & iiſdem iudicantur, negligit & 4. cùm rarò criſes præbeat; cuius tamen 3. epid. 3. in hiſt. Periclis meminit.

4 Nullo empyreumate reſtibili, nec febrili materia: hæc oris amaritudine, illa ſiti oríſque ſiccitate proditur. Qui die manant critico cum conſectaneâ apyriâ, toto profluûnt corpore. id indicat igitur Hip. nâ firmam reddit dies criſin, ſiue ad bonum, ſiue ad malũ.

5 Quamuis nim. perfectam febris remiſſionem non adferant, ſed fiant diebus criticis. Igitur licebit etiam purgare in febribus coctam materiam: etiamſi tota illa nondum concocta fuerit.

6 Æquali cùm ita filo diffunditur materia, partium principum integritatem naturæque vim denunciat.

7 Excluſa materia aliqua morbifica, vel quia denotat materiam ad pepaſmum veniſſe: & naturæ vim quæ poſſet ex toto euacuare, 3. epid. 1. 3. vt enim ſunt gradus coctionis, ita & purgationis. nam hi ſudores aliquid materiæ morbificæ tollunt. nam fient hi d. Galenus die critico.

8 Id eſt, quibus nec febris cadit, nec æger erigitur, id eſt, toto corpore, calidi, diéque critico ferri debenti ſi quid horum abſit, non æquè iuuant. Quare ſi extra diem criticum ita ferantur, non iuuant: quia non copioſè effluunt, nec integrè effunditur materia morbifica. vt in Anaxione die 20. & in Nicodemo. & in Cherione boni fuere, quamuis non integrè iudicârint, tamen ad bonum.

9 Ducunt enim morbum: & corpora materiæ rigari copiâ ſignificant. 4. aph. 56. exhauſta tenui parte; vnde ad naturæ infirmitatem accedit pepaſmi difficultas.

10 Per morbos acutos. inuictis humoribus ob algorem, & craſſitiem, à febris immani ardore, cùm toto corpore frigidus ſudor effunditur. 3. epid. Mulier quæ in Mendacij foro, 14. mortua. Et qui manant ita ex capite, vultu, ceruice, ſignificant ſolutam adeò facultatem, vt nequeat ex aliis partibus excludere, à copia prementis ſucci: hinc ſyncope corde oppreſſo, & interceptis ferè reſpirationis ductibus. Et in eo qui in Dealcis horto iacebat, 3. epid. Et Silenus 1. epid. Et quæ abortiit 3. epid. 4. aph. 37. 38. ſiue calidi ſiue frigidi fuerint ex capite & collo, mali d. Gal. nam d. ibi calidi futuram ſyncopen; frigidi verò præſentem indicant.

11 Nam breui ſuam abſoluunt hiſtoriam, & breui mitigari nequit materia talis copioſa & craſſa morbifica: quare vt cauſa malus, nam ſoluit vires: vt ſignum, nam inuictam à febre materiam denotat, adeò vt ne caleſcat quidem. & à frigeſcentibus iam ſolidis partibus ab extincto calore natiuo. Frigidus itaque ex toto, & calidus ex capite & ceruice, cum acuta febre mortem, cum mitiori diututnitatem morbi ſignificat.

12 Nam lenta eſt febris, quæ non ita premit robur quin perduret ad ſtatum. Interpretatur hunc locum Ariſtoteles 2. probl. 35.

13 Si nim. toto fluat corpore frigidus ſudor, malus: vt etiam ſi ex capite calidus.

14 Primum dixit de his qui ex capite, facie, & collo manant: iam de eo qui ex ſolo capite.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* Οἱ ϗ 1 κεγχρώδεες ἢ μᾶλλον ἀεὶ ἢ πρόσωπα γινόμενοι, 2 πονηροί. Οἱ ϗ μὴ 3 σαλαγμῶδες ἢ ἀτμίζοντες, 4 ἀγαθοί. Καλοῦσιν ϗ ὅσοι ἀπὸ τοῦ πώγωνος ἢ τῆς ἰδρώτων γίνονται καὶ οἱ ἀπὸ τῶν 5 ἕλκων σωμάτων· οἱ ϗ διὰ συμπτώσιος 6 φλεγμονῆς.

* ἢ ϗ αὐχένα νομίσαι πονηροί.

Iam verò & 1 miliares ſudores, & qui circa ceruicem erumpunt, 2 praui. At ſi 3 ſtillatim calidi manant [ac toto corpore] 4 bonum. Iam verò de ſudoribus hîc

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 249 sur 513

vniuersim complecti oportet animo, nam alij 5 resolutione corporis, alij 6 inflammationis vi accidunt.

COMMENTARIVS.

1 Ad milij ideam sparsi figura & colore. exiguâ sudatiunculâ subroscida cruix. exolutione partium solidarum, in quarum virtute vita consistit.

2 Quia nihil paucum est criticum: & eueniunt resoluta à facultate retentrice, accedente succi contumacia.

3 Qui toto manant corpore.

4 Ἀθρόως enim, & copiosè cuncta euenit exclusio critica, 4. aph. 21. & 1. prorr. 47.

5 A syncope, nim. resoluta retentricis vi.

6 Frequens vicissitudo horrescendi & sudandi, malum: nam malignitate materiæ concussio fatigat, & sudor profluit resoluta vi retentrice. Inflammatione fiunt sudores, cùm abeunt in suppuratum: vt in pleuritide, in nephritide 2. prorrhet. 45. rigores ab inflammata spina & eius membranis. Vide Dur. Coac. fol. 8. 12.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIX. 1 Ὑποχόνδριον δ' 2 ἄριστον μὲν 3 ἀνώδυνόν τε ἐὸν, καὶ 4 μαλθακὸν, καὶ 5 ὁμαλὸν, καὶ ὁκότερα, ἢ ἐπὶ δεξιὰ, ἢ ἐπ' ἀριστερά. 7 Φλεγμαῖνον δὲ, ἢ ὀδυνῶν παρέχον, ἢ 8 ὀντεταμένον, ἢ 9 ἀνωμάλως διακείμενα τὰ δεξιὰ περὶ τὰ ἀριστερὰ πάντα 10 πάντα συλλογίζεσθαι χρή. Εἰ δέ τι 11 σφύζοιτο ἐνείη ἂν τῷ ὑποχονδρίῳ, 12 θόρυβον σημαίνει, ἢ ὀλιγοφρονίην. Ἀλλὰ τοὺς 13 ὀφθαλμοὺς ὁπωσδεῖν * χρὴ 14 τοιούτων ἐόντων δεῖ αἱ ἕδραι πάντα 15 κινέουσι, 16 μαλιστα τοῦτοις ἐλπίς.

XIX. 1 *Hypochondrium verò 2 optimum quidem est 3 doloris expers, & 4 molle, & 5 æquale, 6 dextra & sinistra parte. Quodsi 7 inecendio conflagret, aut doloris sit particeps, aut 8 distentum sit, aut etiam dextra 6 inæqualiter sint affecta erga sinistra: hæc 10 cuncta vereri oportet. Quodsi etiam 11 pulsus in hypochondrio insit, 12 perturbationem significat, aut delirium. Sed 13 oculos contemplari oportet 14 talium hominum: nam si 15 volubiles sunt atque instabiles, 16 phreniticos eos fore* * spes est.*

* χρὴ

* Vel, *metus est.*

COMMENTARIVS.

1 Abdominis pars quæ nothis costis & illis includitur, ex cuius sanitate totius pendet œconomia.

2 Vt signum, & vt causa. Signum integrorum viscerum: hepatis in sanguificando, lienis in attrahendo humorem melancholicum. Causa expeditæ œconomiæ naturalis: in coquendo, excernendo; & etiam liberioris respirationis.

3 Nulla enim phlegmones aderit hîc suspicio, aut æstus.

4 Non durum ab inflammatione & tensione, vel scirrho.

5 Id est, æquali mole carnosum, & succi plenum.

6 Id est, in regione hepatis & lienis.

7 Si ægri relatu, aut medici tactu percipiatur, id æstum visceribus conceptum denotat, ac ibi conceptum esse febris focum: nam hepatis aut lienis ardore perfunditur.

8 Id est, dolorifica si adsit tensio: ita vt nulla adsit excusatio perturbationis criticæ, vt sit signum futuræ hæmorrhagiæ, traductione sanguinis ad τὰ ἄνω. Si ita tendatur ergo, vt imis digitis cutem carpere non liceat, & si inuiolata fuerit musculorum idea, phlegmone aderit. Variè tenditur Hypochondrium; recens cum mollitie quadam & sine murmure, ita vt inchoata sit tensio. fit ab inflammato hepate. Alia est vetus, & ea cum vel sine borborigmo, & adest perfecta tensio. Vetus cum murmure, significat frigidam hecticamque intestinorum intemperiem, quæ in Tympaniam abit. Vetus sine murmure, scirrhum hepatis denotat. Nam recens cum murmure, est à flatibus hypochondriacis, qui febre soluuntur.

9 In qualitate, vt calore; mole, id est, tensione; aut substantia & consistentia, id est, in mollitie & duritie. Nam his tribus modis abeunt dissimili facie dextra à sinistris. Vult Hippocrates calorem æqualiter diffundi. nam cuncta inæqualitas mala; etiam in febri. Et præstat sinistra inæqualiter affecta esse, quàm dextra.

10 Q. d. in omni morbo salutare est naturalem œconomiam integram esse, quò rectè possit coquere, secernere, & excernere. At Hypochondrium quod talem significat integritatem, præclarè ad salutem facit. Tale autem est quod qualitate nec alget nec calet: nec mole tentum, nec durum. Itaque dicit, medicus in distinctione harum rerum quiescere debet; vt in sublata duritie, & restituta mollitudine, redintegrato calore ad mediocritatem.

11 Symptoma incidens in hypochondrium. Si d. pulsus, id est, si pulsandi finem non faciat, illéque appulsus ab ipso percipiatur ægro, id enim σφύζειν. id est, intus denotat. A diaphragmatis pulsu, qui fit ab insigni arteria quæ per hypochondrium porrigitur, & quæ per lumbos: vel hîc insignis hypochondriorum pulsus referri possunt ad arterias quæ lieni cum renibus communes sunt: vel ad diaphragma aut ventriculum inflammatum. hinc fit turbatio phrenitica: vel critica, 1. epid. in historia Silem.

12 Vt illa quæ cadit in phreniticos: vt sit epigenomenon signum phrenitidi. Nam sursum fertur sanguis, ibique pro varia parte quam incurrit, variamque materiam, varia excitat symptomata. partem si occupauerit, vt cerebrum vel diaphragma, delirium efficit. 5. loc. aff. 3. Si magna fuerit inflammatio, tunc pulsus sentitur, & tunc delirij metus adest. Tangantur hypochondria supino ægro, cruribus modice adductis, ne musculi tendantur abdominis.

13 In cunctis morbis, d. Gal. vbi futuri delirij metus est, oculos obseruabis semper; nam si instabiles euaserint, in propinquo delirium erit. sed vbi adest hypochondrij pulsus, non simplex expectandum delirium; sed effetum & vehemens. Nam oculorum musculi facilè indicant (nam facillimè percipiunt, ob vicinitatem) cerebri afflictiones. Cerebrum verò diaphragmati & stomacho consentit.

14 Qui, nimirum ita affecti sunt.

15 Hos priùs appellabat ἰνασιφρυμίνους à tremore musculorum, vel à delirio.

16 Cùm flaua bilis à flagrante æstu in inatram degeneravit: vnde extrema insania, quam tremor consequitur ab exhaustu. Mania sine insania triplici ratione accipitur ab Hippocrate, vel pro valido delirio, vt hîc, & vt d. primùm de stridore dentium. aut pro delirio sine febre à calido succo, 3. epid. 3. vbi d. nec phreniticorum quisquam validè insaniuit, d. ἐξευήνη & 3. loc. aff. 5. Tertiò, pro delirio sine febre, à succo frigido, dicitur melancholia propriè. 6. aph. 21. Ita aput Celsum: Insania commune est vocabulum ad maniam, phrenitidem, & melancholiam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XX. 1 Οἴδημα δὲ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ 2 σκληρόν τε ἐὸν καὶ 3 ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν, εἰ παρὰ 4 πᾶσαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον. Εἰ δ' ἐν ἐν τῷ ἑτέρῳ * μέρει, 5 ἀκινδυνώτερον ἔστιν ἐν τῷ ἐπ' * πλεῖον, ἀριστερῷ.

XX. 1 *Tumor verò in hypochondrio 2 durus & 3 dolorificus, pessimus quidem est, si 4 totum occupet hypochondrium. Si verò alterutra tantum pars obsessa fuerit, 5 minùs formidabilis erit tumor qui in regione sinistra consistit.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 250 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Iam agit de tumoribus, vnde, quò, quà, quamobrem erumpant, & quo euentu. Tumor, id est, recens inflammatio, hoc est, tumor cum calore, rubore, pulsu, renixu, dolore. Oedema Hippocrati est omnis tumor præter naturam. at œdema durum & dolorificum, illi inflammatio est. Iam & à Galeno etiam pro tumore accipitur, molli, candido, doloris experte. Et iam diuidunt tumorem præter naturam in apostema, pustulam, & vomicam. Apostema est à causa antecedente non vitiosa, sed solùm coniuncta. aut à materia quæ in vitio est permixtione substantiæ alienæ. Pustula est tumor à materia praua propriæ substantiæ corruptione: vt si sanguis in propria substantia vitium fecit, carbunculus erit: Si bilis fuerit propriæ substantiæ ratione in vitio, faciet herpetes, miliarem, exedentem, simplicem. sin humor melancholicus, cancer. Si pituita, concretione vel resolutione, steatomata, meliceridas. Vomica autem est tumor præter naturam, in quo pus conceptum est. Sed Hip. per œdema intelligit apostemata, pustulas, & vomicas.

2 A tensione ab affluxu sanguinis: cùm renititur.

3 A feruore & tensione, id est, ab alienatione temperamenti, & mutatione habitus. Calor enim vrit ob putrescentem sanguinem in inflammatione. Causa eius antecedens est fluxus; à tractione, exclusione, vel orgasmo.

4 Dextrum & sinistrum. Lethalis, ob difficultatem curandi, symptomatum vim, & partis principatum: hepate lieneque simul phlegmone obsessis.

5 Nam principatus est in dextro, at in sinistro is ignobilior. ob easdem causas lethalis quas d. Num. 4. Nam dextra parte stabulatur hepar, quod coquit: sinistra lien, qui excipit. Quamuis aput Aristotelem, 1. hist. animal. 18. & 2. hist. 17. lien in dextra; hepar, in sinistra parte corporis prodigiosè deprehensa fuerint. Si causa antecedens etiam in vitio fuerit, vt prauus sanguis: longè calamitosius erit malum. Gal. 5. de loc. aff. 6. ægrè, d. tactu deprehendi inflammationem hepatis, nisi magna fuerit, aut tres abdominis musculi extenuati. & 6. loc. aff. 1. Proprium est hepati inflammato vt cumulatam quandam ideam præseferat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* κἀνθρωπος δεινον.

XXI. Σημαίνει δὲ τὰ 1 τοιαῦτα οἰδήματα ἐν ἀρχῇ μὲν * θάνατον 2 ἀληθέστατον ἔτεσι. Ην δὲ ὑφεδέλῃ 3 τὸν ἡμέρας ὅ, 4 τὸ πυρετὸς ἔχων, καὶ τὸ οἴδημα 5 μὴ καθίσταιτο, εἰς 6 διακοσίην τε ἔτεα. XXII. Γίνεται δὲ 7 τελέσιον ὂν τῇ 8 πρώτῃ 9 τελεσφόρῳ, καὶ αἵματος ῥῆξις ἐκ τῶν ῥινῶν, καὶ 10 χάρτα ὠφελέει.

XXI. *Significant autem* 1 *huiusmodi tumores inenne quidem morbo mortem* 2 *breui adfuturam. Quodsi* 3 *vigesimum diem excesserint, tamen ipsa* 4 *febris duret; tum ipse tumor* 5 *nihil consederit, in* 6 *suppuratum vertitur.* XXII. *Verumtamen* 7 *his* 8 *prima morbi* 9 *periodo sanguis profusè fluit è naribus, atque* 10 *illud profluuium præclarè ad salutem facit.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, totius vel dextri hypochondrij. huiusmodi, id est, cum renixu, & dolore.

2 Symptomatum vehementiâ; ob febris, caloris, perennitatem; doloris immanitatem, sitis inexplebilis vehementiam, & spirandi difficultatem. ab inflammato ventriculo, diaphragmate, vel hepate, liene.

3 Qui morborum simpliciter acutorum est finis. Si ita durus, dolorificus præseuerarit, abit in suppuratum; vel hæmorrhagiâ excluditur, si modò febris non miteſcat. igitur phlegmone ante 20. diem suppurati est expers.

4 Quæ est symptoma febris.

5 Id est, vt duritie & dolore sui sit admodum similis.

6 Materiæ, secundùm qualitatem, mutatione à calore natiuo, in loco calidissimo. nisi vel exhausta fuerit materia, vel in scirrhum resederit, & tunc abest febris, die vicesimo incipiet suppurari.

7 In quibus nim. suppurari spes est; aut qui suppurato curantur. Inflammationes itaque hypochondrij præclarè prima periodo per hæmorrhagiam excluduntur. quod præsciemus d. si cephalalgia & amblyopia fatigant.

8 Id est, intra primum septenarium: nam per quartarios suppuratur ad 20. diem. Non autem accipitur pro quarto die, qui posset dici prima periodus: nam omnes quartanæ sunt hæmorrhagiâ crisi difficiles; in Coacis. Dicitur interdum Periodus remissionis & intensionis tempus. In plerisque d. Gal. funditur sanguis septem primis diebus: paucis nono, & vndecimo rarissimè decimoquarto. Vt vigesimus absessui, ita septimus hæmorrhagiæ dicatus est. nam calori fluxus maximè debetur.

9 Nim. decretoriorum dierum.

10 Quòd morbo sit profluuium hoc consentaneum, ac inflammationis materia omnis excludatur; modò κατ' ἴξιν, quamuis rectitudinis viæ medicos interdum lateant. lienis itaque inflammatio, præclarè sinistris è naribus prorupto sanguine finitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* ἀλλ' ἢ

XXIII. Αλλ' ἐπανερωτᾶν χρὴ, 1 εἰ πῶ κεφαλὴ ἀλγέουσι, ἢ * ἢ ἀμβλυωπίῃσιν· ὧν μάλ' ἢ τοιοῦτον εἴη, ἐνταῦθα * βέπει. Μᾶλλον δὲ πῶς 2 νεωτέροισι πᾶσι χρὴ τεκμήρασθαι ἐστέον, ἢ πῶ 3 αἵματος ῥῆξιν ἀφανιεῖ χρὴ.

XXIII. *Verùm tum quærere licet,* 1 *num & illis caput doleat, an oculorum hebetudine teneantur: nam si quid eorum adfuerit, eò sanguis repit. Maximè tamen* 2 *quinque ac triginta annis minoribus,* 3 *sanguinis eruptionem è naribus expectare oportet.*

COMMENTARIVS.

2 Nam hæc sunt symptomata plethorica ipsius capitis, & futuræ hæmorrhagiæ signa: quódque sanguis in caput cursum suum flectit.

2 Id est, à pubertate ad 35. annum.

3 Nam quò natura viam affectat, eò maximè ctiseon inclinationes fiunt. At ea est iuuenum à pubertate ad 35. annum conditio, vt sanguinem copiosè è naribus profundant: cùm nim. venerem agnoscere, ac grauiorem vocem edere incipiunt. nam hîc adsunt copia sanguinis, calor & robur facultatis. postea transit corpus ad frigidiorem habitum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* πεζόμενα

XXIV. Τὰ δὲ 1 μαλθακὰ τῶν οἰδημάτων καὶ 2 ἀνώδυνα, καὶ τῷ 3 δακτύλῳ * ὑπείκοντα, 4 χρονιώτερα τὰς κρίσιας ποιέει), καὶ 5 ἧσσον ἐκείνων δεινότερά ἐστιν. Εἰ δὲ ὑφεδέλλοι ὁ ἐξηκοστὸν ἡμέρας ὅ, τε πυρετὸς ἔχων, καὶ τὸ οἴδημα μὴ 7 καθίσταιτο, ἔμπυον ἔσεσθαι σημαίνει· καὶ 8 ἥδιστον καὶ τὸν τῇ 9 ἁλμυρίδι 10 κατ' οὐρέι. 11 Οκόσα μὲν ἐν ὑπόστασιν τε ὀξὺν καὶ σκληρὰν, καὶ μεγάλα, σημαίνει κἀνθρώπων θανάτου ἀληθέστατον. Οκόσα † δὲ μαλθακὰ τε καὶ τῷ δακτύλῳ πεζόμενα ὑπείκει, † ἔσεσθαι χρονιώτερα σημαίνει.

XXIV. *Ex tumoribus autem quicunque sunt* 1 *molles &* 2 *doloris expertes, & quibus* 3 *impressa manent digitorum vestigia,* 4 *tardiores illi quidem crises efficiunt, sed tamen* 5 *minùs illis verendi sunt. Quodsi quæ detinet febris* 6 *vltra sexagesimum diem procedat, nec ipse tumor* 7 *subsidat; suppuratum iri significat: tum* 8 *hunt ipsum tumorem, & enim,*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 251 sur 513

qui in 9 alia parte ventris conſtituit 10 eodem modo. Ex quo efficitur, 11 eos tumores qui & dolorem faciunt & duri ſunt & magni, periculum mortis breui ſignificare. Contrà verò, quicumque & molles ſunt, & doloris expertes, & quibus impreſſa manent digiti veſtigia, illos his diuturniores eſſe.

COMMENTARIVS.

1 Non ita tenſa parte. Comparat œdema phlegmoni hypochondriorum. molle œdema veteribus eſt, quod nobis propriè iam œdema.

2 Quòd nulla acrimonia caloris temperamentum vertat, nec tenſione habitum.

3 Nam ſignificant inflammationem abeſſe: nam hæc ſemper renititur, nim. πυζόμενα.

4 Id eſt, non tam facilè euaneſcunt, nec reſoluti, nec ſuppurati, vt priùs dicti tumores; nam cauſam agnoſcunt frigidam, quæ ægrè in maturitatem erigitur, ſine qua tamen nullæ bonæ criſes: at omnis coctio à calore eſt.

5 Materiæ corruptione, aut ſymptomatum vehementia, id eſt, doloris vi, nam horribiles tales ſunt tumores: at œdema his iniuriis vacat: at inflammatio his fœcunda eſt: & materia tenuis calénſque metaſtaſi intrò repit, & facit deliria, gangrænam, ſcirrhum. At œdema à pituita hoc crimine caret, ſed difficilè tamen mutationes ſuas obtinet.

6 Si ea febris, cuius dominatu æger tenetur, inoffenſo curſu vltra 60. diem excurrat.

7 Si non reſoluatur pars tumens; & ſi non æquetur.

8 Nimirum hypochondrij, id eſt, 60. dierum terminum habet œdema, non ſolùm ſi in hypochondriis ſit conceptum, ſed etiam in reliquis ventris partibus. Hic vltimus terminus, quamuis & 40. diebus, in calido loco hypochondriorum, finiri poſſet: ſi, d. febris detineat hominem. Nam phlegmone 20. diebus ſuppuratur: ob æſtum materiæ, & partis.

9 Vt in vmbilico. Ventrem vocat Hip. ſtomachum, inteſtina, thoracem; & hîc lienem & iecur.

10 OEdema curatur reſolutione; id ſi non aſſequatur, ſuppurato hoc obtinet, licet tardiùs.

11 Nim. in hypochondriis. Curari debent reſolutione vel ſuppurato. Quodſi neutrum fiat, gangræna ſequitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXV. Τὰς δὲ 1 ἀποκαταστάσιας ἥκιστα τὰ 2 ἐν τῇ γαστρὶ 3 ἐξιδήματα ποιέει, μᾶλλον 4 ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν. Ἥκιστα δὲ 6 τὰ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ ἐς ἀποστάσιν τρέπεται. 7 Αἵματος δὲ ῥῆξιν 8 ἐν μᾶλλον δύο τόποισι μάλιστα φέρουσι.

XXV. *Cæterùm 1 tumores qui 2 ventre conſiſtunt 3 minùs abceſſus faciunt, quàm hi 4 qui obſident 5 hypochondria. Sed omnium minimùm partium 6 infrà vmbilicum tumores in ſuppuratum vertuntur. [Nec illud prætereundum eſt] 7 narium [iam commemoratum] profluuium, ex 8 ſuperioribus [abdominis] partibus potiſſimum expectare oportere.*

COMMENTARIVS.

1 Ita habet codex D. Mercurialis: at communis textus legit ἀποσάσιας, at τὸ ἀποστάσιος nomen eſt ambiguum: ad excretionem enim, & ad decubitum in abſceſſum pertinet, cùm in partem aliquam excutitur. propriè tamen de ea quæ fit in abſceſſum dicitur. Vt vbi d. Hippocrates, quibus rigores fiunt (vel periodici, vel critici) abſceſſus non oriuntur, id eſt, rigor non per abſceſſum ſed per excretionem criſin adfert. Quare ſi hoc nomine hîc vtendum; abuſiuè id fiet, & relatiuè, vt referatur ad materiam quæ coquitur, ſecernitur & excernitur: id eſt, ſignificabit hîc vomicam, ſiue inflammationem, ſiue œdema. Vide Foëſium fol. 8 5. Oeconomiæ.

3 Circum vmbilicum. ſumit indicationem à parte affecta. nam ſunt frigidiores & duriores illæ partes quæ infra vmbilicum ſunt: hinc difficiliùs in ſuppuratum abeunt.

4 Id eſt, non tam abſceſſus faciunt, hoc eſt, ſuppuratum & vomicas.

4 Siue doloris participes, ſiue doloris expertes; ſiue molles, ſiue duri.

5 Vt quæ cæteris partibus plus caloris habeant.

6 Nam rarò illæ partes ſunt calidiores: ſed ſunt cæteris abdominis partibus frigidiores. Itaque maximè ſuppurationi ſtudent partes quæ in hypochondrio; deìn partes quæ ad vmbelicum: vltimò quæ ad pubem & ilia, quæ λαγόνες Græcis. & Hip. 6. epid. 2.40. Vide Veg. fol. 992. contra Fuchſii interpretationem. Sed rarò aut nunquam ferè infra vmbilicum in ſuppuratum abeunt tumores.

7 Id eſt, inflammationis ſedatio, quæ cùm fiat plerumque hæmorthagiâ vel ſuppurato, ea perficitur in hypochondriis potiùs hæmorthagia, quàm in cæteris partibus.

8 Id eſt, cùm hypochondria phlegmone ſunt obſeſſa: nam d. Hippocrates ἐν τῷ ἄνω τόπῳ. ὃν refertur ad locum vnde fluit abſceſſus, & non qua. inflammatoiecore nim. vel liene.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVI. 1 Ἁπάντων δὲ χρὴ 2 περὶ ἐξιδημάτων 3 γινώσκοντα εἶναι πάντα τὰ χωρία 4 ἐπισκέπτεσθαι τὰς ἐκπυήσιας. Τὰ δὲ 5 διαπυήματα ὅσα δεῖ σκέπτεσθαι τὰ ἐντοσθεν. Ὁκόσα μὲν 6 ἔξω τρέπεται, βέλτιστα ἔστι, μικρά τε ἐόντα, καὶ ὡς μάλιστα 7 συγκλίνοντα ἔξω, καὶ ἐς 8 ἔξω ἐπιπυρωμένα.

XXVI. 1 *Omnium autem 2 tumorum qui in 3 his cunctantur partibus 4 expurata conſiderare oportet. At verò 5 ſuppurata quæ hîc ſunt, indéque manant ad hanc rationem ſunt exquirenda. Nam quæcumque 6 ad exteriorem partem firmantur, optima ſunt quæ parua, & quæ maximè 7 foras viam affectant, & maximè 8 acuuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Hactenus de tumoribus; nunc de vomicis, ſuppurationibus, & earum conditionibus: quæ ſumuntur à loco, ſitu, colore, & conſiſtentia puris.

2 Et cum febri ſunt coniuncti, nec reſoluendo ſubſidunt ad vigeſimum diem, ſi calidi: vel 60. ſi frigidi: laudabilis enim in his curatio quæ fit exhauſtione: quodſi id obtinere non poſſumus, ſuppurato ſtudebimus.

3 In hypochondriis, vmbilico, & aqualiculo.

4 Loco, ſitu, colore, odore, & conſiſtentia puris.

5 Diſtinguendum inter διαπυήματα & ἐκπυήσιας, id eſt, ſuppuratum, & expuratum: Vt libro de vulneribus capitis docet partem eam quæ ſutura lambdoidi continetur, non tam citò inflammari, quàm reliquas: & inflammatam minùs periculi reliquis inferre, nec æquè citò mortem adferre: quia, inquit, minùs id os ſuppurat, & expurat. ponit enim ſuppuratum, & expuratum. In laborantibus lue venerea fit ſuppuratum in diploë: fit & expuratum. Id ſi extra vergat; tum tubercula fiunt & nodi: ſi intrò, tum epilepſia, aliáque grauia ſymptomata. Sic in muſculis rectis abdominis fit ſuppuratum: at vix expuratum, ob membranæ craſſitiem. Quare Hippocrati aliud eſt ſuppuratum, & expuratum. Galenus hæc confundit.

6 Id eſt, non alta, neque profunda: quod à materiæ fit paucitate.

7 Ex quibus fit ſignificatio validæ naturæ, & meatuum liberorum; & pepaſmi. 6. epid. 2. & 2. aph. 11.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 252 sur 513

aph. 11. docet interdum ſuppuratum excludi non poſſe ob puris craſſitiem, & membranæ denſitatem. vt iam in vomica abdominis, nam hæc non deprehenditur tactu: Quare medicus collineabit ad ſigna ſuppurationis, vt dolorem punctorium, partis horrorem ſeu inæqualem rigorem, ſudorem, grauitatem ſeu pondus loci dolentis. hæc notant ſuppuratum in muſculis abdominis. nam vt d. Hip. crebra ſudandi & horreſcendi viciſſitudo malum ſuppuratum eſſe ſignificat.

8 Symbolum tenuis & calidi ſucci hoc erit, 6. aph. 9. & robur vnà notant expellentis facultatis, & paruum hæc locum occupant. nec metus aderit de corruptela partis obſeſſæ: nam foras vergunt. 6. epi. 1. 14.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Τὰ δὲ 1 μεγάλα τε ἐόντα, καὶ 2 πλατέα, καὶ ἄκρατα ἐς ὀξὺ * ὑποκορυφούμενα, 3 κάκιστα. 4 Ὅσα δ' ἔσω ῥήγνυται, ἀλεσιὰ ἔσται, ἢν 5 μηδὲν τῷ ἔξω χωρίῳ ὑπικοινωνέῃ· ἀλλ' ἔστι 6 περιεκλυσία τε καὶ 7 ἀνωδυνίη. Καὶ πᾶν τὸ ἔξω χωρίον 8 ὁμάλεσν φαίνεται.

* συμπεκλημένα

Contrà quæ 1 *magna ſunt ſuppurata &* 2 *lata, minimúmque in acutum faſtigiata*, 3 *peſſima.* 4 *Quæcumque verò intrò, ex ſuppuratis, rumpuntur, leuiora ſunt, quibus* 5 *nulla cum externa parte communicatio eſt, ſed eſt* 6 *adæquata cutis, &* 7 *doloris expers; totáque pars exterior* 8 *vniuſmodi videtur.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, profunda, à materiæ contumacia, & naturæ infirmitate.

2 Id eſt, diffuſa: membranarum & partium vicinarum eroſione: denegata meatuum libertate. A ſuccis craſſis, frigidis 6. epid. 1. 14.

3 Quòd & naturæ infirmitatem, materiæ contumaciam, vicinarum partium eroſionem, & meatuum obſtructionem ſignificent accidit etiam curandi difficultas.

4 Iam agit de ſuppuratis intrò procedentibus; quæ ſunt duplicia: nam quædam ſolùm intrò procedunt; quædam foras & intrò. Quæ ſolùm intrò, in bonis ducenda, d. Celſus, ſi cum illis comparentur quæ intrò & foras procedunt; quamuis reipſa non ſint optima. Nam quæ intus & foras procedunt, mala ſunt, vt ſignum, & vt cauſa. Vt ſignum, ſignificant enim naturæ titubationem, atque ſpem *Ξηρώσεως* eſſe ſublatam, cùm & foris & intus conſtitit ſuppuratum: nam alimentum apponi non poterit, quo ſolo vlcera curationem recipiunt. Vt cauſa, quia *Συναρθρώσεις* impeditur. Natura principium ſuæ redintegrationis aliquod habere debet, vnde carnis generationem incipiat, tanquam à fundamento. Quæ autem intus procedunt, qua ratione non ſimpliciter bona ſint, eleganter explicat hîc Gal. in commentario.

5 Vt d. Celſus, quæ contra ſe, id eſt, oppoſitam cutem, non afficiunt: ſi enim affecerint, *Συναρθρώσεως* ratio tolleretur.

6 Non tenſa, aut tumore aliquo obſeſſa, vt ſarcoſis rectè fiat.

7 Nam dolor oſtendit intemperiem: at hæc refragatur ſarcoſi.

8 Non vnius coloris, vt voluit Celſus, 2. lib. 8. *χρὼς* carnem & cutem ſignificat Hippocrati, & Homero Iliad. T. verſu 33. & Od. B. verſu 376. & Anacreonti: *ὕδωρ θέλω ψυχρὸν, ὅπως σὲ χρῶτα λέψω.* Itaque vniuſmodi, nimirum in colore, contractione aut tenſione, ſeu quantitate, conſiſtentia, mollitie, & duritie. 6. epid. 1. 14. æqualiter d. matureſcentia: nam alioqui ægrè curantur, cùm in diſparibus affectibus, diſparibus remediis ſit pugnandum. cùm nim. pars purificis, pars ſarcoticis egeat. Hoc denotat putredinem & intemperiem abeſſe. & tunc carni ſtudebit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVII. Τὸ μὲν 1 πύον 2 ἄριστον, 3 λευκόν τε ἐὸν, 4 ὁμαλὸν, καὶ 5 λεῖον, καὶ 6 ὡς ἥκιστα δυσῶδες. Τὸ δὲ 7 ἐναντίον τούτου, κάκιστον.

XXVII. *At vero* 1 *pus ipſum* 2 *optimum eſt, ſi* 3 *album ſit, &* 4 *æquale, &* 5 *læue,* 6 *minimèque graueolens. Quodſi* 7 *contrario modo ſe habuerit, peſſimum.*

COMMENTARIVS.

1 Hactenus de conditionibus quæ ſumuntur à loco, & ſitu: nunc de his quæ à colore, odore, & conſiſtentia accipiuntur. Nam primùm egit de ſuppurati & expurati inclinatione: iam puris erumpentis naturam declarat, vt noſcamus quantum bonitatis vel prauitatis gerat: nam optimum & peſſimum hîc deſcribit in colore, odore, & ſubſtantia. Vt in phlegmone, traiicit ſanguis, iam extra venas abreptus, poros omnes: & in alieno loco exardeſcens, putreſcit. idque validè vel modeſtiùs, vt fuerit calidum natiuum immaniter vel tenuiter preſſum à calore præter naturam. Si ita vt calidum natiuum coquat, & calor præter naturam putrefaciat, vter magis exuperat, eius ideam referet materia in colore, odore, conſiſtentia. Ita ex bono ſanguine qui antea non putruit, ſi optimè coquatur, fit pus bonum quamuis quid putredinis redoleat, quia ſanguis ex ſuo domicilio exilierat, vbi putreſcit.

2 Et ad ſalutem præclarè apparet.

3 Id eſt, ſi referat ideam partium ſolidarum, à quibus conficiuntur: earum enim integritatem ſignificat, quæ, quantum admiſit materiæ ratio, illud ſibi aptare ac excolere ſtuduere.

4 A materiæ, quæ eſt vniuſmodi, bonitate: vnde hæc conſiſtentia æqualis, id eſt, quaque parte ſibi ſimilis: ita vt cunctæ eius partes eundem colorem, odorem, & conſiſtentiam ſeruent.

5 Vi calidi natiui, nam eius robore ſanguis in pus abit, & fit tangenti læue, & non aſperum.

6 Quòd natura mitigationem materiæ fuerit aggreſſa, antequam corrupta materia eſſet. tantum fœtoris gerit pus, quantum caloris habet præter naturam. nam, vt ſcribit hîc Galenus, *ἡ ὑπερβάλλουσα δυωδία ζήψεως ἐστὶν ἢ πέψεως σημεῖον.* attamen omne pus aliquantulum fœtet, quia eſt particeps cauſæ præter naturam.

7 Id eſt, ſi fuerit nigrum, aſperum, inæquale, vel fœtidiſſimum.

Quo huius prognoſis ſententia illuſtrior fiat, altiùs aliquantulum puris generationem accerſamus. Eſt itaque *πέψις* Ariſtoteli 4. Meteor. *τελείωσις ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καὶ ἰδίου θερμοῦ ἐν τῷ ἀντικειμένων παθητικῶν*, id eſt, pepſis eſt perfectio à calore tum naturali tum proprio ex oppoſitis patibilibus. Quæ definitio verbis, non re à Galenica differt, quid ait, *πέψις* eſt *ἀγωγὴ τῆς τροπομένης, εἰς τὸ τοῦ πέπονος τόπου ἰδίαν*, id eſt, deductio quædam eius quod coquitur, in coquentis ſubſtantiam. Ariſtoteles pepſin in tres ſpecies diſtinguit, in elixationem, aſſationem, & maturationem. Quæ vltima *πέπανσις* eſt Ariſtoteli, at Hipp. & Galeno *πεπασμὸς*. Differt aut *πέψις* à *πεπασμῷ* materiâ (nam vtraque eandem agnoſcit cauſam, calidum natiuum) nam pepſis cibo, pepaſmus cauſæ morbificæ aſcribitur; vnde ſuppuratio, quæ fit à vi partium ſolidarum, quarum proprium munus eſt concoctio. Verùm quidem eſt, Suppuratum in ſe continere calorem præter naturam; vnde aliquis fœtor: ſed ab eo non fit coctio, ſed à ſolo naturali calore. Hi tamen calores ſpecie & eſſentia diuerſi

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 253 sur 513

©BIUM

non ſunt, etiamſi diuerſos promant effectus. 5. ſimpl. Gal. 5. Nam dum calidum æſtuat, facit opera calidi alieni. Ab eodem itaque calore alterationes fiunt ſecundùm naturam, & etiam quæ præter naturam, & quæ inter has mediæ. Primæ illæ fiunt, cùm à ſua moderatione non abiit calor; nec contumax ſi fuerit materia ab eo edomanda. Secundæ, ſi omnia quæ primæ aſcripſimus peruertantur: vt in putreſcentibus. Tertiæ fiunt, medio ſi modo ſe habuerint ea quæ primæ & ſecundæ aſcripſimus: hinc pus nim. partim ſecundùm naturam id eſt, partim præter naturam: nam à natiuo ſolidarum colore huc venit, non tamen omnino vincente: non enim prorſus benigna aut maligna fuit materia vnde fabricatur. 2. aph. 47. itaque pus hæret inter mutata naturæ omnino vi, & inter omnino aliena, id eſt, quamuis non fiat hæc coctio ad formam & naturam (vt ad os aut ad carnem) abit tamen ad certam aliquam formam; nam triumphato omninò calore natiuo à calore alieno, fit corruptio; vt etiam ſi pepaſmi non omnino expers ſit materia coquenda, in pus. Fit itaque pus à calore natiuo, & præternat. calore: vt enim natiuum calidum in carnem & oſſa &c. ſanguinem vertit: ita calidum præter naturam in cadaueroſam putredinem rapit: at pus fit ex his ſimul agentibus. Et vt cohibetur putrefaciens id calidum præter naturam à calido natiuo coquente, ita bonum vel prauum naſcitur pus.

HIPPOCRATIS
PROGNOSTICON II.

ARGVMENTVM.

HOC ſecundo libro docet Hippocrates ſigna coctionis & prauitatis excrementorum. Et quia vltimò de abſceſſibus egit, hoc iam proſequitur.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΩΝ Β.

Οἱ δὲ 1 ὕδρωπες, 2 οἱ ἐκ τῶν ὀξέων γινομένων 3 πάντες κακοί. Οὔτε γὰρ 4 τὸν πυρετὸν ἀπαλλάσσουσιν· 5 ἐπώδυναί τε εἰσι κάρτα θανατώδεες. Ἀρχονται δὲ οἱ πλείστοι ἀπὸ τῶν 97 κενεώνων 8 καὶ τῆς 9 ὀσφυος· οἱ δὲ * ἀπὸ τοῦ 10 ἥπατος.

HIPPOCRATIS
PROGNOSTICON II.

AT verò 1 Hydropes 2 qui ex morbis acutis eueniunt, 3 omnes mali. Nam cùm 4 nullam febris remiſſionem adferant: tum verò 5 longè grauiſſimos dolores faciunt, valdéque 6 funeſti ſunt. Cauſáſque ducunt ab 7 ilibus 8 plerique, & à 9 lumbis, alij verò ab 10 hepate.

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, diſtentiones abdominis ab humore, vel flatu, aut vniuerſi corporis œdematoſus tumor. Hydrops multis dicitur modis, vt Hydrocephalos: qui fit in pueris nuper in lucem editis, inter pericranium & cranium contenta aqua. Et Hydrops vteri. De his non agit hîc: ſed de illo qui euenit vitio partium, quarum potentia totum corpus gubernatur, labefactataque naturæ ab œconomia in coquendo, diſtribuendo, & excernendo. at hydrocephalos & vteri, vnius partis vitio accidunt. Hydropis cauſa materialis eſt pituita: hæc autem vel in ſanguinis maſſa continetur, vnde ſanguis pituitoſus euadit, vel ſeroſus: vel eſt ſegregata à ſanguine. Tribus autem modis hæc ſeparata iam, in vitio eſt: aut enim Tympaniam facit, cùm ſoluitur in flatus: aut Aſciten generat, dum in aquas funditur: aut Anaſarcam efficit, dum fraudata coctione in vitream & ſalſam degenerat. Eſſentia autem hydropis conſiſtit in fracta ſanguifica potentia hepatis, ab eius mutato habitu, à ſcirrho, vel temperamenti alienatione.

2 Ab intemperie frigida & ficca partium nutritioni inſeruientium, quæ ſupernenit incendio.

3 Quòd eueniant fractis iam viribus, & ob id ſint naturæ impares: nam calamitosè ſupernenit frigida intemperies incendio, in Hiſtoria Hermocratis. & propterea lethales & funeſti. Præterea, quòd ipſas partes, quarum vitio oborti ſunt, labefactent: adeò vt Hydrops ſymptomate ſit periculoſior quàm propria (id eſt, morbo) cauſa. Atque hinc pragmatici priùs incipiunt à ſymptomatis acciſione, id eſt, aquæ eductione, quàm à cauſa. Quare ex hoc prognoſtico talem Syllogiſmum colligimus: Is abſceſſus eſt lethalis qui iam frictis viribus incidit, & in foco febris conſiſtit, & partem magis labefactat, & cauſa eſt inſanabili: Huiuſmodi eſt autem Hydrops qui in morbos acutos incidit, &c. Nam Scirrhus hepatis eſt inſanabilis ita omnis inde Hydrops: vt etiam is qui eſt ab aquæ hauſtu eſt ſanabilis. Vbi Coac.

4 Quòd eorum materia in febris foco putreſcat. Languente iecore augetur ſuccorum putredo, ac congeſto humore expirat fuliginem plurima copia. Subtile illud d. nam ſi ab aqua eſſet Hydrops, quæ nimia ingeritur per cauſos, febris non perſeueraret.

5 Diſtentione & oppreſſione.

6 Ob fractas vires ex morbi acumine, ſymptomatum vehementia, & cauſam ob inſanabilem.

7 Id eſt, intemperie hectica, & vitio inteſtinorum tenuium. vt cùm lienteria (4. aph. 11. 6 aph. 43.) diuturnæ ſuperuenit diſſenteria; (quòd vitium, labefactatis inteſtinis, communicetur fundo ventriculi) Hydrops incidit.

8 Id eſt, partes quæ inter extremam coſtam & oſſa ilium.

9 Id eſt, intemperie frigida meſocoli, & totius meſenteri

meſenterij, quod à lumbis oritur.

10 Per μεταστροφὴν ὑποχωρεῖν, id eſt, retortido ab hepate, iam exhauſto ab humido primigenio vi febris, aut inflammationis. Alioqui ſemper in Hydrope laborat hepar: ait Galenus, qui indurato à liene eum fieri putant, intacto hepate. 6. loc. aff. 1. & 5. loc. aff. 6.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

II. 1 Οἷσι μὲν οὖν ἀπὸ ἧπατος ὑδρωπες γίνονται, * οἵτε πόδες οἰδέουσι, καὶ 3 διαῤῥοίαι πολυχρόνιοι ἔχουσιν, οὔτε τοὺς 4 ἰδίους λύουσι τοὺς ἐκ τοῦ κενεῶνος καὶ τῆς 5 ὀσφύος, οὔτε τὴν γαστέρα 6 καθιστᾶσι.

* ἢ τοῦ ὑδρώπων.

II. 1 *Quibus itaque Hydropes ab ilibus & lumbis cauſas ducunt, iis & 2 pedes intumeſcunt, & 3 diuturnus alui profluuiis detinentur, * qua neque 4 doloris, ex ilibus & 5 lumbis oborti remiſſionem adferunt, nec ventrem 6 reſtituunt.*

* Nim. profluuia.

COMMENTARIVS.

1 Primùm prodidit Hydropem acutis conſectarium ferè principia ducere ex ilibus, lumbis, aut hepate: nunc cuiuſque peculiaria adfert ſigna. quò pars affecta conſpicua reddatur, & inde certa vt fiat prognoſis.

2 Vt ſit ſignum Hydropum proprium inſeparabile: quòd à caloris fonte longiſſimè abſint: naturâ etiam algent, nam membranei & neruoſi; & materia pituitoſa eò ruit. Vnde œdemate tument. nam calor non diſcutit: & alimentum confunditur cum excrementis: vnde manè aliquantulum detumeſcunt, iam quali quali coctione celebrata.

3 Lienteria, & diarrhœa vera peculiariter Hydropem notant ex lumbis & ilibus natum. Fluxus fit ex ſeroſi ſucci in ventrem vndequaque influxu. cùm in illis partibus, vt in inteſtinis tenuioribus & meſenterio &c. inflammatio oritur, quæ eſt morbus acutus, fit Hydrops: qui toto morbo profluuium ſecum trahet: Nam meſaraïcis phlegmone occupatis & debilitatis, non traſicieter alimentum, vt hîc d. Galenus. Sed abiicietur per ſedem, cum ichore quodam ab inflammata parte ſudante. Si itaque intacto à phlegmone iecore, talis ſit excretio, à meſenterio erit. Et ſi inteſtina tenuia phlegmone obſeſſa fuerint, (vnde maxima venarum copia fugit) aditu ad hepar excluditur cibus: vnde is bileſcit ardore, cùm etiam vnà hepar æſtu incandeſcens plurimum bilis affundat; quæ etiam non lentè ab inteſtinis flagrantibus euocatur: alioqui lienterica eſt. Euadit id diuturnum profluuium; nam in ſcirrhum hæc inflammatio abit: inde lentum hoc profluuium.

4 Nam eſt ſymptomaticum profluuium: nam hac excluſione cauſa non tollitur. Et cùm cauſa non cuacuetur, ſociam plerumque trahit febrem. nam tumor ſcirrhodes manet, vnde corrumpitur alimentum: & inde etiam flatus ſurgunt.

5 Pars à thorace incipiens, ad os ſacrum terminatur ὀσφύς. eadem etiam amplitudine finiuntur ilia: ſed lumbi poſticam, hæc anticam regionem occupant. tenuia autem inteſtina vtrique parti communia ſunt.

6 Id eſt, non adæquant, id eſt, non in priſtinum ſtatum mollitudinis & diſtentionis mediocris reſtituunt, d. q. 6. aph. 14. Cùm ex venis in ventrem effluit aqua, ſoluitur morbus. Igitur profluuium alui, adfert morbi remiſſionem. Reſp. ibi docet Hippocrates cauſam inſtrumentariam Hydropis: nam dicit ibi, à venis in ventrem excludi. At hoc loco profluuium non fit ab excluſa aqua in ventrem, ſed fit ſymptomaticè, ex κακοσταγί ventriculi & inteſtinorum labefactatorum. 6. aph. 43. Hic flatus copiâ tenditur abdomen, cauſis perſeuerantibus eorum. q. d. ſi ad ſalutem faceret illa excretio, ſine dolore eueniret, & tumor ventris non ingraueſceret, ſed caderet: nam doloris vacuitas, phlegmones & morſus abſentiam, flatuumque inopiam ſignificabit: & inde etiam cruditatem in vitio non eſſe, nec labefactatam vim excretricem inteſtinorum intelligemus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Οκόσοισι δὲ 1 ἀπὸ τῆς ἥπατος ὑδρωπες γίνονται, * βῆξαί τε καὶ 3 δυσὶ τούτοισιν ἐξήνεται. Καὶ 4 ἐδὼν τι ἀπορρήσσουσιν ἄξιον λόγου, καὶ οἱ πόδες 5 οἰδέουσι, καὶ ἡ γαστὴρ οὐ διαχωρεῖ, ἐπὴν 6 σκληρά τε καὶ 7 ἐκτὸς ἀνάγκης. Καὶ 8 ἐκ τοῦ κοιλίου γίνονται οἰδήματα, τὰ μὲν ὀλίγα δεξιά, τὰ δὲ 9 ἐπ' ἀμφότερα, ἱσταμένα τε 10 καὶ καταπαυόμενα.

* βηξὶ

At verò quibus 1 ab hepate Hydropes incidunt, hos 2 tuſſis, vnaque 3 tuſſiendi cupiditas inceſſit. Sed 4 nil memorabile excernunt, & pedes 5 intumeſcunt, nec ab aluo ſecedunt niſi 6 dura, & 7 agrè. Et 8 in abdomine tumores excitantur, modò quidem dextra, modò 9 ſiniſtra conſiſtentes, 10 & conſidentes.

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, ab intemperie hectica, quæ vel incendio, inflammato hepate, ſuperuenit; vel primigenia eſt: vel à ſcirrho.

2 Oppreſſo diaphragmate & inſtrumentis reſpirationi inſeruientibus. Nam hepar iungitur diaphragmati, & aliquid ab hepate exudat. d. q. ita pathognomonicum eſſet ſignum tuſſis: at Hippocrati 6. aph. 35. eſt epigenomenon. Reſp. in Hydrope ab hepate eſt pathognominicon. Itaque hîc non æquè malum, nî inflammationis magnitudinem indicet.

3 Hæc tuſſis eſt pathognomonica. Sed illa tuſſis quam deſcribit 6. aph. 35. eſt epiphænomenos, id eſt, ſuperueniens, & ſemper calamitoſa: propter tranſlationem ſymptomaticam materiæ hydropicæ à ventre inferno ad thoracem. θυμὸς eſt tuſſiendi cupiditas. Nam θυμὸς Hippocrati cupiditatem ad aliquid agendum indicat: vt βῆξαι θυμὸν, 2. progn. 60. ibi προθυμίαν interpretatur. Galenus. Hîc ſignificat irritum & illicò deſinentem tuſſiendi cupiditatem, qua nihil effatu dignum excernitur. cauſam narrat hîc elegantèr Gal.

4 Quòd exiguum ſit, quod ſudoris in modum exudat in aſperam arteriam, & quia comprimitur thorax, fit tuſſis quædam. Vt in Siculo medico, quem inuiſit Galenus. Penè nihil in tuſſi excreatur. Celſus.

5 Quòd pituitoſo ſanguine nutriatur iam eorum cutis: & procul abſunt à fonte caloris frigidi naturâ pedes.

6 Exhauſto humore qui erat fœcibus inſtar vehiculi; & quòd periſtaltico motu ſurſum inteſtina moueantur, hepate, inſtar cucurbitæ, ſurſum attrahente inteſtina. & quòd ſerum intra petitonæum effundatur: Hermocrati quod cùm non eueniret, dura non pauca eiecit.

7 Id eſt, cum magna moleſtia, ob duritiem.

8 Id eſt, abſceſſus in abdomine apparent.

9 Et modò in vtraque parte. Duplicem huius ſententiæ enarrationem adfert Galenus.

10 Id eſt, quorum alij ſuo ſtatu permanent, vt in tympania: alij verò remittunt ſe & iteratò recrudeſcunt, vt in œdematoſis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. 1 Κεφαλὴ δὲ καὶ χεῖρες καὶ πόδες, 2 ψυχρὰ ἐόντα, 3 κακίην τῆς δὲ 4 κοιλίης καὶ περὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων. Λείει δὲ καὶ 5 ὅλον τὸ σῶμα θερμόν τε ἐὸν καὶ μαλακόν 6.

III. *At verò si* 1 *caput, manus & pedes* 2 *refrigerentur, & contrà si* 3 *venter & coſtæ incendio conflagrent,* 4 *malum. Salubertimum verò eſt* 5 *vniuerſum corpus calidum eſſe & molle.* 6

COMMENTARIVS.

1 A qualitate mutata.

2 Vt externæ hæ partes marmore appareant frigidiores. Non quidem vi doloris, vt in dolore colico, aut in ſyncope etiam ſtomachica: ſed ſi internatum partium incêdio introrsùm auocetur extremarum partium calor, inſtar cucurbitæ attrahentis Siti à prædictis doloribus diſcriminatur: nam in illis, adipſi ſunt: in hoc ſitibundi ægri. 4 aph. 48. Hæ ſi partes non vnquam recaleſcant, funeſtum: ob caloris natiui extinctionem partium extimarum. Sin adſit quædam frigoris & caloris præter naturam viciſſitudo, morbi maximam oſtendit vim.

3 Cùm enim hæc calida remanent, indicium eſt hoc frigus aut rigorem non eſſe periodica, nec critica. nam hîc remanet æſtus his partibus conceptus: quod non fit in periodicis,

4 Id funeſtum in acutis. nam in his, ſi venter æſtuet, ſignificatio adfertur inflamamati hepatis: pulmonum verò, ſi thorax in æſtum abripiatur: Itaque ſemper phlegmones magnæ nota erit hæc mutata qualitas; quæ inſtar cucurbitæ ſanguinem in ſe abducit, vnde externarum frigus: vel notabitur extinctio calidi natiui: 4. aph. 37. & 3. epid. in Adoleſcente qui iacebat in Foro mendacii.

5 Nim. æquabili filo ſparſo calore febrili toto corpore: nam ſignificatio hinc adfertur viſcera phlegmones expertia eſſe, & morbo paria eſſe. Hanc qualitatem itaque opponit peſſimæ conſtitutioni: Nam peſſima eſt, ſi intus concepto æſtu, algeant quæ foris ſunt.

6 Ὁμαλῶς addit Galenus: id eſt, æqualiter. Et d. Gal. æqualiter quidem calidum redditur corpus per ardentiſſimas febres; ſed tamen δακνώδες καὶ ξηρὸν eſt corpus, nec æquè molle.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IV. 1 Σβέσεσι δὲ χειρὶ λίην * ἀλγεῦντα, καὶ ἐν τοῖσιν 2 μετεωρεσμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι. Εἰ δὲ 3 βαρὺς ἐὼν φαίνοιτο, καὶ τὸ ἄλλο ζῶμα καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, 4 δύσκινδυνώτερον.

* ἀγόντα

IIII. 1 *Ipſum verò ægrum in omnem partem facilè verſari, & in* 2 *aſſurgendo alacrem eſſe dicet. Quod ſi* 3 *grauis & torpidus videatur; cum toto corpore tum manibus & pedibus,* 4 *in anguſto ſpes eſt.*

COMMENTARIVS.

1 In dextrum & ſiniſtrum latus: nec pronum nec ſupinum iacére. Nam, vt Diocles dicebat, corpora animalium conſtant ex eo quod fert ferturque. Fert facultas: fertur corpus. Ita vt baiuli infirmi premuntur ab eo onere quod facilè fortiores ferunt: ita & facultas valida facilè fert corporis onus.

2 Quòd ex eo vis cerebri, neruorum robur, & ſpiritus animalis copia ſignificatur, id eſt, qui facili negocio voluunt corpus, ac erigunt ſe ad mingendum, vel ſedendo tempus fallunt, id eſt, hæc facilè ſine aſtantium ope aſſequuntur.

3 Exhauſtis ſpiritibus tenuique ſanguine: tunc enim nec alacriter ſurgunt, ambulant, nec voluunt ſe: nec manibus facilè quid transferunt, nec ſpinam aut ceruicem commode erigunt, fractâ iam facultate animali.

4 Si ſe conſociârint reliquæ notæ labefactatæ facultatis naturalis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

V. Εἰ δὲ περὶ 1 τὸ βάρος, καὶ οἱ 2 ὄνυχες καὶ δάκτυλοι 3 πελιδνοὶ γίγνοιτο, περὶ θάνατος ὁ ἀνὴρ ὦ. 4 Μελανόμενα

ὑπὸ πανταλῶς οἱ δάκτυλοι, καὶ οἱ πόδες, 5 ἧσσον ἐλεύθεροι ὑπὸ πελιδνῶν εἰσιν. Ἀλλὰ καὶ τ' 6 ἄλλα σημεῖα σκεπτέον χρή. Ἡ γὰρ 7 ὀλιγοσιτίη φέρειν φαίνεται τὸ κακὸν, καὶ 8 ἄλλο τι τῶν πεπεσκηθῶν πρὸς τὸ τετάχθαι τοῖς σημείοισιν ὑποδεικνύμενον τὸ νόσημα ἐς 9 ὑπόστασιν τραπέσθαι ἐλπίς. 10 ὧν τε ἡ μὲν ἄνθρωπον 11 πεπληρωκέναι· τὰ δὲ μελανθέντα τοῦ σώματος 12 ὑποπεσεῖν.

V. *Quòd* 1 *ſi ad eam grauitatem & lentitudinem,* 2 *vnguium & digitorum* 3 *liuor acceſſerit, tum in propinquo mors eſt. Quòd ſi omnino* 4 *digiti ſunt nigricantes & pedes,* 5 *minùs tunc funeſti ſunt, quàm ſi eſſent liuidi. Sed &* 6 *aliorum ſignorum ratio exquirenda eſt. Nam ſi* 7 *ex facili morbum perferre videatur, ac* 8 *ſalutare quodpiam aliud ſignum ad hæc ſigna * acceſſerit, tunc ſpes eſt, morbum* 9 *ad abſceſſum mutatum iri, ex* 10 *quo homo* 11 *ſuperſtes ſit euaſurus: ipſæ verò partes* 12 *ſyderatæ ſunt caſuræ.* * ſubindicet

COMMENTARIVS.

1 Quæ fit ab oppreſſo cerebro ab humoris copia; aut refrigerato, vt in lethargo à phrenitide: aut reſoluto cerebro à ſympathia vitalis facultatis labefactatæ, vt in comate; ineunte iam morbo.

2 Defraudatis his partibus calore vita; vel per extinctionem, vt in ardentibus febribus: ita vt eò ex corde pertingere nequeat: vel per interceptionem, vt in arteriarum obſtructione: vel per collectionem, vt in incendio. Vt in adoleſcente euenit qui in mendacii Foro iacebat. Vngues excipiunt plurimarum arteriarum & venarum oras, d. Hip. de natura pueri. quare & principum partium affectionem indicabunt.

3 Nam liuor titubantem notat facultatem vitalem: & grauitas ſignificat animalem facultatem ceſpitare: quò plures facultates ſunt labefactatæ, eò res ægrorum peiori ſunt loco.

4 Q. d. illius dicti liuoris cauſam continentem, non eſſe caloris natiui collectionem vel interceptionem, ſed extinctionem.

5 Nam ob interceptionem potiùs quàm ob extinctionem nigreſcunt: liueſcunt autem potiùs ab extinctione in morbis acutis, quàm ab interceptione. Nigricantibus autem interceptionis cauſa eſſe poterit materiæ febrilis decubitus in extimas partes; quæ nim. materia ex bilioſa euaſit nigra. Itaque longè præſtabilius eſt has partes nigreſcere, quàm liueſcere. Quia liuor nunquam poteſt fieri ex materiæ decubitu: at nigror poteſt. Atque tum æger quidem reſtituitur, at pars nigra emortua excidet.

6 Quæ tum ab eſſentia corporis, tum ab actionibus, tum ab excrementis morbo accommodatis morboque propriis peti ſolent. Vt inde ſciamus num criticum in abſceſſum effundatur materia illa nigra.

7 Id eſt, ſi morbus ſymptomatis videatur alleuatus: & priſtinæ corporis actiones in officium ſe erigant à depoſito abſceſſu nigro.

8 Coctione, ſecretione, & excretione propriorum morbi excrementorum. περιεσκηθὲς νόσημα dicitur Hip. morbus qui ad ſalutarẽ terminatur. opponitur τῷ θανατώδει.

9 Nam ſi euphoriam nullam conſectariam habeat nigredo, erit illa ab extincto calore natiuo, & non à materiæ decubitu.

10 Nimirum abſceſſu.

11 Depulſa febrili materiâ, per diadoſim, in ignobilem partem: extinctoque ipſius foco, & redintegratis partibus. d. q. Critonis abſceſſum, qui in magnum pedis digitum decubuit: attamen obiit. Reſp. decubuit ille abſceſſus in partem totius materiæ morbificę capacem. Ita 2. ep. in Temenii nepte rationem reddit Hip.

12 Labefactatâ naturâ partium à materię incumbentis pernicioſa vi: vnde ſphacelus; qui non niſi ſectione ſanabilis.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 256 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. 1 Ὀρχέες 2 ὃ καὶ 3 αἰδοῖα ὀνεπαισθήματα, 4 πόνοι ἰσχυροὶ σημαίνει, καὶ κίνδυνον διαπαίσια. VII. Περὶ δὲ 5 ὕπνων, ὥσπερ ὁ 6 τῇ φύσιν πεπόνθαμεν ἡμῖν ἐστι, τῷ μὲν 7 ἡμέρῃ ἐγρηγορέναι χρὴ· τῷ δὲ νύκτα, καθεύδειν. VIII. Ἢν δὲ 8 μεταβολὴ γένηται, 9 κάκιον. 10 Ἦσσα δ' ἂν λυπέοιτο, εἰ 11 κοιμῷτο 12 τὸ πρωὶ ἐς τὸ πρίγιον μέρος τ' ἡμέρης. IX. Οἱ δὲ 13 ἀπὸ τοιήδε τῆς ὥρης ὕπνοι 14 πυκνότεροι εἰσί.

VI. 1 *Teſticuli* 2 *& 3 pudenda contracta, 4 ingentium dolorum, periculique funeſti ſigna ſunt.* VII. *Iam verò quod ad 5 ſomnos attinet, quemadmodum à 6 natura nobis ex more eſt, 7 interdiu quidem vigilare decet; de nocte verò dormire.* VIII. *Quodſi hæc dormiendi ratio 8 ſit mutata, 9 deterius eſt. Sed 10 minus tamen incommodi ſentiet, ſi 11 manè ad tertiam diei partem 12 ſomnum inierit.* IX. *Qui verò 13 ab hoc tempore ſomni captantur, 14 deteriores ſunt.*

COMMENTARIVS.

1 Hæc eueniunt à vitali potentia fracta.

2 Duobus muſculis cremaſteribus conuulſis à ſiccitate, cùm febrilis focus ſtabulatur in aluo: nam hi muſculi ſunt tenuiſſimi & infirmiſſimi. Et teſtes accipiunt cùm venas, tum arterias; harum itaque partium, vnde hæ manant, vis depopulata ex teſtibus elucebit.

3 Conuulſis 4. muſculis: quorum duo dicati motui penis, & alteri duo excretioni ſpermatis & vrinæ. Et ſanguine ſpirituque laxari hæc membra ſolent; quibus attritis, arctant ſe pudenda. nam coles rigatur abundè orificiis arteriarum: vnde, dum vires florent, diſtenditur: oritur enim colis, id eſt, fiſtuloſæ ſubſtantiæ eſſentia ab oſſe pubis, quo rigidior fiat influentibus ſpiritibus. Quare exhauſtis arteriis, concidet.

4 Quod illa conuulſio quæ incidit in febre à ſiccitate, ſit inſanabilis. dico à ſiccitate: nam non omnis conuulſio quæ in febrem incidit, eſt inſanabilis. dicit ingentes ſignificari dolores: nam nihil eſt tam dolorificum ac ipſa conuulſio.

5 Id eſt, is ſomnus ſalubris eſt, & laudandus, qui per morbos ea ratione initur, qua per ſanitatem iniri ſolet. at homines noctu dormire ſolent. quin etiam id ex naturæ ductu fit.

6 Nobis: quibus nim. nihil aliud eſt ex more viuere, quam ex natura viuere. auctore Hip. & Galeno. id eſt, eo tempore erat in conſuetudine id quod erat ſecundùm naturam. at diuites, d. hîc Galenus, iam contrà agunt, noctem in diem mutant.

7 Nam dies digeſtioni, & nox coctioni dicata eſt: 6. epid 4. Niſi viſcerum inflammatio ſomnum de nocte prohibeat: tunc enim præſtabilius eſt interdiu quàm de nocte dormire: ne ab affluxu ſanguinis increſcat phlegmone. Alioqui, vt demonſtrat Gal. 6. epid. 4. nox ſomno conſecrata eſt, & coctioni: nam nox atra intrò cogit ſpiritum & ſanguinem; vt ſplendidus aër foras euocat.

8 Vi morbi vel culpâ ægri.

9 Res ægri in peiori erunt loco.

10 Vbi nimirum, ob nocturnas vigilias, interdiu dormire neceſſarium fuerit.

11 Id eſt, ab hora ſexta matutina, ad decimam. Diuidit enim Hippocrates diem in tres partes: Prima eſt à ſexta, ad decimam: ſecunda, à decima, ad ſecundam pomeridianam: tertia, à ſecunda, ad ſextam veſpertinam.

12 Quòd tunc nondum natura digeſtioni operam det: hæc enim prima pars nocti & veri quodammodo ſimilis eſt. nec adhuc bilis aut melancholicus humor foras viam affectant: quódque plurima ſuperſit pituitæ copia, quæ dormiendo in ſanguinem coquendo mitigatur.

13 Nim. poſt tertiam diei partem illam.

14 Quod tunc bilis vnà cum ſanguine intrò recurrat. Somno enim meridiano nihil peſtilentius, nihil naturæ magis inimicum: quòd eo motu naturam, quæ tunc ſe digeſtioni dat, ad concoctionem inuitas. bilis etiam, quæ eo tempore foras moueri ſolet, huiuſmodi ſomno intrò reuocatur: vbi collecta febrim excitare poterit, vel in atrum excoqui ſuccum: tum etiam ob contrarios ſuccorum motus, ex luce foras hoc euocante, & ex ſomno intrò prolectante.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. 1 Κάκιστον δὲ 2 μὴ κοιμᾶσθαι, μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης. 3 ἡ γὰρ τοῦ ὀδυνώδεος τε 4 καὶ πόνων ἀφυπνίη, * 5 παρεσκεύασται ἔσχατον τοῦτο τῶν σημείων. XI. 6 Διαχώρημα 7 δὲ ἄριστον 8 ἄεστον, τὸ 9 μαλθακόν τε καὶ 10 ξυμπεπτὸς, ἐν 11 τῷ αὐτῷ ὧν ᾧ καὶ ὑγιαίνοντι ἐπιχωρέει. 12 Πλεῖστος δὲ ἀεὶ λόγος τῶν ἐσιόντων. 13 Τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη 14 ὑγιαίνει ἂν.

* παρεσκεύασται

X. 1 *Sed longè peſſimum eſt, neque interdiu, neque noctu dormire. nam 3 talis vigilia, ex dolore vel 4 naturæ labore erit, quæ* * *cauſæ ſunt vnde ab hoc ſympto-mate 5 delirij ſigna ducantur.* XI. *6 Dejectio 7 ſaluberrima 8 eſt 9 mollis, & 10 figurata, quæ 11 eodem tempore quo ſano olim ſecedit ſeu fertur.* 12 *Copia verò ſi iis quæ ingeſta ſunt analogiâ reſpondent: Nam cùm 13 huiuſmodi eſt dejectio, inferior venter 14 ſanus ita fuerit.*

* aut, de hoc ſigno, ſuæ non erit mentis.

COMMENTARIVS.

1 Vt vita hominum vigilando & dormiendo exigitur inoffenſo curſu: ſic magna vitæ offenſio eſſe ſolet, quando ſomni & vigiliarum nulla eſt viciſſitudo in morbis acutis. Vt igitur nihil æquè ad ſalutem facit & appatet in morbis acutis, atque ſomni benignitas: ſic ſomni vacuitas peſſimè affligit ægrotum. d. itaque Hipp. id peſſimum; quòd maleficentiâ cæteris cunctis antecellat, nec bonitate cæterorum ſignorum ſe vinci patitur: niſi dum inſtat criſis.

2 Id eſt, nullam partem quietis habere, in ſumma dormiendi neceſſitate.

3 Vt nulla ſit curarum excuſatio; ſed ipſe dolor in cauſa ſit: nã in doloris cruciatu fit actior phantaſia, vnde omnia ſenſoria excitantur ad vigilandum.

4 Occupatâ naturâ cauſis morbificis quæ incrementa faciunt perpetuò, viresque acquirunt eundo, vnde alyſmus, à tetro vapore ſomnifero, & cerebri ſqualore. ita à labore & perturbatione vigilat.

5 Et etiam cauſæ delirij inde ſignificantur. Abeſt enim ſomnus, inopiâ vèl prauitate anathymiaſios, ex cuius mala qualitate irritatur cerebrum, à morbi malitie, à bilioſo æſtúque flagrante ſanguine, aut à cerebri vitio, & ex metaſtaſi bilioſi ſuci ad cerebrum: ex quibus æſtuat & ſqualet cerebrum. nam perturbati animi facilis tranſitus eſt ad ipſam phrenitidem.

6 Iam agit de excrementis, ſiue verè excrementa ſint, ſiue colliquamenta. Quid autem inter hæc interſit, docet Ariſtoteles initio libri 2. de Generatione animal. Eſt enim excrementum res quæ in triplici naturæ œconomia perfectam concoctionem ſubterfugit. Idque eſt duplex, naturale, & alterum materia morbifica. Naturalis excrementi duplex eſt ratio: vna eſt, quatenus ſuperfluum quidem, attamen naturæ conſentaneum: nam aut nutriendis partibus, aut conſtituendo fœtui inſeruit. Sic chylus excrementum eſt ventriculi, alimentum tamen hepatis. rurſùs, ſanguis eſt excrementum hepatis, aliarum tamen partium nutrimentum: item ſemen excremen-

tum

tum vniuerſi eſt corporis, nutrimentum fœtus. Altera ratio eſt, quatenus illud quidem qualitate non eſt inimicum naturæ, attamen ad naturam conſeruandum non eſt conſentaneum: vt fæces, vrina, ſerum, & ſordes. quæ quidem naturalia ſunt, quia ex lege naturæ ſunt neceſſaria: eò quòd impoſſibile ſit, totum alimentum in naturam abire. Alterum excrementum eſt contra naturam, morboſa nim. ipſa materia. Primùm itaque Hippocrates de excrementis naturalibus agit, quæ indicant robur aut infirmitatem naturæ in coquendo, diſtribuendo, & excernendo. dein de non naturalibus tranſigit. Hæc examinat in ſubſtantia, qualitate, quantitate, tempore, & excernendi modo.

7 Id eſt, quod deiicitur (ita loquitur etiam Celſus) non autem ipſe actus deiiciendi.

8 Nam eſt indicium benè moratæ, benéque conſtitutæ naturalis œconomiæ, in coquendo, diſtribuendo, & excernendo. præterea ſignificatio inde fit vacuitatis phlegmones vicinarum ventri partium.

9 Nam indurata fit ex internatum partium, hoc eſt, hepatis, venarum magnarum & alteriarum ardore: niſi tamen ex ciborum qualitate hæc eueniant. His adde colorem, & odorem, & ſomnum ex naturæ lege: de quibus mox.

10 Hoc addit vt declaret, non debere adeſſe tantam mollitudinem, vt ſit liquida deiectio. vult vt ſuo, non alieno termino definiatur: hoc eſt, vult vt non ſit liquida.

11 Nam æquale & ſimile, ab eadem alteratum facultate; æqualia copiâ, ſimilia qualitate excrementa gignit, pari tempore colligit, eodémque temporis tractu excernit. Quare hinc ſignificatio adfertur trium facultatum aluinarum reſtibile robur in coquendo, & expellendo. Nam ſi præueteretur ſolenne tempus, retentricis fractam vim notabit, aut coctricis vehementiam: ſed per morbos languidior eſt coctrix: quare non eius bonitate, ſed retentricis imbecillitate id eueniet: modò qualitas cibi vel excrementi id non fecerit, vt acrimonia, lubricitas, vel copia. Sin tardior ſit deiectio, notabit coctionis tarditatem, aut expultricis languorem, aut ſenſus ſtuporem: niſi fuerit à cibi inedia, vel à ſtringentibus alimentis. his adde languorem muſculorum epigaſtriorum, & diaphragmatis: nam iuuant.

12 Id eſt, ſi enim acciſa fuerit deiectionis copia, ſignificatio fit nimis validè prolectantis iecoris, & robuſtæ ac validiſſimæ diſtributionis acciſam, ac eò fuere excrementa notabit.

13 In qualitate, copia, tempore, & excernendi modo. (nam oportet excrementum omne referre ideam rei quæ ingeſta eſt, & conditionem partis vnde excernitur) ita enim & aluus firma erit, nec ex liene aut iecore aliquid mali ſucci in eam effundetur. quare & illa integra erunt viſcera: ex toto etiam corpore nonnunquam aliquid accipit. Quare d. Galenus, deiectio naturali ſimilis aluinas res firmas eſſe notat, nec quicquam in illam effundi: ſin ex vicinis partibus aut toto ingruat ſuccus, non tamen aluus tunc laborabit.

14 In coquendo, diſtribuendo, & excernendo: nec aduenæ humoris affluxu, in ſua œconomia laborat. Ima aluus, id eſt, ventriculus & inteſtina: comparatione ad thoracem. Ita ratiocinatur: Tum demum res ægrorum benè eunt, cùm excrementa alui in qualitate, copia, tempore, & excernendi modo, ſigna edunt integræ naturalis œconomiæ, in coquendo, diſtribuendo, & excernendo: At alui excrementa quæ hîc deſcribuntur, huiuſmodi ſigna edunt. Ergo, &c.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XII. 1 Εἰ δὲ εἴη 2 ὑγρὸν τὸ διαχώρημα, ξυμφέρει μήτε 3 πήγνυσθαι, 4 μήτε 5 πτυαλίστην εἶναι, καὶ 6 κατ' ὀλίγον καταχωρέειν. 7 κοπὴν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ τῆς 8 ξυνοχέος ἐξανάστασιν, καὶ 9 ὑπνώσιος ἄν.

XII. 1 *Quodſi* 2 *liquida fuerit ipſa deiectio, conſentaneum eſt, ipſam neque* 3 *ſtridere,* 4 *neque etiam* 5 *crebrò & paucum ſedere:* [*nam ad hoc* 7 *malum illud accedit etiam*] *quòd fatigatus homo, multumque laborans,* 8 *dum continenter exurgit,* 9 *ſomni expers reddi poterit.*

COMMENTARIVS.

1 Alterum iam excrementi genus deſcribit, rationemque excernendi addit. Nam eſt anceps liquida aluus; ad bonum, vel ad malum enim fertur. Nam aluus liquida fundit duplici ratione, critica & ſymptomatica. Symptomaticè iterum duobus modis: Vel enim naturalis œconomiæ vitio, aut reſolutione & colliquatione partium: quæ colliquamenta in aluum ſecedunt. Naturalis œconomiæ vitio fit, primò quidem à coctione labefactata, vt in lienteria: Secundò vitio diſtributionis, ab obſtructis meſaraicis venis: Tertiò, vitio inſtrumentorum excretioni inſeruientium: vt dum longano in querela eſt. Reſolutione autem & colliquatione partium; vt in dyſenteria hepatica, quæ fit ſymptomaticè: nam ea eſt planè præter naturæ legem, à reſoluto hepate. Critica verò ratione ſe effundit aluus, vbi naturæ vi, partibus ſe exonerantibus, humorum in aluum fit depoſitio. Signa autem pathognomonica excretionum ſymptomaticarum, hoc aphoriſmo deſcribuntur: ſumpta nimirum ab excludendi modo, vt eſt ſtridor, & frequens & pauca deiectio. Quare, ex contraria ratione, Si liquida ſit deiectio ſine ſtridore, ſitque multa & rara, ſine graueolentia, talis apparebit ad ſalutem in morbis ventris inferioris: Proprium enim eius eſt ſignum. Quare rectè ſigna ſuis cauſis commodentur. vt ſi in capitis affectibus eadem deprehendas quæ in aluinis, non ita ſalutaria ſunt: niſi enim ſigna etiam propria ſeſe conſocient ſalutaria, nihil de ſalute inde ſperare poteris: pluris enim faciendum eſt vnum ſignum proprium malum, quàm decem communia bona.

2 Vt ſuo termino deſcribi non poſſit ab affluente humore à toto corpore, per hepar & lienem. aut cùm illæ partes lege naturæ, in ventrem ſe exonerant.

3 Nam cùm deiectio cum murmure exit, id ſpiritum flatulentum arguit; ex quo fracti caloris ſignificatio adfertur, aut acerrimi indomitique humoris. Symptomatica igitur erit talis deiectio, quæ eſt cum ſtridore; nam ἀναδόσεως fruſtrationem, vel ex hepate gemen malignæ διαθέσεως habente profectum excrementum notabit. ſin autem mollis illa deiectio non ſtridet, argumento erit ab hepate, toróve corpore, per hepar, vel ex ſplene, bonis naturæ rebus aliquid in aluum exonerari; & id rarò, & conferrim fit.

4 Stridere aut ſuſurrum edere vox ex ſono ficta. à tutturis, d. Erotianus, murmure.

5 Quod talis excretio ſit ſymptomatica, ab humore indomito; & quòd retentricis fractæ inde fiat ſignificatio, 3. aph. 22. Sed quæ pars hîc exuitur ferè retentrice? nam inteſtina retentrice carent, tranſuerſalibus ſolis dotata fibris: ab his obitur excretio. Nec ſatisfacit Vega, qui d. miniſtras facultates illas 4. partibus cunctis aſſidere. Reſp. illæ facultates peculiares ſunt partibus; & ita certè propria quædam retentrix inteſtinis adeſt, nutricatus cauſâ proprij ſibi. ſed vt inteſtina inſtrumenta

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 258 sur 513

ſunt ad totius vicinarumque partium comparata recrementorum exceptionem, nulla illis data eſt retentrix vis: ſed excretrix illis ineſt omnium partium gratiâ illis conceſſa. & ſphyncterem habent. Niſi tamen reſoluti ſphyncteris excuſatio adferri poſſit.

6 Ob eaſdem cauſas, quas Num. 5. nam nihil paucum eſt criticum; ſed omne ſymptomaticum eſt paucum, & fit crebrò. Hæc enim mala ſunt vt cauſa, & vt ſignum. vt cauſa, nam vigilias infert, & vires accidit irritus ille conatus deiiciendi. Vt ſignum, nam fractam denotat retentricem, aut irritatam excretricem. retentrix ab intemperie labefactatur: excretrix irritatur qualitate excrementi ibi congeſti, vel eò affuſi, aut à concepto vlcere.

7 Ad imbellem facultatem retentricem, & humorem pepaſmi expertem.

8 Id eſt, dum ita excretioni dat operam.

9 Quamuis adſit dormiendi neceſſitas. & fortè adſit cauſa naturalis ſomni. Vnde conſectaneum trahit delirium.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIII. Εἰ δὲ ἀθρόα πολλάκις διαχωρέει, κατὰ ὥρας λειπόθυμίησι. 2 Ἀλλὰ χρὴ κατὰ τὸ πλῆθος ἕνα ἑκάστοτε, * ὃ δὲ ἧσσον, ἢ μᾶλλον, τῆς ἡμέρης κατὰ χωρέειν· τῆς δὲ νυκτὸς ἅπαξ. 3 † πλεῖστα 4 δ' ὀλίγα τὸ πρωΐ, 5 ὥσπερ σωματὸς ὀρθῶς τοῦ ἀνθρώπου. XIV. 6 Παχυνθῆναι δὲ χρὴ τὸ 7 διαχώρημα, ἰσχνὸν 8 ὡς χρίσιν τῆς νόσου. 9 Υπόπυρρον δὲ ἔστω 10 καὶ μᾶλλον δυσώδες. 11 Ἐμπυέειν δὲ καὶ ἕλμινθας προσῆλθαι διεξιέναι 12 μὴ τὸ διαχωρήματος, 13 ὡς χρίσιν ἰούσης τῆς νόσου.

* ἥσσων
† πλεῖον δ'

XIII. *Sin verò ſæpè & multum aluus feratur, in deliquii animi periculo erit.* 2 *Sed naturæ conſentaneum eſt, pro cibi aſſumpti modo, bis terve interdiu aluum deponere: de nocte verò ſemel:* 3 *Sed ita tamen vt* 4 *maiori copia aluus feratur diluculo,* 5 *quemadmodum homini ſano in more eſt.* XIIII. 6 *Cæterùm alui excrementum debet* 7 *craſſius fieri, morbo* 8 *ad criſin eunte. Sed illud excrementum* 9 *ſubruffum quidem ſit,* 10 *neque graueolens multum.* 11 *Eſt etiam naturæ conſentaneum, lumbricos teretes* 12 *vnà cum excrementis alui deſcendere,* 13 *morbo ad criſin properante.*

COMMENTARIVS.

1 Eò quòd plurimum & repentè vacuare, replere, calfacere, refrigerare, aut quouis alio modo corpus mouere, periculi plenum ſit: nam id ſoluit vires. 2. aph. 51. & 6. aph. 27. Rara igitur, & accumulata deiectio laudabilis erit: talis enim critica eſſe ſolet.

2 Indigna Hippocrate ſententia, quam nec Galenus probat. Nam cùm olim non pranderent, ſed ſolùm cænarent, intelligi non poteſt, quo modo toties interdiu feceſſerint. Alitet Hippocrates libro tertio de diæta. Nam Hippocrati 4. de morbis, duplex eſt alimenti excrementum, fex, & recrementum ſuccorum qui ad venas abeunt. Primum deſcendit poſt diem, & ſecundum poſt tertium diem, quod tunc vna cum fæce remiſcetur alimenti; vt à bile tingitur fex. Quare non toties ex eius ſententia fiet deiectio.

3 Probo hanc partem, quòd veteres illi fuerint cænatores, & non pranſores. in cæna enim largâ ſe inuitabant manu: ideoque Hippocrates libro de aëribus, aquis, & locis, Guloſos, contumeliæ cauſa appellat pranſores.

4 Πλεῖστον δ' ὑπάτῳ, vt d. Mercurialis, πλεῖστον aduerbialiter plurimùm homines debere manè aluum exonerare, ſicut maior pars hominum aſſueuit.

5 Id eſt, ſi qui forſan ſint qui ſæpiùs de die paſtum ineunt, vt quoſdam fuiſſe notat De veteri medicina, hi toties egerere debent, quoties edunt: vt cuique coctioni ſua ſit recrementorum exactio. Nam agit hîc de numero deiectionis. d. q. in acutis tenuis præſcribitur victus, & pauci excrementi, quin & calor viſceribus æſtuans, aluum ſiccabit, vnde clyſmatum tunc vſus. Itaque nunquam conſuetudini reſpondebit, ab acuto morbo, ægrotantis aluus. Reſp. hîc non definit Hip. deiectionis numerum in omni tempore acuti morbi, ſed iam cùm, declinante morbo, vires ſuas colligit æger. Itaque dicit Hipp. euenerit, in bonis ducendum eſſe.

6 Id eſt, fæces alimenti, & materia morbifica: vnde integritas naturalis œconomiæ intelligitur. Si ſcilicet ab initio eliquata fuerit aluus: alioqui vbi illa dura fuerit, per criſes rectè interdum effunditur: indurante exurenteque cauſâ iam ejecta, excluſaque in aluum materia morbifica.

7 Alimentaria nim. fex pepſi; at materia morbifica pepaſmo. Hæc ita craſſeſcere debent, vt ſit mollis ac conſtans deiectio; qualis eſt optima.

8 Inoffenſo pede æqualique progreſſu dum pergit ad criſin ſalutarem: quod pepaſmi ſecuritatem, & celeritatem criſis prænunciat. Nam quicquid concoquendo matureſcit, ex aëreo fit aqueum, & ex aqueo terreum, id eſt, ex tenui craſſum. Vide Ariſt. 4. Meteor.

9 Quod nim. ad iudicium præclarè apparet, id copia & qualitate moderatâ bilis tinctum eſſe debet: non autem à prærubra bile; quod euenit reſoluto hepate, officiique immemore in ſanguinem generando: vt euenit in dyſenteria hepatica, aut non à ſincera & multa bile, hepate incendio conflagrante. Quare robur viſcerum inde notatur. Vel ſi non tingatur ſuo colore fex, hepatis regionem ab infractu laborare, ſignificatio fiet.

10 Nam graueolentia illa à putredine eſſet. Sed cùm non admodum fœtent, ſignificant, in ea coctione qua fex fabricata fuit, calorem nativum euincere.

11 De lumbricis agit Galenus 3. aph. 26. Demonſtratum autem eſt apud Medicos, lumbricos cauſas principiaque ducere, more imperfectorum animalium: Non enim à ſemine, ſed à putredine, vt docuit Ariſtoteles. Horum tria faciunt antiqui genera: vocant enim laros, rotundos, & aſcarides. Lari aliquando toto inteſtinorum ductu feruntur: à tenuibus inteſtinis ad podicem vſque. Quibus qui ſunt obſeſſi, continenter cibum capiunt, & famem explere nequeunt; eſtque hoc genus lumbricorum fere inſanabile. ASCARIDES ideam referunt eorum vermiculorum qui in caſeis glomeratim naſcuntur: quique ferè in ano iumentorum colliguntur, qui pituita ſalſa abundant aut melancholia, huiuſmodi aſcaridibus ſunt oboxii. Ideo Hippocrates numerat Aſcarides inter morbos qui Autumno homines inuadunt. Alii ſunt ROTVNDI, longi ſemipedem, pedem, aut etiam ſeſquipedem: qui in tenuibus inteſtinis generantur, & vomitione redduntur: & miris modis ventriculum fatigant. Hos medicamento ex ſcordio & abſinthio confecto fœliciter eiicies. Quemadmodum igitur in puerulis qui bono ſucco abundant, ſi fuligo in cute capitis cunctetur, & putredinem quandam, nondum tamen perfectam, concipiat, magna pediculorum copia generatur: ſic etiam fieri poteſt, vt lumbrici à pituita putri naſcantur. Hîc Hipp. locum declarat Paulus 5. lib. 57. & Aët. 3. 1. 39.

12 Nam qui ſine excrementis alui deſcendunt, vi putredinis & graueolentiæ fugantur; & ſunt funeſti: 1. epid. ſect. 3. hiſtoria antepenultima. Vide Cælium Aurelianum; & Hippocratem ſub finem libri quarti De morbis. Sed hoc modo criticè excernuntur.

13 Si enim ineunte morbo viui deſcendant, non tam putredinem quàm cruditatem ſignificabunt: Si verò ineunte morbo mortui efferantur, ſigna ſunt putredinis & cruditatis. Quodſi ineunte criſi mortui deſcendant, id euenit putredine. Sin ineunte criſi viui deſcendant,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 259 sur 513

descendant, id erit à putredine; non tamen aliena, sed eadem à qua vitam sumpserunt. Præstat igitur viuos ineunte crisi descendere: quia non moriuntur nisi à putredine & corruptione quadam inexplicabili. Et eò magis sunt reformidandi, si sine excrementis descenderint: quia tunc excludantur à pessima, & inemendabili qualitate venenata.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XV. Δεῖ δὲ 1 ἐν παντὶ τῷ νούσῳ, 2 λαπαρὴν τὴν κοιλίην ἔμ, 3 καὶ οὐ σκλερ. XVI. 4 Υδατώδεα 5 δὲ κέρτα, ἢ 6 λευκὰ, ἢ 7 χλοώδεα, ἢ 8 ἐρυθρὰ ἰσχυρὰ, ἢ 9 ἀφρώδεα διαχωρέειν, πεπυρὰ 10 ταῦτα πάντα. XVII. 11 Ετι δὲ 12 πονηρὸν, καὶ 13 σμικρόν τε ἐὸν, καὶ 14 χλίζον, καὶ 15 λευκὸν, καὶ 16 ἰσχνὸν λώιον, καὶ 17 λεῖον. XVIII. Τετίων δὲ δυσκαθαιρέτερα ἐν ἰῷ, τὰ 18 μέλανα, ἢ 19 λιθώδεα, ἢ 20 πίλια, ἢ ἰώδεα, ἢ κόκκωδεα.

XV. *At verò* 1 *in quouis morbo, & 2 mollem, & 3 benehabitum ventrem esse oportet.* XVI. 4 *At verò deiectionibus* 5 *præliquidis, 6 albidis, aut* 7 *pallidis, aut* 8 *prærubris, vel* 9 *spumantibus aluum ferri,* 10 *hæc omnia sunt calamitosa.* XVII. 11 *Sed illud* 12 *calamitosius est multò,* 13 *paucum, &* 14 *lentum, &* 15 *album, &* 16 *subflauum, &* 17 *æquale excerni.* XVIII. *Sed hîc etiam magis funesta,* 18 *nigra, aut* 19 *pinguia, aut* 20 *liuida, aut æruginosa, aut graueolentia.*

COMMENTARIVS.

1 Quòd talis constitutio quæ tactu & visu percipitur, ad salutem præclarè appareat. Significatio enim inde fit, benè constitutorum viscerum. Nec hepar inflammatum esse, vnde putrida reddatur aluus: neq; ventrem exsuccum ac extenuatum esse; vnde præclarè officium suum facit in excernendo; & vsum pharmacorum fœlicitat, 2. aph. 35. Nam facit ad exclusionem integritas musculorum abdominis; quibus suo humore exhaustis, ac fractis iam abdominis viribus, nihil excerni potest.

2 Λαπαρὸν esse ventrem, non est ipsum esse flaccidum, sed æqualem consistentia & mole: qualitate moderatum, neque calidum, neque frigidum. Vt ἕυσαρκὸν referatur ad quantitatem: quod dicit in aphorismis πάχος ἔχον: id est, crassitudinem habere. quod contrarium est tabescenti. At λαπαρὸς ad consistentiam, id est, mediocris in distentione, & contractione: vt cùm pars non fuerit plena.

3 Q. d. sit venter mollis, haudquaquam tamen tenuis.

4 Redit ad genera prauorum excretorum.

5 Id est, quæ nec progresso morbo crassescit: quod signum est summæ atque indomitæ cruditatis.

6 Intercepta chyli distributione, ab obstructione mesaraicarum, vel phlegmonoso ab hepate. Albis, id est, referentibus ideam sumpti cibi, (catachristicôs) quam pro colore cibi assumpti, nigram esse licet. Vt si quis pulpam leporinam assumpserit. Vel cùm bilis tincturæ est expers deiectio, obstructâ vesiculâ bilis, vnde icterus. Vel aliò translatâ bile, vnde phrenitis. Significat itaque traiici sanguinem bile.

7 Nam pallida bilis cruda est, & seri permixtionem denotat.

8 Resoluto hepate: vt in Dysenteria hepatica: aut bilis sinceriotis copiâ: vt cùm flaua bile meraciùs tingitur.

9 A calore præter naturam corpus colliquante: vt dum feruet in olla pinguedo: aut à flatulento spiritu, soluto difficili, in materia ea concepto, ab inæquali perturbatione, qui materiam agitat: vt in mari excitatur spuma. 2. aph. 43. Hæc quo fuerit tenuior, eo deterior: nam inæqualium corporum, quo tenuiores sunt partes, eò inæqualitas ipsa est deterior.

10 Ita enim vis significatur causæ efficientis præter naturam, quæ in omnem partem agitatæ materiæ sese insinuat, si de spumante loquamur deiectione.

11 Pertinet hoc Prognosticum ad Dysenteriam, cuius hæ sunt notæ. Vt sensus sit, paucum, lentum, album, & æquale excetni. Nam Dysenteriâ ineunte, liquefactâ pinguedine, paucum, lentum, & album excernitur: nam talis est pinguedinis aëreæ color. Consumptâ verò aëreâ pinguedine, sæuit calor in seuum & adipem crassiorem; qui cùm flauus sit, fit colliquamentum subflauum. Consumpto seuo, agit calor in interiorem tunicam: atque tunc ramenta excernuntur. Postremò in exteriorem tunicam, quæ carnea est; licet hoc negent plerique Anatomici; tunc excernuntur caruncvlæ; ac de vita ægri actum est.

12 Significant enim colliquationem: sed minorem colliquationem denotat alba pinguedo.

13 Nam si magnæ fuerint, à ciborum copia crudorum euenire poterunt. Vel etiam à valida colliquatione: sed fœtore discernuntur.

14 A retorrido æstu, nisi tales cibi fuerint. Verùm copiosa fit deiectio, cùm à cibo lentescit.

15 Minoris colliquationis index; quæque fit dum nuper nata liquescit pinguedo.

16 Maioris colliquationis index: ex vetustiore firmioréque adipe: ex maiori concepta febre.

17 Vt enim in rebus naturalibus optimum signum est æqualitas: quia bonitatem materiæ & naturæ vim significat, quòd nulla materiæ pars fugerit naturæ alterationem: Sic contra, eadem in rebus non naturalibus, est signum pessimum: quia significat causæ contra naturam agentis, in omnem partem materiæ morbosæ æqualem actionem, & quòd toti materiæ se insinuârit.

18 Sunt variæ ideæ nigrarum excretionum. Vna est veluti fæx & limus sanguinis: & dicitur humor melancholicus, 4. aph. 21. Altera est colore nigra, 4. aph. 22. aut fusca, pellucida, sapore acida, aceti modo terram, in quam effunditur, subigens: & appellatur Atra bilis. Prioris excretio prouenit resoluto à liene, non potente secernere illum humorem à sanguine, ob copiam succi melancholici. Posterioris excretio euenit, cùm febrili incendio bilis flaua abripitur in æruginosam, & deinde in atram. 3. epid. 2. hist. 4. in Philiste. Funesta talis est excretio; nam atra bilis nulla parte excerni potest, bonis ægri rebus: omnis enim humor sincerus, est malus, vredine absumpto fero.

19 Liquatis à retorrido calore febrili pinguedinibus. si non sit à cibo. vt in Thaso euenit Pario. Sed hæc fœtorem habet iunctum: primùm egit de non fœtidis pinguibus. Vel cùm modicè ab atra bile tingitur.

20 Extincto calido natiuo. 1. crisi. 11. nî à cibo fuerit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIX. 1 Τὰ δὲ 2 ποικίλα, χρηισώτερα ἢ 3 τετίων, ἐλλέβεα δὲ ἀδύνατα λύειν. Ετι δὲ 4 πονηρὰ, 4 ξυσματώδεα, καὶ 5 χολώδεα, * καὶ 6 πρασινώδεα, καὶ 7 μέλανα. ποτὲ μὲν 8 ἐμοὶ διεξερχόμενα ἀλλήλοισι, 9 ποτὲ δὲ 10 χωρὶς μένοντα. * καὶ ἐσματώδεα

XIX. 1 *Deiectiones* 2 *variæ, maiorem quàm* 3 *illæ diuturnitatis spem adferunt, sed tamen non minus sunt funestæ. Sunt autem huiusmodi* 4 *strigmentosæ,* 5 *biliosæ,* 6 *porraceæ, &* 7 *nigræ. Sine illæ* 8 *secedant simul, sine* 9 *aliæ ab aliis* 10 *segregatæ.*

COMMENTARIVS.

1 Aluus varia Celso dicitur.

2 Id est, diuersarum partium symptomaticæ, & variæ mutationis, quæ fit à calore febrili.

3 Quàm excrementum illud simplex nigrum: quod

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 260 sur 513

quod iam iam futuram mortem denotat. Nam ſi variis picta coloribus excernantur, veriſimile eſt, non priùs extinctum iri calorem, quàm ad prauiſſimum excrementum ſit deuentum; prauiſſimum autem eſt nigrum: ſub reliquis, licet prauis, adhuc conſiſtentibus viribus. & cùm tam varij ſint ſucci, veriſimile eſt inter illos etiam aliquem eſſe longorum morborum auctorem; vt ſi craſſior & frigidior. & longo tempore opus eſt vbi varij ſucci coqui debent; 4.aph.21.

4 Abradentes: à bile acri. Iam oſtendit quid vocet varias deiectiones.

5 Scilicet meracæ.

6 Et æruginoſæ. à calore vſtâ bile in viroremi. Celſus enim vertit bilem viridem.

7 Nim. à fracta hepatis temperie, ſi loturæ carnis ſimilis: vel ab ardore, ſi ſplendens & craſſus: vel à bile exedente, ſi bili mixtus.

8 Vt ſi ſingulis deiectionibus varij ſeſe colores offerant: nec adeò mixti, quin diſtingui poſſint. Celſus d. modò ſimul, & in mixtura quadam, diſcreta tamen repræſentat.

9 Viciſſim, vel vt d. Celſus, diuerſis temporibus.

10 Vt ſi manè ferantur æruginoſa, veſperi nigra. Prauus adeſt hîc progreſſus, nim. qui fit ad mortem: mutatione ſympromatum à prauis ad deteriora, naturæ nim. infirmitate, caloris præter naturam vi, & potentia, ac materiæ contumacia. d. q. Hipp. 4. aph. 47. hæc ſi benè ferantur iuuare. Reſp. Vbi nigra adſunt, non benè feruntur. Quod autem hemitritæus breuior ſit quotidiana; id fit quòd ex contrariis cùm ſit facta ſuccis, illi ſeſe mutuò domant. ſed tam efferi hi ſunt ſucci vt ſeſe mutuò ſtimulent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XX. 1 Φύσιν 2 ἢ ἄνεμὸν 3 ψόφου καὶ πορδῆτος διεξιέναι, ἄριστον. 4 Κρίσιν δὲ καὶ τοῦτο ψόφου διελθεῖν, ἢ αὖτις * ἀνειλέεσθαι. ἢ ὅταν 5 διελθοῦσα, σημαίνῃ ἢ 6 πονέν τι τὸν ἄνθρωπον, ἢ 7 ἀφραδεστέρη. ἢ μὴ 8 ἐκὼν ὁ ἄνθρωπος 9 ὅταν τοῦτο ἄφεσιν τῆς φύσιος ποιήσῃ.

* ἀναπλῶσθαι Ilip

XX. 1 *Caterùm* 2 *flatus, & bombi* 3 *ſtridoris expertes emittere, optimum eſt. Sed tamen* 4 *præſtabilius eſſet flatum vnà cum bombo excludi, quàm illic reuolui. Et* 5 *cùm ita erumpit, aut dolere* 6 *quid hominem ſignificat, aut* 7 *delirare. Niſi forteſſe* 8 *ſponte ſua flatum* 9 *ſic emittendum duxerit.*

COMMENTARIVS.

1 Quia de excrementis iam agit, iure etiam de flatu.

2 FLATVVM ventris tria fecerunt genera, nim. ſilentem, cum bombo, cum ſtridore. Flatus ſilens, bonus eſt: cum bombo eſt deterior, quia fit à materia craſſiore, quàm quæ à languido calore ſoluatur; vel à meatuum anguſtia: flatus cum ſtridore, ſignificat materiam flatulentam partis vnde manat, & qua manat anguſtiam.

3 Quòd ex eo ſignificatio fiat caloris vegeti, materiæque edomitæ, & meatuum ab infarctu liberorũ.

4 Quia in febribus aluo inflata, ſi flatus non erumpat, malum. 4.aph.11. Reuoluitur flatus ad ſuperiora, incendio, dolore, vel partium refrigeratione. Dicit, melius eſt excerni flatum, quàm eum reuolui: & quum excernitur, feliciùs exit ſine ſonitu.

5 Nim. flatus cum bombo.

6 Vt ventre. adeò vt nequeat flatum continere.

7 Quod ea faciat quorum ſit inſolens: neque eorum qui adſunt rationem habeat, deprauato iudicio. nam quidam alioqui mori malint, quàm flatum emittere in conſeſſu aliorum.

8 Præeunte voluntatis imperio.

9 Vt tunc omnis delirij ſuſpicio tollatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXI. 1 Τὰς ἢ ἐκ τῶν ὑποχονδρίων 2 πίνους τε καὶ κυρτώματα, ἢν ἢ νεαρὰ, καὶ μὴ ξυὶ 3 φλεγμονὴν, λύει 4 βορβορυγμὸς ἐγγινόμενος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ. καὶ μάλιστα μὲν διεξιὼν, ξυὶ κάπνῳ τε καὶ 5 ὄρῳ, καὶ φύσῃ. ἢν δὲ μὴ, καὶ 6 αὐτὸς δὲ 7 περιωδύνης, ὠφελέει. 8 Ὠφελεῖ ἢ καὶ ὑποκαταβαίνουσα ἐς τὰ κάτω χωρία.

XXI. 1 *Hypochondriorum autem* 2 *tumores & dolores, ſiquidem recens oborti fuerint, &* 3 *inflammationis expertes, ſoluit* 4 *murmur in ipſo hypochondrio conceptum. Maximéque ſi illud murmur cum ſtercore,* 5 *vrinâ & flatu eruperit. ſin minùs, & ſi ipſum* 6 *per ſe* 7 *ſeceſſerit, iuuat.* 8 *Iuuat etiam cùm* [*ab hypochondriis*] *in imum ventrem deſcenderit.*

COMMENTARIVS.

1 Loquitur de Tumoribus à flatu cum aliqua humiditate: ex qua, nim. accedente calore, genitus eſt flatus.

2 Excitato in illius partibus flatu. per νεαρὰ recentes tumores intelligit. κύρτωμα omnem denotat tumorem, etiam à flatu. Galenus hîc dicit: Omnes tumores hypochondriorum recentes, præter naturam, à flatu ſunt, vel à phlegmone.

3 Hîc phlegmone accipitur pro tumore præter naturam, quem veram inflammationem vocamus: qua ſignificatione bis tantùm accipitur apud Hippocratem: nam aliâs ſemper pro incendio ſumitur. Per phlegmonen intellige cunctos tumores præter naturam, vt inflammationem, œdema, ſcirrhum.

4 Omnis tumor hypochondrij aut eſt recens, aut vetus. Recens eſt inflammationis particeps, vel expers. Expertis ſignum pathognomonicum eſt borborygmus, id eſt, murmur. Particeps inflammationis, eſt expers murmuris, & eius loco adſunt tormina. Vetus eſt cum murmure, aut ſine murmure. Cum murmure indicat intemperiem ſtrigidã hecticam earum partium in quibus excitatur tumor. Vetus ſine murmure ſignificat illius partis ſcirrhum. 4.aph. 37. Borborygmus itaque in hypochondriis ſoluit dolores atque tumores qui ſunt in hypochondriis, ſi phlegmone abſit, & vetus tumor. nam inde ſignificatio fit, humidum ſe mouere ad excretionem.

5 6.aph.40. 4.aph.73. & 6.epid.2. 40. narrat Hipp. criticum fuiſſe lotium ſimile genituræ: & Gal. in commentario credit talem fuiſſe diſpoſitionem in hypochondriis ipſorum, qualis in præſenti Prognoſtico. à vitrea id pituita erat in Perintho.

6 Maximè bombi experte.

7 Eſt enim περαιοῦσθαι tranſmitti, traiici; aut penetrare.

8 Id eſt, ſi à ſuperioribus partibus ventris abeat in imum ventrem, nam & ita fiet ſpiratio ex facili; quæ ab oppreſſo diaphragmate à diſtentione, impedita erat. & dolores hypochondrij remittuntur laxatis partibus à tenſione. niſi adſit phlegmone, ſchirrhus, œdema, vetúſve malum, 4.aph.73.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXII. 1 Τὸ ἢ οὖρον 2 ἄριστόν ἐστιν, ὅταν κὴν 3 λευκήν τε ἢ ὑπόστασις, καὶ 4 λεία, καὶ 5 ὁμαλὴ 6 φέρηται πάντα ἢ χρόνον, ἐς τ' ἂν 7 κριθῇ ἢ νοῦσος. 8 σημαίνει γὰρ ἀσφάλειάν τε καὶ εὐσταθμίην ἐλαχίστην ἐοῦσαν.

XXII. 1 *Optima* 2 *autem eſt vrina, cùm &* 3 *alba fuerit hypoſtaſis, &* 4 *læuis, &* 5 *æqualis, & inoffenſo curſu* 6 *totius morbi hiſtoria, quoad* 7 *iudicatus fuerit morbus:* 8 *talis enim vrina ad ſecuritatem & ad breuitatem morbi præclarè apparet.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 261 sur 513

COMMENTARIVS.

1 In vrina tria continentur: nebula, eneorema, & hypoſtaſis. Nebula eſt id quod in ſuperficie vrinæ natare videtur: eneorema, quod medium occupat: hypoſtaſis, quod in vrina ſubſidet, & fundum petit. Deiectio & vrina naturalis facultatis robur indicant. Naturalium facultatum præcipua eſt concoctrix, cuius robur excrementis notamus, vt expectorato, & vrina. vt autem expectoratum de pectore, deiectio de ventre ſignificationem præbet, ita vrina de iecore, liene, ac toto venoſo genere ſigna profert. In vrina notatur ſubſtantia, qualitas, vt color & odor; quantitas, contenta, vt ſpuma; tempus, & excernendi modus. Hæc pronunciat Hipp. de morbis quorum hyparxis in febre conſiſtit.

2 Id eſt, ad ſalutem præclarè apparet, in morbis acutis: nam in his proprii excrementi rationem obtinet.

3 Id eſt, ſedimentum, quod nihil aliud eſt quàm portio alimenti coctionem ſubterfugientis, quæ partium ſolidarum integritatem arguit: caloriſque natiui vim, heterogenea ſegregantis. nam cùm pepſeos ſit expers: quantum poteſt natura eam materiam ad pepaſmi ideam vertit; & partibus à ſolidis imaginem albedinis ducit.

4 Cauſæ ſalubris beneficio, ſeſe in omnes materiæ partes inſinuantis, easque mitigantis æqualiterque alterantis. Hoc eſt, non apparent quædam craſſæ, & quædam tenues partes, quædam magis aliis albæ; id enim non perfectæ coctionis eſſet: etſi ita manè & veſperi mingatur, & reliquis diebus d. Galenus. igitur, ex ſententia Galeni, veſperi etiam vrina inſpicienda: vbi ſuſpicio eſt nondum exactè mitigati cuiuſdam ſucci: vt in Eudemo.

5 Materiæ, quæ eſt vniuſmodi, bonitate; & ab æquali naturæ vi quæ egit in excrementum; vnde ſimplex affectio, copia & qualitate æquali.

6 Vt tota morbi hiſtoria vrina videatur pepaſmi capax, id eſt, vt non in tribus vel quatuor vrinis hæc bonitas effulgeat, ſed in cunctis, ad criſin vſque. Cleanactides ita variam fudit vrinam in ſemicocto morbo. 1. epid. 3. nam quidam ibi coquebantur ſucci, quidam crudi reſtibiles erant: & non citra periculum id erat.

7 Propria nim. cuiuſque morbo criſi: nam quò natura viam affectat, eodem criſeon inclinationes fiunt.

8 Nam concoctio excrementorum cuiuſque morbi, & celeritatem & ſecuritatem criſis pronunciat: nec recidiui metum adfert. Vt ſi talis fuerit vrina primo die, quarto ſoluetur morbus: ſi quarto, in ſeptimo. Ita Galenus inquit ſe millies aſtitiſſe dum criſes fierent, nec vllum interiiſſe ex illis, qui cum ſignis coctionis criſin ſubierint. Nota, Galenum ponere ſigna pepaſmi & excretionem ſuccorum; nam quidam expultrice reſoluta moriuntur, ſignis in bonis. Ita ratiocinatur. Ea ad ſalutem apparent ex quibus fit ſignificatio integritatis partium ſolidarum bonitatis & minimùm contumacis materiæ; & roboris calidi innati: Huiuſmodi autem eſt vrina hîc deſcripta. igitur &c. Item; Quicquid in vrina continetur, ad ſalutem apparet, ſi & materiâ & loco bonum ſit: At Hypoſtaſis alba, lævis, æqualis, materiâ & loco bona eſt: nam omnis hypoſtaſis loco bona eſt: non omnis tamen eius materia: contra, omnis nubecula loco mala eſt, non materiâ omnis nubecula mala eſt. Item omne eneorema loco malum eſt, non materiâ. Nam cùm hæc tria liquore ſint craſſiora, & graviora ipsâ vrinâ, deberent ad fundum matulæ lidere. Si igitur ſint pendula, eiuſmodi erunt à flatu: flatus autem fit ab infirmo calore.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIII. 1 Εἰ δὲ διαλείποι, καὶ 2 ποτὲ μὲν καθαρὸν κρίσιος, ποτὲ δὲ ὑφίσταιτο τὸ 3 λιπαρὸν καὶ λεῖον, 4 χρηστότερα γίνεται ἢ νόσος· καὶ ἧσσον ἀσφαλής. XXIV. 5 Εἰ δὲ ἐπὶ τοῖ, τε ἔσει 6 ὑποῤῥοθέειν, καὶ ἡ ὑπόστασις αὐτέω 7 ὁμοίη, καὶ 8 λείη, 9 πολυχρονιωτέρη μὲν τοῦτο 10 τὸ οὖρόν γίνεται, 11 σωτηρίη δὲ κάρτα.

XXIIII. 1 *Sin talis vrina intermiſſio quædam ſit, vt* 2 *modò pura reddatur, modò hypoſtaſis* 3 *alba & lævis ſubſidat,* 4 *diuturnior quidem eſt morbus, ac minùs res ægri in tuto ſunt.* XXIIII. 5 *Sin* 6 *ſubrubra reddatur vrina, atque ipſium hypoſtaſis* 7 *æqualis, &* 8 *lævis,* 9 *diuturnioris quidem morbi ea erit,* 10 *quam illa iam comemorata, ſed* 11 *admodum ſalutaris.*

COMMENTARIVS.

1 Secundum locum habet ea vrina, quæ non perſeuerantem bonam hypoſtaſin gerit.

2 Id eſt, pepaſmi expers, & ſine ſedimento.

3 Id eſt, pepaſmi particeps.

4 Nam cùm vrina redditur modò pepaſmi expers, modò particeps, ſignum eſt inæqualis & contumacis materiæ, & labefactatæ naturæ, & materiæ imparis. Quòd natura quidem coctionem aggrediatur & partem vincat; vnde intercalaris talis pepaſmus ſignificationem adfert, non materiam vniuerſi morbi, ſed peculiaris cuiuſdam affectionis mitigari: hoc euenit per febres interdum, vt in parte aliqua ſuſcipiatur concoctio, crudis manentibus vniuerſitatis excremẽtis. Talem vrinam fundebat Cleanactides apud Hippocratem, primo epidemiõn, ſectione tertia, ægro ſexto, cui à quadrageſimo die variæ fuere vrinæ, modò expertes, modò compotes hypoſtaſeos: vt euenit in errantibus paroxyſmis; nam hi ex variis morbificis ſuccis naſcuntur. Quare talis vrina ſignificat morbi longitudinem, errantes paroxyſmos, & humores varios, coctos, & non coctos.

5 Vbi vrina & hypoſtaſis ſubrubra. tertium locum habet hæc bonitati, ſecuritatis, ac breuitatis. nam ſecundo loco erat ea quæ intercapedinata eſt: optima autem prima. Peſſima eſt prærubra, id eſt, ἐξερυθρὸν κρον. 6. epid. 1. 30. ſecundò, rubra: earum melior quæ ſubrubra: d. Galenus 2. prorrhet. 25.

6 A tinctura copioſiore ſeri ſanguinei, vel bilis modicæ in quantitate, & moderatæ in qualitate. Nam rubra euadit tinctura bilis immodicæ & immoderatæ, pepaſmi planè expertis: aut à ſumma rerum infirmitate, officio ſuo non benè fungentium, id eſt, ſerum à ſanguine ſecernere non valentium: in Cleanactide.

7 Id eſt, vniuſmodi, nec alieno perfuſa humore. Aliud enim hoc loco eſt ὁμοίη, aliud ſupra ὁμαλή.

8 In fundo infirmata.

9 Id eſt, magis hæc quidem quàm illa iam commemorata ad diuturnitatem morbi apparet: præſertim ſi poſt ſeptimum diem apparere ceperit: Nam ſi quarto die, criſin fore ſeptimo ſignificat. 4. aph. 17. Nam humidus & ſeroſus ſuccus die eget, & calor imbellis eſt; vt qui nec flauam generat bilem, nec ſanguinem exactè coctum, ſed ſeroſum aliquantulum: non tamen omnino aqueum, nec acrem aut putridum.

10 Quàm in ſemicocta materia, cuius vrinam in præcedente Prognoſi deſcripſit.

11 Ob materiæ, nim. ſeri ſanguinis bonitatem: quod facilè à natura pepaſmum recipit. Ea enim cruditas facilè pepaſmum recipit, cuius materia naturæ eſt conſentanea: ſerum autem ſanguinis mite eſt & naturæ conſentaneum: quia naturam ſanguinîs, cuius eſt ſerum, retinet. ſerũ verò bilis & ſucci melancholici eſt indomitum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 262 sur 513

indomitum. Nec enim talis humor magna pericula accerſere ſolet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXV. 1 Κεφαλὰς δὲ 2 ἐν τοῖσιν ἕρεσιν αἱ ὑποστάσιες 3 πονηραί. τούτων δὲ αἱ μὲν καλιώδεες, αἱ 4 πεταλώδεες. Αἱ λευκαὶ 5 λεπτοὶ, χέρτα 6 φλαῦραι. τούτων δ' ἔτι καλιώδεες εἰσὶν, αἱ 7 πιτυρώδεες.

XXV. 1 *At verò quæ in vrinis farinæ* 2 *craſſioris ſpeciem hypoſtaſes referunt*, 3 *praua ſunt. Sed his multò peiores ſunt* 4 *laminea. Albæ verò* 5 *& tenues, admodùm ſunt* 6 *perniciosæ. Sed his omnibus calamitoſiores & magis funeſtæ ſunt* 7 *furfuracea.*

COMMENTARIVS.

1 Omnis hypoſtaſis aut eſt cocta, aut cruda, aut praua. de primis duabus nunc egit, de tertia hîc agitur. Primò colliquatur recens pinguedo, deinde antiqua, hinc recens caro, quam ſequitur antiqua, vltimò ſolidæ partes. Nam liquitur à calore caro etiam; & ſolidæ partes inter fibras gerunt intertextam ſubſtantiam carni ſimilem, liquitur & hæc: quin tunc à fibroſis partibus ſiccatis, ſquamulæ & furfures exiliunt. Ariſt. 4. meteor. 6.

2 Quæ à molis confracta non eſt. κριμνὰ craſſior farinæ pars.

3 Id eſt, calamitoſæ. præſertim ſi vrina tenuis fuerit, & morbus acutus: tunc enim talis hypoſtaſis teneræ carnis aut adipis colliquationem ſignificat & mortem in propinquo eſſe. Carnis autem colliquato iam & conſumpto humore, hypoſtaſis colore erit fuſca vel rubra: & dicitur orobæa. Adipis verò colliquefactæ coacta parte craſſiore, colore erit alba hypoſtaſis: & dicitur genitalis, quòd humanæ genituræ ideam referat. Diuiditur enim hypoſtaſis κριμνώδης in orobæam, id eſt, ſimilem orobo excorticato vitelli colore, d. Act. 2. diff. vrin. 10. & genitalem: quæ conſiſtentia ſunt eadem; quæ ambæ ſunt grandinoſæ; ſolâ ſubſtantiâ differunt. Dixi ſi fuerit morbus acutus. 6. epid. 2. 40. alioqui in morbis imi ventris ſine febre, pituitæ ſolutionem adfert. In validioribus viribus autem ad diuturnitatem apparet, 7. aph. 31. conglomeratâ & compactâ exiſtente materiâ. 3. epid. 3. hiſt. Vt in eo qui in horto Dealcis iacebat: 7. aph. 31 qui per ſudorem integrè iudicatus, quadrageſimo die conualuit. ſed proſtratis viribus, lethale: vt in Sileno.

4 Quæ bracteolæ ideam effingunt, vt ferè in Hecticis apparent: Hæc in morbis acutis cum vrina tenui, partium ſolidarum colliquationem arguunt. cum vrina craſſa, veſicæ ipſius ſcabiem. ſquamoſæ itaque hæ deiectiones κριμνώδεες ſunt peiores: nam iam non carnem, ſed ſolidas partes exuri ſignificant. Lamineæ ſunt latiores & tenuiores, foliis ſimiles: furfureæ ſunt craſſiores, nec ita latæ.

5 Id eſt, ſpumantes. quæ inſtar niuis, omni ex parte ſunt agitatæ, ſpumant: nam nulla eſt ſpuma ſubtilior ſpumâ niuis. Quare talis ſit hypoſtaſis ex ſpiritu flatuoſo, permixto tenaciùs ſemicocto humorum excremento.

6 Quia inæqualium corporum, quo partes ſunt tenuiores, eò inæqualitas ipſa eſt deterior.

7 Si talia ferantur cum vrina tenui, ſcabiem venarum, & earum vim labefactatam ſignificant. 4. aph. 77. Cum craſſa verò, veſicam in vitio eſſe. Ita hæc explicat Galenus. Sed non agit hîc Hippocrates de vrina, quatenus eſt ſignum partium afflictarum per quas fluit: ſed quatenus eſt excrementum totius, febre occupati. Significant enim vrinæ furfuraceæ, ſi fuerint tenues, ſcabie obſeſſas eſſe venas; itaque in ipſis vrinas non mitificari: alioqui enim eſſent vrinæ craſſæ. Nam vrinæ concoctio & perfectio, fit in venis, quarum beneficio, non renum aut veſicæ vrina craſſa, hoc eſt mediocris cuadit. Itaque malè docent recentiores non poſſe in veſica calculum concreſcere, niſi is deſcenderit ex renibus in veſicam. Eo argumento abducti, quod multos calculos conteramus, in quorum centro inueniatur calculus tuber, & friabilis, multis bracteolis albis & duris obductus. In quibus illud rubrum vel friabile, volunt eſſe calculum renum: qui in veſicam delapſus, ibique adhærescens craſſa materia obducitur, tanquam bracteolis. Sed his contradicit Hip. 6. epid. 3. à mictu, id eſt, poſt vrinæ procreationem in veſica concreſcere lapidem: in renibus verò, ante mictum, id eſt, ſenibus plerumque à renum fiunt calculis; at pueris plerumque non à renibus, ſed in ipſa primò veſica. Vbi cum veſicæ ſcabie crudus morbus in vaſis eſt, furfures cum vrina tenui non erunt à colliquatione vaſorum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVI. Νεφέλαι 1 * ἐμφερόμεναι τοῖσιν ἕρεσιν, λευκαὶ μὲν * ἐναιωρέαι ἀγαθαί· 3 μέλαιναι δὲ 4 φλαῦραι. XXVII. 5 Ες' ἂν δὲ † πυρρὸν 6 τε εἶδος τὸ ἕρεσ ἔχῃ λεπτὸν, 7 σημαίνει τὸ νόσημα ἔτι. ὦν δὲ ἔχῃ 8 παχυχώρητον οἷον τοιοῦτον ἐὸν, κἂν μὴ 9 διώσηται ὁ ἄνθρωπος διαρκέσαι, 10 ἕως ἂν πεπανθῇ * τὸ ἕρεσ.

† ὑποπυῤῥα

* τὸ νόσημα τὸ τὴ ἕρεσ.

XXVI. *Nubeculæ quæ* 1 *in vrinis efferuntur*; 3 *albæ quidem bonæ ſunt*: 3 *nigræ verò* 4 *calamitoſæ.* XXVII. 5 *Quamdiu autem fuerit* 6 *vrina rubra & tenuis*, 7 *morbum adhuc pepaſmi expertem ſignificat. Quodſi* 8 *diu talis reddatur vrina, periculum eſt, ne* 9 *vires agri valere non poſſint, donec* 10 *vrina mitificata fuerit.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, ad ſuperficiem vſque; vel quæ pendulæ ſunt: & enæoremata dicuntur, propterea ſubdit ἐμφερόμεναι. Tres enim illæ contentorum appellationes, variè aput Hippocratem confunduntur. nam in hiſtoria Philiſci, enæorema pro hypoſtaſi accipitur.

2 Prima morbi periodo exacta, non autem ineunte morbo: Nam quæ ad criſin ſalutariter apparent, vt non ſtatim appareant neceſſe eſt: nam quæ initiis morborum cum nubecula, enæoremate, vel hypoſtaſi excernuntur vrinæ, cruditatem denotant. Nubeculæ autem hæ albæ, materia, non loco, bonæ ſunt. Nam albedine licet partium ſolidarum integritatem ſignificent, loco tamen caloris innati infirmitatem arguunt: quæ materiam vrina grauiorem ad fundum depellere nequit.

3 A refrigeratione, vel necroſi partium ſolidarum, vel à retorrida bile atra.

4 Et materia, & loco. Expendenda hîc quæſtio, Vtrum hypoſtaſis nigra, deterior ſit nubecula nigra. Id affirmat Gal. 3. criſ. 12. & Actuarius 2. lib. 13. de Iudiciis vrinarum. at Hippocrates contradicit in epi. & aſſerit nubeculas nigras peiores: neque id ſine ratione; cùm nubecula & hypoſtaſis, materia non differant, ſed tantùm loco. Tamen rectè dicit Actuarius capite citato, Si fuerint enæoremata aliis rebus bona, tum loci ratione tantùm recedunt à perfecta bonitate: quòd à ſpiritu adulterino reddantur leuia. Nubes itaque, ea ratione qua nubes, non parum recedunt à loco naturali. Si igitur nubeculæ bonæ loco tantùm peccent; quantum igitur peccant nubeculæ malæ? At hypoſtaſis nigra non loco, ſed materia peccat. Igitur hæc minùs eſt praua illis: cùm hæc tantùm vno modo, hæ autem dupliciter peccent. Vt concilientur hi, hac opus eſt diſtinctione, vt dicamus, Si nubecula nigra ſit à tabe, vel à necroſi partium ſolidarum; quò longiùs à fundo abſcedit, eò minùs eſt praua. Significat enim calidum natiuum nondum occubuiſſe: ſed adhuc aliquid vigoris obtinuiſſe, quo flatus aliquos excitare poſſit: quibus

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 263 sur 513

materia illa, quę vrinâ eſt grauior, ſurſum attollatur: alioqui præcipiti lapſu in fundum rueret. Atque impoſſibile eſt, in animato ac viuente adhuc corpore perfectam adeſſe necrωſin & extinctionem calidi natiui. Si verò nigra hæc nubecula fiat ab atrabilario ſucco retortido à flaua bile, ſuperſtite adhuc partium ſolidarum integritate: quò tunc longiùs abierit à fundo, eò erit prauior. Nam cùm bilis vſta in atrorem ſit craſſiſſima & grauiſſima, plurimum adulterini ſpiritus admiſceri debet, à quo tam graue corpus ſurſum attollatur: magnáque vis à foris imprimi debet huiuſmodi vrinæ, cuius robore in altum illa hypoſtaſis efferatur.

5 A ſubſtantia & qualitate ducit notas cruditatis. Tenuis & ruffa vrina itaque morbum in principio ſuo verſari denotat. Hoc voluit notare Hippocrates, nam exiſtimaret quis, abundè à calore ſatisfieri, cum rubeat vrina. reſpondet, cruda tamen eſt illa, ni modeſtè craſſeſcat.

6 A ſeri torrefacti copia: non autem à renum infirmitate. Vide com. ad hiſtoriâ Hermocratis. Addit tenuitatem: nam alioqui ex labore & inedia rubedinem ducere poteſt, ſine tenuitate. Sed in tenui, nihil ſubſidet.

7 Quia craſſamentum non habet decens.

8 Si ruffa tenuis diu mingatur. Sed ſi 4. aut 5. die nebula adſit, id eſt, craſceſcat, breui iudicabitur. nam vigor in procinctu erit coctâ materiâ. 4. aph. 71.

9 Nam criſi terminantur: illa ſit in ſtatu, cum ſignis coctionis: ſed longè à ſtatu abeſt tenuis & ruffa vrina.

10 Vnde efficitur cruditatem eſſe ſignum mortis aut ſalutis indifferens. Nam ſi breuis ſit, & materia quæ naturæ fuerit conſentanea, vireſque valeant, ſalutem pollicentur: Sin diuturna, cum virium infirmitate coniuncta, etiamſi ſit materia naturæ conſentanea, mortem minantur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVIII. 1 Θωματωδέστερα ἢ 2 πρὶ ὕρων, 3 πάσης δυσώδεα καὶ 4 ὑδατώδεα, καὶ 5 μέλαινα, καὶ 6 ψαχέα. XXIX. *Ἐπὶ δὲ 7 τοῖσι μὲν ἀνδράσι καὶ τῇσι γυναιξὶ, τὰ μέλαινα πρὶ ὕρων, κάκιστα. Τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ 8 ὑδατώδεα. XXX. 9 Οκόσου δ' ἂν ὕρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ κρίνοι πολλὰ χρόνον, λύ τ' ἄλλα 10 ὡς ἀξιοσυμβούλου σημεῖα ἦ, 11 τετράσιον ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω πρὶ φρενῶν χωρέα.

XXVIII. 1 *Sed: inter vrinas funeſtiſſimæ ſunt hæ* 3 *graueolẽtes &* 4 *aquea, &* 5 *nigræ, &* 6 *craſſa.* XXIX. *Sed tum* 7 *viris tum mulieribus nigra vrina peſſimæ. Pueris verò* 8 *aquea.* XXX. 9 *Quicumque tenues vrinas ac crudas diu excernunt, ſi quidem alia* 10 *vt conualituris ſigna appareant, his quidem in partibus* 11 *diaphragmate inferioribus abſceſſum expectare oportet.*

COMMENTARIVS.

1 A ſubſtantia, colore & odore.

2 Theorema eſt medicum, maiorem vim habet, ad præſagiendum, ipſa conſiſtentia vrinæ, quàm contenta. Siigitur contenta, ſpecie praua, ſint lethalia, ſi ad eorum prauitatem vitium conſiſtentiæ acceſſerit, in propinquo iam mors erit. Conſiſtentiam autem appello ipſum liquorem, qui nihil aliud eſt, quàm ſerum humorum, qui in venis continentur. Quorum ſi ſubſtantia ipſa in vitio eſt, aut qualitas, quantitas, aut conſiſtentia, maius periculum adeſſe ſignificantur, quàm ſi vel nubecula, vel hypoſtaſis peccent; cæteris paribus. 3. epid. ſect. 1. hiſt. 2. de Hermocrate.

3 Et fœtidæ. modò per diadoſin non ſint huiuſmodi: nam huiuſmodi quia longinquis partibus, hoc eſt venis manant, omninò ſunt funeſtæ. quia tanta eſt vis putredinis partium & humorum vnde manant, vt tranſcolatione per tot vaſa, tam longos tranſitus, tam varios anfractus, graueolentiam non amittant. 4. aph. Hoc enim intereſſe, d. Galenus, inter vrinas nephriticas, & eas quæ vitium veſicæ indicant, quòd à vitio veſicæ, maxima ex parte ſint graueolentes; nephriticæ, ob viæ longitudinem, per quam tranſeunt, non item.

4 Colore & conſiſtentiâ. quia hæ ſignificant ſummam cruditatem ſuccorum, & ſummam naturalis œconomiæ deprauationem, & debilitatem. Atque ex tenuitate ſignificatur cruditas; ex bilioſæ tinctura defectu fit ſignificatio materiæ indomitæ, & bilis ad ſuperiores partes raptus. Hæc intellige, modò non præceſſerint ſigna pepaſmi. nam ſi morbi totâ hiſtoriâ fuerit vrina pepaſmi expers, huiuſmodi vrinæ phrenitidem ſignificabunt: quæ fiet per metaſtaſin materiæ bilioſæ ad ſuperiores partes; & mortem ſignificant. 4. aph. 72. Sin vrina fuerit antè pepaſmi particeps, apparueritque diebus indicantibus hypoſtaſis alba, lævis, & æqualis, & apperente criſi reddatur vrina aquea: in iuuenibus quidem ad hæmorrhagiam, in ſenibus verò ad Dyſenteriam ſalutarem apparet, idque in morbis acutis. Nam in mitioribus morbis, huiuſmodi aqueæ vrinæ apparent ad diuturnitatem. Sed in acutis morbis, cùm breui tam cruda materia non coquatur, calamitoſa eſt vrina talis.

5 Id eſt, conſiſtentiâ, & non contentis. nam in longis morbis criticè id fit; vt in quartana, & lienis obſtructione, vel inflammatione, & in renum morbis, & in menſtruis obſtructis, vt 3. epid. 3. in muliere in Thaſo moroſa. huiuſmodi autem eueniunt aut febris incendio, vel à tabe & necroſi partium ſolidarum. euaſere tamen 3. epid. 3. Heropylus, & Nicodemus: ſed longa die. Galenus in commentario d. Vrina nigra quo fuerit craſſior, eò deterior erit.

6 Id eſt, conſiſtentiâ: vt iumentorum ſimiles: quæ diu depoſitæ non ſubſidunt. quæ ſignificant perturbationem in venis, à ſpiritu flatulento, cum calore præter naturam. Quòd enim rubræ ſunt, ſignificatur calor febrilis; quòd iumentorum ſimiles, quæ diu depoſitæ non ſubſidunt, ſignificant infirmitatem calidi natiui; quæ auocat nos à venæ ſectione, quam tamen calor præter naturam requirit. proinde hoc malum contraria medicantium viciſſitudine, pauci euadunt. Craſſum enim tribus modis dici indicat Galenus: Contentis, 4. aph. 69. conſiſtentiâ, vt 4. aph. 70 mediocritate, id eſt, coctum cùm eſt, 4. aph. 77. Vide hiſtoriam de Hermocrate, & Polyphanto: 7. epid. ad finem.

7 Q. d. cùm illæ vrinarum quatuor ſpecies funeſtiſſimæ ſint, tum verò viris & mulieribus, id eſt adultis nigræ vrinæ peſſimæ. Hoc eſt, multò ſunt funeſtiores; quòd virorum ac mulierum naturæ magis ſunt diſſentaneæ. Per viros & mulieres intelligit hos qui in vegeta ætate ſunt: his tenuis vrina, cum exigua hypoſtaſi, familiaris eſt: igitur nigra his peſſima. Celſus 2. lib. 6. dicit in viris & mulieribus peſſimam vrinam, nigram, craſſam, & mali odoris.

8 Id eſt, crudæ: qui tamen pueri facultate coquendi valent: & coctione omnia craſſeſcunt tenuia. Hinc illud axioma: Vrinæ funeſtæ, magis aut minùs tales ſunt, quatenus magis aut minùs à cuiuſque natura abſunt. Pueri ſunt qui 14. annum nondum ſuperarunt: id eſt, qui infra pubertatem ſunt: his ſolenne eſt fundere vrinam craſſam, hypoſtaſi plenam. Idem intellige de aliis excrementis, vt aluinis, ophthalmicis, & cunctis catarrhis, pulmonia, pleuritide, & de vlcerum pure.

9 Cùm morborum diuturnorum tres ſint cauſæ, eam ſolâ aſſignat, quæ ſolita eſt in pepaſmi difficultate: quæ conſiſtit in materiæ contumacia, meatuum anguſtia,

anguſtia, & naturæ in coquendo & excernendo infirmitate. Nam altera cauſa diuturnitatis morborum exiſtit, à vitio internæ partis, vt hepatis, pulmonum, & lienis. Sicuti tertia cauſa eſt, vitium rei externæ, id eſt, ægri, medici, & aſſidentium culpa. Probatur huius prognoſtici veritas in Pythione, lib. 3. epidemiõn in initio.

10 Si ſalus ſperatur non cum ſignis coctionis: imperfectam dabit criſin, id eſt, per abſceſſum. Vt ſi vires hîc conſtent, vbi diu cruda mingitur vrina, ſignificat crudos humores in cauſa eſſe, qui non æquè excretione finem inueniunt. nam craſſi finiuntur per abſceſſus, & tenues per excretionem. Vires autem hîc conſtare notat appetitus, mens inuiolata, ſomnus, decubitus probus, &c.

11 In iis qui 30. annis ſunt maiores, idque in febribus continuis: quia in intermittentibus, tranſitus fit in quartanas, 4. aph. 74. Nam craſſi ſucci inferna petunt, maximè vbi calor languet. Gal. 3. criſeon in fine demonſtrat quam in partem excurſurus ſit humor ad apoſtematis generationem. Vbi diu cruditas fatigat, ad inferna abeunt: nam craſſi ſunt illi ſucci, & vires die labaſcunt. Vbi acutior eſt morbus, parotides fiunt: nam ibi non æquè craſſi ſucci, viuidior naturæ vis calidique natiui. Sed vbi ad inferna abſceſſus fient, id eſt, vbi de ſalute non deſperatur per diuturnas cruditates, nec morbus ſoluitur, nec vrina multa; copioſam gerẽs hypoſtaſin, ſed cruda & tenuis fertur: & ſi propriâ naturâ morbus non fuerit diuturnus, ſubita anhelitus difficultas ſuperueniens, quæ mox quieſcit, quam cephalalgia ſequitur & ſomnus ac ſurditas: hinc parotis naſceetur. ſin diu excurrerit morbus, nec vllum tale ſignum adſit, ſed ſi infernis partibus grauitas, tenſio, vel phlegmone, vel dolor enaſcatur, huc erit abſceſſus expectandus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXI. Καὶ ταὶς 1 λιπαρότητας ἢ ταὶς ἄνω ὑεσιμυίας ἀραχνοειδέας μεμιγδὲς 2 σωτηρίῃ ἐστὶ σημεῖα. XXXII. 3 Σκοπεῖν δὲ χρὴ τὴν ἕδρην ἐν οἵῃσιν 4 αἱ νεφέλαι, ἢν τε ἄνω ἢν τε κάτω ἔωσι, καὶ τὰ χρώματα ἀκρίδα ἔχωσι, καὶ τοὺς μὲν 5 κάτω φερομένους ξυὼ τοῖσι χρώμασιν, εἶσιν ἴδρη, ἀγαθὰς δεῖ νομίζειν, ὁ καὶ ἐπαινέσῃ, τοὺς δὲ 7 ἄνω ξυὼ τοῖσι χρώμασιν, 8 οἵοισιν εἰρῆ, κακὰς δεῖ, ἢ μεμφθῆς τὰς τοιαύτας.

XXXI. *Sed* 1 *& pinguedines quæ in vrinis ſuperſtant, aranearum telarum ſpeciem referentes, damnare oportet: ſunt enim* 2 *colliquationis ſigna.* XXXII. 3 *Sed vrinarum* 4 *nebula, ſiue ſuperſtent ſiue ſubſidant, ad hanc rem ſunt exquirendæ, tum ipſi colores quibus ſunt præditæ: Et eas quidem* 5 *quæ deorſum feruntur, iis quibus* * *dicimus coloribus præditas, eſſe ſalutares ducendas,* 6 *ideoque laudandas. eas vero quæ* 7 *ſurſum feruntur, cum iis coloribus* 8 *iam commemoratis, prauas eſſe, ideoque damnandas.*

* oportet

COMMENTARIVS.

1 Quales in iuſculis refrigeratis apparent: γραῦς hoc dicitur Græcis. Triplici de cauſa pinguedo innatat vrinis, ex pingui ſanguine, vel à colliquatione totius, aut à renũ colliquatione. primia, manat ex ſano corpore. Ex Galeno, ſexto de ſanitate tuenda; habet quid pingue in ſe ſanguis, cuius aliquid euenit vna cum ſero percolari, vbi id pingue in ſanguine luxuriat. In cauſis id pingue in bilẽ abit: 2. de diff. feb. 9. & 2. criſeon 12. ſecũda, ex æſtuãte febre, & ſenſũ effluit: tertia, affatim effũditur, nõ ſine renibus cõcepto æſtu.

2 Tabis argumentum. nam adeps & pinguedo liqueſcunt. Vide Gal. ad hiſtoriam Patij 3. epi. 3.

3 Agit hîc de contentis vrinarum bonis & malis, materiâ, loco, & colore. Ex loco laudat quod fertur deorſum: ex colore, vt tali ſit, qualem antea deſcripſit; nim. albo: materiâ, læue & æquale. Nam bonitas vrinæ oſtenditur maximè ex contento, & loco contenti.

4 Nebulas hîc vocat ea omnia quæ in vrinis apparent: ſiue ſint nubes, ſiue enooremata, ſiue hypoſtaſes.

5 Id eſt, vt vel ſubſiſtant, vel cò viam affectent: à flatulenti ſpiritus copia, à materia indomita, quam natura imbecillior nondum mitigare potuit: ideoque ſignum eſt nondum perfectæ coctionis.

6 Nam coctum id, & ſecretum, flatus eſt expers, & æquale ac ſimilare.

7 Ita Hippocrates enæoremata ſublimia damnare conſueuit: nam in Epidemiis, vbi eius meminit, mox ſubdit, delirauit, 3. epid. 3. in Lariſſæa virgine. Flatuum enim copiam denotant.

8 Nigris, vel bilioſis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIII. 1 Μὴ 2 ἐξαπατάτω δέ σε, ὦ * γε 3 κύστις τὴν νόσημα ἔχουσα, τὴν ὕδρωπα τὰ τοιαῦτα ἀποδιδοῦσα· ἡ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖόν ἐστιν, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑαυτῆς.

XXXIV. 4 Ἐμέτου δ' ὠφελιμωτάτου, ὃς φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένου καὶ μὴ ὀπαχὺς κάρτα, μὴ δὲ 7 πολύς, * ὡς μάλιστα· εἰ γὰρ 8 ἀκριτέστερος, 9 κακίων οἵων.

* *In Codice Galeni* ὡς μάλιστα *ponitur poſt* ξυμμεμιγμένου: *vt notat Mercurialis.*

XXXIII. 1 *Nec te verò* 2 *fallat, ſi* 3 *ipſa veſica morbo obſeſſa, huiuſmodi vrinas commemoratas reddiderit: non enim hæc vniuerſi corporis eſt ſignum, ſed ipſius per ſe veſicæ.* XXXIV. 4 *Vomitus ad ſalutem præclarè apparet,* 5 *qui pituita & bile permixtus eſt, nec admodum* 6 *craſſus, nec ita* 7 *multus: nam* 8 *meraciores* 6 *deteriores ſunt.*

COMMENTARIVS.

1 Eſt admonitio auctoris: Q. d. Diſtinctione quoque opus eſt, tum in ſubſtantia, tum colore, odore, quantitate, modo excernendi, tempore profluuij vel ſuppreſſionis, in nubeculis, enæorematibus, hypoſtaſibus. Quæ omnia varietate diſtinguuntur, pro ratione partium vnde manant, quà tranſeunt, quibus excipiuntur. Subſtantia enim craſſa eſt, vt iumentorum ſit ſimilis, ob perturbationem quæ ſit in venis, à ſpiritu flatulento, cum calore præternaturam; modo vrina talis non ſit ratione renum vel veſicæ. Colore: Quibus vitio hepatis flaua vrina mingeretur, eorum incendio hepar flagrat: alioqui à renum & veſicæ vitio hoc fieri poteſt, d. Galenus in commentario. quæ carnium recenter tractatarum loturam referunt, non hepatis, ſed renum vitio proueniunt, ſi abſit febris. Nam ſemper ſunt benè coloratæ vrinæ beneficio venarum, cùm facultas earum eſt integra. Poſſunt tamen eſſe coloris expertes, vitio renum, vt in diabete: ita etiam tinguntur, non vitio venarum, ſed renum, vt in nephritide. Odore: Ita graueolentes eſſe poſſunt vitio renum & veſicæ. Quantitate peccant, ſi aut immoderatiùs fluant, vel ſupprimantur, aut potui non reſpondeant copiâ. Immoderatè fluunt, à colliquatione partium; vel cùm partes diaphragmate ſuperiores vel inferiores ſeſe per veſicam exonerant. Purulentæ fiunt vitio veſicæ, renum, vel partium diaphragmate ſuperiorum. Quæ veſicæ vitio ſunt purulentæ, in his pus non miſcetur ita vrinæ: quæ renum vitio, his inæqualiter remixtum eſt pus vrinæ: ſi in pulmone purulentiæ cauſa conſtiterit, æqualiter pus erit permixtum. Ita interdum quæſtio eſt, vnde manarit vrina purulenta, fœtida, furfurea, bilioſa, acris. Vide 6 loc. aff. 3.

3 Q. d. iam dixi furfureum lotium malum eſſe; & pinguedine etiam delibutum: iam moneo, me intellexiſſe, modò renum aut veſicæ excuſatio nulla adſit; nam inde dimanare poterunt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 265 sur 513

©BIUM

3 Intelligit omne vitium inſtrumentorum vrinariorum.

4 Monſtrat vomitus vim naturalis, quæ coquit humores. Vomitus eſt materiæ cuiuſuis per ventriculum excluſio. cùm nim. ventriculus qualitate aut copia alicuius materiæ malè affectæ irritatur, collectis viribus, talem per os excludit. Atque hic eſt duplex Hippocrati, vniuerſalis, & particularis. Vniuerſalis eſt materiæ quæ in toto corpore, hoc eſt, in venis ſecundæ & primæ regionis corporis, vitium facit, æqualiter excluſio; idque criticos, vel vi medicamenti: Particularis eſt tantùm eius materiæ quæ in ventriculo contenta, ibique cunctando depranata, aut vitio rerum aſſumptarum peccat. ita hyeme admittit vomitum Hippocrates, in libro de diæta idiotarum. nam in Aphoriſmis de vniuerſali loquitur. 4. aph.

5 Pituitoſus enim vomitus ſignificat materiam coctione in ſanguinem tranſire poſſe. Bilis autem, ſi non ſit ſincera facit ad ſalutem: quia materia, quæ febrim parit, vomitione excluditur & apparet ad ſalutem, ſi fiat die critico. Nam ab hepate bilis in ventriculum regurgitare poteſt. Et bilis pituitæ mixta nullam extremam occupat qualitatem: nec etiam pituita bili remixta: nam ſe mutuò temperant: ita tenuatur pituita, & bilis craſſeſcit.

D. permixtus. nam quæ non ſunt maximè mixta, non ſunt integrè cocta.

6 Exhauſto nim. iſtorum humorum ſero. ita non nimio calore retortida erit bilis, ſi aquoſo humore perfundatur. non ſit itaque vitellina, ſincerus humor craſſeſcit; calidus ob calorem vrentem; frigidus ob algorem: nam caloris eſt exhaurire tenuia; frigoris, compingere.

7 Vt paucus & frequens ſit; aut rarus, ſed copioſus; aut copioſus & frequens. tribus enim modis aput Hippocratem accipitur, multum.

8 Id eſt, mixtionis expertes: aut alieni humoris aut ſeri ſui naturalis, hoc enim cruditatis argumentum eſt: vel incendij vnde craſſeſcunt. ἄκρατον id exponit Galenus, in hiſtoria eius qui in Dealcis horto iacebat, cùm nim. nec calore nec ſubſtantiâ mutatus ſit humor. & in hiſtoria Philiſci, id, ἄμικτον explicat, id eſt, ſine alio ſucco mixto colore. 7. aph. 6.

9 Quando aut incendij, aut partis alicuius vitij, vt heparis, aut lienis ſunt ſymptomata.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXV. Εἰ δὲ εἴη τὸ ἐμεσὶ ἐὸν 1 πορρωτερὸν, ἢ 2 πέλιον, ἢ 3 μέλαν, ὅ, τι ἂν ἢ τούτων τῆσι 4 χρωιήσιν, νομίζειν χρὴ 5 πυκνὸν εἶναι. 6 Εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐμέσει, χρῆται ἐλλέβορον τοῦτο ἰητέον. XXXVI. Τάχιστα γὰρ 7 θάνατον σημαίνει τὸ πέλιον τῆσι ἐμέσμασιν, 8 εἰ ὄζει δυσώδεες. XXXVII. 9 Πᾶσι γὰρ αἱ ἀποπυήσεσι καὶ δυσώδεες ὀσμαὶ, καὶ ὅτι πᾶσι τοῖσι ἐμουμένοισιν.

XXXV. *Sin autem id quod vomitione excluditur* 1 *porraceum ſit, aut* 2 *liuidum, aut* 3 *nigrum, quamcunque horum colorum ſpeciem* 4 *referat, in* 5 *prauis habere oportet.* 6 *Quodſi omnes illos colores idem homo vomitione exhibeat, valdè quidem id lethale eſt.* XXXVI. *Sed* 7 *mortem in propinquo eſſe ſignificat liuidus illæ vomitus,* 8 *qui tetrum odorem ſpirat.* XXXVII. *Nam* 9 *omnes ſubputridi & grauiolentes odores in iis omnibus quæ vomitu reiiciuntur, mali ſunt.*

Commentarius.

1 A bile flaua peruſta, mox in atram bilem degeneratura, ob febris magnitudinem: vt in phreniticis: hiſtoria De Philiſte.

2 A mortificatione partium.

3 Ab atra bile.

4 Id eſt, quod vomitione redditur.

5 Nim. in morbis acutis. nam per ſanitatem huiuſmodi ſalutariter excluduntur.

6 De vomitibus malorum variorum colorum, ſiue ſimul, ſiue ſingulatim euomantur. Planeque funeſtum; quòd plures partes in vitio ſint. Nam ab hepate bilis in ventriculum reiicitur; à liene melancholicus humor: pituita in ventriculo ardore concreſcit. Ita malus æruginoſus, pinguis, & admodum flauus, porraceus, liuidus, niger. talia vomitu elidi funeſtius adhuc eſt, quàm ſeceſſu. nam d. Celſus. 2. lib. 6. In omni morbo vomitus, qui varius & multorum colorum eſt, præcipuéque ſi malus in hoc odor eſt, ac ſanguinem quoque in febre vomuiſſe peſtiferum eſt.

7 Nam morticinam facultatis ſignificat. Itaque citiſſima venit mors, quando putredini fœtidæ adiicitur ſignificatio partium emortuarum principum: quod notamus ex vomitu liuido & fœdo.

8 A putredine; extincto calido natiuo, omniaque incurrente calido morbifico. Bene iungit fœtorem: nam interdum liuida ſine pernicie excernuntur, vbi abeſt fœtor.

9 Quia nulla putredo eſt ſalutaris: nec vlla res propiùs à morte abeſt, quàm ipſa putredo. Si fœtor ille conſociatus fuerit peſſimo colore, vt liuido, aut atro, mortem in procinctu eſſe ſignificat: cum aliis autem coloribus, malum ſimpliciter ſignificat, aut ſeipſo deterius eſſe, vt ait Vega.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVIII. 1 Πτύελα 2 χρὴ ὁκόσα 3 πᾶσι τοῖσιν 4 ἀλγέουσι τοῦτο σφέα ἢ 5 πνεύμονα καὶ τὸν θώρηκα, 6 ταχέως τε ἀναπτύειν, καὶ 7 ὡπτεύειν.

XXXVIII. 1 *Expectoratum* 2 *verò in* 3 *omnibus* 4 *morbis qui in* 5 *pulmones & thoracem inciderunt,* 6 *citò &* 7 *expeditè expectorari debet.*

Commentarius.

1 Ita ratiocinatur. Is pryaliſmus ad ſalutem præclarè facit & apparet, ex quo ſignificatio fit integræ facultatis animalis, & libertatis meatuum qui ſunt in thorace, vegetæque naturæ, (actionis nat.) & bonitatis materiæ: At ille qui fit intra quaternarium primum, id eſt, citò, & expeditè, eſt huiuſmodi. Igitur.

2 Id eſt, materia expectorabilis, quæ proprium pulmonum & thoracis eſt excrementum: & ad illarum partium affectiones benè vel malè apparet & facit. πτύελον eſt excreta illa materia quæ peripneumoniam vel pleuritidem facit: ſiue ea ſit praua, ſiue cruda, ſiue cocta. Nam licet Hippocrati, 1. aph. 12. ſolam coctam ſignificet κατ' ἐξοχὴν, alibi tamen in ea qualitate accipitur. Huius autem efficiens cauſa eſt duplex: Vna mouens, 68. muſculi intercoſtales, qui valent ad exſufflationem, & non inſeruiunt reſpirationi. nam reſpirationi 12. muſculi inſeruiunt. Altera cauſa eſt impellens vel deducens, ipſa nimirum fuligo; quæ vi & libertate muſculorum intercoſtalium, arteriæ venoſæ, & bronchiorum pulmonis è ſiniſtro cordis ventriculo effertur, ſecum deducens quicquid in illis anguſtiis deprehenderit. Bronchia enim pulmonis non ſunt ex larynge, ſed ſunt canaliculi illi minimi arteriæ venoſæ, per corpus pulmonis diſperſi. Tertia cauſa, inſtrumenti rationem obtinet, ipſa nim. materia. vide Gal. 3. acut. de oxymelite.

3 Nam dolor hîc pro morbo ponitur. vt ibi in Cranone vetuſti dolores, 6. epid. 1 9.

4 Vbi nim. inflammatione tenditur tenuis membrana quæ cingit, hinc aliquid reſudat, vt in ophthalmia:

thalmia : tenue initio & crudum; dein cocta & craſſa. Si autem anguſti ſint pori, nihil exudat; & trahitur morbus. Vbi igitur ptyelum nec craſſius nec tenuius fuerit, commodè expuitur.

5 Id eſt, in peripneumoniâ & pleuritidem. Nam coctionis & cruditatis ſigna petuntur ex vrinis, deiectionibus, & expectorato d. Gal. 1. criſ. 14. Deiectiones ventris oſtendunt diſpoſitiones, vrinæ, vaſorum, iecoris, & ſuorum ductuum : expectoratum verò partium ſpirabilium.

6 Id eſt, intra primum morbi quaternarium : id eſt, primis tribus diebus. nam tunc non vltra ſeptimum protogabitur. Non enim iſtud refertur ad modum expuendi, ſed ad totius morbi tempus. nam Anaxion, ex quo materiam expectorare incipit, non ante 34. diem morbi materiæ expectorandæ finem fecit.

7 Id eſt, inde ſignificatur quòd expectoretur ſine vlla tuſſis vi, & vllo dolore, aut vlla difficultate ſpirandi. Ex quo ſignificatur vis muſculorum intercoſtalium ; ideóque integræ facultatis animalis : ac dein libertas venoſæ arteriæ, ac bronchiorum pulmonis: tum etiam naturæ in coquendo vis, cum materiæ (non tenuis non craſſæ) ipſius bonitate coniuncta. quare tuſſis non admodùm fatigat. Itaque inde fit ſignificatio quòd facultas, iſtrumentum, (dolore vacuum) & humor ſint optimè ad excluſionem parata. q. Optimum expectoratum eſt album, cum flauedine, læue, æquale, nec tenuius nec craſſius: tale autem eſt quod ταχέως & εὐπεπέως expectoratur. quare hæc includit Hippocrates. At ſubflauæ, ſubpallidæ, & ſpumoſæ ; & tenues expuitiones, ſolam cruditatem, & non grauius malum denunciant. At abſolutè crudum eſt, quod nullo modo expuitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIX. 1 Ξυμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ χαῦδον 2 ἰχῤῥώδεϊ πτλυέλῳ. XL. Εἰ δὲ 3 πολλῷ ὕστερον μᾶλλον ἀχρὶς ἢ ὠδμήκει ἀναπίνοιτο, 4 χαῦδον εἶεν, ἢ 5 πυῤῥὸν, ἢ 6 πολλὸν βῆχα παρέχει, * καὶ 7 μὴ ἰχῤῥῶδες ξυμμεμιγμένον, 8 χεῖρον γίνεται.

XXXIX. *Tum autem* 1 *flauum* 2 *exquiſitè permixtum videri illi ipſi expectorato.* XL. *Nam ſi* 3 *multò poſt morbi ipſius principium expectoretur aut* 4 *flauum quid, aut* 5 *ruffum, aut quod* 6 *multam tuſſim adferat,* 7 *neque exquiſitè permixtum ſit,* 8 *deterius eſt.*

COMMENTARIVS.

1 Id quod, eſt exquiſitæ coctionis ſignum illius materiæ quæ morbum facit : hoc eſt, illius quod reſudat ex phlegmone thoracis, aut pulmonum. Commendat quod admodum eſt commixtum, robore naturæ coquentis & commiſcentis : non quod admodum flauet. Si quarto die tale fuerit, tunc ſeptimo erit album, læue, & æquale.

2 Q. d. itaque citò & expeditè expectoretur, & ſi quid adſit flauum, cum ſputo admodùm miſceatur. quare ἰχῤῥῶδες non ad flauum referendum, ſed ad miſtionem.

3 Vt poſt ſeptimum, aut etiam decimum quartũ diem. Iam opponit hoc πολλῷ ὕστερον ei quod primùm dixerat ταχέως. & πολλὸν βῆχα παρέχον hîc, quod modò dixerat εὐπετέως. & μὴ ἰχῤῥῶδες ξυμμεμιγμένον &, vel χαῦδον ἢ πυῤῥὸν hîc, opponitur ei quod primùm ſcripſit ξυμμεμιγμένον ἰχῤῥῶδες. Ita ex ſuo more, ad contraria venit.

4 Simplex aut malè permixtum expectoretur.

5 Prout nim. fuerit materiæ pleuriticæ, vel peripneumonicæ conditio. Ponit enim hîc duas tantùm horum affectuum cauſas, ſanguinem nim. & bilem. Nam non nouit Hippocrates alias pleuritides quàm ſanguineas, & bilioſas. Aput nos enim pituitoſas euenire indicat ſputum.

6 Cum difficili reſpiratione coniuncta. cùm nim. tanta bronchiis excrementa hærent, vnde interdum ægri redduntur anheloſi, nec poſſunt aerem conuenienter ducere, & fuliginem excludere: quia per bronchia vt aer intrò trahitur, ita fuligo per eadem excluditur. Nam quum materia citò ſinéque dolore vacuatur, tuſſi pauca opus eſt.

7 Vnde ſignificatur cruditas & contumacia materiæ pepaſmum fugientis.

8 Nam poſt 7. diem cùm tale apparet crudum aut prauum, diututnitas ſignificatur morbi. Si autem nihil intra decimumquartum diem expectoretur, pleuritis in ſuppuratum mutatur, 5. aph. 8.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLI. 1 Τὸ δὲ χαῦδος ἀχρὶς εἶον, 2 κιρσωμένῃσι· τὸ δὲ λιπαρὸν καὶ 3 γλίσχρον καὶ 4 ῥοφοῦλον, 5 ἀλυσιτελές. XLII. Κακὸν δὲ καὶ τὸ 6 χλωρὸν ἐὸν χάρτα καὶ τὸ 7 ἀφρῶδες. XLIII. Εἰ δὲ εἴη ὅτως 8 ἀχρὶς ἐὸν, ὥστε καὶ 9 μέλαν φαίνεσθαι, 10 δεινότερον ἔτι τοῦτο ἐκείνου.

XLI. 1 *Tum id quod eſt flauum atque meracum,* 2 *periculi plenum eſt : quod verò eſt album & lentum ;* & *rotundum,* 4 *prorſus eſt* 5 *inutile.* XLII. *Prauum eſt etiam* 6 *pallidum admodum &* 7 *ſpumans, &c.* XLII. *Quodſi expectoratum ita* 8 *meracum ſit, vt* 9 *nigrum videatur, de hoc* 10 *omnium maximè verèri oportet.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, mixtionis alieni humoris, aut ſeri naturalis ab incendio expers.

2 Quòd materia toto genere ſit praua.

3 Ita 1 ac. 33. d. ſi aſſiduus ſit dolor lateris, qui calidis fomentis non cedit, nec expectorat, ſed καταγλεχαινόμενον ἀπεπέως, id eſt, admodum glutinoſum ſit excrementum citra coctionem ; ſi quis huic, non ſoluto dolore ab aluo ſubducta, aut vena ſecta, priſanam propinauerit, præcipitem aget in mortem. Quod coquitur, modicè glutinoſum euadit ; non tamen καταγλεχαίνει, id eſt, ſummè glutinoſum fit : & ideò addit ἀπεπέως, id eſt, ἀπέπτως, id eſt, incoctibiliter: hoc vocat hîc lentum & rotundum. nam tale aſſatum eſt, non coctum. fit à materia lenta & ardore partium, vt bronchiorum vbi hæret materia hæc.

4 Ab inæquali aſſatione.

5 Quia non excluditur morbi materia continens. Nam illud quod excluditur, non eſt materia pleuritidis, ſed materia pituitoſa, & ſegregata à ſanguine : vel à materia pleuritidem efficiente, quæ thoracis incendio concreſcit. Id eſt mali moris ſignificat pleuritidem : nam ἀλυσιτελὲς ſignificat βλαβερόν. βλαβὲς autem perniciem ſignificat. Hinc nota, cùm dicit λιπαρὸν, quòd pituita ſegregata à ſanguine, non tranſeat in atram bilem. Q. d. flauum permixtum eſſe debet expectorato : at hoc in his non fit. vt ſi ſpumoſum fuerit expectoratum, à pituita : pallidum, à bile : nigrum, à melancholia : rubrum, à ſanguine: quæ ſinceritas ſanguinis, ſola non praua eſt d. Gal. 2. progn. 47. ita quæ hîc.

6 De pallore vide 1. progn. 10. & 2. progn. 10. & 3. prorrhet. 7. & 2. ac. 22. A retorrido æſtu admodum pallet.

7 Ex aërea & pituitoſa ſubſtantia mixta. Vide hîc Galenum de ſpumæ generatione, 2. progn. 47.

8 Id eſt, mixtionis ita expers, aut alienæ materiæ, aut ſeri proprij. Sed potiùs ſeri proprij, vt planè ſit craſſum, & retorridum, exhauſto proprio ſero, caloris vi, & incendio.

9 Mutatione humoris ſanguinei & bilioſi ad ſummum progreſſa.

10 Nam hoc malum eſt vt ſignum, & vt cauſa. Vt ſignum, nam cùm omnis pepaſmi ſit expers, nec ſit naturæ, & validum incendium arguit. Vt cauſa,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 267 sur 513

©BIUM

nam talis materia grauiorem morbum efficit; partem, vnde manat rodendo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIV. Κακὸν δὲ καὶ ὅτ᾽ 1 μηδὲν ἀναχθείσῃ, μηδὲ πεσσὸν ὁ πλεύμων, ἀλλὰ πάρεσθον, 3 ἔχῃ ἐν τῇ 2 φάρυγι. XLV. 4 Κεφάλαι δὲ, καὶ 5 πλαμοὶ ὅσοι πάσαι τοῖσι πρὸ τοῦ 6 πεπυρωμένοισι, ἢ 7 ἐπηρμένοις, 8 κακόν. Αλλ᾽ ἐν τοῖσιν νεοήμασι τοῖσι θυσαπαθέσιτοισι, οἱ 9 πλαμοὶ 10 λυσιτελέουσιν.

XLIV. *Malum etiam est si* 1 *nihil expectoretur, nec quicquam pulmones excludant,* * *sed à materia morbifica obsiti, in* 2 *gutture* ; *ferueant.*

* *vel*: sed plenus ferueat in gutture.

XLV. 4 *Grauedines &* 5 *sternutamenta pulmonibus morbo obsessis, aut* 6 *precessisse, aut* 7 *incidisse,* 8 *malum. Sed tamen in aliis morbis, alioqui funestissimis, quæ incidunt* 9 *sternutamenta* 10 *iuuant.*

COMMENTARIVS.

1 Nam hoc naturæ infirmitatem, materiæ contumaciam, & meatuum obstructionem significat, aut doloris magnitudinem. Atque in peripneumonia homines redduntur orthopnœici: quod neque spiritum ducere, neque fuliginem excludere possunt: in pleuritide verò purulenti redduntur. Gal. 5. aph. 8. vocat ἀναχαθαίρειν purgationem per sputum.

2 Hîc nota quod φάρυγξ in masculino pro larynge ponitur: quia in fœminino fauces significat.

3 Q. ebulliens aqua sonans, conniuentibus pulmonum vasis, vnde murmur. quod fit dum obluctatur humor exiens subeunti aëri: quòd ille tunc humor atteritur ab aëre qui inspiratur. Vt etiam euenit in orthopnœa & asthmate. & cum morbo acuto, cuius focus in pulmone, in procinctu esse strangulationem denotat.

4 Κίφυζα nomen est Hippocrati, quo tenuis & serosa pituita per nares euacuatur. Celsus grauedinem interpretatur. Aliàs pro omni genere catarrhi vsurpatur 6. epid. 2. licet veteres ad nares præcipuè transtulerint. Malè igitur desiderat Gal. hîc nomen catarrhi tanquam omissum.

5 Sternutamentum est expulsio materiæ incitato thorace, collectis magna vi musculis intercostalibus, vt collecta fuliginosi spiritus circa nares & anticam cerebri partem, magna copia excludatur. Causa est oppletio vel calfactio, vel humectatio partis inanis cerebri id est, ventriculorum cerebri, vel cerebri circumferentiæ. Materia autem quæ excluditur, ea est quæ nares, vel ossa ethmoïdæa vellicat, quæ aut cerebro, aut ex illis viis excluditur. 7. aph. 51.

6 Quia replent pulmones malis succis.

7 Quia indicant tantam copiam pulmone conceptam, qua cerebrum etiam implent: magnam itaque affectionem indicant.

8 Vtrumque malum, vt signum & vt causa. Catarrhus vt signum, nam vaporum copiam significat & fuliginis, excitatæ ab incendio pulmonum, vnde oppletur cerebrum; & rursus pulmones incendio conflagrantes à cerebro catarrhum detrahere: vt causa, quia vehementior redditur affectus detracto in pulmones catarrho, & respiratio impeditur.

9 Sternutamentum verò vt signum, malum est, si præcesserit: vt causa, si successerit. Sternutamenta quidem in cephalalgia diuturna, in catarrho diuturno, in secundarum suppressione, & præfocatione ab vtero quæ fit, sublato respirationis vsu: hac enim ratione materia illa venenata, quæ ipsius est causa, excluditur. Omnis enim suffocatio ab vtero fit, aut impeditis respirandi instrumentis, aut sublato respirationis vsu. Impediuntur respirationis instrumenta, mutato vteri habitu, vt cùm vteri vincula distenta sunt, & vterus se ad partes superiores (licet hoc neget Gal.) colligit, & diaphragma comprimit: Itaque difficultas spirandi sequitur. Qui morbus admotis graueolentibus ad nares, ad vterum verò suauibus curatur. quia vterus à fœtidis fugit, & suaueolentia amplectitur: quemadmodum etiam ventriculus facit. Vsus autem respirationis tollitur, dissipato spiritu, & refrigerato calore cordis ab aura venenata, cuius causa est seminis aut menstrui corruptio. Atque hæc causa suffocationis cadit in viduas & virgines; & non in eas quæ amplexibus viri fruuntur. 5. aph. 35. & 2. epid. 2. 45.

10 Vt etiam coryzæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVI. Αἷμα 1 ὃ ξυμμεμιγμένον 2 καὶ πολλῷ πλεῦσαν ξανθὸν ἐν τοῖσι πεπεπτευμονικόσιν, 3 ἐν ἀρχῇ μὲν ἐὸν πλῆθος, * πεπεπτικὸς, 4 καὶ κοῦφα ὠφελέει. 5 Ἑβδόμαιον δ᾽ ἐόντα καὶ παλαιότερον ὀξέος, ἀσφαλές. XLVII. Πάντα δὲ πλεῦσα 7 πεπλεῦσα, σαλυγρά ἐστιν, ὁκόσα ἂν τῶν 8 ἐδυνίων μὴ παύῃ. Κάκιστα δὲ τὰ ἐν ὑγρῇ ἀκελαίᾳ, ὡς διαγέγραπται. Τὰ δὲ 10 πεπεπτευμένα ἐδυνίων, πάντων ἀμείνω ἀναπτύοντα.

* πεπεπτικὸς, *concoctorium.*

XLVI. *Expectoratum* 1 *flauum* 2 *sanguine non tam multo perfusum, quod peripneumonicis* 3 *ineunte morbo expectoratur,* 4 *ad salutem apparet, mirificeque prodest.* 5 *Septimum verò diem agenti aut vlterius progresso,* 6 *minus à metu securum est.* XLVII. *Expectorata verò omnia sunt* 7 *calamitosa quæcumque doloris & morbi* 6 *remissionem non adferunt. Sed pessima sunt* 9 *nigra, vt antè à nobis proditum est. Quæ verò* 10 *dolorem sedant, omnium maximè ad salutem expectorantur.*

COMMENTARIVS.

1 In peripneumonia sputum mixtum esse debet ex bili & sanguine: nam merum Erysipelas rarò fit: & si fuerit merus sanguis, illius facilè pars in bilem vritur: vel ex sanguine & bile mixtis erit. Hæc perfectè mixta, colorem medium gerent inter flauum & rubrum.

2 Exudante sanguinis sero ab inflammatione pulmonis rarefactâ & non ampliùs distenta pulmonis membrana. vnde significatur materiæ bonitas, & partis accommodatæ ad salutem conditio, cum vi naturæ coniuncta. Nec plurimo sanguine perfundi debet: quod bilis copiosè exsudate potest ex læuibus in asperas arterias; sed parum sanguinis, ob crassitiem. Nam copiosus sanguis venæ ruptionem significaret: sed hîc qui eliditur sanguis, similis est ei, d. hîc Gal. qui resudat ex gingiuis per diapedesin. Non tamen hîc colorem laudare nititur, sed mixtionem, vnde coctionis effulget vegeta vis.

3 Id est, intra primum quaternarium 1. aph. 12. nam celerem id coctionem & crisin præsagit. Igitur quæ septimo vel post septimum ita apparent, longiorem morbum significant: & id minùs securum.

4 Id est, bonum est vt signum & vt causa: quia natura alleuatur.

5 Id est, exactis duabus periodis.

6 Verendum enim est, ne ad pepasmum diuturni & vehementis morbi natura sufficere non possit. Licet huiusmodi sputum specie sit salutare.

7 Vt enim quæ cum prauis signis alleuantur, ita quæ cum salutaribus nihil concedunt, sunt calamitosa, 2. prorrhet. 17. Atqui in peripneumonia, exempli causa, ex eo sputo non alleuante significatio fit, per incendium, id est, intemperiem hecticam incurabilem, attrahi continenter è cerebro pituitosum humorem, & è corde per venam arteriosam sanguinem aëreum. quæ duæ partes principes exhaustæ, Tabis consequutionem adferunt, & inde mortis.

8 Non leuant, quia non excernitur morbifica materia, id est, non excernitur tale quale decet.

9 Liuida

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 268 sur 513

9 Liuida etiam, q.d. inter ſputa non ſedantia dolorem, peſſimum eſt nigrum: nam indomitam corpore paſſionem conceptam eſſe ſignificat. rubrum autem, aut pallidum, minùs calamitoſum eſt.

10 Nam talia purgantur qualia oportet. Nam naturæ habitus ita reſtituitur, & cauſa morbi continens excluditur. Ita nigra etiam abiecta proſunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVIII. 1 Ὁκόσα δ' ἤδη ἀλγημάτων ἐκ τετέων ἤδη χωρέοντα μὴ πάντα, μήτε ἁθρόα 2 τοῖς ἤδη πυέλοιν κρήσιος, μήτε ἁθρόα τέων 3 τῆς κοιλίης ἐκκρίσιον, μήτε ἁθρόα τοῖς 4 φλεβοτομίης τε, καὶ 5 φαρμακείης, καὶ 6 διαίτης, ἐνδέεται δὲ 7 ἐκπυήσαντα.

XLVIII. 1 *Iam verò quorum dolorum, qui in thoracem & pulmones incidunt, remiſſio nulla adfertur, neque 2 materiæ expectorabilis purgatione, neque 3 alui deiectione, neque 4 venæ ſectione, & 5 medicamento purgante, atque etiam 6 diætâ ipsâ, 7 ſuppuratum futurum ſcire oportet.*

COMMENTARIVS.

1 Enarrat ideas cunctas purgationum, quarum vi, thoracis & pulmonis morbi mitescere ſolent: nam his morbificus ſuccus excludi ſolet. Si itaque hic dolor ſolus moleſtus ſit d. Gal. citra alia ſigna mala.

2 Nam exſudat ſenſim in aſperas arterias.

3 Nam interdum natura materiam morbificam hac relegat: & quod reſtibile permanet, exhaurit per obſeſſam partem, vel expectorat.

4 Vt 2. ac. addit Celſus cucurbitas.

5 Vt 2. ac. 10. 11.

6 Cùm diſcutit materiam morbificam natura, præclarè ab inſtituta diæta recreata. addit Hip. 2. ac fomenta. Interdum ab his iunctim cunctis ſuperatur malum.

7 Intra decimumquartum diem. q. d. decet ab his remediis auxilium expectare, intra 14. diem: ſi nihil attulerint commodi interim, in ſuppuratum abit. 5. aph. 8. per ſuppurationem hîc non intellige expurationem: ſed ſucci collecti in parte occupata ab flammatione in pus commutationem. Sed languidiores intra 14. diem moriuntur. Vel interdum ad 20. excurrit morbus in ſuppuratum: ob materiæ contumaciam, vel caloris inopiam. 7. aph. 38. ſuppuratum d. Gal. medium quid eſt, inter morbi materiam quæ ilicò expectoratur & diſſipatur: & inter inſuperabilem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIX. Τῶν δ' 1 ἐκπυημάτων ὁκόσα ἤδη ἐπὶ χυλώδεος ἐόντα τῇ πυέλῃ ἐκπυίσκεται, 2 ὀλέθεια κάρτα, λὶν τε 3 ἐν μέρει τὸ χολῶδες τῇ πύῳ ἀναπύοιτο. 4 λὶν τεαμεῖ. 5 Μάλιστα δὲ λὶν ἄρξηται 6 χωρέειν τὸ ἐρεθιόμενον ὑπὸ τετέων τῇ πύελῃ. 7 ἐβδομαίῳ ἑόντος τοῦ πρήγματος. Ελπὶς δὲ ἤ τε τοσαῦτα πύου ἀποδυναιεῖς 8 τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ μὴν μήτε αὐτόθεν ὀπτηχθῆναι ἀγαθόν.

XLIX. *At 1 ſuppuratorum quæcumque bilioſo adhuc expectorato ſuppurant, 2 periculi plena ſunt, ſiue illud bilioſum 3 per ſe, ſiue puri 4 permixtum expectoretur. 5 Ac ſanè potiſſimùm ſi illud ſuppuratum 6 caperit * expectorari ab eiuſmodi ſputo, 7 morbo ad ſeptimum diem progreſſo. Atque eum qui talia expectorat, metus eſt interiturum 8 decimoquarto morbi die: niſi 9 aliquod bonum ſignum ſuperuenerit.*

* procedere

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, dum expectoratum adhuc bilioſum eſſet, proinde crudum ac prauum, atque pepaſmi expers, quod coqui nequit. Huiuſmodi ſuppuratum quia in qualitate peccat, eſt malum vt ſignum, & vt cauſa. vt ſignum, quia indicat graues partium internarum affectiones. nam ſignificatio inde adfertur, partem ſuppuratam eſſe in abſceſſu, partem autem ſub forma bilis permanere: quare calor robuſtarum partium obſeſſarum non eſt par huic materiæ bilioſæ. epid. 6. 1. 14. Vt cauſa, quia plus afficit partes, quàm priùs erant affectæ.

2 Id eſt, valdè lethalia: quod illa puris inæqualitas, materiæ contumaciam, & naturæ infirmitatem ſignificet. Inde adeò omnes chirurgi vno ore affirmant, pus bile perfuſum, toto genere prauum eſſe & partem erodi, & naturam labefactatam iri, quòd bilis illa pepaſmi omnino ſit expers. At ſi ſanguine perfunderetur, minùs id malum: quòd ſanguis ille non ſit ἄπεπτος.

3 Separatim, vel viciſſim.

4 Hoc eſt, ſi ſimul bilis & pus, id eſt, mixta proueniant.

5 Scilicet tum ſpes in anguſto eſt, cùm nim. pars ſuppurat, pars bilis remanet, pars tamen ſuppurata ſeparata eſt à bile. Si talis ſeparatio incipiat apparere ſeptimo, id malum: nam firmum iudicium criticis diebus fit. Cùm enim dies ille validam naturæ vim indicet, vna ſignificatur indomita morbi materia, quæ nec viuida vi naturæ mitigari potuit.

6 Quòd tunc, in tanto progreſſu, ob materiæ contumaciam, pepaſmi difficultas oſtendatur. Et quæ toto genere praua ſunt, deteriora apparent, quæ in dies incidunt criticos, quàm quæ in alia morbi tempora.

7 Q. d. ſuppuratamala ſunt, quæ pus & bilem mixta habent. non tamen omnia, ſed quæ ſeptimo die rupta fuere; quod ratò fit.

8 Quod eſt longiſſimum. vt enim concoctio primæ ſeptimanæ ad ſalutarē criſin apparet, ita & prauitas ad mortem, vel ad deterius. Igitur qui bilioſum & purulentum ſpuunt, 14. moriuntur, vbi à 7. die talia expectorare cæperint. hoc eſt citiùs aut tardiùs 14. die: vt ſignorum fuerint vires: nam ſi æqualia fuerint bona malis, 14. cadet: vt abundè demonſtrat hîc Galenus: vbi etiam Hippocraticum morem indicat, in ſignificantibus vocibus, quæ ad ſalutem vel ad melius; vel ad mortem & deteriùs ab eo referuntur.

9 Qualia ea quæ in ſequenti prognoſi.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

L. Ἐσὶ δὲ 1 τὰ μὲν ἀγαθὰ, τό τε δι. δυσετίοις φέρειν τὸ νόσημα εὔπνοιν εἶναι· [τῆς ὀδυνέης ἀπαλλάξθαι· τό, τε 2 πύελον ῥηϊδίως ἀναδέδοσθαι· τό, τε 3 σῶμα ὁμαλῶς φαίνεσθαι θερμὸν τὸ ἔξω καὶ μαλθακὸν· καὶ ὕδρωτα μὴ ἔχειν· ἔρα δὴ καὶ διαχωρήματα, καὶ ὕπνους, καὶ ἐγρηγόρσιας, ὡς διαγγελοῦσι· ἔκρισιν εὐθέως ἀγαθὴ ἔσεσθαι ὀδυνηρεῖς· 4 ἔστι μὲν γὰρ ἀπέπτων τετέων ὀδυνηρολύσιος 5 ἐς ἂν ὑποδύσῃ ὁ ἄνθρωπος. LI. 6 Ην δὲ 7 τὰ μὲν τοιαῦτα αὐτέων ὀδυνήσεται, τὰ δὲ μὴ, 8 ἢ πλείονα χρόνον ζήσας ἢ πεντεκαιδεκαταίου ἡμέρας, ὑπόλοιπ' ἂν ὁ ἄνθρωπος.

L. *Sunt autē 1 ea quæ ſequūtur bona & ſalutaria: modicè & leniter morbum perferre: ſpirare facilè: dolorem ſedatum eſſe: tum etiam 2 expectoratum facilè iuſſiendo reiicere: tum 3 corpus videri æqualiter calidum & molle: & ſitis expertem eſſe: tum etiam vrinas & deiectiones, & ſomnos, & ſudores, vt ante à nobis eſt definitum. * hac omnia per ſe quæque intelligere commodo natura fieri. Nam ſi hæc 4 ita ſuperueniant, 5 fieri non poteſt vt homo moriatur. LI. 6 Quod eorum 7 quædam inciderint, alia verò non, 8 non vltra decimumquartum morbi diem vitam producens, fieri non poterit, quin intra illud tempus moriatur.*

* alij: hæc ſingula noſſe conuenit, vbi accidunt bona eſſe.

COMMENTARIVS.

1 Signa pleuritidis pathognomonica & epiphænomena proponit, & dein communia. Enumerat ſalutares & calamitoſas notas, quæ variè iunctæ expectorato commemorato bilioſo & purulento, arguunt calamitatē aut vitā. Etſi moriturus, an in die decimoquarto, vel potiùs ante, aut poſt. vt hîc annotat Gal.

ſi

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 269 sur 513

©BIUM

si cui conualescendum sit, cuncta symbola bona adsint necesse est: si moriendum, vel vnicum malum sufficerit: reliqua citiùs aut seriùs moriturum tantùm arguunt.

2 Hæc sunt epiphænomena.

3 Communia signa.

4 Vt commodò naturæ fieri & apparere videantur.

5 Q.d. licet illius expectorati excretio sit calamitosa, quatenus est biliosa, tum etiam ratione materiæ contumacis: quia tamen illud expectoratum remissionem adfert omnium symptomatum pleuritidis & peripneumoniæ, credibile est eam materiam, specie lethalem, vi naturæ potiùs, quàm symptomaticè excerni: & præterea, quia consequuntur laudabilia excrementa, & salutis signa totius corporis, credibile est, non amplius superesse focum morbi; sed totam materiam collectam exclusam esse: neque aliunde aliam affluere. Ita vt specie possit esse excretio calamitosa, non tamen reipsa.

6 Quæ nim. modò diximus.

7 Quæ contra naturam esse videntur: nec vlla remissio symptomatum pathognomonicorum adfertur ab excretione sputi biliosi vel purulenti. quamuis alia vniuersitatis signa communia sunt è natura: quia in morbis lethalibus, plus valet ad mortem vnum signum funestum proprium, quàm infinita bona communia ad salutem.

8 Vt nono die, vndecimo, aut ad summum decimoquarto: pro symptomatum ipsorum vehementia aut remissione: præsertim si die septimo calamitosum illud sputum expectorari cæperit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LII. 1 Κατὰ δὲ τὰ 2 ἐναντία τούτων, δυσπνοίας φέρει πλεῖστον, 3 πτύσμα μέγα καὶ πυκνὸν ἐὸν, πλεῖον δ' ἢ μιῇ παιδὸς, τὸ πλεῦμον 4 μόλις ἀναδίδωσιν, 5 διφθοῖ κάρτα, τό, τε σῶμα ὑπὸ πυρὸς ἀνωμάλως ἔχειν, καὶ ὁ μὲν πλεῖστος καὶ τὰς πλευρὰς θερμὰς ἔχειν· ἰσχνὰ δὲ μέτωπον καὶ πτέρυγες καὶ τοὺς πόδας ψυχοὺς, οὖρα δὲ καὶ διαχωρήματα, καὶ ὕπνους καὶ ἱδρῶτας ὡς διαγένηται ἕκαστα εἰδέναι κακὰ ἐόντα. Οὕτως γὰρ εἰ * ὑποψύχοιτό τι τοῦ πλεύμονος τούτων, † ὑπόλοιτο ἂν ὁ ἄνθρωπος πρὶν ἢ ἐς τὰς τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας ἀφικέσθαι, ἢ ἑπτακαιδεκάτης, ἢ ἐνδεκάτης. Οὕτως οὖν ξυμβάλλεσθαι χρὴ, ὡς τοῦ πλεύμονος τούτου διαπεπθεότος ἐντὸς μάλα, καὶ οὐ θερμαίνοντος ἐς τὰς τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας.

* ὑποψύχοιτό τι alia ὑπηψύτο τι. † ὑπόλοιτ' ἂν

LII. 1 *Sunt autem* 2 *contraria his mala signa, graviter & cum anxietudine morbum perferre ac pati,* 3 *respirationem magnam & frequentem esse, dolorem nullo modo sedari, expectoratum* 4 *vix tussiendo educi,* 5 *ardere siti, ipsumque corpus à calore inæqualiter affici, vt tamen* 6 *venter & thorax conflagrare incendio videantur, frons autem, manus, & pedes frigore contra naturam obrigeant; vrinæ etiam, deiectiones, & sudores, vt à nobis definitum est, suo proprio quæque vitio laborare videantur. Nam si quid horum [symptomatum] vnà cum sputo illo [septimo die expectorato] inciderit, fieri non potest quin moriatur ager priusquam ad decimumquartum diem pervenerit, aut nono, aut vndecimo. Atque itahoc modo signa inter se conferre oportet, cùm hoc sputum maximè sit funestum, nec ad decimumquartum diem morbi ægrum relinquat superstitem.*

Commentarius.

1 Summa huius prognostici est: Illa suppurata sunt calamitosa, quæ bile permixta septimo die rumpuntur, & nullam symptomatum pleuritidis vel peripneumoniæ propriorum remissionem adferunt. Quippe cùm ipsa sunt signa magnarum, quæ corpori insunt, affectionum: Et cùm hæc tum tempore excretionis, tum excrementi qualitate, symptomatica sint & calamitosa; tunc verò planè funesta erunt, & in propinquo mors erit, si ad illam accesserit summa totius corporis infirmitas; & omnis œconomiæ naturalis, in coquendo, digerendo, & excernendo, deprauatio: quæ percipitur signis communibus, vrinæ, sudorum, & deiectionum. Vt si vrinæ sint prauæ, sudores symptomatici, deiectiones excrementi specie, & excernēdi modo calamitosæ.

2 Coniuncta scilicet cum illo sputo biliosò & purulento, quod septimo die expectoratur.

3 In peripneumonia: vel paruam & frequentem, in pleritide. Respiratio magna & freqnens propriè pertinet ad incommoda cordis, non autem ad dolorem thoracis. ideóque locus non caret suspicione.

4 Quia cunctatur in pulmonum bronchiis.

5 Vi febris, & morbi pulmonum.

6 Alterutrum, vel vtrumque.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LIII. Τὰ δὲ ὀπηνώδεα τε κακὰ καὶ ἀγαθὰ ξυλλογιζόμενον ἐν τούτοισι, χρὴ τὰ 2 ἀναρρήγνυσθαι ἀναλέγειν. οὕτω γὰρ ἂν τις 3 ἀληθέα μάλιστα. LIV. 4 Αἱ δ' ἄλλαι 5 ἐκπύησις, ῥήγνυνται αἱ πλείσας, αἱ δὲ εἰκοστέαι, αἱ δὲ τριηκοστέαι, αἱ δὲ 6 πεσσερακοστέαι, 7 αἱ δὲ πρὸς τὰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνέονται.

LIII. *Cum itaque* 1 *ex iis quæ mala bonaque incidunt, subducta omni ratione, collegeris, tum* 2 *præsensiones affari oportet. sic enim maximè vera* 3 *prædixeris.* XLIV. 4 *Aliorum autem* 5 *suppuratorum vomicæ, sæpe rumpuntur aliæ quidem vigesimo die, aliæ vero trigesimo, aliæ etiam* 6 *quadragesimo; existunt etiam* 7 *quæ ad sexagesimum diem perueniunt.*

Commentarius.

1 Commemorata nim. si incidant in suppuratum bile permixtum, septimo die ruptum.

2 Quàm certo appareant ad salutem vel mortem.

3 Nam si non symptomatica vi, sed naturæ vi huiusmodi sputum excludatur. & illa exclusio remissionem adferat symptomatum pleuritidis propriorum, & accedat integritas naturalis œconomiæ in vrinis, sudoribus, & deiectionibus, salutem prædices. At si symptomatica ratione eueniant, & nulla sequatur symptomatum remissio, sed simul accedat summa naturalis œconomiæ deprauatio, mortem prædices. Iterum si Dioni accidat eo die huiusmodi sputum, cum remissione symptomatum propriorum, sed adsit deprauatio naturalis œconomiæ: Socrati verò id sputum accidat sine remissione propriorum symptomatum, sed accedat integritas naturalis œconomiæ; periculosiùs laborabit Socrates quàm Dion. quia plus facit ad mortem vnum signum proprium malum, quàm ad salutem decem communia bona.

4 Primùm dixit rumpi suppuratum interdum septimo, vel decimoquarto. sed quia rarò ita citò, iam narrat in quibus diebus frequentiùs in thorace & pulmone rumpantur. †Acris enim succus admodum is, qui tegmen id septem diebus rumpit. Sed plerumque rumpuntur 20. 30. 40. 60. die. computando à prima die non ægrotationis, sed qua cepit puris generatio.

5 Quæ à commemorato materiâ aut loco differunt, aut vtroque, id est, magna ex parte rumpuntur die 20. 30. 40. nonnulla 60. sed quæ permistam bilem habent, de quibus priùs, citiùs rumpuntur, rarò tamen 7. die rumpuntur d. Gal. calidior locus faciliùs rumpitur, & mollior, & ex humore qui est calidiore. his adde res naturales, & non natiuas.

6 Vt acuti ἐν μεταπώσεως, q. in aliam naturam migrans.

7 Nim. quæ materiâ & loco frigidiora sunt, & quorum materia crassior est, & membrana ergastuli densior. Maturiùs enim conficiuntur quorum materia est

est calidior, & locus tumore obsitus calidior, vt caro est: & maturiùs etiam rumpuntur pro ratione membranæ continentis rarioris.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LV. 1 Ἐπισκεπτέος δὲ ἀπὸ 2 τοῦ αἴτιου τὸ ἐμπύημα καὶ ἐσται λογιζόμενον, 3 ἀπὸ τῆς ἡμέρης ἣ τὸ πρῶτον ὁ ἄνθρωπος καὶ ἐφρύαξεν, ἢ εἴποτε αὐτὸν πρῶτον 4 ῥῖγος καὶ ἔλκος· καὶ εἰ ἐκ 5 τῆς ὀδυνώσης ἀντιβάρος γεγένηται ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἐπόνει. 6 Ταῦτα γὰρ ἐν ἀρχῇσι γίνεται τοῦ ἐμπυήματος.

EMPIEMA. LV. 1 *At omni ratione subducta colliges, 2 initium fore cuiusque suppurati, 3 ab eo die quo primùm quis febricitare inceperit, aut etiam 4 cùm primùm rigor invasit hominem: quibus accedit illud, si ager fatebitur se 5 loco doloris pondus quoddam graue sentire, parte illa quæ ipsi dolebat. 6 Hæc autem sunt ineuntis suppurati certissima signa.*

COMMENTARIVS.

1 Dixit antè quoto die, postquam incepit puris generatio, plerumque rumpantur suppurata: quare opus fuit vt notas indicaret principij eius quo pus incipit gigni: nam ita tempus ruptionis prædicemus optimè: nam ex calore loci obsessi, & ex humoris obsidentis vi illud principium purificum varium est. Hoc itaque d. principium notamus ex febri, rigore, pondere, loco doloris.

2 Natura enim si nihil digerendo proficiat, suppurato dabit operam. 5. aph. 8.

3 Id est, si vehementiùs febricitare inceperit: de nocte potissimùm, 2. aph. 47. Cùm primùm se traiicit succus per venulas tenues & poros partis, fit initium phlegmones. Cùm autem is conceptus humor à calore agitatur, & putrescit, & extenditur, est augmentum; cùm dein in pus abit, est rigor, tunc incandescit febris & dolor. Ita initium phlegmones est totius morbi initium: sed initium suppurationis est rigor phlegmones, & tunc tandem summa affligitur febre; vel vnà febris cum rigore inuadit.

4 Id est, si rigor inciderit (id est, vniuersi corporis concussio inæqualis,) qui antè non inciderat: quia pleuritica febris fuit symptomatica, & rigoris expers. Atqui cùm huiusmodi rigor inciderit, accidit tunc frequens sudandi & horrescendi vicissitudo, prorrhet. 3 2. coac. 4. 10 Causa huius rigoris symptomatici est, quòd membrana puris acrimonia ac stimulis vellicetur. In morbis qui febres habent cum rigoribus, suppurationem indicat maior febris & rigor.

5 Cùm enim iam sedem legit humor, magis grauat, quàm dum poris spargitur, at sensim colligit se pus in illud spacium inane: quare sensim abit dolor in grauedinem, iam facto pure. Maximè autem dolet, dum dolor mutatur in grauedinem: nam eroduntur tunc partes quæ pus continent: quod tam diu fit, dum in vna cauitate collectum pus fuerit.

6 Febris symptoma est inflammationis: rigor symptoma suppurati: pondus symptoma est materiæ quæ membranam opprimit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LVI. 1 Ἐξ οὗ τε τετύφθαι χρόνου πύον ἤρξε θεραπεύεσθαι ἢ ἐμπυηματῶν ἔοικεν ἐς τοὺς χρόνους τοὺς θερμαντικούς.

LVII. Εἰ δ' εἴη 3 τὸ ἐμπύημα ἀπὸ θατέρα μοίρεω, φρένα τε καὶ πλευμονίδην χρὴ δὴ τετύσθαι, μή πῃ ἔχῃ ἄλγημα ἐν τῷ ἑτέρεω πλαδρῷ. Καὶ ἢν διαμύσσεσθαι ἢ 4 τὸ ἕτερον τῶν ἑτέρου, κατακλινομένῳ δεῖ τὸ ὑγιαῖνον πλαδρὸν, ἐρωτᾶν εἴ τι αὐτῷ δοκέει 5 βαρὺ ἐνκρέμασθαι ἐν τῷ ἄνωθεν. Εἰ δ' ἔστι τοῦτο, δῆλα 6 διάτρητόν ἐστι τὸ ἐμπύημα, δῆλα ὅτι ἐκπεσὸν ἐν πλευρὴν τὸ βάρος γίνεται.

LVI. 1 *Atque ita perfecto suppurati tempore, vomica ipsius rupturam fore intelliges; illis temporibus quæ definita sunt.* LVII. *Si verò suppuratum alteram thoracis tantùm occupat partem, in vtrumque latus ægrum conuertere, & ex agro discere oportet, num quid doloris percipiat in altero latere. At siquidem 4 alterum altero calidius sit, tum ex eo in latus integrum decumbente quærere oportet, an quod ipsi 5 pondus graue ex superiori loco pendere videatur. Nam si hoc ita sit, 6 altera eius thoracis pars suppurato est obsessa, qua pondus illud graue percipitur.*

COMMENTARIVS.

1 Primùm docuit tempus quo vomicæ se effundunt: dein, tempus principij concepti suppurati: iam locum quem occupat pus à rupta vomica. Vt ii qui ineunte morbo non adfuerunt, & cùm quis binis thoracicis inuoluitur morbis, & in altera parte tantùm suppuratum euenit, rectè iudicent: & num medius thorax (in quo duæ membranæ thoracem discriminant) affligatur. Hæc vsum habent in membranarum non autem pulmonum inflammatione. nam vtrumque effundi à pulmone potest. nam hæ membranæ non diuidunt pulmonem. 5. Administ. Anatom.

2 Nam vt tardiùs vel celeriùs conficitur suppuratum, eo etiam tardiùs vel celeriùs rumpitur vomica.

3 Nam in thorace pus non æquè ac in peritonei regione circumferri potest: sed in latere conceptum, ibi manet.

4 Ex putrescente ibi pure; ita vna pars alterâ erit calidior. Aër. 8. lib. 65. de hac re; & Gal. 4. loc. aff. 9.

5 Quia d. Gal. Cubans in oppositum latus æger, onus sublimiori insidens parti persentiscit.

6 Q. d. Atque tunc thorax suppurato est obsessus, qui vel secandus erit, vel vrendus. At si ægro perinde sit, in quod latus incumbat, & pus tussiendo expectoret, à pulmonibus huiusmodi pus manabit; & fortè tunc sectio erit inutilis. Ratio diuersitatis est, quia inter dextram & sinistram thoracis partem interstitium est mediastinum, quo totus diuiditur thorax: & propterea non potest materia de parte in partem defluere. Gal. lib. 5. Administrat. anatom. nominat has membranas, qua parte coctis respondent ἀπεζωκυίας, id est, subcingentes: quæ verò coniunctæ in medio thoracis sunt, διαφράττουσαι, id est, intersepientes. At pulmones non sunt vllo interstitio diuisi, sed æqualiter per omnes eius cauitates huiusmodi materia dispergitur, & pulmones vtramque partem thoracis occupant.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LVIII. 1 Τοὺς δὲ ξύμπαντας ἐμπύους γνώσιος χρὴ, 2 τοῖσι δὲ τοῖς σημείοισι. Πρῶτον μὲν, εἰ ὁ πυρετὸς 3 ἐκ ἀφήσει, ἀλλὰ πλεῦ μᾶλλον 4 ἡμέρῃ λεπτὸς ἐξίσταται· τῇ δὲ 5 νυκτὶ πλείων. LIX. Καὶ 6 ἱδρῶτες πολλοὶ ὀπτήνουσι, 7 βῆχές τε καὶ 8 συμοὶ ἐξίενται ἀυτέοισι· καὶ 9 ἀποπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου.

LVIII. 1 *Omnes autem suppuratos 2 ex his sanè signis cognoscere oportet. Primùm quidem si febris 3 non * depellatur, sed quæ 4 interdiu quidem lenior est, 5 de nocte verò grauior.* LIX. *Tum verò 6 sudores incidunt multi, & etiam 7 tusses, 8 tussiendique cupiditas iis oboritur: sed tamen 9 nihil tussiendo commemorabile expectorant.* * dimiserit;

COMMENTARIVS.

1 Hactenus egit de suppurato inchoato: nunc agit de vetere & perfecto. id est, de iis qui pus effusum continent in cauitatibus thoracis iam diu. hi certè proximè ad phthisin abeunt: nam ea præsens est, vbi à rupta vomica non excluditur ex thorace pus intra 40. diem. 5. aph. 15. Notat hîc Galenus, empyos dici à suppurato, æquè ac ab expurato.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 271 sur 513

©BIUM

2 Id eſt, hæc ſigna demonſtrant.

3 Sed cum rigore ſymptomatico ſæpè iterato recrudeſcat: ſuperſtite nimirum putri materia in foco febris.

4 Quia eſt febris veluti quædam hectica, quæ ſolet exacerbari ſumpto à nutricatu: noctu autem fit concoctio. Collecto nimirum ſpiritu cum calore, & excrementorum ſuppreſſione: nam omnis euacuatio quæ ſponte fit naturæ, ſupprimitur de nocte per ſomnum, excepto ſudore. Vnde omnes etiam inflammationes de nocte grauiùs infeſtant ægros, quàm interdiu. Propterea rectè Peripneumonicis & Pleuriticis interdicimus ſomnum nocturnum, & permittimus diurnum. Hectica hæc eſt, cum putrida, empyicorum febris: ob vaporem putridum à pure, quæ etiam ante hecticam adfuit. C. Vega hîc refutat Auerrhoëm qui negabat eius cauſam aſcriptam, caloris à cibo, in hecticis.

5 Quia æuo illo cunctis cæna, at non omnibus familiare erat prandium.

6 Cùm frequens eſt ſudandi & horreſcendi viciſſitudo. Attamen ſudor è pectore manat principio, ſed non frequenter, ſi adhuc integra ſit naturalis œconomia: id autem quod dicit frequenter poſtea fit, partium thoracis infirmitate, quæ proprium alimentum retinere non poſſunt; ſed illud exudare ſinunt. q.d. à longo tempore ſuppuratis, iamque labefactatis ſuperuenit ſudor: natura cùm potens ita non ſit vt nutricios retinere poſſit ſuccos aut edomare, 4. aph. 41. hîc agit de multis ſudoribus non copiâ, ſed frequentiâ. ſunt enim pauci, & ſæpiùs recurrentes. propterea hîc d. Hippocrates ἰδρῶτες πολλοί: at in aph. d. ἰδρὼς πολύς.

7 Non audet tamen tuſſire.

8 Quòd materia in pulmonum bronchia rapiatur, quæ dum cordis fuligini occurrit, tuſſim cum difficultate ſpirãdi excitat: ab obſtructione nimirum bronchiorum pulmonis. Multiplex eſt enim ſicca tuſſis: alia enim excitatur ab acri & ſubtili diſtillatione, ſubterfugiente anſam fuliginis: cui non eſt coniuncta difficultas ſpirandi: aliàs ab obſtructis bronchiis; huic dyſpnœa adeſt.

9 Quòd materia ſit craſſior, vis expultrix thoracis infirmior, & meatus denſiores qui occalueriat, ſiue denſitas membranæ obnolentis pulmones.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LX. 1 Καὶ οἱ μὲν 2 ὀφθαλμοὶ 3 ἔγκοιλοι γίνονται· αἱ δὲ 4 γνάθοι ἐρυθήματα ἔχουσι. LXI. Καὶ οἱ μὲν 5 ὄνυχες τῶν χειρῶν, κυρτοῦνται· οἱ δὲ 6 δάκτυλοι, θερμαίνονται· καὶ μάλιστα 7 ἄκροι· ἢ ἐν τοῖσι 8 ποσὶν ἰδήματα γίνεται.

LX. 1 *Quin etiam* 2 *oculi fiunt* 3 *concaui: ac* 4 *genæ rubore perfuſæ apparent.* LXI. *Et* 5 *manuum vngues fiunt aduncі: Sed tamen* 6 *digiti ardore conflagrant: potiſſimúmque* 7 *extimi: tum etiam in* 8 *pedibus tumores oboriuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Hæc ſunt ſymptomata phthiſeos in ſuppuratum incidentis: nim. febris ſymptomatica, nocturna potiùs quàm diurna; hectica, quæ ſumpto cibo, exemplo calcis, recrudeſcit: quia non ſolùm humores, ſed & ſolidæ partes incendio conflagrant. Pulmones verò aërem attractum inficiunt, eumque reddunt tabificum. præterea pulmones euacuant canam venã, & pituitam è capite attrahunt: atque hinc extenuatio.

2 Nimirum purulentorum, in diuturno iam ſupurato: quia in phthiſin degenerat. vt fieri ſolet, ſi intra quadraginta dies ſuppuratum non expectoretur, 5. aph. 15. Eſtque illa phthiſis inſanabilis.

3 Conſumptis muſculis, & collapſis membranis. vnde facies & oculi ſiccantur.

4 A fuligine, & calore contra naturam pulmonum. Hoc eſt quintum ſignum. Nam plurimis fuliginibus obſeſſi ſunt pulmones, qui pituitam à capite trahunt: hinc etiam tuſſis.

5 Conſumpta digitorum molli carne, qua vngues fulciuntur: quæ non eſt muſculoſa; ſed caro proprie dicta. Atque hinc ὄνυχια ſolet appellari huiuſmodi phthiſis quæ ſuppurato ſuperuenit: quia more lupi cuiuſdam abſumit quicquid humidi eſt in corpore, cæteráſque defraudat partes: ita hoc nomen ex cauſa. vt ſignum, quod tabidorum, vt & ferarum, ſint aduncі vngues.

6 Vt in hectica febre cæteræ partes quæ humore abundant. nam, vt d. hîc Gal. in aliis febribus algent ſæpè; ſed in hecticis digiti calidi manent febribus.

7 Quorum nim. caro fuit temperata: & hîc maior moles carnis: quare in his ſolidorum conſpicuus fit ardor.

8 Quòd & naturâ frigidiores ſint, neruoſi, membranei, & ligamentis abundantes, & longiſſimè abſunt à fonte caloris. Vapores & cruditates concipiunt, nec abſumunt, ob languorem. Quare totius corporis extinctio inde incipit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXII. Καὶ 1 ἐσθίων ἰδὲ ὀλιγωρέουσι· καὶ 2 φλύκταιναι γίνονται ἀνὰ τὸ σῶμα. LXIII. 3 Οὅσα μὲν οὖν ἐγχειρίζει ἤδη ἐμπυημάτων, ἔχει τὰ σημεῖα τοῦτα, καὶ 4 πιστεύειν αὐτοῖσι χρὴ τούτοισι. LXIV. Οὅσοι καὶ 5 ὀλιγοχρόνιοί δὴ, σημαίνεται τοῖσιν, 6 ὡς τὸ ὑποφαίνεται, ἐξ ἀρχῆς 7 ἐν ἀρχῇσι γιγνομένοισιν· 8 Αμα δὲ καὶ ὧν τὸ 9 διαπνέεσθαι ἥδιόν ἐστιν ἀνθρώπῳ.

LXII. *Quin etiam* 1 *cibos non appetunt: tum verò* 2 *puſtulæ per totum corpus erumpunt.* LXIII. 3 *Igitur diuturna* [*pectoris & pulmonis*] *ſuppurata, iis maximè ſignis deprehenduntur,* 4 *maximéque illis fidendum eſt.* LIV. *Quæ verò* 5 *breui eruperunt, his* * *ſignis ea* [*ſuppurata*] *cognoſcuntur, ſi* 6 *quæ appareant, qualia* [*ſuppuratorum*] *principio* 7 *apparere diximus:* 8 *Quibus & illud* [*accedit,*] *ſi tunc* 9 *maiori, quàm antè, difficultate ſpirandi laboret.* * ſequentibus

COMMENTARIVS.

1 Cùm nimirum vtraque facultas ventriculi, nim. coquendi, & appetendi, phthiſis illius ſympathiâ labefactantur. vnde neceſſis adeſt appetitus; non enim ſentit ſuctionem.

2 Diffuſa quadam ſanie, quæ à pulmonibus malè affectis exudat: & tunc in propinquo mors eſt: quia quod plures facultates labefactatæ fuerint, eò res ægri peiori ſunt loco. 4. ac. 43. φλυζάκια appellat. De his vide Celſum 2. lib. 7. ſod nota, vbi ille ſcribit pallent, vt reponas calent, ex Hippocratis hîc ſententia. Vide & Paulum 3. lib. 32.

3 Concludit præcedentia: id. quæ hactenus ſcripſi, denunciant ex longo tempore conceptum empyema: & his fidendum.

4 Nam cunctæ illæ ferè notæ exhauſtionem denotant, & hecticam febrem, ab æſtu thoracis & pulmonis cùm empyema habent, ruptumque cùm prorogatur.

5 Q. d. notæ quæ ſignificant puris recentem effuſionem in thoracem, non adeò elucent; nam talem ſociam febrem non ducunt.

6 Id eſt, ineunte ſuppurati effuſione in thoracem: huius d. ſigna non ſunt adeò clara: quia febrem hecticam ignorant. ſunt autem hæc, quæ apparent ſuppuratorum principio, rigor, febris, pro dolore pondus.

7 Nimirum febris iteratò recrudeſcens, & ſæpiùs horror ſuperueniens qui antè non fuit; pondus graue, doloris loco. Hoc eſt, ex eiſdem ſignis cognoſcitur puris

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 272 sur 513

puris in thoracem effusio quæ non est vetus, ex quibus cognoscitur prima collectio vomicæ; si quædam accesserint quæ descripta iam sunt in effuso empyemate iam longo tempore: vt caui oculi, defectus appetitus, sudores plurimi, &c. (ita Galenus tertium hoc addit signum) præterea difficultas spirandi: ita his consociatis notabitur recens empyema.

8 Nimirum, signis.

9 Nim. oppressis à suppurato effuso pulmonibus: & denegato illis liberè se dilatandi loco. (4. loc. aff. 8.) vnde ægriùs quàm antè respirant.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXV. 1 Τὰ δὲ παχύτερον αὐτέων καὶ βραδύτερον ῥηγνύμενα, τοῖς δὲ γινώσκειν χρή. Ἢν μὲν ὁ 2 πόνος ἐν ἀρχῇσι γίνηται, καὶ ἡ δύσπνοια, καὶ ἡ 3 βῆξ, καὶ ὁ 4 πτυαλισμὸς ⸗ διατείνῃ, ἐς τὰς 6 εἴκοσιν ἡμέρας ἔχων, μᾶλλον δὲ ἔχῃς πρὸ ῥῆξιν, ἢν ἔτι 7 τρὶς δέκα. Ἢν δὲ 8 ἀνειμένως ὁ πόνος ᾖ, καὶ 9 τ' ἄλλα πάντα τούτοισι χρῇ λύσιν, τούτοι μᾶλλον ἔχῃς πρὸ ῥῆξιν 10 ἐς ὄγδοον. LXVI. * Ἢν δὲ μὴ ἐνδιδῷ ὁ πόνος, καὶ 12 πόνος, καὶ 13 δύσπνοιαν, καὶ πτυελισμὸν ἐς τὰς τὰ αὐτὰ ῥήξιος.

Dolor. Suspiriosus anhelitus. Tussis. Ptyelismus.

LXV. 1 *Quorum verò* [*suppuratorum vomicæ*] *matu-*
rius tardiusve rumpuntur, his signis cognoscere licet.
Nam si ineunte morbo [*thoracis*] 2 *dolor infestet, &*
cum suspirioso anhelitu, atque 3 *tussi, &* 4 *expectora-*
tum ad 5 *vigesimum vsque diem* 6 *differatur, tum pu-*
ris eruptionem expectare oportet, aut etiam 7 *celeriùs.*
Sin 8 *dolor remissior fuerit,* 9 *omniaque reliqua pro*
huius ratione, 10 *tardiùs suppurati eruptionem expec-*
tare oportet. LXVI. 11 *Sed tamen necessariò*
12 *dolor cum* 13 *suspirioso anhelitu & expectorato ante*
puris eruptionem incidit.

COMMENTARIVS.

1 Nam rumpi quædam suppurata dixit die 30. 40. & 60. sed nullas notas adiecit, vnde in notitiam ducemur citiùs aut seriùs eruptura. Itaque hîc agit hac de re. Primò itaque notas depingit, quæ 20. die vel citiùs effusionem suppurati prænunciant: vt dolor, suspiriosus anhelitus, tussis, si ab initio perseuerauerint.

2 Sine remissione ab initio perseuerans, copiam aut acrimoniam morbificæ materiæ denunciat.

3 A causa perpetuò sineque remissione irritante.

4 Acrimonia tenuis exudantisque materiæ à membrana qua tenetur materia.

5 Διατελέει, id est, perseueret: vt in Historia Erasini διατελέων, id est, per totum morbum, id est, perseueranter.

6 Vel ad 14. diem 5. aph. 8. Ita vt ante decimum quartum, aut vigesimum diem nihil expectoretur.

7 Vt decimoquarto die: pro ratione nimirum materiæ & loci. vel 17. Non enim transibit vicesimum diem: nam is est terminus longissimus acutorum morborum.

8 Id est, tardiùs rumpentur suppurata, quæ habent dolorem mitiorem. Itaque quæ seriùs effunduntur, non habent dolorem sine remissione, sed remittit, & intermittit, nec toto perseuerat morbo: quia mitior causa non ita rodit membranam.

9 Vt suspiriosus anhelitus, tussis; si hæc analogiâ dolori respondeant.

10 Id est, pro ratione symptomatum tardiùs magis minusve, crumpet suppuratum.

11 Duo hi aphorismi suspicione non carent, si conferas cum Coacis. Nisi intelligas de expectorato seroſæ cuiusdam materiæ, quæ exudat à pure ipso, dum continetur in vomica. Vt hoc velit Hippocrates: quæcumque pleuritis expectorati est expers, in suppuratum degenerat, intra 14. vel 20. diem. At talis pleuritidis, (desiderato expectorato, conf. cto suppurato) antequam rumpatur vomica. & pus effundatur in spacium inane thoracis, expectorabit seroſam materiam, continuitate membranæ ad pulmones peruenientem. Et, vt illud expectoratum est signũ vnum suppurati: ita eo ipso die rumpetur vomica, quo expectorandi finem faciet. Vt illa sputandi intermissio sit, signum ruptæ vomicæ, & excretionis puris in inane thoracis.

12 Id est, ruptionis imminente die pus agitabitur, & pars quædam expectorabitur; & ab erosione puris fiet dolor. Itaque si intermiserunt hæc symptomata; eò tempore necessario recrudescent. Si itaque fuerit dolor cæteraque symptomata mitiora, ad 60. diem vsque excurret malum, antequam effundatur pus. sin minùs remissa fuerint symptomata, medium tempus incurret ruptio.

13 Propter dolorem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXVII. 1 Περὶ γίνεται δὲ τούτων μάλιστα μὲν, ὃς ἂν 2 ἀφῇ 3 ὁ πυρετὸς 4 αὐθημερὸν μὲν πρὸ ῥῆξιν. Καὶ σιτίων 5 παχέως 6 ὀλιγωμένων· καὶ δίψης ἀπαλλαγμένοι ἔωσι. καὶ ἡ γαστὴρ 7 σμικρά τε καὶ ξυνεστηκυῖα ὑποχωρῇ· καὶ τὸ 8 πτύον 9 λευκόν τι, καὶ 10 λεῖον, καὶ 11 ὁμόχροον ᾖ· καὶ 12 φλέγματος ἀπαλλαγμένων, καὶ ἅτε πρό τε καὶ βηχὸς ἰσχυρῆς ἐόντα (μᾶλλον).

LXVIII. Ἀεὶ δὲ μᾶλ 13 ὅσοι καὶ 14 τάχιστα ἀπαλλάσσονται· 15 ὧν δὲ μὴ, οἵτινες ἂν 16 ἐγγύτατα τούτων γένη).

LXVII. *Ex his autem illi supersunt maximè, quos*
eo ipso die, quo rupta est vomica, 2 *febris* 3 *dimisit:* 4
& 5 illicò cibos 6 *appetunt: ac sitis sunt planè expers:*
tum aluus 7 *pauca & figurata reddit: tum pus*
ipsum 9 *album est, &* 10 *læue, &* 11 *vniusmodi, &* 12
pituitæ expers: tum & si absque dolore & vehemen-
tiori tussi expectoretur. LXVIII. *Itaque qui ita sunt* * vel, *bi quibus proximè his contigerint.*
affecti. 13 *optimè atque* 14 *celerrimè liberantur:* 15 *sin*
minùs, * *quo* 16 *propiùs ad hæc* [*signa*] *accedunt.*

COMMENTARIVS.

1 Ex purulentis. Quattuor euentus suppuratorum depingit; ad bonum, vel ad malum, ad melius, vel deterius: & hæc citiùs, vel seriùs.

2 Quæ continuò affligebat.

3 Vel saltem remissior facta est, perfecto nimirum omni suppurato, & sublatâ omnis puris generatione.

4 Vtraque ventriculi facultate, & coquendi & appetendi restituta: vel certè non ampliùs impedita, quæ in doloris vi impediebatur.

5 Simulatque pus eruperit.

6 Extincto pulmonum & alui ardore. Aluum enim vocat perpetuò Cicero 2. de nat. deorum, ventriculum.

7 Pauca quidem, superstite multo fusco altili, integritate naturalis œconomiæ in coquendo & distribuendo. nam diffundi significat nutricatum per corpus; & robustæ coctricis est nota.

8 Quod expectoratur.

9 Integritate partium solidarum.

10 Natiui caloris vi, se in omnes materiæ partes æqualiter insinuantis.

11 Id est, non bile, aut pituita aut atra bile perfusum: sed prorsus æquale.

12 Expositio hæc est præcedentis sententiæ, id est, sine crudo succo remixto.

13 Sine vllis morbi reliquiis, & omninò bonis naturæ rebus.

14 Restituta nim. natura, expectorato iam pure morbi causa.

15 Id est, si non ita præclarè, nec adeò celeriter. q. d. quia rarò cuiquam elucent cunctæ notæ salutares.

16 Quæ alia in aliis apparent: ea quo meliora, eò melius, & celeriùs restituuntur. q. d. quibus cumulatè cunctæ notæ ad salutem apparent, citissimè liberantur: & etiam hi quibus plurimæ harum notarum elucent.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 273 sur 513

©BIUM

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXIX. 1 Ἀπόλλωσι δὲ ὃς ἂν ὁ, τε 2 πυρετὸς μὴ ἀφείσῃ· * ἢ δοκέων αὐτὸς ἀφεῖναι, 3 αὖθις φαίνεται ἀναθερμαινόμενος· καὶ 4 δίψαν μὲν ἔχουσι, 5 σιτέων δὲ μὴ ὀδυνέωνται· καὶ ἡ κοιλίη ὑγρὴ ἦ· καὶ τὸ οὖρον χλωρὸν † καὶ πίλιον πολύ, ἢ φλεγματώδες καὶ ἀφρῶδες. * Ην τοῦτα πάντα γίγνηται, 7 ἀπόλλυνται. LXX. 8 Οἱ δὲ σὺν τούτοις τὰ μὲν ὀπτηθέντα, τὰ δὲ καὶ, οἱ μὲν αὐτίκα 9 ἀπόλλυνται, οἱ δὲ ἐν πολλῷ χρόνῳ 10 διεχίσκονται. Αλλ' ἐν πᾶσιν τούτοις τεκμηρίοις, τοῖς ἐόντων ἐν τούτοισι, 11 σημαίνειν, καὶ πᾶσιν 12 ἄλλοισι πᾶσι.

LXIX. *Sed* [*à ſuppurato*] *intereunt, quos* [*à rupta vomica*] 2 *febris non dimiſit: aut ſi febricitandi finem feciſſe videantur,* 3 *iteratò incendio conflagrant:* & 4 *ſiti ardent, nec vllo* 5 *edendi amore tenentur: tum* 6 *aluo ſunt profuſiore; pus autem viride & liuidum expectoratur, aut pituitoſum & ſpumans. Nam ſi hæc omnia inciderint,* [*breui*] 7 *intereunt.* LXX. *Sed* 8 *quibus horum* [*ſymptomatum*] *alia quidem apparent, alia verò non, ex iis quidam* 9 *intereunt, alij verò in multo tempore tandem* 10 *ſuperſunt. Sed ex illis omnibus ſignis ſyllogiſticis, quæ in iis apparent,* 11 *ſignificatio fiet,* 12 *omnibuſque aliis.*

COMMENTARIVS.

1 Si cuncta praua fuerint ſigna, morientur citiſſimè: 3. progn. 2.

2 Iteratò recrudeſcente ipſo ſuppurato.

3 Recrudeſcente febre.

4 Superſtite in thorace vel pulmonibus foco incendij.

5 Vel, ſi capiant cibos, edendo nihil proficiunt. 7. aph. 6. nam d. Gal. qui in tali morbo euadunt, auidè paſtum ineunt.

6 Labefactata naturali œconomia.

7 Subauditur ταχέως. Quod nim. in naturæ virtute nihil ſpei ſit reliquum: Quod indicant deiecta appetentia, & alui profuſio. quòd autem morbi vis calamitoſa ſit atque funeſta, oſtendunt febris contumacia, & ſputi pranitas.

8 Q.d. ſi qui media ſortiantur ſigna, partim tardiùs moriuntur, cùm ſuperantur notæ bonæ à malis: propterea tardiùs, cùm bona reluctentur, quæ tandem tamen fatiſcunt.

9 Quia quò plures facultates læſæ fuerint, eò peiori loco ſunt ægri.

10 Coctione contumaciotis materiæ morbificæ, & reſtituta paulatim natura. Ita mala ſigna triumphantur à bonis.

11 Salutis aut mortis.

12 Vt ſudoribus, vrinis, capillorum defluuiis, & ſimilibus. q.d. in cunctis per omnia ſigna coniecturam faciemus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXI. Οἷσι δὲ 1 ἀποστάσιες γίγνονται ἐκ τῶν περιπλευμονικῶν νούσημάτων, * ἀμφὶ τὰ ὦτα, ἢ 2 ἐμπυήσασι, † ἐς τὰ 3 κάτω χωρία, καὶ 4 συεργάνται, ἔστι δὲ ἃ περιίσταται.

LXXI. *Quibus verò ex* 1 *peripneumonicis morbis abſceſſus incidunt ponè aures, &* 2 *ſuppurant, aut ad* 3 *infernas partes decumbit, &* 4 *fiſtula excitatur, hi ſanè ſuperſunt.*

COMMENTARIVS.

1 Q. d. quamuis pleuritis & peripneumonia propriè curentur expectorato: &, ſi expectorato non curentur, ſuppurantur: exiſtunt tamen & aliæ illarum criſes. Nimirum pro materiæ ratione, & naturæ vi. Si enim materia fuerit calida, & adſit naturæ vis, cum meatuum libertate, expectorato remiſſionem accipient: Sed tamen alias habet criſes, nimirum parodites, abſceſſus crurum, & vrinam purulentam.

2 Pure nim albo, æquali, ad cuius generationē cuncta ſymptomata remittunt ſe, cum integritate naturæ coniuncta. aut ſi parotis non ſuppuret, aluus fetatur, & vrina craſſa multaque hypoſtaſi prædita cumulatè reddatur.

3 Vt ad crura.

4 Id eſt, vlcus ſinuoſum, & anguſtam fiſtulæ ſpeciem referens; à puris acrimonia. Aliorum morborum medela eſt fiſtula. d. Hip. 6. epid. 3.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXII. 1 * Επικρίσιος δὲ χρὴ τὰ 2 τοιαῦτα, ὧδε. Ην ὁ, τε * ὑποκάθηται 3 πυρετὸς ἔχῃ, καὶ ἡ ὀδὰξ ἡ 4 μὴ παύηται, καὶ τὸ πίλιον ἀεὶ μὴ ἐκχωρέῃ κοῦφον, 5 μηδὲ χολώδεες αἱ τῆς κοιλίης διαχωρήσιες, μὴ ὁ ἕλκυστίς τε καὶ ἀκρητὸς γίγνοιτο, καὶ μηδὲ τὸ οὖρον † καὶ μετὰ ταῦτα 7 πίλιόν τε † κάρτα καὶ παχὺ ὑποστάσιν ἔχῃ, 8 ὑπερπεπταμένη δὲ ῥοῦς * ἐπιστατικὸς ἦσσον ἢ 9 ἐπιστατικῶν ἦσσον τῶν λοιπῶν πάντων ἀμφὶ * ἐπιστατικῶν σημείων, τούτοισι χρὴ τοῖς τοιούτοις 10 ὑποστάσιας ἐλπίζειν ἔσεσθαι.

LXXII. 1 *Sed* 2 *huiuſmodi* [*abſceſſus*] *fore intelliges, hoc modo. Si* 3 *febris detineat, nec vllæ* 4 *doloris remiſſio adferatur, nec expectoratum conuenienter feratur,* 5 *nec* 6 *biliosa aluo ſecedant, nec* 6 *facilè aluus meracis feratur, nec verò vrina* 7 *profusè reddatur cum multa hypoſtaſi, atque* 8 *certa ſalutis ſpes ab aliis ſignis* 9 *ſalutaribus affulgeat, tum commemoratos* 10 *abſceſſus fore ſpes eſt.*

COMMENTARIVS.

1 Q.d. ſi morbus non calamitoſus ſit dyſpeptos, eueniet abſceſſus bonus. Noſcitur autem pepaſmi difficultas in non funeſto morbo, ex febri & dolore perſeuerante: nam vbi hæc quieſcunt, paruus erit morbus: ſed magni per criſin finiuntur. 3. criſ. 4. Gal. nam parui ſoluuntur ſolùm. Et ſalutares mutationes fiunt excretione, vel abſceſſu, aut ſenſim ſoluitur. Excretiones abſolutè criſes vocamus: & nemo ſubitò ſanatur ſine criſi. Cùm itaque Peripneumonia (de qua hîc) morbus ſit magnus, & criſis in ea ſperetur, iam hîc Hippocrates docet, vnde noſcemus num per abſceſſum, vel excretione iudicabitur.

2 Iam enim dixit, infra aut ſurſum hanc finiri per abſceſſum, qui antequam eueniat, prænuncia ſigna aperiunt. Idem in aliis morbis expectandum: Gal. 3. criſ. 26. Si itaque hæc non adſint, morbus ſoluetur ſenſim, maximè per vrinas: rariùs tunc per ſedem.

3 Cum ſpirandi difficultate.

4 Id quod ſignificat peripneumoniæ denegari proprium iudicium per excretionem: videlicet expectoratum. ſi crudum ſit, vel non facilè excernatur ſtatim: hoc denotat longum futurum morbum. Nam d. Gal vbi definit dolor, mitteſcit morbus, nec opus abſceſſu: vt etiam ſi expectoratum benè procedat.

5 Vt nulla calidioris materiæ ſuſpicio ſit: quæ per excretionem potiſſimùm iudicatur: hoc denotat morbum longum futurum, à craſſo & crudo ſucco: qui vel longo die ſoluetur, aut in abſceſſum abibit.

6 Quæ ſunt ſigna ardoris, & calidioris materiæ. quod ait, ea ratione ne criſin ſuam habeat.

7 Quæ materiam & occaſionem futuri abſceſſus præripiant: 4. aph. 74. nam ita coctione paulatim finem inueniet morbus.

8 Vel, vt alij: Paratur autem ſalubris ab omnibus aliis ſalutiferis ſignis. Vel, vt alij: Indicatur autem ſuperſtes futurus ab omnibus reliquis ſalutaribus ſignis.

9 Quæ in conualiturtis apparere ſolent. vt ex decubitu, ſomno, mente, pulſu &c.

10 Quandoquidem non apparuerint propria excretionis ſigna; imò potiùs illius tota ſpes ſublata eſt.

Ex his duobus aphoriſmis colliges hæc axiomata.

11 Omnis

I. Omnis Parotis ſanguinea funeſta eſt, ſi ſuppurati ſit expers. 3. coac. 206.

II. Fortè etiam funeſta, ſi pus non ſit album, læue & æquale. 3. 210.

III. Eadem Parotis ſuppurati particeps, niſi cum eo ſuppurato, omnium ſymptomatum antecedentium remiſſionem adferat, cum naturæ integritate coniunctam, calamitoſa. Vt patet in Pictoris ancilla.

IV. Omnis Parotis ſuppurati expers, funeſta eſt: niſi aluus feratur, aut vrina profusè fluat, multa hypoſtaſi prædita.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

*π 1 Γίνονται δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ 2 κάτω χωρία, οἷόν ἐστιν ἂν *ἀπὸ τὰ 3 ὑποχόνδρια τῷ 4 φλέγματός τι ἐγκλιθῇ· αἱ δὲ 5 ἄνω, οἷσι τὸ ὑποχόνδριον 6 λαπαρόν τε καὶ ἀνώδυνον διατελέει. 7 Δύσπνοος δὲ πολλὸν χρόνον γινόμενος 8 παύσεται, ἅτε φανερῆς ἐούσης τῆς ἀπὸ ἄλλων.

1 *Eorum verò [abſceſſuum] alij quidem 2 imis in partibus oboriuntur, nimirum quorum 3 hypochondria 4 inflammatione ſunt obſeſſa: Alij verò 5 ſuperioribus partibus erumpunt, quibus hypochondrium 6 molle eſt, & doloris expers perſeuerat. Sed tamen cùm antea 7 ſuſpirioſo anhelitu laboraret, anhelandi 8 finem fecerit, ſine alia quapiam manifeſta [illius remiſſionis] cauſa.*

COMMENTARIVS.

1 Qui, denegata peripneumonicis excretione per expectoratum (nam expectoratum eſt propria peripneumoniæ & pleuritidis excretio) & omni ſpe excretionis adempta: neque materia (vt fit in deiectionibus biliosis alui) neque occaſione (vt fit in vrina craſſa hypoſtaſi prædita) abſceſſibus præreptа, aut penè aures, aut imis in partibus oboriuntur. Gal. 3. criſ. 11. Iam docuit vnde noſcamus futuros abſceſſus: ſed nunc, ſi futuri, num ſupra vel infra.

2 Vt in crutibus.

3 Id eſt, quæ ſunt inæqualia. An igitur in hypochondriis ſit meatus per quem tranſit materia Peripneumoniæ & Pleuritidis in crura? cur non vicinorum partium crutibus meminit? quia lumbis magna affidet illa vena, quæ in crura propagines mittit. Hinc ſaltem fiet ſignificatio infra vergere naturam, & materiam.

4 Vel ardore conflagrant. Nam plurimis locis Hippocrati ſignificat φλέγμα phlogoſin: aliàs eidem dicitur pituita, per Antiphraſin.

5 Vt penè aures.

6 Id eſt, in mediocritate poſitum diſtentionis & contractionis, hoc ſignificat λαπαρὸν. opponitur enim inflammatis.

7 Q. d. ad ſuperiores partes fiet abſceſſus, ſi quæ iam enarrauí adfuerint: ad quod non parum facit, ſi æger difficilè reſpiraverit, nam hoc tunc quieſcet ſine manifeſta cauſa: nam impletæ cùm eſſent venulæ thoracis & rami maiores, liberantur onere cùm fiunt parotides. Hæc itaque eius ſententia: vt notat Gal. Si hypochondria fuerint doloris & tumoris expertia, ſucci verò ſurſum curſum flectant, quod ſignificat reſpirationis difficultas, parotides expecta.

8 Tranſlata materia quæ cauſa erat anhelitus.

9 Vt expectorato conuenienter facto, aut vrinæ purulentæ profluuio, aut alui fluore; vel hæmorrhagia, vomitu.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXIII. 1 Αἱ δ' ὑποστάσιες αἱ 2 ἐς τὰ σκέλεα, ἐν τῇσι περιπνευμονίῃσι ἢν ἐκκρῖναι τε καὶ ὁπωσδήποτε, 3 λυσιτελέες ἐς πάντα· 4 Ἀείρεται δ' αἱ τῶν πλυέων ἐν περιπνευμονίῃ *ἐόντων γινόμεναι. Εἰ γὰρ τὸ 5 ὀίδημα, καὶ ἡ ὀδύνη γίνοιτο, τῶν πλυέων ἐκπεσόντων ἀνώδυνος γινομένου, καὶ ἀνεκκρίκτου ἐόντος ἔξω· ἅτε δὲ ἀφαλέος ἐόντος, τὸν ἄνθρωπον πείθοιτο, καὶ ἡ ὑπόστασις ἀνώδυνος 8 τάχιστα †παύσεται. †αὐτομάτη

LXXIII. 1 *Cæterùm qui in crura decumbunt abſceſſus, à peripneumonia vehementi & calamitoſa, 3 præclarè quidem omnes ad ſalutem faciunt. Sed illi 4 optimi qui in expectorati mutationem incidunt. Nam ſi 5 tumore contra naturam cum dolore coniuncto [obſeſſa fuerint crura,] poſtquam expectoratum è ſano purulentum eſt redditum, 6 nec non [bona illius pars] excretione iam ceſſit: Sic enim 7 valetudine integra [peripneumonicus] homo ipſe victor euadet, tum abſceſſus doloris expers *concedet 8 celerrimè.* *ſedabitur

COMMENTARIVS.

1 Agit de criſi per abſceſſus: qui eueniunt exclusâ materiâ ad partem remotam, & capacem, prodromo à pepaſmo. Qui ſi in peripneumonia nondum mitigatâ materiâ euenerint, boni; nam à peripneumonia liberant; periclitantibus tamen cruribus. nec ſecura tamen erit hæc criſis.

2 Ita interdum in crus vel in ſacrum os decumbit abſceſſus; cùm homines per menſem vnum aut alterum peripneumoniæ inuoluuntur.

3 Quòd materia longiſſimè abſcedat à morbo: & quod decumbat in partem materiæ capaciſſimam, quodque remiſſionem adferat ſymptomatum peripneumonicorum: potiſſimumque ſuſpirioſi anhelitus. alleuata enim natura parte materiæ, quod reſtibile eſt facilè euincet.

4 Id eſt, qui expectorato pepaſmi participe incidit: vt enim coctionis celeritatem, ita etiam ſecuritatem criſis prænunciant. Nam quicquid excluditur ex proprio foco, ad ſalutem facit, ſi in partem capacem effundatur: nec tunc ita periclitabuntur crura. 2. epid. boni ſunt qui fiunt longè, deorſum, cocta materia.

5 Nam pulmonia cedet, artus extra diſcrimen erunt, ac ſine dolore citiſſimè finientur, vegetâ integráque naturali facultate, cuius munus eſt coquere. 1. epid. pepaſmus criſis celeritatem, & ſecuritatem arguit.

6 Vt nim. non tam materiæ vitio & corruptione, quàm copiâ, quòd multum ab expectorato ſuperſit, abſceſſus ille excitatus videatur. 6. epid. 2. 20. ſi quid à fluentibus relinquitur, promptus in abſceſſum eſt progreſſus.

7 Ac ſine morbi reliquiis, nec vllo partium obſeſſarum incommodo.

8 Propter materiæ bonitatem, pepaſmi participem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXIV. Εἰ δὲ τὸ πλύελον 1 μὴ ἐκχωρέει καλῶς, μηδὲ τὸ 2 ἕδος ὑποστῇσιν ἀγαθὴν ἔχῃ φαίνοιτο, κινδυνώδης 3 χολὸν γινόμενος τὸ ἄφθαρτον, ἢ πολλὰ ἀφεψήματα παρεχόμενον. LXXV. 4 Ἢν δὲ ἀφανιζόμενα καὶ ὁ πλευρομέσων αἱ ὑποστάσιες, τὸ πλύελον μὴ ἐκχωρέοντος, καὶ τὸ πυρετὸν ἔχοντος, 7 δεινὸν κινδυνώδης γίνεται 8 ἀποθανεῖν, καὶ ὑποθανὼν ὁ ἄνθρωπος.

LXXIV. *Contrà ſi expectoratum 1 non antè conuenienter ſeceſſerit, nec ipſa 2 vrina bona hypoſtaſi prædita ſit, tum ſanè membrum ipſum [tumore obſeſſum] 3 in claudicationis eſt periculo, aut multum negocij, multúmque moleſtiæ faceſſet.* LXXV. *4 Quodſi 5 euaneſcant abſceſſus, & 6 intrò recurrant, ſiquidem expectorati omnis ratio deſideretur, & febris detineat, 7 calamitoſum id eſt: tunc enim 8 delirio & morte periclitatur æger.*

COMMENTARIVS.

1 Materiæ contumacia, & naturæ infirmitate. μὴ καλῶς, id eſt, incoctum ſi expectoretur: vel ſi quidem coctum, at non expectoretur ſatis.

2 Loco nim. materiâ. loco, vt fundo matulæ

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 275 sur 513

obſirmata; materiâ, vt ſit alba, lævis, & æqualis. Vt ad calamitoſam vim morbi accedat œconomiæ naturalis infirmitas aut deprauatio.

3 Quòd materia pepaſmi expers, muſculorum ſubſtantiam labefactet; nam ea eſt cruda & craſſa.

4 Hoc prognoſticum locum habet in omnibus eruptionibus quæ foras fiunt. Tribus notis palindromen d. animaduertemus, ſi ſubitò euaneſcat: febris ſi non miteſcat; nec humor excernatur. nam ſi per ἄδηλον διαπνοὴν excernatur, febris cadet: nam ita interdum euenit, ob humoris tenuitatem, partis laxitatem, aëris calorem, remediorum facultatem, & virium ob robur, id eſt, calidi natiui.

5 Nec vlla digerendi, aut ſuppurandi forma appareat. 5. aph. 65. addit ἐξαίφνης maioris claritatis gratiâ: quamuis ἀφανιζῶσι idem ſignificet, vt hîc annotat Gal.

6 Materiæ vi quadam maligna, & ſuperſtite foco vnde materia illa dimanauit, ad quem ſe reuoluit: vel partem principem inuadit.

7 Et periculi plenum.

8 Quòd fractis iam viribus, iteratò morbus recrudeſcat, cuius materia ſit omnino pepaſmi expers. Et dilirij metus, quòd refluus ſit ad pulmones humor: vnde à vaporum copia delirium. Hi itaque moriuntur δυσαπούντες.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXVI. Τῶν δὲ ἐμπύων, ὅσοι 1 ἀπὸ περιπλευμονικῶν *, οἱ 2 γεραίτεροι μᾶλλον ἀπόλλυνται. Ἐκ δὲ 3 τῶν ἄλλων ἐμπυημάτων οἱ 4 νεώτεροι μᾶλλον 5 διαθνήσκουσιν.

* νοσημάτων

LXXVI. *Eorum verò qui* 1 *à peripneumonia ſunt purulenti*, 2 *ſeniores magis intereunt.* [*Contrà verò*] 3 *ex aliis omnibus ſuppuratis* 4 *iuniores* [*inter cæteras ætates*] *omnium facillimè celerrimèque* 5 *moriuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Quòd eorum infirma ſint latera, fuliginis vis minor, meatus anguſtiores, materia etiam ipſa ſuppurati craſſior: vnde fit, vt & cauſæ ipſius morbi, eorum naturæ diſſentanei, magnitudine, & curationis dificultate, moriendi neceſſitas in promptu ſit.

2 Γεραίτερος appellat, qui etiam μεσοπόλιος, & ὠμογέροντες dicuntur Gal. nam triplex ſenectus Galeno 5. de ſanitate ad finem.

I. à 50. anno ἀπὸ ὠμογερόντων.

II. γῆρας δ' ἡ γεροντικὴ, ſenium.

III. πέμπελος ſenex dicitur, quòd ipſi funebris iam paretur pompa.

hîc vocat ſeniores, d. Gal. ratione iuniorum: q. d. maiores natu; ratione iuuenum.

3 Et inflammationibus: vt parotidibus. q. d. doloris vehementia hi maximè intereunt: at pulmo grauem tantùm dolorem ſentit. Sed ab aliarum partium inflammatione moriuntur, propter febres, deliria, & dolores: nam hæc iuniores infeſtare maximè ſolent.

4 Qui ex ephœbis euaſere: ad trigeſimum quintum ætatis annum.

5 Symptomatum vehementiâ, in ſuppurato & febre. Mirum videri poſſit, quòd hîc dicit Aphoriſmus; ſuppuratum Peripneumoniæ funeſtum eſſe ſeni, at iuueni minùs. Contrà, ſuppuratum parotidis iuueni funeſtum, at ſeni minùs: maximè cùm dicat Aphoriſmus, in morbis minùs periclitari quorum naturæ congener eſt morbus, &c. 2. aph. 34. At parotis ſenis naturæ minùs eſt conſentanea: ergo ea magis periculoſa eſſe deberet. Reſpondeo. illum Aphoriſmum intelligi debere, vbi cætera ſunt paria. Iam enim etſi parotis, magnitudine cauſæ, videatur ſeni eſſe grauior: febre tamen minore, & iuſto ſuppurati tempore curationem recipit. Sic in ſuppurato pulmonis, iuuenis habet varias cauſas præ ſene: quod habeat firma latera, materiæ præparationem, & meatuum libertatem, fuliginiſque copiam. Nam mortem adfert cauſæ morbificæ magnitudo, ſymptomatum vehementia, & curandi difficultas. Similiter funeſta eſt Æthiopibus febris ardens, non cauſæ magnitudine, cùm facillimè minimóque negocio hoc malo tententur, ſed ſymptomatum vehementiâ, quia calor in his ſit incendium. Scythis verò, Scotis & Anglis eadem febris eſt funeſta, cauſæ magnitudine, cùm ipſi ſint frigidi: & curandi difficultate.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXVII. 1 Αἱ δὲ 2 ξὺν πυρετῷ γινόμεναι 3 ὀδύνας περὶ τὸν 4 ὀσφύν τε καὶ τὰ 5 κάτω χωρία, ἢν 6 τε φρενῖτις ἅπτωνται, τὰ κάτω ὑπολείπουσι, ὀλέθρια κάρτα. Περισκεπτέον δὲ καὶ τὸν 7 ἄλλων σημείων ὅτῳ φαίνεται τὰ πυκνὰ, ἀνέλπιστον ὁ ἄνθρωπος. LXXVIII. Εἰ δὲ ὁ ἀναλύσαντος τὸ νοσήματος ὡς περὶ τὰς φρένας, τ' ἄλλα σημεῖα μὴ πυκνὰ ὑπάγοιντο, ἔμπυον ἔσεσθαι τοῦτον πολλαὶ ἐλπίδες.

LXXVII. 1 *Cum* 2 *febre* 3 *dolores qui* 4 *lumbi ſedéſque* 5 *inferas occupant, ſi illis relictis* 6 *præcordia inuadant, pernicioſiſſimi ſunt. At huius rei veritas ad* 7 *aliorum ſignorum rationem eſt exquirenda, vt ſi quod* 8 *aliud malum acceſſerit ſignum, deſperatus homo videatur.* LXXVIII. *Sin verò* 9 *morbi* [*lumborum*] *ad diaphragma appulſu, alia quæ apparent ſigna haud mala fuerint, ſuppuratum fore multa ſpes eſt.*

Græcus codex hîc tertij libri initium facit.

COMMENTARIVS.

1 Morborum acutorum alij in febris eſſentia conſiſtunt: alij habent febrem ſymptomaticam. Hîc de metaſtaſi agit: quæ cum malis ſignis, mortem; cum bonis, empyema futurum denunciat.

2 Vt ipſa febris ſit ſymptomatica, nam ſine febre non eſſet acutus morbus; & fortè à flatu eſſet.

3 Id eſt, morbi, iique acuti: omnis enim morbus qui habet febrem ſymptomaticam, in acutis eſt memorandus.

4 Id eſt, aut partes illas quæ propriè lumbi dicuntur, atque oſſe ſacro & coſtis definiuntur, quæ vertebris quinque, & inſinuata illis rachitide conſtant: aut eas quæ in lumbis continentur: vt muſculos 4. duos flectentes lumbos, & duos flectentes crus, arteriam magnam, & venam cauam: aut quæ à lumbis originem ducunt, vt mezenterium, & inteſtina.

5 Nam vt de lumbis propriè dictis loquamur; Ex lumborum recurſu oculorum peruerſio, malum: 3. prorrhet. 35. Et, quæ ex lumbis ad collum & caput recurrunt, paraplectico modo reſoluunt, 3. prorrhet. 26. Rurſum pernicioſi ſunt, vt ad eas partes quæ in lumbis continentur tranſeamus, quia excitato incendio in arteria magna & cana vena, bilioſæ materiæ ad ventriculum fit refluxus: quæ cardialgias, vomitiones, deliria etiam pariunt. 3. prorrh. 38. & 47. Poſtremò, vt ad partes quæ à lumbis originem ducunt veniamus, meſocoli, (id eſt, interſtitij craſſorum inteſtinorum, vt mezenterium eſt interſtitium gracilium inteſtinorum) affectio hectica frigida, in hydropem abit. Quæ affectio lumbis tribuitur, translata ab imo ventre ad thoracem materia, ſiccam tuſſim cum difficultate ſpirandi coniunctam hydropicis adfert, vnde mors, 6. aph. 35.

6 Nam ſi occupetur à plegmone hepar, dolor attingit diaphragma, non tamen relicto hepate: nec illud calamitoſum, cùm ſit pathognomonicum ſignum: nec inde effundi poteſt pus in thoracem, etiamſi bonæ affulſerint notæ.

7 Quæ ex robore trium facultatum ducuntur; ſi ad bonum, empyema fiet; ſin ad malum hæc præſagium

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 276 sur 513

præſagium cedant, nulla ſperabilis ſalus. vt ſi ad caput curſum ſuum flexerit materia, fiet oculi peruerſio, id eſt, conuulſio, & mors. Itaque, vt aſſerit Galenus hîc, ſi mala indicia trium principum partium facultatum acceſſerint, indicium fiet, *ουδέποτε απολείπει ὁ ἄνθρωπος*, id eſt, repentè.

8 Id eſt, ſi illi refluxus omninò ſymptomaticè, non autem criticè fiant: & ſymptomatum acceſſionem, non autem remiſſionem adferant. Nam diadoſis remiſſionem, at metaſtaſis acceſſionem adfert.

9 Appulſus enim ratio eſt duplex, ſymptomatica, & critica. Critica autem eſt, cum excitato incendio, tranſlatio fit materiæ ad ſuperiores partes, & conſectariam habet hæmorrhagiam. & expectorato conuenienter facto, ſalus ſperari poteſt. ſin minùs, in propinquo mors erit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXIX. 1 *Οκόσοι δὲ ἐμπύων 2 κάοντι, εἶτα ἂν 3 καθαρὸν μὲν τὸ πῦον ᾖ, ᾖ 4 λευκὸν, καὶ μὴ δυσῶδες 5 πάντως. Οἷσι δὲ 6 ὑποπίων τε καὶ 7 βορβορῶδες, 8 ἀπόλλυνται.*

LXXIX. 1 *Quicumque purulenti 2 vruntur, ſi 3 purum quidem pus fuerit, & 4 album, nec tetri odoris, 5 conualeſcunt. At quibus 6 ſuberuentum & 7 cœnoſum [manat pus,] 8 moriuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Aphoriſmus hic aut librarij, aut impreſſorum, aut interpretum ſtupiditate, id quod antè neminem admoniſſe miror, malè collocatus eſt: quia pertinet ad curationem ſuppurati, ideóque proximè ſequi debuiſſet aphoriſmum 76. hic poſitum. Imò in quibuſdam exemplaribus non legitur. Docet itaque ſuppurato perfecto, ſi expectoratum conuenienter non prodeat, ne illa materia cunctando plus detrimenti partibus adferat vnde manauit, quàm primigenia affectione, conſentaneum eſſe, vt primo quoque tempore, vel naturâ vel arte excludatur. Atque omnes Aſclepiadæ, ſi nulla ſpes abſceſſus appareat, thoracem aperiendum putauerunt: ſicut & in hydrope ventrem.

2 Adhibitis pyroticis medicamentis, vel ferro ardente inter quartam & quintam coſtam, qua parte ſuppuratum conſiſtit: Si quidem Pleuritis in 4 coſtis ſuperioribus conſiſtat: vt deinceps pyulcis inſtrumentis, pus paulatim, & non confertim educatur; ſi expectoratum denegetur. Ne ſcilicet pus ipſum plus adferat detrimenti partibus vnde dimanauit, quàm ipſum à primigenia affectione, vt pleuritide & peripneumonia conceperit. Hæc autem pectoris apertio ob varios fibrarum ſitus valdè eſt difficilis & periculoſa: quia fibræ tranſuerſæ non ſunt diuidendæ. Libro De internis affectibus, docet hanc ſectionem Hipp.

3 Et mixtionis expers, id eſt, non bile, aut pituita, vel melancholico humore perfuſum, ſed prorſus æquale. nam quod alibi æquale, hîc *καθαρὸν* dicit.

4 Ab integritate partium ſolidarum, à quibus conficitur.

5 Et ſuperſtites euadunt.

6 Conſiſtentia & qualitate.

7 *Βορβορῶδες* fœtorem & craſſitiem oſtendit.

8 Quòd partes vnde manat ad vitam tuendam perneceſſariæ in vitio ſint; nec poſſunt vnquam reſtitui. vnde tabis metus: quæ tabes erit prorſus inſanabilis: quia incidit fractis iam viribus: & cauſam continentem habet, materiam pepaſmi expertem. Vega d. noſtro tempore eſcharoticis tantùm & potius cruſtam inurendo, quàm vſtionibus penetrantibus empyos curamus. Ita Aëtius eſcharas facere præcipit, multis in locis, lib. 2. ſerm. 4. cap. de Orthopnoicis & anheloſis; vnde curationem ſumi præcipit, cap. de pector. ſuppuratis. Et Paulus 6. lib. 44 cruſtis vtitur, quas diu ſeruat. Verum d. Vega, qui aculeato cultello ſcalpello perrundunt ſuccingentem membranam vt ilicò pus prodeat; & illi qui vſque ad pus adurunt, vel protinus mortem conferunt, cùm vnà cum pure vitalis etiam ſpiritus vniuerſus excludatur, vel fiſtulas inſanabiles inducunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXX. 1 *Κύστες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι, 2 δεινὰ μὲν πάντως καὶ ὀλιθεύει. 3 Ὀλεθρεύονται δὲ ὀκόσοι 4 ἤδη πυρετὸν συνέχει γινόμενοι· καὶ γὰρ εἰ ἐς αὖτις τῷ νοσήματι πέσοι, ἐκφυγεῖν ἀποκλείονται. Καὶ αἱ κοιλίαι 7 ὑποχωρέουσιν ἐν τοιούτῳ πρὸ χρόνου, εἰ μὴ σκληρόν τι καὶ 8 ἀχρὶς ἀνάγκης ᾖ.*

LXXX. 1 *Veſicæ durities cum ſummo dolore coniuncta, valdè eſt 2 metuenda & omninò calamitoſa. Sed 3 planè funeſta eſt [illa durities cum ſummo dolore coniuncta] quæ 4 vnà cum febre continua incidit: nam veſicæ dolores 5 per ſe ipſi 6 necando ſufficiunt. Huc accedit, quòd eo morbi tempore 7 nihil prorſus alui ferantur, niſi duris quibuſdam, & 8 cum ſumma egerendi difficultate 9.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, veſica inflammatione obſeſſa. Quia enim aliter Hippocrates, aliter recentiores nomen phlegmones vſurpant, ideò per ſymptomatum pathognomonicorũ periphraſin explicat recẽtiorum phlegmonen. Durities enim proprium eſt ſymptoma immutati habitus: dolor, vtriuſque; & immutati habitus, & immutati temperamenti. Nominat autem ſolam duritiem, & dolorem, quia rubor & calor deprehendi nequeunt.

2 Quia veſica & generis ſimilitudine (eſt enim neruoſa & membranea) & vaſorum communione (quia accipit neruum ſextæ coniugationis) partes principes in ſui ſympathiam trahit. Deinde, quòd ab inflammatione, officium veſicæ in excernendo deſideretur, quo diu carere non poſſumus.

3 Vt nihil ſpei reliquum ſit.

4 Quòd nim. ad illam morbi vim calamitoſam, ſymptoma acceſſerit, quo vis naturæ infringitur, omniſque œconomia eius labefactatur.

5 Id eſt, ſine tali febre continua.

6 Nim. officij intermiſſione & doloris communicatione. nam veſicæ magni ſatis inſeruntur nerui ab oſſe ſacro profecti, Gal. 5. de vſu part. & venas & arterias accipit, ab his, vbi veniunt à dorſo ad crura. Idem, eodem loco.

7 Ratione incendij veſicæ, quod exhaurit *ὄχιμα* ſtercorum, cum inteſtinis communicatione. Quia veſica virorum recto inteſtino incumbit; quemadmodum mulierum collo vteri.

8 Et egerendo, ob ſummos dolores, ſe vrgere non audent. nam ſoluitur continuum, deiectio cùm deſcendit: vel dum premunt muſculi epigaſtrij veſicam, nam fæcem non premente intactâ preſſione veſicâ.

9 De hoc malo Aëtius 4. lib. 3. Gemina itaque hîc Hippocrati cauſa mortis, doloris immanis atrocitas, & deiectionis ſuppreſſio.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXXI. *Λύσις δὲ 1 ἔσται 2 πυώδεος οὐρήσιν, 3 λεπτοῦ καὶ λείου ἔχοντος τὴν ὑπόστασιν.* LXXXII. *Ἢν δὲ μήτε * τοῦ οὔρου ἐνδιδῷ † ὁ πόνος, μήτε οὐρήσις μαλακωτέρου, ἢ, τε πυρετὸς ξυνεχὴς ἢ ἐν 4 τῇσι πρώτῃσι ἀπαυδήσει τὸ νοσήματος, ἐλπὶς 5 μὴ ἀλγήσαντα ἀπολέσθαι.* LXXXIII. *Ὁ δὲ τρόπος τοῦτος ἀπίσω ἀπὸ πυώδεων μᾶλλον ἢ ἐπὶ τὰ ἐπιπολαίοτερα, ἕως ἂν ἐς τὰ πεπεμπτοῖσι ἔτεσι ἥκωσι.*

* τὸ οὖρον
† πέπων

LXXXI. *Sed [illius 1 inflammationis] remiſſionem adfert, 2 purulenta vrina, 3 alba, & læui hypoſtaſi prædita.* LXXXII. *Quòd ſi vrinæ illi purulentæ*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 277 sur 513

©BIUM

dolor nihil conceſſerit, nec veſica mollior percipiatur, tum ipſa febris continenter infeſtat 4 primis morbi diebus, metus eſt 5 ægrum interiturum. LXXXIII. *Sed hæc morbi ſpecies vel idea 6 ſeptennes pueros potiſſimùm invadit, donec ad decimumquintum ætatis annum peruenerint.*

COMMENTARIVS.

1 Sic à recentioribus appellatæ.

2 Quæ eſt inflammationis materia continens, in pus degenerans, quæ inflammationis remiſſionem adfert. Nam hoc pus eſt ſignum pepaſmi affectionis propriæ, veſicæ: ſuppurato nim. confecto in veſica.

3 Vt hæc febris remiſſionem adferat. Hæc hypoſtaſis non ducitur à veſica, ſed à venis & partibus ſolidis: Et eſt vniuerſalis pepaſmus; quia fruſtra ſuſcipitur in parte aliqua coctio, ſi vniuerſitatis excrementa maneant cruda: d. hîc album & læuem debere eſſe hypoſtaſin: nam à pure malè omnia olebunt, quòd à veſica veniant: propterea ſilet de odore. Aëtius hæc latiùs.

4 Id eſt, primo quaternario, vel ſeptenario.

5 Quòd ad calamitoſam vim morbi, ſumma naturæ infirmitas acceſſerit. Magnâ enim vim necandi veſica habet, ob ingentem quem læſa dolorem adfert. Quod prudenter Homerus notauit, vbi Meriones occidit Phereclum fabricatorem nauium Paridis, hic veſicam pertuſus lanceâ γνὺξ δ' ἔριπ' ὀιμώξας· σὺν τεύχεσι δὲ μιν ἀμφεκάλυψεν.

6 Quòd affectioni veſicæ & calculo obnoxij ſint. Quia pueris huiuſmodi, renes ſunt valentiores, & omne membranarum & neruorum genus infirmum, omniſque facultas in illis partibus conſiſtens languet, potiſſimùm animalis. Hinc fit vt renum vi polleant ad excluſionem fæcis in veſicam: & veſica hoc debilior eſt. Si in corpus veſicæ curſum ſuum flexerit ſanguis qui fuſos craſſos gerit ſuccos (à puerorum voracitate) phlegmones auctor erit: ſin cum vrinâ in cauitatem illa cruditas delapſa fuerit, calculus fabricabitur.

HIPPOCRATIS
PROGNOSTICON III.

ARGVMENTVM.

HOC libro docet ſigna quæ apparent ad tempus & ad ſpeciem criſis. Quòd autem citò abſoluet ſuam hiſtoriam, intelligemus ex morbi natura, quæ elucet ex magnitudine, motu, more, & ſpecie. Magnitudo ex pathognomonicis ſignis deprehenditur vel validis vel mitibus. Motus ex paroxyſmis notatur. Species ex pathognomonicis. Mos, ex epiphænomenis. Et magnitudo ex ætate, temperie, anni tempore regione, & ſignis pepaſmi. Vt ſi febris bilioſa affligat iuuenem bilioſum, æſtate, regione calida, citò finietur: vt cottidiana in ſene pituitoſo, hyeme, regione frigida, tardè. Sed num ad mortem, vel ſalutem, id ex aliis ſignis notabimus: vt ex pepaſmo cæteriſque epiphænomenis.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΩΝ Γ.

ΙΣ 1 πυρετοὶ 2 κρίνονται ἐν 3 τῇσιν ἀυτῇσιν 4 ἡμέρῃσι τ' ἀειθμῶν, ἐξ ὧν τε 5 νοσεύμενοι οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ὧν ἐπίλαμ). Οἱ, τε γὰ 6 διαθέσιες τῆ πυρετῶν, καὶ ὅτι σημείων 7 ἀσφαλεςάτων βεβῶτες, τετάρτοισι 8 παύον), ἢ κρόδιον. Οἱ, τε ῥ κακιοδέεςοι, ἢ ὅτι 10 σημείων δεινοτάτων γινομένων, ΙΙ πέμπτοισι κτείνουσιν, ἢ κρόδιον.

HIPPOCRATIS
PROGNOSTICON III.

AT verò 1 *febres* 2 *iudicantur* 3 *eiſdem ipſis numero* 4 *diebus, quibus fit vt* 5 *ſuperſint homines, aut moriantur. Etenim febres* 6 *mitiſſimæ, & cum ſignis* * *coniunctæ* 7 *tutiſſimis, quarto die* 8 *ceſſant, aut etiam celeriùs. Contra verò* 9 *quæ admodùm ſunt malignæ febres, & quæ cum* 10 *ſignis calamitoſis exiſtunt,* 11 *quarto die interficiunt, aut etiam priùs.*

* *nitentes vel firmatæ*

COMMENTARIVS.

1 Ratio criſeos hoc prognoſtico continetur.

2 Id eſt, mutationem ſuſcipiunt ad ſalutem vel mortem.

3 Pari vel impari. Nam quæ paribus diebus accedunt, paribus iudicantur: quæ verò imparibus, imparibus. Paribus autem diebus ea accedit febris, quæ ſecundo die grauior eſt quàm primo, & quarto quàm ſecundo, & ita deinceps.

4 Quæſtio hîc eſt, cùm intermittentes non diebus ſed periodis iudicentur, cur Hippocrates ſolorum dierum meminerit. Ratio eſt, quia Hippocrates æquè accommodat prædicendi ſcientiam, & ad bonum & ad malum exitum. Vniuerſali enim theoremate docere vult, quando conualeſcere, & quando mori debeat æger: Interitus autem non poteſt accommodari ad intermittentes, vt pote periculi expertes: quoquo enim modo intermiſerint, ſine periculo ſunt; nam inflammatio, aut maligna qualitas eſt cauſa mortis, hæc autem abſunt in intermittentibus: itaque quatenus talis eſt, eſt ſalutaris.

5 Quia nemo ſine criſi conualeſcit: nemo ſine criſi moritur. Non tamen diebus id aſcribendum: ſed his quæ fiunt & ſuſcipiuntur iis diebus: Nam nemo moritur, niſi victore morbo.

6 Id eſt, benè moratæ beneque conſtitutæ in ſpecie, magnitudine, more, & motu. Cuiuſmodi ſunt Synochi non putres, cum benè morata eſt anni hiſtoria; 3. aph. 8.

7 In eſſentia corporis, actionibus, & excrementis naturæ conſentaneis. Coniunxit Hippocrates illa duo

duo,mitiſſimas, cum ſignis tutiſſimis, quia habet & morbi,& ægri rationem.

8 Dicet quiſpiam,Galenus 4.aph. 62.negat vllam febrem biliosam ante ſeptimum diem iudicari poſſe, bonis ægri rebus. nullæ autem febres celeres motus habent quàm biliosæ.igitur nullæ quarto die iudicari poterunt.Reſpondemus: Quo materia febrilis magis fuerit naturæ conſentanea,eò citiùs pepaſmum recipit:& quò magis diſſentanea, eò tardiùs concoquitur. Synochorum autem materia ſanguis eſt, qui longè magis naturæ eſt conſentaneus quàm bilis.

9 Quarum materia pepaſmi eſt expers : vt ſunt febres peſtilentes.

10 Eſſentiæ corporis,actionum, & excrementorum.

11 Qui quartus dies referendus eſt ad initium morbi, ſi quis ab initio acutè febricitauit ; aut ad id tempus quo quis vehementer febricitare incepit: annotante hoc Gal.1.epid.3. in hiſtoria Eraſini, qui cùm acutè febricitaret, quinto deinde die obiit.qui, inquit ibi Galenus, quamuis graniter laboraret, ad quartum diem tamen productus eſt, cùm primo die mediocriter haberet: ita primus dies ad cenſum non venit.d.Si ineunte morbo primo die calamitoſa ſigna adſunt,4.moritur,vel etiam citiùs : nam frangitur facultas.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ἡ μὲν οὖν 1 πρώτη 2 ἔφοδος ὧν τέτων ἔτω τελευτᾷ. Ἡ δὲ δευτέρη, ἐς πλεῖ 3 ἑβδόμου ἀποκρίνει. Ἡ δὲ τρίτη, ἐς πλεῖ 4 ἑνδεκάτου. Ἡ δὲ τετάρτη, ἐς πλεῖ 5 τεσσαρεσκαιδεκάτου. Ἡ δὲ 6 πέμπτη, ἐς πλεῖ ἑπταικαιδεκάτου. Ἡ δὲ 7 ἕκτη, ἐς πλεῖ εἰκοστοῦ. 8 Αὗται μὲν οὖν εἰσι τῶν 9 ἐξιτηρίων νοσημάτων διὰ 10 τεσσάρων 11 ἐς τὰς εἴκοσιν, ὅκ ἀφορίσιος τελευτῶσιν.

Ergo 1 *primùm naturæ & morbi* 2 *certamen ſic definitur. Alterum verò ad* 3 *ſeptimum diem producitur. Tertium verò* 4 *vndecimo definitur die. Quartum ad* 5 *decimumquartum producitur.* 6 *Quintum verò in decimumſeptimum deſinit.* 7 *Sextum autem ad vigeſimum. Atque huiuſmodi* 8 *inſultus ex* 9 *acutiſſimis morbis* 10 *in vigeſimum totius hiſtoriæ morbi diemex* * *acceſſione,per* 11 *quaterniones finiuntur.*

*additione

COMMENTARIVS.

1 Cùm perſpicuum ſit, homines à mitiſſimis morbis intra quartum diem conualeſcere ; & contra, à peſſimis, in quibus nim. vehementiæ & malignitatis ſumma ſunt omnia, intra illud tempus interire.

2 Primo nim. quaternione. elegans metaphora: ἔφοδος eſt incurſio hoſtilis.

3 Qui ſecundus quaternarius eſt cum primo coniunctus : quamuis ſit inter quartum & ſeptimum intercalaris quintus.

4 Qui tertius quaternio eſt à ſecundo ſeiunctus, quia octauus dies ſecundæ ſeptimanæ initium exiſtit : quamuis inter ſecundum & tertium ſit intercalaris nonus.

5 Vt nim. vndecimus initium ſit illius quaternarij quarti cum tertio coniuncti.

6 Cuius principium eſt decimus quartus.

7 Cuius principium eſt decimus ſeptimus.Hæc eſt ſententia Hippocratis:exactè peracuti, 4. diebus finiuntur ; peracuti non exactè, 7. acuti exactè, 14. acuti non exactè, 17.aut 20. Nam acuti ſimpliciter non omnes perueniunt ad 14. ſed quidam 11. finiuntur : Sic etiam acuti non exactè terminum vltimum habent 20.diem,etſi quidam 17.finiantur.

8 Seu certamina.

9 Non dicit ex luna aut aſtris, ſed notanter ex ipſis morbis,id eſt,naturæ triplici periodo,& humoris morbifici motu.

10 Et coniunctione quaternariorum inter ſe.

11 Nam poſt 10. ſequitur vis ſeptenariorum vſque ad 40. diem:dein 20.habentur,ad 100.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

II.1 Οὐ δυνατὸν δὲ ἐλάσσοσιν ἡμέρῃσιν κρίνειν τετέων ἀριθμὸς ἀρεκέως· ἀπὸ μὲν γὰρ 2 ἑνὸς αὐτός τε καὶ οἱ 3 μείους ἑλάσσοσιν ἡμέρῃσι γ πεῖσιν ἀριθμὸς. 4 Μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ αὐτῷ 5 χρόνῳ καὶ 6 πλεῖ αὐτῶν φύσιος ἡ φορὴ ἀριθμὸς 7 τεσσερῶν καὶ πεντήκοντ' ἡμερέων. 8 Ἡ δὲ δευτέρη, 9 τεσσαράκοντα ἡμερέων. Ἡ δὲ 10 τρίτη 11 ἑξήκοντ' ἡμερέων.

II. 1 *Sed nullus horum* [*quaternionum*] *poteſt perfectè & verè diebus integris numerari : non enim* 2 *annus &* 3 *menſes integris diebus definiri poſſunt. His* 4 *autem* [*viginti diebus*] *exactis in eadem* 5 *ſpecie morbi,* 6 *per eandem* [*dierum & ſignorum*] *acceſſionem prima* [*quæ ſequitur*] *periodus* 7 *trigeſimo quarto die definitur.* 8 *Secunda verò periodus* 9 *quadrageſimo die finitur.* 10 *Tertia verò periodus eſt* 11 *ſexaginta dierum.*

COMMENTARIVS.

1 Ob nim.diuerſam paroxyſmorum anticipationem ; id eſt, aut incipiendo, aut deſinendo. Nam licet primus ac tertius quaternio incipiendo ſint integri,non tamen deſinendo ſunt integri. Cæteri autem quatuor quaternarij, nec principio nec fine ſunt integri. Nam criticos dies per quaternarios numerat ad 20. ſed d. hi quaterniones non debent integris diebus numerari ; ſed quid detrahendum, ita vt ex duobus quaternionibus, vnus fiat ſeptenarius : & à ſeptenariis aliquid eſt accidendum, alioqui 20. dies non implerent tres ſeptimanas.Quare nunc coniunctim, nunc ſeparatim numerentur.

2 Qui conſtat 365.diebus,& quarta parte vnius diei naturalis, hoc eſt, ſex horis, & parte diei ferè centeſima (d. Galenus hîc.) Nam vt quarto quoque anno, quatuor illæ partes integrum diem nobis efficiunt, ita illa centeſima pars efficiet centeſimo anno vnum diem : ſed illa centeſima pars perit. Nam Sol cottidie conficit 59. ſc. & 8. ſecunda. Vide Vegam 1134.

3 Præſertim lunares,qui ſunt 29 dierum, & horarum 12.nam annum refert ad ſolem, menſem verò ad lunam. Nam menſis peragrationis lunæ conſtat 27.diebus, & 8. horis:tunc enim redit luna ad id zodiaci punctum vnde abierat. vt ſi tunc iuncta fuerit cum ſole: redit quidem luna,vt dixi 27. D. & 8. H. ad id punctum, ſed Sol interim perrexit ac confecit gradus quoſdam, quos non ante duos dies peragrabit luna, vt attingat Solem : nam ſingulis diebus luna conficit 13. gr. & ſc. 11. & in his diebus duobus per alios duos gradus ferè duobus diebus cum dimidio, vt fit, plus vel minus, quò aſſequatur ſolem, poſt peractum iam proprium curſum,hoc eſt, 27. D.& 8. Horis.Eritque menſis coniunctionis (qui verè lunaris dicitur, nim. à coniunctione in coniunctione) 29. Dierum, H.12. vſque in 30. nec ſemper æquale. Igitur 30.Dies,menſem efficientes, non ſunt integri numerandi.

4 Quibus diebus 20.ſeptimanæ tres continentur,& quaternarij ſex : dicit Hipp.poſt. 20. reliquos criticos per 20.reduplicationem numerari.& ea vis ad 120. diem ſe extendit.

5 Atque forma,ſeu hiſtoria.

6 Qua periodo, quove die certamen morbi & naturæ eſt in procinctu.

7 Quæ quidem periodus ordine ſeptenariorum à viceſimo eſt ſecunda : ſed prima coniunctione ſui cum tertia. vt enim 34. dies ſecundi ſeptenarij eſt finis,ita principium tertij, qui in 40. definit diem: quia primus ſeptenarius poſt 20.diem & incipiendo

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 279 sur 513

©BIUM

& finiendo eſt integer, non habita ratione quaternariorum: ſecundus verò ſeptenarius incipiendo eſt integer, ſed non finiendo. Facit itaq. mentionem 34. diei, vt indigitaret, eadem ſerie eſſe numerandum à 20. vt ante 20. ſeparando nim. primas hebdomadas duas, & iungendo tertiam ſecundæ.

8 Quæ initium ducit ad 34. diem

9 Nec integris definitur diebus, quod per coniunctionem ſeptenarii rationem obtinear, quemadmodum & tertia priùs exactorum 20. dierum 14. Quia comparat hîc ſeptenarios inter ſe. Tertia enim nec principio nec fine eſt integra: quia 14. eſt initium eius, & finis eſt 20. cum duodecima parte vigeſimi primi diei.

10 Non quidem, vt alibi, tempus intenſionis & remiſſionis, ſed periodum vocat poſt 10. diem ſeptimum: quemadmodum ante 24. diem vocabat periodum, diem nimirum illum quo accedit ἔρως & illa naturæ aduerſus morbum.

11 A quadrageſimo nim. quo exacto perit vis ſeptenariorum, ac tunc morbi acuti nomen amittunt, & diuturni dicuntur. Etenim poſt 40. diem, vſque ad 100. ternis aſcendimus, hoc eſt per 20.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* προγινώσκειν

1 Τῶν δ' 2 ἐν ἀρχῇσιν ὄζυν χαλεπώτατον 3 * διαγινώσκειν, τὰ μέλλοντα ἐν πλείοσι χρόνοισι κρίνεσθαι. 4 ὁμοιότατα γὰρ αἱ ἀρχαὶ εἶσιν αὐτέων. ἀλλὰ χρὴ ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης ἐνδυμέεσθαι. Καὶ κατὰ 5 μέσους τεταγμένους προσπεσεῖσθαι. 6 σκέπτεσθαι δὲ, ἢν λάθῃ ὅπῃ τρέψεται τὸ νόσημα. Γίνεται δὲ ἡ ἔξω 7 τεταρταίων κατάστασις, ἐν τῷ τοιούτῳ 8 κόσμῳ.

1 *Sed eorum* 2 *ineunte quidem morbo difficillimum eſt* 3 *præſentire, quæ longo ſpacio venient indicanda:* 4 *horum enim principia ſui ſimillima exiſtunt. ſed tamen oportet* [*ante*] *diligenter à primo die attendere: &* 5 *ex coniunctis inter ſe quaternionibus, ad eam rationem* [*morbi exitum*] 6 *conſiderare. nec te latebit quorſum euaſurus ſit morbus. Quin &* 7 *quartanarum febrium hiſtoria* * *ad hanc exquirendi* 8 *rationem eſt reuocanda.*

* vel, *ex tali concinnitate*

COMMENTARIVS.

1 Quæ eiſdem iam dictis numero diebus iudicantur, qua de cauſa, criſeos nim. homines intereunt, aut conualeſcunt.

2 Qui nim. 34. 40. 60. iudicantur, in his non elucet quid certi, in primis quaternionibus, quo ſeſe vertet morbus: nam & morituris & euaſuris eadem initio adſunt. Itaque in ſequentibus quaternionibus notandum quid præſagiant. Ita elucebit num ad ſalutem ſe vertet, & quando, & quo modo. ſi interiturus, an reſolutione, op preſſione, tabe, criſi, vel ſine ipſa. Sed hæc latent, ni conferas facultatem morbo: vt ſcias num vigorem morbi ſuſtineat facultas. id intelligimus ex 1. aph. 12. q. d. quibus futurus eſt ſtatus intra 7. D. hoc debet medicus intelligere primo quaternario. Qui enim 1. D. omnes ſalutares habet notas, 4. die aut citiùs euadet: ſin omnia mala morietur. Si nulla ſalutaria apparent ante 7. non finietur ante 14. niſi celeriter moueatur. Si itaque ante 20. non inibit morbus criſin, is ante 11. aut 14. non dabit notas pepaſmi. Sin ante 20. pepaſmi ſigna non elucent, is non ante 34. aut 40. finietur. Igitur 1. 2. 3. quaternario, fieri non poteſt in his certa præſenſio. ſufficit eum morbum diuturnum fore vt hoc ſciat, 20. tamen D. præſentiet, & ex quaternionibus intelliget num ad vigorem par ſit facultas.

3 Et ſcienter animaduertere.

4 Acceſſionum nimirum tempore, & ſymptomatum æqualitate, 1. aph. 12. quia lenta initio eſt pugna, & propterea nulla notabilis ad ſalutem vel interitum inclinatio.

5 Nimirum, dierum in acutis & continuis; periodorum in intermittentibus.

6 Collatis inter ſe morborum temporibus, incrementis, & ſignis epiphænomenis, diſtinctis ad morbi ſpeciem, & ad anni tempus accommodatis.

7 Pro exemplo omnium morborum, quorum hyparxis in materia conſiſtit. q. d. quamuis omnium febrium, hiſtoria quartanæ longiſſima ſit, tamen eius cognitio atque præſenſio, quorſum, quando, & quo modo ſit euaſura, hoc, veluti concinnitate & ordine periodorum continetur.

CRISIS propriè dicitur de cauſa ſalutem aut mortem efficiente apud Hippocratem 1. epidemiôn. diebus criticis intereunt vel conualeſcunt homines: nam diebus criticis ſuſcipitur iſtud certamen naturæ & morbi. Critici dies dicuntur in quibus quædam apparent vel fiunt ad ſalutem vel mortem, ad deterius vel melius. Atque hi ſunt triplices, alii enim ſunt iudicantes, alii indicantes, alii intercalares. Iudicantes ſunt, quibus abſceſſu vel excretione morbus depellitur, vel homo interit. Indicantes, in quibus apparent ſigna quædam ad ſpeciem & tempus criſis. Intercalares, in quibus quædam fiunt aut apparent prætermiſſa à præcedentibus. Singuli autem dupliciter dicuntur, aut enim πρός τι, quæ referuntur ad πρᾶξιν: (id eſt, ſymptomatum acceſſionẽ,) aut ſimpliciter, quando referuntur ad tempus totius hiſtoriæ morbi. Exempli gratia; ſiquis ab initio acutè febricitare inceperit, ſeptimus totius hiſtoriæ dies erit iudicans ſimpliciter. At ſi quis duobus diebus leniter febricitans, tertio die acutè febricitare inceperit, ſeptimus totius morbi hiſtoriæ non erit iudicans, ſed nonus, qui appellatur ſeptimus, non quidem totius hiſtoriæ, ſed proſtheſeos. Sic Lariſſæa virgo, 3. epid. hiſt. 12. iudicata dicitur ſexto die. nam cùm tertio priùs die acutè febricitare inceperit, fuit is quidem ſextus totius hiſtoriæ morbi; ſed quartus proſtheſeos. Aliter exponit Gal. 3. epid. in vxore Dromead.

8 Κόσμον appellat ordinem & ſeriem decretoriorum dierum: nam ἀκοσμία eſt ἀταξία: inde mundum, ob ordinem, κόσμον dixere, vt ait Galenus, κόσμος, id eſt, concinnitas.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. Τὰ δ' ἐν 1 ἐλαχίσῳ χρόνῳ μέλλοντα κρίνεσθαι, δηλωτέρα * προγινώσκεσθαι 2 μέγα γὰρ τὰ διαφέροντα ἀπ' ἀρχῆς αὐτέων εἰδέναι ἔστιν. Οἱ μὲν γὰρ τελευτήσοντες, καὶ 4 ἀνώδυνοι ἐόντες καὶ 5 κοιμώμενοι τὰς νύκτας· τό τε 6 ἄλλα σημεῖα ἔχουσι ἀσφαλέστατα. Οἱ δὲ 7 ἀπολλύμενοι, δύσπνοοι γίνονται, 8 ἀλλοφάσσοντες, 9 ἀγρυπνέοντες, τά τε ἄλλα σημεῖα κακὰ ἔχοντες.

III. *Qui autem morbi* 1 *breui temporis ſpacio iudicari debent, horum præſenſio in promptu eſt:* 2 *nam ab ineunte morbo multum differunt. Qui autem ſuperſtites ſunt euaſuri, tum* 3 *ex facili ſpirant, tum* 4 *doloris ſunt experres, ac de* 5 *nocte dormiunt:* 6 *omniaque ſigna poſſident ſecuriſſima. At verò* 7 *qui moriuntur, difficultate ſpirandi tenentur,* 8 *abſurda loquentes,* 9 *ſomni expertes, aliaq; ſigna poſſident calamitatis plena.*

COMMENTARIVS.

1 Cuiuſmodi ſunt peracuti, & acuti. Facilè videmus in his, num ad ſalutem vel mortem incurſura ſit criſis.

2 Nam ſi cito ſit euaſurus, elucebunt extremæ bonitatis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 280 sur 513

bonitatis ſigna ταχέως, quæ maximè diſtabunt à contrariis:& ita in calamitoſis. Vt ſi facilè ſpiret,dormiat,doloris ſi adſit vacuitas.

3 Nam hoc in acutis præclarè facit & apparet ad ſalutem: facit quidem ad ſalutem, quia temperatur æſtus, & fuligo expurgatur, & calor recreatur, qui in æſtum degenerat:apparet verò præclarè, quia inde colligimus,integras eſſe reſpirationis cauſas,ipſaſque facultates animales & vitales eſſe integras.

4 Sublato humoris orgaſmo.

5 Integritate facultatis cerebri, & ſuaui anathymiaſi:qualis ſomnus multum ad ſalutem recuperandam facit: quia morbus concoquitur, & vires reſtituuntur.

6 Beneualentium ſimilia: potiſſimùm in eſſentia,actionibus,& excrementis.

7 Vſus vel aucti, vel extincti: vel inſtrumentorum, (animalium) aut facultatis (voluntatis) vitio.Recenſet trium facultatum vitia; atque hac quidem parte, vitium facultatis vitalis: reſpiratio enim vitali facultati dicata eſt. Stultè enim quidam philoſophantur de Reſpiratione,vbi diſputant, num ſit naturalis,vel voluntaria.certè vſum reſpirationis nullus cohibere poteſt, hic enim planè eſt naturalis: motus vero cohiberi poteſt, quia hic eſt voluntarius.

8 Vel ea facientes quorum olim fuere inſolentes, in corporis indecora compoſitione, morum diſſimilitudine,abſurditate verborum,& doloris ἀμηχανίᾳ. atque illud eſt vitium facultatis animalis. ἀλλοφάσιν eſt aliâs alia loqui: q. ἄλλοτε φάσκειν ἄλλα,d. Galenus.

9 Defectu cauſarum naturalium ſomni, nim. cerebri temperatione, & ſuaui anathymiaſi ſanguinis.Atque illud vitium pertinet ad facultatem naturalem, cuius eſt ſanguinem generare;& qualis ſanguis,talis ſomnus eſt; & contra, qualis eſt ſomnus, talis eſt ſanguis,1. aphoriſ. 15. ſomni hyeme longiſſimi.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

Ὡς δὲ τετάρτη ἔστω γνωμέων, ξυμβαλλόμενος χρὴ καὶ τὴν τοῦ χρόνου, καὶ τὴν τοῦ πρόσθεσιν ἐσκέφθαι, καὶ δὴ καὶ πάντων ἐόντων ἐπὶ τὰ σημήϊα. Κατὰ δὲ αὐτὸν λόγον, καὶ τῆσι τῶν γυναικῶν αἱ κρίσιες ἐκ τῶν πρὸ τούτων γίνονται.

Quæ: cùm ita ſint, 2 *ad hanc* [*præſcriptam* 3 *temporis & proſtheſeos cuiuſque rationem* [*futuri exitus præſenſio*] *eſt exquirenda,* 4 *morbis ad criſin euntibus. Eadem quoque ratione,* 5 *puerperis à* 6 *partu criſes incidunt.*

COMMENTARIVS.

1 Vt nim.futuri exitus præſenſio tibi in promptu ſit.

2 Id eſt,ex hac.

3 Vt χρόνος ſit naturæ, & πρόσθεσις morbi. Hæc coniuncta pertinent ad certamen, id eſt, motum morbi & naturæ.Coctio enim pertinet ad ſolam naturam;& refertur ad hiſtoriam & tempus morbi.Duobus enim modis recrudeſcit morbus, aut ſuapte vi, extincto calido natiuo, quo modo ex reſtibili fumo calor excitatur, id quod Harmocrati euenit: aut ex conflictu cum natura, vt cùm natura ſe accingit ad ſuperandum morbum,coquendo, ſeparando, & expellendo.

4 Proſequitur ſuperius prognoſticum, vbi d. quòd per quaternarios progrediendo, ad eum quaternarium perueniendum, qui monſtret quò abiturus ſit morbus: nam initio latet in quibuſdam euentus, antequam pronuncies de euentu. Itaque cùm ſeriùs aut citiùs quidam iudicentur, per tempora & quaternionum additionem coniecturam inire licebit, ex ſignis id monſtrantibus.

5 Nimirum temporis & periodorum ab ineunte partu eſt facienda computatio.

6 Ante nim. primum ſeptenarium. Principium numerationis, inquit Galenus in commentario, non quo die ceperit febricitare, ſed quo peperit. Addit Vega, ex eodem Galeno, illud intelligendum eſſe, in febribus quæ ſecundo aut tertio die à partu ſequuntur.Nam ſi ſexto die à partu ſuperuenerit febris, quæ natura ſua ſeptem diebus ſit finienda, non erit à partu facienda ſupputatio: eſſet enim is ſecundus dies febris,quo morbus is non potuit natura ſua finiri.Ratio eſt, quia vbi poſt partum ſequitur febris intra ſecundum aut tertium diem, motus humorum facientium febrem, ſequitur motum factum in die partus, in reliquis verò non. Vide hiſtoriam vxoris Epicratis 1. epi. ſect. 3.hiſt.5.& ibi Philini vxoris, & vxoris Dromeadæ. An tamen diebus criticis (hoc eſt, ſex quaternariis ante vigeſimum, vſque ad quadrageſimum: & tribus vicenariis ante centeſimum) appareant & fiant ad ſalutem aut mortem, quæ apparere & fieri debent?Prioris partis neceſſitas magna eſt: Poſterioris non item. Vtriuſque tamen neceſſitas ſic patebit. Omnis criſis ſolo efficitur pepaſmo, & humoris mitigatione,cuius motu,putredine, & coacernatione febris excitatur. Omnis item criſis apparet pepaſmo excrementi proprij cuius vitio excitata eſt febris. Omnis autem criſis fit excretione, vel abſceſſu,hoc eſt, decubitu materiæ in aliquam partem: nam puerorum morbi,ſolo ſomno tolluntur:Sed aliarum ætatum morbi vel excretione, vel abſceſſu. Nec poteſt aliter morbus depelli,niſi altero illorum duorum modorum.Acuti enim, quorum materia eſt calida, potiſſimùm excretione, rarò abſceſſu definunt. Diuturni; ob pepaſmi difficultatem, omnes per abſceſſum iudicantur, imis in partibus; in quo abſceſſu nulla ratio deſideratur, nec vnde, nec quò, nec qua erupiſſe videatur. Quæcumque igitur apparent vel fiunt,abſceſſu aut excretione,ad ſalutem vel mortem, ea ſolùm diebus criticis accidunt. Atque imprimis de excretione id paret. Quia omnis excretio quæ fit die non critico, vt ineunte morbo,nullis prægreſſis pepaſmi ſignis, aut eſt calamitoſa aut funeſta: vt Philiſci hæmorrhagia,1.3.1.epid.quæ 5. die accidit, cùm morbus paribus haberet acceſſionem. Imò & quæ fruſtra fiunt, diebus criticis certiora ſunt, quàm quæ incidunt in alia tempora, 2. prorrhet.1. 27. Id Hippocrates docuit,in ſuppurato bile perfuſo,quod 7. die erupit, 2. progn. 45. Idem demonſtratum eſt quod ad cætera excretionum genera attinet: ſudores tantùm eſſe laudabiles,qui fiunt die critico:ſic quartanæ hæmorrhagiæ iudicatu ſunt difficiles, 6. epid. 2.25.De abſceſſibus verò dictum eſt nuper, vbi de peripneumonia tandem per abſceſſum iudicata; qui etiamſi loco & ſpecie boni ſint,meliores tamen eſſe, ſi appareant ſigna coctionis,& peculiaris ipſius morbi,& vniuerſitatis totius corporis. Igitur in vitio ſunt, ſi non fiant in diebus criticis, & niſi præceſſerint ſigna ad ſpeciem & tempus criſis. An motui Lunæ aut Solis ratio hæc ſit aſcribenda, aut triplici naturæ periodo & humorum motui?Non nego quod Ariſtoteles, & ante eum Hippocrates,prodiderunt,hunc mundum inferiorem ſupernis lationibus eſſe contiguum, vt inde omnis eius vis deriuetur. Nec dubitabimus cum Hippocrate dicere,maiorem vim ineſſe aëri quàm cibo aut potui. Sed tamen putare, nobis & naturæ neceſſitatem quandam imponi, & peruerti ordinarios naturæ motus,aut etiam certos motus induci,id ab omni ratione eſt alienum. Nam vt d. Hippocrates libro primo de Diæta, incerta & in-

conſtantia

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 281 sur 513

conſtantia eſſe hominum dicta aut facta, naturam verò æquabiliter ſuum curſum perpetuare, triplici ſua periodo, coquendo, ſecernendo, & excernendo. In humoribus autem mutua ineſt mouendi & quieſcendi viciſſitudo, 2. lib. epid. Id quod certè inſitæ cuidam facultati cuiuſque humoris tribuendum eſt. Atque hinc Galenus 6. epidem. d. quattuor diei partes, quattuor anni partibus reſpondere; matutinum quidem tempus veri, atque tum ſanguinem moueri; meridianum æſtati, atque tum moueri bilem; pomeridianum autumno, & melancholiæ; veſpertinũ hyemi, atque tũ moueri pituitã. Hinc non ſequitur, cottidie (in meridie) mouebitur bilis, igitur quottidie redit tertiana. Nam ad febris ſubſtantiam tria requiruntur, motus, putredo, & coacernatio: quorum nihil ſine altero ſufficit. Natura autem cuiuſque humoris ex quattuor conſtat, qualitate, quantitate, vi, & mixtione. Quicquid igitur fit vel apparet in corporibus noſtris, vel è natura, vel contra naturam, id cauſam ducit ex integris vel deprauatis naturæ periodis, in coquendo, diſtribuendo, & excernendo. Naturæ autem vis, quà tres illæ periodi efficiuntur, poſita eſt in partibus ſolidis. Humoris motus cuiuſque inſitus, pendet etiam ab illa triplici naturæ periodo. Nam ſi humor (morbifer) retineatur, concoquatur, ſecernatur, & expellatur, id certè ad ſalutem fiet ægri. Quin omnis ratio criſeos tribuenda eſt illi triplici naturæ periodo, & viciſſitudini motus & quietis, quæ humoribus ineſt. Neque eſſentiam criſis, neque tempus, hoc eſt, diuturnitatem & breuitatem criſis, tum eius etiam ſpeciem non poſſe referri ad lunæ motus, ſic docebimus. Primùm quod ad eſſentiam criſis attinet, fatemur quidem in bene moratis temporibus, morbos effici benè moratos: contra in malè moratis. Sed vnde quæſo ſunt illa tempora benè morata? non certè à motu lunæ; ſed à tota anni partium natura; adeò vt præteritorum temporum vitio, etiam bono cæli ſtatu, morbi accidant. Criſis eſſentia, teſte Hippocrate, 6. epid. 3. 11. in ſolo pepaſmo poſita eſt: hoc eſt in quadam coctione & alteratione humoris; ita vt qui priùs fuerat diſſentaneus naturæ, nunc miteſcat, & naturæ dominatu teneatur. Hoc enim differt pepaſmus à pepſi, quòd hæc eſt reductio cocti in coquentis naturam, licet fiat ab eadem cauſa, teſte Galeno; nam inter alimentum & pus nihil diſcriminis præter ſolam materiam. Nam pus habet quendam calorem præter naturam coniunctum, licet ab eo non fiat concoctio. Pepaſmus poteſt à lunæ motu intercipi vel retardari; vt in muliere quæ ſeptimo die iudicata fuiſſet: ſed non faciet motus lunæ criſin, ſed ſolùm pepaſmus. Quicquid ſuppuratur, d. Hippocrates 6. epid. recidiuam non admittit: nam ipſe pepaſmus criſis eſt; & apoſtaſis: vbi per criſin intelligit ea, quæ fiunt vel apparent ad ſalutem excretione: per apoſtaſin, quæ abſceſſu fiunt. Ipſe Hippocrates libro 1. epi. 2. appellat criſin non repentinam illam mutationem, quæ eſt cauſa ſanitatis effectrix; ſed ſignum illud victricis naturæ quæ apparet in excrementis propriis. vt Bionis in hiſtoria 1. epid. 2. 66. & 45. ſecuritatem criſis oſtendit coctio. Vnde ſequitur, rationem criſeos tribuendam eſſe pepaſmo. Tempus autem criſis, id eſt, breuitas & diuturnitas, pepaſmi celeritati & difficultati attribuitur. nam 1. aph. 12. rectè docet, futurum morbi ſtatum ex quattuor; ex morbi natura, anni tempore, ex acceſſionibus, & conſtitutionibus, id eſt, morbi hiſtoria, & ſignis epiphænomenis. Ex anni quidem temporibus: quia æſtiuæ quartanæ breues, autumnales verò longæ. Ex conſtitutionibus, id eſt, ab eſſentia morbi, & materiæ morbum efficientis conditione: moderatis enim temporibus, moderati etiam humores, & naturæ benè morigeri generantur: & qualis eſt morbus, ita citò vel tardè fit criſis. Ex acceſſionibus, quia morbus cuius ad vigeſimum diem æquales ſunt acceſſiones, ſeriùs iudicabitur; cuius autem ſtatim anticipant, citiùs. Ex ſignis epiphænomenis, nam d. ibi Hippocrates, ſi in pleuritide initio ſtatim ſputum appareat, breuem denunciat morbum: ſi verò poſteriùs conſpiciatur, longum. Idem igitur erit auctor criſis, qui pepaſmi. Huius autem cauſa natura eſt; igitur & illius: Criſeos in quam ſalutaris, nam malæ auctor eſt vis morbi. Atqui natura, hyparxim ſuam habet in partibus ſolidis, quia ipſa natura nihil aliud eſt, quàm patium ſolidarum virtus: Et partium ſolidarum proprium munus eſt concoctio, vt docet Gal. Quod autem ad tempus, hoc eſt, diem criſis attinet, ſciendum eſt, criſin cadere in diem paroxyſmi: Igitur eadem eſt ratio diei criticæ, quæ eſt paroxyſmi: eadem quoque paroxyſmi, quæ periodi: nam quæ paribus diebus accedunt, paribus quoque iudicantur; quæ imparibus, imparibus. Atque hæc paritas & imparitas referuntur ad hiſtoriam & proſtheſin ipſius febris, vt patet ex hiſtoria Philiſci, Pythionis, & Lariſſææ virginis. Paroxyſmus autem ex ephodo, id eſt, naturæ cum morbo certamine. Duplex enim eſt ratio paroxyſmi, quemadmodum annotat Gal. ad hiſtoriam Hermocratis: Vna, vincentis morbi, extincto nim. calore innato; qua ratione Hermocrates 24. incaluit. Altera per ephodon, id eſt, certamen naturæ & morbi. Quæ igitur eſt ratio certaminis, eadem etiam eſt ratio temporis criſis, & periodorum paroxyſmorumque criticorum. Periodorum autem vis conſiſtit in tribus, humorum motu, putredine, & coacernatione naturæ vi excitata. Quando enim bilis copiâ inferior eſt pituitâ, cauſamque putredinis vnicam habet, nim. debiliorem quàm pituita, tertio quoque die mouet naturam. Pituita quæ & copiâ & putredinis cauſâ ſuperat bilem, cottidie naturam mouet: Atra bilis, quoniam & qualitate putredini contraria eſt, & quantitate pauca, quarto quoque die. Atque horum dierum periodos eaſdem obſeruari non eſt mirum: quandoquidem, auctore Galeno, 2. diff. feb. 16. æquale & ſimile quod ab eadem alteratur facultate, æqualia & ſimilia facit excrementa; quin etiam tempus collectionis eorum neceſſariò æquale erit. Motus lunæ igitur huiuſmodi naturæ humoris & corporis, temporis neceſſitatem ſi imponeret, id maximè efficeretur quadratis aut oppoſitis aſpectibus. Quadrati autem aſpectus non cadunt in diem ſeptimum, quo peracuti iudicantur, ſed in octauum. Similiter oppoſiti non cadunt in decimum quartum, ſed in 14. & horas 12. hoc eſt, in decimum quintum medium: Intermittentes 15. die iudicantur, quæ eſt ſeptima periodus. Reſtat ſpecies criſis: huius autem ratio conſiſtit in parte morbo obſeſſa, id eſt, foco febris, in qualitate humoris, & peculiari cuiuſque natura. Nam cùm ardentium febrium propria criſis ſit hæmorrhagia, 1. epid. quandoque tamen hæmorrhagia, ſed ſudore iudicantur: id quod euenit ratione foci, ratione materiæ, & peculiaris cuiuſque naturæ. Quidam enim ad hæmorrhagiam, alij ad ſudores ſunt promptiores: & in mulieribus ſæpè per menſtrua iudicantur. Fateor tamen hæc, oborta tempeſtate, impediri poſſe à corporibus cæleſtibus. Quare nec eſſentia criſis, nec eius tempus, aut ſpecies pendet à luna.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IV. Κεφαλὴν δὲ ὀδυνίαι ἰσχυραὶ τε ἢν ξυνεχέες, ἢ ξὺν πυρετῷ λῦ μὲν πρὸ τριταιοδείων σημείων ἀποσχήσαι, ἢ ὀλιθρίην χαρτε. V. Εἰ ὅπερ πρὸ τριήκοντα σημείων ἢ ὀδυνίη ξυμβαλλοι εἴκοσιν ἡμέρας, ὃ τε πυρετὸς ἔχοι, ξανθοκόλλητος χρὴ αἵματος ῥᾷξαι διὰ ῥινῶν, ἢ ἄλλῃ πῃ ἀνάγκαιον, ἐς τὰ κατω χωρεῖα.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 282 sur 513

IV. *Cæterùm capitis* 1 *immenſi dolores, & pertinaces,* 2 *cum febre coniuncti, ſi quidem* 3 *funeſtum aliquod ſignum acceſſerit,* 4 *valdè pernicioſi exiſtunt.* V. 5 *Si verò abſque illa* [*funeſtorum*] *ſignorum* 6 *acceſſione, vigeſimum* [*morbi*] *diem dolor exceſſerit, febriſque ipſa detineat, narium profluuium aut imis in partibus abſceſſum fore ſuſpicionem adfert.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, remiſſionis expertes, peridiopathiam capitis; non autem per ſympathiam.

2 Quique ob eam rem, in morborum acutorum genere continentur.

3 Vt æruginoſi vomitus, ſurditas, (reſolutæ facultatis audiendi ſymptoma, morbi acuti & turbulenti conſequens) vigiliæ, & noctes ſomni expertes, inflammato nim. cerebro.

4 Nam & inſaniam breui portendunt, & ab inſania, conuulſionem: coac. 172. & 174.

5 Præcedenti prognoſtico docuit, qui labores ſint funeſti, qui ad ſalutem iudicari poſſint. hoc iam prognoſtico explicat, quæ ſit ratio iudicij; & cauſas earum criſeon attribuit, partim conditioni morbi, partim naturæ laborantis.

6 Admodum confuſa eſt ſcriptura. hoc vult dicere: Si quis ex dolore capitis pertinaci cum febre laboret, &, ineunte morbo, partibus ſuperioribus contremiſcat, ſtatus excitentur ſonori in auribus, rubeat facies, venarum pulſus ſint conſpicui, ſine dictorum ſignorum funeſtorum acceſſione, is ſi iuuenis fuerit, hæmorrhagiâ remiſſionem accipiet; ſi ſenex, dyſenteriâ, aut erumpentibus vlceribus, aut pure manante è naribus, aut ſpuris nihil olentibus; ſi mulieres fuerint, menſtruorum profluuio, etſi adhuc menſtruales non fuerint.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. Ες᾽ ὃν δ᾽ καὶ 1 ἡ ὀδυνὴ ἢ γεφαλὴ, παρασθέχεσθαι χρὴ ὠσειῶνος, 2 αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐκπύησιν. 2 Ἀλλως τε καὶ ὀδυνῶν ἀπὸ τῶν κροτάφων, καὶ τὸ μέτωπον ἢ. VII. Μᾶλλον δ᾽ χρὴ παρασθέχεσθαι τὸ μὲν 3 αἵματος πλῶ ῥῆξιν τοῖσι νεωτέροισι πάντα καὶ τριήκοντα ἐτέων· τοῖσι δὲ 4 γηραιτέροισι, πλὴν 5 ἐκπύησιν.

VI. *Verùm* 1 *dolore adhuc recenti æquè profluuium ſanguinis* [*atque vigeſimo die exacto*] *aut ſuppuratum ſperari poteſt.* 2 *Idque cùm aliàs, tum ſi ad tempora & frontem dolor peruenerit.* VII. *Sed multò celeriùs* 3 *narium profluuium triginta quinque annis minoribus expectare oportet:* 4 *grandioribus verò* 5 *ſuppuratum.*

COMMENTARIVS.

1 Sed tamen faciliùs & certiùs dolore adhuc recenti hæmorrhagia; at dolore veteraſcente, ſuppuratum præſtabit.

2 Ex quo ſignificatio ſit materiæ ſubtilioris & calidioris, quæ ad extremas venarum oras peruenit. Nam pituitoſior & craſſior, in venarum capitis radicibus, & veluti venarum veſtibulo, quod chirurgi paſſim vocant torcular venarum, ferè conſiſtit. & his occiput dolet; quem dolorem tollunt pilulæ cochiæ. & huiuſmodi iudicantur per abſceſſum, & per dyſenteriam: at alter dolor per hæmorrhagiam.

3 Quia quò natura viam affectat, eò maximè criſeon inclinationes fiunt. hæmorrhagia autem illis ætatibus eſt maximè familiaris, quæ finiuntur à pubertate, ad trigeſimum quintum ætatis annum.

4 Id eſt, vltra illam ætatem triginta quinque annorum prouectis.

5 Quòd iam frigidius ſit eorum corpus, nec tantam potentiam natura habeat ad excernendum. Suppuratum per aures & nares manando remiſſionem adfert cephalalgiæ, 6. aph. 10.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VIII. 1 Ὡτὸς δὲ 2 ἕξεσι ὀδυνὴ ξὺν 3 πυρετῷ ξυνεχεῖ τε καὶ ἰσχυρῷ, 4 δεινὸν κίνδυνος τὸ διαφθεῖραι ἢ ἀνθρώπου, καὶ 5 ἐπιλέξαι. Ὡς δ᾽ τυγχάνει τῷ * πόπῳ σφαλερὸν ἑωυτοῦ, τυχόντα δεῖ παρασκευὴν ἢ νοσήσαντα τοῖσι † σημείοισι πᾶσιν, ὑπὸ φλεγμονῆς ἡμέρης.

* τόπῳ Vrsa. † ἄλλοισι

VIII. 1 *Aurium dolor* 2 *acutus, cum febri* 3 *continua & vehementi coniunctus, eſt* 4 *formidabilis; nam qui ſic affectus eſt, delirio &* 5 *morte periclitatur. Cum igitur hac mali ſpecies periculi plena ſit, protinùs ineunte morbo, ad omnia quæ apparent* 6 *ſigna mentem conuertere oportet.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, meatus auditorij, cum nerui quintæ coniugationis, qui audiendi facultatem tribuit, affectione: tracto etiam in ſympathiam cerebro, tranſlatione materiæ inflammationis.

2 Nam à diſtentione membranæ & cartilaginis, affectione nerui quintæ coniugationis, per inflammationes grauiſſimè affici aures docet Galenus 3. κατὰ τόπους 2. Imò omnium dolorum hic eſt acerrimus, eò quòd nihil à membrana exſudet.

3 Nim. ab inflammatione.

4 Idque tribus de cauſis, I. vi doloris vehementis, quæ & corpus facit infirmum, & noctes ſomni expertes. II. febris acceſſione, quæ & reſpirationis, & nutritionis œconomiam perturbat. III. cerebri ſympathia, materiæque morbificæ ad cerebrum tranſlatione, vnde delirium & phrenitis.

5 Quòd ad calamitoſam vim morbi accedat corporis infirmitas, & actionum, videlicet reſpirationis & nutritionis, ad vitam tuendam neceſſariarum interceptio, impedimentum, & non nunquam abolitio. præterea tranſlata inflammationis materia ad cerebrum, facillimè concipit cerebrum incendium, vnde delirium: incendio autem exhauritur cerebrum, quo exhauſto, ſequitur mors.

6 Quæ manant ex his tribus fontibus; dolotis eſſentia, febris acceſſione, & cerebri ſympathiâ.

HIPPOCRATIS TEXTVS

IX. 1 Ἀπολλωνίη) ὃ οἱ μὲν 2 νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων, ἑβδομαῖοι, ἢ 3 ἔτι θᾶσσον ὑπὸ τοῦτο τὸ νοσήματος· οἱ δ᾽ γέροντες, 4 πολλῷ βραδύτερον. 5 Οἵτε γὰρ πυρετοὶ, καὶ αἱ προφροσύναι, ἧσσον αὐτέοισιν ὀπτηνύονται· καὶ τὰ 6 ὦτα διὰ τοῦτο φθάνει συμπίπτειν. Ἀλλὰ ταύτῃσι μὲν τῇσιν ἡλικίῃσιν 7 ὑποστρέφει τὸ νοσήματος ὀπτηνόμενα, 8 ἀποκλίνουσι τοὺς πλείους. Οἱ δὲ νεώτεροι 9 φθορὴν ἐκπυήσαντα τὸ οὖς, ἀπέλλωνται). * Ἐπὶ μὲν γὰρ ῥοῦν πύου 10 λευκὸν ἐκ τοῦ ὠτὸς, ἐλπὶς πρὸ νεωτέρου θεραπεύεσθαι· ἢν δὲ 11 ἀλλό τι αὐτέῳ ὀπτηνῶνται) χρηστὸν σημεῖον.

* πολλοὶ ἀλλ᾽

IX. 1 *Hoc morbo* 2 *iuuenes ſeptimum diem agentes, aut etiam* 3 *celeriùs moriuntur: ſenes autem* 4 *multò tardiùs.* 5 *Nam minor vis deliry & febris in ſenes incidit: eamque ob cauſam* 6 *aures ſuppurato antè uertunt. Sed in his ætatibus morbi qui iteratò* 7 *recrudeſcunt, plures quidem* 8 *interimunt. Iuuenes contrà* 9 *ſuppuratum auris morte præueniunt. Si verò pus* 10 *album ex aure manarit tum iuueni ſalutis ſpes affulget, ſiquidem &* 11 *aliud bonum ſignum acceſſerit.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, huius morbi intolerabili cruciatu, & febris acceſſione, delirioque ipſo, & actionum ad vitam ipſam neceſſariarum interceptione.

2 Id eſt, poſtquam ex ephœbis exceſſere, id eſt fere à 25. ad trigeſimum quintum ætatis annum vſque.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 283 sur 513

vſque. Vocat hîc νέους & νεωτέρους, quos Galenus ἀκμάζοντας: quin etiam νεανίσκους Latinè iuuenes appellantur.

3 Symptomatum vehementia; quod dolores in iuuene ſunt maiores, febris maior, ſympathia etiam maiore; nam cùm ſenes frigidiore ſint corpore, minùs febricitant.

4 Nim. moriuntur: cùm tamen æquè funeſta ſit vtriuſque morbi conditio, à 35. anno ad 50.

5 Delirium reſpirationem intercipit: & febris naturalem œconomiam turbat. dolorum magnitudo hîc abeſt.

6 Quo ſuppurato confecto, omnia remiſſiora fiunt: itaque cauſa coniuncta auertit mortis neceſſitatem.

7 Recrudeſcunt in his morbi, quia pepaſmum ægrè conficit languidum iam calidum natiuum: quare ex recidiuis cadunt, cùm non ita integrè ſuppuretur parotis, vt pus album fluat ab aure.

8 Ob cauſarum magnitudinem, quæ his ætatibus ſunt magis diſſentaneæ: & ob partis affectæ, in expellendo, infirmitatem, naturæque fractam ob œconomiam, titubante calido natiuo, vnde ſuppuratum aſſequi nequeunt perfectè.

9 Ob ſymptomatum vehementiam: delirii & febris vi.

10 Læue & æquale: quod ſuo candore partis ſolidæ integritatem; læuitate, id eſt vnitate, caloris innati, in omnem partem materiæ æqualiter ſeſe inſinuantis vim; æqualitate, materiæ bonitatem arguit. fluere id debet intra 7. D.

11 Vt reſtitutio naturalis œconomiæ in actionibus & excrementis. quia fruſtra materiæ in parte aliqua ſuſcipitur concoctio, ſi vniuerſi corporis excrementa manant praua. nam adeſt febris hîc perpetua: ſit igitur vrina cocta. Vide hiſtoriam Cratiſtonactis: 1. epid. 2. 25. & 2. epid. 3. in Zoilo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. 1 Φάρυγξ 2 ἢ ἑλκωθὲν πως πυρετῷ, 3 δεινὸν· ἀλλ' ὦν τι καὶ ἄλλο σημεῖον * χρῆται τῷ 4 περικεκριμένων πυραῶν ἔδη, προλέγειν ὡς ἐς 5 καθαίρω ἐόντα τὸν ἄνθρωπον. * δεῖ χρῆσθαι

X. 1 *Faucium* 2 *exulceratio cum febre coniuncta,* 3 *formidabilis quidem eſt: ſi quod aliud acceſſerit ſignũ prauum,* 4 *cuiuſmodi iam à nobis definita ſunt, de homine ita pronunciare oportet, vt qui* 5 *in periculo ſit.*

COMMENTARIVS.

1 Paraſceue eſt futuræ diſputationis de Angina.

2 Fauces dicuntur amplum illud ſpacium oris interni, quod oſcitantibus nobis apparet: palatum nim. & pars illa in qua eſt gurgulio, ſpatium inter œſophagum, & trachæam arteriam. In faucibus ſunt quidam muſculi deglutitioni deſeruientes, alii autem inferioris maxillæ motui inſeruiunt. Quid autem inter faucium exulcerationem & anginam interſit, ſatis ex ſequentibus aphoriſmis patebit, d. cum febre; q. d. ſi ſurſum acres ſurtigantur in caput vapores, qui præcipitant ſe in fauces.

3 Seu periculi plena, idque potiùs ratione ſymptomatis, id eſt, nauſeæ, quam cauſæ ſymptomatis, in quam, ob præſentiam inflammationis ſtomachi, vel acris diſtillationis incidit. Eôdem enim hic pertinere videtur aphoriſmus, quô ille in coacis: Diuturna in febre nauſea ſcreatu finiens, eſt mala. Nam ſi cui obſeſſũ fuerit phlegmone vẽtriculi orificium, reſoluitur œſophagus. ac deinde continuitate membranæ interioris vẽtriculi pertinet ad palatũ. Quamdiu autem laborabit ſolus ventriculus, nauſea aderit: poſt, laxata tunica illa interiori per materiæ tranſlationem, incidit exulceratio in fauces: & illa diuturna nauſea ſcreatu finitur. Dein etiam plena eſt periculi deglutiendi difficultate, quod eſt officium neceſſarium: imò formidabilis eſt, quia non cedit facilè medicamentis.

4 In immutata eſſentia, deprauatis actionibus, & prauis excrementis. vbi ita loquitur Hippocrates, vt alia ſigna in examen vocari iubeat, ibi proponit ſemper ſigna quæ nec optima ſunt, nec calamitoſiſſima: itaque ex his nihil certi præſagias, niſi aliis adiunctis ſignis.

5 Et in anguſto ſpes eſt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XI. Αἱ δὲ 1 κυνάγχαι 2 δεινόταται μὲν εἰσι, καὶ τάχιστα ἀναιροῦσι, ὀξέως μὲν ἐν τῇ φάρυγγι μοῦνον ἕλκος ποιέουσι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ ἀυχένι. 4 Πλεῖστοι δὲ πόνοι παρέχουσι, καὶ ἡ ὀρθόπνοια. αὕτη γὰρ καὶ ἀνθημερὸν ἀπαγχόνει, καὶ ἡ συντεραίη, καὶ ἡ τεταρταίη, καὶ ἡ τεταρτηφαίη. Ὅσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα 7 παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, 8 ἐπιδιήκνεται δὲ, καὶ ἐρυθήματα ἐν τῇ φάρυγγι ποιέουσιν, ὀλίθρια μὲν χαρτὸν 9 χρονιώτερα δὲ * μᾶλλον τῷ ἀφεδρῶνι, καὶ τὸ ἐρύθημα μέχρι γίνεται. * ὀλίγα

XI. *At verò* 1 *anginæ* 2 *terribiles maximè ſunt illæ, celerrimèque hominem de medio tollunt, quæcumque in faucibus nihil, neque* 3 *in cervicibus aſpectabile relinquunt:* 4 *Sæuiſſimos autem dolores excitant, &* 5 *ſuſpirioſos anhelitus: tales autem eodem ipſo die quo inuaſerant ſtrangulant, &* 6 *ſecundo, & tertio, & quarto. Quæ verò anginæ cæteræ,* 7 *parem doloris vim adferunt, ſed tamen* 8 *intumeſcunt, & fauces rubore ſuffundunt, perniciosæ quidem valdè ſunt illæ, ſed tamen* 9 *diuturniores iis quas iam deſcripſimus, præſertim ſi* [*fauces*] *inſigniter rubeant.*

COMMENTARIVS.

1 Angina generaliter ſumpta ſignificat Hippocrati quicquid ſtrangulandi vim habet. Atque eidem tres Anginæ ſunt ſpecies: prima in ſtrangulatis laqueo, 2. aph. 43. altera a luxatione vertebræ ceruicis, in anticam vel poſticam partem, vel in latus alterum: vertebræ inquam primæ & ſecundæ, quibus maximè dorſalis medulla comprimitur: 2. epid. 2. ad finem. Tertia, de qua hîc loquimur, eſt ab inflammatione, hoc eſt, tumore præter naturam cum rubore, pulſu &c. à ſanguinis ſinceri, aut bilioſi affluxu. Cuius quidem ratio multiplex eſt à cauſa, eſſentia, parte, & accidentibus: quia aliquando incidit ab orgaſmo, vel attractione, vel excluſione partis quæ continet, in eam quæ continetur. Materia aliquando eſt craſſa, aliquando eſt tenuis. Si craſſior fuerit, in faucibus ea conſiſtet: hinc dicit Hippocrates libro 4 de morbis acutis, Anginas hybernas eſſe longiores: autumnales verò & æſtiuas breuiores. Quòd hæ ſuperatis faucibus in interiores venulas, materiæ ſuæ tenuitate penetrauerint, quæ laryngis muſculos alunt. Hæc autem quæ ab inflammatione incidit angina, Hippocrati eſt duplex: vna laryngis, quæ maiorem adfert ſpirandi difficultatem, & propriè dicitur Hippocrati κυνάγχη: altera faucium, quæ deglutiendi maiorem difficultatem adfert, quàm ſpirandi, & dicitur propriè Hippocrati Συνάγχη. Alias tum Æginetæ (3. lib. 27.) tum aliorum diſtinctiones ridet Galenus multis locis: vide 4. loc. aff. 5. & 4. aph. 34. & 4. acut. 20. 6. Epid. 7. 2. Epid. 2. 4. aph. 53. Vt materia tenuior vel craſſior, ita duplici idea enaſcuntur Anginæ.

2 Interceptione reſpirationis, qua vel ad punctũ temporis carere non poſſumus.

3 Nimirum inflammatis duodecim muſculis propriis laryngis internis; quorum venulas, ſuperatis faucibus, ſubtiliſſimus acerrimusque ſubiit humor, nec aſpectu inflammatio ſentiri poteſt, ideoque curatu difficillima: nec enim inde facilè expui poteſt. Si nihil mutatum apparet in colore, calore, aut mole.

4 Quia

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 284 sur 513

4 Quia isti musculi acerrimo sensu sunt præditi; & magnitudinem phlegmones denotat talis dolor.

5 Ita vt non nisi recta ceruice spiritum ducere possit, ob summam laryngis angustiam; decumbendo enim opprimitur larynx, iam in angustum adacta à phlegmone.

6 Et ad summum quinto die, quod anginosæ mulieri euenit, 3. Epid. 2. 7. q. d. peracutum malum, vt quod primo quaternario finitur: huius tria ponit signa, fugiens conspectum, doloris vis, orthopnœa.

7 Obsessis inflammatione musculis fauciũ æquali sensu præditis: communicatur laryngi secunda Anginæ species: 2. Epid. 2. fauces rubent, dolor sæuus, sine orthopnœa, ceruix tumet.

8 Quod earum materia crassior sit, & consistat in faucibus, nec tanta sit difficultas spirandi, sed deglutiendi maior.

9 Ex quo significatio fit crassioris materiæ, quæ in faucibus substitit, nec laryngis venulas subire potuit. Rubor est argumentum qualitatis materiæ, quæ in venulis faucium substitit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XII. 1 Οκόσοισι δὲ * ξωνέξαρεθῆν ἢ φάρυγξ καὶ ὁ αὐχὴν ἁλῶσι δὴ 2 χρονιώτεροι· καὶ μάλιστα ἐξ αὐτέων τοῖσι περιφεύγουσιν, ἰδίῃ, τε 3 αὐχμὸν, καὶ τὸ 4 κάτω ἐρύθημα ἔχῃ καὶ μᾶλλον ἐρεύγηται 5 τὸ ἐρυσίπελας ἔσω.

* ξωνέξαρεθῆν

XII. 1 *At quibuscumque vnà fauces & vnà ceruices insigniter rubent, huiusmodi* [angina] *sunt* 2 *diuturniores: Maximeque nonnulli ab eis euadunt, si &* 3 *ceruices &* 4 *pectus rubore perfusa sint, nec* 5 *erysipelatis fiat intrò refluxus.*

COMMENTARIVS.

1 Tertia Anginæ species; nec dolore acerbè vexantur, nec orthopnœâ. 6. aph. 37.

2 Quòd translatâ materiâ in partes exteriores, nec tanta doloris acerbitas, nec tanta officij interceptio consequatur: in promptu autem sit curatio. Tres enim Hippocrati sunt anginæ species ab inflammatione. Vna quæ est inflammatio duodecim propriorum musculorum laryngis; & est insanabilis. eius autem signum pathognomonicum est orthopnœa, cum validodolore; sine calore, colore, & mole præter naturam. Altera est inflammatio faucium interiorum, id est, in musculis faucium consistens. Tertia, de qua in hoc aphorismo, est inflammatio exteriorum faucium: cuius est signum rubor in ceruice & sterno.

Quod autem d. Hippocrates in aphorismis, anginam transire in peripneumoniam, & die septimo occidere, nihil repugnat ei quod dicit in epid. anginam transire in pleuritidem: Quia in aphorismis intelligit de prima specie; anginæ: sed in epidemiis, de tertia hac specie; quam non simpliciter anginam ibi appellat, sed synanchicum affectum.

3 Nimirum, musculi ceruicis, qui per latera œsophagi ad cartilaginem scutiformem feruntur; quò propiùs abest malum à via respirationis, eò plus periculi habet: quo longiùs, minus.

4 Per musculos qui à summo sterno, ad basin cartilaginis scutiformis feruntur.

5 Quo erisipelate antè fuerant obsessæ illæ partes: qui est tumor præter naturam, à sanguinis bilioſi affluxu. Erysipelas si foras feratur ab internis, bonum: contra verò, malum: 6. aph. 25. & 7. aph. 50. q. d. si tanta sit naturæ vis, vt ipsa per se partem materiæ excludat in sternum & ceruices, cum curandi facilitate, & materiæ bonitate (nam per erysipelas intellexit Hippocrates causam continentem anginæ) spes quædam salutis erit. Adhibebit enim chirurgus non repellentia, quia talis decubitus est criticus: sed materiam foras euocabit. Non enim licet in inflammationibus, quæ ratione critica fiunt, vel quæ à materia venenata, vel quæ in glandulas decumbit, adhibere repellentia. Malum verò admodum est, si erysipelas intrò refluxerit; eò quòd materia duplo tunc sit malignior: vt quæ cunctando, priore multò fit peior reddita.

Anginæ itaque pituitosæ mites sunt, cum febre ignaua doloreque paruo, nec ita respirationem vexant, & acuminis expertes.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIII. 1 Ην ἢ μήτε ἐν 2 ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν 3 ἀφανίζηται * τὸ ἐρυσίπελας, μήτε 4 φύμασι ξυμφαίνῃ· ἢν τε ἔξω χωρέῃ, μήτε 5 πρὸς πτύσιος, ὁ ῥηξίης τε ἢ ἀπύου ἔχῃ δεκάης, 7 θάνατον σημαίνει, 8 ἢ † καταστροφὴν ἐς τὸ ἐρύθημα. Ἀσφαλέστερον ἢ τὸ ὀίδημα 10 ἢ τὸ ἐρύθημα ὡς μάλιστα 11 ἔξω ῥήξασθαι. Ην ἢ ἐς τὰ πλεύμονα τράπηται, 12 φθοίσιαί τε ποιέει ἢ 13 ἔμπυον ἐξ αὐτέων πολλοῖσι γίνεται.

* τὸ ἐρυσίπελας

† καταστροφὴν

XIII. 1 *Quod si nec* 2 *diebus criticis erysipelas* 3 *euanescat, nec* 4 *tumor ad externas partes prorumpat, nec* 5 *pus expectorâtis, nec* 6 *leuius ac doloris expers degere videatur,* 7 *mortem significat, aut* 8 *ruboris ipsius* 9 *recidiuam. Sed longe tum res ægri meliori sunt loco, tum tumor* 10 *rubore perfusus maximè* 11 *foras prorumpit. Sin verò ad pulmones sese conuerterit,* & 12 *delirium excitat,* & 13 *pestilenti nonnulli maximam partem ex eo fiunt.*

COMMENTARIVS.

1 Docet indicationis, curationis, & præsensionis rationem, quæ ab erysipelate peti debent. Vt euanescat erysipelas non critico die, nec foras erũpat tumor, nec expectoratũ sit coctum, nec recreetur ægri, mortis vel recidiuæ metus erit. sin critico die euanidus tumor pulmones incurrerit, firmam malitiam notabit. Itaque sine tumore aut expectorato benè procedente, erysipelas aut rubor si euanescat, malum.

2 Quibus omnia naturæ lege fiunt: & fidam crisin denunciant fore. q. d. certitudo pendet à diebus criticis.

3 Id est, si intrò recurrat. Tribus enim de causis contingit intrò recurrere: aut materiæ malignitate, quam contraxit primo foco, vel eo loco in quem decubuit: vel empyreumate superstite in partibus internis, vel foco: aut Chirurgi, adhibentis repellentia, insciti. Subitum recursum denotat verbum ἀφανίζεσθαι: cùm sine euacuatione euanescit: nam per ἄθλον θαπολὼ subitò non exhauritur tumor.

4 Non excussâ materiâ morbificâ à faucibus foras.

5 Quod solum natura præstare potuit.

6 In respiratione & deglutitione.

7 Suffocato materiâ erysipelatis ægro.

8 Nimirum, in sterno & ceruicibus.

9 Quæ cùm incidit, virtute naturæ & artificio medici curari potest.

10 Id est, erysipelas, cui adest rubor quidam pallidus, incarnat.

11 Diadosis bona, effusa materia à parte cuius officio vita carere nequit, ad ignobilem.

12 Neruus sextæ coniugationis se inmittit pulmonis membranis.

13 Cùm calidi succi non excluduntur expectorando, suppurantur. vnde ex angina peripneumonia, ex peripneumonia empyema.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIV. 1 Οἱ δὲ 2 παραφρονέοντες ὀπισθότονοι καὶ ὑπτιάζοντες καὶ ἀποφαλαζόμενοι, ἐς ἀν 3 ἐρυθροὶ τε ὦσι καὶ μεγάλοι καὶ τὸ ἀλεγεινὸν ὀπτήσωσι τοιούτοισι καὶ ἀμερβρήξωσι. Ἀλλὰ χρὴ τὰ τοιαῦτα τοῖσιν 4 ἄλλοισι μηχανήμασι 5 περιῆσθαι * καταψυχόντα 6 τοιούτῳ τρόπῳ.

* καὶ ἐπιβρέχοντα

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 285 sur 513

©BIUM

XIV. 1 *At verò* 2 *gurgulliones formidabiles ſunt & inciſione & ſcarificatione, quamdiu & 3 rubri & magni ſunt: nam tum inflammationes incidunt ſanguiniſque profluuia. Sed huiuſmodi 4 aliis remediis artificioſè excogitatis 5 attenuare conandum eſt 6 tunc temporis.*

COMMENTARIVS.

1 Docet rationem præſentiendi ex euentu: qui ſæpè contingit, benè vel malè adminiſtratæ rei medicæ, idque exemplo familiari curationis columellæ & vuulæ. Vbi obſeruabis (contra Gal. 14. Methodi) eas appellationes non eſſe partium nomina, ſed affectuum. Sunt autem gurgulionis affecti nomina: nam columella gurgulionis inflammatio eſt: quæ nomen accepit, quòd referat ſpeciem paruæ columnæ. Atque hic affectus poſtea, parte eadem mortificata, vuæ ideam ſumit, & à figura nomen accepit, quod colore & figura granum vuæ referat: nam inferiùs craſſamento quodam rotundo; & ſuperiùs attenuatione acinum refert. cùm autem ſolùm extenditur, κίων, id eſt, columella dicitur. ſana autem hæc pars gurgulio dicitur. 6. κατὰ τόπ.

2 Id eſt, cartilaginea ea particula, in editiore parte palati triangula, quæ vocis eſt plectrum. Nam quòd quidam putant eius vſum eſſe temperare aërem frigiorem, vt hac parte infringatur aëris introrecipiendi frigiditas, hoc ducuntur argumento ex euentu: quòd quibus gurgulio eſt abſciſſus, aut lue venerea venenata decidit vel emoritur, vel opera medici abbreuiatur, ferè illi diſtillationibus in pulmones obnoxij ſunt, & facillimè in aſthma incidunt. Hoc certè Hippocraticis non veriſimile: Nam Hippocrates libro de carnibus d. gurgulionem propriè eſſe voci attributum, id eſt (exponente Galeno De vſibus partium lib. 2.) ad magnitudinem & pulchritudinem vocis conferre: Proin quibus lue venerea decidit, exilem & obſcuram edunt vocem. Fatetur tamen Galenus ibi, ſecundarium ipſius vſum eſſe, aëris vim refrenare: Hippocrates autem ipſius vſum dicit pertinere ad vocis inflectiones, & ad arcendos influxus à ſuperioribus in pulmones.

3 Id eſt, inflammatione obſeſſi, quæ inflammatio columella dicitur.

4 Gargariſmis: primùm quidem repellentibus, deinde relaxantibus: ex aqua hordei, decocto roſarum rubratum, plantaginis, ex ſolo lacte bubulo tepidè, præſertim ſi non acciderit à diuturna nauſea.

5 Quia gurgulio inflammatione obſeſſus in epiglottida incumbit, & ſic deglutitionem impedit.

6 Dum adhuc cruda eſt inflammatio. Si igitur rabidus gurgulio palleat, inopiâ ſanguinis, & acini vuæ ideam gerat, purgato corpore ſecetur. Ægin. 6. lib. 31. Aët. 8. 41. cauſa ſectionis ſunt ſymptomata, quæ ob eius magnitudinem naſcuntur: vt tuſſis, ſuffocatio, vigiliæ. Nec tamen totus auferatur, ſed tantum, quantum natiuam molem ſuperat, forcipe amputetur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XV. Ὁπόταν ἡ 1 ἀποπεσὼν ἤδη πᾶν, ὃ δὲ σταφυλὴ καλέουσι, καὶ ἤρτηται τὸ μὲν ἔτερον τῶν μορίων μεῖζον τὸ δὲ * παλιὸν ἐλάσσων, 2 τὸ μὲν 3 ἀνωτέρω 4 λεπτότερον, ἐν τούτῳ τῷ χωρῷ ἀσφαλὲς διαχείζειν. Ἀμείνων δὲ καὶ τῶν κοιλίων ἀποκεκωφώς, 5 χειρουργίην χρῆσις· ἢν δὲ, τε χρόνος ξυγχωρέῃ, ὁ μὲν ἀποπεπτηκὼς ὁ ἀνθρωπος. XVI. 7 Οκόσοισι δ' ἂν οἱ πυρετοὶ παύωνται, μὴ τε 8 σημείων φανέντων λυτικέων, μήτε 9 ἐν ἡμέρῃ κρισίμῃ, 10 καταστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ πυρέσσειν.

XV. *At verò cùm iam tota* [*columella*] 1 *abſceſſerit* [*à palato*] *quem* [*morbum*] *vuam vocant, appareatque pars ima gurgulionis maior atque* 2 *rotunda,* 3 *ſuperior autem pars* 4 *tenuior, ibi tum tutò manus admouere poteris. Sed tamen præſtiterit ſubducta aluo* 5 *chirurgiam vti: ſiquidem & tempus conſentiat,* 6 *nec ſtranguletur ager.* XVI. 7 *Quicunque verò febricitandi finem faciunt,* 8 *ſine ſalutaribus ſignis,* [*& cauſis*] *neque* 9 *diebus criticis* [*quicquam appareat aut factum fuerit*] *his* 10 *recidiuus morbus eueniet.*

COMMENTARIVS.

1 Gangrenâ gurgulionis. Columella degenerat in vuulam.

2 Quæ & colore & figura granum vuæ referat.

3 Quæ palatum attingit.

4 In modum pediculi vuæ.

5 Incidendo aut ſcarificando.

6 Nam deſperatis non adhibenda medicina. 6. aph. 38.

7 Demonſtrat fieri non poſſe vt febres eſſentiales, & ſymptomaticæ morborum acutorum, remiſſionem conſequantur naturæ beneficio, aut medici artificio, niſi appareant cauſæ certiſſimæ & ſigna certiſſima illius remiſſionis.

8 Id eſt, vt neque ſignum ſalutis, neque cauſa idonea viſa ſit. Sunt autem ſigna ſalutaria, iudicatoria iudicantia. Hæc prolixè demonſtrat Vega. Hoc igitur aphoriſmo tolluntur omnes exorciſmi, incantationes, & ſagarum carmina. 2. prorr. 17. τὰ ὀλέθρια ἐσήμωρα σωθέντα, θάνατον σημαίνει. loquitur de funeſtis morbis.

9 Nam ſi, exempli cauſa, ſudor accidat die non critico, alleuabitur quidem aliqua ex parte æger ſymptomate communi non proprio ipſius morbi: quia non expelletur cauſa propria ipſius morbi; ſed cauſa quædam extraordinaria, quæ ſparſa per totum corporis habitum, corpus reddidit infirmum. Igitur materia morbifica aut eius focus, id eſt, cauſa efficiens perſeuerat.

10 Tria hinc collige Axiomata. 1. Suſpecta debet eſſe omnis remiſſio quæ ſine cauſis ſalutaribus accidit. 11. Suſpecta debet eſſe omnis remiſſio, quæ etiamſi ſigna remiſſionis & cauſas ſalutares habeat, tamen non apparet die critico. 111. Certa eſt remiſſio quæ cum ſignis & cauſis ſalutaribus in dies incidit criticos.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVII. 1 Ὅσ τις δ' ἂν τῶν πυρετῶν 2 ἀφεστηκὼς 3 διαπεμφθῇ τῷ ἀνθρώπου, μηκέτ' ἐδωδὴν ἔχοντος διὰ 4 φλεγμονήν τινα, μήτε διὰ πρόφασιν ἄλλην μηδεμίαν 5 ἐμφανέα, τοιοῦτῳ προσδέχεσθαι 6 ἀπόστασιν 7 μετ' ὀδύνης τε καὶ ἐδωδῆς * εἰς πολλὸν ἐπὶ ἄρθρων, καὶ ἐκ πόνου ὃν 8 ἐπὶ κάτω. XVIII. Μᾶλλον δ' ἰσχνοῦ καὶ ἐλάσσονι χρόνῳ αἱ τοιαῦται ἀποστάσιες τοῖσι 9 νεωτέροισι τεσσαράκοντα ἐτέων.

XVII. 1 *Iam verò quæcunque febris* 2 *diuturna eſt ægro* 3 *ſalutis ſecuro, nec tamen doloris aut* 4 *phlegmones aut rei externæ* 5 *vis aliqua inciderit, huic* 6 *abſceſſum* 7 *cum tumore & dolore coniunctum, in articulis, maximeque* 8 *imis in partibus expectare oportet.* XVIII. *Sed his potiſſimùm fiunt breuiores abſceſſus, qui* 9 *annis triginta minores exiſtunt.*

COMMENTARIVS.

1 Agit de remiſſione morborum diuturnorum. & quod primùm de abſceſſibus ad hypochondrium dixit, iam vniuerſim pronunciat.

2 Ob pepaſmi difficultatem à materia frigida & craſſa 4. aph. 44. d. Si ſalutaris ex febri diuturna decumbat, quæ inflammationis non ſit ſoboles: (Eſt enim diuturnitatis febrilis triplex cauſa: partis grauis affli&io, materia contumax, & errot commiſſus.) expecta abſceſſum dolorificum in articulis. Diuturna, id eſt, ſi viceſimum diem ſuperârit; hic enim terminus acutorum.

3 Id

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 286 sur 513

3 Id eſt, qui diu & tutò eſt in febri continua.

4 Id eſt, incendij. quo occupari partes frequens eſt.

5 Nam error impedit naturam à tali excluſione: ita aliæ occaſiones obſtant, vt terræ, aëris, habitationis conditio, animi ægritudo.

6 Nam craſſi ſucci auctores ſunt morbi, qui criſi non terminantur.

7 Quia laxi ſunt.

8 Ob ſucci craſſitiem & frigus eorum. Niſi fuſior aluus & vrina multa & craſſa vindicias fecerint.

9 Quòd ad humoris craſſitiem coniuncta naturæ vis, longiſſimè hunc propellat. nam loquitur de materia craſſa. Nam ſi calidi fuerint ſucci, excretione eliduntur, etiam fractioribus viribus. Sed ſi craſſi, vt hîc ait, fuerint ſucci, & vires validæ, breui fiet abſceſſus. Igitur, inquit hîc Gelenus, ſenibus minimè euenient; minùs ſenibus, longiore tempore venient. Si d. facultate languente in vitio fuerit humor frigidus, nec criſi nec abſceſſu excludetur: ſed vix die mitigabitur, aut ægrum corrumpet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIX. Υποκείσθω δὲ χρὴ ἐνθάδε * τὰ ἀεὶ τῆς ἀποστάσεως, ὅτι ἰσχύει ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἔχων ὑφ' ἑαυτόν. Τοῦτο δὲ 2 γεραίτερσιν 3 ἤδιστα γίνεται, 4 πλυχείμοισιν δὲ ἐόντα τὰ πυρετά. XX. Καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα ἀπόστασιν προσδέχεσθαι, 5 πυκνὸν ἐόντα τὸ πυρετὸν· ἐς δὲ † πεπαινομένους 6 κατασήπεσθαι, ὧν θολερίην τε ἔχ, καὶ λεπτομερέα 7 πεπαινομένην τὸ πρῶτον· ἢν δὲ ταῦτα † ποιέῃ 8 τὸ φλεγματῶδες ἀποτελέσῃ.

* nim. σημαῖνει

† πεπτα

XIX. *Ac ſanè tum abſceſſus expectandi locus in promptu eſt, ſimulatque* 1 *viceſimum diem febris exceſſerit.* 2 *Senioribus enim* 3 *rarò abſceſſus fiunt; quamuis eorum febres* 4 *diuturnæ fuerint.* XX. *Sed huiuſmodi abſceſſus potiſſimùm expectare oportet in febre* 5 *continua: in quartanas verò, ſi intermittentes* & 6 *erraticæ fuerint,* 7 * *degeneraturas: maximeque ſi febris illa intermittens in* 8 *autumnum inciderit.*

* nim. ſpes eſt.

COMMENTARIVS.

1 Quia acuti morbi quatuordecim diebus iudicantur. Et cùm ſuperat diem vigeſimum, potiùs abſceſſus quam excretiones, expectandi.

2 Id eſt, vltra trigeſimum annum prouectis.

3 Infirmiore iam indepellendo natura: ideoque diuturnitate temporis, & coctione morbi ipſis iudicantur.

4 A craſſis ſuccis & frigidis: hæ ſuperant d. vigeſimum diem. hoc eſt, extremum terminum morborum acutorum ſuperabunt.

5 Diuturna. quæ vltra vigeſimum producitur.

6 Id eſt, quæ erratico modo inuadunt, atque remittunt. quæ typi ſunt expertes, & ſine ordine intenſionis & remiſſionis. quarum natura conſiſtit in inchoata putredine humoris diuerſi generis, qui in diuerſis in vitio ſunt: eò quòd humor partim moueatur, & partim quieſcat: partim putreſcat, partim computruit. ita vt febris aliquando quotidianæ, aliquando tertianæ, aliquando quartanæ typum præſeferat. Harum itaque natura conſiſtit in motu, & quiete perfecta.

7 Id eſt, ſi poſt 20. diem ex continua reddatur erratica, febris intermittat, & ad autumnum vſque peruenerit, in quartanam abibit. Sed ſi continuum manet vltra 20. diem, de abſceſſu ſuſpicio ſit. fiet hæc quartana, vt d. hîc Gal. ex melancholia, quæ ex humore genita eſt qui faciebat febrem acutam: autumno enim extinguitur is feruor quo æſtate ferociebat.

8 Triplex enim eſt Hippocrati quartana: eſſentialis, ſymptomatica à tumore lienis, & quæ febres erraticas ſequitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXI. Ὥσπερ δὲ τοῖσι γεωτέροισι τὰ τεύσσερα ἐτέων αἱ ἀποστάσιες γίνονται, ὧδε οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τεσσερεσκαιδεκαέτεσιν, καὶ γεραιτέροισι. XXII. Τὰς δὲ ἀποστάσιας σημήνασθαι χρὴ καὶ τὰς χειμῶνος μᾶλλον γινομένας, ὅ τε χειμὼν τρόπον τινὰ παυσάμενος, ὅταν δὲ ἐπιλοιπήσωσιν.

XXI. 1 *Quemadmodum autem* 2 *minoribus triginta annis fiunt abſceſſus, ſic & quartanæ;* 3 *trigenariis potiùs, & prouectioribus ea ætate fiunt.* XXII. 4 *Iam vero illud notandum, quòd commemorati abſceſſus* 5 *hyeme potiùs inuadunt,* & 6 *ſeriùs deſinunt,* 7 & *minùs intro reuertuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Num futurus ſit abſceſſus vel febris quartana, præcedenti prognoſtico indicationem ſumebat ex febris natura: iam ex ætate, quæ notat temperiem ægri.

2 Quibus integra naturæ vis floret.

3 Cum ad ſiccioremet frigidiorem temperiem abire incipiunt: & iam retorridum ſuccum prægreſſæ ætatis continet, nec diffluere permittit denſior habitus.

4 Primum docuit, quibus in morbis expectandi ſint abſceſſus, & in quibus partibus, & qua ætate: iam quibus temporibus. Vide Gal. 3. criſ. ad fin.

5 Ob pituitæ prouentum. Hîc ex natura temporis ducit indicationem, quod in craſſos ſuccos fæcundum eſt.

6 Ob difficultatem pepaſmi. & exhauriri facilè nequeunt.

7 Ob motum tardiorem. nam craſſi ſucci frigido reſtagnant tempore. Itaque calidis temporibus triplex hoc diſcrimen aderit: nim. quòd potiùs euenient criſes quàm abſceſſus; & ſi fiant, citiùs deſinent, & faciliùs intrò recurrent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIII. 1 Ὅς τις δ' ἂν ἐν πυρετῷ 2 καὶ δυσαπόδεκτα φῇ τὰ ὄμματα 3 κεφαλὴν ἀλγέειν, ἢ ἐν 4 ὀφθαλμοῖσι τὴν ὄψιν ἀδυνατώδεα φέρεσθαι, ἢ 5 καρδιαγμὸς τούτῳ προσγένηται, 6 χολώδης ἔμετος παρῇσι.

XXIII. 1 *Iam quicumque in febri* 2 *nullo modo funeſta dixerit ſibi* 3 *dolere caput, aut etiam oculorum aciem, ſeu* 4 *caligine quadam perſtringi,* & *ad eam* [*caliginem capitisque dolorem*] 5 *ſtomachi dolor acceſſerit, tum* 6 *biliosa vomitio aderit.*

COMMENTARIVS.

1 Agitur hîc de ſignis criticis quæ apparent ad ſpeciem criſis: Nam hactenus de euentu apoſtematum; iam de his quæ excretione peraguntur.

2 Id eſt, cùm nihil vitij percipitur in actionibus, excrementis, & eſſentia corporis.

3 Ob anathymiaſin materiæ biliosæ, meningas vellicantem. Si quæras, num hic dolor ſit proprium ſignum futuri vomitus: Reſpondeo, eſſe quoque hæmorrhagiæ. Verùm inter dolorem & dolorem multum intereſt: Nam is dolor qui vomitum futurum ſignificat, coniunctus eſt cum acrimonia: ille verò qui hæmorrhagiam, coniungitur cum diſtentione.

4 Diffuſa per humores oculorum, naturâ puriſſimos, anathymiaſi nigrâ, à materia quæ in ventriculo biliosa iam torrefacta: quia eadem eſt cephalalgiæ & caliginis cauſa, ſed loco differt.

5 Rectè illud addidit, ne à pulmonibus hæc ſympto

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 287 sur 513

©BIUM

ſymptomata proficiſci videantur. Nam etiam ab anathymiaſi affecti pulmonis, capitis dolor & oculorum euenit: Ideoque non ſunt propria vomitionis ſigna, niſi acceſſerit ſtomachi dolor. Quare hoc loco pro ἢ legendum eſt ἢ: Gal. 3. criſ. 11. & 1. aphor. 16. fol. 37. epid. 20. & 4. aph. 37.

6 In Coacis aliæ notæ adduntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIV. Ην δὲ ῥῖγος * προσγένηται, καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος † ψυχρὰ ἔῃ, καὶ διάτασιν ἔχῃ ὁ ἕμετος παρέσται. XXV. Ην δὲ πύῃ, ἡ φάγῃ ἀκαθαρσίην τοιαύτην ἡ χρόνιοι, κάρτα τοῦτο 4 ταχέως * ἐμεῖται. XXVI. 5 Τούτων δὲ οἷσιν ἂν ὁ πόνος τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρῃ γένηται, τούτοισι πιέζοντα † μᾶλλον καὶ πεπαλαίει, ἐς δὲ τὴν 7 ἐνδεκάτην ἀπαλλάσσονται. XXVII. Οἱ μὲν δὴ πλεῖστοι αὐτῶν, ἄρχονται μὲν πονέειν 8 τριταῖοι, χειμάζονται δὲ μάλιστα 9 πεμπταῖοι· ἀπαλλάσσονται δὲ 10 ἑνδεκαταῖοι, ἢ ἐνδεκατεταῖοι.

* παρέσται
† ψυχρὰ ἢ
ταχύτερος,
* ἐμεῖται).
† μᾶλλον ἢ

XXIIII. *Quod ſi* 1 *etiam* 2 *rigor* [*cumillis ſymptomatis*] *coniunctus fuerit: Ac inferas partes* 3 *hypochondrij frigidiores ſentiant, multò etiam celerrimè vomitio aderit.* XXV. *Sed ſi quid is biberit ederitve ſub hoc* [*perturbationis criticæ*] *tempus, id etiam multò* 4 *celerrimè vomiturejicietur.* XXVI. *Ex* 5 *iis autem, quibus* 6 *ineunte morbo caput dolere cepit, quarto morbi die magis premuntur quàm quinto,* 7 *ſeptimo autem remiſſionem conſequuntur.* XXVII. *Atque plerique eorum* 8 *tertio morbi die laborare incipiunt; atque hi maximè vexantur die* 9 *quinto: morbo autem,* 10 *nono aut vndecimo liberantur.*

COMMENTARIVS.

1 Rigor eſt totius corporis inæqualis concuſſio.

2 A motu materiæ biliosæ excitatus, affecto calore natiuo à contrariæ materiæ occurſu in ſuperiore ventre: Nam vt d. Hippocrates, 6. epid. 5. 31. Rigor à ſuperiore ventre, calor verò ab inferiore magis. Atque hæc eſt præcipua cauſa, cur ineunte paroxyſmo, non ſit cibandus æger: quia cibus & potus qui exhibetur in rigore, particeps redditur illius materiæ, quæ ad ſuperiorem ventrem viam affectat.

3 Ob tranſlationem materiæ calidæ ad partes ſuperiores.

4 Redditum nim. particeps corruptionis materiæ biliosæ, ad ſuperiorem ventrem prorumpentis, vnde magis irritatur.

5 Nim. quibus caput dolet. Præcedenti prognoſtico ſigna enumerauit indicantia futuram vomitionem: iam tempus notantia ſcribit, nim. in acutis qui 14. D. iudicantur. q. d. citiùs interdum iudicabuntur, ſi ſpecie & motu eò ferantur.

6 Id eſt, primo die.

7 Totius hiſtoriæ.

8 Id eſt, ſi non inceperit dolere caput ante tertium D. finietur 9. vel 11.

9 Quia erit in augmento.

10 Vt fuerit celer motus vel tardior 9. vel 11. Sed cur non decimo, quum hic ſit ſeptimus dies per proſtheſin?

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVIII. Οἱ δ' ἂν ἀξύνωλοι πεμπλαῖοι πυέωσι, ἢ τ' ἄλλα ἰσχὺν λόγου ἀυτέοισι τῷ φορέοντι γίνηται, ἐς πύον 2 τετραπεπεγμένον χρήεται ἀγαθόν. Γίνεται δὲ τοῦτο τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῆσι γυναιξὶ, ἐν τοῖσι πρὸ αἰσίοισι μάλιστα, πῖσι δὲ 3 νεωτέροισι, γίνεται μὲν καὶ ἐν 4 τοῦτοισι, μᾶλλον δὲ ἐν τοῖσι ξυνεχέσι πυρέτοισιν, ἢ ἐν τοῖσι γινομένοισι περιόδοισι.

XXVIII. *Quicunque verò quintum diem morbi agentes laborare ceperint, cæteraque* 1 *conuenienter iis quæ dicta ſunt apparuerint,* 2 *decimoquarto die morbus indicabitur. Sed hæc potiſſimùm viris & mulieribus accidunt in tertiana febre,* 3 *ſed* 3 *minoribus. &* [*hæc ſymptomata*] *in* 4 *huiuſmodi* [*febribus*] *accidunt, ſed multò potiùs in continuis, & intertianis exquiſitis.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, cùm cætera eueniunt ſecundùm rationem priorum: id eſt, vbi in medio tempore inſurgit acriùs dolor, nim. 7. vel 9. die.

2 Quare non duodecimo, cùm hic quoq. ſit ſeptimus per proſtheſin? Quia quò diuturniot eſt morbus, cœteriſes quoque ſunt tardiores: & quo tardiores ſunt morbi proſtheſes, eò tardiores ſunt criſes. At acutorum terminus eſt 14. & hîc non adeſt motus celer, nec materia calidior. indicio eſt dolor capitis, qui non ante quintum diuexauit. Quare cùm quinto inceperit, magis 7. aut 9. premet, & 14. iudicabitur.

3 Vt qui nondum ex ephœbis exceſſerunt, quorum materia mitior eſt atque ſuauior. Indicationem ducit ab ætate, quæ ob temperamenti peculiarem vim, hæc, de cephalalgiæ criſibus pronunciata, variè vertunt. Itaque ſi ætas feruida, tertianæ implicetur, ſocio dolore iam præſcripto, breui finem inueniet eum quem ſcripſit iam Hippocrates.

4 Si modò materia morbifica calida fuerit adeò, vt celerrimè moueatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIX. Οἷσι δ' ἂν τοιοῦτόν τι πυρετῷ κεφαλὴν ἐλλέκῃ, ἀντὶ μὲν τοῦ ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι ἐμπρόσθιον γινόμενον, ἢ μαρμαρυγαὶ προφαίνονται· αὐτὰ δὲ τὰ κατὰ τὸν σπόγγον, ἐν τῷ σώματος ὀξέι, ἢ ἐν δεξιῇ, ἢ ἐν ἀριστερῇ ξυνίστανται πόνοι, οἷον ἢ ὀδυνῶν, οἷον ἢ ξυνῶν φλεγμονή, οἷόν τε ἐν τούτοισι ῥηθῆναι προσδέχεσθαι μᾶλλον δὲ κατὰ τὸν σπόγγον τοῖσι νέοισι τὸ αἷμα τοῦτο πλεῖον προσδέχεται. Τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι καὶ γεραιτέροισιν, ἧσσον. ἀλλὰ τοῦτο ἐμέτου τοῖσι προσδέχεται.

XXIX. 1 *At verò quibus in* 2 *huiuſmodi febre caput dolet, & ſuffuſionis caliginoſæ loco* 3 *hebeſcunt oculi, aut etiam* 4 *ignes micant ex oculis: & cardialgia loco dextra aut ſiniſtra hypochondriorum parte* 5 *diſtentio quædam percipitur, doloris & inflammationis expers, his narium profluuium, vomitionis loco, iam iam adfuturum ſpes eſt. Sed* 6 *ibi tum potiùs illud profluuium inuenibus expectare oportet. Namiis qui triginta* [*quinque*] *annos nati ſunt, & proiectioribus,* 7 *minùs. Sed potiùs* 8 *vomitiones expectare oportet.*

COMMENTARIVS.

1 Vnde hæmorrhagiæ futuræ notæ ſumantur.

2 Non funeſta: nam talis dolor cùm ſigno lethali conſociatur, eſt planè funeſtus. Alioqui vt varius eſt dolor capitis ſuæ cauſæ conſectarius, ita vel hæmorrhagiam, vel vomitum denunciant.

3 Materiæ copiâ, & ſpiritus animalis impuritate: non à nigro vapore.

4 Vel ſplendores ob oculos obuerſantur. Quæ duo ſigna ſunt ſymptomata cauſæ coniunctæ ipſius hæmorrhagiæ, quæ fit ex tranſlatione ſanguinis ad ſuperiora, ab inferioribus. Sed obiicies, eadem eſt cauſa marmarigarum & caliginis, nimirum anarhymiaſis nigra à bile eleuata. Quare igitur in hoc affectu pro caligine marmarigæ obuerſantur oculis? De generatione marmarigarum vide Gal. 2. acut. 4. His autem duobus ſignis adde, & vnà lachrymæ inuitis fundantur, & pulſus venarum ſunt conſpicui, eſtque ſuffuſa rubore facies. 1. epid. 2.

5 Surſum vergente curſum ſanguine.

6 Id eſt, cùm hæc adſunt. Addit Galenus, ex Hippocrate,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 288 sur 513

pocrate, si ἀπροαιρέτως lachrymæ obortæ fuerint.
7 Nim. expectare oportet.
8 Vel dysenterias potius, vt Bioni 1. epid. 2.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXX. * Τοῖσι δὲ παιδίοισι σπασμοὶ γίνονται, ἢν ὁ πυρετὸς 1 ὀξὺς ᾖ, καὶ ἢ 2 γαστὴρ μὴ † διαχωρέῃ, καὶ 3 ἀγρυπνέωσι τὸ πρῶτον, καὶ 4 ὑποπτήσσωσι, καὶ 5 κλαυθμυρίζωσι, καὶ τὸ 6 χρῶμα μεταβάλλωσι, καὶ χλωρὸν, ἢ πελιδνὸν, ἢ 7 ἐρυθρὸν ἴσχωσι. Γίνεται δὲ ταῦτα ἐξ ἑτοιμοτάτου μὲν τοῖσι παιδίοισι τοῖσι νεωστὶ τοιοῦσιν, ἐς τὰ 8 ἑπτὰ ἔτεα. Τὰ δὲ 9 ὀφθαλμῶν πρὸ τῶν παιδίων καὶ 10 οἱ ἄνδρες, ἂν ἔν τε τοῖσι πυρετοῖσι ἰσχύσωσι σπασμῶν ἁλίσκονται, ἢν μή τι σημείων ἐπιγένηται σφι 11 ἰκτερώδεα τε καὶ χλοώδεα, οἷα δὴ ἐν τῇσι 12 φρενίτισι γίνεται 13.

* χρὴ † διαχωρέειν

XXX. *At verò puerulis conuulsiones incidunt, si febris* 1 *acuta fuerit, nec* 2 *aluus feratur, &* 3 *somni sint expertes, &* 4 *terreantur, &* 5 *eiularint, tum etiam si* 6 *colorem mutent, ac pallido, vel liuido, vel etiam* 7 *rubro suffundantur. Hæ autem* [*conuulsiones*] *ex facili incidunt puerulis nuper in lucem editis, ad* 8 *septimum ætatis annum vsque.* 9 *Grandiores verò pueri, &* 10 *viri ipsi, non ita facilè per febres conuulsione tentantur, nisi quod aliud acceſſerit ſignum* 11 *valentiſſimum ac peſſimum, ac potiſſimum qualia* 12 *phreniticis eueniunt* 13.

COMMENTARIVS.

1 Colliquatis excrementis & succis.
2 Rapto in peripheriam succo.
3 Neruis inde fractis, labefactatoque cerebro.
4 Fraudato calore cerebro, idque repente.
5 Nam id fundit cerebro conceptam pituitam vel prauum humorem.
6 A talium succorum plenitudine occupantium cerebrum.
7 Quorum ruber copiam; duo illi prauam qualitatem humoris significant: quæ duo idoneæ sunt conuulsionis causæ.
8 A vitio lactis crassioris, & pleno importunoque victus alimento; quod in ventriculo cunctando putrescit. 1. epid. 2. 24. & nerui his languent. & cùm dentire incipiunt. 3. aph. 25. nam his infirma est vis animalis, & excrementis circumfluunt, sialuus stricta. Et febricitant ex doloribus, vigiliis, phlegmone. Et à vino crasso.
9 Vt verb. gr. decennes.
10 Vt iuuenes & homines constantis ætatis, quibus sunt nerui firmissimi.
11 Exhausti cerebri, & neruorum desiccatorum.
12 1. Prorrhet. aph. antepenultimo. Tremulæ, obscuræ, blandæ, & ἰλαροφώδεις, id est, contractabiles desipientiæ, valde phreniticæ, vt Didymarcho in Co obuenit. metastasi humorum ad cerebrum: vnde vel phrenitis, vel conuulsio. Vt si stridentdentes, oculi voluuntur. C. Sed in pueris sufficit pauor, vel vigiliæ.
13 Ad finem iam huius libri sunt quædam animaduersiones: quòd nimirum, vbi signorum adest controuersia, ad peculiarem cuiusque naturam sit recurrendum medico. Docet enim pleraque specie quidem esse funesta: quæ tamen ratione causarum, naturæ, vel ætatis talia non sunt. Nam conuulsio febri superueniens lethalis est quidem specie: in pueris tamen non lethalis, eò quòd ipsis non accidunt vitio principij sensus & motus; aut vitio facultatis ab exhausto cerebro, sed vitio instrumentorum eò quòd neruipueris sint infirmissimi madore: qui diætâ susque deque habitâ augescit: & ob lactis vitium crassioris.

HIPPOCRATIS TEXTVS

XXXI. 1 Τὰς δὲ ἀπολειμψίας τε, καὶ ἀφεισημψίας σφι παιδίων τε, καὶ σφι ἄλλων 2 τεκμαίρεσθαι τοῖς ξύμπασι σημείοισιν, ὡς ἐφ' ἑκάστοισιν ἕκαστα διαγέγραπται. Ταῦτα δὴ λέγω, ὅσα τε ἐν 3 ὀξέσιν νοσήμασιν, καὶ ἃ 4 ὅσα ὑπ' αὐτῶν γίνεται.

XXXII. 5 Χρὴ δὲ καὶ μέλλοντα ὀρθῶς προγιγνώσκειν τὰς ἀφεισημψίας, καὶ τὰς ἀποβασημψίας, ὅσοισί τε ἂν μέλλῃ πλέονας ἡμέρας παραμένειν τὸ νόσημα, καὶ ὅσοισιν ἂν ἐλάσσους, τὰ σημεῖα ἐκμανθάνοντας πάντα διαλαβεῖν 6 κρίνειν, λογιζόμενον τὰς διαφορὰς αὐτέων πρὸς ἀλλήλας, ὥσπερ διαγέγραπται, καὶ τε σφι ἄλλων, καὶ σφι 7 ὕδρωσι, καὶ σφι πτυέλων· ὅταν ὁμοῦ πάντα ἀναθιόσῃ καὶ 8 χολώδεα.

XXXI. 1 *Cæterùm inter pueros & cuiuſque ætatis homines ſalutis quidem & interitus rationem* 2 *ſignis ſyllogiſticis animo complecti oportet, vt de quibus ſingula ſunt à nobis tradita. Hæc autem à me dicuntur de* 3 *morbis acutis, &* 4 *qui à morbis acutis principia cauſaſque ducunt.* XXXII. 5 *Sed tamen neceſſe eſt eum qui ſalutis aut mortis, brenitatis aut diuturnitatis morborum præſenſionem tenere ſe profitetur, omnium ſignorum rationem ſic exploratam habere, vt* 6 *diiudicare omnia poſſit, eorum vires inter ſe comparando; quemadmodum à nobis præſcriptum eſt, cùm de aliis omnibus, tum verò de* 7 *vrinis & expectoratis: cùm ſcilicet expectoratum* 8 *bile perfuſum (ſeptimo die) excluditur.*

COMMENTARIVS.

1 Sequentibus deinde aphorismis communia aliquot præcepta tradit, vt intelligamus rationem prædicendi.
2 Admonet omnia signa noscenda esse, & perpendendam eorum dignitatem & numerum. Quare sæpè immeritò accusatur Hippocrates ab his qui hæc nesciunt.
3 Nimirum, febribus essentialibus acutis, & iis quæ habent febrem coniunctam. Duo autem hæc sunt vere morborum acutorum genera: nam tertium, quod ex decidentia dicitur, non est verè acutum. q.d. intelligendum me in his libris differere de morbis acutis, qui 40 diebus iudicantur.
4 Vt hydrops qui fit ab hepate vi caloris febrilis exhausto. cuius licet symptoma tolli posset, affectus tamen ipsius heparis est incurabilis. & quartana quæ erraticas intermittentes sequitur. etiam empyema.
5 Signorum vires esse potiùs metiendas, quàm eorum copiam. Vt perfebres si pepasmi notæ eluceant in vrinis, quamuis dolore vexetur, ac vigiliis, & cibos fastidiat, tamen spes aderit salutis. Vt doctè in hoc commentario explicat Galenus.
6 Morbisq. & naturæ hominum accommodare.
7 Nam pro causarum diuersitate, vrina alba nunc est salutaris, nunc lethalis.
8 Symptomata itaque specie praua, exitu bona esse possunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS

XXXIII. 1 Χρὴ δὲ καὶ τὰς 2 φορὰς σφι νουσημάτων δεῖ ὀπισθημαινόντων, παχέος ἐνθυμεῖσθαι, * πῶς τε τῆς 3 ὥρης κατίσταται. Εὖ μὲν τοι χρὴ εἰδέναι δεῖ σφι τεκμηρίοισι καὶ σφι ἄλλων σημείων, καὶ μὴ λανθάνειν ὅτι ἐν πυκνῇ ἔτει καὶ πάσῃ ὥρῃ, τὰ τε κακὰ 4 κακῶν σημαίνει, τά τε χρηστὰ 5 ἀγαθῶν. Ἐπεὶ καὶ ἐν 6 Διδύμῃ, καὶ ἐν 7 Δήλῳ, καὶ ἐν 8 Σκιάθῳ φαίνεται τὰ ἀφεγγαμμένα 9 ἀληθέα σημεῖα. † Ἐξ ὧν δεῖ εἰδέναι, ὅτι ἔνεστι τοῖσιν αὐλοῖσι χωρίοισιν, ἀδὴν δεινὴν, 10 τὰ πολλαπλάσια αὐτῶν ὀπτήσασθαι· διὰ σκιαδίων τις αὐλὸς, κρίνειν τε καὶ λογίζεσθαι ὀρθῶς ὀπίσω. 11 Παθέων δὲ χρὴ ἐνθάδε γεγραμμένων. 12 ὅμοια, 13 ὃ, τι μὴ τυγχάνει ἐνθάδε γεγραμμένον. 14 Πάντα γὰρ ὁκόσα ἐν τοῖσι χρόνοισι τοῖσι προγεγραμμένοισι κέκριται, γνώσῃ τοῖσιν αὐτοῖσι σημείοισιν.

* ἢν μὲν λανθάνειν

† δὲ ὧδε

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 289 sur 513

XXXIII. 1 *Quin etiam quo fiant epidemiorum morborum* 2 *inclinationes, ſimul atque ingruerint animo complecti oportet, tum* 3 *ipſius anni hiſtoriam. Sed tamen ea ſignorum & argumentorum ratio ſic eſt tenenda, vt non te fugiat quòd omnibus annis omnibuſque anni partibus, mala quidem ſigna* 4 *malum, bona verò* 5 *bonum ſignificant. Quòd & in* 6 *Libya, & in* 7 *Delo, & in* 8 *Scythia, quæ tradita ſunt præſentiendi argumenta, exiſtunt* 9 *veracia. Eoque fit nihil mirum videri ſi iiſdem locis & regionibus quis maximam partem* 10 *inde præſentiendi ſcientiam conſequatur: ſi animo ea complexus didicerit ratiocinari & diiudicare.* 11 *Nec verò eſt quòd quiſpiam nomen alicuius morbi deſideret,* 12 *quod hoc loco non ſit deſcriptum.* 13 *Omnia enim quæ* 14 *definitis ante temporibus iudicantur, ex iiſdem ſignis intelliges.*

COMMENTARIVS.

1 Ad præſenſionem duo maximè neceſſaria ait Hippocrates, morbi inclinationem, & anni hiſtoriam, in morbis epidemicis. Vt ſi ſit febris magna qua tenetur homo: & ſi tunc peſtiferæ febres graſſentur; ſi ſit æſtas: fit tibi ſuſpicio peſtiferæ febris. & ſi terminantur tunc ſæpe per alui proluuiem; præſenſio in promptu erit: his reliqua adde quæ ex diæta & præcedenti conſtitutione, ſi κατάῤῥοον ſuccum monſtrent, & temperies, & ætas.

2 Id eſt, quò ſpectent, vergant, tendant.

3 Nam temperatis annis, temperati incidunt morbi.

4 Id eſt, ad deterius apparere. Hoc eſt, ſigna coctionis & cruditatis perpendenda, & quæ ex colore, mole, figura, decubitu, nigræ aut liuidæ partes: & quæ critica, quæve ſymptomatica.

5 Id eſt, ad ſalutem apparere. d. q. 2. aph. 34. d. quorum congener eſt morbus, minus periclitantur. Igitur vnus morbus in diuerſis hominibus magis vel minùs eſt calamitoſus: Nec igitur bonum in omnibus bonum notat, nec malum: Reſp. Galenus, licet notæ non ſignificent æquam in cunctis malitiam; tamen mala, in omnibus mala ſunt. d. q. d. Hip. 2. aph. 27. His quæ haut conuenienter leuant, acquieſcendum non eſt: igitur quibuſdam bonis non fidendum. Reſp. Gal. quædam ſunt ſymptomata quæ vel bona vel mala eſſe poſſunt.

6 Et in Aphrica; id eſt, calidiſſimis locis. Vt primùm aſſeruit certitudinem prognoſticorum in omni tempore, ita iam in omni regione eam prædicat, & aſſerit ex eiſdem notis ſumi.

7 Terra temperata.

8 Terra frigidiſſima.

9 Contra eos qui hæc tantùm ad Græciæ homines pertinere putant, & ad ætatem Hippocratis. Non enim natura fatiſcit: Si enim illa elangueſceret, iam ſanè diu internecione deletæ eſſent quam plurimæ rerum ſpecies, imò homines ipſi. Nec philoſophi vllum argumentum inueniſſent, quo mundi æternitatem firmaſſent. Et regius vates inquit 90. Pſalmo, vitam humanam 80. annorum eſſe: at eam viuunt & iam. Septies denos ſpacioſa in annos Vita procurrit: quibus eſt ſenecta Firmior, ferme in decimum ſuperſunt Amplius annum. & 8. Geneſeos talem vim fatalem perennem conſtituit Deus aput Noën.

10 Id eſt, ſi cui prædicendi ratio ex ſententia reſponderit. Qui nim. rectè metiri poteſt ſignorum poteſtates.

11 Teſtatus eſt Hippocrates ſua prognoſtica certa eſſe in omni tempore, omníque regione, & iam in omni morbo aſſerit eorum firmitudinem.

12 Q. d. nihil poſſe hominibus accidere, de quo medicus non præſentiat, modò inter ſe ſingula conferat, quæ hîc tradita fuere.

13 Id eſt, acuti & diuturni morbi.

14 Id eſt, diebus criticis.

IN HIPPOCRA

IN HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS LIBROS QVATVOR COMMENTARIVS.

Illustrissimis, Potentissimis & Magnificis,

ORDINIBVS HOLLANDIÆ,

OTTHO HEVRNIVS, defuncti parentis nomine IOANNIS HEVRNII, dedicat consecrátque.

QVÆ *duo*, POTENTISSIMI DOMINI, *Magnanimos Heroës venerandos efficiunt*, ILLVSTRIS MAGNIFICENTIA *& insignis* BENEFICENTIA, *eadem Parentem nostrum* IOANNEM HEVRNIVM *iam moribundum mouebant, vt supremis verbis nobis mandaret, hoc Opus, eius nomine*, ILLLVSTRI NOMINE VESTRO *vt consecraremus. Tum vt Nominis Vestri splendore radians innoteſceret vbi* ILLVSTRE *Nomen &* POTENTIA *Vestra, hoc est, vt antiquis verbis vtar,*

Vnde venit Titan & nox vbi ſidera condit,
Quáque dies medius flagrantibus æſtuat horis.

Tum vt insignis illius Beneficentiæ quam erga viuum semper ostendistis, publicum aliquod, licet exile, gratitudinis esset indicium. Quare cùm nihil sanctius in rebus humanis supremis Parentis mandatis iudicemus, hoc ILLVSTRI MAGNIFICENTIÆ *Vestræ offerimus munus, paruum quidem mole, at vtilitate & antiquitatis decore ingens. Nam sine conuenienti victu (qui hic luculenter enucleatur) in substantia, quantitate, qualitate, & vtendi tempore, nunquam fugantur Acutissimi morbi, hoc est illæ ardentes febres quarum vi intra paucos dies homines conflagrant. Antiquitas veneranda in hoc scripto: opus enim est Hippocratis, Regalis stemmatis viri, nati in Co Ægæi maris insula, paterna stirpe ab Æsculapio, materna ab Hercule (à quo & Alexander Magnus & omnes Macedonum reges paternam originem ducebant) oriundi, qui vixit temporibus Persarum Monarchæ Darij Longimani Hesteris filij, quæ nupserat Assuero, quem Græci Xerxem, Chaldæi Artaxerxem appellant. Hic immanem illam pestem fugauit, quæ anno secundo belli Peloponnesiaci totam Græciam vastabat: vnde & à Dario Persarum Monarcha prece & pretio amplissimo inuitatus fuit vt similem Persidem vastantem Pestem comprimeret; sed eius preces, quòd Græciæ hostis esset, despexit. Vos igitur* POTENTISSIMI DOMINI *patiamini hoc donarium in Vestra Academia Leida elucubratum vestræ famæ templo affigi, vt publicum sit gratitudinis familiæ nostræ erga* ILLVSTREM MAGNIFICENTIAM *Vestram testimonium. Valete* ILLVSTRISSIMI AC POTENTISSIMI DOMINI, *& ad Religionis & Reipublicæ gloriam ac incrementum incolumes regnate aternùm.*

Ex Academia Vestra LEIDA,
Anno clɔ. Iɔ. c. IX.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 291 sur 513

PRÆLOQVIVM.

QVIDAM titulo addunt πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας, ἢ περὶ πτισάνης, De Ptisana; sed malè: neque enim solum Ptisanæ meminit, vt ea sit in vsum vertenda, quæ eius facultates & vires; sed etiam de vinis, mulsa, oxymelite, aqua. Sed hæc eius est ratiocinatio. Si ptisana, qua nihil est salubrius, nihil naturæ consentaneum magis, modò benè sit præparata, intempestiuè tamen administrata, non solùm non iuuet, sed mortis consecutionem adferat: quid censendum est de illis cibis, qui nullo modo cum ptisana comparandi veniunt? Continent itaque hi libri rationem medendi viritim, hoc est, rationem curandi singulos, in morbis acutis. Dico singulos, quia non traduntur hîc vniuersalia præcepta; sed singulorum indiuiduorum propria curatio. Nullus enim feracior est locus in curandis acutis, quàm hic De Diæta. Inscribitur De acutis. Acuti morbi sunt duplices, quidam enim sunt febres essentiales, inter quas numerabat tertianas exquisitas: vel cum febri, vt aurium dolor acerrimus, cephalalgia grauis: Pleuritis, & similes. Non agit hîc de peracutis absolutè dictis, quia hi sunt insurabiles; vt est Apoplexia; neque de acutis ἐν μεταπτώσεως: sed de acutis. Morbus autem acutus dicitur, qui cum vehementia & magnitudine suam celeriter absoluit historiam. Dicimus cum vehementia: quia febres Ephemeræ, quæ die vno, vel viginti octo horis ad summum, suam absoluunt historiam, mites sunt, nec vllam vehementiam coniunctam habent.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ

ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ.

I.

Ἱ ξυγγράψαντες τὰ Κνιδίας καλευμένας γνώμας, ὡς οὗτοι μὲν μάχονται εἰ κάμνοντες ἐν ἑκάστοισι τῶν νουσημάτων, ἐ ὀρθῶς ἔγραψαν, καὶ ὁκοίοις ἔστιν ἀπίσκειν αὐτέων, καὶ ἄχει μὲν τουτέων καὶ μανδ' ἱκανὸς ἂν δυώμετο * ὀρθῶς ξυγγράψαι, εἰ δὲ ὧδε ἅπαν κάμνοντων ἑκάστου πυθοίατο, ὁκοῖα πάσχουσι. Ὁκόσα δ' προκατημαθέων χρὴ ἰητρὸν, ἐ μὴ λέγοντ(α) τὸν κάμνοντ(α), τοῦτέων τὰ πολλὰ παρεῖται, ἀλλὰ ἐν ἄλλοισι.

* πε

HIPPOCRATIS

DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS.

I.

* ironicè

*QVI Cnidiorum placitorum, * sic enim vocant, authores fuerunt, 1 rectè quidem illi qua quibusque in morbis ægri perpetiantur, quaque sit rerum earum incidentium causa & ratio, scripsere. Sed eò tantùm processit omnis eorum industria, vt vel medicina insolens vel ignarus quispiam, aquè atque illi benè omnia conscribere posse videatur, si modò ab ægris accuratè didicerit, quæ cuique eueniant. At verò quæcumque necesse est medicum antè perspecta habere, de quibus 2 ægri verba non faciunt, plurima sunt ab iis prætermissa, tum 3 in aliis.*

COMMENTARIVS.

Est Proœmium, in quo reprehendit Cnidios, qui accuratè quidem ex ægrorum relatu symptomata omnia conscripserant, sed curationem malè adhibebant. Tres autem fuere Medicorum celebres scholæ, vna Coorum, altera Cnidiorum, tertia Rhodiorum. Ab Æsculapio omnes ortæ, dissimiliter verò nominatæ, & celebratæ. Quia præ cæteris florebat schola Coorum, qui sua placita appellabant prognoseis, vel Aphorismos. Cnidij autem sua vocabant γνώμας, vt hoc libro elucet ex Galeni commentario ad Aphorismum XVIII in initio.

1 Id est, Plus satis ea conscripsere quæ idiotæ etiam scribere possunt: sed hoc non est officium Medici, sed vt talia scribat quæ curationi commoda sunt: & plura quæ idiotas fallunt: & nota plurima omittat, si curationi non studeant, nec prognosi. Sed si talia; qualia sunt signa perturbationis criticæ, quæ terrorem idiotis adstantibus, Medicis verò spem addunt. Vel quæ certò mortem prænunciant, vt, quod hoc tempore nondum medicorum scriptis proditum est, odor grauis ac indicibili quadam fœditate præditus per febres pestiferas: (cadauerosum dicas) certæ mortis index.

2 Vt nimirum præsentia noscat, narret præterita, & futura præmideat. Ita à consequentibus videmus interdum pestiferam febrem fuisse, si totum cadauer virescat, quasi porri succo perfusum, vel aliis maculis fœdetur: quod fit à morte, cùm calor se laxat ac euanescit, tumque se laxant ad superficiem ichores, resoluta vi retentrice: vel si suffocetur vi veneni calor, maculæ singulatim in partibus apparent.

3 Vt in cognoscendo, prædicendo, & rectè curando: quæ tria sunt Medici officia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

II. Καὶ ὁπόσα ἔστιν ἃ λέγοντα εἰς τέκμαρσιν.

II. *Tum autem nonnulla quæ ad 1 tecmarsin.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, benè medendi viritim ratio: hoc est, in quibusque & in indiuiduis regula. Tecmerium Signum est, signum syllogisticum, quo posito, necessario aliquid sequitur; vt, Peperit, igitur concepit: &, vt ait Poëta, Et iam summa procul villarum culmina fumant.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. 1 Ὁκόταν δ' ἐς τέκμαρσιν λέγῃ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, ἐν τούτοισι πολλὰ ἑτεροίως γινώσκω, ἢ ὡς οὗτοι ἐπέλεπον.

III. 1 *Porrò autem cùm ea vox ad tecmarsin, eò, & in eum dicatur finem, vt accommodata benè medendi viritim seu in singulis, vratio significetur, hic sanè multò aliter me sentire profiteor, quàm illi tradiderũt.*

COMMENTARIVS.

1 Dicit à Cnidiis prætermissa, quæ ad Tecmarsin commoda. & iam declarat quidnam vocet Tecmarsin. quæ nimirum rationem monstrat vt acuti morbi in singulis hominibus sint curandi, dignoscendi, & prædicendi. Hæc explicat Galenus nono De dogmatibus Hippocratis & Platonis, capite decimo, & vndecimo. Triplici autem methodo curantur morbi acuti, pharmacia, chirurgia, & diæta: quæ præcipua pars est. & in his omnibus tecmarsi pulcherè Æsculapidum schola vtitur.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 292 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IV. Καὶ 1 ἃ μέντοι δὴ τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύματα, ἀλλ' 2 οὔτι καὶ ὀλίγοισι τῶν ἀεθλίων τοῖσιν ἄκεσιν ἐχρήσατο. Τὰ γὰρ πάντα ἀτρεκείῃσι * ἐμπείρῃσι) πολλῷ τῶν ὀξέων νούσων, φάρμακα 3 ἰητρικὰ διδόναι, καὶ ὄρρον καὶ γάλα πολλῷ ὠφελιμώτατα. Εἰ μὲν οὖν ταῦτ' ἦν ὀρθῶς καὶ ἀμείνοντα τοῖσι νοσήμασιν, ἐν οἷσιν παρόντων διδόναι, πολὺ ἂν ἀξιώτερα ἦν ἐπαινεῖν, ἢ νῦν ἐλάσσω ἐόντα, οὐδ' ἀρκέα ὄντα· 4 νῦν δ' οὐκ ἔστιν ὅπως ἔχει.

IV. 1 *Nec verò solùm ob id non laudo*; 2 *sed quòd pauco numero remedia usurparunt. Nam remediorum ab illis inuentorum, vt morbos acutos omittam, hæc ferè summa fuit,* 3 *elateria pharmaca exhibere, serum & lac, cùm opus est, potui dare. Quæ si bona essent, congruenterque morbis, ad quos ea commendarunt, adhiberentur, sanè hæc multò essent prædicatione hominum digniora, quod cùm sint perpauca, tamen abundè sufficerent. nunc* 4 *autem aliter se res habet.*

COMMENTARIVS.

1 Quod nimirum ab iis prætermissa sunt de quibus ægri verba non faciunt, & quæ ad benè medendmm præclarè faciunt. hoc est, ob prætermissam tecmarsin.

2 Dicit paucis remediis illos vsos fuisse, nisi in acutis morbis, quasi in his multa tradiderint: sed id vanè & sine vtilitate: nam pauca in acutis sufficiunt, vt etiam in longis morbis, modò tecmarsi rectè in vsum vertantur, id est, ex morbi idea. Attamen cùm variæ sint morborum ideæ, varietate quadam remediorum opus est, & maximè in longis.

3 Hoc est, pharmaca purgantia. Nam hîc accipitur pro quouis pharmaco purgante: vt pro elleboro, elaterio propriè dicto, tithymalo, peplio: quamuis propriè per elaterium intelligatur ab Hippocrate cucumeris syluestris succus: cui mera inest purgandi vis. Hippocrates VI. Epidem. v. antepenultimo Aphorismo dicit, Si pueri purgandi, nutriantur è tum mulierum lacte, quæ tali succo vesci consueuerunt. Huius præparandi rationem docet Dioscorides libro IV.

4 Quia quot sunt morborum ideæ, tot sunt remediorum genera, vt author est Hippocrates libro primo De natura hominis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

V. 1 Οἱ μὲν τοι ὕστερον δόξαντα πάντα ἁπάντων, ἐπιεικώτερον δή τι ἐπῆλθον τῶν 2 πρόσθεν τῶν ἐκείνοισιν.

V. *Sed tamen qui postea (viri Cnidij) illud argumentum scriptis excoluerunt, melius illi quidem ad regulam medicorum quæ cuique* 1 *conducibilia forent perueſtigarunt.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, qui secundum librum scripsere, illi, quem acceperant à primo scriptore librum primum, digesserunt, quædam ademerunt, & quædam adiecerunt, alia mutarunt. hic itaque secundus liber, meditus, inquit, erit magis priore libro.

2 Id est, ad tecmarsin rectè medendi propiùs accesserunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. Ἀτὰρ 1 οὐδ' ὧδε διαίτης οἱ ἀρχαῖοι σαφέα μνήμην 2 ἐδέξαντο λόγου· καίτοι μέγα 3 τοῦτο παρῆκαν. VII. Τὰς μέντοι πολυειδέας τὰς ἐν ἑκάστοισι, τῶν τισιν καὶ τὴν πολυειδείην αὐτέων, οὐ 4 λιγυδίην ἔγνωσαν.

VI. 1 *Nec de diæta commemorabile* 2 *veteres quicquam conscripsere, quod erat* 3 *alioqui maximum.* VII. *Quamuis non defuerint qui varias morborum species, multiplicesque etiam singulorum distinctiones* 4 *probè tenuerint.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, de victus ratione, quæ per materiam naturæ consuetam suscipitur. Arguit veteres, quòd de hac nihil scitu dignum prodiderint.

2 Id prætermittendum rati.

3 Nam ex tribus medicinæ instrumentis, pharmaciâ, chirurgiâ, & diætâ, nullus fetacicreſt locus quàm de diætâ. est enim hæc præstantissima, in curandis morbis, cùm fiat per materiam naturæ consuetam.

4 Quin & vltrà quàm par est, de ipsis scripserunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VIII. * Τὰς 1 δὲ ἀεθλιοὺς ἐκεῖνοι σὺν νοσημάτων ζάλῃ 2 φράζειν ἐθέλοντες, ἐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. Μὴ γὰρ ἐκ τοιούτων * εἶη, οἱ τινί τις σημαίνεται τῷ ὅμοιον καμόντων τοῦτον, τί, ἕτερον τὸ ἕτερα διαφέρον τί· Καὶ μὴν τ' αὐτὸ νόσημα δύκεν, ἢν μὴ τ' αὐτὸν ὄνομα * ἔχῃ. Ἐμοὶ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ, ἀφεστάναι τὸν ἰητρὸν τοῦ ἐπιστήμονος. Καὶ γὰρ ὅκοσα ἔργα * δίκης καλῶν, ἐᾶσαι χρὴ ποιεῖν τὸν ἰητρὸν τοὺς τοιούτους· καὶ ὅκοσα τοῦ χρώτος ἔργα, τοῦ χρώτος τὸν ὄκοσα καθαρσίους, καθαρσίων· καὶ ὅκοσα ἀνωφελῶς διαχειρίζεται, ὡς ἀνωφελῶς ποιῆσαι. Καὶ τ' ἄλλα πάντα ποιεῖν ὁκόσα διαφέρουσιν ὀρθῶς πάλαι, ὅτι τὸ βέλτιον ποιεῖν χρή. Μᾶλλον δ' ἂν ἐπιγνοίημι ἰητρὸν, ὃς τις ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν, ἢ τοῖσι μείοσι τῶν ἀνθρώπων πλεῖστ', ἐν τούτοισι διαφέρειν τι τῶν ἄλλων ἔμ ὅτι τὸ βέλτιον. Ἔστι δὲ ταῦτα ὀξέα, ὁκόσα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι * πλευρίτην, * περιπνευμονίην, * καὶ φρενίτην, καὶ λήθαργον, καὶ καῦσον, καὶ τ' ἄλλα νοσήματα, 7 ὁκόσα τούτοισιν ἑπόμενά ἐστιν· ὧν οἱ πυρετοὶ 8 τὰ ὀλέθρια ξυνεχέες ὄντες κτείνουσιν.

VIII. *Sed cùm* 1 *vniuscuiusque & vniuersorum morborum numeros propalam explicare* 2 *voluerint, non rectè scripserunt. Id enim haut numerabile videatur, si morbi quo quisque laborat, inde distinctio sumeretur, quod inter ægros nonnihil interſit: propterea que non eundem morbum posse videri, si non sit idem eius nomen & appellatio. Mihi verò placet, in omni arte, animum ad res adiicere.* 3 *Etenim quæcumque sunt rectè & accuratè tradita, ea quoque rectè & accuratè decet fieri: & quæ celeritatem desiderant, celeriter: & quæ puritatem, purè: & quæ doloris vacuitatem, sine vllo dolore administrentur. Denique omnia quæ sunt eiusmodi cum excellentia præstantiaque nostri ordinis hominum, ad meliorem statum reuocare oportet. Ego verò eum medicum laude digniſſimum iudicauero, quicumque in morbis acutis, quos plerumque sentiunt calamitosos atque funestos esse, id consequutus fuerit, vt rectè medendi via & methodo cæteris præstare videatur. Sunt autem hi ferè quos prisci acutos nominarunt,* 4 *Pleuritis,* 5 *peripneumonia,* 6 *phrenitis, & lethargus, & febris ardens,* 7 *acceteri omnes morbi, qui hos consequuntur: quorum febres* 8 *omnino continuæ, interficiunt.*

COMMENTARIVS.

1 Hæc explicat Galenus libro x. de placitis Hippocratis & Platonis capite decimo & vndecimo.

2 Nimis prolixè Cnidij de Morbis scripsere, collineantes ad corporum varios habitus & temperies, & ad varia symptomata quæ in diuersis corporibus, eodem tamen morbo occupatis, elucent, quæ multiplici de causa variant: nec æquè affectuum τῶν τοιούτων, hoc est, identitatem notabant. quod Methodo fit.

3 Quasi dicat, de nomine non est contendendum morbi: sed ex methodo medendi, id est, ex variis Indicationibus concurrentibus, (quæ videntur varios reddere morbos) aptè medicatio in vsum duci debet, vt suadent illæ Indicationes.

4 Id est, inflammatio tunicæ costas succingentis.

5 Id est, inflammatio pulmonis.

6 Est

6 Est delirium remissionis expers, cum febre coniunctum, ab inflammatione cerebri. Non est hæc inflammatio in meningibus cerebri, nisi ex euentu: nam, in quo consistit hyparxis ttium facultatum, in eodem etiam consistit earum deprauatio. Sed hæc in meningibus non sunt, nec in diaphragmate.

7 Nimirum febres.

8 Ob calamitosa vis morbi vim, & naturæ infirmitatem. Calamitosa vis morbi consistit in exhausto: naturæ verò debilitas consistit in deprauatione naturalis œconomiæ, in coquendo, distribuendo, & excernendo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IX. * Ὅταν 1 ὃ μὲν 2 λοιμώδη & νόσου πρόσωπος τὴς κοινὴς ὄπισθεν μένῃ, αἱ δὲ ἀποβάσεες ἐόωσιν αἱ νόσοι, καὶ 3 μὴ παραπίπτωσι, κατὰ τυπίων τῶν γεγραμμένων ἀποθνήσκουσι * μᾶλλον, ἢ κατὰ τὴν ἄλλων τῶν 4 ξυμπάντων.

* ὁκόταν * πλέους,

IX. 1 *Nam si* 2 *pestilentis morbi species nulla communis ingruerit, sed dispersi fuerint morbi, nec vlla re* 3 *similes, plures ab huiusmodi morbis* [*acutis*] *occidunt, quam ab aliis* [*diuturnis*] 4 *omnibus.*

COMMENTARIVS.

1 Iam monstrat vnde factum, quòd de Diæta negligenter admodum scriptum sit ab antiquis. Nam cùm morbi acuti incidunt; tunc & alij sporades morbi incidunt non admodum funesti, & in quibus vis diætæ non ita elucet. Vnde cum ab indoctis medicis passim illi curentur eisdem instrumentis, quibus docti etiam vtuntur; idiotæ non animaduertunt, qua arte acuti tractentur.

2 Id est, si à pestilente morbo discesseris, quo nullus funestior cogitari potest. Sensus est, tam calamitosa vis est acutorum morborum, vt nullus possit calamitosior excogitari, si pestilentes morbos exceperis. Duo enim aput Hippocratem funestam calamitatem adferunt in morbis, τὸ ὀξὺ, καὶ τὸ θεῖον.

3 Id est, ob varietatem naturæ, atque diætæ, ipsorum qui laborant, id est acuti, & longi, eucriti, dyscriti.

4 Symptomatis increscentibus. Morbi vel sunt epidemij, endemij, vel sporades. qui multi iidemque eodem tempore fiunt Epidemij dicuntur. si hi fuerint pernicioſi, pestiferi dicuntur. ita pestis est Epidemia pernicioſa. Endemij verò vernaculi sunt & inquilini, multis communes. Sed Sporades sparsim inuadunt varia specie; hi frequentes sunt: & de his agit hîc. Nam de Epidemiis egit libris Epidemion; & de Endemiis, libro de Aëribus, aquis, & locis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. Οἱ μὲν ἐν 1 ἰδιώτῃσι, ἐκ τούτων γινώσκουσι τοὺς εἰς ταῦτο 2 διαφέροντας τῶν πόλας. XI. * Ἐτησίων 3 τε μᾶλλον ἰκμάτων ἐπιόντων) ἢ ψύχεται εἰσίν.

* ἑτέρων τε ὄντες

X. *Ergo* 1 *imperiti & omnis doctrinæ expertes, non admodum norunt eos qui in* 2 *hoc medendi genere suos æquales antecellunt.* XI. [*Eoque* 3 *fit vt falsò & sine iudicio*] *alia magis probent remedia, & alia damnent.*

COMMENTARIVS.

1 Nam duobus modis nomen Idiotæ aput Hippocratem vsurpatur. Vno modo, pro eo qui priuatis studiis deditus est: vt libro de victu idiotarum. Altero, ἀδιάκριτον significat.

2 Ad acutorum curationem. Offundit enim his tenebras varia morborum sporadicorum idea & euentus: cùm etiam inter sporades sint eucriti acuti, & diuturni morbi, qui ab indoctis & natura sola curantur etiam, & eisdem instrumentis, quibus acuti.

3 Quasi dicat, idiotæ nec rectè laudant, nec rectè vituperant curationes; nam rectas à prauis dignoscere nequeunt. quod sequenti Aphorismo demonstrat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XII. Ἔστιτα 1 μέγα σημεῖον τόδε, ὅτι οἱ μὲν δημοὶ ἀξιωτέοτατοι ἁμῶν ἐωυτῶν περὶ τουτέων τῶν γουνημάτων εἰσὶν, ὡς τὰ μάλιστα ἴδῃ). Ὁ γὰρ μὴ ἰητρὸς, ἰητρὸς δοκέουσιν ἔῃ), μάλιστα διὰ 3 ταύτας τὰς νούσους. Ῥιζόθεν γὰρ τὰ ὀνόματα ἐκμανθάνει, ὁκόσα γενόμενα φερόμενα πρὸς τὰς τὰ τοιαῦτα κάμνοντας. Ἢν γὰρ ὑγιείαν τις πλουσίης χυλὸν, καὶ εἶσιν τοῖσι, ἢ τοῖσι, ἢ καὶ μελίκρητον, ἄπαντα τοῖσι ἰδιώτῃσι δοκέουσιν ἰητρὸν ταῦτα λέγειν, οἱ τε βελτίους, καὶ οἱ χείρους. Τὰ μὲν γὰρ οὐτως ἔχει, ἀλλ' ἐν τουτέοισι δὴ, καὶ παυ μέγα διαφέρουσιν ἕτερος ἑτέρου.

XII. 1 *Verumenimuerò satis magno argumento esse debet, quòd vulgò homines minimè horum morborum sibi sint conscij; eoque* 2 *magis in eam curam incumbendum. Nam qui medicinæ sunt expertes, prorsus vulgo habentur pro medicis,* 3 *horum morborum causa & nomine. Est enim facilè nomina earum rerum complecti & discere, quas conuenienter adhiberi posse putarunt iis, qui morbis talibus laborant. Vt enim quis prisanæ succum, aut vinum huiusmodi aut illiusmodi, (colore, odore, sapore & consistentia) melicratumve etiam nominauerit, omnia vulgo videntur communia nominari, quæ in peruagato medicorum doctorum & indoctorum sermone versantur. Sed longè aliter se res habet. quippe in hoc genere admirabile est, quantùm alij aliis antecellant.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, Cùm iisdem instrumentis vtantur medici tum docti tum ignari, propterea idiotæ discernere nequeunt eorum præcellentiam. Nam illi non distinguunt vter, fœliciùs horum encheiresin ad commoda ægrorum flectat: in eorum copia, vtendi modo, & tempore.

2 Vt nimirum non ex vulgi opinione & ptisanam ipsam susque deque quouis morbi tempore exhibeamus, &c.

3 Quòd vulgus quidem euentu videat hos morbos calamitosos esse, & omnes Medicos iisdem remediis in eis vti: sed non distinguunt qui commodè id agant, quive incommodè & inopportunè.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIII. Δικὴ 1 δέ μοι ἄξια κεκρῖσθαι ἔῃ) ταῦτα μάλιστα, 2 ὁκόσα 3 τε ἀκαταμάθητά ἐστι, τοῖσιν ἰδιώτῃσιν ὑπάρχει εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει, ἢ μεγάλαι βλάβας. 4 Ἀκαταμάθητα μὲν οὖν ἔστι τάδε ἔστι. Διότι ἄρα οἱ * τοῖσι ἐξείησι νεύσουσιν, οἱ μὲν * πρὸ ἰητρῶν ἅπαντα 5 τὰ δοκέοντα διαπτύσσειν πλουσίνας διδόντες ἀδιδύτας, καὶ γομίζουσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν. Οἱ δ' ἄντες, ἐπὶ πᾶσι τοῖς * ποιέονται, * ὅκως κελεύσω μηδενὶ μέλιτι κατασπῶ ὁ κάμνων· μεγάλην γὰρ βλάβην * ἀπεργάζεται ἔῃ). * ἀλλὰ δὲ ὀδυνίοι * διηθέοντες ἢ χυλὸν, διδόασιν. Οἱ δὲ * τισὶν αὐτῶν, ὡς ἂν πλεῖστον ὁ παχέλιος δῶσι, ἄκρη χυλὸν. Οἱ μὲν μέχρις ἂν ἐξεδιδάσκῃ & ἡμῶν) ὁ κάμνων· οἱ δὲ, ἐς τέλεος ἔλθῃς ἢ * ἀπ' κεφαλῆς νοῦσος.

* τῆσιν * πυε: * ποιεῦν) * ὅπως * κρίνεται * διηθοῦντες *vel* διηθέοντες * τὲ * ἄλλοι * ἔν.

XIII. *Sed* 1 *ea quoque literis (& commendatione) digna esse videntur, & quæ alioqui: non disciplinabilia, operæ precium tamen est medicis scire, & quæ magnum aaferunt adiumentum aut detrimentum. Ac quidem non* 4 *disciplinabilia hæc sunt. Quæ causa est quamobrem medici in morbis acutis omne* 5 *tempus exigunt ptisanam non colatam exhibendo; nec non medicinam se hoc modo rectè facere arbitrantur. Existunt & alij, qui in medendo plurimi faciunt, si quis nullo hordeo sibi vllo modo vtendum putet; calamitosum id maximè esse rati. Alij verò linteo excolatum succum exhibent. Rursum nec desunt alij, quos*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 294 sur 513

quos nunquam adduxeris vt ptisanam crassam 6 & integram aut succum exhibeant. Alij quidem non ante quàm septimum morbi diem agat aegrotus. Alij verò perpetuò 7 donec iudicatus fuerit morbus.

COMMENTARIVS.

1 Vt in philosophia quædam non sunt disciplinabilia, vt num mundi plures; & num vacuum extra mundum: alia verò non sine magna indagine in rerum natura percipimus. At in medicina, ex iuuantibus & lædentibus patescunt cuncta, & causæ innotescunt, illa itaque amplectenda.

2 Sed ex iuuantibus & lædentibus iam comperta, quorum alioqui ratio prima in obscuro est, vt, quòd in statu de cibis vereri oporteat.

3 Prout conuenienter, vel inconsideranter vsurpantur.

4 Rationi imperuia per se, sed ex iuuantibus & lædentibus cõperta tandé, longa indagine, & ratione.

5 Nam non distinguebant motum morbi. quibusdã enim, vt XIV. die iudicandis debetur integra ptisana: aliis, vt quarto iudicandis, ferè inedia confert.

6 Id est, numquam dant integram ptisanam nec eius succum (potu solo contenti) nisi iudicato iam morbo.

7 Id est, Tota morbi historia non vtuntur ptisana: sed solùm aquam, & melicratum, vel oxymel exhibent. Dicit, Sed aliqui solo succo ptisanæ vtuntur, alij tota ptisana, alij potu transigunt ad crisin vsque. Hippocrates verò quibus ex his quisopus habeat demonstrabit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIV. 1 Μᾶλλα μὲν οὖν οὐ δεῖ περιβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰδόσιν εἰσὶν οἱ 2 ἰητροί. Ἴσως δ' οὐ δεῖ περιβαλλόμενα δείκνυται. XV. Καίτοι 3 διαβολήν γε ἔχει ὅλη ἡ τέχνη παρὰ δημοτῶν μεγάλην, ὡς μηδὲν εἰδυίην ὅλως ἰητρικήν εἶναι.

XIV. 1 *Sed medicorum ista consuetudo non est huiusmodi quæstiones ad disputandum* 2 *ponere. Neque, si ponerentur, fortasse quid sentiendum sit inuenirent.*
XV. *Quæ causa est etiam, cur vniuersa medendi ars in* 3 *acerbissimam vulgi calumniam incurrerit, vt ne quidem medicina vlla esse putetur.*

COMMENTARIVS.

1 Nimirũ, quibus tecmasis medendi continetur.

2 Itaque Hippocrates primus hanc disceptationem proposuit, & soluit.

3 Nimirum ob controuersias medicorum, quas audit vulgus: nam concordia certam scientiam arguit; exemplo est matheſis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVI. Ὡς τε ἔν γε τοῖσιν ὀξέσι πρῶτ' γνωμάσιν, τοσόνδε 1 διάφορόν εἰσιν ἀλλήλων οἱ χρεώκοπαι, ὥστε ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει * ἡγεῖσθαι δεῖσα εἶναι, ταῦτα τοὐμπαλὶν † ὁ ἕτερος κακὰ εἶναι. Καὶ ὀφθὸν ἂν καταγνῶ * τὸ τοῦτον δ' ἐτίω τέχνιον * φαίην ἐμοιωδὲς τῇ 2 μαντικῇ. Ὅτι οἱ μάντιες † αὐτοὶ ἑωυτοῖσι, εἰ μὲν ἀγαθὰ, ἀγαθὸν νομίζουσι εἶναι· εἰ δὲ δεξιὸς, κακόν. Καὶ ἐν ἱεροσκοπίῃ † τὰ τοιάδε ἄλλα ἐπ' ἄλλοισιν. Ἀλλ' ἔνιοι δεῖ μάντιν τ' εὐαυτίῃ τετιῆσθαι. 3 Φημὶ δὲ πάγκαλον εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, καὶ ἀξιοπρεπέστατον τοῖσι 4 πλείοσιν ἐν τῇ τέχνῃ, ἢ ὁπωσοῦν ἀμφισβητήσιμον.

XVI. *Nam in acutissimis morbis tanta est artificum inter se* 1 *dissensio, vt qua alius medendo exhibet, consentanea esse ratus, illa quidem alius in vitio esse putet. Eoque fit fortasse vt ars medendi ab* 2 *augurali vanitate non multum abesse pradicetur. Quòd augures, auem eandem, parte sinistra, secundis auspiciis apparere indicent: dextra verò, malis. Eodemque modo in auruspicina huiusmodi ferè sunt, qua feruntur alia super aliis. Existimo & alij huius generis vates quã contrà pronuncient:* 3 *Quamobrem ego verè hoc videor dicturus esse, contemplationem (seu distinctionem aut scientiam) quam hoc loco tradendam suscipimus, pulcherrimam esse, maximisque ac* 4 *quam plurimis in medendo rebus accommodatã esse.*

COMMENTARIVS.

1 Quia peculiarem cuiusque morbi motum non benè Cnidij didicerant ex symptomatis; hinc illa dissensio.

2 Quam etiam dicunt οἰωνιστικὴν, ἱεροσκοπίαν, δυτικὴν vnde ἱεροσκόποι & οἰωνισταί. sunt & ᾠδὴ καὶ χρησμολόγοι, id est fatidici, & θεομάντεις diuini vates, & ἀνθρωπόκοι. Sed Hippocrates solos οἰωνιστὰς appellat μάντεις, vt etiam Homerus. De hac arte olim scripsere Apolletes, Athenæus, Chæremon, & Artemidorus Phocæus, & plurimi alij.

3 Commendatio operis dicit, huiusmodi quæstiones maximè ad medicos pertinere.

4 Id est, ad hanc reuocari posse, quæ sunt in medendo maxima atque atque plurima. Nam in vna pleuritide ostendet, qua termatis in singulis acutis sit transigendum: & ex cuiusque peculiari natura.

HIPPOCRATIS TEXTVS

XVII. Καὶ ὃ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς * ὑγείην μέγα τὶ δύναται. * ὑγίην
καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἐς ἀσφάλειην, καὶ τοῖσιν ἀσκῆσαι ἐς δέξιν· καὶ ἐς ὅ, τι ἂν ἐκαστος * ἐθέλει. * ἐθέλοι

XVII. 1 *Hæc enim mirificè prodest ægris ad sanitatem conquirendam; sanis ad tuendam: palæstricis ad firmam corporis constitutionem: postremò omnibus, ad quamcumque rem se conuerterint.*

COMMENTARIVS.

1 Elucet hîc eum de sola ptisana non agere: & ita agere de victu acutorum, vt cæteris omnibus accommodari possit: & non solùm diætæ vsum hîc docere, verùm etiam aliorum omnium remediorum tecmarsin, vt chirurgiæ & pharmaciæ, glandis, clysteris, fotus, vini, mulsæ, oxymelitis, balnei. Itaque communem quandam rationem medendi & præseruandi hîc docet, multis peculiaribus communem. Adeò vt hinc eluceat, quo modo quæque ars constitui debeat. Nam hîc eleganter distinguit, quibusnam ptisana sola sit exhibenda in acutis morbis, quibus quid aliud, in solum potum, vel nihil horum. Vide huius libri Aphorismum 18. ibi in initio hæc explicat Galenus, & eleganter argumentum horum librorum aperit, & morem in docendo Hippocratis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVIII. 1 Πτισάνην μὲν οὖν μοι δοκεῖ ὀρθῶς προκεκρίσθαι πρὸ 2 σιτηρῶν γενημάτων, ἐν τοιούτοισι τοῖσι νοσήμασι. 3 καὶ ἐπαινέω γε τοὺς προκρίναντας. Τὸ γὰρ 4 γλίσχρισμα αὐτῆς 5 λεῖον, καὶ 6 ξυνεκτὸν, καὶ 7 προσηνὲς ἔστι, καὶ 8 ὁλκαδέστερον 9 καὶ 9 παλαιστὸν μᾶλλον, καὶ 10 ἄδηλον, καὶ ἀνεκπύστον, 11 εἴ τι καὶ τοιοῦτόν προσφορέει, καὶ ἧκε 12 σῦφλ, κἤτε ἀρρώδην 13 κακὸν, ἔτε 14 ἀνοιδίσκει) ἐν τῇ κοιλίῃ, * ἀνοφλίσκει γὰρ ὀλίγῃ στιγμῇ πλείστην ἐπιφύσιν διαχοδέν. * ἀνοφλίσκει

XVIII. 1 *Ptisana igitur (ex sua natura considerata) meâ quidem sententiâ,* 2 *cibariorum omnium cerealiorum præstantissima rectè est habita, in huiusmodi (acutis)* 3 *morbis. & laudem merentur qui hanc cæteris anteponendam ducunt. Nam succo est pradita* 4 *pingui illo quidem, sed* 5 *leui, 6 & æquali, & 7 iucundo minimèque* 8 *tenaci, sed * fluido, & moderatè* 9 *humido, & sitis* 10 *experte, maximeque* 11 *ad eluendum est accommodata si quid opus sit, quin etiam nec* 12 *astrictionis est particeps, nec (stomacho) tumultum* 13 *infert, neque in aluo* 14 *intumescit, nam elixando intumuit, quantum maximè intumescere potuit.*

COMMEN

COMMENTARIVS.

1 Hac ratiocinatione vtitur. Quicquid calorem febrilem (quia omnis morbus acutus est cum febre symptomatica, vel est ipsa febris essentialis) extinguendo, pugnat cum febre, humoris putris, (in quo est ipsa febris) portionem pepasmi participem mitificando: alteramque portionem, quæ est pepasmi expers, excludendo: obstructiones, quæ sunt causæ antecedentes febris, tollendo: præterea quod stomacho qualitatibus primis, secundis, & totâ substantiâ est gratum, & omnis molestiæ expers: Id conuenienter ad morbos acutos præscribi potest. Huiusmodi autem est ptisana. Ergo. Calorem enim febrilem extinguit: nam perpetuò frigidum manet hordeum, ex quo conficitur ptisana, vt scribit Galenus De alimentorum facultatibus, vbi De hordeo. neque vlla arte vim calfaciendi acquirere potest: sed omni præparatione adhibita, insitam refrigerandi vim retinet: humectandi verò, vel siccandi vi variè, pro varia præparandi ratione augetur. Hordeum enim glumâ suâ castratum, in aquâ coctum donec quàm maximè intumuerit, humectandi vim acquirit. Ptisana ergo ex tali hordeo, victus est humidus, & qualitate & consistentia: Victus verò humidus, febricitantibus conuenit, inquit Hippocrates primi Aphorismorum decimosexto. humorum etiam putrium vim infringit: quia ptisanæ succus est mitis, læuis & moderatè humidus. portionem pepasmi participem causæ morbificæ, læuitate adiuuat ad coctionem: alteram pepasmi expertem, excludit per lubricitatem & per contemperationem. obstructiones fluiditate tollit. Stomacho grata est omnibus qualitatibus totaque substantiâ. Sumptâ indicatione ab ægro, quia modico contrariorum vsu natura gaudet intemperata. Præterea, quia succi familiaritate cum nostra natura est coniuncta; molestiæ omnis expers, nam sitim inducere nequit, cùm nec calfaciat, nec obstruat, neq; in bilem vertatur; sed potiùs vtraque qualitate sitis causas tollit. Stomacho etiam tumultum non infert; quia succo est æquabili, omnis flatus expers. Vide Aretæum fol. 65. C.

2 Quasi dicat: Vt hoc proposito familiari exemplo (quod perspicuitate & excellentiâ vincit res cæteras quæ sunt eiusdem generis,) doceam theoremata vniuersalia tecmarseos. Præfertu pani, thondro, & zeę: nam hęc solùm dantur in acutis morbis, dicit Galenus.

3 Id est febribus essentialibus, magnis, & intermissionis expertibus: & morbis qui febrim consequuntur, & febribus quę morbos sequuntur.

4 Non facilè recipit calorem pręter naturam.

5 Consistentiâ & facultate, id est, alienę facultatis experte: consistentia, vt in quo tangendo fit motus continuus. (Ieue: quia calor in omnes partes æqualiter seseinsinuat.) facultate, quia opponitur exasperanti, qualia sunt acria, acida, astringentia. sed leuia sunt quę tactu & facultate lęuorem gerunt.

6 Id est, vniusmodi: non crassiore nec tenuiore: sed vbique sibi similis, ob exactam partium vnionem.

7 Naturęque consentaneo. ad bonitatem accedit dulcedo ptisanę & qualitate & substantia: quia ventriculo grata, nec vllam insuauitatem habet dum sumitur, & citra comestionem, sorberi potest.

8 Vt de obstructionibus thoracicis metuendum non sit. distribuitur ex facili, liberat obstructa, & materiam pepasmi capacem efficit.

9 Nec obstructiones parit. oleum est πλαδαρὸν sed non est ἀδιάχυτον nec ptisana supinat stomachum, vt oua.

10 Quia bilis acrimoniam temperat; nec, vt alia dulcia, in bilem mutatur. Calorem etiam & siccitatem, duas sitis causas corrigit. nec obstruit, sed inoffenso cursu fertur ad ventriculi & pulmonum sedes, sitis focos. Nam sunt sitis causæ duæ, calor & siccitas: & sitis domicilia duo, pulmo, & stomachus. pugnat cum causa, quia refrigerat: Gal. 1. de Alimentis: & focum sitis extinguit ptisana.

11 Vt si attrictior sit aluus; vel si bilis fluctuet in ventriculo, aut eius tunicis adhæresçat, facit corpus ἔμπορον. Ergo, dicit Galenus, abluere non est febri contrarium. venter itaque subduci tutò potest.

12 Quæ vitanda est in morbis acutis, nisi lienteriæ, aut resolutioni viscerum obnoxii sint ægri.

13 Quod sit vniusmodi, nec diuersis prædita qualitatibus. quid sit ἄπεπτον explicat Gal. 4. acut. 94. quod turbat dum coquitur, vt mordentia, inflantia, & quæ diuersis qualitatibus constant, vt brassica, lenticula, omnia cum melle & sale.

24 Nam flatus est expers.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIX. 1 Ὁκόσοις μὲν οὖν ἐν πλησμονῇ χρὴν 2 ἐκ τοιούτου ποιήσασθαι, ὧν 3 μὴ πολλὸν 4 καὶ ἐπαγγύτερον, ὡς ἔπος εἰρῆσθαι, ἀλλὰ χρῆσιν καὶ διαλείπειν, ἢν μή τι δέῃ, διὰ φαρμακείην, * κενοῦν * κλύσιν * διαλείπειν.

XIX. 1 *Ergo si quem iuuat* 2 *ptisana vti in huiusmodi morbis, ne vnius quidem* 3 *diecula, vt ita dicam,* 4 *exhaustum, (hoc est, inedia) est imponendum, sed sine intermissione vtendum, nisi quid; medicamenti purgantis aut clysteris causa intermittendum sit.*

COMMENTARIVS.

1 Non loquitur de iis qui inconsideratè hac vtuntur; sed de eo qui & morbi specie inuitatur, & virium infirmitate, cum succi inopia coniuncta: nec auocatur dolore aut alui astrictione, vel difficultate spirandi: celebratis etiam quæ in vacuando & dolorem leniendo pugnant cum morbo eiusque symptomatis. Dixi morbi, & virium, & doloris rationem habendam. quia duo sunt diætæ scopi, historia morbi, & virium robur: Addidi dolorem: quia in pleuritide non exhibebis totam ptisanam, nisi morbo cocto, aluo soluta, & dolore remisso.

2 Hoc est, qui iure & loco ptisanâ vtitur: is autem conuenienter ea vtitur, qui & morbi specie inuitatur & virium infirmitate, &c. vt diximus. Sed quinam vtuntur iure ptisana? hi quibus os humescere incipit: hi vti ea debent, vt fiant firma latera, vtque natura testituatur in pristinum statum, in eo qui iam biduo vel triduo abstinuit, venamque secuit, tum aluum subduxit.

2 Id est, ne vnum diem defraudari debet suo genio. ægrè enim redibit ad cibum: graniores enim sunt mutationes ab ocio ad negocium, quàm contra.

4 Duo significat κατάσχεσις: vacuationem, 1. Aphor. 2. dein ciborum abstinentiam. nam hac obscura fit euacuatio: lib. 2. De articulis, vbi de coctis. tertiò, vtrumque. Abstinentia illa incommodat æger suæ naturæ, & expectoratum comprimit. Illa itaque adsit, ne subsistat expectoratum, & ne alis pulmonum adhæresçat, & ne ventriculus fiat immemor sui officii, cum alienatione sui habitus, vt qui turgere assueuit à cibi mole.

a His, dicit Galenus, bis da, si opus habeant, quantumque tulerit corporis virtus.

5 Postea docebit quinam vacuandi sint per ventrem, vel per venas, vel fomentis. dicet quis: Sed Hippocrates postea superbibendam præbet ptisanam. Respondemus: medicamenti est educere: alimenti attrahi: Galenus 2. De alim. cap. de pyris. Sed non præbet alimenti causa, sed vt malignam remedii vim eluat à stomacho.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 296 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

ΧΧ. 1 Καὶ τοῖσι μὲν γε * ἐδιστμένοισι 2 δὶς * α στρεδζ τῆς ἡμέρης, δὶς 3 δοτέον τοῖσι δ' μὴ ἐδιστμένοισι, ἅπαξ δοτέον τὴν ἀρχὴν· ἐν b ᾗ ἀναχωρήσῃ δ' ἢ ἐνδέχηται, τυτθίοισι καὶ δὶς * δοτέον, ἢν * τι δοκῇ πρόσθεν.)

* ἐδιστμένοισι
* ζεστὸν ὕδωρ
* διδόναι
* δοκῇ

XX. 1 *Eoque fit vt ſi bis 2 cibum capere eger aconſueuerit, bis illi ſit 3 exhibenda (ptiſana:) ſi autem ſuo more paſtum ineat ſemel, ſemel etiam primo (die) apponenda, ſed tamen (ſemper) acceſſio paulatim b & viciſſim adiungenda (ptiſana) ſi bis 4 exhibendi ſit locus: atque hinc etiam bis exhibere oportet, ſiquidem opus eſſe videbitur.*

COMMENTARIVS.

1 Eoque ſit,] id eſt, vt qui ptiſana vti ſuo iure poſſint.

2 Propterea que aluus eorum bis intumeſcere, bis humeſcere, bis coquere conſueuerit.

a An igitur in pleuritide licebit dare vinum, ei qui aſſueuerit vino vti? minimè. quia apud Hippocratem nulla eſt habenda conſuetudinis ratio in qualitate, ſed tantùm in quantitate. Cùm itaque perſpectum habeamus iure ptiſanam exhibendam eſſe, & quo loco, ex perſpicientia virium ægri, hiſtoriâ morbi, & paroxyſmi; tum illud conſiderandum eſt, quo modo ſit exhibenda.

3 Ne humores accenſi incandeſcant acrioresque reddantur, & ne ſubſidat collabaturque ventriculus, cum alienatione habitus & immutatione temperamenti, & officij vacuitate ceſſationeque fiat ignauior: & ne vires fraudatæ ſuo genio labefactentur, quod præcipuum eſt.

b Vt, inquit Galenus, ſemel quod ſufficit dabis; ſed minimum ſit quod ſecundò offeras, quod ſenſim augebis, dum ambas vices æquaueris. Sed qui mediocriter ægrotant, ita nutriri debent.

4 Quaſi dicat, Non ſolùm ad nutritionem, ſed ad rhoracis robur, ſi opus videbitur. vt conſeruetur natura communis, & habitus temperamentum, actio. & ne ſiccescat venter, & collabatur. vide 1. Aphor. 17.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

ΧΧΙ. 1 Πλῆθος δ' * ἀρχὴ κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πολὺ, 2 μὴ δ' ὅσα ἐρᾶχυ, ἀλλ' ὀλίγον ἕνεκα τοῦ ἔθεος * ἐκείνῃσι π, καὶ * κενεαγγίῃσι μὴ α ῥυείσης πολλῶν.

* ἀσκὴν
* εἰσέτι
* κενεαγγίῃσι

XXI. 1 *Sed ineunte vſu ptiſana nec admodum craſſam 2 nec plena manu ſufficit exhiberi, ſed 3 quantum in more cuiuſque eſt ſitum, quantúmque ſuadet largioris exhauſti cautio, a tantum vt ingeratur neceſſe eſt.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, dum vſus poſtulat, & nihil ſit quod auocat; hoc eſt, dum licet exhibere, cumque quis iure ſuo vtitur ptiſana, & incipit ea vti. Ita enim hîc interpretatur Galenus κατ' ἀρχὰς, vt non ſignificet morbi initium: ſed illud tempus quo primùm eget ptiſanâ æger: tunc, inquit, confertim ne repleto.

2 Quia repentè plurimum mutare, malum: corrumpetur enim in ſtomacho ptiſana, ſi exhauſtis venis plurimum ſtatim in initio exhibueris. Quia ex ceſſatione officij aluus ignauior facta eſt. Detur itaque tantum vt maneat in officio, neque in boulimum incidat, nè vein κενεαγγίαν incurrat. Notat qualitatem etiam & numerum.

3 Quantum ſufficit ad prohibendam largiorem κενεαγγίαν. Nam aluus ignauior nequit ſatisfacere neceſſitati totius corporis.

a Quaſi dicat, Bis dabis quotidie ptiſanam his qui non calamitosè laborant: vt nutricatui & conſuetudini reſpondeat, & vt inanitionis periculum vitetur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

ΧΧΙΙ. 1 Περὶ δ' * ὁπηδόσιος * εἰς α πλῆθος τῆς φορήμαλος, ἢν μὲν * 2 ξηρότατον ᾖ τὸ ὑπόστημα, * ὅσῳ 3 ἂν πλεῖστον ἐόντος, μ χρὴ ὅσῃ πλείστῃ 4 διδόναι, ἀλλὰ προπιέειν πρὸς τὸ ῥοφήματος, ἢ μελικρήτου, ἢ ὀξυκράτου, ἢ 6 οἴνου, ἢ 7 ὁκοτέρου ἂν ἁρμόζῃ. 8 τὸ δὲ * ἁρμόζον, ἐν ἑκάστοισι τῶν τρόπων b εἰρήσεται.

* ὁπηδόσιος
* ἐς
* ξηρότερος

XXII. 1 *De adiungenda autem ſorbitionis a acceſſione ſeu quantitate, (mea ſic ratio eſt:) nam ſi adhuc 2 ſiccior ſit morbus, quàm quis fortaſſe putet,* 3 *copioſius tum exhibenda non eſt, ſed ante ſorbitionis acceſſionem propinare 4 melicratum, aut 5 vinum, prout 6 alterutrum videbitur eſſe conſentaneum. 7 Verum verò ſit conſentaneum, in cuiuſque morbi hiſtoria ſeu ſpecie b demonſtrabitur.*

* cumulatius

COMMENTARIVS.

1 Horum trium Aphoriſmorum hic eſt Syllogiſmus. Iis demum ſolida & de more ptiſana eſt exhibenda, quibus nec ſiccus adhuc, hoc eſt, crudus eſt morbus, nec aluus ſuppreſſa, nec doloris ſymptoma grauius, & vires valent cum ſuccî inopia coniunctæ. Ergo Pleuriticis, madefacto ore, expectoratisque iis quæ decet, integra eſt exhibenda ptiſana. Vt nimirum iis confirmentur vires ad excluſionem: tum enim opus eſt firmis viribus, vbi morbus eſt concoctus. Atque hinc adeò eſt, quòd pleuritis & peripneumonia ſenibus ſit funeſta, etſi pepaſmum conſecuta ſit: quia non habent firma latera vt poſſint expectorata excludere. ὑπόστασις, verbum politicum, à mercatura ſumptum, eem tœmaet. ἐνδοσις.

a Cùm nimirum vtendi locus eſt, & iure quis ea vtitur.

2 Siccitas venarum & arteriarum dignoſcitur ſqualore corporis, & linguæ ſcabritie; & ex vrina tenui flammea: pleuritidis verò, ſiccâ tuſſi, & ſine expectorato vllo aut pauco, aut crudo. Ineunte morbo, dum ſiccus manet, magis cum morbo pugnandum, quàm naturæ ſtudendum. quaſi dicat, nunquam cibus exhibendus morbo adhuc crudo: ne natura à ſuo opere & materiæ mitificatione auocetur: cùm partes nutritioni dicatæ adhuc ita ſint oppreſſæ, vt officio ſuo non ſufficiant. Cruda ſunt, cùm doloris ſumma ſunt omnia, & nulla pepaſmi ſigna adhuc edunt: cum ſummo lentore magnaque difficultate tunc excludantur expectorata.

3 Nec copiâ, nec qualitate, nec numero.

4 Nimirum ad pleuritidem vel aſthma ſeu difficultatem reſpirandi, vt excitetur naturæ vis, & materia vt præparetur excluſioni: & vt meatus ampliores fiant; niſi ſit μεγαλόστομος, aut picrocholos τὰ ἄνω.

5 Dulce. & panis, & carnes in aſthmate. dulce vinum alas pulmonum explicat, vt melicratum ferè. vt paretur materia expulſioni, & ampliores fiant meatus.

6 A morbo indicatione ſumpta, & peculiari ægri natura. Nam in picrocholis, τὰ ἄνω numquam rectè ad aſthma exhibebis melicratum: & in acceſſionibus cibum dare, malum. rurſus, crudo morbo quicquid nutrimenti exhibes, id in morbi materiam degenerat. duobus autem modis crudum accipitur apud Hippocratem: is dicitur crudus humor, qui in venis infra ſanguinem continetur, qualis eſt pituita cruda, altero modo, is qui eſt ſupra ſanguinem, qualis eſt bilis quæ mitificari non poteſt. quinetiam crudi dicuntur humores in herpete, aliisque in morbis, in quibus nondum pepaſmus apparet, ſeu concoctio illorum

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 297 sur 513

pravorum humorum præter naturam. quasi dicat, Nisi peculiaris natura auocet.

Quasi dicat, in asthmate & pleuritide omne cruditatis tempus seu siccitatis, exigendum in vsu melicrati: hoc est, medicamentorum morbo conuenientium, priusquam ptisanæ accessionem adiungas, hoc est robori naturæ studeas. Nomine melicrati, tanquam vno exemplo, intelligi debent omnia medicamenta quibus morbum oppugnamus. Hinc collige theorema: Tamdiu incumbendum est in morbum, vel pugnandum cum morbo, quamdiu is siccus apparet: humidiore verò facto, studendum naturæ, nisi vires periclitentur, vt in syncope: tum enim primùm virium habenda est ratio: aliàs, morbi: nam morbus est qui vires frangit. Frustrà igitur viribus intendes, si morbum negligas. Atque hoc est quod dicit Hippocrates, ante sorbitionis accessionem propinandum esse melicratum. non quòd velit ante vsum ptisanæ adhibendum melicratum: sed quod antequam accessionem adiungas earum rerum quibus natura robustior fiat, præscribenda sint remedia quæ pugnent aduersus morbum.

b Sensus hic Hippocratis est, dicit Galenus: excrementis madescere nullo modo, crudi morbi signum est: igitur, ante ptisanam, dabis quid humectantium, vt hydromel, vel vinum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIII. Ἢν δὲ ὑγιείνῃ τὸ πτύελον, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταρρέοντα εὖ οἰκέῃ δεῖ, * ὑπηδέειν 3 χρὴ ὡς πλεῖστα τῆς βοφήσιος, 4 ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, ἃ τὰ μὲν γὰρ ὑπάγειν καὶ μᾶλλον κακώνει, ταχύτητα ς κρίσιος σημαίνει· τὰ δὲ βραδύτερα καὶ ἧσσον, βραδυτέρην 6 σημαίνει τὴν κρίσιν. XXIV. 7 Καὶ ταῦτα † μὲν καθ' ἑαυτὰ, τοιάδε τὰ ἐπὶπαν δοκέει. 8 Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρίσταται, ἃ ἐν ἑκάστοισι δεῖ, ἃ ἐρέομεν ὕστερον.

* ὑπηδέειν

† ἑαυτὰ

XXIII. *Quodsi* 1 *humore perfusum sit os, atque pulmonum excrementa* 2 *conuenienter excludantur,* 3 *adiungenda tum ptisana accessio est, vt in summa dicam.* 2 *Nam quæ celeriùs magisque madescunt,* 5 *celeritatem iudicij arguunt: quæ* b *verò tardius minusque madescunt, tardiorem* 6 *etiam crisim significant.* XXIV. 7 *Atque omnino hæc sunt eiusmodi suapte naturâ.* 8 *Existunt & alia sanè plurima valdè vtilia, hîc consultò prætermissa, ex quibus etiam horum significatio fieri debet. quæ posteà à nobis (suo loco) dicentur.*

Commentarius.

1 Expectorando scilicet, nec amplius siccior videatur esse morbus.

2 Vt nulla expectorati desideretur ratio in qualitate, nec quantitate, neque in expectorandi modo. hoc est, vt ταχέως, id est, statim, καὶ ἐυπετέως excludantur. nam expectoratum procedit ἐυπετέως per ἐκφύσησιν, hoc est, exsufflationem, quæ fit vi animalis facultatis. Hæc bonam partem absolutæ crisis significant.

3 Vt vis animalis excitetur ad materiæ exclusionem; vtque firma sint latera ad expectorandum. Nam πλεῖστον Hippocrati est sputum æquale, læue, album; quod est excrementum malè affectæ partis thoracicæ. quare tunc adiiciendum: vt par sit ratio naturæ & morbi.

4 Quasi dicat, vt firma sint cetera, hoc loco dicam & proponam, quod erit nobis cæterorum morborum exemplum. Vt ad eam legem de cæteris agam.

a Id est, Cùm perfunditur os materiâ expectorabili.

5 Quia concoctiones, cuiusque morbi securitatem & celeritatem prænunciant.

b Ob difficultatē pepasmi, & thoracis oppressionē.

6. 1. Aphor. 12. Sed obiicies, Sudor incunte morbo factus mador est: is tamen ad morbi diuturnitatem appâret. Item alui profluuium incunte febre ardente appâret ad mortem, vel ad diuturnitatem. Respondeo, præsentem Aphorismum intelligi de madore critico, in quo nulla desideratur ratio, neque temporis, neque qualitatis, neque quantitatis, neque excernendi modi. Nam solus is sudor est, bonus qui toto corpore manat calidus, quique dolorem sedat, sitque die critico, & lege naturæ victricis. At verò mador is qui solo capite & thorace fluit paucus, symptomaticus est & malus: quia nihil paucum est criticum. Præsens ergo Aphorismus referatur ad signa & causas criticas. Vt sit sensus, Qui celeriùs madescunt: scilicet non symptomaticôs, sed lege naturæ. Ac si diceret, vbi morbus madescit, ac proximè adest crisis, confirmare oportet naturam ad exclusionem materiæ mitificatæ. Per expectoratum humorem, intelligemus non quemuis humorem, sed eum qui est materia pleuritidis. Si roges, An igitur ob virium confirmationem licet etiam vel panem vel chondrum exhibere? Dico quod hæc duo vires quidem confirmant, sed aduersus morbum non simul pugnant quemadmodum ptisana. Chondrus enim obstructiones parit. est enim chondrus propriè Zeæ, id est, speltæ (quæ tritici species est) granum pistum & à glumis suis repurgatum. Rursus oxymel incidendo & detergendo cum morbo quidem pugnat, sed naturam non sustentat.

7 Id est, numquam est imparsibi ratio exhibendæ ptisanæ, quæ ducitur à sicciore aut humidiore morbo.

8. Vt virium, ætatis, anni, & consuetudinis ratio.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXV. 1 Καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείῳ 2 ἡ κάθαρσις γίγνηται, τοσῷδε 3 χρὴ * πλείω ὑπηδέειν 4 ἄγειν * κρίσιος· 5 μᾶλλον δὲ κρίσιος ἐσβολὴν δύο ἡμερέων, εἴτι γε ἂ πεμπταῖοι εἰσι, ἢ ἑβδομαίοισιν, ἢ ἐναταίοισι δοκὴ κινέειν· ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ ὁ περισσὸν ἀριθμὸς ἐς τὰς κρίσιας ἀποβλέπουσιν. Μετὰ δὲ τοῦτο, τῷ μὲν βοφήματι ἐς τὸ ἀφεῖναι χρηστέον, ἐς δὲ τὰ σιτία μαλακωτέρῃσι.

* πλείω
* πλείους

XXV. 1 *Ergo* [*ne longiùs abeam*] 2 *quo maior apparet purgatio, eo plenius* 3 *ptisanam exhibebis, donec ad* 4 *crisin ventum sit:* 5 *maximeque supra crisin duo vt minimum dies, quibus aut quintum, aut septimum, aut nonum morbi diem agentibus* * *incidere videtur crisis:* 6 *quò scilicet parium & imparium dierum cautio sit. Quibus* b *exactis diebus, manè sorbitio est exhibenda, vesperi verò* 7 *consueta cibaria.*

* fieri debet crisis:

Commentarius.

1 Sensus est: Id semper manet ratum, vt nunquam exhibeamus ptisanam, quamdiu morbus fuerit crudus: ne natura à suo opere & materiæ mitificatione auocetur. Cùm præterea partes nutritioni dicatæ sunt ita oppressæ, vt officio suo non sufficiant. sed morbo iam humido facto, ea est exhibenda.

2 Vt in pleuritide quò maior est copia expectorati.

3 Vt firmiora reddantur latera ad exclusionem materiæ mitificatæ.

4 Quo tempore quàm tenuissimo victu est vtendum.

5 Id est, edita crisi, ad duos dies seruabit victus rationem qua fruebatur. sed dein ad panem &c. redi.

6 Vel, vt in paritate vel imparitate dierum, sit consilij capiendi ratio. Nam cùm quæ paribus diebus mouentur, paribus recrudescant, & quæ imparibus, imparibus, ergo si à crisi sequentes duos dies observaris, si nullam accessionem duobus diebus his morbus

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 298 sur 513

morbus fecerit, (cùm vel par & impar habeat) erit morbus perfectè iudicatus. nam quæ paribus diebus accedunt, paribus iudicantur, & recrudescunt ab imperfecta crisi: quæ verò imparibus iudicantur imperfectè, imparibus etiam recrudescunt. Crisin vocat hîc perfectam morbi solutionem; vel illud tempus, quo natura de morbo triumphat. in Epidemiis, præter cætera, significat crisis ipsam concoctionem. vt cùm dicit, si cui post crisin appareant vrinæ albæ; id est, editis pepasmi signis. Vult Hippocrates hîc, vsque ad crisin quàm tenuissimum victum obseruari, ne natura ab instituto auocetur. Imò etiam editâ crisi, exigendos esse duos dies in simili victu, eò quòd nescias an pari, an impari die morbus iudicetur. Meminit Hippocrates in Epidemiis, cuiusdam mulieris, quæ septimo die perfectè iudicata, ita vt nec vllum empyreuma supereſſet: & cùm eodem crisεos die vesperi se liberaliùs inuitasset, postridie obiit.

b Nimirum biduo à iudicatione.

7 Vt panis & carnium.

HIPPOCRATIS TEXVS.

XXVI. Συμφέρει δὲ τὰ τοιάδε ὡς ὀλίγου πολὺ, τοῖσιν ἄλλοισι πλεονάσασιν 1 ἀνάκαυσιν 2 b χρεομένοισιν.

XXVI. *Sed præter cæteros [pleuriticis] maximè illa prosunt his, quibus* 1 *ineunte a morbo ptisanâ integrâ* 2 *vti* b *licet.*

COMMENTARIVS.

1 Primo morbi quaternario, editis pepasmi signis, & morbo humidiore facto. Hordeum accipiatur integrum, purum, solidum, non vetus, non recens. Illud in vas coniiciatur amplum, & ei affundatur aquæ simplicis quantum satis est, ne opus sit superinfusione aliqua; id est, sint viginti partes aquæ, ad vnam hordei. Deinde lento igne coquatur quinq. horas, donec intumescat quàm maximè potest, & cremari incipiat. Mox amoueatur ab igne, & citra colationem exhibeatur cochlearimirificos adfert sanitatis fructus. Aquam simplicem vocant eam quæ non sapit naturam pharmacorum, cuiusmodi est aqua sulphurea & aluminosa; sed eam quæ est pura fontana, cuius motus est versus orientem, per terram arenosam & lapideam; etiam à montibus discoopertam, aëri & Soli expositam, nullius saporis dominantis, substantiæ subtilis, cuius residentia nulla aut pauca, tenuis pondere, quæ citò calefit, & citò infrigidatur.

a In primo quaternario, morbo defungi æger potest ἀυτομάτως, si benè expectorârit.

2 Suo iure Sæpè natura per se materiam pleuritidis mitificat ineunte morbo. iis integra danda ptisana.

b Sensus est, donec ad crisin ventum est, ptisanam dabis, si expectoratum processerit, ea cautione qua diximus iam, maximè in iis qui primo morbi quaternario, iure vtuntur integra ptisana, id est, quibus illicò os madescit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVII. 1 Αἱ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα 2 ἀνίστανται παύονται, ὅταν ἀρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι· αἵ τε ὃ κρίσιες πολλῶν τελεώτεραι αἱ εἰσὶ, καὶ 3 ἧσσον ἤπιον γίνονται), ἢν εἰ b ἀλλοίως τις * διαιτᾶν καὶ αἱ χρίσιες ἀπλέστεραι, καὶ 5 εὐκαιρότεραι, ἧσσον 6 καταφρονέονται.

XXVII. 1 *Nam & pleuriticis vltrò punctorij dolores quiescunt &* 2 *desinunt, vbi aliquid commemorabile expectorare tum expurgare cœperint:* 1 *cùm tales exclusiones sint multò meliores* a *exquisitaque magis, minusque ita suppurati* 3 *seu purulenti reddantur,* b *quàm si quis aliter dietam instituat. Quin etiam ipsæ crises &* 4 *vniusmodi sunt magis,* 5 *& secundioris* 5 *iudicij, & minùs* 6 *reuersioni sunt opportunæ.*

COMMENTARIVS.

1 Supra aut infra diaphragma, vtrobique excitari in tunica costas succingente.

2 Nullis adhibitis remediis. Quia multæ pleuritides bonitate naturæ & materiæ, per se curantur, aliæ autem sunt pestilentes.

a In qualitate, quantitate, tempore, & excernendi modo: ita vt nihil supersit.

3 Nam qui pleuritici intra decimum quartum diem morbi nihil commemorabile expectorant, purulenti redduntur, 5. Aphor. 8.

b Defraudando genium ægri, reddendo latera infirma.

4 Id est, vnico excretionis genere, & signorum causarumque susciptuntur. vt sit simplex, hoc est, morbi cuiusque propria: vt in sene causo occupato, disenteria. in pleuriticis, expectorato. Vocat autem crises simpliciores vniusmodi, quæ hîc solo expectorato oboriuntur, non autem simul sudoribus, aut aliis excretionum generibus, vt in Anaxione accidit 3. Epid. 3. Sæpe enim natura ab vno genere crisεos, se ad alteram conuertit. Sunt autem secundioris iudicij, quia nihil detrimenti adferunt neque partibus vnde fluunt, neque quò fluunt, vt sæpè accidit. Si enim peripneumonico in crure obortiatur abscessus, liberabitur quidem eâ peripneumoniâ, 2. Progn. 71. At si materia illius abscessus fuerit cruda, claudicabit totâ vitâ. Reuersionis causa est crisis imperfecta: cùm nimirum materia vel empyreuma supereſt, 2. Aph. 22. Materiæ superstitis signum est oris amaritudo, inappetentia, ciborum insuauitas: Empyreumatis verò, oris siccitas & sitis.

5 Ad salutem ægri. nullâ materiâ superstite, aut empyreumate, aut partium infirmitate; vel obsessarum vitio.

6 Ob causas iam dictas, quia hîc nihil supereſt. Hæc autem bona promouet ptisana humectando, & abstergendo.

HIPPOCRATIS TEXTVS

XXVIII. 1 Τὰς δὲ πλισάνας χρὴ ἐκ κριθέων τῶν βελτίστων ἕψειν, κάλλιστα ἐφθῶν. καὶ ἄλλως, ἢν μὲν τῷ χυλῷ μᾶλλον χρέῃς.

XXVIII. 1 *Iam verò ptisanam ex præstantissimo confectam* 2 *hordeo, & quàm optimè coctam esse oportet, idque tum aliàs, tum si non solo cremore sit* a *vtendum.*

COMMENTARIVS.

1 In aqua coquatur simplici, nec de integro affusa: amplo vase, vt tantum intumescat, quantum intumescere potest. Hordeo non veteri, non recenti, non à curculionibus depasto vtendum: sed succi pleno, & solido, non rugoso.

4 Ex hordeo integro & deglumato: hac arte vim humectandi acquirit. Cùm intumuerit, crepet. Illud est optimum hordeum, dicit Galenus hîc, quod plurimum intumescit, ac succum fundit copiosum.

2 Sed ptisanâ integrâ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIX. Μετὰ δὲ ἄλλης 1 ἀρετῆς τῆς 2 πλισάνης τὸ 2 ἀλεῖφαρ τῷ κεκλῶ καταπλάσσειν μὴ 3 βλάπτειν * ἐθέλοντος δὲ ἀλεῖμμα 4 προσφέρειν· μάλιστα δὲ τῷ διαφανεῖ 5 ἔχειν.

XXIX. *Nam præter cæteras* a *ptisanæ* 1 *dotes [quæ multæ sunt] quæ vis in ea est* * 2 *fluida efficit ne quicquam* 3 *detrimenti adferat: non enim adhærescit* 4 *ad partes [suo lentore] neque in via qua recta ad thoracem situr punctatur.* * meabilis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 299 sur 513

©BIUM

COMMENTARIVS.

a Πτισάνα ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, id est, à contundendo appellatur. Vt hac appellatione generaliter significetur omnis puls, omnis cremor, omne edulij genus quod ex cõtusis cerealibus seminibus cõparatur, vt ex frumento gluma castrato, ex auena, & secali. Sed κατ' ἐξοχὴν nomen generis sibi adoptauit illa puls, quæ ex hordeo deglumato conficitur. Duplex autem est huius præparandi ratio; vna, ex hordeo integro, altera, ex hordeo deglumato. Ex integro puls desiccandi vim habet, naturamque primigeniam hordei sui retinet. Altera quæ ex deglumato hordeo, humectandi vim arte acquirit. Atque de hac sola hîc loquimur: & est triplex, ptisana integra, cremor ptisanæ, & aqua ptisanæ. Ptisana integra dicitur, quæ ex integro hordeo, non expresso, & omnis colaturæ experte conficitur. Exempli gratia, accipe vncias duas hordei integri, aquæ libras quatuor: lento igne coquantur quatuor vel quinque horas, dum quam maximè intumuerit. Cùm verò cremare iam inceperit, illud hordeum ex cochleari saporatum detur. Si verò vbi cremare ceperit, colo transfundatur, erit cremor vel succus ptisanæ: vulgo dicitur hordeatum: cui malè addunt amygdala. Aqua verò ptisanæ, vel aqua ex hordeo, cum vuis passis & glycyrrhiza, hodie nomen generis in Gallia retinet, diciturque simpliciter Ptisana.

1 Quæ iam explicatæ sunt.

2 Vniusmodi, quasi dicat, propterea præstantissimo vtuntur hordeo, quo illum pinguem succum fundat.

3 Nam obstructiones tollit, nec ad ventriculum adhæresci, tum respirationis vias non intercludit.

4 Nec claudit viam.

5 Vbi ab æstu retortido cuncta flammant, illisque facilè adhærent quæ assumuntur, ac siccescentia infarctum adferunt: indéque nauseam & sitim, dicit Gal.

b Præclarè ad salutem facit facilis spiratio: Igitur non præscribenda eclegmata ineunte morbo: nam adhærescunt thoraci, potiùs syrupus capillorum veneris & violatus in vsum ducantur: non diatragacanthum frigidum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXX. a 1 Ὀλισθηρότατη ἢ, καὶ 2 ἀδιαλοιπότατα, καὶ 3 ἀσπαλοτάτη, καὶ 4 ἀδηλεσάτη ὅδιν ἢ κάλλιστα ἐφόδια, ὧν 5 πάντων δεῖ.

XXX. a *Vt enim* 1 *fluidissima & maximè meabilis, ita & sitis* 2 *maximè expers est, & concoctu facillima, &* 4 *imbecillima, si optimè cocta sit: quæ omnia* 5 *simul coniuncta* [*ad benè medendum*] *sunt necessaria.*

COMMENTARIVS.

a Hic locus Hippocratis omnium eclegmatum tollit vsum, quòd adhæresci partibus & pneumacias faciant in peripneumonia, pleuritide, & asthmate. Nam veteres eclegmata solùm adhibebant ad sola oris exulcerati vitia, in quibus longiori adhæsione est opus. Vt hîc sit huius Aphorismi syllogismus:

Quicquid est eiusmodi vt suo fluore obstructiones liberet, materiam pepasmi participem excludat: alteram, pepasmi expertem liberet mitificetque; & ad partes non adhæreseat, spiritus iter non intercludat (quia nihil in morbis acutis tam est necessarium ac libera spiratio) sitis sit expers, concoctu facillimum, & imbecillimum: hoc mirificè in acutis iuuat. Sed huiusmodi est ptisana. Ergo, &c.

1 Hinc obstructa liberat, quia anfractus superat.

2 Expressio capi, tum cruris vitulini sitifera est. Humida consistentia victus conuenit febribus. nam, dicit hîc Galenus, est frigidum natura hordeum.

3 Quòd, nimirum, facilè à natura vincatur; & in omnes eius partes, quæ sunt æquales & vniusmodi, calor natiuus facilè se insinuat. nam est dissolutum iam hordeum coctura, exuitque omnẽ duritiẽ.

4 Id est, omnis alienæ qualitatis expers. 6. Epid. 4. 18. dicit Galenus, imbecillæ diætæ dicuntur, quæ nullum alienæ qualitatis vestigium relinquunt aut in ventriculo aut in venis, quemadmodum vina fortia nidorem vel ardorem relinquunt. Vitulina verò caro elixa cum oxalide, lactuca, vel portulaca: item vinum tenue, album, & benè dilutum parca manu datum, sunt cibi imbecilles. Hinc collige theorema medicum; Nihil in febribus, nihil denique acutis conuenit morbis quod est tenax, quod adhæresci, quod non sit concoctu facillimum, &c. quæ hîc in hoc Aphorismo. Vnde colligimus imbecillum Hippocrati dici cibum, qui nullum qualitatis extraordinariæ relinquit in ventriculo & venis vestigium. contrà est de cibis valentibus: illi enim relinquunt suarum qualitatum excedens in ventriculo & venis vestigium: vt in iis euenit qui potris & forti vtuntur vino. Duplex autem est ἀλίπτα ἀδυνὴς, quæ habet parum succi alibilis. cui opponitur fortis, quæ habet δύναμιν vitæ institutum ἰσχυρὰν, vt nauta rum. Hippoc. in Epidem. dicit imbecilli hac diæta vtentes non diu viuere. Dicitur etiam imbecillis victus qui est alienæ qualitatis expers, vt cucurbita. quæ non adfert tumultum ventri: sed curat vt is teneatur in officio.

5 Si vnum deest, alia etiam deficiunt: alioqui oleum exhibendum esset.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXI. 1 Ἢν μὴν ἐν μὴ a προσεπιμορήσῃ τις ἐπίσιον b δέηται, ἀμπάρμης ἔσται ὁ πρόσθεν τοιοῦτος ἅλις ἀφροῦς, πολλαχῆ βλάψοντι.

XXXI. 1 *Verùm enimuerò nisi quis illud* a *adiumenti adferat, quò effici possit, vt in hoc sorbitionis vsu nihil* b *omnino desideretur,* 2 *multis damnis lædetur æger & augebitur.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, nisi eam quis prouisionem adhibeat.

2 Id est, multifariam inde mox lædetur. Duo enim sunt genera eorum qui inconsideratè ptisanâ vtuntur: quidam enim vbi non debent eâ vtuntur: vt quibus adhuc crudus est morbus. Alij verò non vtuntur cùm vti debeant: vt quibus, mitificato morbo, opus est vi ac robore ad materiæ exclusionem.

a Τιμωρήσεται antiquis est βοηθήσεται, id est auxiliari.

b Id est, quantum opus est adferre. vt nihil desideretur neque in materia, nec in præparatione, tempore, & vtendi modo, qualitate, & quantitate. quasi dicat, quamuis iure suo ptisana quis vti possit: tamen nisi commodè vtatur, damnis augebitur, & in sua commoda peccabit. Nam impedit fortè purgationis necessarius vsus, vel aluus adstrictior. Tamdiu enim intermittendus est ptisanæ vsus, quamdiu suppressa fuerit aluus, vel purgationis sit necessitas

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXII. 1 Ὁκόσοισί τε ὃ οἶτος a ἀυτῆκε b ἐξαπιναίως * εἰ τις μὴ * ἦν μὴ τις ἀπουσαμένοισι, τὸ ῥόφημα * δῶσι, πλὴ 2 ὀλίγου * δῶσι * ἐνέσῃσι * προσαπεξωώσιεν ἂν· καὶ c μὴ ἐνέσασι δῶσι * πολὺ * πλέον σεισι, καὶ 3 πνεῦμα * πυκνότερον γίνοιτ' ἄν. d κακὸν ὃ πάντα δεῖ ξηραντικὸν e τὸ πιέζεσθαι, καὶ κωφοῦσθαι ἐς ἀκοὴν ἐόντα, καὶ ἄλγος καὶ * πυκνότερον f φερῶν.

XXXII. 1 *Etenim, a verbi gratia, si cui* b *cõclusis adhuc in aluo fœcibus sorbitionem dederit, nondum aluo subducta,* [*clysteribus,*] *conceptũ iã dolorẽ exacuet: aut si dolore careat, statim* [*c nouũ*] *inducet.* 3 *tũ et iam frequentior*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 300 sur 513

frequentior [& ſuſpirioſus] fiet anhelitus. quod his de cauſis d *malum eſt, nam & e pulmones deſiccat, & hypochondriis laborem adfert, nec non aqualiculo, &* f *diaphragmati.*

COMMENTARIVS.

Deſcribuntur hîc incommoda, quæ conſequuntur inconſentaneum priſanæ vſum, ob alui aſtrictionem. Vtitur Hippocrates voce τῷ σίτῳ, quæ cum cibum tum ſtercus antiqua Ionum voce ſignificat. hîc ſtercus. Tria enim ſunt deiectionum genera. Vnum humoris naturâ diſſentanei. alterum, alimenti. tertium colliquationis.

1 Vt oſtendam à quibus loco vſurpetur. Niſi enim præſcripto iam modo priſanæ ineatur vſus, damnis augebitur plerumque æger.

a Cùm exemplis aliquid demonſtrat, hac voce vtitur.

b A multo tempore, dicit Galenus.

2 Lateris, capitis, & ventris inferioris. 2. Prorrheticorum 56. aluus ſuppreſſa exacuit plethorica corporis ſymptomata, ſublatis ſurſum vaporibus craſſis, meningas cerebri diſtendentibus. & à flatibus venter dolet non pertranſeuntibus.

c A flatuoſo ſpiritu à ſcybalis exhalante ad latus; vnde & anheloſi fient ægri.

3 Diſtentione alui & diaphragmatis, ſuſpirioſus fit anhelitus. nam ſi cibo ingeſto diſtendatur venter, & intendantur inteſtina, comprimetur diaphragma, fient ſuſpirioſi, à partium continuitate.

d Hæc difficultas ſpirandi mala eſt vt cauſa, & vt ſignum. vt ſignum: quia indicat affectionem partium ſpirationi dicatarum. vt cauſa: quia crebro motu pulmones incaleſcunt, & aërem reddunt tabidum: ac proinde totos homines exſuccos exhauriunt. nam venam arterioſam caleſcens pulmo exhaurit, pluſque conſumit ſanguinis quàm cor ſuppeditare poſſit. Hinc totius tabes ex euentu.

e Deſiccat pulmones, ac eos incendio conflagrare facit frequens ille motus, qui & aërem accendit, qui trahit in ſympathiam totum corpus.

f Diaphragma opprimitur diſtentione ventriculi & inteſtinorum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIII. a Τέτοιῃ, ἢν ὅτι ᾖ 1 ἐξωθίης τῆ πλευρῆ * ξυνεχέως ἐόντος, καὶ πρὸς τὰ 2 θερμαινόμενα μὴ χαλῶντος, ᾗ τῇ 3 πλευρίτιδι μὴ ἀνιόντες, ἀλλὰ 4 καταγληχαίνοντι * ἀσπάσῃσι, ἢν μὲν λύσῃ τὴν πρὸ ὁδοῦ, ἢ κοιλίῃν 5 μαλθάξας, ἢ φλέβα * ὁ ταμών, ἢ ὀκίσῃσιν ἀν τείνων b ξυμφέρει· τοῖσι δὲ πλησάσας ἢ ἔτος ἔχωσι ἤδη, 8 ταχέως εἰ θάνατον τὴν τοιαύτην γίγνεσθαι.

XXXIII. a *Illa nobis cauſio adhibenda eſt, in lateralis* 1 *doloris aſſiduitate, qui* 2 *ad fotus nihil omninò conceſſerit, nec* 3 *expectoratum rectè procedat, ſed cum ſummo* 4 *lentore concoctionis expers ſit, niſi dolorem quis ſedauerit, aut aluum* 5 *ciendo, aut venam* 6 *ſecando, aut alterutrum adhibendo quod duxerit eſſe* b *vtile, priſanamque* 7 *cùm ita adhuc affecti ſunt dederit,* 8 *celeriùs opinione hi moriuntur.*

COMMENTARIVS.

a Id eſt, id etiam locum habet hîc: cùm nimirum in vigore fuerit inflammatio pleuritica.

1 Punctorius, qui à diſtentâ membranâ ac ſtimulatâ quæ coſtas ſuccingit, excitatur à ſanguine bilioſo, qui aut per venam intercoſtalem, aut per azygos, aut per mammariam, quæ alit partes cartilagineas, eò influxit, incitatus, attractus, aut impulſus.

2 Nec fotui cedit humido nec ſicco; ſemper affluente materiâ nouâ. fotus ſunt triplices: ſicci, humidi, & mixti.

3 Id eſt, ſputum materiæ coniunctæ pleuritidis conſociatum: manetque ſiccus omninò morbus.

4 Ita vt cum ſumma difficultate excludatur. Galenus dicit, agit hîc de altero genere eorum qui vruntur inconſideratè priſana; qua nullo modo adhuc vti deberent; vtpote in quo ſiccus adhuc exiſtat morbus: malignæ & magnæ pleuritidis, dicit, nota eſt, quòd καταγληχαίνειν & ἀσπάσιος etiam.

5 In pleuritide coſtarum inferiorum, catharctico ex elleboro. Duobus modis aluum ſubſiſtit, aut reſolutis fibris circularibus; aut motu periſtaltico, & ad ſuperiorem aluum refundit; hinc dyſpnœæ initia: aut febrili calore qui ὄγκια ſtercoris exhaurit, vel contumacia rei coquendæ: ſeu muſculo ani præ frigore conſtricto.

6 Ad mutationem coloris, in pleuritide coſtarum ſuperiorum, ad amotionem cauſæ coniunctæ. nam totam venam cauam faciliùs exhaurias, quàm coſtarum inferiorum dolorem phlebotomiâ lenias.

b Primo fotibus indulgendum, dein vena ſecanda, vel purgandum: dein ſoluto dolore nutriendum.

7 Id eſt, dum doloris ſumma adhuc ſunt omnia, nec vlla pepaſmi ſigna edantur in propria morbi materia.

8 Labefactatâ vtrâque œconomiâ, nutricatus & reſpirationis pereunt homines. pereunt intercepta reſpiratione, & ſuffocato calore natiuo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIV. Διὰ ταῦτας ὧν τὰς 1 πρόσθεν καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἔτι a μᾶλλον, οἱ b ὅλῃσι τῆσι πλευρῃσι χρώμενοι, ἑβδομαίοισι καὶ 2 ὀλιγημερώτερον θνήσκουσιν. οἱ μὲν τοι, καὶ τὰ πρῶτα 3 γνώμῃσι βλαβέντες· οἱ δὲ, ὅσοι τῷ 4 ὀρθοπνοίῃ τε καὶ τῷ 5 βήσσῃσι ξυνεσχόμενοι.

XXXIV. *His de cauſis igitur quæ* 1 *foris incidunt, aliisque etiam multò* a *magis,* b *illi qui integra priſana inconſideratè vtuntur,* 2 *ſeptimo die aut celeriùs* c *moriuntur. Alij quidem mente perculſi, alij verò ab* 4 *orthopnœa* 5 *ſtertore ſtrangulati.*

COMMENTARIVS.

1 Vt vſu panis, alicæ, chondri: & aliorum quæ cum bonitate ſucci, cum priſana non ſunt conferenda. πρόφασις Hippocrati ſignificat cauſam externam. 3. Epid. 1. hiſtor. 3.

a Nempe quando in commoda ægri peccatur.

b Omninò autem hac vti non deberent, id eſt, cùm ſiccus eſt morbus, & doloris aſſiduitas, & reſpirationis difficultas.

2 Vt mors & ſanitas eiſdem numero diebus incidere ſolent, quibus iudicantur morbi. Iudicantur autem vel primo quaternatio, vel ſecundo, tertio, quarto, vel quinto, vſque ad viceſimum diem.

c Strangulato calore ab intercepta reſpiratione: à vitio inſtrumentorum excipientium, deducentium, & mouentium.

3 Cerebroque exhauſto ab eius inflammatione, per materiæ morbificæ metaſtaſin.

4 Id eſt, difficultate ſpirandi: quia non niſi recta ceruice reſpirare poſſunt. vt in iis euenit qui exanginа laborant. moriuntur ſymptomatum vi, & partium vicinarum ſympathia ab orthopnœa.

5 A materiæ contumacia, bronchiorum obſtructione, & lateris infirmitate.

Quia præcedenti Aphoriſmo dixerat eos celeriùs mori; oſtendit quæ ſit illius mortis cauſa, vel modus. Modi autem ſunt tres: Metaſtaſis materiæ in cerebrum; vbi inflammationem & phrenitidem parit, à qua fit exhauſtum: ab exhauſtu verò mors. ſecundò ſymptomatum vi & magnitudine, vt in orthopnœa: Intercluditur enim via ſpiritus, ſi in aliquam partem collum flectas; eſtque hoc ſymptoma

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 301 sur 513

in quamcumque vel pulmonis vel ceruicis affectionem inciderit, funeſtum: quia neque conuenienter aërem ad temperationem ducere poſſunt, neque fuliginem liberè excludere. Tertiò, naturæ infirmitate ſecundum vtramque facultatem, & vitalem, & animalem, vt in ſtertore. Nam hîc adeſt ſumma infirmitas facultatis vitalis; quia paucitas fuliginis quæ emittitur, ſignum eſt facultatis infirmæ. Deſideratur ergo etiam copia ſpirituum. Nam vbi ex ſpirandi difficultate frequentiùs ſpiramus, materia redditur ſiccior & contumacior, quæ tenaciùs bronchia pulmonis obſtruit. Adeſt verò facultatis animalis infirmitas, quia 68. muſculis denegatur ea facultas, vt non poſſint ſumma vi fuliginem excludere. hinc ſtertor in morbis thoracis & in apoplexia ferè eſt lethalis: quia denegatur ſpiritui exitus. Atqui in hæc mala incidunt, qui auocata natura ab inſtituto, hoc eſt, à materiæ morbificæ mitificatione, ptiſanam exhibent dum ſiccus adhuc fuerit morbus.

Nulla mors ſine ſyncope.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXV. Μάλιστα δὲ τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι 1 βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε 2 μάλιστα· ὅτι 3 ἥκιστα ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπων αὐτῶν ἢ 4 τοῦ ἐμποδὼν τιλᾶν εὑρίσκεται, ἰκελὸν πεπονῆσθαι.

XXXV. *Eaque fit vt iure optimo huiuſmodi homines priſci exiſtimârint quaſi* 1 *fulmine perculſos, tum* 2 *ob eas cauſas maximè:* 3 *tum verò non minus, quod iis mortuis* 4 *latus liuidum,* 5 *plagæ adſimile deprehendatur.*

COMMENTARIVS.

1 Ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id eſt, iciri. qui nimirum moriuntur cum dyſpnœa vel ſtertore, in his liuet latus.

2 Nimirum ante ſeptimum diem, aut eo ineunte vita defunctos, quòd percuſſi; aut quòd orthopnœâ moriuntur vel cum ſtertore. his enim qui orthopnœa vel ſtertore affecti moriuntur, latus redditur liuidum, vt dictum eſt.

3 Id eſt, maximè.

4 Vel membrana liuida, vbi, dicit Galen. radix erit phlegmones: nam ſanguis ob dolorem attractus fuit: hoc eſt, ob ſolutum continuum: quod autem in cute ſolutum eſt & diuiſum, id in morte refrigeratum, nigreſcit: vt euenit contuſis etiam. Ex Hippocrate in Prognoſi: ex nigredine non ſemper captantur ſigna mortis: ex liuore ſemper. dicet quis, Nonne fit progreſſus à materia venenata, vel ex effœta vi partis: liuor ab oppreſſione ſpirituum & calidi natiui.

5 An autem hæc nota ſyderationis in parte externa appareat; an materia, dicit Hippocrates in Coacis, externa quoque in parte appareat: quòd facilè partes internæ ſua mala in partes externas transfundant? Sine dubio, vbi collectio eſt materiæ, in morte reſoluta retentrice funduntur ſucci.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVI. Αἴτιον δὲ * τούτου ἐστὶν, ὅτι περὶ a 1 λυθῆναι τῷ ὀδυνᾶσθαι b θνήσκουσι· 2 ταχέως δὲ πνεύματα γίνεται.

* τοῦτό γε ἐστὶ

XXXVI. *Cuius rei cauſa eſt, quòd antequam* 1 *dolor* *: *ſoluatur,* b *moriantur:* 2 *Celeriter enim fiunt ſuſpirioſi.*

* conceſſerit.

COMMENTARIVS.

1 Superſtite adhuc materia, quæ & ſtimulando & diſtendendo dolorem excitabat: quæque cunctando magis computruit, partibusque obleſſis vitium intulit. nam in ſtertore multi etiam ſedato dolore moriuntur, vt in ſenibus contingit. Tandem in morte reſoluta retentrice fundunt ſe ſucci, tum maculæ.

a Qui arctè quaſi vinculis ſtringit partem dolentem, vnde calor natiuus foras vocatur.

b Non difficultate expectorandi, vt ſenes: ſed cruditate & corruptione.

2 Quod nimirum neque ſpiritum liberè ducant ad temperationem caloris, neque fuliginem excludant ad expurgationem: vnde fit vt extinguatur calor natiuus aut ſuffocetur. Atque hæc ſpirandi difficultas prouenit à ptiſana intempeſtiuè adhibita. vel quòd ab ipſa abhorreſcat, quamuis abhorreſcere non deberet. Cibus quoque qui morbo ineunte datur, intercludit viam ſpiritus, & degenerat in naturam materiæ morbificæ.

c Vſus reſpirationis triplici de cauſa augetur. vitio thoracis & pulmonis: vnde fit reſpiratio frequens & parua. ſecundò, ex phlegmone cordis, id eſt calore partium vitalium: inde reſpiratio magna & celeris. tertiò ex delirio: nam illi tardum & magnum reſpirant.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVII. 1 Ὑπὸ δὲ τοῦ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος, ὡς ἤδη εἴρηται, a καταλιχμωμένου τὸ b πλεῦμον ἀπέπλως, 3 κωλύει πλῶ 4 ἐπαγιδον * γίνεσθαι.

* γίνεσθαι

Quædam exemplaria hîc addunt, ἀλλὰ πλῶ ῥιγοῦσι πεῖσι, ἐνεχόμενον ἐν τοῖσι βεγγάσι τὸ πλεύμονος καὶ ἐκπαταν ἐς ταυτὸ ἕλκει, διαπαῶδες ἦσιν, ὡς ὅτι τὸ πολὺ ὀδύνῃ.

XXXVII. 1 *Itaque frequenti & multa reſpiratione, vt à nobis dictum eſt,* a *expectoratum cum ſummo* b *lentore coniunctum* 2 *pepaſmique expers* 3 *tranſmiſſionem* [*ſpiritus*] 4 *prohibet.*

COMMENTARIVS.

1 Hoc eſt, parua & denſa. Cor tractum in ſympathiam pulmonum, æſtu incandeſcit. Primùm dixit à ptiſana intempeſtiuè exhibita reſpirationem paruam & denſam reddiriam quæ mala inferat parua & denſa ſpiratio, recenſet.

a Vide quid differat à ptyſmate.

b Id eſt, valdè glutinoſum.

2 Seu minimè concoctum, ἄπεπτον iam appellat, quod priùs ἀσπαρὲς dixerat.

3 Foris videlicet intrò: & intus foras.

4 Id eſt, efficit ne ſpiritus eat redeatque viam. vel reſpirationem aëris, & expirationem prohibet fuliginis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVIII. Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πλεῦμον 1 ἐνεχόμενον, κωλύει μὲν τὸ πνεῦμα εἴσω φέρεσθαι, ἀναγκάζει δὲ ταχέως ἔξω φέρεσθαι.

XXXVIII. *Etenim quod* [*in bronchiis lentum*] 1 *cunctatur expectoratum, ſpiritum aditu ad cor prohibet, celeriterque foras efferri cogit.*

COMMENTARIVS.

1 Quòd ad vias adhæreſcit quà ad thoracem itur.

Calor extinguitur triplici de cauſa: inopiâ pabuli, copiâ fuliginis, & à rei contrariæ occurſu. Hîc inopia pabuli, ac fuliginis copiâ moriuntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIX. Καὶ ὅπως ἐς τὸ κρεῖον ἀλλήλοισι 1 συμπαρέχουσι τό, τε γὰρ πλεῦμον * ἐνεχόμενον 2 πυκνὸν 3 τὸ πνεῦμα ποιεῖ· * τοῦτο δὲ πυκνὸν ἐὸν ὀπτιλιχμᾶται τὸ πλεῦμον, καὶ κωλύει ἀπαλιδαίνειν.

* ἐνεχόμενον

* τὸ, τε πνεῦμα πυκ

XXXIX. *Atque ita in ægri perniciem* 1 *mutuas tradunt operas; expectoratum enim dum* 2 *cunctatur ſuppreſſum, denſam efficit* 3 *reſpirationem: hæc autem frequentior reddita, expectoratum lentius reddit, effluereque prohibet.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 302 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Materiæ contumaciâ & difficultate ſpirandi, id eſt, expectoratum viſcidum & difficultas ſpirandi. nam hîc in malam partem accipitur σωτιμωρία. Difficultas enim ſpirandi lentum reddit expectoratum: hoc lentum difficultatem facit maiorem: maior ſpirandi difficultas ſputum reddit magis lentum.

2 Nam ibi glutinoſum fit, & pulmonis bronchias ſpirituſque vias intercipit.

3 Et paruam crebramque. ob inſtrumentorum contumaciam aucto reſpirationis vſu neceſſario.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XL. 2 Καὶ ἀλαμυδὲς δὲ 1 τοῦτο ἐν οἷσιν ἢ πλεισταχῆσιν ἀκμῆς * χρῶν τις, ἀλλὰ 2 πολὺ μᾶλλον, ἢ τὸ ἄλλο φάρμακον ἢ πόσιν πλείστοις ἀνεπιτηδειότερον.

* χείωντις

XL. 2 *Verùm enim verò 1 commemorata hæc non ſolùm in eos cadunt qui ptiſanâ * inconſideratè vtuntur, ſed 2 multò magis etiam ſi quid aliud ederint biberintve quod æquè atque ptiſana non ſit accommodatum.*

* Intempeſtiuè.

COMMENTARIVS.

2 Concluſio diſputationis de ptiſana, cuius ſenſus, Vix inueniri poteſt cibus qui ſimul ſuis qualitatibus pugnet cum morbo, & naturæ ſtudeat, ſi à ptiſana diſceſſeris. Si ergo illud alimentum tot nominibus commendatum, intempeſtiuè tamen exhibitum, mortis exiſtat cauſa, quid de aliis exiſtimandum cibariis, quæ nulla in re cum ptiſana comparanda veniunt? vel breuius, quaſi dicat: Si ptiſana omnium cibariorum præſtantiſſima, malo vſu, mortis conſecutionem adfert: quid de aliis iudicandum, quæ neque ſucci alibilis bonitate, neque facultate nutriendi paria ſunt?

1 Nimirum moriendi celeritas cum delirio, orthopnœa, & lateris liuor ob cruditatem & corruptionem phlegmones.

2 Nimirum commemorata hæc in pleuriticum cadunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLI. 1 Μᾶλλον μὲν οὖν τὰ πλεῖστα * ἀξιοπιστέει εἶσιν αἱ τιμωρίαι, τοῖσι μὲν ὅλησι 2 πλεισταχῆσι χρεομένοισι, τοῖσι δὲ 3 χυλῷ αὐτέων· τοῖσι δὲ * μηδετέρῳ 4 τουτέων, ἀλλὰ 5 ποτῷ * μούνῳ, ἔστι ὅπη 6 καὶ 7 διαμάρτοιτο τιμωρητέον.

* ἀξιοπιστέει εἶσιν
* μηδ' ὁτέρῳ
* μοῦνον

XLI. *Maximam ergo partem planè ſimilis eſt ratio prouidendi, tum iis quos integrâ 2 ptiſana vti iuuat, tum iis qui 3 ptiſanæ ſucco tantùm vti debent: at verò 4 neutro horum, ſed potione 5 ſolâ vtendum eſt, locus eſt, 6 aliter 7 prouidendi,*

COMMENTARIVS.

1 Veleadem planè cautio & prouiſio eſſe debet, tum in his qui integra ptiſana, & eius cremore vtuntur, id eſt diſtinctione ad benè & conuenienter vtendum ptiſana opus eſt.

2 Id eſt, quibus ſedato dolore, ſymptomatiſque remiſſioribus, humidiore facto morbo, nec aluo aſtricta, aut neceſſario in pharmaci vſu, viribus tantùm opus eſt ad excluſionem morbi. Hoc eſt, quibus incunte morbo, expectoratum naturæ beneficio fœliciter procedit, criſique abſoluitur, ſimplici, ſecundi iudicij, & recidiuæ experte.

3 Quaſi dicat, ſiue exhibenda ſit tota ptiſana, ſiue cremor ſolus, ſemper eſt conſiderandum vt tempeſtiuè adhibeas. quemadmodum, in ptiſana exhibenda diximus. Cùm os humeſcere ceperit, dolore ſedato fotu; ſectâ venâ, ac purgato etiam corpore.

4 Nec ptiſanâ, nec cremore.

5 Oxymelite, aquâ, aut melicrato: ad explendam ſitim, & ad temperandum febris ardorem in hiſtoria (vt in primo quaternario) corpore firmo, viribuſque conſtantibus, ſine metu infirmitatis: ſtatu hyemali; nec imminente vllo lipothymiæ periculo aut ventriculi ſubuerſione: nimirum ætate adhuc integra.

6 Vt ſcilicet perſpecta cuiuſque natura & peculiari affectione, intelligamus cui oxymel aut melicratum, calidum aut frigidum, & cui aqua ſit ex vſu. Hoc eſt, ineunte vſu ptiſanæ, etſi vires ad eius exhibitionem te inuitent, non dabis primò ptiſanam craſſam ac plenâ manu: ſed primò cremorem, deinde à cremoris vſu ad totam te conuertes ptiſanam. Si verò naturæ non ſit ſtudendum, & neutrum horum requirat, vt quorum vires inediam ferre poſſunt ad ſtatum vſque, ſolùm oxymel, melicratum, vel aqua, ad ſedandam ſitim, erit exhibenda. Sed adhibita diſtinctione peculiaris cuiuſque naturæ & morbi. Tria enim nobis hoc Aphoriſmo proponit Hippocrates, à quibus Indicationes ſint ſumendæ: medicamentum, morbi conditionem, & ægri naturam. Nam picrocholis ἄνω, hypochondriis diſtentis, duris, & calidioribus, non dabis melicratum: mulieribus hyſtericis in aſthmate non dabis oxymel.

7 Cum præſtantiâ quadam iudicij. quaſi dicat, hîc acri iudicio eſt opus, vt diſcernas, quibus aqua, quibus melicrato, quibus oxymele ſit opus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLII. 1 Χρὴ δὲ τόν γε πάμπαν ὕπνον ποιέειν· λυ̃ μὲν γὰρ νεκρῶσι ἀνὰ * ἀρῆται τὸν ἔπνον, καὶ κοιλίην μᾶλλον ἰσχναίνει, * ἤρξατο δ' ὁ πυρετὸς· λυ̃ δὲ ξυὸ ὀδυνᾷ, λυ̃ 3 δὲ ἄγαν, ὀδυνᾷ, ὀτρύνει τὸν δόσιν τῆ ῥοφήματος, ἐς τ' ἂν εἴπῃ. 4 ἰσχνὰ χωρήσαν ἐς τὸ κάτω μέρος τῆς ὀστέου τὸ στόμα.

XLII. 1 *Omnino autem hoc eſſe faciendum ita videtur: nam * recens paſto ægro necdum ſubducta aluo ſi 2 febris innaſcatur: ſine ea 3 cum dolore ſit, ſiue 3 doloris expers, tum ſorbitionis vſum tam diu inhibere oporteat, quò ad fæces in imam aluum partem 4 receſſerint.*

COMMENTARIVS.

1 De controuerſia medicorum primùm ſcripſit: Nam quidam ad criſin vſque integram ptiſanam dabant in acutis morbis: alij ſuccum eius: alij nihil. Sed, dicit, quidam ex acutis ptiſana egent, alij ſucco eius: alij neutro horum. Ergo exempli cauſa proponit pleuritidem: Si non admodum ſit quod paſtũ inierit æger, ſtrictaque aluo, febris inceperit, &c.

2 Id eſt, ſi homo ſanus, dum paſtum iniit, inceperit ægrotare ex febre valida.

2 Id eſt, cum alicuius partis inflammatione, vt in pleuritide: & illius partis inflammatæ ſymptomatica febre, qualis eſt pleuritica: nec ſit febris eſſentialis.

3 Vt eſſentialis febris, vt tertiana intermittens.

4 Vel, receſſiſſe videantur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIII. 1 Χρὴ δὲ ποτῷ, λυ̃ 2 ἀλγηδόνι ἔχῃ, 3 ὀξυμέλιτι, * ἢ χειμῶνος μὲν 4 θερμῷ, θέρεος δὲ 5 ψυχρῷ· * ἐὰν δὲ πολλὴ δίψα * εἴη ἢ ἦ, 6 μελικρήτῳ ἢ ὕδατι.

* ἢ ἦ
* εἴη

XLIII. 1 *Vtendum autem potione, ſi quis dolor 2 vrgeat, 3 oxymelite, hyeme 4 quidem calido, æſtate autem 5 frigido: quodſi in explebilis ſitis fuerit, & 6 melicrato & aqua vtendum.*

COMMENTARIVS.

1 Sicco morbo, ſine virium infirmitatis metu; & ætas ſi admiſerit.

2 Id eſt, ſi febris cum dolore coniuncta ſit, vt in pleuritide.

3 Ad incidendum, attenuandum, & explicandas pulmonum alas, vt expectoratum procedat.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 303 sur 513

Quibus nimirum conuenienter melicratum exhiberi nequit, vt quibus id est dipsodes. 3. Acut. lib.

4 Quia quicquid est frigidum actu pulmonibus inimicum est. 5. Aphor. 24. τὰ ψυχρὰ τῷ στόματι πολέμια, βηχίων κινήσιας. Cartilagineum pectus cùm sit, id labefactant, & intercipiunt vias thoracis.

5 Ad explendam sitim.

6 Dilutissimo: quia mel sitim magis augeret. Non enim oxymelitis tantum præbendum quantum postulat æger, quia labefactatur aluus. sumat vna dosi, vncias tres: Nam oxymelite in magna copia non est vtendum: propterea ad melicratum & aquam abit. Morbus petit oxymel: sed si eo sitis non extinguitur, melicrato vtemur: si nec illud sitim placuerit, ad aquam eundum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

*malè hîc legitur μὴ loco μὲν. * πολὺ

XLIV. 1 Ἔπειτα μέντοι * μὴ 2 ὄλγωσί περ, ἢ τῷ ὀπωσδήποτε 3 τὴν ἰσχύσιν ἀφῇσιν μή τι * πολὺ, μή τι 4 παχὺ· μᾶλλον δὲ 5 τῷ ἐδέσματι ἢ εἰναίτῳ, ἕως 6 ἰήσῃ.

* cremore ptisanæ

XLIV. 1 *Deinde verò si & dolor* 2 *concesserit, nec vllum aliud* 3 *signum calamitosum appareat,* * a *sorbitionem dare oportet non plenâ manu,* 4 *neque multam: sed exacto* 5 *morbi septimo vel nono die, si ad* 6 *illud tempus vsque vires ægri valeant (id faciendum.)* b

COMMENTARIVS.

1 Post melicrati aut oxymelitis vsum.

2 Fotu, cathartico, sponte naturæ, venæ sectione.

3 Non sterror nec difficultas spirandi. Calamitosum hoc signum referri potest ad symptomatum vim, vel ad infirmitatem naturæ. Quod si referas ad symptomatum vim, nec ptisana nec cremor exhiberi debet, quamdiu tale signum apparuerit. Si referas ad peculiarem ægri naturam; quòd nimirum æger obnoxius sit resolutioni, vel sit πυρόχολος τὰ ἄνω, vel lipothymiâ periclitetur, ptisanam rectè exhibebis, maiorum periculorum metu.

a Cùm os humescere inceperit, & expectoratum procedere.

4 Quia diuturna officij vacuitate facta est aluus ignauior, habitúque collapso, & temperamento mutato, satisfacere corpori non potest. Scilicet ineunte sorbitionis vsu.

5 Id faciendum, id est, abstinendum à multa & crassa ptisana vsque ad septimum vel nonum diem, nimirum si ægri vires sine vllo infirmitatis metu valere videantur.

6 Vide exempla quæ hîc proponit Galenus: & ait, ptisana naturæ studet, & cum morbo pugnat; nam secat & humectat. oxymel verò vim remedij solùm habet: melicratum verò pauci & imbecillis est alimenti. Pauci ad septimum inediam ferunt: solo oxymelite vel melicrato contenti: illi nimirum qui corpus durum habent, succos crassos, aëre in frigido. Plurimi verò quatuor vel quinque dierum spacio (si tunc futura crisis) portionibus illis contenti perseuerant.

b Sensus est, Si doloris summa sint omnia, tam diu inhibere oportet ptisanæ vsum, donec dolor ille sedatus fuerit, præsertim si ægri vires valeant, quo ad integra ptisana exhiberi poterit iure.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

*ὑπελιλύθη * γεγεφύσθη

XLV. Ἢν δὲ μὴ * ὑπελιλυθὼς ᾖ 1 παλαιὸς πύος ἔστ' ἂν * 2 γεγεφύσθαι ἔντι, ἢν μὲν ἰσχὺν τε καὶ 3 ἀκμαίζῃ τῇ ἡλικίῃ 4 κλύσαι· ἢν δὲ 5 ἀδενώδεστερος ᾖ, 6 βαλάνῳ χρησάσθω, ἢν μὴ 7 αὐτόματα διεξίῃ καλῶς.

XLV. *Quod si* 1 *ineunte ptisanæ vsu,* 2 *pridianæ faces non aluo cesserint, si quidem valeat æger,* & 3 *sit florenti ætate,* 4 *clysterе cienda est aluus: si* 5 *autem infirmior sit,* 6 *balano: nisi vltrò* 7 *conuenienter feratur.*

COMMENTARIVS.

1 Cùm per morbum licet ptisanâ vti, recens pasto ægro, qui nimirum ex inedia tridui vel bidui, ad pastum se recipit.

2 Recens pasto ægro.

3 Sine infirmitatis metu.

4 Emolliente.

5 Vel cum infirmitatis metu.

6 Qui ex melle cocto conficitur.

7 Metu maioris periculi. 1. Epid. hist. 1. Hinc redargues eorum opinionem qui dicunt Hippocratem fortioribus vsum fuisse; cùm hîc tam anxie inter clysterem & glandem distinguat ex viribus ægri. Ab affectu & viribus hîc indicationem ducit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVI. 1 Καιρὸν δὲ ἡ δόσις τῶν ῥοφημάτων ποιήσεται μάλιστα φυλάσσεσθαι κατ' ἀρχάς, καὶ διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος. 3 Ὅταν μὲν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, 4 ὀπτέον χρὴ τὸ ῥόφημα· ὅταν δὲ θερμὸν κατωθῇ ἐς τοὺς πόδας, τότε 7 διδόναι. Καὶ 8 νομίζειν * μέγα δ' εἶναι ἐν τούτοισι * τὴν * παῦσιν τῆσι * νούσοισι, ἐν ὅσῃσι δ' ἐν τῆσιν ἐξεναίην, μάλιστα δ' ἐν τοῖσι μᾶλλον πυρετώδεσι καὶ 10 * ὀπισθοτονώδεσιν.

* μάλα * τοῦτον * ἀπόσιξις * κέσιμον * ὀπισθότονοι. * differre

XLVI. 1 *Sed exhibendæ ptisanæ occasionem* [*hanc*] & *tempus, potissimùm eius* 2 *ineunte vsu totaque adeò morbi historia captare occasionem oportet.* 3 *Nam cùm frigidi sunt pedes,* 4 *ptisanæ vsum* * *inhibere oportet. Sed* 5 *maximè potu abstinendum. Sed cùm* 6 *febrilis calor ad pedes descenderit, tunc* 7 *exhibenda ptisanæ sorbitio est.* 8 *Itaque quisque sibi persuadeat velim, occasionem plurimum posse in* * *omnibus morbis, tum præcipuè in* 9 *acutis, maximè in quibus febris ardentior est, maximéque* 10 *calamitosis.*

COMMENTARIVS.

1 Cùm quis loco & iure vtitur ptisana. Ignis extinguitur quatuor modis, (ita & calor natiuus) obrutus strue lignorum: vehementioris rei incursu, vt candelæ flamma à ventis: inopiâ alimenti: vel à contrariæ qualitatis occursu, vt aquæ.

2 Initio paroxysmi: per affectionem caloris natiui, à contrariæ materiæ occursu in superiore ventre.

3 Ne in ventriculo collecta, illic febrili materia corrumpatur, fiátque morbi causa; & in thorace difficultatem spirandi adferat.

4 Quia corrumpitur facilè.

5 Restitutis temperatísque hypochondriis (quæ incendio conflagrabant) & thorace: cùm materia febrilis iam facta est πεπέψεσθαι: si nimirum non exspecterur sudor. Sed restituto iam naturali statu: nam dicit, cùm calor ad pedes descendit: rectè Galenus, non idem est pedes calere à frigore, & calorem in eos transire. nam in statu etiam calent.

6 Errant ergo qui volunt ad perfectam resolutionem differendum esse cibum. Sed benè consulunt qui in declinatione exhibent non expectata perfecta apyrexia. Nam quæ est ratio vniuersalium temporum morbi, eadem & particularium. Ineunte autem morbo materia febrilis ad ventrem superiorem viam affectat, & corrumpit cibum, (si exhibitus fuerit,) & abit in morbi materiam. 1. Aphor. 19. quasi dicat, decipimur specie infirmitatis. si vires vi morbi langueant, non exhibebis cibum: sed si ab exhaustu laborauerint.

7 Id est, Caput bene medēdi in occasione versatur.

8 Maximè in quibus ardoris febrilis summa sunt omnia.

9 Inflamma

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 304 sur 513

9 Inflammatione, venenata qualitate, & translatione.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVII. ΙΧ῾ῶν ὁ πρῶτον ὑάλωσε μὲν χυλῷ, ἔπειτα ὁ πλεονάσιν, καὶ τὸ 2 πεπυθέναι ἀφιγμένῳ ἀκριβῶς θεωρῶν 3.

* iam dictæ ptisanæ

XLVII. *Cæterùm 1 ineunte vsu* potissimùm cremore est vtendum, deinde verò prisanâ, accuratè mentis aciem 2 ad regulas & argumenta præscripta intendendo 3.*

COMMENTARIVS.

1 Vt assuescat natura ignauior facta, & faciliùs vt concoquat, quia difficilior est mutatio ab ocio ad negocium, quàm contrà. Quoniam ventriculus est collapsus iam & deses, vt qui iam à quatuor diebus officium suum non fecerit, negocium certè ei facesses.

2 Quibus argumentis definiti sunt omnes ptisanæ delectus, ex qualitate cibi, morbi historia, motu, viribus & peculiari natura ægri: ex his deprehendes qui ptisana integra, qui succo vti debent: ita tamen vt à cremore sensim ad integram ptisanam venia: vt eleganter hîc docet Galenus.

3 Redit iam ad propositum, & repetit se iam monstrasse, quod in initio proposuit: nimirum se distinctionem adhibiturũ, quam veteres ignorarunt, quibus scilicet integra ptisana, quibus cremor, quibus denique aqua sit exhibenda: tum quo vnumquodque tempore, & quantum exhibendum; indicatione sumpta à morbi conditione, & ægri cuiusque natura. Pulchrè enarrat Galenus, quid sensim augere sit.

HIPPOCRATIS
DE VICTVS RATIONE ACVTORM
LIBER SECVNDVS.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

I. 1 Ὅ̓σων ὁ πλεσρος ἤντε κατ' 2 ἀρχὰς γένηται, ἤντε 3 ὕστερον, 4 θερμαίνεται μὲν τὸ πρῶτον ἐκ δὲ 5 πέψεως ὀξὺ χεσούσιν * περιδύνται 6 b διαλύσει τινὶ ἐοικότι.

* περιδύνται

Cælius Aurelianus vertit hæc Hippocratica fol. 108. cap.

I. *Lateris 1 autem dolor, siue is 2 ineunte morbo incideris, 3 siue supernenerit, 4 non alienum fuerit à primum quidem; fotuum vsu conari illum dolorem 6 dissoluere.* b

COMMENTARIVS.

Summa primi libri fuit hæc, Exempli loco ponimus Pleuritidem, instar omnium morborum acutorum; vt perspecta eius historia, ægri viribus, & peculiari cuiusque affectione & natura, remediorum (in ptisanæ, melicrati, & vini hypothesi contentorum) qualitatem, quantitatem, modum vtendi, & occasionem accommodatè præscribamus.

* Dolor.

1 * Dolor duobus modis accipitur; primò, pro dolore qui non est pleuritis; à materiæ nimirum decubitu in musculos thoracis: 3. Aphor. 23. nam ibi meminit pleuritidis, & doloris lateris. Secundò accipitur dolor pro pleuritide, quæ est inflammatio tunicæ costas succingentis, cum dolore punctorio, spirandi difficultate, tussi sicca, & febre continuâ. Dolor non est rei tristis sensus, sed sensio quæ percipitur ex repentina solutione continui. Hoc est, dolor est sensio in perceptione solutionis continui; cùm repentè mutatur ab eo quod naturaliter est, in id quod præter naturam est. Pathos est in fieri, non in esse. Meminit tantùm huius symptomatis, quòd κατ' ἐξοχὴν dolor eluceat in pleuritide.

2 Id est primigenia affectione. per idiopathiam. per venam intercostalem, azygon: orgasmo, vel attractione.

3 Id est, siue succedaneus sit alteri morbo, per diadochen, vel metastasin materiæ, seu aliam quamuis exclusionem.

4 Nimirum à parte obsessa, specie morbi, & causa coniuncta. A parte quidem, quia non est tam longè dissita inflammatio, vt non possit percipere vim medicamenti foris admoti. A causa, nam facilè transfluit materia à partibus internis ad externas. id quod docet experientia, in pectoris sectione pus facilè euocari ad exteriorem partem. A specie morbi, quia essentia pleuritidis est inflammatio.

a Ante phlebotomiam aut catharsin; si naturæ beneficio nullum procedat expectoratum.

5 Cutem ipsam rariorem efficiendo, sanguinémque tenuatum per halitus digerendo, vt ita minùs tendatur pars dolens. Tribus enim modis (pro specierum diuersitate) pleuritidem excludimus, venæ sectione, purgatione, & fomentis. Verùm fomenta non sunt pleuritidi adhibenda, nisi priùs inhibita, vel veluti suppressa causa antecedente, quæ est orgasmus. Eà inhibitâ, causa coniuncta naturæ bonitate facilè vincetur, & fotu, & expectorato.

6 Cùm verò sanguis in phlegmone non diminuitur, vel etiam vaporosus cùm spiritus ex calore generatur, augescit tunc dolor. Sanguis non diminuitur ob totius plethoram. Nam æstu tacta pars, plus trahit aliunde, quàm fotu exhauritur ex ipsa parte. Si ergo fomenta calida dolorem non soluunt, debet corpus vacuari. Hæc Galenus.

b Quia diximus essentiam pleuritidis esse inflammationem, dicendum est quid sit Inflammatio.

QVID INFLAMMATIO.

Inflammatio est abscessus vel apostema excitatum à calidæ materiæ affluxu (sanguinis videlicet laudabilis, vel sanguineæ bilis) cum dolore, rubore, renixu, calore, pulsu, & tumore præter naturam coniuncto. Additur, affluxu, vt intelligatur sanguinem in partem affectam affluere plus iusto, eóque non nutriri. Nam ex Hippocratis sententia attractione sanguinis nutriuntur partes: quæ facultas ipsis insita est, qua quæque pars tantum sanguinis attrahit, quantum ad sui nutritionem sufficit ac conseruationem. Catisa verò affluxus dolor est. Dixi, cum tumore: Tria sunt tumorum genera præter naturam, pustulæ, vomicæ, & abscessus, id est, tumor præter naturam excitatus à materia calida, à concretione sanguinis non segregata, vt accidit inflammatione propriè dicta, quæ fit à sanguine sola qualitate peccante, quod nimirum sit calidior; vel sola quantitate excedente, quòd nimirum maior copia in partem affluxerit, quàm partis nutritio requirat. aut à materia calida segregata à massa reliqua sanguinis. Sic carbunculi materia est quidem sanguis, sed vitiosus propriæ substantiæ corruptione, segregatus à reliquo sanguine. Igitur in inflammatione propriè dicta, sanguis in causa antecedente est bonus; in causa coniuncta, corruptus. In carbunculo & in antecedente causa, & in coniuncta est in vitio & corruptus. Hippocrati Inflammatio semper significat siccam Inflammationem, quam recentiores vocant φλέγμονιν, id est, incendium. Inflammatio autem est duplex, nam alte-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 305 sur 513

ra eſt æſtus partis præter naturam : altera, humida, vt carbunculus, herpes, erysipelas, phlegmone. Inter quæ hoc intereſt, quòd aliæ ſint à bile, aliæ à ſanguine. A ſanguine vel laudabili in cauſa antecedente, & in cauſa coniuncta; vel à corrupto ſanguine (nam cùm is excidit ſuo vaſe, corrumpi neceſſe eſt) & dicitur φλεγμονὴ, κατ' ἐξοχὴν, quæ nomen generis ſibi adoptat: & fit ab ictu, lapſu, vel à ſanguine, ob alienæ materiæ mixtionem, vel bilis, melancholiæ. Et hinc fiunt phlegmonæ erysipelatodes. Et in cauſa antecedente & coniuncta corrupto ſanguine, vnde carbunculus, qui potiùs puſtula quàm apoſtema appellandus. Bilis quoque vel eſt ſanguini permixta, & eſt naturalis tenuior pars ſanguinis, & excitat erysipelata. vel à ſanguinis concretione ſegregata, propriæ ſubſtantiæ corruptione laborans. atque hinc herpetum genera. Vel eſt bilis non naturalis, ob alienæ materiæ mixtionem, atque hinc fit erysipelas phlegmonodes. Inflammatio ergo κατ' ἐξοχὴν eſt tumor præter naturam à ſanguinis puri vel bilioſi affluxu, (hoc eſt, laudabili in cauſa antecedente) cum rubore, calore, pulſu, tenixu, & dolore. Tumor eſt, quia neceſſe eſt partem intumeſcere, vbi extrinſecus ei aliquid affluit præter naturam. quia hic tumor partis actionem impedit, præter naturam eum diximus. Diximus ab affluxu, idque tribus modis, orgaſmo, veluti quodam furore percitus, dolore, & caloris æſtuantis vehementia, attrahente plus quàm ad nutritionem parti ſit neceſſarium: qui accidit à vino generoſiore, vel nimio ab æſtu partis inflammatione obſeſſæ, vt in lapſu, caſu, ictu & excluſione, quia nimirum pars quæ continet ſeſe exonerat in eam quæ continetur. Nulla enim pars quæ continet, in vulnere phlegmone afficitur; ſed ſolùm ea quæ continetur. hinc rectè dicit Hippocrates De Fracturis, caput vulneratum inflammatione non affici, excepta fronte: quòd non contineatur. Porrò duobus modis pars continet & continetur, deriuatione vel deductione, videlicet vaſorum, & ſitu: quibus accedunt concauſæ, amplitudo meatuum, materiæ tenuitas & quantitas, ſuſcipientis partis infirmitas, & excludentis robur. Affluit autem his modis ſanguis non ad nutricationem partis. nam is qui nutriet, attrahitur. Nam ſi afflueret, quo quæſo duce vteretur? nam rationis eſt expers, nec vllam vim naturalem habet, qua dignoſcat quæ pars ſui, cui particulæ nutriendæ ſit idonea. Omnis inflammatio, vt eſt partis ſimilaris affectus, duobus modis partem lædit; alienatione temperamenti, & immutatione habitus. Ideoque quinque illius ſic ſumptæ ſunt ſigna pathognomonica, calor & rubor, ab alienatione temperamenti: tenixus & pulſus, ab immutatione habitus. tenixus quidem, quia res diſtenta, quodammodo eſt dura: pulſus verò percipitur, quia denegatur arteriæ libera diaſtole. Etenim dolor eſt ſymptoma vtrique cauſæ commune, & temperamenti alienationi & immutationi habitus. Quatenus autem inflammatio eſt partis inſtrumentalis affectus, nimirum pleuræ, quatuor habet ſymptomata, dolorem punctorium, ſpirandi difficultatem, tuſſim ſiccam, & febrem continuam. Pars rubet, quia ſimili colore effloreſcit. Calet à ſanguine calido & ibi concreto: quia non induit naturam partis. pulſus etiam percipitur non admotâ manu. nam alioqui ſemper pulſant arteriæ admotâ manu. Quare ex dictis, hanc colliges Pleuritidis definitionem: *Pleuritis, eſt Inflammatio tunicæ coſtas ſuccingentis, cum dolore punctorio, ſpirandi difficultate, & tuſſi ſicca, & febre continua coniuncta. Nam hæc tunica coſtas ſuccingens reſpirationi inſeruit, eſtque ſenſu exquiſitiſſimo prædita. ab hac tunica, partes quæ reſpirationi inſeruiunt tunicam accipiunt, atque hinc facilè ab hac in pulmones humor exudat: Vicina eſt etiam cordi, hinc febris ſymptomatica. Adeſt dolor punctorius, ab acri humore ſtimulatâ (quæ reſpirationi inſeruit) membranâ quæ exquiſitè ſentit; dolor ille quaſi cultelli acie excitatus eſſet lancinat. Adeſt ſpirandi difficultas, quia reſpiratio eſt parua & frequens. Parua quidem, quia thorax ob tunicæ tumorem, anguſtior & contumacior redditus, non poteſt ſufficienter in omnem magnitudinem ſe dilatare. Frequens verò, vt cùm vſus reſpirationis ſit auctior, ſi frequentiâ compenſetur quòd in magnitudine deſideratur. Sed obiicies, Pleuritici ſæpè delirant, ergo in pleuritide poteſt eſſe magna & rara reſpiratio; cùm talis reſpiratio Hippocrati ſit nota delirij. Reſpondeo, quòd qui magnum & rarò reſpirant, delirant mente, vel alia in re occupatamente, vt auidè aliquid inſpicientes: ſed non contrà. Tuſſis quoque eſt ſicca ineunte pleuritide: quòd tantùm tenuis humor exudat, qui anſam fuligini ex ſiniſtro ſinu cordis erumpentis per pulmones, & ſecum inde quicquid occurrit efferens, ſubterfugiat.* Duplicem eſſe pleuritidem habet in initio huius Hippocrates, primigeniam & ſecundariam, vt cùm angina in pleuritidem tranſit. atque hæc longè peior eſt quàm primigenia. Cauſa antecedens poteſt fuiſſe laudabilis: & in ſecundaria, antecedens priori morbo corrupta, in poſteriori morbo magis redditur contumax & pepaſmi expers. Deinde ſecundaria ſuperuenit viribus ægri priori morbo iam fractis. Primigenia rurſum eſt duplex, vera, & notha. vera, vel materiâ, vel loco. Vera materiâ, quæ ex ſanguine eſt vel bile. vera loco, in pleura conſiſtens. Notha materiâ, ex pituita; notha loco, in muſculis intercoſtalibus. Eius verò quæ vera eſt & materiâ & loco, tria ſunt genera loco diſtincta. quia ea tunica quæ coſtas ſuccingit, tria venarum genera ſuſcipit. Nam in octo inferioribus coſtis & parte harum coſtarum oſſea, excipit venam azygon à vena caua, à dextra parte. atque per hanc venam azygon in hanc partem affluens ſanguis, primam ſpeciem pleuritidis efficit. Eadem tunica in quatuor ſuperioribus coſtis & earum parte oſſea, excipit venam intercoſtalem, per quam affluens ſanguis, ſecundam in iis pleuritidis efficit ſpeciem. Tertiò, eadem tunica in omnium coſtarum, & verarum & nocharum parte cartilaginea excipit venam mammariam, quæ fertur ad vmbilicum, & ſurculos impertitur cartilagineis coſtarum partibus, ibique in vtraque parte, dextra & ſiniſtra ſterni, conſtituit tertiam ſpeciem pleuritidis. In prima ſpecie non eſt mittendus ſanguis ad coloris mutationem. quia mittere quidem poteris ſanguinem, ſed non ad cauſæ coniunctæ euacuationem, ſed antecedentis cauſæ. citiùs enim totam venam cauam ſanguine exhauſeris, quàm ad cauſam coniunctam peruenias, in minimis ſurculis conſiſtentem. In ſecunda ſpecie ſanguinem mittes ad coloris mutationem: quia & cauſam antecedentem & coniunctam euacuas, eò quòd vena intercoſtalis non longè abſit ab axillari. Sed in tertia ſpecie vſque ad ſanguinis mutationem ſanguinem mittes; quia & antecedẽtem & coniunctam cauſam ſimul euacuas: quòd mammaria non procul abſit ab axillari vena interna.

* DEFINITIO pleuritidis.

* Differentiæ.

Phlebotomia quibus conueniat.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 306 sur 513

- Inflammatio eſt
  - Sicca. æſtus alicuius partis præter naturam. ξηρότης Hippocrati : φλόγωσις recentioribus.
  - Humida ab humore calido, vt
    - Bile (contra naturam)
      - Laudabili, quæ eſt pars naturalis tenuior & calidior ſanguinis. Quæ inflammatio ab influxu fit. vnde erysipelas.
      - Pepaſmi experte. vt vitioſa corruptione propriæ ſubſtantiæ, antequam parti influxerat, corrupta erat in hepate. inde herpetes naſcuntur. vel alienæ materiæ mixtione. vnde fit erysipelas phlegmonodes.
    - Sanguine contra naturã
      - Laudabili, qui primâ ſolùm qualitate & quantitate peccat in cauſa antecedente (vnde phlegmone κατ' ἐξοχήν) & in cauſa coniuncta eſt corruptus. Fit ab ictu, lapſu.
      - Vitioſo, corruptione propriæ ſubſtantiæ, tam in cauſa antecedente, quàm coniuncta. & eſt pepaſmi expers. hinc carbunculi ſurgunt, qui potius puſtulæ quàm apoſtemata dicendi. vel ob alienæ materiæ mixtionem, vt phlegmone erysipelatodes.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

II. 1 Θερμασμάτων δὲ 2 χρήσιμον μὲν 3 ὕδωρ θερμὸν ἐν ἀσκῷ, ἢν κύστις, ἢ ἐν χαλκῷ ἀγγείῳ, ἢ ἐρυθρίνῳ. a

II. 1 *Sed fomentorum* 2 *præſtantiſſimum eſt* 3 *aqua calida in vtre, aut in veſica, aut in æneo vaſe teſtaceóve admota.* a

COMMENTARIVS.

1 Quaſi dicat: Si non iuuet, detrimentum non adferet: & præterea ex ea faciendarum rerum ſignificatio fiet. Nam in pleuritide à bile nihil hoc fotu præſtantius: nam diſtenta relaxat vacuando, & acrimoniam humoris ſtimulantis obtundit. Sunt enim tria anodynorum genera: Primò, ſanguinis biliſve acrimoniam frangendo. Secundò, diſtenta relaxando: quod fit micâ panis coctâ in lacte, addito vitello oui, cum modico croco: Tertiò, ſenſum tollendo. Loquitur hîc περὶ θερμασμάτων, id eſt, qui fotus corpus calfaciunt. Vide quæ hîc notaui de fotu. Nam fotus humidi, dicit hîc Galenus, inflammationibus biliosis ſuccurrunt: ſicci, his quæ à tenui aquoſoque ſanguine naſcuntur. mordentes fotus his, quæ à craſſo ſucco. Periculi expertes ſunt humidi.

2 Simplex, vel additâ maluâ, althæâ, violis, & ſemine lini, chamæmelis.

3 Ad curandum & explorandum.

a Quoniam autem faciendorum Indicationes ſumuntur ex morbi eſſentia, natura, cauſis, ſymptomatis, & parte affecta: diſtinguemus priùs Pleuritidum diſcrimina, ab his quinque ſumpta. Primùm quidem ab eſſentia, quæ eſt tumor præter naturam. Pleuritis alia eſt magna, in qua ſymptomatum plena ſunt omnia, & penè intolerabilia. alia eſt parua. A materia, quæ eſt duplex, vna frigida, alia calida. Frigida inquam ortu, ſcilicet non corruptione, huiuſmodi eſt pituita. Calida verò, & ortu, & corruptione; vt eſt ſanguis in cauſa antecedente inter affluens, ab orgaſmo & attractione; non autem ab excluſione. vel ſanguis ſegregatus, in vtraque cauſa corruptus, ab excluſione: vt cùm angina in pleuritidem degenerat. item bilis naturalis non ſegregata, vel bilis ſegregata. Neque enim audiendi ſunt recentiores quidam, qui negant Pleuritidem fieri à pituita eò quòd omnis Pleuritis ſit inflammatio. Nam variæ ſunt inflammationis ſpecies, vt ſuprà diximus. Sed obiiciunt: Qui acidum eructant, illi tarò pleuritide infeſtantur & ructus acidus fit à frigiditate. Reſp. Eo Aphoriſmo Hippocratem non negare materiam pleuritidis eſſe pituitam: cùm expreſſè doceat ibi Galenus in Commentario, ex ſputorum diuerſitate, omnẽ humorem huius materiam eſſe poſſe: nam inquit, morbus lateralis, ſi vna cum flauis & ruffis fiat ſputis, ex biliosis humoribus ortum habet: ſi cum ſpumeis, ex pituitoſis: ſin cum nigris, ex melancholicis: ſi cum rubeis, ex ipſo ſanguine. Non igitur acidum eructantes, propterea tarò infeſtantur Pleuritide, quòd in huiuſmodi corporibus deſit materia pleuritidis: cùm ſcribat ipſe Hippocrates hyeme quoque fieri pleuritides, & in corporibus frigidis. Sed quòd acidum eructantes diarrhœæ & lienteriæ ſint obnoxij; quibus profluuiis materia ita per aluum deſcendit, vt in coſtas non influat. quia duæ partes ita ſunt tarò impares, vt æqualiter afficiantur: 6. epid. 3. 45. Sic hæmorrhagia cauſam peripneumoniæ præripit; ſic quartana tollit epilepſiam. Hyemales igitur quædam ſunt à materia frigida pleuritides, vt à pituita ſalſóque catarrho; quæ æſtiuis pleuritidibus dolore, febre, ſpirandique difficultate multò ſunt inferiores. A cauſis procatarcticis & coniunctis diſcrimina, quia quædam ſunt primigeniæ, aliæ ſecundariæ. Primigeniæ non fiunt niſi ab orgaſmo, & attractione. Secundariæ non niſi ab excluſione materiæ. Omnis pleuritis ſecundaria, etiam cæteris paribus, tum curandi, tum ſpirandi difficultate calamitoſior eſt primigenia; quòd materia non ſolùm in cauſa coniuncta, ſed etiam in cauſa antecedente, per priorem morbum fuit corrupta, & nunc reddita ſit multò contumacior. Secundò, quòd hæc ſecundaria incidit in vires à priori morbo fractas. A Symptomatis differentiæ. Quædam pleuritides ſignis eueniunt cum prauis, quæ non ex eſſentia morbi, ſed ob virium infirmitatem eueniunt, aut ob materiæ malignitatem, vt eſt delirium; & quæ poſteà apparent, vt ſputum purulentum, tenue, vel ineunte morbo nigrum. A parte affecta, quædam Pleuritis dicitur vera, alia notha: quædam ſuperior, alia inferior infra diaphragma; quædam in parte coſtarum cartilaginea, alia in parte oſſea: quædam per intercoſtalem venam affluente materia, committitur alia per venam azygon, alia per mammariam. * Quoniam igitur ex his quinque ſumuntur Indicationes faciendorum: primò ratio eſt habenda eius quod eſt; ſecundò, eius quod fit. Id quod eſt, eſt ipſe tumor præter naturam, à materiæ copia. Id quod fit, eſt ille affluxus materiæ. Primò igitur materia quæ influxit ſui amotionem indicat, vt pars in priſtinum ſuum ſtatum reſtituatur. Affluxus verò inhibendus vel deriuatione, vel reuulſione, vel purgatione. Materiæ amotio fit euacuatione. Hæc autem vel eſt ſingularis, vel vniuerſalis. Si tantùm pugnandum ſit cum cauſa coniuncta particulari euacuatione, ſolo fotu cutem rarefaciemus, & ſanguinem phlegmones tenuatum, per halitum digeremus. Sin non ſolùm contra cauſam coniunctam ſed & antecedentem ſit pugnandum, quemadmodum accidit in impuro & plethorico corpore; non ſolo fotu, ſed vniuerſali euacuatione eſt vtendum: videlicet vel venæ ſectione, vel purgatione. * *Indicationes.*

tione. A cauſis itaque procatarcticis antecedentibus, & à peculari eius qui laborat natura hæc ſunt diſtinguenda. Quæ enim Pleuritis vltrò incidit, ſi corpus fuerit impurum, non ſolo fotu iuuari poteſt. quæ verò à foris accidit in corpore quadrato & ſano, ſolo fotu ea amoueri poterit. * Primò ergo præſcribit Hippocrates fomenta, vt cum cauſa coniuncta pugnet. Fieri enim poteſt vt abſoluta pleuritide, nihil ampliùs affluat. Fotuum igitur adhibitorum multa ſunt commoda. Primò iis medicus explorat morbum, quia ex fotu faciendorum Indicationes ſumit. Si enim fotibus nihil profecerit (quòd ipſorum calore plus attrahatur quàm digeratur, vel, vt inquit Galenus com. Aphor. 1. huius, Spiritus vaporoſus ex calore generetur, quo dolor augeatur) ad remedij certum genus ſe conuertet. Sin autem dolor iis ceſſauerit, auxilium id ſe inueniſſe ſciet quo cauſam antecedentem auferat, videlicet attractionem, à dolore placato. Etenim ſi fomenta calida dolorem non ſoluerint, corpus totum inſigni aliqua euacuatione indiget. Vacuatio autem inſignis eſt in morbis acutis, aut per ventrem, aut per venæ ſectionem, vt dicit Gal. huius aphoriſmo primo. Atque hoc eſt ſecundum fotuum commodum, leniendo nimirum dolorem, auferre vnà cauſam antecedentem.

* Fotus commoda.

* FOTVS. Vide hîc Galenum.

* Quoniam autem in fotuum tractationem incidimus, explicanda eſt tota ipſorum natura. Fotus Hip. 6. Epid. 6. 5. eſt omnis calor qui vel ab igne, vel aliqua à re calida manat: vt affuſione aquæ, vel à ſpongia; admotione rerum calidarum, furfurum, milij, ſalis, orobi, & aliarum rerum ſiccarum, & lanæ ſuccidæ. Duabus autem vocibus expreſſit Hippocrates vim fotuum, libro De diætâ, & 6. Aphor. 31. vocat enim πυρίλλω, hoc autem Aphoriſmo θέρμασμα. quæ dictio plura complectitur, quàm πυρία. Nam πυρία potiùs accommodatur fotibus ſiccis & mordacibus: θέρμασμα, & ſiccis & humidis; mordacibus, & morſus expertibus. Tria enim ſunt prima fotuum genera; humidi, ſicci, humiditatis & ſiccitatis participes. Humidi quidem vel ſimplices, vt aquæ calidæ: vel compoſiti, vt ex aqua participe qualitatis maluæ, chamæmeli, fœnigræci; ex vino in quo coxit abſinthium, mentha, origanum. Sicci, vt qui fiunt ex milio torrefacto, ſale retorrido, furfure torrido: Humoris & ſiccitatis participes, vt ſunt quædam cataplaſmata ad leniendum dolorem, vndecumque inciderit, accommodatiſſima; quæ fiunt ex furfure ſicco, & ſapa humida, ad conſiſtentiam cocta, pultis. Rurſus fotuum alij ſunt morſus expertes, alij morſus participes, alij neutri. Morſus expertes, vt aqua calida, qui fiunt ex aqua imbuta qualitate radicis althææ, foliorum maluæ. Morſus participes, vt qui ad œdemata parantur, ex radice bryoniæ, cucumeris aſinini, inulæ, & ex herbis ſiccantibus, & detergentibus, vt calamintha, origano, lixiuio, baccis & foliis lauri, ſtœchade, cineribus ſarmentorum & ficus, & oxymelite Galeni ad parotidas pituitoſas. item furfur cum ſale & milio, & quædam cataplaſmata. Efficiunt autem generaliter cuncti fotus, 6. Epid. 6. 5. vt diſtenta relaxentur, repleta euacuentur, refrigerata vt calfiant. Addit Galenus Com. dicto, Infrigidatione nos ratiùs vti in dolentibus partibus: quòd hæc ſuperficiem ipſarum externam condenſent, & ob id tranſpirationes coërceant, & diſtenta magis intendant. Solas, dicit, calidas intemperies, quæ ſine copia conſiſtunt, infrigidatio ſanabit. Rectè itaque Hipp. hoc Aphoriſmo præſcribit fotus humidos, & morſus expertes; quia calidis, vt ſanguineis, & bilioſis affectibus debentur fotus humidi ſine morſu. nam morſus participes valent ad materiam craſſam, lentam atque frigidam. Porrò ſummum ſanitatis eſt indicium, ſi adhibito fotu aquæ, pars ſuppuret; quòd, teſte Hipp. huiuſmodi ſuppuratio, valentiſſimi calotis ſit ſignum. Ne igitur morbus fiat ſpecie calamitoſus, & ad calamitoſam vim morbi accedat naturæ infirmitas, ſedandus eſt in primis dolor. Dolor enim omnia morbi ſymptomata exacuit, & naturam maxime debilitat. Dolore ſiquidem augetur attractio, atque adeò ipſe tumor: tumore aucto increſcit ſpirandi difficultas, quia pulmones incaleſcunt, & humores in bronchiis contenti, lentiores efficiuntur, & ita difficultatem ſpirandi augent: hinc duplex reſpirandi difficultas, vna in thorace, altera in pulmone. febris etiam aſſidua humidum primigenium exhaurit, & ſpiritus diſſipat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. a Περιπολιόσειεν ὃ χρὴ 2 μαλθακόν τι πρὸς πλευρὴν, 3 φροντικὸν ἔχειν. b

III. 21 *Sed molle quippiam lateri eſt* 2 *ſubiiciendum,* 3 *ſolatij cauſa.* b

COMMENTARIVS.

a Orditus eſt Hippocrates ab eo fotu qui omnis noxæ eſt expers: nam in aqua calida non eſt tanta vis reſoluendi, vt maior fiat attractio. hoc ergo fotu reſtituitur naturæ integritas, tolliturque vna cauſa tumoris, dolor remittitur. & dum ſtudes lenire dolorem, inquiris cauſam doloris, & indicationes captas faciendorum. Nam ſi dolor fotu ceſſet, diſces cauſam fuiſſe bilem; & iam fluxum ceſſare.

1 Vt lanam ſuccidam carptam, vel goſſypium carptum. non enim niſi carpta huiuſmodi lana eſt admouenda: alioqui, ſua inæqualitate inflammationes potiùs augebit.

2 Id eſt, ſupponendum: nempe, lateri admouendum; vt huic lanæ vas aquâ plenum inſideat. ne vaſorum iuæqualitate & grauitate pars ipſa laboret: ex eoque labore dolor excitetur. Hippocrates ob laterum inæqualitatem imponebat lanam, vtpote æqualitatis ſtudioſiſſimam. Pareus fol. 829. B. teſtacea in vſum ducit, ita vt teſta goſſypio, lanâ ſuccidâ, vel ſimili re obducatur, ne parti aſperitate & duritate moleſta ſit. In teſta diu perſeuerat calor.

3 Quod lateri ſolatio ſit. Fotus eſt φίλον & κέρδος, igitur adhibendus. Quodſi nihil adfert adiumenti, non nocet, quia recreatur inde natura, cor, cerebrum, ſtomachus.

b Quare venæ ſectio ſtatim malè præſcribitur: vt cùm catarrhus in muſculos decumbit. Neque enim hîc phlebotomia facit ad declinationem cauſæ antecedentis, neque ad amotionem cauſæ continentis. Roga num ſuppreſſa ſit ſolemnis aliqua euacuatio: vel num fiſtura inconſideratè ſupprimatur: tunc enim per palindromen fit pleuritis.

HIPPOCRATIS TEXVS.

IV. Ἄριστον a ὃ καὶ 1 ἀσύγκριτον μαλθακὸς μέγας, ὃν ὕδατος θερμοῦ ἐπιπολὺ μέρος περιείδηται. ἀκίνητον δὲ ἡμάτιον πλὴν ὀλίγων χρὴ. 2 πλεῖόν τι δὲ χεῖρον ἐν διαχύσει, καὶ b ὀλιγαυλῶν καὶ 3 ἅμα ὡς μὴ ἀπὸ μέσης πρὸς τὸ 4 πνεῦμα τὰ κάμνοντος φέρῃ· 5 ἢν μὲν ἄρα δοκῇ καὶ πάντα χρήσιμον πρὸς τὴν ἔξοδον· δεῖ γὰρ 5 ὅτε δεῖ πρός τι.

IV. *Conuenienter autem* 1 *ſpongia mollis & magna ex calida expreſſa aqua lateri admouetur: ſed illud ſpongiæ fomentum pannis ſuperintegere oportet: ſic* 2 *enim diutiùs (medici) voto ſatisfaciet,* 3 *& b ſuo ſtatu (calida) manebit: eâdemque operâ* 3 *efficietur ne ſpongiæ vapor ad* 4 *ſpiritum (id eſt ægri reſpirationem) feratur, niſi fortè ad aliquid id vtile videatur, eſt* 5 *enim (locus) cùm illud fit alicuius rei.*

COMMENTARIVS.

a Dicet quis, Hipp. & Gal. ad phlegmones quæ vltrò veniunt, negant in initio præſcribi debere fotus: quia

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 308 sur 513

quia magis irritantur. igitur ſi ex plenitudine vel cacochymia venerit, nihil fotibus profeceris. nam materia eſt venenata vel critica. aut influit in partem emunctoriam, aut non longè abeſt à parte nobili. digeres igitur; at fruſtra, ſi corpus ſit impurum. Reſpondeo: vt dolor mitigetur: ſecundò, vt cauſam exploremus.

1 Nam ſic explorabimus morbum, & captabimus faciendorum rationem. In huiuſmodi enim affectibus ſemper incipit Hippocrates à doloris alleuatione, quòd nihil adeò corporis infrigat vires quàm ipſe dolor. His igitur vtitur quibus nihil detrimenti adfertur: imò potiùs plus humoris morbum facientis egeritur, quàm attrahatur. Sit ſpongia denſis foraminibus obſita: & magna pro ratione partis. Spongia leuis & æqualis calorem conceptum diu continet, laterique impartit ſuauitatem.

2 Vt iterata ſæpiùs imbuta ſpongia, deinde expreſſa, non ſit opus: quòd calore aperti meatus, frigido occurrente facilè corripiantur. Sic itaque melius medici voto ſatisfaciet.

b Id eſt, calorem conceptum diutiùs continebit.

3 Nimirum intregendo pannis, ne vapor è calida ſpongia ſublatus ad reſpirationem ægri feratur. quod in peripneumonia & in carybaria malum eſt.

4 Id eſt, ne is vapor cum ſpiritu ab ægro ducatur: nam huiuſmodi vapor ſuo calore ſpirandi difficultatem adfert: & ſua craſſitudine (quòd aëre ſit craſſior) facilè pulmonum anguſtiam committit. quod in thoracis affectibus eſt peſſimum.

5 Id eſt, incidit tempus quo vaporem ſpongiâ cum ſpiritu ducere oportet: cùm nimirum pleuritis ſit ſicca, nec vllum procedit expectoratum, id eſt, in ſumma contumacia expectoratit: & in aſthmate febris experte. Sed quare hic vapor ſuo calore & corpulentiâ non infert idem malum in pleuritide ſicca, quod in Aſthmate? Quia in aſthmate materiam craſſam in pectore incidere ſufficit, quippe vbi craſſities maior quam calor. In Pleuritide verò adeſt tumor cum tenſione, (à materiæ copia,) & cum dolore, à materiæ acrimonia. Ergo in Pleuritide biliosa, præſtantiſſima eſt aqua calida: vt quæ diſtenta relaxet, vacuando; & acrimoniam humoris ſtimulantis obtundat & temperet. Tria enim ſunt genera anodynorum: primum quod pugnat cum cauſa doloris, ſanguinis vel bilis acrimoniam temperando. alterum, quòd diſtentam rem laxet, vt priùs diximus. tertium, ſenſum tollendo, vt narcotica, quæ non verè ſunt anodyna.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

V. Ἔπι α ὃ ᾗ αα κεῦθαι ἢ κεὶ ὄρεοι ἐν ὄξει 1 κεκραμένῳ σμικρῷ, b ὀξύτερον ἢ ὡς ἂν * πίνῃς δίενθα καὶ ἀναζέσαντα, εἰς μαρσύπια λεπτὰ 2 κροκύδεα, καὶ 3 πάπυρα ἐπ' αὐτὸν πρόπον.

* mia

V. a *Quin etiam* aa *hordeum & orobum ſeu eruum macerata & cocta in* 1 *oxycrato paulò* b *acidiore quàm quis ipſum bibere poſſit, in ſacculos coacta* 2 *lateri admouere oportet, eodemque modo &* 3 *furfurem.*

COMMENTARIVS.

a Secundum fotuum genus. Superioribus Aphoriſmis docuit, quis fotus ſit adhibendus Pleuritidi biliosæ; hîc tradit quis fotus conueniat pleuritidi, ab humore craſſo & lento. Non enim aquam calidam conuenienter hîc exhibueris, ſed ea quæ vim exſiccandi, attenuandi, & digerendi habent. Nam aquæ calidæ imbecillitate, materia huius pleuritidis tantùm in flatus craſſos reſoluetur, à quibus maior fiet doloris acerbitas. quia à nulla materia maiores excitantur dolores, quàm à craſſis huiuſmodi flatibus. hinc vulgus frixam auenam, & vino albo aſperſam, ita vt tantùm intumeat, in ſacculis fœliciſſimè admouet. Similiter ſemen lini, ſemen anethi, albo quoque vino aſperſum, maximè in his regionibus. & flores chamæmelinos, meliloti, ſemen cumini. Et ſingulis partibus ſua accommodantur θερμάσματα.

a a Comminuta & conciſa: nam, dicit Galenus, addit δίενθα, θύμῳ madefacio & perfundo ſignificat.

1 Vel in oxymelite, ſi contumacior & craſſior viſcoſiorq. ſit pleuritidi humor, & ſi calidæ aquæ fotu in craſſiſſimos flatus reſoluatur, vnde maior doloris acerbitas: Huic fotui mixto eſt locus: digerendi, incidendi & tenuandi gratiâ. In oxycrato ſumitur pars vna aceti, cum octo partibus aquæ, & valet maximè huiuſmodi potus ad ſedandam ſitim in incendio. dicet quis, Quî ſciam viſcidos craſſoſque humores in parte phlegmone obſeſſa eſſe? Reſpondit hîc Galenus, exantecedente * diæta, & ægri temperie, anni tempore, ætate, locis, & ſi commemorati fotus nil iuuerint blandiendo. nam ſi illi non iuuant, nec corpus plethorâ ſit graue, erit ſuccus craſſus in vitio, & is in halitus ſoluitur; tunc orobo vtendum, nam diſcutit craſſos flatus.

* Id eſt ex rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam & iuuantibus.

b Ne acrius ſi ſit, mordeat, & phlegmonem exacerbet: vel ſi aquoſus, ignatieſcat. medium ſit ergo.

2 Ineſt huic fotui vis quædam repellendi humores, & incidendi craſſos.

3 Id eſt, madefactum & coctum ex oxycrato.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. a Ξυρὸν ᾗ 1 θερμασμάτων, 2 ἅλες, λίγγοι πεφυγμένοι ἐν ἐμφύσοισι μύρμηξιν ὀλιγοδείτῃσι· ᾗ γὰρ 3 κύφον ᾗ 4 πεφυσιωδὲς λύγγος.

VI. a *Sed* 1 *inter ſicca fomenta*, 2 *ſales miliaque frixa & in ſacculis laneis admota accommodatiſſima ſunt. Etenim,* & 3 *leue* & 4 *lateri gratum eſt milium.*

COMMENTARIVS.

a Tertium fomenti genus. Quemadmodum in pleuritide biliosa commendauit aquam calidam, & in plutitide ex craſſa & lenta materia, fotus ex incidentibus, detergentibus, attenuantibus, & digerentibus; ita hoc Aphoriſmo pleuritidi ex ſanguinis copioſiſſimi, vel tenuis catarrhi affluxu præſcribit fotus ſiccos. Nam humidis hîc non eſt locus. Inter ſicca verò ſine morſu, commendat milium: cum morſu, ſalem. Hinc pragmatici excogitauere ſacculos ex libra milij, ſalis, furfurum; ſeminis aniſi, fœnigræci ſingulis vncijs quatuor. ex haurit humorem capitis.

1 Cùm iis eſt opus: vt in ſanguinis affluxu, & tenuis catarrhi vel humoris ſeroſi.

2 Præſertim communes & craſſi: non ſpuma maris.

3 Non pondere lædit aut opprimit.

4 Gratum eſt æqualitate. Ob æqualitatem & leuitatem commendatur milium. nihil enim Hippocrati magis eſt exoſum, quàm remediorum granitas. quemadmodum libro de vulneribus capitis vetat ea, quæ grauitate ſua capiti negocium faceſſunt: ſatis namque eſſe vult ea quæ frigus arcent. In milio autem eſt vis diſcutiendi, ad pugnandum cum humore tenui. Confert in tenui & cruento ſputo. Milium morſu caret, dicit Galenus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VII. 1 Μάλαξις δ' λύει ἢ ταύδε, καὶ πὰς σφὶς πλεῖστα παύσασα ἀλγηδόνας.

VII. 1 *Itaque fomentum huiuſmodi, dolores etiam qui ad iugulum perrigunt diſcutit.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 309 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Quasi dicat, Ad omnem Pleuritidem, quamcumque partem obsederit, dolorem discutiendo valet. igitur etiam soluit hypochondriorum dolorem. Tria sunt pleuritidis remedia, fotus, venæ sectio & purgatio. Quorum primum pugnat contra causam coniunctam, & antecedentem vnà tollit. venæ autem sectio & purgatio tollunt vel causam antecedentem, vel coniunctam. Vt hoc nomine fotus conuenienter adhibitus vincat venæ sectionem: quòd non ad omnem pleuritidem conueniat venæ sectio: sed ad omnem conueniat fotus. Sed non omnis fotus ad omnem: sed nunc hic, nunc ille, pro materiæ conditione, ægri natura, & morbi historia. Vbi enim biliosa est materia, adhibetur aqua calida: vbi crassa & contumax, mixtus fotus, qui incidit, tenuat, & digerit: vbi tenuis catarrhus, fotus siccus, morsus particeps, vel expers.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VIII. Τομὴ μὲν τοιχὶ ἡ ἐν ὁμοίως λύει ἀδυνίην, ἢν μὴ ἐκὶς 2 κλισίος * πρανέος ἡ κάτω. a

* πρανέη

VIII. *Sed certè venæ sectio* 1 *non æquè valet ad amouendum & discutiendum dolorem, nisi ad* 2 *iugulum dolor peruenerit.*

COMMENTARIVS.

1 Causam doloris coniunctam amouendo. dicit, sectio venæ axillaris internæ, quam basilicam vocant. Non negat iuuare: sed dicit non æquè iuuare.

2 Materiæ affluxu per venam intercostalem, quæ non procul abest à vena axillari interna, cuius quidem sectio, sanguinisque missio ad mutationem coloris, non solùm declinandi vel derivandi vim habet causam antecedentem, sed & coniunctam amouendi. In pleuritide autem costarum inferiorum, à materiæ affluxu per venam azygon, venæ sectio tantùm valet ad reuellendam materiam quæ influit, non autem ad amouendam quæ influxit: Facem his tenebris præfert Galenus huius libri Aphoris. 10. & eleganter demonstrat venæ cauæ propagationem. Non valet ergo venæ sectio ad omnem pleuritidem, pro causæ coniunctæ amotione. In curatione pleuritidis orditur Hippocrates ab eo quod pugnat contra causam coniunctam: nimirum à fotibus. sed quia pro morborum ideis variantur quoque remedia, alios & alios fotus præscripsit. nam cuius materia est biliosa, ei adhibet aquam calidam. ei verò cuius materia est pituitosa, crassa & lenta, fotum mixtum ex hordeo & orobo, in aceto mulso decoctis: cuius materia est sanguinea & tenuis, fotum siccum. Quidsi fotuum huiusmodi vsu nihil profeceris, vt maior sit ratio habenda causæ antecedentis quàm coniunctæ, aliò te conuertes. Sed dices, Negant Hippocrates & Galenus ad phlegmonas, quæ vltrò veniunt, in initio fotus debere præscribi: nam tales, huiusmodi fotibus magis irritantur. Ergo si vltrò venerit: (id est ex plethora vel cachochymia corporis) fotibus nihil profeceris. Neque hîc repercussione est opus. nam vbi materia est venenata, aut critica, vel vbi influit in partem emunctoriam, aut non procul abest à parte nobili, non est repercutiendum. Ita in fronte capite vulnerato, in bubonibus, in defluxu critico in tibiam, in pleuritide (quòd pleura sit cordi vicina) negant abhibenda repercutientia. Digeres igitur: sed frustra in corpore plethorico. Quare igitur præscribit Hippocrates hoc loco fotus in initio morbi? Respondeo: primò vt dolor leniatur, quia ei primò est incumbendum, quia magis vrget. at nihil æquè in pleuritide vrget ac ipse dolor, vt qui maximè vires labefactet, & attractionem augeat. Dolori verò incumbere non licet, nisi perspecta causa & humore ipsum pariente. Atque is secundus est vsus admotorum fotuum, vt iis causam morbi exploremus, & deducamus in cognitionem morbi, loci affecti, & materiæ morbificæ. tertiò, vt iis cognitis & inuentis captemus rationem faciendorum.

a Dixit, ad iugulum dolor peruenerit, nimirum à materiæ affluxu per venam intercostalem, quæ non longè abest à vena axillari, cuius sectio, sanguinisque detractio ad mutationem coloris, non solùm vim habet reuellendi causam antecedentem, id est, materiæ quæ fluit, sed etiam amouendi coniunctam. In abdomine fit per venam azygon.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IX. 1 Ἢν δὲ μὴ λύηται αὐτὸ τὰ θερμάσματα ὁ πόνος, ἐκχεῖ 2 πολλὸν χρόνον ἐνθερμαίνειν· 3 ξηραντικὸν γὰρ τὸ πνεύμονος τοῦτο· 4 ἐμπυητικόν.

IX. 1 *Sin autem ipsè dolor ad fotum non consenserit,* 2 *diu tempus, fouendo, exigere non oportet: nam hoc* 3 *pulmonem siccat, &* 4 *suppuratum facit.*

COMMENTARIVS.

1 Si ad fomenta dolor non conquiescat ob materiæ nouæ affluxum, ab orgasmo, attractione, vel exclusione: tùm nimirum pars vna se in alteram exonerat. Thermasmata ergo sæpè admouentur ementitæ curationi.

2 Id est, diu illis caldariis non est vtendum, & calfaciendi finem facere oportet.

3 Calfaciendo & exhauriendo: quia dum quod subtile est, resoluitur, reliquum magis cogitur & crassius redditur.

4 Id est, Vt confecto pure, rupta vomica, in thoracem erumpat, tùm non exhauritur inflammationis materia fotu. Si fluxus humorum cessent, poterit dolor intra duos aut tres dies sedari. Sed quia rarò accidunt pleuritides nisi impuro corpore, rarò etiam fit, vt non aliquid morbi iam factum sit, & aliquid fiat. ideoque vtriusque, & eius quod iam factum sit, & eius quod adhuc fit, est habenda ratio. Quodsi igitur, inquit, intra duos vel tres dies, per fomenta dolor non cessauerit, ab incepto desistendum est, metu nimirum maioris mali. Maioris, vtpote affluxus, siccitatis, vel siccæ tabis pulmonum ab exhaustu, & suppurati. Nam quicunque morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non repurgantur, ii ad suppurationem vertuntur, 5. Aphoris. 8. Quàm verò formidabile sit malum, ipsum suppuratum, docet 5. Aph. 15. & 8. Nam nisi intra quadraginta dies à suppurato quis purgetur, in tabem ferè incurabilem is incidet. Sed obiicies, 2. Aphor. 52. dicit, Omnia secundum rationem facienti, &c. Hîc autem manet quod à principio visum est, quia incumbit in amotionem causæ doloris, & in partis restitutionem. Ergo in admouendis fotibus etsi dolor non cessauerit, à proposito tamen non desistes. Respondeo, dictum Aphorismum intelligendum esse, modò maioris mali periculum non immineat. Hinc patet error recentiorum, qui non solùm caldaria præscribunt, sed etiam admouent cataplasmata insigniter calfacientia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. Ἀλλ' * εἰ μὲν συμβαίη ἐς ἀδυνίην ἐς 1 κλισίην, ἢ * ἐν βραχίονι 2 βάσεος, ἢ ἐς ἦπαρ ἢ ἐς μαζὸν, ἢ ἐς ἦπαρ φρενῶν, τόμενον ἀρκέει πάντα ἐν μαίνῃ οἰκείως φλέβα 3 τῶν εἴσω, ἢ μὰ ἐκκεῖν ἀ συχνὸν ἀφαιρέειν ἐκ τοῦ * ἐς ἦπαρ αἵματος ὡς ἂν 4 ἐρυθρότατον πολλῷ ῥυῇ, ἢ ἀπὸ κεφαλῆς τε καὶ χρόνα 5 πελιδνὸν ἀμφοτερέων γὰρ γίνεται).

* ἢν μὲν συμβαίη

X. *Verùm si in iugulo* 1 *vel clauicula doloris significatio fiat, vel in* 2 *brachio aut ad mammas, vel super diaphragma grauitas percipiatur, tum iuuat pertundere; venam in cubito internam, neque vereri accumulatè*

mulatè detrahere b ſanguinem donec 4 rubicundior multò effluat, aut certè loco rubentis & puri 5 liuidus; nam 6 vtrumque euenit.

COMMENTARIVS.

Galenus in hoc Aphoriſmo elegantèr docet venæ cauæ propagationem.

1 Materiæ per venam intercoſtalem affluxu.

2 Diſtento ramo ſubclauio venæ mammariæ, quæ primò ab eo ramo ducitur.

3 Id eſt, axillarem internam, quam vulgò baſilicam vocant: ducta à ramo ſubclauio. qui quidem ramus fibrarum rectitudine in vicinia eſt contiguus venæ intercoſtali & mammariæ. Baſilica ſtatim oritur à venæ cauæ ſectione. Arabes malè κατ' ἔξιν, ex oppoſito interpretantur.

a Denſum ſanguinem, id eſt, multum. Virg. denſi ab æthere nimbi. ζυγαὶ ὑδάτων.

b Id eſt, Ad lipothymiam, ex Hippocratis ſententia, dicet quis, An non hoc modo etiam quis fortis concidet? Reſp. lipothymia non eſt ſyncope: quæ eſt repentinus omnium virium lapſus. Sed lipothymia cadit in ægrum ſine infirmitatis metu. vt ſi ſit δυσδιαφόρητος, lacertoſus, firmo ventriculi ore, ἰσχυρός. lipothymia eſt ſubitus animalium ſpiritum lapſus.

4 Non ſolùm ad declinationem cauſæ antecedentis: ſed etiam ad coniunctæ amotionem.

5 Id eſt, vt eâdem operâ cauſam phlegmones antecedentem auertas, & coniunctam amoueas. Coniunctæ autem amotio declaratur mutatione ſanguinis rubri in liuidum. Quia quò propiùs abeſt ſanguis à phlegmone, eò deterior eſt: quò verò longiùs, eò melior. Sanguis enim is qui parti affectæ eſt proximus, eſt liuidus & ater: Quia ſanguis incendio conflagrans, colorem mutat & conſiſtentiam. Eſt igitur hic ſyllogiſmus, Quicquid eiuſmodi eſt, vt eâdem operâ cauſam antecedentem reuellat pleuritidis, & coniunctam educat, aptiſſimum id eſt remedium curandæ pleuritidi ſuperiori, id eſt, quæ fit affluxu materiæ per venam intercoſtalem & mammariam. Sed ſectio venæ axillaris internæ, vtrumque eadem opera præſtat, &c. Minor patet, quia hæc axillaris, venæ intercoſtali & mammariæ filamentorum rectitudine eſt continua, & vicinitate contigua. Sed obiicies, ea pleuritis quæ per venam mammariam in ſterno excitatur, poteſt aliquando eſſe infra diaphragma. Ergo hîc potiùs purgatio quàm venæſectio conueniet. Nam licet venæ ſectione cauſam antecedentem reuellas; cauſam tamen coniunctam nequaquam eâdem operâ euacuabis. Huic enim cauſæ præcipuè ſtudet Hippocrates; qui propterea ſequenti Aphoriſmo in inferiori pleuritide potiùs purgationem quàm venæſectionem præſcribit. Reſpondeo, primum ramum illius venæ mammariæ eſſe venam axillarem: ideoque ea ſecta, vtramque cauſam, & antecedentem & coniunctam tolli. Hippocrati ſunt quatuor cauſæ ſecandæ venæ, inflammatio, tranſlatio ſymptomatica ſanguinis, doloris acerbitas, & obſtructio. Scopi ſecandi, Reuulſio, vt in hæmorrhagia: Deriuatio, vt in phrenitide: Vacuatio ſimplex, vt in athletis, & ſuppreſſis menſtruis, & continua in febre.

6 Cùm venæ ſectione, id quod iam influxit detrahitur. Quò longiùs ab inflammatione eſt ſanguis, eſt melior.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XI. Ἢν δὲ ὑπὸ 1 τοῦ φρενὸς ἢ τὸ ἄλγημα, ἐς ὃ τὴν κλυσίδα 2 μὴ * σημαίνῃ, * καλδανεῖν χρὴ τὴν κεντίλλην ἢ 3 μέλανι ἐλλεβόρῳ ἢ 4 πτισάνῃ. Μέλανι μὲν δεῖ ἄγειν, ἢ 5 σέσελι, ἢ 6 κύμινον, ἢ * ἄνισον, ἢ 7 ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπὶ δυσωδίῃσι μάλιστα τοῦτο πτισάνῃ δ' ὅπαν, σιλφίου ἀπὸ ϰ τοῦ 9 μισγομένου ἀλλήλοισιν, 10 ὁμοιότροπα ταῦτα ἐστίν. Ἄγει δὲ μέλας μᾶλλον, ἢ πεπλὸς πίνειν δὲ μέλανος μᾶλλον * φυσῶν καταρρηγνύμενον πρὸς ὄξος ἐστίν. 12 ἄμεινον δὲ τούτων ἐδωδίμων 13 πεῖν. σταφὶς δὲ καὶ ἄλλα 14 πολλὰ ἐπὶ ἑψημάτων χρήσιμα δὲ τούτων ἐν ὕδατι εἶδος ἐστίν. Ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διαλείμματα ὑγιηλὰ ἀφιᾶσι, ὅσα μὴ ἄγαν ἐστὶν ἀνδρεία πύκνα, ἢ διὰ παχύτητα, ἢ διὰ ἄλλο τι ἀνδρεῖον, ἢ διὰ πολυσαρκίην, ἢ χροιὴν, ἢ b ὑπόκωφον τινά. aa

* σημαίνῃ
* καλδανεῖν
* ἄνισον.
* φυσῶν

XI. *Sin autem* 1 *ſub diaphragmate dolor conſtiterit, nec vlla* 2 *eius in iugulo ſignificatio fiat, ſubducenda eſt aluus* 3 *elleboro nigro, aut* 4 *peplio. Sed ita tamen vt nigro elleboro dauchum, aut* 5 *ſeſeli, aut* 6 *cuminum, aut aniſum, aut aliud quippiam* 7 *grati odoris miſceas; peplio autem* 8 *ſuccum ſilphy: ſed* 9 *vtraque [medicina] ſi inter ſe miſceantur, ſunt planè* 10 *affines & vniuſmodi. Sed tamen [hoc intereſt quod] niger elleborus* 12 *agit conuenientius, &* 11 *criſeos potentiora educit, quàm peplium: peplium autem maiorem vim habet diſcutiendi flatus quàm Elleborus niger.* 13 *vtraque hæc dolorem ſedant. Exiſtunt & alia* 14 *multa ſubducendi vi prædita, quæ dolorem ſedant. ſed omnium quæ adhuc nouerim præſtantiſſima hæc ſunt. Quando quidem in ſorbitionibus ſeu iuſculis quæ exhibentur purgantia iuuant, quæcumque ſoluendo dolorem non ita ſunt ingrata, aut propter amaritudinem, aut aliam inſuauitatis cauſam, aut ob copiam, aut ob* b *colorem, aut ob ſuſpicionem aliquam.* aa

COMMENTARIVS.

Hoc Aphoriſmo docet quomodo ſit curanda pleuritis inferior. Atque huius quidem curationem præſcribit non venæ ſectionem, ſed purgationem. Non enim reſpicit tantùm cauſam antecedentem, ſed etiam coniunctam.

1 Excitata pleuritide à materiæ affluxu per venam azygon in coſtis inferioribus.

2 Vt nullius affluxus per venam intercoſtalem ſuſpicio ſit.

3 Qui humores craſſos per inferiora excludit: nam eò natura viam affectat.

4 Id eſt, portulaca ſylueſtri baccis pepli.

5 Id eſt, Maſſilienſe.

6 Æthiopicum, quod Hippocrates vocat regium.

7 Vt ſubiecto non ſit moleſtum medicamentum: & vt diſcutiantur flatus, & os ventriculi retrehent. quia omnia cathartica ſunt quodâ modo venenata.

8 Id eſt, laſer, quod ex laſerpitio Cyrenaico exprimitur. Nam non omne laſer ſubiecto eſt gratum: nam laſer Æthiopicum ingratum eſt ſubiecto.

9 Peplium & elleborus niger. Vide Anderna-cum fol. 241.

10 Cuiuſmodi eſſe debent medicamenta omnia quæ ad purgandum miſcentur. ὁμοιότροπα dicuntur, quæ æquali tempore, pari facultatum diſtinctione, patique vi ſuas exercent facultates; vt non properet & anteuertat vnum, & alterum cunctetur. ſic enim perturbationes & tumultus in ventre fient, humores excitabuntur, & grauia ſymptomata gignent. vt ſi dederis ad craſſos ſuccos ſenæ folliculos cum aniſo & dauco (ad flatus,) & ſi adieceris expreſſioni ſyrupum roſatum: huiuſmodi enim ſirupus educit ſerum, & craſſiorem materiam relinquit, & contumaciorem reddit. hæc alibi ſcripta non memini.

a Id eſt, meliora.

11 Id eſt, talia, quorum excluſione morbus miteſcit, id eſt, coniunctam pleuritidis materiam.

12 Nimirum materiæ iudicij potentis eductio, & flatuum diſſipatio.

13 Reſtitutione habitus, & temperamenti: quæ tumor præter naturam immutauerat. Potiùs coniunctam cauſam reſpicit quàm antecedentem.

14 Vt folliculi ſenæ in decocto prunorum macerati, & Gal. hîc dat hieram.

b Vt naturæ ſtudeat, & cum morbo pugnet.

aa Itaque in ſuperiori pleuritide curanda, rectè præſeri

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 311 sur 513

præscribit venæ sectionem, feritque axillarem internam; quia per hanc vtraque materia, & antecedens & coniuncta euacuatur. In hac pleuritide inferioti vtiliter eiusdem venæ sectio adhibetur ad causæ antecedentis euacuationem vel reuulsionem ob filamentorum rectitudinem. citiùs tamen totam cauam venam exhauseris, quàm ad materiæ coniunctæ euacuationem, per venæ sectionem deueneris. At purgatione causam ipsam coniunctam tollis. Veteres ellebori succo, alij semine, alij radicibus tantùm vtebantur: tandem experientia & ratione edocti, solis radicibus vtimur.

Elleborus. Elleborus albus maxima parit symptomata, conuulsiones, lipothymias, hypercatharses; adeò vt multi inconsideratè eo vtentes moriantur. Huius scripulum in substantia, vel potione, aut diluto exhibebant; crassa euacuabat vomitu. Hoc sæculo eius vsus suspectus est, quia ab eo plurimi in conuulsionem inciderunt. Sed eius mel commodissimè propinatur. Niger verò innocens est: valet ad quartanas, ad affectus omnes melancholicos, ad tuendam iuuenilem ætatem, ad cunctos morbos contumaces, melancholicos & pituitosos, ad vitia cutis, ad flatus, ad tinnitus aurium. Quidam eruditus medicus ad quartanam exhibuit semunciam, & fœliciſſimè liberauit ægrum: nam frustrà & sine purgatione primùm dederat drachmam, & binas drachmas. Propinatur ex hydromelite, vel decocto polypodij cum aniso, cumino, lasere. Vide quid dicat fine huius Aphorismi; videbis perperam accusati veteres, quòd medicamenta vehementissima exhibuerint. Nam quemadmodum superiùs summo iudicio clysteres adhibuit, ita hæc medicamenta optimis distinctionibus circumscripsit. Elleboro itaque nigro educit Hippocrates causam coniunctam pleuritidis inferioris. quia verisimile est ipsam materiam crassam esse, fæculentam, lentam, viscidam, ac melancholicam: quæ, si tenuior fuisset, potiùs in altiores fuisset delata partes, quàm inferiores. Hac enim materiæ diuersitate distinguit Hippocrates anginas, æstiuas, id est veras, ab hyemalibus, id est nothis: quòd in angina æstiua, materia tenuior ad vltimas etiam venas capillares gutturis pertingat. Sed in hyemali, materia crassior in faucibus hæret. Præter autem elleborum & peplium, dicit Hippocrates alia quoque exhiberi posse: vt folliculos sennæ in decocto prunorum maceratos. Et Galenus hîc hieram, & medicamentum ex colocynthide præscribit. Meminit etiam Hippocrates coloris. ita quidam atrore cassiæ offenduntur, licet alioqui sit innocentissima, fœliciſſimeque aliquem moueat. vt sume cassiæ extractæ semunciam: dein hauriat vncias tres decocti prunorum cum folliculis sennæ: purgabitur sine vllo naturæ detrimento. dicet quis, 1. Aphor. penultimo, vbi dicit Galenus, non minimum periculum est in acuto morbo vti pharmaco: nam ea calent, & febris frigida postulat. Huc accedit quòd Hippocrates libro De fracturis, in calcis fractura præscribit quidem elleborum, modò, inquit, absit febris. Sed in casu præsentis Aphorismi impossibile est abesse febrem, cùm febris sit vnum ex signis pathognomonicis pleuritidis. Ergo non solùm non præstantissimum erit remedium, vt habet Hippocrates, ellebotus ad inferiorem Pleuritidem, sed planè noxium. Fortè dices, quòd Hippocrates non negat huiusmodi conuenire purgantia in febre: nam, vt dicit Galenus in Commentario, licet ob igneam febris caliditatem non adhibeamus purgantia, adhibemus tamen propter humores ipsam facientes, vt maior ex noxiorũ humorũ euacuatione sequatur vtilitas, quàm sit detrimentum id, quod necessariò ex pharmacis purgantibus accidit. Ideoque dicere Hippocratem rarò pharmacia vtendum in acutis: idque cum magna præmeditatione. Sed contra, Galenus circa finem huius, dicit, considerandum esse medico num sit homo idoneus ad pharmaciam. nam, dicit, qui multa ex cruditate laborant, & qui tenaces & crassos cibos assumpserunt, & quibus hypochondria sunt tenta & inflata, vel supra modum calida atque ignea existunt, incommodè purgantia præscribuntur. Atque hîc aliqua est viscerum inflammatio. Propter has difficultates, rectè hîc dicit Galenus, potiùs phlebotomiam adhibendam esse. nam quamuis minùs auxilietur quàm purgatio, tamen tutius fit, quàm purgantia dare illa, cuius naturam peculiarem explorata non habes. Et, dicit ad finem, cùm febris vehemens non fuerit, naturamque laborantis expertus fueris, ad medicamentum purgans te conuertes.

Videndum quibus quo tempore elleborus albus detur: nunquam ad febres dedit elleborum Hipp. & copiosiore diætâ & potu humectari antè debet corpus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XII. Τὸν μὲν ὄντως πλευρίτιν, ὁκόταν ἐπιφέρωσι τὸ φάρμακον, ὑποῤῥοφεῖν αὐτικα χρὴ διδόντα, ὡς ἥδιστον * ἄξιος λόγου, * ἄξιον ὁκόσον εἰδέναι.

XII. 1 *Verùm enim verò simulatque pharmacum biberit quis, ptisanam sorbendam exhibere oportet, nec parciore manu, quod sanè commemorabile sit, quàm sumere consueuerit.*

COMMENTARIVS.

1 Tradita curatione pleuritidis, redit ad cibi exhibitionem; eius nimirum qui pugnat eadem ratione cum morbo, & naturæ studet: cuiusmodi est ptisana. Quoniam autem medicamenti vis est attrahere humorem peccantem; naturæ verò eundem attractum per superiora, vel per inferiora excludere: medicamentum mala sua vi ventriculum labefactat: is ergo firmetur. Vide Galen. De alimentis: vbi de pyris & malis, & hordeo. Mali vsum ibi describit, vt eo bilis ardor extingueretur; & vis ventriculi collecta, ad excretionem excitaretur. Cardiogmos enim & καῦμα ventriculi, in omnibus morbis acutis sunt funesta. Ob eandem quoque causam hîc præscribit post hauſtum purgantis medicamenti ptisanam: quòd omne pharmacum deleteriæ cuiusdam facultatis sit particeps, ventriculoque & eius ori infestissimũ. Præscribit, inquam, sorbendam ptisanam, vt testiruatur ventriculi orificium & demulceatur. ne videlicet medicamenti acrimoniâ stimulatus ventriculus in sympathiam trahat cerebrum: quod facilè fit, ob generis similitudinem, & vasorum communitatem. Sic cassiæ bolo deuorato, exhibendum est iusculum aliquod ad confirmandum os stomachi: est enim cassia ventriculo ingrata, etenim ipsum subuertit, & nauseam parit. Benè ergo cassiæ subiungitur aliquod iusculum: non vt ipsa tantùm diluatur in fundo ventriculi, ne natura famelica inde nutrimentum capter; sed vt illud lentum cassiæ eluatur, quod stomachi parietibus illinitur: Mulierculæ etiam passim exhibent post hauſtum medicamentum pomum acidum vel acerbum, ad confirmandum os ventriculi, & robotandum ventriculum; vt collectis viribus, humorem vi medicamenti attractum excludat. Hinc facilè constat, quàm præceptorum Hippocratis sint ignari, qui non putant exhibendum iusculum vllum, ante quatuor horas à sumpto medicamento: quòd putent aliquam vim sumpti medicamenti dilui & infringi; & iusculum illud infici qualitate pharmaci, atque sic in venas attractum multum detrimenti adferre. Docet igitur Hippocrates hoc Aphorismo, A purgantis medicamenti potu ptisanam supersorbendam: sed vbi purgatio cœpit, ab ea vult abstineri: ne exoluatur pharmaci vis.

2 Ad

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 312 sur 513

2 Ad amotionem cauſæ coniunctæ pleuritidis inferioris; ex elleboro, peplióue ſumpto.

3 Ne diſſoluatur vis ſtomachi, aut conuulſio excitetur medicamenti acrimoniâ. Ideò ſorbendum: vt eluatur quod contumaciſſimè adhæreſcit. ſola ptiſana non ſubuertit ventriculum. Nam virus inſitum habet catharticum, quo irritatur natura. Quædam attrahendo purgant: alia purgant calore.; ſed non καλὰ ἢ χρίσιμα, vt piper & antimonium: hæc exaſperant. alia lubricando purgant, vt borago butyro condita, beta, braſſica, caſſia, quæ meatus ſubit, laudatum remedium. Eius cortices etiam puerperis maximè proſunt, quibus lochia ſunt ſuppreſſa. Hippocrates, quia omne catharticum quid viroſi habet, condit aniſo: ita caſſiæ, quia pinguedine quadam lædit os ventriculi, quid addimus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIII. Ἐπεὶ ἢ χρὴ λόγον ὧδε, μισεοντὸς τὴ κοιλάσιος 1 μὴ διδόναι φορβὴν. 2 Ὅταν δὲ λύσῃ ἡ κοιλάσις, τότε 3 ἐλαύνειν μᾶλλον ποιεῦντα, ἢ σῖτον ἐνδιδόναι. 4 Μετὰ δὲ τοῦτο ἀναγκάσω * δὴ τὸ πρόσθεν, ἢν ἢ τὰ ὁδὼν πεπαυμένα † εἶναι, καὶ 5 μηδὲν ἄλλο ἐναντιῶσθαι.

XIII. *Quandoquidem rationi conſentaneum eſt, medio purgationis curſu ſorbitionem 1 non exhibere. Sed cùm 2 purgandi finem fecerit, 3 tunc parciore manu ſorbeat quàm conſueuerit. 4 Poſtea verò paulatim ptiſanæ acceſſionem adiungat, ſi & dolor conquieuerit, nec aliud 5 quippiam obſtiterit.*

COMMENTARIVS.

1 Ne ſcilicet natura incepto vel à medio inſtituto deſiſtat. Cuius quidem partes ſunt humores excludere; vt medicamenti, attrahere. Quòd natura, exhibito cibo, ad eius confectionem (à primo auocata inſtituto) ſe conuertat. quæ, duo negocia ſimul obire non poteſt. & crudus ſuccus facilè in venas trahetur. Niſi tamen lipothymiæ aut alterius mali periculum incidat.

2 Id eſt, cùm purgatio medici votis reſponderit, & penſum ſuum abſoluerit.

3 Vt natura medicamento adhuc infirmior, cibi copiæ par eſſe poſſit. ac, ne crudus humor, in ea naturæ infirmitate ab exhauſtu, & purgatione, in venas præpropere rapiatur. Nihil peſtilentius aut calamitoſius, quàm abſoluto medicamenti penſo, genio indulgere. Quia pepſis in vitio eſt & anadoſis. natura enim ſuſtinuit vim medicamenti viroſi, vnde iam effœta eſt & ſegnis, quia etiam primo die ægri genium defraudaſti. Si itaque tunc cibum exhibueris, ſiſtetur aluus, ſequeturque vaſorum omnium confuſio. & prima concoctio mala non emendatur à ſecunda. A purgatione igitur minus dandum. deinplus, & id ſenſim, ſi dolor ceſſarit, & nihil prohibeat.

4 Biduum videlicet, vel triduum.

5 Vt aluus aſtrictior: aut ſi de integro inciderit neceſſarius vſus cathartici.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIV. 1 * Αὐτὸς δὲ μοι λόγος ὅτι, καὶ ἐν χυλῷ δεῖν, πλησιάσαι 2 χρέος.

XIV. 1 *Eòdem etiam ſpectat hæc mea oratio; ſi ptiſanæ cremore [tantùm] vtendum 2 eſt.*

COMMENTARIVS.

1 Quaſi dicat: Eadem cautione vtendum in cremoris ptiſanæ exhibitione, ac in ptiſanæ integræ, vt monuit antè. Vtendum enim eſt tantùm cremore, cùm factus fuerit morbus humidior, ineunte cibi vſu. In omnis morbi acuti curatione, duæ ſunt Indicationes. vna ſumitur à viribus, altera à morbo & eius hiſtoria. Studendum eſt enim naturæ & cum morbo pugnandum. ſed ita eſt ſtudendum naturæ, ne morbus procraſtinatione vires acquirat eundo: ac rurſus ita cum morbo pugnandum, vt non negligatur vis ægri. Dum igitur ſiccus eſt morbus, priùs in curam morbi eſt incumbendum, quàm naturæ ſtudendum. Sed obiicies, In tenui victu plus delinquunt homines, quo fit vt magis lædantur, 1. Aphor. 5. Diſtinguo: Si vires valeant, nec vllum immineat infirmitatis periculum vel humoris à copia, aut corruptelâ, vel à peculiari ægri natura, quòd is reſolutioni non ſit obnoxius: ſi quoque videatur breuis futura morbi hiſtoria, neque fractis viribus morbus inciderit, ægrum oxymelite, potu aquæ calidæ, aut melicrato recreabis, 1 acut. 41. Si verò in ſummo infirmitatis periculo ſit æger, adhibita prouiſione, dolore ſedato, ſublata ſpirandi difficultate, ſoluta aluo, primo vel ſecundo die cibum exhibebis; nec exſpectabis illud tempus, quo naturæ & morbi certamen eſt in procinctu. Tunc enim in tenui victu delinquunt, qui, nulla adhibita diſtinctione, in initio tenuem ita præſcribunt victum, vt circa ſtatum ipſum augere cogantur. nam ſunt quidam morbi acuti (vt habet 1. Aphor. 4.) in quibus tenuis huiuſmodi victus non conuenit: quorum nimirum longior eſt hiſtoria futura, & qui fractis iam viribus accidunt. Quoniam igitur in virtute debili exhibendum eſt alimentum, nam priùs hîc naturæ eſt ſtudendum: ita oportet à pleniore manu, & qualitate & quantitate, progredi ad parciorem.

2 Ineunte cibi vſu, facto humidiore morbo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XV. a Φημὶ δὲ ἄμεινον εἶναι αὐτίκα ἀρξάσθαι τὸ διδόναι φορβὴν, μᾶλλον ἢ κατασκεπτομένους ἄρξασθαι τῆς φορβῆς, ἢ 2 τριταίων, ἢ τεταρταίων, ἢ πεμπταίων, ἢ ἑκταίων, ἢ ἑβδομαίων, ἢν γε μὴ 3 πρόσθεν ἢ κοῦφον ἐν τυτθῷ τῷ χρόνῳ.

XV. a *Mea quidem hæc eſt ſententia, idque aſſero, præſtabilius eſſe ineunte morbo ſtatim omnino 1 ſorbere, quàm 2 ab exhauſtu fractis iam viribus ſorbitionis vſum inire, 3 aut tertium morbi diem agentem, aut quartum, aut quintum, aut ſextum, aut ſeptimum; niſi intra illud tempus 4 natura triumphârit de morbo.*

COMMENTARIVS.

a Studendi naturæ & cum morbo pugnandi non eſt eadem ratio in morbis omnibus acutis. Nam ſi ea ſit morbi acuti ſpecies, motus, vis, ac mos, vt priùs in ipſum ſit incumbendum, quàm naturæ ſtudendum, naturæ non ſtudebis. nullus enim morbus, vt morbus eſt, ad cibum nos inuitat: ſed à cibo potiùs auocat. Si itaque videatur breuis futura morbi hiſtoria, & ægri vires valeant, neque vllum infirmitatis periculum immineat, natura eſt tantùm potu, ſine vlla priſana recreanda. ſin diuturnior videatur futura morbi hiſtoria, vel ægri vires ſint infirmæ, aut infirmitatis periculum intra tempus criſis immineat; nihil priùs agendum quàm vt vires, tum cibo tum potu confirmentur. Priuſquam tamen naturæ ſtudeas, hoc agas, ne naturæ ſtudendo, dolorem ſpirandiue difficultatem augeas. non enim cibus eſt exhibendus, antequam ſoluta aluo conquieſcat dolor, & ſymptomata illa grauia concidant. quibus ſedatis ineunte morbo, cibum dabis, à pleniore manu ad parciorem progrediendo: quia quo propiùs abfuerit omnis morbus à ſtatu; eò parciùs cibandum: quo verò longiùs, eò pleniùs.

1 Quantum exhauſti metus ſuadet, capiendique cibi conſuetudo.

2 Ab inedia fractis, & in infirmitatis metu, vt fit in peculiari natura, quæ facilè exoluitur, & humorum inopiâ, vel corruptelâ eorum.

3 Nam in ſtatu de cibo vereri oportet. Ergo, ſi

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 313 sur 513

quinto morbi die ſtatus ſit futurus, nec ſolo potu perſiſtere poſſit, fœliciùs, dicit, ineunte morbo ptiſanam dabis, & non quarto, nec tertio die ſorbitionem inchoaueris rectè. Ita, dicit, ſi qui quinto, ſexto, vel ſeptimo ſorbere incipiunt, falluntur: modò ante hoc tempus criſis non fuerit peracta.

4 Id eſt, niſi intra illud tempus certamen naturæ & morbi ſit in procinctu. Per criſin, dicit Galenus, non perfectam criſin, ſed ἀξιόλογον μεταβολὴν intelligit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVI. Αἱ δὲ πεπαυμέναι καὶ * 1 τούτοισι ὑποπλήσιαι ποιητέαι, 2 ὁκοῖαι, ἤδη εἴρηται. Περὶ μὲν δὴ φορήματος * πρόσφασιος * ἔστω 3 μοι λόγος.

* δὴ
* προσφάσιος
* ἔστω

XVI. *Sed eadem cautio vel prouiſio eſt adhibenda* 1 *his, qualis iam: aliis præſcripta eſt. Ac de ſorbitionis acceſſione* [*& vſu*] 3 *ita ſentio.*

COMMENTARIVS.

1 Qui ob virium infirmitatem, aut infirmitatis metum ptiſana vti debent, ineunte morbo: & qui à pleniore victu ſe ad tenuiorem conuertunt, perſeuerante morbi hiſtoria.

2 Qui integris viribus, cum ſecuritate, in breui hiſtoria, ad diem criſeos peruenire poſſunt. Quæ verò ſint hæ prouiſiones, docet Galenus in Commentariis: vbi dicit, quibus ineunte morbo ſorbitionem daturus ſis, præparationem fieri præcipit: id eſt, venæ ſectione, vel clyſmis, ſiue balanis vtendum ſit, illud priùs fiat.

3 Id eſt, de ratione ſtudendi naturæ ſorbitionis vſu, ita ſentio. Quia προσφάγματα vocant cibum & potum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVII. a Αὐτὰρ καὶ περὶ ποτῆς, ὁκοίη ἂν τις μέλλῃ πίνειν τῇ 1 χαψηφορίῳ * αὐτὸς μοι λόγος. 2 τὸ ὀπίσω δέ.

* αὐτὸς

XVII. a *Quinetiam & de potione qualis cuique conſentanea futura ſit,* 1 *earum* [*ſcilicet quarum*] *præcepta trademus, eadem quoque mea* 2 *ratio eſt.*

COMMENTARIVS.

a Hæc genuina vbique Hippocratis eſt ſententia. Si breuis futura ſit morbi acuti hiſtoria, vt ſi quarto vel quinto die finietur, & ſi vnâ ægri vires ſint firmæ, ſine infirmitatis metu, inedia vel potione (vt melicrati; vel oxymelitis, quod cuique conueniat) perduret vſque ad vigorem. Sin longior futura ſit morbi hiſtoria, vel ſi ægri vires non ſint validæ, aut ſi adſit metus infirmitatis, ſtatim ſorbeat ptiſanam, vt integris viribus veniat ad criſin; ne ſi ineunte morbo inediam præſcripſeris, poſtea cùm ad criſin ventum fuerit (vt quarto vel ſexto die) cogaris cibum dare. Sed tamen, ſiue potu, ſeu ſorbitione vti debeat æger, ſemper antè prouiſio habeatur totius corporis venæ ſectione, &c. vt dolor ac ſpirandi difficultas concedant.

1 Lib. 3. vini, melicrati, aquæ, oxymelitis.

2 Vt nimirum, antequam exhibeatur quod cuique conſentaneum eſt, clyſtere, aut ſectione venæ, vel purgatione, vtcumque eſt opus, eam prouiſionem adhibeat, ne dolor excitetur, vel iam excitatus augeatur, difficultas ſpirandi adferatur. Si, dicit, ſolo potu, citra ptiſanæ ſorbitionem, texeris ægrum, hanc prouiſionem etiam adhibebis, nimirum vt dolor vacuando ſedetur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVIII. 1 Οἶσι δὲ ἢ τὰς ἰσχὺς τὰ 2 ἐναντιώτατα ἢ ὡς δεῖ * πεπέπτηται· βάλλουσι δὲ ἅπαντες ὕδωρ πρὸ τῆς δεχάτης τῆς νούσου * 3 προτιθεῖσι τοῖσι ἀνθρώποις, ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας ἢ καὶ πλείονας, ὅταν προσφέρῃ τὰ φορήματα, καὶ τὰ ποτὰ καὶ ἴσως τι καὶ εἰκὸς ἦν * δύνειν αὐτοῖσι ἔνι, μεγάλης τῆς 4 μεταβολῆς γιγνομένης τῷ σώματι, μέγαν κάρτα καὶ δύσμετα-βάλλειν. Τὸ δὲ μεταβάλλειν μὴ, οὐκ ἔχει μὴ οὐ μέγαν ὀρθῶς μεῖζον μεταβιβάσειν καὶ ἐν μεταβολῇ· καὶ ἐν τῇ μεταβολῇ ἡ προσφορὴ τῷ σώματι ὑπὸ μᾶλλον.

* πεπέπτηται
* 3
* δύνειν

XVIII. 1 *Sed tamen animaduerti medicos longè ſecus* 2 *atque factu eſt opus facere. Etenim placere illis video, ineuntibus morbis, cum agros* 3 *inediâ confecerint, planeque exhauſerint, biduum,* 4 *triduum, aut eo plus etiam, ita ſorbitiones exhibendas eſſe, & potiones: ac fortaſſe ob eam cauſam illis* 5 *conſentaneum eſſe videtur, quòd incidente* 6 *magna in corpus mutatione, maxima quoque mutatio fortiter ſit opponenda.* 7 *Sanè quidem* [*fateor,*] *mutandi ratio eſt rectè comparata, quæ non eſt infra modum: ſed tamen conuenienter* [*cuique naturæ*] *mutationis progreſſus adiungere oportet: & ab ea mutatione, ciborum quoque religioſius eſt* 2 *adiungenda acceſſio.*

COMMENTARIVS.

1 Redit ad medicos, qui ſine diſtinctione de ptiſanæ exhibitione dicebant. Hi ineunte morbo inediam præſcribebant: hinc illico (vt die quarto) ſorbitionem vel potum.

2 Id eſt, ſine vllo delectu hiſtoriæ morbi, virium ægri, peculiaris cuiuſque naturæ & conſuetudinis.

3 Ducta metaphora à rebus ſale conditis.

4 Nec antè. qui in hoc certè errant, quòd non aduertant, quaſdam naturas impatientiſſimas inediæ eſſe; alias verò in ſeptimum diem inediam perferre.

5 Nimirum vt ita faciant.

6 Quaſi dicant, æquali contrariorum exceſſu, contrarius naturæ exceſſus eſt abigendus.

7 Sic argumentantur: Æquali contrariorum exceſſu, contrarius naturæ exceſſus eſt abigendus: Ergo, quibuſcumque incidit magna corporis mutatio (vt fit dum quis ex temperato fit intemperatus) iis magna eſt opponenda mutatio. Reſpondet Hippocrates, id quidem rectè fieri in aliis remediorum generibus, ſed non in diæta. nam quando de diæta agitur, omnis mutatio cuique naturæ peculiari eſt adiungenda: quòd περιέχομεν τὰ ἄνω, aut puer diu inediam ferre non poſſunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIX. a Μᾶλλον μὲν ἐν b βλάπτοιντο ἄν, εἰ μὴ ὑρτὸς μᾶλλον οἱ 1 ὀλίγοι τῆσι πλησμοσύνησι χρέωνται. 2 Βλάπτοιντο δ' ἂν καὶ οἱ μοῦνον τῷ χυλῷ χρέωμενοι. * ἧκιστα δ' οὗτοι.

* Βλάπτοιντο δ' ἂν καὶ οἱ μοῦνον τῷ πτῷ χρέωμενοι.
* ἧκιστα.

XIX. a *Ergo* b *maxima ſentient incommoda, niſi conuenienter mutatio iis adiungatur, qui* 1 *integra ptiſana vtuntur.* 2 *Afficiuntur quoque ſeu læduntur qui ſolo cremore vtuntur: minus tamen hi.*

COMMENTARIVS.

a Periculoſa eſt omnis inconſiderata victus mutatio: periculoſior inconſiderata diætæ acceſſio; vt quoque in ſanis.

b Id eſt, maximis damnis augentur: vt alui profluuio, & difficultate ſpirandi. Hinc malè medici tunc ſecant venam in difficultate ſpirandi, quia hæc non eſt morbi propria, ſed ex vitio diætæ oborta. Sententia Hippocratis eſt: inedia triduana damno eſt, ſi quarto die in ptiſanam totam transferatur æger.

1 Qui nimirum ſuo iure integra vti ptiſana non poſſunt, id eſt, ſi quid in qualitate, & vtendi modo peccetur.

2 Poſt triduì inediam.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 314 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XX. 1 Χρὴ δὲ καὶ τὰ μαθήματα ποιεῖσθαι ἐν τῇ διαίτῃ ὀρθῶς ἀνθρώπων ἐπ' ὑγιαίνοντων 2 οἷα ξυμφέρει. Εἰ γὰρ δὴ τοῖσι γε ὑγιαίνουσι * φαίη τις διαφέρειν μεγάλα τὰ τοῖα * τοῖσι διαιτήμασι, καὶ ἐν 4 ἄλλῳ * ἄν τινι καὶ ἐν τῇσι 5 μετακολλήσι, πῶς οὐχὶ καὶ * ἐν τῇσι * νούσοισι διαφέρει μεγάλα, ἢ τοῦτον ἐν τῇσιν ἐξυτάτῃσι μάλιστα;

* φαίητο
* τινί σε
* νούσῃσι
* ἢ γε

XX. 1 *Sed huius rei documentum* capere oportet ex hominum benè adhuc valentium diæta quæ cuique* confert.* 3 *Nam si etiam in sanis multùm interesse videatur inter huiusmodi & eiusmodi* victus rationem, idque cùm in aliis* 4 *rebus, tum verò in* 5 *mutationibus, quid ni etiam multò magis in morbis differunt; atque inter eos morbos qui* 6 *acutissimi sunt?*

* statuere
* consentanea vel accómodata.
* cibos.

COMMENTARIVS.

1 Vel, firmissimum hoc documentum adferri potest.

2 Qualia sunt ex vsu.

3 Quasi dicat, Si sanis damno est subitaria victus translatio in contrarium; multo magis ægris: & maximè his, qui acutis morbis impliciti iacent.

4 Ad diætam pertinentibus, qualitate, quantitate, & vtendi modo.

5 Vt si incœnatus quis dormiat, qui bis die cibum capere consueuerit; pessimè de se merebitur, qui pridianam illam abstinentiam, postridie duplici quantitate compensare studet: quòd naturam subitò conuertat ab ocio ad negocium.

6 Et qui secundum pestilentes calamitatis primas obtinent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXI. Ἀλλὰ μὴν σύνταμίδησόν ἐστιν, ὅτι φαύλη διαίτη βρώσεως καὶ πόσεως, αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς ἀεὶ, ἀσφαλεστέρη ἐξ τὸ ὀλίγον ἐς ὑγιείην, ἢ ἐάν τις ἐξαπίνης μεγάλα μεταβάλλῃ εἰς ἄλλο * χρήσιον.

* χρείσσον

XXI. *Verùm enimverò facilè perspici potest quòd* sine arte diæta, vel diæta susque deque habita cibi & potionis, ipsa sibi semper* 1 *similis sibique nunquam impar, salubritati corporis omnino accommodatior est, quàm si quis repentè* magnam ab rerum meliorum vsum mutationem fecerit.*

* susque déque habita victus ratio,
* vel, diætã in melius commuter.

COMMENTARIVS.

1 Et mutationis expers: consentanea sibi, atque cohærens. quasi dicat, validæ & repentè factæ mutationes, sanos affligunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXII. a Ἐπεὶ καὶ τοῖς δὶς 1 στρεμμύνοισι ἡ ἡμέρης, καὶ τοῖσι μονοσιτέουσιν, αἱ 2 ἐξαπίνιαισι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀρρωστίην παρέχουσι. Καὶ τοὺς γε μὴ μεμαθηκότας ἀείσαν ἢν * δειπνέωσιν, aa δίδωσι ἀρρώστους ποιέειν, καὶ 3 βαρέας ὅλον τὸ σῶμα, καὶ 4 ἀδηρεῖς καὶ b ὀκνηρούς. Ἢν δὲ καὶ 5 ὀπιδειπνήσασιν, * 6 ὀξυγιμάδεας, ἐνίοισι δὲ οὐ καὶ 7 πτάρνην ἤνεγκε. 8 Ὁκόταν παρὰ τὸ εἰθισμένον ἡ κοιλίη ἐέδηται μᾶλλον, 9 ὀπιζυμάνεσθαι, καὶ μὴ δὶς διαχωρέειν, μηδὲ δὶς ἐφίεν τὰ σιτία.

* ἀεισάσιν,
* ἐξυγιμάδεας,

XXII. a *Quandoquidem & iis qui* 1 *bis die pastuminire consueuerunt, & qui semel cibum capiunt, repentinæ* 2 *mutationes,* damna & infirmitatem adferunt. Ac sanè qui prandere non * consueuerunt, si fortè illi prandenti,* aa *repentè facit infirmos, ac toto corpore* 3 *graues &* 4 *imbecillos, & pigros* 5 *in agendo. Quodsi & ei prandio [prater morem]* 6 *cœnæ accessio fiat, acidum* 7 *eructare facit, & nonnullis etiam crudis* 8 *multis cibis fertur aluus. Cùm prater institutum & morem onusta cibis redditur aluus* 9 *siccitati assueta, nec assueta bis tumescere, neque bis cibos coquere.*

* Incómoda valetudinis, &c.
* didicere,

COMMENTARIVS.

a Quoties veteres in die pastum inierint disserit eleganter D. Mercurialis 4. lib. 17. Variarum lectionum.

1 Suo more, quasi dicat: Non mirum est si diæta susque deque habita cui quis assueuerit, accuratiore & meliore præstabilior sit, & sanitati corporis accommodatior. Primùm dixit subitaneam mutationem noxiam esse; iam quid noxæ inferat, si primò qui non assueti prandio, prandent.

2 In eo epularum numero.

a Symptomatis augentur, ac si morboaliquo laborarent.

3 Addit graue; vt ostendat infirmitatis causam esse virium oppressionem; madefacto cerebro. Tres enim infirmitatis sunt causæ, virium oppressio, (vnde imbecillitas & tremor) spirituum collectio & exhaustum.

4 Oppressione.

5 Vt neque manus suum officium præstet.

6 Si insueto prandio adiunxerint cœnam.

7 Eius causa est ἀπεψία vel δυσπεψία, quæ accidit vel à cibi qualitate vel humorum (adhærescentium ventriculo, vel in eo fluentium) copiâ, vnde obruitur calor: vel ventris infirmitate, in quo calor naturalis languet. Et signum est iam iam futuræ lienteriæ. Debiliore enim reddito calore, primùm fit ructus fatuus: biduo post, calore deprauato, sequitur ructus acidus; postridie calore labefactato, accidit lienteria, quæ στεατίλη Ionibus dicitur. Nam oxyregmia primigenia, signum est futuræ lienteriæ: secundaria, sanitatis.

8 Profusior fit nonnullis aluus, id est, planè lienterica. Quotiescumque aluus (id est, ventriculus) non suo more grauatur, quæ deficcari seu exhauriri consueuerat, nec bis intumescere, nec bis cibos mitificare, id est, si præter morem mutetur alui temperies, habitus, actio à cibi accessione, corpus hinc reddetur infirmum & graue. Mutatur alui habitus, quia bis intumescit: mutatur temperies, quia ventriculus fit humidior: mutatur actio, quia non bis mitificauit antea cibum. Lienteria fit, vel ventre aphthodi, vel cùm catarrhi vi stomachus cibum amplecti nequit, aut hecticâ intemperie.

9 Id est, abstinentiæ prandij assueta. vt cui à somno innatat humor ventriculo, siccatur prandij abstinentiâ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIII. 1 Ἀνήρ οἱ τετίσοισιν 2 ἀναστηκώσαι τὴν μεταβολὴν· ἐγκοιμᾶσθαι γὰρ χρὴ (ὥσπερ 3 νήπια * ἀνάγκητα μὴ τὸ δεῖπνον,) μὴ τὸ ἄεισιν τῶν μὲν 4 χρώτων ἀεσγέων· τὸ δὲ σῶμα 5 ἀδυλτέων. Ἢν δὲ καθεύδειν μὴ δύνωνται), 6 βαδιζέειν συχνὸν, ἔπειτα πλανδύνοντα μὴ * σεσήμως. Διαπίνειν μνδὲν, ἢ ὀλίγα, καὶ μὴ 7 βλαβερά· ἔπ δὲ ἥλιστον πιεῖν καὶ 8 μὴ ὑδαρές. Ἔπ δὲ μᾶλλον ἂν πονήσειεν ὁ τοιοῦτος, εἰ τρὶς σιτίσειτο ἡ ἡμέρης ἐς κόρον. Ἔπ δὲ 9 μᾶλλον εἰ πλεῖν ἅπαξ χρῖτο· γὰ πολλοὶ εἰσὶν οἱ ὠφόρους φέρουσι τρὶς σιτεόμενοι τὰς ἡμέρας πλήθοντες, 10 οἱ δὲ οὐ τοῦτον ἐδιδάξαν.

* ἀχάγκητα
* σεσήμεως,

XXIII. 1 *Ergo iuuat hos mutationem* 2 *resarcire: nam hos interdiu dormire oportet, (ac si de nocte à cœna somnus* 3 *ineundus esset,) à prandio* 4 *hyeme tepidè,* 5 *æstate caloris expertes. Quodsi somnum inire non possint,* 6 *breue spacium frequenter deambulando conficere oportet, nec stare oportet, neque conquiescere. Nihil cœnandum, aut parcâ manu, &* 7 *quæ minimè sunt noxia: parum bibendum,* 8 *nec vinum aquosum.* 9 *Atque hic sanè multis maioribus damnis augebitur, si ter die cibum capiendo saturetur abundè: multoque magis, si frequentius. quamuis non desint qui leuiter ferant epulas tres ad satietatem,* 10 *qui ita vitam instituerunt de more.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 315 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Iam breuiter docet quo modo læsiones obortæ, à subita inita mutatione castigentur.

2 Illam nimirum repentinam temperaturæ, habitus, & actionis, hæc ad æqualitatem reducere debemus: vt natura fiat cibi & potionis potens, quibus antè obruebatur.

3 Id est, non secus atque de nocte somnus iniri solet; vel non secus ac si noctem dormiendo exigerent, hoc est, diem in tenebras conuertant: vt, à prandio, ad cibi confectionem dormiant. dicet quis, Hippocrates libris Prognosticôn præcipit, cui interdiu dormiendum est, vt prima diei parte. id est, à sexta manè vsque ad horam decimam dormiat. Item somnus pomeridianus est omnium pestilentissimus. Fateor quidem; sed ex duobus malis, alterum quod minus est, eligendum est.

4 Id est, temperatè.

5 Quia calor dissipat calorem natiuum. vt hyeme se nudi lecto ponant: æstate, super lectum iaceant.

6 Deambulationum tria sunt genera Hippocrati non quidem modo, sed solo tempore distincta: lib. 2. De diæta ad finem: deambulatio matutina, ab exercitatione, & serotina, post prandium sta: post cænam ambula. Serotina confert his qui aluum humidam habent; hi parum bibant, & lentè ambulent distributionis causâ. Matutina, ad diadosin confert. Post exercitationem ὑποθεραπεία recreanda lassitudo: ne ex suppressione & putredine serosi humoris febricitent. Hîc dicit, festinandum lentè. Dicet quis; Hippocrates dicit, labor cibum præcedat. Respondeo: ambulatio non est labor, quia spiritus non alteratur.

7 Id est, Omnis mali expertia: quæ difficultate coquendi, & mala qualitate ventriculo negocium non facessunt.

8 Sed generosum meracius, iuuandæ coctionis gratiâ.

9 Id est, multò magis laborabit is, damnumque percipiet.

10 Id est, quibus id in more institutóque positum est.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIV. 1 Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ μεμαθηκότες δὶς σιτεῖσθαι τὴν ἡμέρην, ἢν 2 ἀριστήσωσιν, 3 ἀδυνατέουσι καὶ 4 ἀῤῥωστοῦσι μᾶλλον, καὶ 5 διψοὶ εἰς πᾶν ἔργον, καὶ καρδιαλγέουσι· 5 κινεῦσι γὰρ * ὀχέει τὰ 6 σπλάγχνα αὐτέοισι, καὶ 7 οὐρέουσι θερμὸν, καὶ χλωρὸν καὶ 8 ἀφορῆσι συνεχέως. Ἔστι δ' οἷσι καὶ τὸ στόμα 9 πικραίνεται, καὶ οἱ 10 ὀφθαλμοὶ κοιλαίνονται, καὶ οἱ 11 πρόσωποι πάλλονται, καὶ τὰ 12 ἄκρα 13 διαψύχει.

* ὀχέει

XXIV. 1 *Quinetiam qui bis cibum capere consueuerunt die, 2 si forte illi non pranderint, 3 sunt infirmi, 4 egrique iacent, & in agendo à timidi, & 5 cardialgici: etenim 6 viscera illis suspensa esse videntur, & 7 vrinam calidam & flauam reddunt, & * 8 stercus aduritur. Existunt etiam quibus 9 os amarescit, oculique fiunt concaui, 11 tum etiam in temporibus venæ micant, partesque 12 extimæ 13 perfrigescunt.*

* faces alui vrunter.

COMMENTARIVS.

1 Id est, quorum est institutum bis die cibum capere: prandere nimirum & cœnare.

2 Id est, prandio genium defraudarint. nulla necessitate naturæ coactis: natura enim otiosa esse nequit.

3 Id est, languidi & impotentes fiunt. hoc est, virium infirmitas, cum exhaustu coniuncta incidit, ab exhaustu spirituum & humorum. ἀδυνατέει enim accidit integris quidem musculis, sed infirmâ facultate, contrà, ἀῤῥωστέει infirmis musculis & in agendo pigris.

4 Symptomatis quibusdam. Non dicit eos iam grauari, vt Aphor. 22. dixerat: vbi, ad lineam 20. hæc explicat.

5 Vexati à stimulis biliosi humoris. morsu stomachi tentantur affluxu bilis: quæ, ob inediam, ad stomachum affluxit, & ob eandem inediam æstu incanduit.

6 Collapso ventriculi habitu: qui communis est fulcri loco, cum cibo intumuit: quò modicè distento viscera fulciuntur. vide Hippocratem lib. 3. De Articulis, in costæ fractura. Viscera intelligit Hippocrates lienem, & reliqua quæ ventriculo circumstant. Suspensa viscera sequuntur obstructiones, spirandi difficultas, & labefactatur vis eorum, & suspensio dolorem facit.

7 Febricitantium more, quòd serum sanguinis ignescat, bilis augeatur, calor in æstum degeneret: præsertim iis qui superiori ventre sunt biliosi. Rubent vrinæ, non à renibus, sed à venis vnde emanant.

8 Exhausto fœcum alui vehiculo. Sunt symptomata inediæ, non febris, quia bilis æstuat.

9 Vt πικρόχολοι τὰ ἄνω, diffusa bile in fundum ventriculi: quæ interioris tunicæ continuitate serpit ad linguam: quòd illa sit linguæ & palato communis tunica. triplices sunt πικρόχολοι, ἄνω, κάτω, & ἔξω. ἄνω, quibus bilis in fundum ventriculi influit: κάτω, quibus in intestina: ἔξω, quibus per totum habitum diffunditur, quemadmodum in ictericis.

10 Contractis musculis caloris incendio, humorisque inopiâ.

11 Aspectabili pulsu; non admota manu: caloris contra naturam vi. dicit πάλλον): quasi palmos adsit. vide Histor. 2. lib. 1. Epid. sect. 3. de Sileno. In Coacis Prænot. Aphor. 143. dixit pulsum lethargicorum esse deficientem: propriè accipiens pulsum, quomodo recentiores de pulsu loquuntur.

12 Frons, manus & pedes.

13 Stimulato à bile subiecto, & resoluta virtute. Refrigeratio est symptomatica, periodica, & critica.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXV. Καὶ οἱ μὲν πλέονες δὶς ἀνεστικάστων, ἢν ἀριστήσωσι, ἀδυνατοῦσι μᾶλλον καὶ ἀῤῥωστοῦσι καὶ διψοῦσιν εἰς τὸ ἔργον. Ἐκπιόντες δὲ βαρύνονται τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀσκοιτίζουσι πολὺ μᾶλλον, ἢν εἰ μὴ ἀριστήσειαν.

XXV. *Ac sanè plurimi qui se prandio defraudârunt, cibum capere in cœna non possunt. Quodsi cænauerint, alui afficiuntur grauitate, multòque difficilius iacent, quàm si prandissent.*

COMMENTARIVS.

1 Labefactata vi appetendi, immutatione temperamenti, habitus, & actionis ventriculi.

2 Id est, quasi ægri in lecto permanent.

3 Propterea aluum suo officio continuissent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVI. Ὅπου γὰρ ἐν τοιούτοισι γίγνεται τοῖσι ὑγιαίνουσιν ἕνεκεν ἡμέρης ἀπὸ δείπνου μεταβολῆς καὶ τοῦ ἐθέος, ἥτε προσθεῖναι καὶ ἀνελεῖν φαίνεται, ἔστι ἀφελεῖν.

XXVI. *Quando igitur huiusmodi omnia cadunt in sanis etiam ob mutationem à cibi dimidio diei prater morem & institutum diæta, neque ciborum accessionem facere, neque ipsos deducere [inconsideratè] videtur, deberi.*

COMMENTARIVS.

1 Quasi dicat: Ergo si hæc eiusmodi sunt, vt nimirum tanta circumueniant incommoda eos, qui cum

cùm ſemel aut bis paſtum inire conſueuerint, inſtituto ſuo diſcedunt dum ſani ſunt: quid igitur ægris;

2 In quantitate epularum & numero.

3 Hippocrati quatuor ſunt ſcopi, quos vult ſedulò inſpici in ordinanda diæta, ægri vires robuſtæ vel infirmæ: robuſtæ, ſine infirmitatis metu, vel cum infirmitatis metu & periculo. morbi hiſtoria longa vel breuis. peculiaris ægri (vt ſi picrocholos) ac corporis vniuerſi natura & peculiaris conſuetudo partium nutritioni dicatarum, quòd ventriculus ſemel vel bis intumeſcere vel concoquere conſueuit. Nam ex neglectu aliquo horum quatuor locorum communium, vel perperam & præter morem immutato, prouenit omnis in morbis calamitas, imò morbus qui erat ſpecie ſalutaris, fit calamitoſus & funeſtus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVII. 1 Εἰ τοίνυν ὅτος (ὁ παρὰ τὸ ἔθος μεταστήσας) ὀλίγῳ τῳ ἡμέρων 2 κενεαγγήσας, διεπήσειεν ἀσύνηθες, εἰκὸς αὐτῳ, εἰ τότε ἀνάγκη ἔσῃ, ἐπίνες ϗ, b ἔῤῥωσει, διεπήσειε δὲ τότο 3 βαρὺς ἂν, πολὺ μᾶλλον βαρυώδης. Εἰ δ' γε ἔτι * πλείονα χρόνον κενεαγγήσας, ἐξαπίνης μεταδιεπήσειεν, ἔτι μᾶλλον ἂν βαρυώδης.

* ἀπέλθοι

XXVII. 1 *Ergo ſi hic (qui ſemel nec ſuo more paſtum initit) exhauſto 2 per totum diem corpore, * tantum incœna cibi adhibeat quantum a conſueuit, conſentaneum eſt eum, ſi cùm impranſus * laborat languidusque* b *erat, cœnatus autem [eo die quo prandio defraudatus erat] 3 grauitate corporis opprimebatur, multo etiam c grauiùs affici. Quòd ſi etiam diutiùs abſtinentia cibi exhauſtus, repentinam cœnæ acceſſionem adiungat, multò etiam magis grauitate laborabit.*

* & non plus

* id eſt, laborum & exercitiis inſubieti,

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, qui (non ſuo more) ſemel paſtum inhit; id eſt, ſi quis, non ſuo more, impranſus manens, minus conſueto cænârit, nocte grauetur: magis grauatur qui plura ſolito eſt cænatus. qui verò diutiùs inanitis vaſis (nam quidam impranſi præter conſuetudinem, tardiùs, alij breuiùs ad cænam ſe vertunt) repentè cænauerit, magis adhuc grauabitur.

2 Vel integra totius diei inedia exhauſtus.

a Subintellige; & is tamen malè id ferat.

b Eóque longè magis ab exhauſtu laboret.

3 Id eſt, laboraràt repentina mutatione ab ocio ad negocium, immutata iam temperatura alui, collapſoque habitu, & langueſcente actione coquendi.

Quia vbi fames, laborandum non eſt; id eſt, ad exhauſtum, noua exhauſti cauſa non eſt adiungenda.

c Id eſt, grauiùs afficietur qui plus etiam comederit quàm conſueuit; & ſi tardiùs cænarit is idem, inquit mox.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVIII. 1 Τὸν μὲν οὖν ὅλως τὸ εἰθισμένα κενεαγγήσαντα, συμφέρει τοῦτον τῳ ἡμέρῳ ἀντισπᾶσαι ὧδε· 2 ἀσιτίῃσι καὶ ἀδιψησίῃσι καὶ ἀπαλαιπωρίῃσι· τοῦτο γὰρ ἅπαντα βαρέως ἂν 3 ἐνείκοι καὶ τὸ 4 δεῖπνον συχνῷ ἧσσον πονήσας· ἢ ἂν μὴ ξηρὸν, ἀλλὰ τῷ a πλαδαρωτέρῳ χρήσας· καὶ 5 μετὰ ταῦτα πεῖν μὲν ὑδαρὲς, μίκτε 7 ἔλαιον ἢ κρέα λόγον τὸ βράσματος, καὶ τῇ ὑστεραίῃ 8 ὀλίγα ἀρίστησαι, ὡς ἂν προσαγωγὴς ἄρξῃ) εἰς τὸ ἔθος.

XXVIII. 1 *Ergo eum qui non ſuo more abſtinentiâ cibi exhauſtus eſt, iuuat eodem die iacturam ſic reſarcire & compenſare; vt primùm 2 frigoris, caloris, atque laborum ſit expers: hæc 3 enim omnia grauiter moleſteque tulerit: 4 cœnamque parciùs multò ineat quàm conſueuerat: nec cœnam quidem ſiccam, ſed a humidiore forma & ſpecie. 5 indeque bibat non 6 aquoſum vinum, nec in minore manu 7 quàm cibo reſpondeat; & poſtridie parcè 8 prandeat, vt cibi acceſſione paulatim facta ad inſtitutum redeat.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, qui cùm bis die cibum capere conſueuit, ſemel tantùm paſtum iniit.

Primùm de redintegratione egit eorum qui prandêrunt non ex more. iam eorum qui præter conſuetudinem non prandêrunt.

2 Id eſt, vacent frigore, calore, labore animi & corporis. frigore calidum fluens intrò fertur & augetur. calor naturalis cùm non inuenit ſubiectum, cibum, in quod agat, viſcera conſumit. Duplex in ventriculo eſt virtus, fixus calor, id eſt humidi primigenij & calidi natiui perfuſio: vernaculam ideam præſeferunt alui: & à calore fluente caler.

3 Nam vbi fames, laborandum non eſt: ad exhauſtum noua exhauſti cauſa non eſt adiungenda.

4 Id eſt, deducant alteram partem cibi aſſueti. Quare vbi ob longiorem abſtinentiam afflictus eſt ventriculus, parciùs cibis indulgendum: & humidis vtendum.

a Forma & ſpecie: nam humida faciliùs coquuntur. & inediâ ſiccatus eſt ventriculus & corpus.

5 Sumpto cibo.

6 Naturâ vel arte vt iuuetur concoctio, infirmis iam ventriculi viribus.

7 Ne exhauſto ventriculo non ſit congruens.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIX. Αὐτοὶ μὲν τοι σφῶν αὐτῶν διαφωρήσειν δὴ τὰ τοιαῦτα 1 φίρεσιν οἱ πικρόχολοι τὰ ἄνω.

XXIX. 1 *Sed ſanè multò grauiùs ferunt inſuetam cibi abſtinentiam qui parte ſuperiore a ventris ſunt biliоſi.*

COMMENTARIVS.

1 Horum Aphoriſmorum ſententiam elegantèr explicat Galenus Aphoriſmo 32. huius. Symptomatis grauiſſimis fœta eſt hæc noxa picrocholis; maximeque laborioſa: longè enim difficiliùs & moleſtiùs inediam fert, quòd humoris inopiâ bilis accendatur, generationis perennitas foueatur. vnde cardialgia, ſcotomia, iactatio nauſeæ particeps, febris quoque ipſa. quia calor in æſtum degenerat.

a Πικρόχολοι dicuntur qui flaua bile abundant. Ea autem eſt triplex, naturalis, non naturalis, & contra naturam. Naturalis eſt, quæ ſanguini eſt permixta; & nihil aliud eſſe cenſetur quàm tenuior pars ſanguinis. non naturalis eſt, quæ in folliculo fellis conſiſtit, à ſanguinis concretione ſegregata. contra naturam eſt, quæ materia eſt febrium ardentium, tertianarum, & eryſipelatum. Πικρόχολοι, id eſt, quibus bile natat aluus, alij ſunt à natura, alij inſtituto, alij vitio conformationis, alij morbo, id eſt, refluxu bilis à lumbis in ventrem. Natura ſunt à temperamento vniuerſi corporis, quibus omnes partes calidæ ſunt & ſiccæ. Inſtituto, hoc eſt, diætæ vitio, vino generoſiore, irâ, mœrore, vigiliis. Conformatione, quibus canaliculi fellis feruntur non in duodenum inteſtinum, ſed in fundum ventriculi. Porrò picrocholorum tria ſunt genera ex motu bilis ſumpta, vel πικρόχολοι τὰ ἄνω, id eſt, parte ventris ſuperiore. atque hi rurſus ſunt duplices: alij naturâ, hoc eſt conformationis vitio: alij morbo, id eſt, humorum motu atque refluxu, quemadmodum accidit in febribus biliоſis, in quibus bilis ad ſuperiora viam affectat, os amareſcit, cardialgiâ tentatur, venæ in temporibus micant. 2. Prorrh. 35. oculi cauantur, &c. Quod ſi igitur talis quis ſuo defraudetur genio, calor naturalis illam bilem quæ influxit in ventriculum, vertet in atram, & febris vel

aliud

©BIUM

aliud malum ſequetur. Alterum genus πυρεχόλων, κάτω, quibus bilis cumulatè fertur in inteſtina, vt profuſiore fiant aluo. Tertium genus πυρεχόλων, ἔξω, de quibus agit Hippocrates quinti Aphoriſmorum vltimo: qui quidem non laborant ictero, ſed quibus corpus ita tinctum eſt ac ſi ictero laborarent, quia ſunt rufi.

Vide hîc aput Galen. hiſtoriam Pauli Rhetoris, & Eudemi philoſophi.

HIPPOCRATIS TEXVS.

XXX. Τῶν δὲ γε φλεγματίων τῶν ἄνω τὸ σῶμα οἱ πλεγμασίαι τὸ ἄνω, ἀφορητότερον φέρουσι τὸ ἔντερον, ὡς τε καὶ μονοσιτίων τῶν πρὸ τοῦ σώματος, εὐφορώτερον ἔλεος ἀνειμένων.

XXX. *Sed certè qui ſunt phlegmatici parte ſuperiore ventris, quamuis inedia inſueti, tamen a eam 2 facilius omnino ferunt. Eoque fit vt qui præter morem ſemel paſtum ineunt facilius [eam cibi abſtinentiam] 3 perferre poſſe videantur.*

COMMENTARIVS.

Aphoriſmo huius 32. pulchrè ſenſum horum explicat Galenus.

1 Naturâ aut humoris affluxu: dicit phlegmaticos vnum paſtum præter morem, facilius ferre.

2 Id eſt, ſine vllo temperamenti, habitus, & virium ventriculi detrimento.

a Nimirum abſtinentiam præter morem ſuſceptam.

3 Quamuis bis die cibum capere conſueuerint.

b Victus ratio pro naturæ diſtinctione eſt accommodanda. quam quidem naturæ diſtinctionem vt ſuperiori, ita & hoc Aphoriſmo proſequitur. Naturam autem diſtinguimus, quando intelligimus quarum partium & quorum humorum dominatu teneatur. Pituita vel eſt naturalis, vel non naturalis, vel contra naturam. Naturalis eſt illa dulcis concoctionis particeps, quæ adhuc in maſſa ſanguinis conſiſtit, vel in ventriculo à ſanguinis concretione eſt ſegregata. Contra naturam verò, quæ propriæ ſubſtantiæ corruptione eſt in vitio, idque vel reſolutione, vt aquea vel flatulenta: vel alterius humoris mixtione: vel concretione, vt gypſea: vel corruptione, vt ſalſâ. Huiuſmodi igitur pituitoſi faciliùs ferunt inediam, quia in promptu habent materiam pepſeos participem, quam in ſanguinem vertant.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXI. Ἐκ τούτου οὖν τοῦ τόπου σημεῖον, ὅτι αἱ μάλιστα μεταβολαὶ τῆς φύσεως ἡμῶν καὶ τοῦ ἕξεως συμβαινόντων, μάλιστα γίνονται.

XXXI. *Ex hoc ergo certiſſimum ſtatui poteſt hoc documentum, quòd inſignes mutationes earum rerum ex quibus hominum * ſubiectum & 2 natura eſt conſtituta, in earundem affectione contra naturam, * morbi eſſentia 3 conſiſtat.*

* id eſt habitus
* morbos efficiant.

COMMENTARIVS.

1 Ex iam demonſtratis.

2 Quæ in ſubiectum & naturam hominum cadunt.

3 Conſtituitur natura ex tribus, temperamento, conformatione & vnione. Habitus ſignificat Galeno, in Arte Medendi, eam deſcriptionem corporis, quæ ſub ſenſum cadit, id eſt, genus muſculoſum. his autè vniuſcuiuſque partis conſonantiam, id eſt ſtructuram compoſitionemque, vt bilis folliculi quoque ad ſuperiora, vel ad inferiora inſertio: & ſuſpenſa viſcera, quibuſdam totum corpus eſt pituitoſum, tamen ſunt πυρέχολοι τὰ ἄνω. Ex hoc Aphoriſmo accipe Axioma hoc medicum: Omnis affectio quæ cadit in corpus, ea ex parte nos lædit, quatenus aut temperamentum, vel habitum, vel vtrumque immutat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXII. Οὐδὲ εἰσὶν τὰ σώματα 1 χωρὶς, οὔτε προσρυτάτης 3 * καταγωγῆς ποιεῖν οὔτε 4 ἀκμαζόντων τῶν γυμνασίων καὶ οὓς πλεγμασίη ἔντων προσφέρειν, οὔτ' ἔξεστιν οὐδὲν τε ὧδε * κατασχεῖν πρὸ πεφυκότων μεταβάλλειν, ἐπὶ τὰ αὐτὰ ὁδὸν τιθέντα.

XXXII. *Ex hac ergo diſputatione efficitur, 2 non potis eſſe bonis naturæ rebus, intempeſtiuè inſigne 3 exhauſtum [cibi abſtinentiâ] procurare 3 4 nec verò cùm ad ſtatum ventum eſt, & cùm 5 morbi & incendij ſumma ſunt omnia, cibos exhibere. nec verò potis eſt toto curationis curſu mutare ſeu innouare repentè quippiam 6 in vtramuis partem.*

COMMENTARIVS.

1 Ex perſpicientia hiſtoriæ morbi, virium ægri, conſuetudinis, & peculiaris cuiuſque naturæ. Vide hîc Galenum.

2 Si & longa ſit morbi hiſtoria; aut ſiquidem breuior, ſed vires infirmæ ſint, vel certè cum infirmitatis meturidemque ſit πυρέχολος τὰ ἄνω. Adhibita cautione doloris ſedandi, purgandi, aut vacuandi ſi ſit opus, progreſſus facias à pleniore cibo ad parciorem, donec ad ſtatum ventum ſit.

3 Id eſt, cùm neque neceſſarius eſt vſus nec locus vtendi.

4 Cùm etiam non neceſſarius eſt vſus, nec locus vtendi.

5 Id eſt, in ſtatu; quo tempore morbi habent extremos labores. Quamuis eiuſmodi ſint illi cibi, vt eâdem operâ pugnent cum morbo, & naturæ ſtudeant. nam in cuiuſque morbi ſtatu quàm tenuiſſimo victu eſt vtendum.

6 Nimirum deducendo, aut acceſſionem cibi adiungendo, contra naturam, & conſuetudinem ægri.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIII. a Πολλὰ δ' ἄντις ἀδελφεόμβα 1 τούτοισι ἔχει ἐς κοινόν· καὶ ἄλλα εἴποι, ὡς εὐφόρως μὲν φέρουσι τὰ βρώματα ἐωθόσι εἰσὶ, ἢν καὶ μὴ ἀγαθὰ ἢ φύσει· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ποτὸ· δυσφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ εἰσὶν ἐωθότα, * ἢν καὶ μὴ κακὰ ἢ. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ποτά.

* ἀγαθὰ ἢ.

XXXIII. a *Exiſtunt ſanè & alia multa 1 his affinia & quaſi fraternitate coniuncta, quæ quis adferre 2 poterit de rebus ad alumn pertinentibus, quod nimirum alacriter & bonis naturæ rebus ferunt cibos quibus illi ſunt aſſueti, quamuis 3 naturâ boni non ſint: eodem modo & potus. Contrà verò moleſtè & graviter ferunt cibos, quibus non aſſueuerunt, quamuis [qualitate] in vitio non ſint. eodem modo & potus.*

COMMENTARIVS.

a Dixit priùs de conſuetudine non mutanda: nam plurimum illa poteſt, repentináque ab ea digreſſio corpora affligit. Conſuetudo autem ferè Hippocrati conſiſtit in quantitate, id eſt, copiâ & frequentiâ. hoc autem Aphoriſmo conſuetudo qualitatè reſpicit.

1 Quæ ſtatim diximus. quæ ſunt abundè exemplis monſtrata.

2 In temperamento, habitu, & actione.

3 Temperamento aut ſubſtantiæ craſſamento. i. quamuis non ſint boni ſucci.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 318 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIV. a Καὶ ἐκέσαι μὲν χρηφαγίν πολλὴ ὠφελὴ τὸ εὖ βρωθέντα τ πεψέι, ἢ aa σκεπάσμη σίλφιον, ἢ ὄπος, ἢ χαυλιὸς, ἢ ἄλλα ὁκόσα τοιαῦτα ὁποια 3 μεγάλας διαφορὰς ἔχοντα ἰδίας, ἤσιν ἄν τις θαυμάσειεν, ἢ τὰ τοιαῦτα πόνους ἐμποιέει τῇ κοιλίῃ μᾶλλον τοῦ ἄλλων. Ἀλλ' ἐὰ καταμάθῃς ὁκόσον 4 μάζα τε ἔχλαι καὶ ἔγκοπ καὶ φύσιν καὶ τροφὴν κοιλίῃ παρέχῃ, ὅτι μὲν τὸ εὖ βρωθέντα τοῦ μὴ μαζοφαγέειν εἰδήσεαι, ἢ αὐτὸς γε ὁ ἄρτος θερμὸς βρωθεὶς 5 ὄιδεα διῆλθεν παρέχει, καὶ ἐξαπαίφνης πρηὼρην, διὰ τὸ ξηραντικὸν τε καὶ βραδύπορον, καὶ οἱ ἄγαν καλαφοὶ τε καὶ ὁ συλλάμψεις ὠφελὴ τὸ εὖ βρωθέντος διαφέρεια ἀλλήλων ποιέεσι, ἢ μάζα τε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος ἢ ὑγρὴ ἢ γλίχρη, καὶ τὰ c ἄλφιτα, οἷν π ποιέει τὰ πολλαίνια τοῖσι μὲν εἰωθόσι. καὶ τὰ 7 ἑτερεῖα τοῖσι τὰ πολλαίνια εἰωθόσι, καὶ ὀινόποσιν καὶ ὑδροπόσιν ὠφελὴ τὸ εὖ βρωθέντος διαφορέια ἀλλήλων ποιέεσι, ἢ μάζα τε ξηρὴ παρὰ τὸ ἔθος ἢ ὑγρὴ ἢ γλίχρη, καὶ τὰ c ἄλφιτα, οἷν π ποιέει τὰ πολλαίνια τοῖσι μὲν

©BIUM

poris mutatione,id eſt,quamuis neque corpus ad integritatem & reſtitutionem virium viam affectat, vt acceſſione cibi opus ſit;neque mutatio fiat ad deterius (ideſt, ad ſtatum,) vt cibus deducendus ſit. tamen ægrè ferunt ſubitam mutationem. quaſi dicat, Sani ægrè ferunt non validas mutationes: quid igitur fiet in ægris, ſi validæ mutationes eo modo temporeque adferantur quibus minimè decet? vt ſi dum ſiccus eſt morbus (cùm pugnandum erat cum morbo) cibi fiat acceſſio, aut cibum deducendo, cùm os humeſcit,&c.tamen iuuamus contrariam ſententiam:ſi enim hiſtoria morbi ſit futura breuis,& æger firmus ſit,ſine infirmitatis metu;magna mutatio opponatur, tranſigat per tridui,&c.inediam.

aa Τιμωρητέον, id eſt, *Bonditeon*,dicit Galenus, id eſt patrocinandum.

1 In qualitate cibi & potionis, vnius eiuſdemque ſpeciei;& in quantitate.

2 Id eſt,vt tum, cùm iam humidior eſt morbus, neceſſe ſit robori & firmitati ſtudere: vt ſanè eſt ſtudendum humidiore iam morbo. ſenſus eſt, etiamſi non ægrotent homines,ita vt opus ſit accurata obſeruatione num cibus dari debeat,vt cùm ſit(in ægris) mutatio πρὸς τὸ ῥᾴωτὸ: vel num cibus ſit deducendus,vt cùm (in ægris) ſit mutatio πρὸς ἀῤῥωστίαν: tamen ægrè ferunt eorum corpora conſuetudinis violationem: ergo ſi cibus detur ſicco morbo, vel cibus deducatur cùm minimè decet, calamitoſum erit.

3 Quemadmodum adiungi debet: vt in pleuritide iam humidiore:cùm viribus tantùm eſt opus ad expectorandum,vbi magna cautione id agendum, dum mutatio fit ab ocio ad negocium. In mutatione πρὸς τὸ ῥᾴωτὸ ἀῤῥωστίαν.

4 Quod ſit ſicciore adhuc morbo, in neceſſario purgationis & vacuationis vſu, & cùm ad ſtatum ventum eſt.quaſi dicat,Nónne illa mutatio debet videri funeſta,quæ ſit prætermiſſa occaſione cum morbo pugnandi,dum ſiccus adhuc eſt morbus cibi acceſſionem faciendo, cùm minimè eſt opus; aut cibum deducendo, ſecus atque fieri debet, cùm ipſa diætæ vnius eiuſdemque ſpeciei in qualitate mutatio, vel etiam ſanis grauiſſima eſt, qui tamen difficultates faciliùs ferunt quàm ægri. Difficilis valdè hic eſt Aphoriſmus: nam colligit quædam theoremata, quæ ad hunc vſque locum exemplis illuſtrauit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* ἐκάστου

XXXVI. Περιτὰ μαρτύρια δὲ καὶ ἡ ἰδέα καὶ ἡ διάθεσις τοῦ ἀνοσήματος * ἑκάστου, καὶ ἡ συνήθεια τοῦ τ' ἀνθρώπου, καὶ τοῦ ἔθεος τῆς διαίτης τοῦ κάμνοντος, οὐ μόνον σιτίων ἀλλὰ καὶ ποτῶν.

* Signis

XXXVI. *Sanè * argumentis ſyllogiſticis nos oportet complecti vniuſcuiuſque a morbi vim & 1 ſpeciem, & peculiarem 2 cuiuſque naturam, ac 3 diæta inſtituendum ægri, nec ſolùm cibi, ſed etiam potionis.*

COMMENTARIVS.

Legendus eſt hîc Commentarius Galeni:præclare enim explicat,quæ ad totam victus hiſtoriam pertinent.

a Quatuor ſunt indices quibus morbi hiſtoriam docet Hippocrates 1. Aph. 12. ſpecies: quia acuti morbi quatuordecim diebus iudicantur.anni tempus: quia æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues periodorum,id eſt, circuituum viciſſitudines; quia tritæophyi ſi in pares dies inciderint,longæ. epiphænomena.Meminit autem hoc loco tantùm duorum.

1 Vt nimirum, quàm breues vel longa ſit futura hiſtoria videamus neceſſariò. Syllogiſtica itaque ſigna animo retinenda ſunt, vt accommodatam diætam ægris præſcribamus.&, vires ægri vt ſunt,& erunt: an valeant ſine infirmitatis metu. Tum morbi vniuſcuiuſque ratio & hiſtoria in ſpecie, magnitudine, more, motu, perluſtranda. quòd dicit, ἢ ἰσχύς,incertum num ad morbum,vel ad vires ægri referatur.

2 Id eſt, temperamentum cuiuſque & humoris dominatum & communem naturam.

3 Qua nimirum ſemel aut bis aluus humeſcere, intumeſcere & coquere conſueuit,id eſt, diæta quæ eſt in more & inſtituto ægri.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* πρόδεσιν

XXXVII. 1 Πολλῷ ἧσσον δεῖ τῷ * προσθέσιον ἰσχύν, ἐπὶ τοῦ γε ἀῤῥωστίαν ἴσως ἐρεῖν πολλαχοῦ λοιπὸν, ἕως ἂν 2 διακρίσιν μέλλει ὁ κάμνων, μέχρις ἂν νόσου ἧ 3 ἀκμὴ πεπαυθῇ.

XXXVII. 1 *Sed multò minus cibi adiungenda eſt acceſſio, a quemadmodum omninò cibum deducere ſæpenumerò confert, cùm ſcilicet 2 vires ægri ſufficere poſſe videantur, donec 3 morbi vigor mitificatus fuerit.*

COMMENTARIVS.

Senſus Aphoriſmi eſt, Ita erit hæc diætæ inſtituendæ ratio tibi in vſu, vt ante morbi ſtatum non cogaris te ad cibi acceſſionem conuertere. Nam ſingulorum præſidiorum copiam aſſequi, eius eſt qui cuncta theoremata medica didicit & vſu exercuit: quales perpauci ſunt. Quare hanc cautionem proponit copiæ;vt, tutiùs ages ſi deducas cibum, quàm ſi pleniùs eum exhibeas:nam facilè eſt adiicere ſi vires labi videantur.Sed ſi cibus vberior datus fuerit, eius noxam ægrè adimas per morbos acutos. Ergo ſubtrahe,dum ad vigorem itur:ſi vires ſine metu infirmitatis validæ ſint; tunc ſolo potu, ſine cibo perſeueret.quaſi dicat, qui ita eſt affectus vt viribus integris ad criſin peruenire non poſſit, ei dandus eſt ineunte morbo cibus,adhibita tamen diſtinctione.quaſi dicat, ſi dandus eſt cibus; adhibe tamen diſtinctionem ineunte morbo.

1 Ab ineunte morbo ad ſtatum, ſiquidem haut lõgior ſit morbi hiſtoria,aut infirmæ vires,vel cũ infirmitatis metu.Propteteaque adhibita prouiſione purgationis,vacuationis,ſedandi doloris, vt quoque opus eſt cibũ neceſſariò exhibere,oportet progreſſus faciendo à pleniore manu ad parciorem,donec ad ſtatũ ventum ſit. Metus autem erit infirmitatis, ſi à ſtomacho facilè afficiatur lipothymiâ, ſi corpus ſit ratum,adſit ſucci altilis inopia,& prauorum copia, & æger ſit μακρόχολος τὰ ἄνω.

a Vel, quandoquidem ſæpenumerò confert, breui morbo,& integris viribus, tunc cibum deducere, inediamque præſcribere: vt naturæ aciem in morbi ſolius profligationem conuertas.

2 Id eſt,ſi vires ſint validæ, & ſine vllo metu infirmitatis.ſi vires ſufficere poſſe videntur.

3 Ideſt,donec morbus mitificationem acceperit in vigore. tùm enim cùm viribus tantum opus eſt ad excluſionem materiæ,paulatim cibi eſt adiungenda acceſſio,atque à parciore manu ad pleniorem eſt progrediendum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* ἐκείνοις

XXXVIII. Ἐν * οἷσι δὲ τοῦτο 1 ποιεῖν δεήσειεν 2 ὕστερον ἐρέομεν.

XXXVIII. *Sed quibus id faciendum ſit, 2 paulo poſt à nobis ſcribetur.*

COMMENTARIVS.

1 Ideſt, quibus à paulo pleniore diæta ad tenuiorem ſit declinandum,& quibus in totum ſit deducendus cibus.

2 Libro quarto, qui deſideratur.

b Quaſi

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 320 sur 513

b Quasi dicat, iam vniuersim ægro de victus ratione: mox cuique morbo acuto peculiaritet suam dabo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIX. 1 Πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα 2 ἀδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι γράφοι.

XXXIX. 1 *Existant multa & alia his* 2 *affinia, quæ scribi à quouis possint.*

COMMENTARIVS.

1 Vel, multa alia quis conscribere possit, his quæ modò dixi affinia. Nam scripsit ea quæ beneualentibus à mutata consuetudine eueniunt, & ab illis ad ægros per similitudinem transiit. sed iam apertè demonstrabit id, nimirum quòd primis diebus exhaustum ægrum, ad statum cùm ventum fuerit, replere minimè decet; nam graues sunt quæ ad vigorem veniunt offensæ. Redit ad theorema quod exemplis illustrauit: consuetudinis mutationem ægris damnosam demonstrans.

2 Quia à sanis in ægros transtulit noxam inuersæ consuetudinis; ob id quia similia sunt & cognationem habent inter se: sed quod deinde scribet, non est cognatum, sed id quod peruestigatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XL. Τὸ γὰρ μᾶλλον πρόσω μαρτύριον ἢ γὰρ 1 ἀδελφισμένον ὂν τῷ πράγματι οὐκ ἔστι πολὺς λόγος εἶναι· ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἐπιμελῶς ἐστὶ διδακτέον. οἱ μὲν γὰρ ἀρχόμενοι ἤδη ἐξέων νοσέων, ὅσον ὅτε οἱ μὲν σῖτα ἔφαγον αὐθημερόν, 2 (ἤρχοντο γὰρ ἤδη,) οἱ δὲ καὶ τῇ ὑστεραίῃ, οἱ καὶ ἐφθρεψαν τὸ 3 σφέτερον, οἱ δὲ καὶ 4 κυκεῶνα ἐσέφερεν. 5 ἅπαντα δὲ ταῦτα κακίω μὲν ἔστι, ἧσσον δὲ ἕτερόν τι διαφθείρει· πολλῷ μὲν γε ἐλάσσω βλάπτει φέρει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἀμβλυτέρα, ἢν τις ταῦτα μὲν ὀρθρίαις ἡμέρας δύο ἢ καὶ τρεῖς κινεῶν νοσεῖ τελείως, τετραταῖος δὲ 7 τοιάδε δ' ἑαυτοῦ ἢ καὶ 8 πεμπταῖος. ἔστι μὲν γε κακίων εἰ πάντας πάσας τὰς ἡμέρας σφέγγεται ἐσθίων, ἐν τῇσιν ὕστερον 9 ἡμέρῃσιν ὕστερον διαπεθεῖν, ὀρθρίαις πέψαι ἡμέρας πολὺ νοῦσον· ὕστερον μὲν γὰρ 10 διάπαν φέρει φανερῶς τοῖσι πλείστοισιν, εἰ μὴ πεπαίνων τις ἢ νοῦσον b εὐκόλως εἶη. 11 Αἱ δὲ καὶ ἀρχαὶ ἀμβλύτατες, ἐκ ὁμοίως πάντων ἀνήκεστοι εἰσὶν, ἀλλὰ πολλῷ διακεκριμέναι 12.

XL. a *At enim* [*rei propositæ*] *amplissimum hoc est testimonium: non enim* 1 *affinitate coniunctum est rei de qua pluribus egi; sed ipsa res sedulò diligenterque perspecta præstantissimum est documentum. nam ineuntibus morbis acutis, existunt nonnulli quorum alij quidem eodem ipso* 2 *die* (*simulatque febricitare inceperint*) *cibis vescuntur, alij verò postridiè, alij etiam sine delectu sorpserunt quidvis, nec defuerunt etiam* 4 *cyceonem qui hauserint.* 5 *Sanè hæc omnia deteriora quidem quàm si quis* 6 *aliter diætam instituat; sed tamen multò leuior noxa infertur qui hoc tempore* [*ineuntis morbi*] *in vitio sunt, quam si quis biduum, triduum aut etiam quatriduum corpus exhauserit, quintùm morbi die agens talia* 8 *adhibuerit. Sed multò etiam deterius est & calamitosius* [*naturæ,*] *si per hosce dies omnes fame confectus posteris* 9 *diebus talem diætam adhibuerit, prinsquam mitificatus fuerit morbus sic enim* 10 *mortis consecutionem apertè adferet, nisi morbus omnino* b *facilis & leuis admodum fuerit. Nam* 11 *quæ principio morbi in vitio sunt, eiusmodi sanè peccatum non æquè hoc tempore est insanabile, sed multò* 12 *sanabilius.*

COMMENTARIVS.

Ab exemplis ad rem aggreditur, docetque non exemplis, sed analyticôs, quòd difficilis sit mutatio à cibis ad abstinentiam: & contrà, ab abstinentia ad cibos etiam naturæ consentaneos, vt pote ad ptisanam.

a Quòd nimirum in tenui victu ægri delinquant, quò fit vt magis lædantur: secundò, ratione morbi, & repentina mutatione ventriculi ab ocio ad negocium, quæ mutatio grauissima esse solet.

1 Vt coniuncta sunt illi sanorum exempla paulò antè dicta.

2 Id est, vixdum morbo correpti.

3 Id est, susque déque habita sorbitione: vt sorbitione alicæ, ptisanæ, chondri.

4 Id est, moretum, vel cibum ex mellis, lactis, aquæ, vini, casei caprini, & herbarum mixtione confectum. id est, in necessitate cibum qui capit (vt qui moreto vtitur) quantumuis dissentaneum, non ita peccat quàm is qui in initio morbi nulla adhibita distinctione, inedia exhaustus, ante statum se conuertit ad cibum (etiam ad ptisanam) cùm minimè tunc cibum exhibere liceat. Cyceon naturæ quidem studet; sed non pugnat cum morbo: quod vtrumque præstat ptisana. Dicitur Cyceon à miscendo. meminit eius Hipp. 6. Epid. 6. Aphor. 5. & lib. 2. de Diæta, his verbis, Cyceon in aqua refrigerat ac nutrit: in vino calfacit & nutrit, & aluum sistit: in melle calfacit quidem minùs & nutrit; per aluum verò magis secedit, si non meracum mel fuerit; sin minùs, non secedit, sed aluum sistit. In lacte verò alit.

5 Vt cyceon, & sorbitiones aliæ susque deque habitæ.

6 Id est, Ea adhibeat quæ æquè pugnent cum morbo ac naturæ studeant.

7 Id est, talem diætam instituerit.

8 Aut etiam sextum. id est, grauiores offensæ fiunt cùm quid delinquitur eo tempore cùm morbus in vigore est: quàm si primis duobus vel tribus diebus inediæ incumbens, mox quarto vel quinto pastum plenè ineat, id est antequam morbus ἀπέπειστος, id est, πεπεμένος reddatur: quod maturitatem significat.

9 Nimirum, non procul à statu morbi.

10 Auocata natura, inualescente morbo.

b Id est, εὐτροπος, id est, qui facilè bonum exitum inuenit.

11 Id est, si quid imminente morbo peccetur.

12 Quia omnia cùm incipiunt & desinunt sunt mitiora: cum consistunt, vehementiora. 1. Aphor. 30. Ineunte morbo nec irritatur natura, nec pus conficitur. Dicet quis, Frangentur vires, si in principio tenuem præscribis victum. Respondeo, In principio omnia sunt leuissima.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLI. 1 Τοῦτ' οὖν ἡγεῦμαι μέγιστον διδακτέον, ὅτι ἐ 2 σφετέρῃσι αἱ πρῶται ἡμέραι τῇ φορβαλῇ, ἢ τοῖς 3 ἢ τοῖς, τοῖσι μέλλουσιν ὀλίγον ὕστερον ἐφημέσειν, ἢ τοῖς ἢ 4 τοῖσι ἀρρωστίας.

XLI. 1 *At aliud esse arbitror præstantissimum documentum, quòd* [*scilicet*] *primis diebus morbi* [*seu primis quaternariis*] *sorbitione defraudandi* 2 *non sunt; vt quoque est opus huiusmodi aut illiusmodi,* 3 *aut illiusmodi, iis scilicet qui paulo post sorbitionibus huiusmodi aut illiusmodi necessario* 4 *vti debent.*

COMMENTARIVS.

1 Quo diætæ conuenienter adhibendæ tecmarsis continetur.

2 Adhibita prouisione vacuationis, purgationis, alleuamenti doloris.

3 Ex alica, chondro, ptisana.

4 Quod nimirum infirmæ sint vires: aut validæ quidem, sed cum infirmitatis metu: & in diuturniore morbi historia. alioqui, defraudato per inediam genio, cibum exhibere cogetis cùm minimè est opus; & ventriculum ab ocio ad negocium repentè conuertes: quæ mutatio naturæ fere est intolerabilis.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 321 sur 513

ac ita morbum alioqui ſanabilem, ex euentu reddes inſanabilem.

a Quaſi dicat, ſi potu ad vigorem venire non poſſunt, ob vires, ab initio nutriantur ne ad vigorem cùm ventum fuerit, cogaris nutrire.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLII. 1 Πυθμένδην μὲν οὖν ἐκ ἴσασιν οὔθ' οἱ τῶν κριθέων πλισάνῃσι χρεώμενοι, ὅτι αὐτέῃσι κακοῦνται· ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται, ἢν ἀσυχιεσ ζήσωσι 2 δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλέας· ἔτ' ἂν οἱ τοῦ χυλοῦ χρείμψωσι, γινώσκουσιν ὅτι αὐτέσιν βλάπτον· ῥοφέοντες, ὁκόταν μὲν ἀρξῶνται τῶν ῥοφημάτων, ἀα τότε μὲν φυλάσσουσι καὶ γινώσκουσιν ὅτι μεγάλων πρὸς βλάβων φέρει, ἢν φρὴν πέπτωκεν ἠρέμας πρὸς νοῦσον, κειδόμενα πλισάνῃσι ῥοφήσῃ ὀλίγῳμων, εὐθυμίῃσι χυλοῦ χρέεσθαι. Πάντ' ἂν ταῦτα μεγάλα μαρτύρια, ὅτι ἐκ ἴσασιν εἰς τὰ διαιτήματα οἱ ἰητροὶ τοὺς κάμνοντας· ἀλλ' ἐν ἧσι τε νούσοισιν * ἢ b χρὴ κενεαγγέα, τοὺς μέλλοντας ῥοφήσασι διαιτᾶσθαι, * κενεαγγέουσιν· ἐν ἧσι τε ἢ 3 χρὴ μεταβάλλειν ἐκ κενεαγγείης εἰς ῥοφήματα, ἐν τούτῳσι 4 μεταβάλλει.

* quidam delebat ὦ
* quidam μὴ ponebat.
* tenere

XLII. 1 *Ex quo efficitur eos omnino non * ſcire vtendi modum, ne quidem eos qui ſibi hordeacea ptiſana vtendum putant; quòd illius ptiſanæ vſu laduntur cùm primum ſorbere incipiunt, ſi cibi abſtinentiâ biduum, triduum aut eo amplius exhauſti* 2 *iam fuerint. Nec verò quibus cremor in vſu eſt animaduertunt, ſe ab ea ſorbitione lædi cùm* 1 *eam non rectè iniuerint, ſed* aa *tamen tunc cauent ſedulò, & intelligunt quòd detrimentum magnum infertur, ſi priuſquam mitificatus fuerit morbus, hordeaceam ptiſanam hauſerit, qui tantum cremori eſt aſſuetus. Hæc ergo ampliſſima ſunt rei propoſitæ teſtimonia, quòd imprudenter nec rectè medici ægros ad diætam adducunt. Sed quibus in morbis* b *exhaurire non decet, qui paulo poſt ſorbitionibus vti debent, abſtinentiâ cibi conficiunt: &, [contra] quibus in* 3 *morbis ab exhauſto per inediam ad ſorbitiones conferre non oportet, in his inconſideratè* 4 *conuertunt.*

COMMENTARIVS.

1 Quaſi dicat, hordeaceâ ptiſanâ nihil præſtantius poteſt excogitari: quòd eadem opera pugnet cum morbo, & naturæ ſtudeat: quare illi medici qui tempora exhibendi non rectè captant, mirantur ægros lædi ea, cùm cyceone tempore dato non lædantur ita. κυθμενόδην funditus, prorſus. Senſus eſt: Medici ignorant quando primùm ptiſanâ vel cremore eius ſit vtendum: id tamen vident, ſi ante pepaſmum ptiſanam exhibuerint, ægros lædi.

2 Quia impeditur pepaſmus: & repentina fit mutatio ab ocio ad negocium, immutato iam ventriculi temperamento, habitu & actione.

a Si loco non vtantur.

aa Id eſt, illi qui cremore ptiſanæ tantùm vtuntur medici, hoc ſolùm deprehendunt, ægros lædi, ſi, qui ineunte morbo ptiſanæ cremore vſi fuerant, iam imminente criſi, tota vtantur ptiſana. quaſi dicat, ſed hoc non ſolum eſt quod lædit: verum & ipſe cremor lædet, ſi fraudato primò ægro, ad vigorem is propinetur.

b Exhaurire decet, legunt alij: vt in pleuritide ſicca, ſi vires valeant, ſine infirmitatis metu, ſecta vena, lenito dolore, cùm morbus humeſcere incipit.

3 Id eſt, quibus in morbis non oportet conuertere ægros ab inedia ad ſorbitiones, in his inconſideratè conuertunt. & ita impeditur pepaſmus.

4 At maximam partem exquiſitè id faciunt: ſcilicet inediâ corpus exhauritur cùm minimè eſt opus: aut repentè ſe ab eo exhauſto ad cibi vſum conuertunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIII. Καὶ ὡς ὅτι τὸ πολὺ * a ἀπάρτι, οὐ οἷοντε δ' ἐν τοῖσι τοιούτοισι χωρεῖσι μεταβάλλουσιν εἰς τὰ ῥοφήματα, ἐν τῷ κινδυνεύειν, ἐν οἷς πολλάκις ἀρήγει ἐν ὀλίγῳ ῥοφημάτων πρησιάζειν τῇ 1 κενεαγγείῃ, ἢν οὕτως τύχῃ 2 παρεξωμολύνθη ἡ νοῦσος.

* ἀμβλύτερον

XLIII. *Idque faciunt plerumque* a *exquiſitè: nonnunquam verò agros ad ſorbitiones ab inedia & exhauſto conuertunt, quibus fortaſsè præſtiterit à ſorbitionibus* 1 *exhauſto operam dare, præſertim ſi morbum tunc* 2 *inualuiſſe contigerit.*

COMMENTARIVS.

a Ἀπάρτι aduerbium, dicit Galenus, Hippocrati ſignificat exquiſitè & accuratè. Senſus Aphoriſmi eſt, eo tempore ex inedia ad cibum ſe vertunt medici, quo ad inediam eſſet eundem: vt cùm ad ſtatum venitur.

1 Nimirum per abſtinentiam. hoc eſt, in his in quibus ſæpè confert à ſorbitionibus ad exhauſtum & ad inediam proxime accedere; vel in extrema eſſe inedia.

2 Id eſt, ſi morbi ſumma fuerint omnia, vt eſſe ſolent in ſtatu: quia in ſtatu nulla ratione adduci debet medicus vt cibum exhibeat. id eſt, in vniuerſali vel ſingulari acceſſione.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIV. 1 Ἐνίοτε δὲ καὶ ὠμὰ ὀλπαίων) ὑπό τε κεφαλῆς καὶ φρενὸς ἀκρόκοιλος τόπων χολώδεα, 2 ἀχρυπνίαι τε συμπίπτουσι αὐτίσι, δι' ἃς οὐ 3 πάνυ) ἡ νοῦσος· πελίνοποί τε καὶ 4 πικροὶ γίγνονται, καὶ 5 παραφρονέουσι, καὶ 6 ἐξαπορυγώδεα σφίσι τὰ ὄμματα, ἢ αἱ ἀκοαὶ ἦχον 7 μετεῖ, καὶ 8 ἀκρωτήρια καταψυχόμενα, καὶ 9 οὖρα ἄπεπτα, καὶ 10 πτύσματα λεπτὰ καὶ ἀλικὰ ἢ κεχρωσμένα ἀκρότου χεφάλαι σμικραὶ, ἔνιαι 11 ἱδρῶτες περὶ τὰ ἄκρα, καὶ 12 διαπερήματα, καὶ πνεῦμα 13 μεγαπάλαιον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, πυκνὸν ἢ μέγα λίαν, ἀορύτους διαιώσιος μετέχοντα, 14 λεπτοψυχώδεα πυκνά, καὶ ἢν b ἱματίων καταῤῥίψιες ἀπὸ τῶν στέρνων, καὶ χεῖρες 15 τρομώδεες. ἐνίοτε δὲ καὶ χεῖλος τὸ κάτω πίπτει).

XLIV. 1 *Nonnumquam verò biliosa cruda tum à capite tum* * *è regione thoracis trahuntur,* 2 *nec non & ſomni fiunt experies, eoque fit vt; non mitificetur morbus, tum etiam* 4 *triſtes & amarulenti fiunt, atque* 5 *deliranr, tum etiam* 6 *ex oculis crebri micant ignes, tum* 7 *etiam flatibus ſonoris aures replentur, parteſque* 8 *extimæ refrigerantur,* 9 *vrinæ etiam cruda, tum* 10 *etiam ſputa tenuia, ſalſa ſaturo colore colorata exigua, tum* 11 *ſudores [tantùm è capite] vel cervice manantes, tum* 12 *etiam & iactationes, tum etiam* 13 *ſpiratio in faucibus eliſa cùm inſpiratur frequens aut admodum magna, a ſupercilia quoque expanſa, animi deliquia* 14 *prana, b & veſtimentorum ſtragulorum è pectore reiectiones,* 15 *manus tremulæ; tum* 16 *etiam inferius labrum aliquando conuellitur.*

* è thoracis vicinis partibus.

COMMENTARIVS.

Hæc ſunt damna quæ fiunt quoties ægri peccant: non morbi propria.

1 Id eſt, non mitificata ſiue capacia pepaſmi: Enumerat ea ſymptomata in quæ incidunt qui biduì aut triduì abſtinentiâ exhauſti, repentè ſe ad cibum ante ſtatum conuertunt. Primùm enim ipſis venter eâ cibi abſtinentiâ collapſus, exhauſtâque aluo biliosâ cruda tum à capite tum à regione thoracis rapit: (nam venulæ ſunt arefactæ) quin materia morborum acutorum eſt humor biliosus, cuius dominatu corpus tenetur, quaſi dicat: Non ſolùm ea mutatione ab inedia ad cibi vſum, priuſquam mitificatus fuerit morbus, inſanabilis redditur is: ſed etiam præter vim aucti morbi his ægri ſuopte vitio damnis augentur. quaſi dicat; Nonnunquam ægri,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 322 sur 513

ægri huiuſmodi morbi temporibus ab exhauſto ſe ad ſorbitiones conuertunt, quibus fortaſſe præſtiterat à ſorbitionibus exhauſto operam dare, nimirum abſtinentiâ, cùm iam imminet ſtatus; vt ſi die tertio, quarto, quinto, vel ſexto, repentè ab inedia ad cibum venerint.

2 Somniferæ materiæ inopia, per cibi abſtinentiam, cerebrique vitio, hoc eſt intemperie calida & ſicca.

3 Quia vigiliis crudus manet morbus: ſommo verò coquitur. Intellige in illis morbis qui non accidunt ex phlegmone nobilium partium: nam in iis ſomnus malus eſt: quòd calore intrò recurrente, partes inflammatæ per ſomnum incendio conflagrent.

4 Id eſt, ex moderatis fiunt triſtes & proterui, & mœrore ſe conficiunt, malè affecto ſubiecto. Vel amarulenti fiunt hi, quibus accidit oris amaritudo, diffuſa ex ventriculo bile per continuitatem interioris tunicæ ventriculi in os. πικρὸν vocamus amarulentos. vt Zeno dicebat ſe mutari ad modum lupinorum; qui crudi, erant amari; aqua verò macerati, dulces. ita Zeno ieiunus erat triſtis; at alimento imbuto ventriculo, moribus erat gratiſſimus. Amarulenti ergo, nimirum moribus & ſapore, bile efferueſcente in aluo.

5 Affecto per ſympathiam cerebro. diſſimilitudine morum, indecora corporis compoſitione.

6 Ab anathymiaſi fuliginoſa & bilioſa è ventriculo ad caput ſublata, aut tranſlato ſanguine tenui. Duplices enim ſunt marmaryges, id eſt, incerti & diſcurrentes ſplendores; quædam criticæ, quæ ſunt anteſignanæ & iam iam futuræ hæmorrhagiæ ſignæ: aliæ ſymptomaticæ, ab anathymiaſi fuliginoſa, & delirium ſignificant.

7 Tinnitus auribus perſonans, vitio meatus, non autem facultatis. Nomine echus illa flatuum genera intelligit, vt murmur, tinnitus, ſibilus; quæ materiæ diuerſitate, meatuum anguſtia vel amplitudine, & facultatis expellentis diſſimilitudine diſtinguuntur. Deterrimum verò horum eſt murmur; quia fit à materia contumaci, & facultate infirma: & huiuſmodi ſunt ferè mortalia: quia indicia ſunt inchoatæ intemperiei frigidæ contra naturam ſuperuenientis. Fiunt tum per idiopathiam, tum per ſympathiam: crudoris indicia.

8 Ex labore orificij ventris, bilis acrimoniâ vellicati. Non agit hîc de refrigeratione periodica vel critica; ſed de ſymptomatica, quæ tribus de cauſis accidit; vel ab inflammatione inſtar cucurbitæ calorem ad ſe euocante; vel à pure, Aph. crebri ex dorſo rigores: vel à labore ſubiecti, bilis acrimonia ſtimulati, vt cùm ad præcordia ſe ea vertit: vel ex caloris natiui inopia & oppreſſione.

9 Id eſt, bilioſæ, pepaſmi expertes; aut aqueæ & pellucidæ, per metaſtaſin bilis ad cerebrum: eæque vel craſſæ, vel tenues. Pellucidæ & albæ appârent in morbis acutis ad phrenitidem & mortem ſine pepaſmi ſignis: progreſſis autem pepaſmi ſignis, in ſenibus ad dyſenteriam, in iuuenibus appârent ad haimorrhagiam.

10 Quæ ſunt delirij ſigna.

11 Symptomatici, virium infirmitate, & qualitatis malignitate. vel accenſo illîc foco per tranſlationem materiæ, aut laborante ſubiecto. Hic enim ſudor ſignificat dolorem ventriculi, vel laborem in mitificando cibo: vel cerebrum malè affici. per bilis crudæ metaſtaſin. ἰδρὼς mala eſt: vbi ſudor, ibi morbus.

12 Nimirum, nauſeæ participes: quia ventriculus famelicus vndecumque attrahit humorem crudum illum bilioſum qui febrim parit, 6. Epid. 12. 1. & 2. Prorrh. 44. & nauſeæ expers, quia ſanguis in maioribus venis & arteriis æſtu conflagrat.

13 Hoc muſculorum quandam conuulſionem ſignificat. exhauſtis muſculis, auctoque reſpirandi vſu, & contumaci thorace. Duplex eſt πνεῦμα προσπαῖον: εἴσω, dum intrò fertur ſpiritus, qualis eſt lachrymantium puerorum: vel extra. Prius ſignificat conuulſionem muſculorum thoracis intercoſtalium: poſterius, fuliginis copiam. Accidit autem ſpiratio frequens, quia ventriculus immutatus & ſiccior redditus, inæqualiter diſtenditur, & diaphragma comprimitur, vt non tantum quantum ætris opus eſt attrahatur.

14 Seueritatem præſeferentia, nimirum amborum conuulſione: vel alterius reſolutione. Idem quod dicit in Prognoſticis, cutis circa frontem diſtenta.

14 Quia cor trahitur in ſympathiam ſtomachi malè affecti. Vbi enim cor trahitur in ſympathiam, ſequitur lipothymia: vbi verò cerebrum, conuulſio, vel delirium. Lipothymia cum virium integritate conſiſtere poteſt.

2 Subuculæ. ab oppreſſione diaphragmatis, ob repentinum cibi vſum.

15 Auctis cauſis; ab oppreſſione cerebri, in hiſtoria Pythionis. Verùm cur manus fiant tremulæ; diſputat Galenus cum Sabino, Comment. in hiſtoria Pythionis. quo loco negat tremulas fieri manus à ſympathia ſubiecti malè affecti, contra Sabinum: quòd nulla ſit ſocietas ſtomacho ad manus. Nam ſocietates fiunt triplici modo, aut ob viciniam; vel generis, aut operis ob familiaritatem. in quarum communitatum nullam manus ſubiecto affecto conſentire poteſt. Neque enim aliquod opus ipſis commune eſt: neque in neruis ſocietas. Ad ſubiectum enim perueniunt nerui ex ſexta coniugatione: ad manus verò ex medulla dorſali, circiter ſextam, ſeptimam aut octauam vertebram. Dic igitur quòd hîc tremor manuum accidat per ſympathiam ventriculi, ſimul laborante corde, cerebro, & diaphragmate.

16 Concutitur. vellicato ſtomacho acrimoniâ bilis ſurſum protrudentis: quod eſt iam iam adfuturi vomitus ſignum, diffuſa bile per interiorem tunicam, quæ ventri, linguæ palato, & labro communis eſt: nam alteram exteriorem accipit à pulmonibus. de qua illo Aphoriſmo: Quibus linguæ ſunt aſperæ, his voces quoque ſunt aſperæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLV. 1 Ταῦτα ἅπαντα ἐν ἀρχῇσιν ὁποσοισινοῦν ἐπιφαίνεται, σημαίνει ἐς τὸ παραυτίκα ἀφροσύνης εἶναι δηλωτικὰ σφοδρῆς, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐς τὸν θάνατον.

XLV. *Quæ* 1 *omnia* [*commemorata ſymptomata*] 2 *cùm ineunte morbo apparent, delirij ſignificationem præbent inſignis; maximamque partem homines* 3 *ita affecti moriuntur.*

COMMENTARIS.

1 Damna quibus augentur.

2 Nec criticorum ſignorum rationem habere poſſunt: vt marmarygæ poſſunt apparere morbo cocto ad futuram hæmorrhagiam. quaſi dicat, huiuſmodi hæc ſunt, vt ſi ineunte morbo appareant, vi morbi fieri putabimus; nec poterit excuſatio adferri perturbationis criticæ. Ineunte morbo, hoc eſt, dum nulla coctionis adſunt ſigna.

3 Quia iudicatoria non iudicantia, vel ad mortem vel ad deterius appârent. dicet quis. Pythioni & aliis talia ſigna aderant, & euaſere. Reſpondeo, Apoſtemate euaſere. Epiphænomena appârent ad ſalutem vel ad mortem, ad melius vel deterius, ad tempus & ſpeciem criſis. vt vrina in febribus eſſentialibus, in pleuritide ſputum. Horum duo ſunt genera: quædam ſunt ſigna, quædam cauſæ. Hîc accipitur pro ſignis: quæ appârent ad ſpeciem criſis, & tempus, cùm antè ſignificata ſunt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 323 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVI. 1 Οἱ δ' διαφθειρόμενοι, ἢ 2 μετ' ἀποστήματος, ἢ 3 αἵματος ῥύσιος ἐκ τῆς ῥινός, ἢ 4 πύου πτυόμενοι διαφεύγουσιν· ἄλλως δὲ οὔ.

XLVI. 1 *Qui verò mortis periculo defunguntur, aut* 2 *cum abscessu, aut* 3 *sanguinis profusione ex naribus, aut crassum* 4 *pus expectorantes euadunt: nunquam verò aliter.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, qui euadunt; tot tantisque damnis aucti.

2 Id est, in articulis, vel maxillis. Cum abscessu ἀντιῤῥόπῳ κατ' ἴξιν, in parte capaci. vt Herophonti.

3 Vt in Metone.

4 Vt in Pythione in lib. Epidem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVII. Οὐδὲ γὰρ ὅτι ποτιστέον * ὁρέων ἐμπείρους τὰς ἰητροὺς, 1 ὡς χρὴ διαγινώσκειν τὰς ἀδηφαγίας ἐν τῇσι νούσοισιν, αὖτε διὰ 2 κενεαλγείην * ἀδηφαγέοντα, αὖτε δι' 3 ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν, αὖτε δ' ἰὸν 4 πόνον, καὶ κατὰ ὀξύτητ' & τὴν νούσου· ὀκόσα τε ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἡ ἕξις ἐνώσασιν ἐλλεκτοῖ πάθεα. καὶ εἴδεα πολλοῖσι· καὶ τοι σωτηρίου ἢ θανάτου φέρει γινωσκόμενα ἢ ἀγνοούμενα τὰ τοιαῦτα.

* ὁρέων
* ἀποτελῶν

XLVII. *Nec verò harum distinctionum peritos animaduerti medicos,* 1 *vt discernant quanam sint ab* 2 *exhausto virium infirmitates quæ per morbos eueniunt, siue ob* 3 *aliam irritationem, siue à labore* 4 *vel dolore, siue à magnitudine & vehementia morbi; tum quæcumque suâ cuiq. peculiaris natura & habitus singulis pariat pathemata multiplicesque species. Quamuis hæc si cognita aut ignorata fuerint [à medicis] salutem aut exitium adferunt.*

COMMENTARIVS.

Aperit eorum errorem qui ad virium infirmitatem cibos exhibent, sine delectu & distinctione causarum infirmitatis. Qui enim ad infirmitatem virium à morbi magnitudine ortam, ante statum exhibet cibum, vel à cardiogmo aut à peculiari habitu si vires vacillent, morbum reddit insanabilem. Nam cibus exhiberi non debet, nisi infirmitatis causa sit exhaustum: etenim minùs peccat qui infirmis viribus ab exhausto cibum negat; quàm qui infirmis viribus à morbi magnitudine vel cardiogmo cibum exhibet. Quare cùm ex viribus duci debeat recmarsis recta, ne falsâ infirmitatis ratione decipiamus, propterea que cibum exhibendum putemus.

1 Id est, distinguere nequeunt.

2 Id est, ab inedia, à vacuatione occulta, aut manifesta: vt hæmorrhagia, vomitu, deiectionibus, sudoribus; ab inedia, vigiliis, perpetuis surrectionibus in tenesmo. Occulta à vacuatione: vt cùm tenues sunt humores, & febrilis calor actis.

3 Vt vsu medicamentorum.

4 Vt cardiogmo, lumbricorum morsu.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVIII. * Μεῖζον γὰρ κακόν ἐστιν, ἢ διὰ * τὸ πόνον ἢ πλῆθος ἐξυπνίης τῆς νούσου ἀδηφαγέειν τινὰ προσφέρειν ποτὸν, ἢ ῥόφημα πολλὸν ἢ σιτίον, ἀδύμῳ & διὰ κενεαλγείην ἀδηφάγον· ἀεικὲς δὲ καὶ διὰ κενεαλγείην ἀδηφάγοντα, μὴ χρῶσι καὶ πόζαν τῇ ἡσυχίῃ. Φέρει γὰρ τινα κίνδυνον καὶ αὖτη ἡ ἁμαρτίη, πολλῷ δὲ ἧσσον τῆς ἑτέρης. Καὶ ἀγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὕτη μᾶλλον ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρης. Εἰ δὲ ἄλλο & ἰητρὸς, ἢ καὶ ἰδιώτης εἰσελθὼν καὶ ζόους τὰ ξυμβεβηκότα, δόμεν καὶ φαγεῖν καὶ πεῖν ἃ ὁ ἕτερος ἐκώλυσεν, ὀξυδίλως ἂν δύκειε ἀπεκπλῆσαι. Τὰ δὲ τοιάδε μᾶλιστα 6 καταβλάπτει· ὅσα χλιαινόντων κατὰ σῶμα ἀνθρώπων· δύκει γὰρ αὐτοῖσιν ὁ 7 ἐσελθὼν ἰητρὸς, ἢ ἰδιώτης, * ὡς σὲ χρὴ * πεπονθότα * ἀνωμῶσαι.

XLIX. 8 Τεχεσφόρα οὖν χρὴ σὲ τούτων συμπίπτειν, οἷσι δεῖ ἕκαστα τυγχάνειν διαγινώσκειν.

* Μέζω
* τὸν πόνον
ὥσπερ οἱ
* πεπονθότα
* ἀνωμῶσαι

XLVIII. 1 *Etenim grauius multò malum infertur agro, si ei qui ob * laborem morbique vim infirmior* * dolorem *est, exhibuerit quis potionem aut sorbitionem largiore manu, aut cibum, ratus ab exhausto eum infirmum esse. Dedecet enim fateor, non intelligere eum qui ab exhausto laborat, tenuique dieta prosternere.* 2 *Periculum enim affert & hoc peccatum, sed multò minus quàm* 3 *alterum. Est enim* 4 *ridiculum magis hoc peccatum altero. Etenim si alter medicus vel plebeius quispiam accesserit agrum,* 5 *noueritque quæ acciderunt, dederit edere bibereque quæ alter prohibuerit, amplissimè videatur adiumentum attulisse. Huiusmodi autem potissimum si medendi artifices commiserint,* 6 *maximè ab hominibus dedecore afficiuntur. Etenim videtur is qui* 7 *postremò accessit, agri vitam ex faucibus fati ereptam restituisse.* XLIX. 8 *De his autem signa paulo post à nobis scribentur, quibus singulæ [infirmitatis causæ] distingui possint.*

COMMENTARIVS.

1 Dicet quis, Hip. 1. aph. 5. dicit, Si quid peccatur in victu, peccatur magis in tenui, quàm in paulò pleniore: At hîc contrarium docere videtur. Respondeo: hîc agit de vigente ac vegetante morbo: at in Aphorismis de ineunte morbo; vt qui fraudant primis morbi initiis ægros suo genio: quòd tunc imminente statu derepentè ad negociũ conuertere debet ad ocio, defraudatum cibo ventrem. præstitisset eos primo morbi vestigio pleniùs aluisse, (vel etiam Cycione,) & vigorem inediâ excepisse. At hîc agit de illis qui cibum exhibent, dum vi sua morbus vrget, & falsam exhaustarum virium imaginem præbet; cùm potiùs opprimantur materiæ copiâ vel morbi acumine. Quidam ob dolores ἄσφυκτοι iacent & ἀκίνητοι, vt etiam à morbi acumine. alij ob exhaustum sensibus occultum aut manifestum; hi cibandi illi; non. nam illi sæpe vacuatione egent. quasi dicat, igitur turpe est in medico, ignorarit si causam infirmitatis: num ea sit ab oppressione virium, vel ab exhausto.

2 Vel: etenim & hic error non est periculi expers, id est, aliquod infert damnum.

3 Id est, si ex falsa opinione infirmitatis cibum concesserit.

4 Id est, hic error risu dignior videtur altero, quòd medicus exhausto non præbeat cibum.

5 Id est, infirmitatis causas animaduerterit.

6 Id est, vulgus hominum pluris facit hanc medici culpam, quàm aliam commemoratam.

7 Qui cibum exhibuit.

8 Nam infirmitas nos terrere non debet, sed infirmitatis causa. sit enim oppressione, collectione spirituum, & ab exhausto, vt ab inedia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

L. 1 Παραπλήσια γάρ τοι (τοῖσι κῆ κοιλίῃσι) δέδε καὶ τοῦτα. 2 ἢ * πολὺ γὰρ ἂν ὅλῳ τῷ σώματι ἀναπαύσιητα * πολὺ φέροι τὸ ἧσσον, ἢν ἀωτικὰ 3 ἔρρωται μᾶλλον· ἢν δὲ δέῃ καὶ * πόνους χώνευσιν διαπονῆσαι, ἐξαπίνης εἰς τοὺς πόνους ἐλθὼν, φλαῦρον 4 τι φορέσειεν ὀξυδόλως. Οὗτοι δὲ γὰρ ὁ 5 ἓν ἕκαστον τῶν σωμάτων. Καὶ γὰρ ἢν πόδες τοιόνδε τι 6 φορέσειαν· καὶ τἄλλα ὡσαύτως 7 μὴ εὐστόμφακα πυνέειν, ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης εἰς τὸ πορεύειν ἔλθῃ· ταῦτα δ' ἂν καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ οἱ ὀδόντες πάσχοιεν καὶ πᾶν ὁτιοῦν. Ἐπὶ καὶ κοίτῃ πρὸς τὸ ἧσσον μαλακὴ πόνῳ ἐμποίῃ, καὶ σκληρὴ πρὸς τὸ ἧσσον, καὶ ὑπαθρέσσ πρὸς τὸ ἧσσον· οὕτω σκληρύνῃ τὸ σῶμα.

* πολὺ
* πονεῖ

L. 1 *Omnino similia etiã sunt hæc iis quæ propriè ad aluũ pertinent.* 2 *Etenim si vniuersum corpus præter vitæ institutũ quieuerit, non statim magis robustum* 3 *euasit. quodsi etiam diutiùs feriatũ corpus ocio repentè se ad laborem conuerterit, perperam* 4 *efficiet quippiam. Eodemque modo de* 5 *vnaquaque parte corporis iudicandum. Etenim & pedes huiusmodi quippiam* 6 *agent, cæterique omnes adeo articuli* 7 *qui ocio dediti*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 324 sur 513

*dediti fuerint nec laborare consueuerint, si repentè se ad laborandum conuerterint: eadem etiamoculi ipsi dentesque patientur, & pars vnaquæque. Quod & *stratum cubile ipsum præter consuetudinem molle & durum molestum est ei qui vtitur, tum etiam lectus sub dio præter morem, corpus indurat.*

*στρατὸν

COMMENTARIVS.

Sensus Aphorismi est, aluus ab ocio ad negocium si subitò reducatur, læditur; ergo sensim redeat ad officium.

1 Vel, huiusmodi ferè sunt hæc quæ sequuntur, cum iis quæ in aluum cadunt mutationibus. nimirùm ab ocio ad negocium. quasi dicat, exemplo aliarum partium facilè quiuis intelligit, grauissimam esse mutationem aluo, quæ fit ab ocio ad negocium.

2 Id est, si quis in vmbra vixerit præter institutum.

3 Quia exoluit; proprij autem officij exercitatio, robur augere solet, ex Platone, & Galeno ad finem lib. 6. De locis affectis.

4 Cùm officium facere volet. Ac si diceret, omnia perfunctoriè & negligenter faciet, & nil dignum suâ naturâ faciet.

5 Vt nimirum cùm aget, omnino sui officij immemor esse videatur.

6 Perfunctoriè. id est, deprauati officij speciem edent.

7 Id est, artus qui illorum laborum fuerint insolentes & insueti.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

*Αὐτὰρ

L I.* Αὐτὰρ καὶ ὅδ' 1 τοιῶνδε πάντων ἀρχὴ 2 σῶμα δύναμις γράφαι. Εἰ γάρ τις 3 ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ μήτε λίθῳ 4 ὀπίσω μήτε λίθῳ ἐνθύσας, μήτε ἄγαν 6 δυσκλινὴς ἐὼν, μήτε ἄγαν εὐκλινὴς, ὧδε κάρτα ἀρξάμενος ἐκ πρώτης κατακείσιος ἠρέθοιτο, καὶ 7 ὑπομένῃ 8 μετεωρίζειν τὸ σκέλος ἀφελέσθαι μᾶλλον ἂν ὕστερον εἴη, καὶ ὑγιὴς πολλῷ δώσων ἔτι χρόνῳ, ἢ εἰ 9 σπεύσαιμι ἄφρος ἐπιχειροῦν. Εἰ μὲν τοι *πεμπτίοις, ἢ ἑκταίοις, ἢ καὶ ἐπὶ 10 ἀνωτέρω, ἀναγκαίως ἐθέλει ἀναβαίνειν, 11 μᾶλλον ἂν πονέοι τότε, ἢ εἰ αὐτίκα ἐξ ἀρχῆς πλανώμενος ἠρεύοιτο. Εἰ δὲ καὶ πολλὰ ταλαιπωρήσειεν ἐξαπίνης, πολλῷ ἂν μᾶλλον πονήσειεν, ἢ ὀλιγὸν ἐπιδιδόμενος τοῦτο, ταλαιπωρήσειεν τούτῳ τῷσιν ἡμέρῃσιν.

*ἐπὶ

L I. *Quinetiam 1 huiusmodi affectionum sufficiet 2 exempla scribere. Etenim si cuius tibia vlcere sit obsessa, 3 eoque nec admodum 4 magno, nec 5 admodum facili, 6 atque is qui vulnus accepit, non sit valdè contumax ad curationem, nec admodum facilis, & statim ineunte morbo iam vsque à primo die decumbēs in lecto curationem adhibeat, ac nullo 7 modo pendulum 8 sit crus, sic inflammationis expers reddi poterit, ac sanitati multo celeriùs restituetur, quàm si 9 oberrando curationem suscipiat. Sed tamen si quinto aut etiam sexto die, aut etiam supra 10 illud tempus surgens è lecto, prodire velit, 11 maius negocium tum sibi faceſſet, multoque magis laborauerit, quàm ille qui curationem suscipiendo, illis primis diebus prodierit. Quodsi confertim se fatigarit, grauiùs affligetur, quàm si curationem suscipiendo, primis illis diebus defatigatus fuisset.*

COMMENTARIVS.

Collatione partium docet mutationem ab ocio ad negocium calamitosissimam esse. Vt si cui crus obsessum fuerit phlegmone, & quiescat is quatuor diebus, tum quiete is sibi consulit: si post quatuor dies se exerceat, peccat tum ratione morbi, tum partis. Partis quidem, quia ab ocio ad negocium se conuertit. Hinc sumpti sunt Aphorismi quartus & quintus, libri primi.

1 Quæ cadunt in aluum à diætæ mutatione, id est, huiusmodi quæ in quæstionem proposita sunt.

2 Ac tandem huic libro finem imponere, qui de termarsi est diætæ in morbis acutis. ἐξαπίνης nimirum documento proposita, quæ sine exceptione sunt huiusmodi.

3 Id est, proprio vlcere, vel vulnere sauciatur.

4 Amplitudine diuisionis, aut dignitate partis vel κακοηθείᾳ. lib. De vlcere, ἐπίκαιρον insigne, οὐκ ἐπίκαιρον vile.

5 Nec admodum facili nec admodum curatu difficili: id est, aut diffidultate in modo medendi, aut intemperie partis, aut materiæ vitio, aut sanguinis affluentis vitio, aut symptomatum coniunctione; sed mediocri.

6 Potest referri ad eum qui non facilè recipit vulnus; hîc ad curationis difficultatem.

7 Id est, neque stando, neque sedendo, nec ambulando crus moueat.

8 Id est, non vsquequaque. ex omni parte sustentatum.

9 Stando, sedendo, vel ambulando, illi medicina fiat.

10 Id est, tertio vel quarto.

11 Subitanea illa mutatione ab ocio, ad negocium.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

L II. 1 Διὰ τίλος δ' ὧν μαρτυρέει 2 πάντα πάντα ἀλλήλοισιν, ὅσα πάντα ἐξαπίνης ἐκείνῳ πολλῷ τὰ μεγέθεα μεταβαλλόμενα, δεῖ τὸ μὴ δεῖν τὰ βλάπτει.

L II. 1 *Omnia igitur hæc [quæ posita sunt] documento 2 esse possunt inter se, quòd [scilicet] ea quorum à mediocritate fit insignis excessus in hanc vel illam partem, detrimentum adferunt.*

COMMENTARIVS.

1 Caput totius disputationis est, vt intelligamus quàm diu manet suo statu natura, in ea nil mutandum esse, omnemque eam fugiendam esse mutationem, quæ fit vel in diæta vel aëre. Nam omnis mutatio periculosa. periculosior tamen quæ fit ab ocio ad negocium, quàm contrà. Si igitur natura à statu suo receſſerit, æqualis contrariorum excessu, cum naturæ excessu est pugnandum. Sed tectè ea contrarietas in vsum ducenda est. Omnis igitur mutatio inconsideratè facta grauis est; cùm ratione sui, quòd tenuis victus sit periculosus in acutis; tum quòd indicatione sumpta à natura peculiari, tenui victu ægri delinquant.

2 Vel, vt summa dicam, omnia hæc consentiunt inuicem, quòd quæ in hanc vel illam partem repentina subitò fit mutatio (adiungendo vel deducendo) supra modum damnum adfert.

HIPPOCRATIS TEXVS.

L III. Πολλαπάσῃ 1 μὲν οὖν χεὶ καὶ λίθῳ ἢ βλάβῃ ἔοῦν, ἢν ἐν πολλῆς κενεσυγείης ἐξαπίνης πλέον τοῦ μέτρου φορτώσῃ). Ἀπὸ γὰρ καὶ 2 χεὶ τὸ ἄλλο σῶμα, ὦν ἐν πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πολὺ πόνον ἴλθοι, πολὺ πλέω * βλάψει, ἢ ἐν πολλῆς ἐόντ- ὧδε ἐς καταγγελίω μεταβάλλοι. Δεῖ μέν[τοι] 3 καὶ τὸ σῶμα τοιούτοισιν ἐλαύνειν, ὦν ἐν πολλῆς ταλαιπωρίης ἐξαπίνης ἐς πολλὰ τε καὶ ῥαδυμίαν ἐκπίπτῃ, δεῖ δὲ καὶ 4 τοιούτοισι τῶν κοιλίων ἐλαύνειν πάνυ βραχέως. εἰ δὲ μή, ὁ πόνος ἐν τῷ σώματι ἐμπαγήσεται καὶ βάρος ὄλεθρον τοῦ σώματος.

* βλάπτει

L III. *At 1 infinitis partibus est maior ea noxa quæ aluo infertur, si à diuturno exhausto plus iusto quid ingeratur. Quinetiam in 2 vniuerso corpore, si ex diuturno ocio repentè quis ad laborem se conuerterit, multò magis lædetur, quàm si à liberaliore victu ad * inediam se conuerterit. Est igitur necesse 3 horum corpus omnino quiescere, quamuis multo labore fractum corpus, ad ocium & ignauiam transferatur, 4 quinetiam & is [qui abstinentiâ exercitij suum defraudat genium] aluum defraudare oportet cibi copiâ. 5 Sin minùs, e negocium faceſſet corpori, & grauitatem inferet.*

* exhaustū mutatio fiat,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 325 sur 513

Commentarius.

1 Quasi dicat, Sed cùm à mediocritate (eius rei cui natura assueuit) insignis excessus & mutatio in hanc vel illam partem naturæ sit permolestus, quamdiu statu suo manet: attamen infinitis partibus est maior ea noxa quæ cadit in ventrem, si post diuturnum exhaustum repentè plus æquo cibi ingeratur.

2 Id est, in cæteris partibus. si à diuturno ocio repentè se ad vehementiorem laborem conuerterint: nam grauior est mutatio ab ocio ad negocium, quàm à negocio ad ocium.

3 Subiicit correctionem intempestiuæ mutationis in hanc vel illam partem. nimirùm qui ex negocio ad ocium transeunt, eos ἀλινύειν, vult, id est, toto quiescere corpore: nam vbi fames, laborandum non est. & faciliùs fertur à negocio in ocium translatio, quàm ex aduerso.

4 Est enim consentaneum vt aluus cibi copiâ defraudetur; id est, vt à coctione vacet: nam vbi fames, laborandum non est.

5 Si quis ad ingenium redierit, suo antè fraudatus genio.

6 Damnum & offensionem corpori adferet, vniuersique corporis grauitatem sentiet, nimirùm coctionis difficultate, digestionisque inopia, quia ventris segnities, omnium confusionem, & vasorum impuritatem parit.

Hippocratis Textus.

LIV. 1 Ὁ δὴ οὖν πλεῖστος μὲν λόγος γέγονε περὶ μεταβολῆς τοῦ ὅλου τε καὶ ὅλου τε, ἐς πάντα μὲν οὐ ῥᾴδιον * τ' ἂν εἰδέναι. 2 Ἀτὰρ καὶ (ὠφελεῖ δ' ὁ λόγος οὖν) ὅπη ἐν τοῖσιν ὀξείῃσι νούσοισιν ἐς τὰ 3 ῥοφήματα μεταβάλλουσιν ἐκ τῆς κενεαγγείης· 4 μεταβλητέον γὰρ ὡς ἔγωγε καὶ δέδωκα. Ἔπειτα δ' ἐς ξηρὸν ῥοφήματος, πρὶν ἢ ὑδρωπικὸν 5 πεπαυθῇ, ἢ ὅ ἄλλό τι σημεῖον φανῇ, ἢ κῶλον 7 ἕτερον κενεαγγικὸν, ἢ ἐρεθισμικὸν, ἢ κῶλα 8 ὑποχονδρίων οἰκεῖα 9 γεγράψεται σημεῖα.

LIV. 1 *Ergo de mutatione quæ in hanc vel illam partem sit, largiùs à nobis disceptatum est. Sed tamen ad bene medendum cognitio hæc perutilis est & necessaria. Quin etiam 2 (de quo instituta fuerat disputatio) in morbis acutis, ab exhausto (id est, inedia) ad 3 sorbitiones ægros conuertunt: 4 & sanè adducendi sunt quoque ad sorbitionis vsum: sed tamen sorbitione non est vtendum* priusquam morbus; mitificatus fuerit, aut 6 aliud signum aliquod apparuerit, aut 7 intestini exhausti, aut irritatæ alui, aut ab 8 hypochondriis signa 9 quæ pòst scribentur.

* ταῦτα

* donec

Commentarius.

1 Anacephalæosis.

2 Vel, Cæterum quod est nostri instituti propriùm.

3 Inconsideratè. facilius est potu reficì quàm cibo. quasi dicat, vt vitetur cacochymia succrescens effœtâ aluo, quæ totius corporis necessitati satisfacere nequit, dentur alimenta humida consistentiâ, sitis expertia.

4 Vel transeundum; vel mutationem faciendam affirmo etiam ego. eo vsque quòd magnis mutationibus magna sit opponenda mutatio.

5 Donec edita sunt pepasmi signa, nimirùm si sufficit eò æger.

6 Quòd symptoma vires frangat. vt cardialgia à bile, vigilia, ira, mæror, lumbrici ad ventriculum repentes; pruritus irritans nocte.

7 Aut vacuatione per aluum. id est, profluuium aluinum. quasi dicat, ante pepasmi signa non sorbeat, si sufficit æger: alioqui si signa labefactatarum virium appareant, ineunte etiam morbo, ante pepasmum sorbeat: hoc est, ilicò, ne cogaris ad statum pastum præscribere, cùm minimè decet.

8 Aridis, collapsis, aut suspensis; vbi ob siccitatem deprimitur hypochondrium, & non ob phlegmonen. nam qui phlegmonè ira concidunt, tenuissimè nutriendi: qui verò à siccitate, vt hîc, sæpe parum ptisanæ sorbere debent.

9 Vt facies mortifera. Duæ sunt Indicationes contrariæ; vna, à morbo: altera, à naturâ. Morbus sui ablationem; natura, firmitudinem suadet. A morbo, Hip. 2. aph. 7. Quæ corpora longo tempore perfecta extenuatione tenuata sunt, nimirùm humidæ & spirituosæ substantiæ iacturâ non solâ, sed exhaustis partibus solidis, per quæ nutricatio perficiebatur. cutis distenta est, in his, & pallida, carnibus accisis, hos lentè reficere oportet; quòd partes solidæ infirmæ sint. cibis liquidis, cocto facillimis, non sitiferis. In quibus verò breui dissipantur spiritus & humores, superstite partium solidarum integritate, cutis laxitate cum pallore, celeriter reficiendi.

Hippocratis Textus.

LV. 1 Ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ, πόμα καὶ σιτία 2 ὠμὰ καὶ ἀπεπτότατα ποιέει. καὶ ἢ 3 ὅπῃ τὰ ἔνερθε δι' μεταβολὴν, διαλύῃ τὸ σῶμα, καὶ 4 ἐρρώστησε καὶ καρηβαρίαν ἐμποιεῖ.

LV. 1 *Vigiliæ pertinaces, cibos & potiones efficiunt 2 crudos & coctionis expertes. & 3 quæ in contrarium fit mutatio, corpus soluit, ac 4 faciem turgidulam reddit, & capitis grauitatem adfert.*

Commentarius.

Sensus Aphorismi est, Ad insueta mutatio, cruditatem facit, & roboris exolutionem.

1 Vigiliis calor vitalis & spiritus diffunduntur, vnde horum in ventriculo inopia: nam ad cerebrum trans feruntur, vnde horum inopiâ ventriculus laborat. vnde Hippocrates, Quod cibus & potus ventriculo, id somnus visceribus. Vigilia exhaurit per halitum, nec coquit quæ in imo sunt: Somnus verò humectat, spiritumque & effluuia cohibet.

2 Ὠμὰ cruda significant: ἀπεπτία coctionis impossibilitatem.

3 Id est, somni profundi, procreant halitus; vnde turgent corpora quasi excocta.

4 Ob calidum madorem: quare hoc roboris exolutionem denotat. Tecmarsin bene medendi absoluit in cibo æger, qui progreditur ineunte morbo à victu pleniore ad tenuiorem: & à statu, à tenuiori ad pleniorem. Etenim omnis tecmarsis bene medendi in his 4 est posita, historia morbi, viribus ægri, peculiari cuiusque natura, & consuetudine.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 326 sur 513

IN HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS LIBRVM TERTIVM ET QVARTVM COMMENTARIVS.

Illustrissimis, Potentissimis & Magnificis,

ORDINIBVS ZELANDIÆ,

OTTHO HEVRNIVS, defuncti parentis nomine IOANNIS HEVRNII, dedicat consecrátque.

HVMANO generi iuuando plurima Parens noster IOANNES HEVRNIVS, POTENTISSIMI ORDINES, *cùm scripsisset, tandem ad illuminanda* MAGNI HIPPOCRATIS *scripta se conuertit, qui primus Artis Medicæ fundamenta posuit, quæ per annos bis mille certa & immota inuidiosa vetustas reliquit. Vltimum hoc cùm esset à Parente nostro singulari arte & industria elaboratum opus, iam moriens voluit id* ILLVSTRI *Vestro Nomine munitum in publicam lucem prodire operâ nostrâ: tum vt antiquissimo huic Artis medicæ scripto, ante Alexandrum Magnum composito (quod modum & rationem docet cibum exhibendi in violentissimis illis morbis qui intra septem aut quatuordecim dies hominem abripiunt, & qui certò necant si in alimento error admittatur) per se licet pretioso; splendor accedat: tum vt Commentariorum vestimento à Parente nostro decoratum, antiquum suum contra calumniam & liuorem inuiolabile robur reseruet. Nam is est,* POTENTISSIMI DOMINI, *nominis vestri splendor, vt & obscuro lucem adferat, & luce liuorem offuscet. Vos primi vindices Patriæ Libertatis estis: Vos caput eius fortunæ quæ Confœderatum Belgium tot* POTENTISSIMIS REGIBVS ET PRINCIPIBVS *associauit: Vos illi qui terras tentare repostas & alio sub sole iacentes ausi estis, quorum auspiciis Borealis plagæ incola cælum & solum Australe vidit; & vicissim, sub flagrante sole natus mediis in pruinis riguit, vt vos meritò reuereatur & suspiciat;*

Qnique renascentem Phœbum cernítque iacentem.

Rogat igitur verbis nostris, Parens noster IOANNES HEVRNIVS, POTENTISSIMI DOMINI, *Vestri nominis splendore munitum in publicum fama campum hoc opus prodire vi patiamini, quo gratiùs ab omnibus excipiatur, tutiùs à liuore vigeat, & latiùs innotescat.* DEVS OPT. MAX. ILLVSTREM VESTRAM AMPLITVDINEM *ad Religionis & Reipublicæ gloriam & incrementum æternùm incolumem tueatur.*

Ex Academia Leida in BATAVIS,
ANNO clo. c. Io. ix.

PRÆLOQVIVM.

HOc libro docet tecmarsin benè medendi in potu. Potionum autem quatuor sunt genera simplicissima: Vinum, aqua, melicratum, & oxymel. In harum vsu considerandum quid, quantum, quando, quibus, cum virium distinctione. Quidam dicunt vinum non nutrire, hoc argumento: Nihil nutrit quod non crassescit: vinum non crassescit. Sed & propositio & minor sunt falsæ. Maior quidem, quia lac in pueris nutrit, non autem crassescit. Minor verò, nam testatur Galenus lib. De Alimentorum facultatibus vinum esse alimentum: Ergo per se calfacit: per accidens refrigerat.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 327 sur 513

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΟΞΕΩΝ Γ.

I. Γλυκὺ 1 μὲν οἶνος καὶ 2 εὐανθὲς, καὶ λευκὸν, καὶ 3 μέλαν, καὶ 4 μελίκρατον, καὶ 5 ὕδωρ, καὶ 6 ὀξύμελι, τοῦτον δὲ 7 σημαινόμενον, χρὴ 8 διορίζειν ἐν τῇσιν ὀξέσι νούσοισιν.

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS LIB. III.

I. *At verò vinum 1 dulce, & 2 generosum, & album, 3 nigrum, & 4 melicratum, & 5 aqua, & 6 oxymel, iis 7 explicata notis 8 distinguere oportet in morbis acutis [quibus conueniant.]*

COMMENTARIVS.

1 Explicata vna qualitate, cæteras differentias gustabiles relinquit intelligendas: austerum, acerbum, acidum, suaue, acre, amarum. Dulce vinum, id est, temperatum, quod naturæ gratum est, cum crassa substantia: nullus est in eo caloris excessus.

2 Id est, magnarum virium: potens. assumpta differentia à facultate. Vide Historiam adolescentis, qui in Melibœa.

3 Id est, purpureum, fuluum. adde crassum, tenue, & odoris expers. Etenim differentiæ à consistentia & odore sumendæ: quoniam forma & essentia vini nobis est incognita. Quare sumendæ sunt eius differentiæ ab accidentibus inseparabilibus quæ ei insunt, his videlicet quinque, sapore, consistentiâ, facultate, colore, & odore. Ad quas & eæ reducendæ veniunt, quæ à materia vitis (quæ quidem ignota est) quæque aut à loco, aut à tempore, aut à præparatione ducuntur. Agimus hîc autem de vino simplici, quod est succus vuæ. Vide Platonem in Cratylo.

4 Id est, aqua mulsa. Meracum aut dilutum melicratum nil est aliud quàm mel temperatum aquâ. Estque melicratum ex melle vel crudo, vel cocto. Vtriusque rursus duæ sunt species: meracum, quod ex octo partibus aquæ, & vna mellis, idque hyeme conficitur. & dilutum, ex duodecim partibus aquæ & vna mellis: id æstate. Meracum fit vel in vsum præsentem; & dicitur hydromel: vel in vsum diuturnum, idque κατ' ἐξοχὴν dicitur melicratum.

5 Simplex: fluuiatilis, fontana.

6 Acetum mulsum, quod ex sedecim partibus aquæ, vna aceti, vnáque mellis constat. Id duplex est, simplex, & compositum. Simplex, vel in præsentem, vel in diuturnum vsum paratur. Compositum, vt scilliticum, &c. Agimus hîc de simplici.

7 Id est, parefactâ harum quatuor rerum naturâ.

8 Id est, quæ conuenienter cuique adhibendi sit ratio, docere. Nihil enim temerè pronunciandum de alimentis aut medicamentis: sed indicatione sumptâ à morbo, viribus ægri, peculiari cuiusque natura & consuetudine; quo modo conuenienter adhiberi possint in qualitate, quantitate, vtendi modo, & occasione. Et data non apto tempore vina nocent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

II. Ὁ μὲν 1 γλυκὺς ἧσσον ὀξὺ 2 καρηβαρεικώτερος τῆς οἰνάνθου, καὶ ἧσσον 3 φρενῶν ἀποτύμβιος, καὶ 4 διαχωρητικώτερος δὲ τῇ ἕδρῃ καὶ ἔντερον 5 μεγαλόσπλαγχνος ἢ σπλῆνός καὶ ἥπατος. ὧν δὲ πίνεσιν ἐν ἀδὲ τοῖσι 6 πικροχόλοισι. καὶ ὁ μὲν 7 διὰδυς τοῖσι γε τοιούτοισιν ὀξύς· ἀτὰρ καὶ φυσώδης 8 ἐντέρου τῷ ἄνω. ἡ μὲν πολεμίη γε ἐστὶν * κοὐκ ἐστὶν * καὶ λόγον ἔχει * φύσιος· καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι ποιέειν ὀξὺν ἐπὶ τῷ γλυκεῖ οἴνου * φύσιν, ἀλλ' ἐξηγεῖσθαι περὶ ἑκάστου.

* τῶν
* ὡς
* φύσις, φύσιος

II. *Enimuerò 1 dulce vinum minus generoso 2 caput grauat, ac minùs 3 arcem mentis inuadit, sed 4 eiusdem vsu magis, quàm ex altero, excrementa per aluum feruntur. sed tamen lienem & 5 hepar tumescere facit; propterea que 6 bilioſis consentaneum non est: huiusmodi enim naturis 7 sitim excitat. sed & in 8 superiori intestino flatus excitat: nec tamen inferioribus intestinis molestum est ratione flatus. quãquam non admodum sit meabilis flatus qui à dulci vino excitari solet, sed in hypochondriis cunctatur.*

COMMENTARIVS.

1 Quod nimirum est temperatum, cum substantia crassa coniunctum.

2 Quod sit minùs calidum, neque vaporibus caput oppleat. nam generosum insitas habet duas causas τὸ ἄνω φορᾶς.

3 Id est, cerebrum minùs calfacit, & delirandi causam minùs suppeditat. vide historiam adolescentis qui in Mendacij inuentus foro iacebat: Aristot. 4. Meteorol. 9. & 3. Problem. 13. & 28. Existimat D. Mercurialis ibi Aristotelem loqui de eo vino, quod γλεῦκος vel ἀσύγλευκος appellatum prodidit Plinius lib. 14. Quod vt fieret prodidit Plutarchus in Sympositis, vbi ait, Vasa Musto plena in aqua frigida extingui, &c.

4 Commoda vini dulcis. Omne vinum dulce est infirmum: quia nullus est in eo caloris excessus: sed est temperatum & crassum. Omne etiam vinum dulce est crassum, quia ipsius materia ob caloris infirmitatem non est resoluta in tenues partes. Crassum autem & tenue aliter in solidis, aliter in humidis dicuntur. tenue enim vinum dicitur, quod densissimas partes facillimè subit. in solidis verò tenue dicitur, quod in tenues partes facilè comminui potest. Duobus autem modis vinum dulce aluum ciet. primò, quia coquitur & mitificatur in ventriculo, neque ad renes transit, quia est crassum: omnia autem diuretica sunt tenuia. secundò, iis qui sunt πικρόχολοι in bilem vertitur: bilis autem sua acrimoiâ intestina ad excretionem excitat. Dulce vinum non est diureticum, & facilè bilescit; igitur aluum cit.

5 Quòd nimirum obstructionibus sit opportunum, crassitudine substantiæ; cùm capiatur ab ampioribus vasis ad angustiora. Dulcia omnia naturæ nostræ sunt consentanea, & proinde auidissimè à liene & hepate etiam adhuc cruda rapiuntur. huc accedit substantiæ ratio, quæ non potest in tenuissimas partes, caloris defectu, transire. præterea & loci ratio, quo itur à lata via, mezarrhaicis scilicet venis, ad capillares illas in summa parte hepatis.

6 Quòd hepate sint omnes calidiore. vnde crudi vini præpropera fit attractio, & ibi bilescit, vt dulcia omnia bilescere solent.

7 Quòd incendio flagret, & bilescat.

8 Id est, distenta flatu reddit hypochondria: ac difficultatem spirandi parit per diaphragmatis compressionem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. Καὶ ὁ οὖν 1 ἧσσον διαπλικὸς γλυκεῖαν ἔδωκε τῇ οἰνάνθει λευκοῦ.

III. *Eoque*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 328 sur 513

III. *Eoq; fit, vt 1 minorem vim ciendi vrinas habeat, quàm generosum album.*

COMMENTARIVS.

1 Vinum hoc dulce minùs est diureticum, id est, serum à sanguine non ita segregat, vt generosum album. nam vt habet Galenus 5. Simplicium, 13. diureticorum officium est, serum à sanguine fundere. hinc omnia debent esse meabilia, tenuium partium, & calida.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IV. Πτυέλε δ μᾶλλον 1 ἀναγωγὸς ὅτι τὰ ἑτέρα ὁ γλυκύς.

IV. *Sed certè dulce vinum maiorem vim habet 1 promouendi expectoratum, quàm aliud quoduis.*

COMMENTARIVS.

1 Primò, quia vim nutriendi habet: secundò, quia recreando pulmones, materiam crudam quodammodo coquit & mitificat: tertiò, quia efficit vt illa materia ab angustiis bronchiorum pulmonum feratur ad amplitudinem asperæ arteriæ, modò ipsum non sit sitiferum, nec adeò crassum: nec æger sit picrocholos, aut grauiter febricitet. Promouet ergo expectoratum excitando naturæ vim, pulmonum alas explicando, & eos meabiles reddendo, crudam materiam mitificando. Quare asthmaticis, & peripneumonicis, sedata (à venæ sectione) inflammatione præscribitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

V. Καὶ ἔστι μὲν δι' ἡδέος δεῖ πτύεμος, 2 ἧσσον δὲ τετεισιν ἀνάγει, ἢ ὁ 3 ἕτερος ἅπας. Οἷσι δ μὲ δι' ἡδέος, μᾶλλον ἀνάγει ἢ τὸ 4 ἑτέρου.

V. *Verùm quibus epotum vinum dulce 1 sitiferum est, iis quidem 2 minùs expectoratum educit quàm 3 aliud quiduis. Quibus autem sitiferum non est, promouet magis quàm 4 aliud quoduis.*

COMMENTARIVS.

1 Vtmygalospalangiosi, & pneumonicis.

2 Quia qua ratione sitim accendit, eadem planè materiam contumacem reddit quòd siccet. igitur non valet promouendo expectorato.

3 Quod nimirum flammam concipiendo ac febrem accendendo, expectorati materiam contumaciorem reddit. Hinc axioma colligite: Quicquid calorem accendit, quicquid est sitiferum, nihil valet promouendo expectorato: imò maximè obest. Itaque eclegmata, cùm sint calida, non conueniunt promouendo expectorato. Prudentes ergo medici sirupum de hyssopo non audent præscribere sine alterius sirupi admixtione, vt capillorum veneris, & violarum miscentes quorum duabus partibus admiscent vnam hyssopi. vtimur sirupis ad expectorandum.

4 Quòd pulmonibus gratum sit, Omne enim viscus dulcibus gaudet. & superatis venæ portæ & cauæ angustiis, materiam expectorandam mitificat, blando & temperato calore; & ab angustiis pulmonum ad asperæ arteriæ amplitudinem promouet materiam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. Ὁ δ λευκὸς οἰνάδης οἷσι 1 ἐπίηπτα μὴ ἢ ἔψεχ) τὰ πλεῖστα καὶ τὰ μέγιστα, ἥδη ἐν τῇ τῶ γλυκέος οἴνε διηγήσει· ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πέλεμος ἐὼν τῶ ἑτέρου, καὶ διυρητικὸς ὢν ἢ 2 χολαγωγικὸς * ἀεὶ, πολλὰ ὠφὸς 3 ὠφελέων ἐν τούτοισι. Καὶ ὃ εἰ ὠφὸς 4 ἄλλα ἀνεπιτηδειότερος τῶ ἑτέρε πέφυκεν, ἀλλ' ὅμως ἢ κῇ τὴν κύστιν καθαίρουσι, τῶ αὐτῶ μεγαλωφελῆ, ῥοῦ) ἢν ᾖ ὠφελέπται ὀκοῖον δεῖ. Καλὰ δ ταῦτα τεκμήρια δεῖ, τῆς ἀεὶ οἴνε ὠφελείης ἢ βαθείης ἐκάστε ἀκατασκέπτε ἢν πεῖσιν ἐμοῦ γραπτήρισιν.

* ἀεὶ πολλὰ προσωφελέοι ἐν τούτ

VI. *Nunc verò genereosi vini & albi 1 maxima sunt dotes, & vitia plurima, vt demonstratum est iam in dulcis vini enarratione: sed cùm ad vesicam meabile sit magis quàm aliud quoduis, magisque vrinas cieat, 2 obstructaque liberet, magnum in huiusmodi morbis adfert 3 adiumentum. Etenim si ad 4 alia minùs valeat [vel etiam plus adferat incommodi] quàm aliud quoduis, tamen quæ ab eo perficitur per vesicam purgatio, planè ægrum liberat, si exhibeatur vt decet. Atque hæc sunt præclara argumenta commodi vel incommodi quod à vino infertur, quæ quidem à maioribus meis nondum comprehensa fuere.*

COMMENTARIVS.

1 Sunt enim dotes, vt suo calore & tenuitate substantiæ vrinas cieat. vitia verò, quòd intestinorum & ventriculi vim labefactet, caput fumis oppleat, vnde cephalalgia, & delirij consecutio.

2 Partium scilicet vnde vrina ducitur, qua fertur, & vbi excipitur. Est autem hoc loco difficillima quæstio: An Nephriticis & calculo obnoxiis, vinum album & generosum exhiberi debeat. Practici indifferenter id omnibus præscribunt. mihi id minimè probatur. Sic igitur statuo; Vinum huiusmodi tunc exhibendum esse, quando agitur de ciendavrina, & de calculi exclusione ex vreteribus in vesicam. sed ad præcautionem est inutile. Nam cùm agitur de præcauendo calculo, non sunt danda tenuia illa diuretica; non enim est deriuanda materia in loca affecta. iam infirmior est ren, vel vlcere obsessus.

3 Vrina mota potenter à thorace abducit, nam per arterias emulgentes excluditur aliquid à thorace in renes.

4 Ad aliorum morborum curationes, vt febrium, intestinorum, capitis.

5 Quia nihil est ventriculo, maximè ieiuno, inimicum magis, quàm album & generosum vinum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VII. 1 Κιρρῷ 2 δ οἶνῳ, μέλανι αὐστηρῷ ἐν ταύτῃσι τῇσι νόσοισιν ἐς τόδε ἂν χρήσαιο, εἰ καρηβαρείη ἧδὺ μὴ ἐνείη, μηδὲ φρενῶν * ἄψις ἢ ἄψεις, μηδὲ τὸ πτύελον καλύσιλο τῆς ἀνάδε, μηδὲ τὸ ὦρον ἴσχοιλο. τὰ διαχωρήματα δ 3 παλαιρώστερα, καὶ ξυσματωδέστερα εἴη. Ἐν δ τοῖσι 4 τοιεῦτοισι * σφέσι ἐν μάλιστα μεταβάλλειν ἐκ τῶ λευκοῦ, καὶ ὁκόσα τετεισιν ἐμφερέα. * ἀψὶς ἢ * πρὸς

VII. 1 *Fuluo 2 autem, nigro & austero vino in huiusmodi morbis vtendum, siquidem neque grauatum sit caput, neque mens perculsa, neque sputum expectorato prohibeatur, nec vrina prohibeatur. Deiectiones 3 autem sint liquidiores, & abradentes, & ramentosa. Cùm 4 hæc ita sint, consentaneum est transire à vino albo ad huius vsum, atque ad ea quæ huic facultate consimilia sunt.*

COMMENTARIVS.

1 Sensus Aphorismi est, His qui infirmo ventriculo profusiore sunt aluo, cõsentaneum est vinum fuluum: & multo magis nigrum & austerum, si nihil aliunde periculi immineat. nimirum vel à peculiari ægri natura, vel à calamitosa vi morbi superueniente: vt si æger infirmiore sit cerebro, vrinæ adsit suppressio, vel mens perculsa &c. quæ enumerat Hippocrates. Nam quibus vrina supprimitur, nunquam debet vinum austerum exhiberi, quacumque de causa supprimatur. Supprimitur autem vrina vel criticæ, vel symptomaticæ. Criticõs, quia vnicum est signum futuri sudoris, in morbis acutis, vrinæ suppressio. 6. Epid. 1. 11. Symptomaticæ, idque vel plena, vel vacua vesica. Vacua, ab obstructione vreterum, vel inflammatione renum, vel hepatis incendio exhauriente omne serum, plena, ab obstructione fistulæ, vel resolutione vesicæ. De qua re ita Gal: 1. loc. aff. Si vesicâ impletâ nihil excernatur, aut resoluta

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 329 sur 513

ſoluta erit excretoria vrinæ actio, aut vrinæ fiſtula conſtipata. Reſoluta erit à refrigeratione nerui ſextæ coniugationis: eo enim refrigerato, ſéſio tei moleſtãtis qualitate aut quãtitate tollitur. proinde ſi hominẽ ita figuraueris, vt decliuis ſit veſicæ cernicis ſitus, manibus tumoré præter naturam preſſeris, expelletur vrina. Fiſtula verò tribus modis ſtipatur, vel enim in eam molem tumeſcit veſica ab inflammatione, ſcirrho, abſceſſu, vel alio quouis tumore, vt meatus inde occupetur. Vel aliquid præter naturam ei innaſcitur, vt caruncula; ſi præceſſerit vlcus, callus, aliáve res à longo tempore ex craſſo & lento humore ſenſim enata: vel à re quapiam obſtruatur, vt lapide, grumo, vel craſſo lentóve humore. Hîc autem quæritur an ad omnem dyſenteriam conueniat vinum auſterum. Reſpondeo, Ad eam ſolùm valere quæ accidit ex primigenia affectione laborantibus inteſtinis; vt in coaceruatione puttis pituitæ conſentaneus eſt vini auſteri vſus. Præterea in lienteria, quia illud recreat ventriculum & inteſtina, & calorem excitat. Non conuenit dyſenteriæ quæ fit ex hepatis inflammatione cum febre, cuius febris focus eſt hepar. Quia vt ait Hippocrates, hæc vini & carnis abſtinentiâ curatur, ſolóque priſanæ & ſirupi violati vſu. rurſus in critica dyſenteria ſenum, non exhibebis hoc vinum. nec in diſenteria quæ eſt ex anadrome lumborum, quia in hac bilis eſt ſegregata à ſanguine.

2 Non ſunt coniungenda fuluum & auſterum: ſed nigrum & auſterum. Quia fuluum eſt calidum & tenuium partium, magnarum virium, potens; ideò caput ferit, & febrim accendit.

3 Linterici excernunt liquida, ſed non tamentoſa.

4 Vt non adſit capitis grauitas, neque aliquid illorum quatuor: nimirum mens perculſa, expectoratum interceptum & vrina.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VIII. 1 Περιωσίσθαι δὲ δεῖ, ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα, καὶ τὰ κατὰ κοιλίην ὅσον βλάπτει, ἢν 2 ὑδαρέστερος ᾖ. τὰ δὲ κατ' 4 ἔντερον καὶ μᾶλλον 5 ὑγιαίνουσιν * ἀκριτέστερος ᾖ.

* ἀκριτ

VIII. 1 *Quod ſupereſt firmum illud ac ratum habere debet, omnes ſuperiores partes, eaſq; quæ adveſicã pertinent, minùs offendi, ſi* [*naturâ vel arte*] 2 *dilutius* 3 *ſit vinum:* 4 *inteſtinis verò maius* 5 *adiumentum adfert, quo meracius eſt.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, perſuaſum omnibus velim.

2 Id eſt, quo dilutius fuerit, eò minùs caput petet, nec febrim accendet, aut membranas ſtimulando lædet.

3 In febri vinum dandum eſt dilutum; atque ei vino aqua eſt ſuperbibenda, vt prohibeantur vapores. Quando febricitantibus vini neceſſarius eſt vſus, tunc eis detur tale vinum, quod vitiorum vini & aquæ ſit expers. album tenue, aquoſum, odoris expers, vt lora Dioſcor. lib. 5.

4 Inteſtina meracum iuuat ſtringenti vi: quæ alioqui aquâ ſoluitur.

5 In ſumma ventriculi infirmitate, vel infirmitatis periculo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IX. 1 Μελίκρητον δὲ πνεύμονι διὰ 2 πάσης ἢ νόσου ἐν τοῖσιν ὀξέσιν νούσοισι, τὸ δὲ ὕδατι μὲν τοῖς 3 πικροχόλοισι καὶ 4 μελαγχολικοῖσι 5 ὅσον ὀλιγηδέειν, ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισι *.

* δέειν

IX. 1 *Melicratum* (*vel aqua mulſa*) *tota morbi hiſtoria ſumptum in morbis acutis, prorſus quidem tum* 3 *picrocholis, tum his* 4 *quibus diſtenta ſunt viſcera,* 5 *minus eſt accommodatum, quam iis qui huiuſmodi non ſunt.*

COMMENTARIVS.

Senſus Aphoriſmi eſt, Melicratum, quia ſputum promouet, valet ineunte morbo; nam expectorati promotione curatur pleuritis. Sed ſi pleuriticus fuerit πικρόχολος vel μελαγχολόκλαχνος, huic eſt ſitiferum: talibus promouendo expectorato eſt noxium. nam tales peculiares naturæ inde rapiuntur in febres ardentes, & dyſenterias calamitoſas. Vnde dicit, Melicratum conuenit quidem omni pleuritidi, ſed non omni pleuritico. nam in morbi curatione, æquè debes cum morbo pugnare, atque naturæ ſtudere. Hinc collige, neque ſirupos, electaria, decocta calidiora, apta eſſe adſputi promotionem.

1 Melicratum ad verbum ſonat, ac ſi dicas mel temperatum, id eſt, dilutum. Latinis dicitur aqua mulſa. Græcis alio nomine dicitur ὑδρόμελι. Sed aput Dioſcoridem differt hydromeli à melicrato: quòd illud in diuturnum vſum comparetur; melicratum verò in præſentem. Hydromeli enim adiecta portione fermenti Sole coquitur caniculari, vnde acrimoniam acquirit, & vim obtinet vini Cretici ſeu Maluatici. Alterum genus quod paratur in præſentem vſum, duplex eſt, vnum meracius, quod vocant melicratum hybernum: alterum dilutius, quod æſtiuum. hoc ex duodecim partibus aquæ, & vna mellis conſtat; illud ex octo aquæ & vna mellis. Pichrocolis conueniétius eſt dilutius: pituitoſis, meracius. iuuenibus, dilutius; ſenibus, meracius: quia naturæ ſenũ mel eſt conſentaneũ. Vtriuſq; duo ſunt genera, vnũ ex melle crudo, alterum quod fit ex melle cocto. Prius tormina ciet, qualia deſcribit Hippocr. in mulieribus de quarum ingrauidatione quæſtio eſt 5. Aphor. 42. Atque hinc eſt quòd pragmatici deſcribunt clyſteres ad detergenda inteſtina ex hydromelite benè cocto. Nam ſi vel naturâ vel pharmacopœi vitio fuerit crudum, ſæuiſſima & miſerabilia excitabit tormina. Vires habet ab his ex quibus conficitur: aqua nimirum pluuialis, melle, & ſaccharo candido. Mellis in vniuerſum duo ſunt genera, mel aëreum, & factitium. Mel aëreum Arabes vocant Mannam. licet apud Arabas, Græcos, & Hebræos variè vſurpetur Manna. nam Hebræorum manna eſt cibus ille cæleſtis qui ex admiratione nomen accepit, vt Biblia teſtantur. Mel autem aëreum Hebræi non appellant Mannam: nam illud eſt quod Ionathas deguſtauit, quod ibi tamen non nominatur Manna: Arabes autem iſtud mel aëreum vocant Mannam: Manna Græcorum eſt ſubtiliſſima thuris pars, Gal. 3. de Alim. Mel factitium eſt quo vtimur, & quod materia eſt melicrati. Mel autem iſtud eſt dulciſſimum, ideoque cùm coctione dulcius reddi nequeat, ſalſum, amarum, & acre redditur. hinc picrocholis bileſcit, & auidè rapitur ab hepate calidiore etiam crudum; quare obſtructiones parit & flatus ibi ægrè diſſipabiles, æſtum excitat, accendit viſcera, quæ accenſa bilem generant. quæ quidem bilis mala eſt tum loco vnde manat, tum vbi generatur, tum loco quo iter facit. hæc bilis quia eſt à ſanguinis concretione ſegregata, incendio hepatis, omni ſero exhauritur, ac craſſiore parte in inteſtina detruſa, dyſenteriam ibi excitat calamitoſam.

2 Nimirum quamdiu morbus manet ſiccus: & in eius curam priùs eſt incumbendum, quam naturæ ſtudendum.

3 Natura, vel conformationis vitio, bilis vel anadrome, eiúſve refluxu ad ſuperiorem partem ventris.

4 Quorum diſtentio deprehenditur hypochondriorum inæqualitate, in qualitate, mole, & conſiſtentia. Qualitate, id eſt calore; quantitate, id eſt diſtentione

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 330 sur 513

diſtentione; conſiſtentia, id eſt duritie. μεγαλοσπλάγχνους vocat, quibus non ex lege naturæ, ſed affectu præter naturam viſcera intumuere, vt ſcirrho, phlegmone, œdemate. Nam dicuntur hîc μεγαλόσπλαγχνοι, quorum viſcera laborant vel obſtructione, vel tumore quodam præter naturam.

5 Vel potiùs calamitoſum; quia ſitiferum, & expectoratum reddit contumacius.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. 1 Διψώδης γε μὴν ἧσσον τῷ 2 γλυκεῖ & οἴνῳ, πυελμενίς τε ὁ μαλακώτερον ἔσται, καὶ ἧσσον 3 πλευρίτιδι ἐναγὴς μεσίοις, καὶ βηχὸς 4 παρηρεικώς. ἔχει γὰρ 5 σμεγματώδες τι, ὃ μᾶλλον τοῖς μέρεσι καταλαμβάνει τὸ πλεῖον.

X. 1 *Sed tamen ſitiferum eſt minùs* 2 *dulci vino, & pulmones lenit mollitque, & medicè* 3 *expectoratum promouet, &* 4 *tuſſim ſedat. in eo enim vis quædam* 5 *detergendi ineſt, per quam plus æquo ſputum viſcidius fieri* * *ſinit.*

*poteſt.

COMMENTARIVS.

1 Tria requiruntur ad aſthmatis & pleuritidis curationem; naturæ robur, meatuum libertas, & materiæ mitificatio vel præparatio. nam hoc eſt corpus reddere fluidum: nimicum naturam excitare, meatus aperire, & materiam præparare. Hæc enim tria hîc ſignificantur. quia pulmones emollit temperamenti & ſubſtantiæ ſuæ mediocritate nutriendo; expectoratum promouet, materiam mitificando; tuſſim ſedat, obſtructiones tollendo. Notandum autem quòd tuſſis hæc ex euentu accidra, quòd videlicet exſudet humor ſeroſus inutilis, qui per tenuitatem ipſius ſubterfugit anſam & veluti manum fuliginis: ideoque accidit tuſſis ſicca. Vno itaque modo tuſſis euenit ab intemperie, de qua hîc non loquimur: altero modo ab aſperæ arteriæ aſperitate: tertiò, à tenuitate humoris; & hæc tuſſis dicitur Hippocrati ferina 6. Epid. 2. 18. quæ pulmones exulcerat: quartò, ab humorum craſſitie; ad quam tuſſim valet melicratum. vel ab humorum ſit lentore, ad quam non valet melicratum, ſed oxymel potiùs, quia melicratum attenuare poteſt, ſed non incidere, lenta; ſed oxymel incidit. Si ergo viſcidus inhæſerit ſuccus, oxymelite opus erit.

2 Propterea que promouendo ſputo accommodatius, & picrocholis & megaloſplachnis innocentius, Comparat melicratum cum vino dulci. vinum dulce ex euentu eſt ſitiferum, quia picrocholis & megaloſplachnis in bilem facilè vertitur: aliis autem in bilem non conuertitur. Sic quoque melicratum non eſt ita dulce vt vinum dulce, ob aquæ admixtionem. Ergo non tam facilè in bilem cedet, neque eſt tam craſſum; neque tam auidè ab hepate rapitur. Ergo non tam parit obſtructiones quàm vinum dulce.

3 Mediocriter emolliendo.

4 Materiam mitificando. oxymel tuſſim non ſedat, quia valenter deterget, vnde & vnâ exaſperat. ſed melicratum leuiter deterget.

5 Rectè corrigit hunc locum Galenus, quia melicratum non facit ſputum lentum, ſed quia non poteſt lentum ſputum parare ad excluſionem, itaque ex euentu accidit, ex ipſius crebro vſu ſputum lenteſcere, cùm inde nihil iuuetur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XI. 1 Ἔστι δὲ καὶ ἁπτικὸν τὸ μελίκρητον ἱκανῶς, ἢν μή τι ᾖ ἔσω ἀπάγχνων 2 κωλύῃ.

XI. 1 *Idem quoque magnam vim habet ciendi vrinas, niſi quid ex viſceribus* 2 *prohibeat.*

COMMENTARIVS.

1 Melicratum ex aqua & melle conſtat. Aqua per ſe ſola bibita pigra & inepta eſt ad ciendas vrinas, quæ cunctando in hypochondriis vitium facit. itaque picrocholis ſitifera eſt ex euentu, quia cunctando putreſcit. quia putredine ſitim facit. Atq. hinc eſt quòd veteres negent ad ſitim extinguendam potigi poſſe aquam. Nam licet vtraque qualitate cum cauſa ſitis pugnet, vitio tamen conſiſtente, vtilis eſſe nequit. Opportunius ad ſitim extinguendam propinatur oxycratum, vel vinum aquâ dilutum, aut ſi id oligophorum fuerit. Mel eſt τὸ ὄχμα aquæ, quod facit vt ipſa omnes anguſtias promptè ſubeat. Ex euentu igitur melicratum eſt vreticum. picrocholis tamen non vrinas ſed potiùs aluum ciet, vt mox dicet. Galenus tamen 3. Meth. 14. in phlegmone iecoris mulſa exhibet.

2 Id eſt, niſi heparis aut lienis incendio atque tumore obſtructiones pariat in hypochondriis, & bilis copiam gignat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XII. 1 Καὶ * διαχωρητικώτερον ὃ κάτω ἦσι 2 χολωδέων· ἔστι μὲν ὅτε χλωρῶν, ἔστι δ' ὅτε 3 κατακορεστέρων μᾶλλον 4 τῶ χαιρεδ καὶ 5 ἀφρωδεστέρων, 6 μᾶλλον δ' τὸ * πιεῖσι, τοῖσι 7 χολώδεσι τε καὶ 8 μεγαλοσπλάγχνοισι γίνεται.

* διαχωρητικόν
* τοιοῦτο

XII. 1 *Idemque facit vt* 2 *bilioſis excrementis aluus feratur, atque iis quidem mitificatis* [*& ad corporis ſalubritatem facientibus*,] *nonnunquam verò* 3 *ſaturatioribus & meracioribus* 4 *quam opus ſit, &* 5 *ſpumantioribus. 6 Sed huiuſmodi exiſtit potiùs* 7 *bilioſis naturâ, &* 8 *quibus viſcera tumore ſunt obſeſſa.*

COMMENTARIVS.

1 Summa Aphoriſmi eſt; Medicamenta quæ temperamento, facultatibus, & ſubſtantiâ ad morbos curandos præclarè faciunt, vim ſuam retinent, amittunt, vel immutant pro varia naturæ ratione eorum quibus exhibentur. Nam vt hîc docetur, Melicratum temperatis naturis eſt diureticum, aliis diaphoricum, aliis aluum deiicit, vt picrocholis, bilem; eam que vel mitificatam, vel prorſus indomitam, coloratiorem & meraciorem; id eſt, naturalis ſeri expertem, craſſam, contumacem, ſaturo colore flauo præditam. Atque huiuſmodi bilis ſemper eſt in vitio, loco vnde fluit, quo fluit, & modo excretionis. Neque enim hepar huiuſmodi excretione iuuatur, quia pars ipſa hepatis liquatur, & eius potiùs liquamento inteſtina exulcerantur. vnde dyſenteria, in qua aluus deiicit bilioſa & ramentoſa. Atque hoc malum procreat mel, quia dulcia in bilem propè tranſeunt.

2 Atque iis quidem mitificatis.

3 Colore nimirum & conſiſtentiâ, id eſt, craſſioribus & coloratioribus: vt vitellinis, porraceis, æruginoſis, id eſt, naturalis ſeri ſui expertibus.

4 Id eſt, quàm naturæ conſentaneum ſit.

5 A meatuum anguſtiâ; ſeu à flatulento ſpiritu, & calore præter naturam coniuncto.

6 Hæc bilioſa excrementa in vitio ſunt & ratione partis vbi generantur, & ratione partium per quas tranſeunt.

7 Conformationis vitio, vel bilis acrimoniâ & reflux u.

8 Id eſt, phlegmone ſi obſidentur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIII. 1 Πτύελα μὲν οὖν ἀναγωγὰ καὶ πεδίοισιν & μᾶλλον ξηρὸν τὸ 2 ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον. Τὰ μέντοι 3 ἀφρώδεα διαχωρήματα, καὶ μᾶλλον τῶ χαιρεδ χαλεπώτερα χολώδεα, καὶ μᾶλλον θερμά, τὸ ἄκρητον μᾶλλον τῶ ὑδατι & ἄγει.

XIII. 1 *Verùm expectoratum magis promouet magisque pulmones lenit* 2 *dilutius melicratum quàm meracius. Sed deiectiones* 3 *ſpumantes, & quæ plus æquo ſaturato ſunt colore, & calidiores, meracum melicratum potiùs quàm dilutum ciet.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 331 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Explicat diſcrimina melicrati: cuius vna ſpecies eſt diluitior, altera meracior.

2 Nam dilutius cùm minùs ſitiferum ſit quàm meracius, naturæ pulmonum gratius eſt; craſſos humores diluit, faciliusque permeat: meracius faciliùs vias obſtruit, & magis ſitiferum eſt, ob mellis copiam.

3 A flatulento ſpiritu, cum calore præter naturam, ſignificat igitur ſputa Hippocrati caloris efficientis vitium, materiæ contumaciam, & viarum anguſtiam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIV. Τὸ δ' * τοιοῦτον διαχώρημα, ἔχει μὲν ἢ ἄλλα 2 σήπεα μεγάλα· ὅτε γὰρ ἐξ 3 ὑποχονδρίων καῦμα * σβέννυσιν, ἀλλ' ὁρμᾷ, δυσοφείλω τε καὶ 4 ῥιπλασμὸν ἧπ' μελέων ποιεῖ ἑλκώδεα * δ' ὃδε καὶ * ἐντέρα καὶ 5 ἥδρας. XV. 6 Ἀλεξητήρια ἢ 7 τετέων 8 γεγράψεται.

* τοιόνδε
* πρεσβύει
* τε
* ἐντέρων

XIV. 1 *Huiuſmodi autem meraciora & coloratiora alui excrementa, aliàs etiam magnas adferunt* 2 *calamitates: non enim* 3 *hypochondriorum incendium extinguunt, ſed magis accendunt, tum etiam* 4 *corporis iactationem adferunt; tum etiam inteſtina &* 5 *aluum exulcerant.* XV. *Sed* 6 *eorum morborum* [*qui melicrato inconſideratè vſurpato incidunt*] 7 *remedia ſolemnia* 8 *paulo poſt ſcribentur.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, ſeri naturalis expertia, quæ & calore & conſiſtentia in vitio ſunt, atque ardorem maximum viſcerum indicant.

2 Σίνεα Ionicè, pro βλάβαι. σίνεα Hippocrati ſunt noxæ, offenſiones. & noxia ζημιώματα appellat.

3 Id eſt, hepatis & lienis.

4 Nimirum nauſeæ expertem vel particip em. Deterior autem eſt quæ eſt nauſeæ expers: quia hæc maximum incendium partium internarum indicat. ἀλυσμὸν & ἀπορίαν.

5 Inſanabilemque dyſenteriam pariunt per ſe, & ex euentu. Nam, vt habet Hippocrates in Coacis, Dolor in morbis acutis funeſtus. quia hîc ad calamitoſam vim morbi prioris, incendium nimirum hepatis cum ſumma virium infirmitate, accedit aliud malum, dyſenteria. Deinde vlcus in inteſtinis ita excitatum cacoëthes eſt, & inſanabile. Significatione huius vlceris & eius malignitate per ſe illa dyſenteria eſt inſanabilis. accedit huc quòd ipſa dyſenteria diuturna, ob fibrarum continuationem malè affecti inteſtini, labefactet fundum ventriculi: quo reſoluto, lienteria ſequitur, hinc hydrops, ab hydrope mors. Præſtat lienteriæ ſuperuenire dyſenteriam, quàm dyſenteriæ lienteriam; 6. Aph. 16.

6 Vt dyſenteriæ, æſtus hypochondriorum, & iactationis à concepta bile in hypochondriis, quæ in æſtum degenerat, quòd exitus ei denegetur.

7 Quæ illis affectionibus proximè medentur.

8 Id eſt, ſequenti libro, qui deſideratur. quo libro ſingulorum morborum curandorum rectè marſin conſtituit. Diſtinctionem quam dant quidam inter alexiteria & alexipharmaca ridet Galenus lib. 5. Simplicium 17. Vtroque enim nomine ſignificantur ea remedia quæ peculiari ac inſita quadam vi, huic vel illi curando propria ſunt. Sic Melicratum eſt pulmonicum & thoracicum, excitando nimirum vim naturæ, meatus aperiendo, ac materiam præparando. ἀλεξητήρια exponit Galenus βοηθήματα, à verbo ἀλέξω: quòd vindicet à noxa: vt Latinis amuleta, ab amoliendo, & hîc ἰάματα exponit. Sunt enim Alexiteriorum tria genera: vnum, vt iam diximus: alterum, quod deleteriis reſiſtit, qualia propriè alexipharmaca dici volunt: tertium, quod ferarum ictibus & venenis medetur, quod Alexiterium dici contendunt quidam. Sed Galenus pro eodem agnoſcit vtramque vocem. At Hippocrati ἀλεξητήριον, ſignificat ſimpliciter βοήθημα, id eſt, remedium.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVI. 1 Ἄνευ μὲν οὖν ῥοφημάτων μελικράτῳ 2 χρεὼν εἶναι, ἀντ' ἄλλου ποτοῦ 3 ἐν τούτῃσι τῇσι νούσοισι, 4 ἀτὰρ καὶ οὐ πάνυ τι ὀλίγον· ἐν δὲ πολλὰ οὐτυχέοντα. εἶσι δ' ἐστὶν ἢ 5 ἔπι ἐστὶν, τὰ μέγιστα εἴρηται, δι' ἃ ἐστίν.

XVI. 1 [*Ergo perſpicuum eſt ex illa de melicrato diſputatione*] 2 *illum qui ſine vllo ſorbitionis* [*ptiſana*] *vſu, melicrato ſibi vtendum putat ſolùm, loco omnis alterius potus,* 3 *in his morbis acutis, is vt plurimum* 4 *compos fiet voti, nec multum fruſtrabitur aut aberrabit. Verùm quibus exhibendum ſit, &* 5 *quibus id negandum, & quare negandum, omnia hîc commemorata.*

COMMENTARIVS.

1 Redit vnde digreſſus erat. nimirum ad melicrati virium tractationem.

2 Si vires valeant ſine infirmitatis metu; & ſi breuis futura ſit hiſtoria morbi. adhibita euacuatione, purgatione, clyſmo, vt fuerit opus. Dum ſiccus manet morbus, hoc eſt, vſque ad ſtatum ita tranſigat, ſi vires valent ſine metu infirmitatis, & breuis ſit morbi futura hiſtoria, vt dixi. Sed ſi vires id non ferant, illico ſorbeat ptiſanam.

3 In his acutis pulmonum & thoracis morbis, quos exempli loco poſuimus, pro omnibus morbis acutis.

4 Id eſt, expetitæ ſalutis.

5 Indicatione ſumpta à peculiari cuiuſque natura, conſuetudine, & morbo coniuncto, naturâ, quia biliosis non eſt exhibendum: morbo, quia μεγάλα σπλάγχνοισι dari non benè poteſt.

HIPPOCRATIS TEXVS.

XVII. 1 Καταγνώσιος ἢ μελικράτου νοῦσοι ἢσὶ ἀνθρώπων ὡς 2 καταγυιοῦν τοὺς πόνους, καὶ διὰ τοῦτο 3 ταχυθάνατοι εἶσι 4 νενόμικε· ἐκλείπει δ' τοῦτο διὰ τοὺς 5 ὑπεκπερσεύοντας. 6 ἔνεστι δὲ μελικράτου χρέος πιεῖν, ὡς τοιοῦδε δώσει 7 ἐπὶ τῷδε.

XVIII. Τὰ δ' οὐ παντάπασιν 8 ὧδε ἔχει.

XVII. 1 *Caterùm damnatum eſt vulgo ab idiotis melicratum, quòd vtentes proſternat, ſeu ad extremam* 2 *imbecillitatem deducat, atque ob id* 3 *citam adferre* * politicum *mortem putatum eſt.* 4 * *clamatum eſt autem id, vel ita vulgo dictum, quòd* 5 *inediâ quoſdam abſumere putabatur.* 6 *Sunt enim quidam qui ſolo melicrato* [*tota morbi hiſtoria*] *ſibi vtendum exiſtimant, tamquam* [*rectè morbo dicatum atque*] *huiuſmodi maximè* 7 *exiſtat.* XVIII. *Sed longè* 8 *aliter euenire videmus.*

COMMENTARIVS.

1 Obiectionem hanc continet hic Aphoriſmus: Melicrati vſus corpus reddit infirmius: ergo, &c. Reſpondet Hippocrates, Id agit non ſua vi, ſed ex euentu. Nam per ſe corpus reddunt infirmum, quæ id exhauriunt aſſpectabili, vel inaſſpectabili euacuatione. Cuiuſmodi ſunt hæmorrhoides, hæmorrhagiæ, diarrhœæ, ſudor immoderatus, inediæ, vigiliæ, &c. Per accidens verò infirmum reddunt corpus, quæ vel omninò nihil vel parum nutriunt; nihili, vt aqua, quæ ſolidis pro vehiculo eſt, vt cuncta humida, dicit hîc Galenus. Parum autem nutriunt melicratum & vinum ὀλιγίσσον: ideoque per accidens reddunt corpus infirmum: quia non pari menſurâ reſarciunt triplicis ſubſtantiæ noſtræ fluorum.

2 Καταγυιοῦν, id eſt, extremè enervare. quæ illa ſint quæ hoc agant, hîc docet Galenus, vt immoderatæ

euacuatio

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 332 sur 513

euacuationes. & distinguit, quod idiotæ non faciunt, inter validè enervantia, non nutrientia, & parum nutrientia. Id est, quòd vires vrentium labefactet.

3 Vel, Ob eamque causam funestum esse putatur: id est, repentinæ & ante diem mortis putatur causa.

4 Vel, Atque ita dictum est eorum vitio, qui inediâ corpus consumunt.

5 Qui fame sibi vitam adimunt.

6 Vel, nonnulli enim inconsideratè solo vruntur melicrato: indeque eiusmodi esse videtur; id est, funestum & calamitosum.

7 Melicratum tenuiter nutrit. quare eam quidem vim habet, vt si quis per inediam quatridui satisfaceret, eum in sextum etiam diem erigere possit. Sed si diuturnior morbi sit futura historia, melicratum non ei satisfaciet: non quidem quòd melicratum vires enervet, sed quod non satis nutriat.

Id est, quàm ægros vi melicrati mori. sed quòd nimis tenuiter habeantur, ob id cadunt. quod etiam cremor ptisanæ facit, si eo solo quis non loco vratur. Quibusdam etiam per se reddit corpus infirmum, vt μεγαλοψυχάλγοις, & πυροχόλοισι, quibus nimirum aluum deiicit: aliàs autem per accidens reddit semper infirmum, videlicet inconsideratè vrentibus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIX. Ἀλλ' 1 ὕδατος μὲν πολλῷ ἰσχυρότερόν ἐστι τὸ πινόμενον 2 μέλιτος, εἰ μὴ 3 ἐκταράσσει τὴν κοιλίην. XX. 4 Ἄτερ καὶ οἶνος λευκὸς καὶ 5 λεπτὸς καὶ ὀλίγος φόρος καὶ ἀπόσμος, ἢ μᾶλλον ἰσχυρότερόν ἐστιν, 6 ἢ ἢ ὃ ἀδυνέσκειεν.

XIX. *Verùm longè potentius est melicratum* 1 *solum hausturn quàm* 2 *aqua, modò aluum non* 3 *turbet.*

XX. 4 *Quinetiam vino albo &* 5 *tenui, & paucifero & inodoro, partim potentius est,* 6 *alia ratione infirmius.*

COMMENTARIVS.

1 Nam diutius viuunt hi qui aquam bibunt, quàm illi qui nihil.

2 Sine vlla sorbitionis accessione.

3 Deiectis viribus à nimia vacuatione.

4 Comparauit melicratum cum aqua; docuitque melicrato plus succi altilis inesse. Comparat hoc Aphorismo melicratum cum vino albo, eóque plus succi altilis continet. atqui nemo dicit vinum album corpus reddere infirmum. multo minùs dices melicratum corpus reddere infirmum.

5 Distinctionem sumit à colore, à substantia & à virtute.

6 Si id aluum turbarit, semper mel ad nutriendum potentius deprehendes. vt si cyathos tres vini oligophori sumat cottidie æger, vel cyathos tres mellis meri vel mixti aquæ, diutiùs viuet in mellis vsu.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXI. 1 Μέγα μὲν διαφέρει καὶ οἶνος καὶ μέλιτος ἀκρητίης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν· ὅμως τοίνυν εἰ καὶ διαλάσιον μέζον οἶνος ἀκράτου πίνῃ τις, ἢ ὅκοσον μέλι σκλεῖσαι, πολλῷ ἂν δύναιτο ἰσχυρότερος εἶναι ἐκ τοῦ μέλιτος μοῦνον, εἰ μὴ 2 ὀδυνᾶσθαι τὴν κοιλίην. 3 πολλαπλασίων γὰρ καὶ τὸ 4 κόπρειον διέξοδος ἂν αὐτέων.

XXI. 1 *Certè multum inter vini & mellis meracitatem interest ad rubor comparandum* [*aut infirmitatem.*] *tamen si quis duplam vini meraci mensuram*
* quàm *biberit* * *ad mel quod lambendo sumpserit, multò robustior fuerit à mellis vsu, modò id aluum non* 2 *turbet, at* 3 *multò maior* 4 *stercoris copia aluo feretur.*

COMMENTARIVS.

1 Dicit duplum vini oligophori epotum minùs alere, quàm mellis simplum.

2 Dolore.

3 Quasi dicat, etiamsi excrementum à melle mo-

destè feratur, vt virtutem non exoluat, tamen ex mulsa copiosior videbitur nutritio quàm ex vino. Nam etiamsi copiosius aliquantulum excernat, tamen diutiùs ex mulsa sufficiet. etenim vsu melicrati plus stercoris eò deriuatur. Ergo mel potentiùs alit vino oligophoro. nisi immodicè aluum subducat.

4 Dare oxymel ἀνάπρωσις non est tutum. Vbi nullus chylus, nulla etiam eueniet hæmatosis proba. & vbi χύλωσις, ibi κόπρωσις.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXII. 1 Εἰ μέντοι φαύλως γε ἔχοιεν * πλευσάντων, 2 ὀδυνέοιτο ἢ μελίκρητον, ἀλλὰ 3 πάνυ ὠμοὶ ἂν εἶεν καὶ φυσώδεες ἂν εἶεν, καὶ τοῦτο χρὴ 4 τὴν ὑποχόνδρια παλλύγκρισιν ἀσύμφορον. Προπόνημα μέντοι τοῦ ῥοφήματος μελίκρητον, ἀβλαβὲς ὡς ὀδυνηθῆναι, ἀλλά τι καὶ ὠφελέει.

* πλευσάντων

XXII. 1 *Verùm enimuerò si quis suo iure ptisana sorbitione vtatur,* 2 *superbibat autem melicratum, multum* 3 *replendo & flatu distendendo nocebit, tum etiam* 4 *visceribus quæ in hypochondriis continentur erit dissentaneum & molestum. Quod ante sorbitionem epotum fuerit, non ladit, vti quod superbitur, sed* 5 *iuuat.*

COMMENTARIVS.

1 De ordine quem in vsu ptisanæ, & melicrati quis seruare debet, nunc agit. Aliud enim est, iure suo vti ptisana: aliud, necessariò vti. Nam necessariò ptisana vtitur, cùm vires sunt infirmæ: vel firmæ iam quidem, sed cum infirmitatis metu. Atque huic ab ineunte morbo (adhibita tamen prouisione) liberaliùs danda est ptisana: eam nimirum sensim diminuendo, quo nimirum statui sit vicinior morbus. Iure verò suo vtitur, cùm iam mitigatus est morbus osque humescere incipit, atque ad illud tempus melicrato solo vsus fuerit. cùm tamen firmis latentibus est opus ad excludendũ expectoratum 1. Acut. 25 Quo maior apparet expectorati copia, eo pleniùs exhibendũ. Quibusdam vires valent, sine vllo infirmitatis metu, in breui morbi historia: his melicratum satisfecerit. Quibusdã verò sunt vires firmæ in præsenti, sed non sine infirmitatis metu: his (adhibita semper dicta prouisione) præter melicratum etiam ptisanam exhibebimus. Docet igitur hîc nunc, quo ordine hæc duo sint exhibenda.

2 Multum.

3 Quia hordeatum alieni cibi est impatiens: vnde crudis repletur corpus, & flatibus distenditur & hordeati vis eluitur.

4 Hepati & lieni.

5 Quia absterget, obstructiones tollit & præparat ventriculum ad ptisanæ exceptionem.

Ratio Aphorismi est, Quò res quæque mitificatu facilior, quóque facilius subducitur, eò magis primis epulis sumi debet. Hoc autem in genere continentur sorbitiones. Melicratum autem nisi ritè in ventriculo coquatur, flatus & obstructiones excitat, & plethoram ad vires adducit. Ptisana autem quàm mulsa difficiliùs corrumpitur, & tardiùs subducitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIII. 1 Ἑφθὸν δὲ μελίκρητον ἐς ἰδέην μὲν πολλῷ κάλλιον τῷ ὠμῷ· λαμπρὸν γὰρ λεπτόν, καὶ λευκόν, καὶ διαφανὲς γίγνεται. Ἀρετὴν δὲ ἢν τινα αὐτέων προσθεῖν διαφέρεται τῷ ὠμῷ, οὐκ ἔχω. Οὔτε γὰρ * ῥιπίδιον 2 ἐστὶν, ἵν' πυκνότερα γε τὰ μέλιτα καλὸν ἦν, 3 ἀδυνέσκειεν μέντοι γε τὸ ὠμόν, καὶ ἀκοπρωδέστερον ἂν εἴη. Ὧν οὐδέτερον ἐς πυρετοὺς προσήκει μελίκρητον ἄγχιστα δὲ χειμέων αὐτῷ 4 τοιῇδε ἔοικε, ἵν' τὸ μέλι πυκνὸν ἐὸν, καὶ ἀναδυόμενον καὶ αἴθον, καὶ μὴ ἐυώδες. ἀφέλοιτο γὰρ ἂν κεφαλὴς τ' κακοπάθων αὐτὸ τὰ πολέα τῶν ἀνιόντων.

* ἰδέον ἔστι,

XXIII. 1 *Coctum verò melicratum crudo aspectu est pulchrius: nam coctione clarum, tenue, album,*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 333 sur 513

& pellucidum ſit. Sed tamen quantum virtute inter ea interſit, non habeo dicere. Nec verò 2 ſuauis eſt, ſi contigerit mel laudabile quidem, ſed crudo 3 imbecillius, minuſque aluum ſubducit. quibus rebus ad opem ferendam non eget melicratum. ſed proximè vtendum 4 eò quod ſit eiuſmodi, ſi 5 pranum fuerit mel, vel impurum & nigrum, nec odorum. ſic enim coctio vitia & turpitudinem mellis abſterſerit.

COMMENTARIVS.

1 Diſtinguit hoc Aphoriſmo duo melicrati genera ab inuicem, crudum videlicet, & coctum.

2 Coctum.

3 Ad expectorandum, quia ſitiferum eſt magis coctum.

4 Nimirum cocto.

5 Vt in his regionibus frigidum & ſpumoſum & excrementitium eſt mel. Fit enim mel ex matutino rore. Optimum eſt dulce, acre, pallidum, mediocri conſiſtentiâ, pellucidum. Differentiæ eius ex plantis vnde colligitur, & ſolo ſumuntur. Eſt ἀνθινὸν, id eſt, vernũ aut floridum: ὡραῖον æſtiuum ſub Sirio: eſtque rutilum: & ἐρικαῖον, id eſt, ſilueſtre, ab erica. Dioſcorides hæc vocat, vernum, æſtiuum, & hyemale.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIV. 1 Τὸ δ' ὀξύμελι καλεόμενον ποτὸν, πολλαχῇ μὲν 2 εὔχρηστον ἐν τοῖσιν νούσοισιν ἔοικε εἶναι· 3 ἢν δὲ πλεύμονα διαγωγὸν ᾖ, 4 ἄπονον. XXV. 5 Καιρὸν μέντοι τούτου ἔχει.

XXIV. 1 *Iam verò oxymelitis potionem vulgò ſic dictam, frequenter* 2 *commodiſſimam his in morbis deprehendes:* 3 *etenim expectoratum educit, ac* 4 *liberam ſpirationem præſtat.* XXV. *Sed tamen has habet* 5 *oportunitates.*

COMMENTARIVS.

1 Seu, oxymel epotum. Oxymel potio eſt ex aceto & melle conſtãs. tametſi verò aquæ portionem accipiat, tamen à duobus quæ virtute in eo excellunt habet nomen, ab aceto nimirum & melle. Nam ab aceto vis ei eſt tenuandi, eiuſque acidus ſapor guſtu percipitur. excellit etiam mellis ſapor: minus aquæ, eo quòd ipſa ſit fatua. Latinè appellatur acetum mulſum. Eius ſunt duo genera, ſimplex nimirum & compoſitum. De ſimplici agit Gal. lib. 4. De ſanitate tuenda, & vndecimo Methodi. Ægineta libro 7. Meſues lib. 3. Atque hoc dicitur ſimplex, non quòd omnino ſit immixtum, tale enim nihil eſt naturâ, neque aqua quidem ipſa, neque vinum. ſed reſpectu ſcillitici, phegmagogi, hydragogi, de 5 radicibus. Eſt autem potio quæ ex quatuor partibus aquæ, duabus mellis, & vna aceti conficitur. Atque tres habet virtutes, nam craſſos humores attenuat: lentos & viſcidos incidit, & deterget, ideoque ad diuturnas febres rectè exhiberur: quod lenta incidendo, craſſa tenuando, viſcida detergendo, vim naturæ excitet, materiam præparet, obſtructa liberet. Idem quoque ſudores mouet, quia partium tenuitate cætera omnia antecellit. Eſtque tanquam baſis omnium medicamentorum, quæ vel purgando, vel vacuando, vel nouando, id eſt, alterando proſunt. Guſtu eſt iucundum, olfactu gratum, colore recreat ægros. Nihil ergo eo præſtantius. melle eſt gratum: aceto penetrat, quod mellis & aquæ eſt ἕγκριμα. atque temperat extinguitque calorem febrilem, & acrimoniam bilis infringit. Idem & acetum præſtat ratione ſuæ tenuitatis: cuius ratione etiam celerius refrigerat, quàm vllum aliud frigidum. Nam, vt docet Gal. lib. 1. Simpl. Acetum eſt frigidiſſimum, id eſt, maximè refrigerat. non tam ratione inſiti frigoris, quam ratione tenuitatis. Compoſiti multa ſunt genera: quædam enim componuntur vt alterandi vim habeant, ſiue calore, ſiue frigore pugnandum ſit cum morbo. Ex radicibus aperientibus, ſcilla, origano, mentha, pulegio, ſatureia, prout nimirum aliis & aliis partibus ſint accommodanda. fit enim pneumonicũ, fit hepaticum, cephalicum, ſplenicum, cyſticum, nephriticum, pro varia conditione & natura eorum quæ admiſcentur, id eſt, omnibus partibus dicat ſuam operam. eſtque baſis omnium medicamẽtorum, quibus expugnamus morbum. Maiores adfert opportunitates cùm agitur de purgando humore qui in vitio eſt. Nam ſi admiſceueris cnicum vel agaricum, vel turbith, erit phlegmagogum. nam pituitam educet, ſimulque materiam præparabit, naturam excitabit, & obſtructa liberabit: quod oxymel, tanquam baſis illius medicamenti, præſtat. Idem æſtiuo cælo in tertianis præclarè bilem educit, ſi Rhabarbarum addideris. ſi elleborum nigrum, polypodium, ſi ſerum, melanogogum reddetur. ſi cortices ſambuci, ireos, ſcillam, hydragogum euadet. Simpliciter, ex eo omne genus medicamenti confici poteſt: non ſolùm ad præparandum & alterandum, ſed quoque ad omnem morbum alexiterium commodiſſimum: quòd vel morbis medeatur, vel quòd humorem qui in vitio eſt, expurget, vel partibus malè affectis ſuam dicet operam. Totidem enim modis alexiteria agunt. quare oxymel erit omnium medicamentorum vehiculum maximum, quod ſimul omnium alexipharmacorum vim in ſe contineat.

2 Vel, ſæpenumerò adferre mitificos ſanitatis fructus reperies in huiuſmodi morbis acutis. Dum nimirum incunte morbo crudæ manent materiæ, earumque præparatione, meatuúmque libertate eſt opus. Vbi non ſolùm tenuandum, ſed etiam detergẽdum ſit, & incidendum, breuiſque futura ſit morbi hiſtoria; validæ vires, ſine inflemitatis metu: vt eo ſolo contenti, integris viribus, ad ſtatum peruenire poſſint ægri. Duplex autem eſt oxymel ſimplex, meracius, & dilutius. Addit Hippocr. ποτὸν, epotum, quia hìc agitur de hac potione quatenus bibitur. Duobus enim modis oxymelite vtimur: intrò, potu: & foris. nam incoquitur ei farina hordei, & conficitur puls, qua parotides œdematoſæ ex pituitæ ſynathriſmo curantur.

3 Potrò ad eaſdem affectiones tum oxymel tum melicratum exhiberi poteſt. Verùm melicratum tantùm attenuat modiceque abſterget: hinc eſt, quòd inde ex euentu ſputum magis lenteſcat: quare tunc ad vſum oxymelitis te conuertes; nam expectoratum promouet, & ad facilem ſpirationem facit, quia liberam ſpirationem facit, expediendo reſpirationis inſtrumenta excipientia, deducentia, atque mouentia: quorum oppreſſione & impedimento, parua & frequens ſequitur ſpiratio. Dico paruam & frequentem: nam hanc ſolam ſpirandi difficultatem liberat, quicquid expectoratum promouet. Nam qui frequenter & magnum ſpirant, item qui magnum rarò, vel calidum vel frigidum, non liberantur ea difficultate, vſu eorum quæ expectorata promouent. Nam, vt patet ex lib. 2. & 6. Epid. & 1. Prog. cùm omnis difficultatis ſpirandi differentiæ ſumantur à quatuor; nempe dilatatione thoracis, vnde magna reſpiratio, parua, vel mediocris: à motu, vnde velox, vel tarda: à quiete, vnde frequens & rara: à materia reſpirationis, vnde calida & frigida: ſola ea quæ eſt parua & frequens, indicat dolorem thoracis, & pulmonum obſtructa bronchia à lenta materia, quam oxymel incidendo, & meatus liberando excludit. Quoniam ergo thoracis & pulmonum affectus expectorato curantur, mirificè valet oxymel ad morbos tum thoracis tum pulmonum. Tribus enim modis ſputum cietur, præparatione materiæ, meatuum libertate, & naturæ integritate: quæ tria præſtat oxymel.

4 Facit

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 334 sur 513

4 Facit etiam oxymel, vt bilis quodammodo pituitescat. Paulum aceti accipit mulsa: quod etiam coctura exuitur suâ potentiâ.

5 Nimirum ad benè conuenienterque cuique medendum: scilicet ratione sui, id est, diuersitate præparationis, coctionis materiæ, morbi, & ægri. quasi dicat, Non est omnibus idem oxymel ratione sui: hoc est ratione materiæ, præparationis, coctionis. qua ratione sputum promouet, & spirationem reddit facilem: id est, morbi, & ægri.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVI. Τὸ μὲν 1 γὰρ ὀξὺ ὀξὺ ἐόν ἐστι * μᾶλλον ἃ πιθήσειν ποιεῖ τὰ πλεύμονα, μὴ ῥηϊδίως 3 ἀνίοντα. Εἰ δὲ ἀνάγκη μὲν τὰ 4 ἐγκεχυμένα, δύνασθαι δὲ μὴ ἐκπτύειν, καὶ ὧσαι εἰ διαπαλεύσειε τὸν 5 βρόγχον, παυσειε δὲ πνεύμονα, μαλθακύνειν τὸ αὐτοῦ· καὶ εἰ μὲν 6 ταῦτα συγχωρήσειε, μᾶλλον ἂν ὠφελέοι ἢ ὠφελεῖν πιθήσειν. 7 Ἔστι δ' ὅτε τὸ κάρτα ὀξὺ ἐκ ὀλιγάτου τὸ ἀναγωγὸν τὸ πλεύμονος, ἀλλὰ 8 παχύτερον λιχμᾶν τε καὶ 9 ἐβλαψεν.

* μέσον legit Galenus.

XXVI. *Etenim quod est meracius, vel* 1 *in quo acrimoniæ summa sunt omnia, nihil* 2 *modicè facit ad expectorata quæ expeditè non* 3 *expectorantur. Nam si educeret ea quæ intùs* 4 *exasperant, & lubricum redderet: &, vt ita dicam, alas explicaret* 5 *bronchiorum, sanè pulmones leniret; est enim naturâ lenimen ipsius: atque si* 6 *hæc* [*tria*] *efficeret, magnum sanè adferret adiumentum.* 7 *Fit tamen vt quod* [*in suo genere*] *oxymel acerrimum est, ad expectoratum ciendum non sufficiat, sed lentoris* [8] *accessionem adiungat, propterea que* 9 *noxam inferat.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, quod in suo genere acerrimum est, seu subtilissimum & acutissimum.

2 Id est, aut ea præclarè contumaciora reddit, cùm ea siccet dum educere nequit incidendo & detergendo.

3 Sed quæ in via subsistunt, vult dicere Hippocrates; nam si difficultas spirandi in lateris infirmitate consistat, ipsam auget, non liberat oxymel: nam siccat sputum, vnde stertor augetur; sin autem simis lateribus, consistat hæc difficultas in materiæ contumacia, aut meatuum angustia, liberat; quia naturæ vim exitat, materiam præparat, & meatuum angustias aperit. Nam aut mirificè prodest oxymel quod in suo genere acerrimum est, sputum optimè mouendo: aut maximè nocet, sputum contumacius & lentius reddendo. quare nihil prodest ad respirationem, nisi fortè paruam & frequentem ratione sui. tria enim prædicta difficultatem spirandi inducunt. Tribus enim de causis sputa ægrè expectorantur: aut ob laterum infirmitatem; aut materiæ lentorem & contumaciam; aut ob meatuum angustiam & bronchiorum obstructionem; aut ob has omnes causas simul.

4 Quæque stertorem inducunt in spirandi difficultate, id est, vel præclarè iuuat expectoratum mouendo. Duobus modis euenit stertor, materiæ contumaciâ, vel laterum infirmitate. prior oxymelite curatur; posterior est incurabilis: hinc apoplexia funesta est, quæ est cum stertore, ab infirmitate laterum: denegata nimirum thoraci facultate animali.

5 Fistularum pulmonis. lenit pulmones proter mel admixtum, sed non æquè ac melicratum.

6 Nimirum pulmonem leniret, bronchiorum alas explicaret, & materiam fluxilem lubricamque redderet. Quicquid enim stertorem tollet, tria hæc efficiat oportet, nimirum partem affectam leuet; meatus aperiat, materiam ad exclusionem præparet.

7 Quasi dicat, Sed tamen illud tempus est.

8 Id est, lentum sputum lentius reddat.

9 Dicat quis, Oxymel incidit: ergo expectorationem reddet fluidum. Resp. Verum est, vbi adest laterum firmitas. Nam si expectorandi difficultas proueniat ob materiæ contumaciam, commodissimè exhibetur oxymel. At si prouenerit ob laterum infirmitatem, lentescet mox. Nam vbi incisum fuerit, nisi statim expectoretur, lentius reddetur, exhausta tenuiore eius parte. Nam oxymel habet maiorem vim explicandi obstructa, quam expectorandi, eo quòd sit siccum. Ideoque id ad parotidas œdematosas conuenientissimum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVII. Μάλιστα μὲν τοῦτο πάσχουσιν ἐλεεινὸν καὶ ἄλλως ἔχουσι θεῖαι εἰσὶ, καὶ ἀδύνατοι βῆσσον τε καὶ ἀνεχέμπτους τὸ 3 ἐνεχόμενα.

XXVII. 1 *Sed hæc calamitas in eos potissimum incidit, qui cùm alias* 2 *pernicioſe ægrotant, tum verò expuendi sunt impotentes, & excreandi. qua* [*in bronchiis*] 3 *concepta sunt & conclusa.*

COMMENTARIVS.

1 Vt nimirum oxymelite, quod in suo genere acerrimum est, lentoris accessio fiat: propterea que maior expectorandi difficultas consequatur.

2 Magnitudine morbi, & symptomatum vehementia, vbi crassissima sputa, quæ ægrè procedunt, & cruda. Sensus est, iis qui calamitosè ægrotant, nimirum qui nihil ob cruditatem expectorant, his ab acri oxymelite magis lentescunt sputa.

3 Quæ nimirum adhærescant. Quibus ob calamitosam vim morbi, stertor ex infirmitate accesserit, vt si sputum fuerit viride, vrinæ exeant prauæ, crudæ: simpliciter, labefactata sit naturalis œconomia, quemadmodum vbi ad perfectam & absolutam pleuritidem accesserit alui profluuium, labefactatur naturalis œconomia. Si his quoque accesserit expectorandi difficultas, ob summam laterum infirmitatem, nequaquam exhibendum est oxymel. Prouenit autem laterum difficultas, ex resolutione facultatis animalis, quæ musculis intercostalibus thoracis ad expectorationem vritur. Vel inopia fuliginosæ materiæ, extincto nimirum calore cordis; nam hi musculi dum se colligunt, cum impetu expellunt illam fuliginem ex sinistro cordis ventriculo; quæ excutitur per arteriam venosam in bronchia. quæ fuligo ita excluſa secum rapit quicquid in via repperit, modò illud non sit contumax; nec sua tenuitate ansam fuliginis eludat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVIII. Εἰς μὲν οὖν 1 τόδε, σφέτερα μαίρεσθαι χρὴ πάντα ῥᾴδιον τὸν ἀνθρώπων· ἢν ἐλπίδα ἔχῃ, 2 δηλέεται.

XXVIII. *Ergo* 1 *in hunc finem, signis syllogisticis (antequam exhibeas) ægri vires animo complecti oportet & perspectas habere; quod si futuræ salutis bona spes affulserit,* 2 *tunc exhibere.*

COMMENTARIVS.

1 Vt scilicet oxymelite benè conuenienterque medicina fiat.

2 Vt eo leniantur pulmones, obstructa liberentur, materia præparetur. Nam desperatis non est adhibenda medicina. stertentes autem ex laterum infirmitate sunt desperati. Hæc signa syllogistica, quorum hic Aphorismus meminit, desumuntur ab vniuersa corporis essentia, actionibus, & excrementis. Essentia inquam, id est habitu, temperamento, mole, & charactere, & colore: actionibus naturalibus, vitalibus, animalibus. iisque integris, infirmis, vel deprauatis. Excrementis tum propriis, tum communibus, in qualitate, quantitate, tempore, & excernendi modo. Tunc, dicit, dabis acre oxymel vt nimirum incidendo

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 335 sur 513

ſputum reddat meabile, ſi nimirum omnia ſigna eô ſpectent, vt in virtute naturæ ſpem colloces. Vide ergo num mortis cauſa adſit firma: hæc eſt triplex, inflammutio, quæ facit maraſmum, περιφεργὴ venenata qualitas, vt in peſte, cùm abſumuntur ſpiritus vitales: adfertque impedimentum partis, cuius officio vita carere nequit, & tranſlatio ſymptomatica ad caput.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIX. 1 Διδόναι δὲ, ὅκου δίδωσι, 2 ἀκροχολίαιση, καὶ ἢν ὀλίγον τὸ πυῶδες ᾖ, καὶ μὴ λάβρως.

XXIX. 1 *Atque ſi exhibendi ſit locus,* 2 *egelidum dare oportet, & paulatim,* 3 *nec plena manu.*

COMMENTARIVS.

1 Senſus eſt, acre oxymel da, ſi virtute æger ſit validâ, craſſa viſcidaque ſit materia, da tunc ſenſim & egelidum. Docet ergo hoc Aphoriſmo, quæ ſit exhibendi ratio. Nihil frigidum actu, mitificationem adfert: ita hapſis fouetur latus calidis, & omnis potus egelidus pleuriticis offertur.

2 Id eſt, ſuperficietenùs tepidum, non omnino tepidum: nam tepida nauſeam pariunt & vomitionem. omnia verò frigida naturæ ſunt conſentanea: ſed actu frigida, ſunt pulmonibus inimica, quia meatus obſtruunt & materiam reddunt contumacem. Egelidum verò naturæ pulmonum & laryngis eſt conſentaneum: quare nihil pulmonicum niſi egelidum.

3 Ne tuſſim excitet, ventriculi vim labefactet: eoque fiat, vt ad calamitoſam vim morbi, accedat naturalis œconomiæ infirmitas.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXX. 1 Τὰ μὲν τοι 2 ἐλέγειν * ὀξύμελι, ὑγραίνει μὲν τὸ σῶμα καὶ 3 φάρυγγα. 4 ἀναγωγὸν δὲ πτύελον ἔχει, καὶ 5 δεῖται. 6 Ὑποχονδρίῳ δὲ καὶ σπλάγχνοισι * τοῖσι παῦτα 7 ξυμφέρει, καὶ πρὸς ἅπερ μέλιτι 8 βλάβας * παύτῃ κωλύει. τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες 9 κολάζεται. 10

* ἔπεξὶ
* καὶ τῇδε παύτησιν
* πυῶτας

XXX. 1 *At verò quod* 2 *parum eſt oxymel, corpus &* 3 *fauces humectat, tum etiam expectorati* 4 *promouendi vim habet, &* 5 *ſitis expers eſt. Tum etiam hypochondrio viſceribuſque* 6 *hypochondriacis* 7 *conſentaneum eſt, hiſque partibus* 8 *incommoda mellis prohibet: nam quod in melle bilioſum ineſt,* 9 *infringitur & caſtigatur.* 10

COMMENTARIVS.

1 Cuius acrimonia remiſſior eſt, id eſt, dilutius oxymel opponitur illi quod antè poſuerat. Superiùs egit de oxymelite meraco: hîc verò nunc de diluto.

2 Hoc ad qualitatem pertinet: non ad quantitatem.

3 Os & fauces humectat refrigerando, & aquam in penitiores partes vehendo.

4 Quia ſputum contumax meabile facit.

5 Et hac ratione melicrato præſtantius eſt. Quia quicquid eſt ſitiferum, pulmonum & thoracis vitia auget. quibuſdam autem naturis melicratum eſt ſitiferum. oxymel verò, nullis naturis eſt ſitiferum.

6 Id eſt, quæ in hypochondriis continentur.

7 Vel gratum, vel acceptum.

8 Vt æſtum, inflammationes, ſcilicet.

9 Nimirum ab aceto, efficitque ne oxymel in anguſtiis cunctetur, aut in bilem mutetur, aut ſitim efficiat.

10 Summo ſtudio hoc agit Hippocrates, vt expuatur expectoratum. & vt ſunt gradus coctionis, tales purgationis eſſe decet. vt ni ex vomica ducatur pus coctum, in aliud genus degeneret. Oxymel dilutius μεγαλοσπλάγχνοις & πλαδαροῖσι propinandum, quibus melicratum exhiberi non debet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXI. Ἔτι δὲ καὶ 1 φυσέων καταῤῥηκτικὸν, καὶ εἰς 2 ὄρεξιν ἀναστρεπτικόν.

XXXI. *Quinetiam* 1 *flatus diſcutit, & ad* 2 *meiendum viam affectat.*

COMMENTARIVS.

1 Radicitùs euellit flatuum materiam. Eos nimirum flatus, qui hypochondrio concepti, exitum non habent. modo non ſint melâcholici humoris ſoboles.

2 Vel, ſe ad vrinas ciendas conuertit partium tenuitate, & excrementi ſeroſi & bilioſi ſecretione. Flatuũ materia craſſa eſt & lenta, copioſaque, quæ caloris inopiâ ſoluitur in ſpiritus. Si ergo ventriculus flatibus diſtendatur ab humore craſſo & pituitoſo, in ſumma caloris infirmitate & pituitæ ad mẽbranas ipſius ventriculi adhæreſcentis copia, adhibenda ſunt ea, quæ excitando vim partis, materiam flatuum incidendo & alterando euellant. Per accidens ergo, & non ſui ratione oxymel flatus diſcutit: per ſe vero vrinas mouet ob partium tenuitatem; ita & ſuccus limonum, quamuis frigidus ſit, vrinas ciet. ὄρεξις ſumitur interdum pro ipſo actu meiendi; & pro ſecretione humoris ſeroſi à venis ad veſicam.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXII. 1 Ἐντέρῳ μὲν τῳ τῷ 2 κάτω 3 μέρει 4 πλαδαρώτερον, καὶ 5 ξύσματα ἐμποιέει.

XXXII. 1 *Sed tamen* 2 *inferiori* 3 *inteſtino nimium ſæpè adfert* 4 *humoris abundantiam, tum etiam* 5 *ramenta inducit.*

COMMENTARIVS.

1 Senſus eſt: Quibus humentior eſt podex, aut inteſtina infirma: quibus ventriculus & inteſtina infirma: item quibus ventriculus & inteſtina ſuperficiariæ exulcerationis ſenſum exhibent, iis ab oxymelite & omnibus acidis eſt abſtinendum; quod iis ſint membranæ tenuiores & infirmiores: licet conditio morbi ad eius exhibitionem inuitare poſſe videatur: quòd peculiaris conditio auocet.

2 Id eſt, excrementi copiam ſuppeditat: inteſtinaque humentiora reddit ex euentu: detruſa illîc excrementi copia.

3 Vocat Hippocrates hîc imas partes inteſtinorum, eas quæ excretioni dicatæ ſunt, non autem diſtributioni. tenuia enim diſtributioni inſeruiunt: at craſſa, excretioni. Ergo καθ' ἑξοχὴν rectum inteſtinum hac parte intelligit, quod perpetuo humoris affluxu madet. Quibuſdam enim podex eſt perpetuò humentior: qui decocto roſarum, mali punici, abſinthij eum vino auſtero eum abluunt.

4 Corpus effeminatum, molle & vliginoſum dicitur Hippocrati 1 Epid. 2. 11. πλαδαρὸν. Inteſtina & veſica ſentina ſunt totius corporis: ideò ſemel exulcerata ægrè curantur: quòd perpetuo humoris affluxu madeant. Vlcus verò omne, ſiccitate curatur. Quia quod ſiccum eſt, propius abeſt à ſtatu naturali; quod molle, longius; & quo mollius, eò longiùs.

5 Ratione ſui: quòd acrimonia ſua ſit inteſtinis moleſtum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIII. Ἔστι δ' ὅτε καὶ 1 φλεγμήν τοῦτο ὑπὸ τῶν ἐξείσης νούσων γένῃ. Μάλιστα μὲν, ὅτι φύσιν κακὴν περαιοῦται· ἀλλὰ 2 πλειόνων μέν πτυέι. Ἔστι δ' ἢ ἄλλως 3 γυνὴ καὶ ἀκροτηλεία 4 ψυχή.

XXXIII. *Itaque nonnunquam fit, vt hoc in morbis acutis* 1 *calamitoſum ſit. Maximéque eo nomine quòd flatus* * *foras efferri non ſinat, ſed contrà,* 2 *ſurſum recurrere facit. Accedit huc quòd faciat* 3 *corpus infirmum, extimáſque partes* 4 *refrigerat.*

* exire

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 336 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Nimirum abradi intestina, & humentiores fieri imas intestinorum partes.

2 Contrario intestinorum motu atque naturali: infetnè sursum. Motu peristaltico docet Galenus moueri intestina, paulatim exprimendo excrementa supernè deorsum. Est autem motus peristalticus cùm intestina circum circa amplectuntur fæces; & amplectendo exprimunt, dum videlicet naturaliter se habent. Resoluta autem illa vi obuolutrice, si molestiæ sensus excitetur in intestinis, sursum infernè fiet ille intestinorum motus, à calore partium superiorum. Ideoque multi iniecto clystere per acutos morbos, moriuntur: quibus nimirum is clyster eiici non potuit: eaque materia clysteris ad supernas partes translata, ibique ob diaphragmatis compressionem excitata magna difficultate spirandi, moriuntur. Neque vsu balanorum acerrimorum, poterunt ad excretionem huius materiæ excitari intestina. Galenus 6. Epid. 5. 27. elegantèr docet, quomodo perfrigerato sphincktere musculo, colligant se intestina atque infernè sursum ferantur: quemadmodum sæpiùs accidit iis, qui subligaculis non vtuntur. Rectè igitur quidam dubitant, quid in causa esse possit, cur in dysenteria nullæ excludantur fæces, potissimum cùm vis ventriculi non sit resoluta: cibum etenim is capit, eumque perbellè concoquit. Dico quòd in dysenteria cum teneſmo, sphincter musculus distenditur, qui intestina quoque ipsa distendit, ita vt labefactetur vis illa motus peristaltici. quo motu amisso, nullæ fæces supernè deorsum feruntur: raptâ videlicet materiâ sursum, calore viscerum superiorum. vt elegantèr hîc exponit Galenus.

3 Vellicatis ac stimulatis acrimoniâ intestinis & ventriculo. diuturnus oxymelitis vsus labefactat.

4 Doloris vi: tum ab acrimonia oxymelitis, tum ab intestini distentione: vt in dolore colico. Tribus modis contingit extimas partes refrigerari; primò, inopiâ caloris natiui, non delati ad partes extimas, quemadmodum in syncope accidit. secundò, raptu caloris intrò: idque vel à dolore vel à calore viscerum. Si fiat à calore, & adsit sitis, erit ea refrigeratio funesta; vt fit in phlegmone hepatis, internis partibus calore exustis, & extimis marmore frigidioribus. At si fiat à dolore, & non adsit sitis, vt fit in dolore colico refrigeratio, ea non erit funesta. Tertiò fit, ex coacteuatione bilis in superioribus partibus ventris.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIV. 1 Τοιούτῳ καὶ οἷ δὲ μελίκρατα βελτίω πίνω δ' ὀξυμέλιτος γινομένου, ἢ πὶς καὶ ἀξίη χρᾶσθαι.

XXXIV. 1 *Ac illud vnicum est* 2 *damnum quod quidem ipse nouerim commemoratione dignum, quòd ab oxymelite importatur.*

COMMENTARIVS.

1 Sensus aphorismi est, oxymel dilutius non ea incommoda adfert quæ vinum, aqua, melicratum: sed si nocet, ea ratione id solùm fit, quòd tenerrima intestina abradat.

2 Quòd nimirum quibus infirmior est tunica interior ventriculi & intestinorum, iis accidit vt cum acrimoniâ, tum excrementitij humoris excretione laxentur illæ fibræ circulares intestinorum: quibus laxatis, contrario motu, infernè sursum, vi caloris viscerum superiorum, mouentur intestina; atque ita sursum expressis fæcibus, sequitur difficultas spirandi, per oppressionem diaphragmatis, & plethorica capitis symptomata, & alia quæ in morbis acutis sunt calamitosa.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXV. 1 Ὀλίγον δ' τὸ τοιόνδε πῶμα, 3 νυκτὸς μὲν ἢ 4 πρὸ σιτοφαγίης 5 ὀπτιδέων πινέτω· ἄριστα καὶ ὀκόταν πολὺ ᾖ * ῥοφήματος, ἢ ὅταν κελεύῃ πίνειν. * ῥόφημα ᾖ

XXXV. 1 *Huiusmodi* 2 *autem potio parca manu,* 3 *noctu, vel* 4 *ante pastum, anteque sorbitionem* 5 *consentaneum est vt bibatur. atque interiecto multo tempore à sorbitionis vsu,* 6 *nihil vetat quò minùs exhibeatur.*

COMMENTARIVS.

1 Primùm vires oxymelitis descripsit; iam vtendi tempus docet, cùm quis non solo oxymelite, sed & ptisana vti debet, ratione vitium. Ergo coctâ à ptisanâ, propinetur oxymel.

2 Ex diluto oxymelite, modò descripto.

3 Vel diluculo: primâ luce. Agit de vtendi modo & occasione. Aut oxymelite vtimur totâ morbi historiâ: aut vnâ ptisanâ, ad robur vitium.

4 Quatuor horis ante pastum; ieiuna aluo.

5 Quia omnem alienæ materiæ mixtionem respuit hordeatum: consentaneum, id est, commodum; hoc est, potui accommodatum, id est, ne oxymelitis vis infringatur.

6 Vel, si nihil prohibet: vt cremoris cruditas, vel ventriculi infirmitas.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVI. 1 Τοῖσι δ' πότῳ * μούνῳ διαπονέουσιν 2 ἄνευ ῥοφημάτων, διὰ τόδε 3 ἢν ὀπτιδείου ᾖσιν δεῖ διὰ 4 παντὸς χρέεσθαι τούτῳ, 5 μάλιστα μὲν διὰ ξύου ἢ πτισάνης τῆ ἐωθινῆ. ἀκόμητος δ' ἐόντι, μᾶλλον ἂν 6 ἐμπαιείη ταῦτα· πεινεωντέων παρεύσης, ἔπειτα δ' καὶ τὸ μελίκρητον ἢ ὀξύμελι 8 ἀφαιρέοιτ' ἄν. * μούνῳ

XXXVI. 1 *Quibus verò oxymelitis solo potu necessario est victitandum* 2 *sine sorbitionibus, ob hanc sanè causam* 3 *consentaneum non est semper* 4 *toto morbi cursu oxymelite vti,* 5 *maximeque quòd asperando & abradendo intestinis est permolestum. atque hæc* 6 *symptomata adfert potissimùm in* 7 *facum vacuitate, præsente inedia. Adde quòd ipsum melitratum* 8 *non nihil virium aufert.*

COMMENTARIVS.

Oxymel ineunte morbo successione quadam exhiberi solet. Sed quamuis te inuitet morbi species, materiæ contumacia; & peculiaris hominis natura, indicatione tamen sumpta à communi omnium hominum natura, videlicet ab intestinis; nunquam inducì debes, vt solo oxymelite vtaris: quia labefactaret vim intestinorum, & induceret motum naturali contrarium in exprimendis fæcibus, scilicet infernè sursum.

1 Id est, qui sola victitant potione. vel, qui sic diætam instituunt, vt solâ potione vtantur, & non ptisana, hi oxymelite toto morbo vti non debent.

2 Sine iunctis sorbitionibus, id est, sine vsu ptisanæ: quòd ea nec iure nec loco vti possit. vt cùm siccus est morbus, cuius futura est breuis historia, vt septem dierum, cum validis ægri vitibus, sine metu infirmitatis. & quibus melicratum possit sitiferum esse, vt πικροχόλοις τὸ ἄνω, & lenta morbi materia, nec solùm crassa.

3 Id est, non tamen tota morbi historia, iis licet vti oxymelite: quia diuturnus eius vsus est planè calamitosus; quòd membranas & neruorum vim labefactet: sed donec mitificatus fuerit morbus. & rectè dicit sine sorbitionis vsu: nam vbi morbus mitificatus fuerit, ptisana est exhibenda: quia tunc laterum viribus est opus ad exclusionem expectorati. Nulla autem ratione melius conciliari potest virium robur, quàm sorbitionis vsu: nam hæc, eâdem operâ pugnat cum morbo, & naturæ studet ob hanc, dicit, sanè causam;

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 337 sur 513

cauſam conſentaneum non eſt, ſemper omnino eo vti.

4 Id eſt, ſed ſaltem eo vtemur, donec mitificatus fuerit morbus. quia mitificato morbo adiungenda eſt ſorbitio. ἀπαντῆς, id eſt, à principio.

5 Non ob peculiarem naturæ conditionem: ſed vniuerſalem naturam, videlicet inteſtinorum, quibus acetum, ratione tenuium partium, eſt inimicum: maximè ſi nudum fuerit, nec ſucco aliquo obductum, nam in iis qui ptiſana vtuntur, humore quodam obducitur.

6 Quaſi diçat, huc accedit quòd inteſtino ſtercore vacuo magis exaſperando & abradendo nocet; hoc eſt, abſtinentia cibi exhauſto; quia nihil cibi exhibetur.

7 Quando interdicitur ptiſana.

8 Id eſt, inſuper & hoc facit, quòd melicrato imminutæ ſunt vires.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVII. 1 Ἢν μὲν τοι 2 ἀρήιον φαίνῃ 3 πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον, 4 πολλῷ πυκνῷ τούτῳ χρέεσθαι, ἐλαίῃ χρὴ τὸ ὄξος 5 ὠφελέειν, ὅσῃ 6 μοῦνον γινώσκεται. 7 οὕτω γὰρ ἂν κε ἀφιλὲς βλάπτοι, ὅκοια ἂν βλάπτοιτο 8 καὶ ἃ δεῖται ὠφελοίη, 9 ὠφελοίη δ' ἄν.

XXXVII. 1 *Verùm enimuerò ſi 1 toto morbi curſu quis oprimè 3 ferre poſſe videatur, vt 4 larga manu hac potione vtatur, paucum acetum* [*aquæ & melli*] 5 *infundere oportet,* [*tantum, inquam, acetum ſufficit adhibere*] 6 *quantum ad guſtu percipiendum eſt ſatis.* 7 *Sic enim quibus incommodare ſolet, nihil incommodabit;* 8 *& quæ opis huius ſunt indigentia,* 9 *plus adiumenti percipient.*

COMMENTARIVS.

1 Id eſt, quod ſi collatis cunctis argumentis & indicationibus quæ ſumi poſſunt à morbi hiſtoria, viribus, & natura cuiuſque communi & peculiari. vt ſi à mulſa ſitis metus, vel glutinoſum ſi ſit expectoratum: tunc ab vſu oxymelitis ſpes erit commodi: ſi ergo ſolo potu tranſigere debet æger, ita temperetur acetiaſperitas, vt eius commodo ſine acetinoxa fruamur. coque ergo vnà acetum.

2 Id eſt, à principio ad ſtatum.

3 Id eſt, commodo ægri fieri poſſe videatur: & multum adiumenti adferri poſſe videatur expectorato, incidendo, tenuando, detergendo.

4 Potu nimirum hoc multo & ſæpe vti, vel cum ptiſanæ acceſſione, vel eiuſdem vacuitate.

5 Id eſt, affundendum.

6 Id eſt, tantum vt agnoſci poſſit guſtu.

7 Vel: ſic enim quibus partibus bellum indixit, minimum detrimenti adfert; & quibus adiumentum adferri debet, vel quæ adiumentum expoſcunt, id ipſum quoque adferet. Vt ſi incidendum, tenuandum, & detergendum, quo expectoratum promoueatur, vel quibus incommodare ſolet: vt hyſtericis, melancholicis, aluinis.

8 Vel, quibus commodare ſolet, commodabit.

9 Quare in febribus magnis, vbi aphthodes etiam eſt aluus, licebit vti ſirupo limonum, & talibus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVIII. 1 Ἐν κεφαλαίῳ δὲ δεῖ εἰρῆσθαι, αἱ ἀπὸ ὄξεος ἀξιπτωσίαι μᾶλλον, ἢ 2 μελαγχολικοῖσι συμφέρει. τὰ μὲν γὰρ 3 πικρὰ διαλύει, καὶ φλεγματώδεα, 4 μετεωρίζοντα ὧν ἐστὶ τὰ δὲ 5 μέλαινα ζυμοῖ, καὶ μετεωρίζει, καὶ πολλαπλασιοῖ. ἀναγωγὸν γὰρ 6 μελάνων ὄξος.

XXXVIII. 1 *Verùm, ſi licet, vt vno verbo, vel vt ſummâ dicam, omnis quæ ab aceto vis & acrimonia in oxymelite micat bilioſis potiùs quàm 2 melancholicis prodeſt: etenim 3 amara reſoluuntur & pituiteſcunt veluti ab aceto* 4 *ſubducta.* 5 *Nigra verò fermentantur, & maiorem acquirunt molem, & acceſſione & quaſi incrementis augeſcunt. nam* 6 *nigra acetum mouet.*

COMMENTARIVS.

1 Oxymelitis exhibendi ratio à peculiari cuiuſque naturâ ſumpta. Nam conuenit picrocholis: quia bilem amaram diluit. Ac ſi diceret, bilem alioqui naturâ pepaſmi expertem, reddit pepaſmi participem. Quia bilis ſegregata à concretione ſanguinis, quo acrior quóque craſſior, eo pepaſmum magis reſpuit: quo verò dilutior quóque minùs amara; eo faciliùs pepaſmum recipit. Hinc rectè Arabes docent, ſirupis alterantibus materiam alterari & concoqui, licet concoctio præcipuè naturæ ſit opus. Nam ſirupus acetoſus, de limonibus, de bizantiis bilem ſegregatam quæ in hypochondriis conflagrat in febribus biliоſis, vbi ἀλιμὸν facit, diluit. Et ita exeuentu eiuſmodi ſirupi coquunt: quòd materiam reddant mitificationis capacem. Melancholicis verò ſummè oxymel contrariatur, quòd acidus ſit humor melancholicus, ideoque ab aceto fermenti inſtar ebullit.

2 Nam melancholicum humorem fermenti modo ſubigit.

3 Id eſt, bilis. Non quòd bilis ad naturam pituitæ redeat, & fiat pituita, hoc enim impoſſibile eſt: ſed eſt modus loquendi: id eſt, dilutiora reddunturi.

4 Sublatâ.

5 Vt melancholicus humor & atra bilis, quaſi fermento efferueſcunt, nam in ſublime feruntur, & iis acceſſio fit. ζυμοῦσθαι eſt quaſi fermenti vi acri attolli & efferueſcere. nam ζύμωσις Platoni fermentatio dicitur ἡ γεώδους ἐαίας ὁμοῦ κίνησις καὶ διάκρισις, id eſt, terreni corporis motio, & ab aëre intùs concepto ſublatio, ac velut quædam ebullitio.

6 Vel acetum nigra educendi vim habet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIX. 1 Γυναικὶ δὲ τοῦτο πολεμιώτατον ἢ ἀνδρὶ ὑστεραλγίῃ χαίρειν.

XXXIX. 1 *Sed mulieribus omninò magis bellum indixit acetum quàm viris: nam vtero doloriſicum eſt.*

COMMENTARIVS.

Oxymelitis exhibendi ratio: indicatione ſumpta à morbo obſeſſa parte. Ratio Aphoriſmi eſt, quòd acetum neruis ſit inimicum, & neruoſis corporibus: idque duabus de cauſis. primò quòd ſit frigidum, 5. Aphor. 18. ſecundò quòd tenuiſſimarum ſit partium, ideoque ſubit corpora nerua omni ex parte. & illâ leptomeriâ aceti vterus omnes nobiles partes in ſympathiam trahit. Vterus enim nerueus eſt: & lubenter hoc admittit Galenus hoc Aphoriſmo, & 6. Epid. 1. 2. Et ocularis inſpectio id declarat; & ratione id euadit probabilius. Quia vterus ſe colligit in anguſtiſſimum ſinum ac craſſam ſubſtantiam, ſeque dilatat ampliſſimè. quòd neruеis corporibus peculiare. Nam ventriculo conueniſſet magis carnea ſubſtantia ratione ſui officij: ſed dilatationis & conſtrictionis neceſſitate, debuit eſſe neruеus. Ergo multò magis vterus. Hæc autem affectio dilatandi & contrahendi ſe, tantùm cadit in corpora nerua. Eleganter hæc explicat Galenus.

1 Id eſt, mulieribus eſt infeſtiſſimum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XL. 1 Τ' ἄλλα ὁ ποτὸ ἐν τῇσιν 2 ἀξείῃσι γούνοισιν, ὄλλο μὲν 3 εὖ δὲν ἔχω ἔρεον ὅ, τι μὴ ὅτι. Οὔτε γὰρ βηχὸς ὅτι παυτρεκὲς ἐν τοῖσι * σκευοδμωνικοῖσιν, 4 ὅτε ἀναγωγὸν· ἀλλ' 5 ὁσονεῦν * πιὸν μὲν ἄλλως, εἴπερ 6 διὰ παντὸς ὕδατος ποτὸ χρειαίῃ. 7 Μεσηγὺ μὲν τοῦ ὀξυμέλιτος καὶ μελικράτου, 8 ὕδωρ ἐπιῤῥοφέοντα ἀλίγον πλεῖστα

πιὸν μὲν ἄλλως

πλυλκ ἀναγωγόν ὄζι, διὰ τῶν μετεδελῶν ἃ 9 ποιότητ⊙ τ πονῶν. 10 τὸ μμυείδης γὰρ πᾶ ἐμποτίζ. Ἄλλως ἢ ἐδὲ 11 δίψαν παύει, ἀλλ᾽ 12 ὀλιγοκράσης 13 χολῶδες ἢ ἐύσει χολώδη, καὶ 14 ὑποχονδρίοις κακόν. Καὶ 15 κάκιστον ἑαυτῦ ; ἢ χολωδέσιλον, καὶ 16 φιλοδυσαμισόπιλον, ὅλαν εἰς * 17 κενεόπιλα ἐπέλθῃ. Καὶ ἁπλῶς ὃ 18 αὐξητικὸν ἢ πάντος ὄζιν, ὁπόταν 19 πεπυρωμένην ᾖ, 20 ἢ 21 κλυδασμόν τε ἢ 22 ὀλιγοπλασικήν 23 βραδύτερόν 24 τε γὰρ * διὰ τὸ ὑποψυχρὸν ἢ πίνεσθαι ἧ), ἢ 25 οὔτε διαχωρητικὸν, οὔτε διαρεῖικον. Προσβλάπλει δέ τι καὶ διὰ τόδε, ὅτι 26 ἀκούει ὅτι φύσει ὑγρὴ δὲ ἢ 27 ψυχρῶν ποδῶν ἐόντων ποτὲ ποθῇ, ταῦτα πάντα 28 πολλαπλασίως βλάπτει, 29 ἐς ὃ, τι ἂν αὐτίων ὁρμήσῃ.

* κενεόπλοον

* ζῃ

XLI. 1 *Aquæ verò quæ potui dantur in* 2 *morbis acutis,* 3 *nullam in promptu habeo facultatem quam illis tribuendam putem. Non enim tussim sedat iis qui ex pulmonibus laborant,* 4 *neque expectoratum promouet: sed* 5 *minùs omnibus cæteris, si quis* 6 *omnino aquæ* * *potione vtatur. Sed* 7 *interiecto oxymelitis & melicrati interuallo,* 8 *aqua sorbendo pota nonnullam vim habet promouendi sputum* * *ob mutationem quæ incidit* 9 *potionis qualitatis. Nam* 10 *roscidi cuiusdam humoris copiam adfert seu madorem. Alioqui neque* 11 *sitim sedat, sed ad se accessionem adiungit,* 12 *amaritudine ipsa quam concipit. est enim* 13 *biliosa biliosis naturis, &* 14 *hypochondriis* * *calamitosa. Quinetiam* 15 *longè deterrima est, & biliosissima est [biliosis,] &* 16 *labefactandis viribus maximè studet, in* 17 *vacuitate cæterorum ciborum. Nec non & hepar & splenem* 18 *distendit cùm* 19 *incendio conflagrat,* 20 *quinetiam* 21 *fluctuationes &* 22 *inflationes* 23 *creat. necnon* 24 *cunctatur, quòd subfrigida sit & coctionis expers; eòque fit vt neque* 25 *subducendi alui, neque vrinas ciendi vim habeat. Sed ad hæc mala illud etiam accedit, quòd natura sua* 26 *stercoris sit expers. Quodsi* 27 *refrigeratis pedibus aliquando bibatur,* 28 *infimis partibus quæ commemorata sunt incommoda magis adfert,* 29 *in quodcumque vitium tandem inciderit.*

*toto morbi cursu

* ob qualitatis mutationem quæ fit in his potionum generibus.

* molesta.

COMMENTARIVS.

1 Vt fluuiali, pluuiali, & fontanæ. vt excludantur cæteræ aquæ, quibus vti non decet: sed vt sit omnis alienæ qualitatis expers.

2 Maximè in morbis acutis essentialibus cum febre coniunctis & iam commemoratis.

3 Q. d. nihil video in aqua commemorabile, quod ad bene medendum conueniat, vt cæteris potus generibus.

4 Quia non nutrit, propterea que naturæ vim non excitat; nihilque habet quo pulmones leniat, bronchiorum alas explicet, cùm ob frigiditatem potiùs constringat: sed obstruat. nec materiam præparat; quia nullam vim habet incidendi, attenuandi, detergendi: sed contrà contumaciorem reddit. Nec tussim sedàdi vim habet: Tussis fit influxu, tum affluxu, tum humoris contumacis mansione.

5 Minimè omnium: id est, quàm vinum, melicratum, oxymel.

6 Id est, tota morbi historia, & crudo adhuc morbo, validis ægri viribus, sine infirmitatis metu, & breui futura morbi historia. Indicatione sumpta à morbo. Ostendit aquam in morbis acutis, nihil iuuare: quia illi morbi acuti quos præ omnibus hîc loco exempli posuit, ptyalismo curantur, quem aqua potiùs impedit quàm promouet. Tussim siccam & humidam non nisi ex euentu potest sedare aqua; eam nimirùm quæ fit à frigore arteriæ asperæ, catarrhi subtilitate. Hinc veteres aquam gargarizandam à cœna vna hora, catarrhis obnoxiis exhibebant. & ita ex euentu fuit tussis sedata, quòd aqua orificium ventriculi claudat, vapores deturbet, & humores à cerebro in asperam arteriam decumbentes incrasset. Hoc in causa antecedente quæ tussim præbet, dum deorsum mouetur. Verùm eam tussim quæ fit infernè sursum, nimirùm ab expectorato, non potest sedare aqua; quæ nimirum cum difficultate spirandi accidit ab obstructione bronchiorum.

7 Vt quibus melicratum est sitiferum, aut oxymel abradendo molestum.

8 Parca nimirùm manu, si ratione morbi sit opus oxymelite.

9 Assuetæ scilicet, quibus melicratum erat sitiferum, aut oxymel abradendo molestum, aut in difficultate expectorandi ob laterum infirmitatem noxium. Nam mulieribus hystericis, & quibus abradit intestina, atque etiam quibus est summa expectorandi difficultas ob laterum infirmitatem, non debet exhiberi oxymel: quemadmodum nec melicratum picrocholis, μεγαλοσπλάγχνοις. quasi dicat. Si melicratum fuerit sitiferum, misce aquam. nam omne sitiferum expectorato molestum est.

10 Partes humore quodam imbuit, sed non humectat. inania videlicet illa spatia inter venas, & interstitia musculorum & carnis. Idem enim propriè humectat quod ipsis partibus assimilatur & nutrire potest. Aqua autem non nutrit. Vel, madoris abundantiam quandam inducit; & bilem pituitescere facit. Excrementitio quodam humore humectat: quia non nutrit.

11 Neque sitim pulmonicorum sedat. Nam, teste Galeno libro De arte Medica, cùm duo sint sitis foci, ventriculus & pulmones, ea quæ in pulmonibus accenditur, hausto aëre frigidiore tollitur: & arte refrigeratus aër æstum pulmonum mitigat, febrem arcet, & putredinem tollit. Sed eam sitim quæ à ventriculi calore vel siccitate excitatur, aqua sedat, 6. Epid. 3. 33. de focositis in pulmone loquitur. Vide 1. Simplic. 32. Sitim non sedat, quòd non sit meabilis: nam veticulo opus habet aceto.

12 Cunctando putrescit; & seipsa biliosior redditur.

13 In bilem degenerat homini biliosо.

14 Quòd ea obstruat, cunctando vitium faciat, eorumque vim labefactet. Sed obiicies: Hippocrates ad sitim præscribit aquam leuissimam: quia quo ea fuerit leuior, eo ad sitim explendam est accommodatior. Leuitatis autem signa ex eo demonstrat, quòd citò calescit & citò refrigeratur. 5. aph. 26. Dic quòd non sedat sitim biliosis naturis, quibus fit anadrome bilis in fundum ventriculi: quia ipsa crassitie sua cunctando putrescit, & in bilem mutatur. Aqua enim cùm qualitatis sit expers, minimo negocio bilis acrimoniam excipit.

15 Dicitur quoque hypochondriis esse calamitosa: quia quemadmodum in hydrope initium curationis ducitur à symptomatis ablatione, nimirum aquæ ipsius exclusione, eò quòd aqua plus adfert detrimenti visceribus vnde manauit, quàm priùs habuerunt.

16 Quòd humectando putrescat, hepar labefactet, & mesenterium in affectum trahat: sic & hoc loco, aqua viscera obstruit, & cunctando putrescit, hepar & pulmones afficit. hinc multi hydropici cum viscerum putredine interierunt.

17 Cùm bibitur scilicet.

18 Molem adauget.

19 Vbi phlegmone obsidentur. Vt in febre ardente qui aquam haurit, à liene æstuante in epiploum deponitur, hinc dicuntur lienosi; quamuis non sint.

20 Summa Aphorismi est: Cùm multis nominibus aqua pulmonicis, hypochondriacis, & picrocholis sit inimica: tum maximè si frigidis pedibus ipsa exhibeatur, quoquo modo illi sint frigidi, hoc

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 339 sur 513

periodicè, criticè, siue symptomaticè; à motu morbi, vel vitio partium internarum incendio conflagrantium, quæ instar cucurbitæ ad se omnem calorem attrahant ab externis partibus. Quia in illis frigoribus aqua, vitio materiæ febrilis, quæ ineunte paroxysmo ad superiorem ventrem viam affectat, corrumpitur: vnde in materiam febrilem transit. Hæc igitur mala cùm in principium paroxysmi incidunt, periculosa magis quàm si in alia tempora inciderent. Aqua est humor ex elementorum concretione compositus, qui per antonomasiam nomen obtinuit, quasi dicas à qua omnia: ab eo quòd copiâ & viribus in cæteris antecellit: Nam non intelligimus hîc aquam elementarem, vt quæ nusquam reperiatur. Huius autem genera sunt multa. De sola simplici hæc loquimur; non autem de ea quæ alienæ qualitatis est particeps, vt est salsa, amara, alumino sa, &c. Simplicem autem voco, quæ sapore & odore est dulcis, colore inexplicabili, vniusmodi. Cuius quidem simplicis Hippocrati duo sunt genera, artificiosa!, & artificij expers, 6. Epid. 4. 16. quo loco Galenus dicit, artificij expertes esse eas, quas aut ex lacu aut præterlabente flumine excepimus, aut pluuialem, adde & fontanam. Pluuiæ autem Hippocrates facit discrimina: pluuiam ὑέτιον, quæ illo tempore decidit, quod æstiuo solstitio, & ortu Caniculæ definitur. quod vocant ὦρον anni. vnde horæi fructus nomen habent. Alteram pluuiam quæ cum tonitru decidit. Tertiam, procellosam. hæc postrema Hippocrati mala est & calamitosa: secunda, in medio: prima, salubritati accommodatissima. quòd huiusmodi, vt dicit ibi Galenus, extenuata est ab aëris caliditate: deinde quòd pura sit, & elaborata; &, vt alibi dicit Hippocrates, leuissima. Nam omnis aqua alienæ qualitatis expers, quo tenuior & quo leuior, eò salubritati est accommodatior, quòd facilè permeet hypochondria, ibique non cunctetur, non bilescat, non cruditates pariat: atque huiusmodi aqua naturâ est leuissima. Altera autem arte est leuissima, quæ igne excocta, deinde in puteo, semipedeab aqua, vt eam non attingat, suspensa refrigeretur: quia ita refrigerata, non cuadit tam crassa quàm alias: 6. Epid. 4, 8. & 10. Nam & hac ratione fontes, qui modico solis calore coquuntur, sunt saluberrimi: qui ad aquilonem spectant, mali. Artificiosæ autem aquæ dicuntur, quæ hominum artificio & industriâ tubulis fictilibus & plumbeis è vicinis locis in oppidum inducuntur. è quibus illæ quæ plumbeis tubis deducuntur, omnium sunt insaluberrimæ; quia ventriculo nihil est plumbo inimicum magis. Sic puteales dicuntur artificiosæ, quòd huiusmodi arte acquirantur. de quibus vide Columellam, 1. De re rustica 3. & Dioscoridem 5. lib. 9. & Gal. hîc. Pessima, quæ pigro lapsu fluit. Stagnans autem est pestilens. In aqua marina noctes agunt nautæ facilè: in fluuiatili ægrè: nam illa calida est & sicca. Ita piscatores vlcera sicca ferunt in mari. Aqua non tenuat nec deterget; tardè meat, ægrè coquitur, fluctuat in ventriculo, bilescit biliosis, non diuretica, nec pectoralis est, nec sudorifica, nec sitim mulcet, nam restagnat in aluo, nec humectat verè, nec aluum subducit. Et hæc dicit de optima aqua.

21 In aluo. & stagnat.

22 Et innatat. vt Cicero, natabant vino pauimenta.

23 Melicratum. non ratione sui sed per accidens vires infringit: non enim quia vacuat, sed quia non nutrit, vt etiam aqua. tum quoque à collectione bilis & obstructione vires labefactat, cùm nimirùm in aluum cibo vacuam incidit: hoc est, cùm per se exhibetur, sine alicuius cibi accessione.

24 Id est, pigro lapsu meat: quòd sit frigida, & coctionis expers.

25 Id est, ipsa humoris abundantiâ aluum stagnantem reddit; est enim pigra in meando.

26 Quòd stercoris vacuitatem adferat.

27 A rigore, horrore, frigore periodico, symptomatico, aut critico, aut à dolore periodico.

28 Quòd nimirum, frigidis pedibus materia ad superiores partes feratur, & vitio illius materiæ aqua sit deterior. Vel, admirabile est, infinitis partibus quantum secum ferat incommodi.

29 Vel, quocumque tandem illa se conuerterit, id est, si de hepate, aut liene, aut aleo malè mereatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLI. Ὑποστρέφουσι μὲν τοι ἐν τούτῳσι τοῖσι νούσοισιν, ἢ ἰ κεφαλαίῃσιν ἰσχυρῇσιν, ἢ φρενῶν ἅψιν, παντάπασιν εἶναι ἀποτρεπτέον. ὕδατι δὲ ἐν τῷ 2 τοιῷδε 3 χρῆσθαι, ἢ 4 ὑδρηλὸν καὶ 5 λεπτὸν παντελῶς δοτέον εἶναι, καὶ 6 ὅσων ποιητάων. καὶ μὴν τῷ πόσει αὐτῷ ὕδατι 7 μεταποτέον ὀλίγον. ὕπνον γὰρ ἐν ἥσσονι τὸ ὑπὸ τῶν οἴνων μᾶλλον ἀναλοῦσθαι καὶ κεφαλῆς καὶ γαστρός.

XLI. *At enim cùm in huiusmodi morbis acutis suspicio sit* 1 *caput vehementer aut mentem perculsum iri, in totum vino abstinere oportet.* 2 *ibi tum aquæ* 3 *est locus; aut certè* 4 *vinum aquosum &* 5 *omninò album &* 6 *odoris expers exhibendum. quo exhausto & epoto, pauca* 7 *superbibenda est aqua. Sic enim vini potentia & vis caput & mentem minùs inuadet.*

COMMENTARIVS.

1 Si futuræ cephalalgiæ & delirij signa appareant. Nam cephalalgicis & phreniticis inimicum est vinum acre sapore, præstans odore, substantia tenue, & facultate generosum. Vide 3. Epid. Com. 2. hist. 5. adolescentis qui in medio foro iacebat: & eodem libro historiam primam de Philis.

2 Id est, in huiusmodi affectione.

3 Id est, aqua vtendum ad sitim explendam, & ad declinanda symptomata cephalalgiæ & delirij, quæ imminere videntur.

4 Si per vitium infirmitatem, aut propriam stomachi conditionem, aut hypochondriacam affectionem, id est, obstructionem hypochondriorum, aqua vti non possis.

5 Sine alia saporis, facultatis, caloris, consistentiæ & odoris accessione.

6 Quia odorata omnia quæ talia sunt, caloris vi sunt talia. sic cicuta ad 4. gradum frigida est, tamen graueolens: quia sunt diuersæ partes eiusdem rei: sic rosa frigida est odora.

7 Vt nimirum ventriculi orificium colligendo, vaporesque in initio coctionis excitatos deturbando, plethorica capitis arceat symptomata: cephalalgiam nimirum & delirium. Hinc Celsus multis in locis monet, esse gargarisandum quibus ventriculus est laxior, & cerebrum infirmius, & qui vino vtuntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLII. 1 Ἐν οἵῃσι δὲ μάλιστα αὐτῶν, ὕδατι ποτῷ χρηστέον, καὶ ὁκότε πολλῷ χαίρουσι, καὶ ὁκοῖσι μετρίῳ, καὶ ὁκοῖσι ψυχρῷ, καὶ ὁκοῖσι θερμῷ, τὰ μὲν πρὸς καὶ ὑφ' ἑωυτῶν εἰρήσεται, τὰ δ' ἐν αὐτοῖσι 2 τοῖσι ἀμείνοσι μὴ δύνασθαι.

XLII. 1 *Sed quibus potissimùm aqua vtendum sit, & quando pleniore manu, & vbi modicè, quando item frigida, & quando calida, alia quidem ad eam rem pertinentia partim sunt à nobis antea explicata, alia verò* 2 *suo quoque loco dicentur.*

COMMENTARIVS.

1 Præbet ergo Hippocrates interdum aquam copiosè.

copiosè: nam, vt ptiùs scripsit, πλημμυρίδα, id est, madoris copiam præbet. Vt, vbi opus est, acerrima bilis pituitescat.

2 Nimirum in praxi, accommodatè & conuenienter cuique præscribenda, libro quarto, qui desideratur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIII. 1 Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ποτῶν οἵη τὸ κείθρινη, καὶ τὰ ἀπὸ χλοίνης ποιεόμενα, καὶ τὰ ἐπὶ σταφυλῇσι & καὶ σεμιδάλιον ἢ πυρῶν καὶ κνήκου καὶ μύρτων καὶ ῥοιῆς, καὶ ἢν ἄλλων τοιούτων ἔν ἄν τινος αὐτέων κυρῶσι ἢ χρέεσθαι, χλιερὰ ψυπτέα παρ' ἑωυτῷ νοσήμασι, 2 ὅκως δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἢν σιτίων φαρμάκων.

XLIII 1 *De aliis autem potionum generibus, qualis est potio hordeacea, & quæ ex herbis conficiuntur, & quæ ex vuis & vinaceis, frumentis, & cneco, & myrto, & malo punico, & aliis, cùm scilicet earum rerum vsus inciderit, paulo post scribetur,* 2 *quo loco etiam medicamenta omnia composita explicabuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Summa eorum quæ de aqua dicenda sunt, hæc est. Aqua nullius est momenti ad bene medendum in morbis acutis: quia alas pulmonum non explicat, neque materiam præparat: imò biliosis, pneumonicis, & hypochondriacis nocentissima est: tum verò longè maximè cùm frigidi fuerint pedes. Quodsi tamen necessarius fuerit aquæ vsus iis qui neque oxymelite neque melicrato vti possunt, interiecto oxymelitis & melicrati interuallo, aquæ vsus necessarius erit. Quod si ne tum quidem aquâ vti possunt ob summam ventriculi imbecillitatem & hypochondriorum obstructionem, vtendum est vino albo aqueo, tenui & oligophoro, & ab eius vsu exhibenda est aqua. Quibus ergo ratione morbi exhibenda est aqua? nimirùm quibus oxymel intestina radit, & melicratum est sistiferum, his aqua, vel vinum oligophorum exhiberi debet: & dein aqua superpotanda. Cùm ergo aquâ est vtendum in morbis acutis, ea non exhibeatur, nisi edita sint pepasmi signa victricis naturæ. Atque tum ea dabitur largo haustu, hoc est, quantum vno spiritu quis bibere potest. Sic enim febris multorum fuit extincta, vt docet Galenus 9. Methodi in synochis: quia aqua frigida febricitantibus tempore & loco exhibita febrium curationem adfert. Sed addidi, editis pepasmi signis: quia si quis sicco adhuc morbo largiter aquam bibat, morbum in cruditate continebit. Rationem refrigerandi aquam docet Hippocrates 6. Epid. 4. 8. & 10. Errant igitur, & periculosissimè, qui sinunt ægros siti enecari; nihil enim pernicioſius siti inexplebili, vt quæ sola possit ardentium febrium existere causa, imò quæ morbum curabilem possit reddere incurabilem. Hinc rectè admonet Hippocrates 5. aph. 27. vt si quis ad somnum se compositurus sitiat leniter, non bibat, sed superdormiat, quia eam sitim facilè somnus, vtpote humectans, tollet. Verùm si ea sitis videatur esse inexplebilis, sitim extinguat aqua leuissima. Ineunte ergo paroxysmo præstat à potu abstinere, quia ea sitis non fit aut à siccitate, aut à calore, vel ab vtroque simul, cui potio debetur: sed ab anadrome humoris acris ad ventrem superiorem. In statu autem paroxysmi bibat æger aquam egelidam larga manu: item in statu vniuersali morbi, id est, cocto iam morbo: quia si in summo febris æstu, cùm symptomatum summa sunt omnia, ægrum potione defraudes, ipsum pessundabis. Item iisdem temporibus peripneumonicus egelidam sic bibat, interiecto oxymelitis & melicrati interuallo. 6. Epid. 4. 15.

2 Quem librum Hippocratis si haberemus, facilè Arabum compositionibus potuissemus carere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIV. 1 Λαβὸν δὲ συγχεῖσι ἢν νεσημάτων ἀρήσι ἂν χεροὶν ἐσιεῖ. ἐς τὰ μὲν 2 ξωυτέωσ, ἐς 3 τὰ δ' ἐ. Ἔστι δ' ὅτε 4 ποιεῖν χρεστὴν διὰ τὴν ἀσθενειαίην ἢν ἀνθρώπων. Ἐν ὀλίγῃσι δὲ εἰκῆσι παραπλήσιον τὰ ἄρθρια, καὶ οἱ θερμὰ δύνασθαι ὀσφρῆσθαι ὡς δεῖ. Εἰ δὲ 5 μὴ παλιγκότως λούεται, βλάπτοντ' ἂν ὀλιγάκις. Καὶ ἢν δὲ 6 σκέπειν ἀσάπνῃ δεῖ, καὶ ὑδαρέα & ἀκλήθεος, καὶ λεπτὴν συχνὴν, καὶ 7 μὴ λίην * λαύρῃ, 8 ἢν γε μὴ ἄπω * δέῃ.

* λάβρῃ
* λίαν

XLIV. *At verò* 1 *balneum* [*in*] *densis morbis confert,* [*his*] *qui* [*rectè*] *eo vtuntur: atque in his morbis aliàs* 2 *continenter hoc vtendum,* 3 *aliàs verò non. Sed & ea incidunt tempora vt* 4 *minùs vtendum sit balneo, ob insuetam parandi rationem,* [*vel minimè accommodatam parandi consuetudinem.*] *Nampaucis in domibus balneorum instrumenta sunt in promptu, atque balneorum ministri quales esse decet. Quodsi* 5 *non conuenienter adhibeatur balneum, non parum detrimenti adferet.* 6 *Tecto enim est opus fumi experte, & aquâ liberaliter,* 7 *nec admodum largâ effusâ:* 8 *nisi fortè sit opus.*

COMMENTARIVS.

Hactenus dixit de potione aquæ, nunc ad alterum aquæ vsum transit: nam & vtimur ipsâ ad balnea. Balneum est multiplex, materiâ, vtendi modo, & partibus quibus adhibetur. Nam quoddam est vniuersale, quo totum corpus lauatur: Alterum particulare, quod partibus quibusdam adhibetur. Sic fotus lateris, ventriculi, hepatis, capitis, balneum illius partis dicere possumus. Item insessus ex semine lini & althææ, radice liliorum, est balneum renum & lumborum. Fotus capitis perfusi aquâ calidâ, oculorum fotus calidus, tepidus: nam decocto fœnugræci, seminum cydoniorum, & maluæ, fouentur oculi in ophthalmia: sic collutiones, gargarismi ex lacte, ex aqua, oris sunt balnea. Hic autem de balneo vniuersali agimus, non de thermis, de laconico, de caldariis, sed de balneis ex aqua confectis. Horum autem quædam balnea sunt aquæ dulcis, alia aquæ mixtæ. De aquæ mixtæ balneis, vt aluminosa, sulphurea, &c. de eorum virtute quid sit sentiendum sic accipe; Ea nihil aliud habere posse, quàm facultatem ab alumine, sulphure, &c. aliis. An autem Hydropicus ab hepate sicco & frigido, hoc est, ab exhaustu, ab his aquis curationem recipere possit? Exhaurietur quidem aqua, sed focus iste hydropicis hepar non restituitur, exhausto suo humido primigenio.

1 Id est, aqua dulcis, quæ lauando præscribitur frigida, calida; qua vtimur pro vniuersali vel particulari balneo.

2 Vt in hecticis vniuersali vtimur: & in nephriticis insessu: æstate.

3 Vt crudâ adhuc materiâ, infirmâ aluo, in catarrho, hæmorrhagia, aut viscerum effœta vi. Ruptâ vomicâ in pulmonibus & renibus, multi interierunt in balneis: & qui sanguinem profundunt, & plethoricis, & qui lienteriæ sunt obnoxii, his non conuenit balneum.

4 Non solùm ratione morbi & ægri.

5 Ministrorum culpa, vel instrumentorum penuriâ, non rectè balnea adhibeantur in qualitate, quantitate, loco, & vtendi modo.

6 Ne capiti graue sit, & ne fumi ab ægro cum aëre ducantur.

7 Sed æqualiter & continenter: ne vicissitudine caloris & frigoris offendatur, non affatim.

8 Si iuuenis quadratus æstate media correptus fuerit tetano, aquâ frigidâ affatim perfundatur.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 341 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLV. Καὶ 1 μᾶλλον μὲν 2 μὴ σμήχειν· ἢν δὲ 3 σμήχῃ, 4 θερμῷ χρέεσθαι ὑπτέῳ, καὶ 4 πολλαπλασίῳ, ἢ ὡς νομίζεται, σμήγματι. καὶ ὡς πλατυτάτῃ ὡς ὀλίγῳ, καὶ 6 ταχέως μεταβαλλόμενον.

XLV. *Ac* 1 *multò magis* 2 *non detergendum*; *quòd si* 3 *detersione opus sit necessariò, calido vtendum smegmate*, 4 *multâque aquâ diluto* 5 *quàm fieri consueuit; atque subindeperfundenda est multa aqua* [*tepida*] *&* 6 *frequenter.*

COMMENTARIVS.

1 Vt reficcata corpora humectentur. nam morbis acutis laborantes, detersionis molestiam non facilè ferunt. quasi dicat, laboris omnis sit expers.

2 Vt humor acerrimus exudet, non vt sordes detergeantur.

3 Ad pruriginem. Detergentia mordent & siccant. Smegmata apud veteres pulueres dicuntur: sin. pi sulphur, betonica, hyssopum, maiorana, iris.

4 Id est, si æger ob sordes vel pruritum detergendus sit, exolue vim remedij detersorij aquæ multæ affusione, vel etiam olei.

5 Id est, quàm sanis in more sit.

6 Id est, noua subinde aqua est affundenda. ταχέως, id est, πολλῶς. nam ita copia aquæ, absterſorij accisi loco erit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVI. 1 Δεῖ δὲ καὶ ὁδοῦ βραχείης ἐς τὴν πύελον.
XLVII. Καὶ ἐς εὐεμβάτου καὶ * εὐεκβάτου. XLVIII. Εἶναι δὲ τὸ λουόμενον 3 κόσμιον καὶ 4 σιγηλὸν, καὶ 5 μηδὲν ἄνευ * ἐργάζεσθαι, 6 ἀλλ' ἄλλως καὶ ἡσυχίην ἄγειν σώματος.

* ἐς
* προσεξ ἐργάζεσθαι

XLVI. 1 *Sed & via breuis ad vas balneorum esse debet.* XLVII. 2 *Facilisque vasis sit ascensus, & egressus.* XLVIII. *Quinetiam enim qui balneo vtitur* 3 *modestum esse decet*, & 4 *taciturnum*, 5 *tum autem ipsum omnino* 6 *feriari*, *sed alios sordes abluere & detergere.*

COMMENTARIVS.

1 Nec repentina aëris mutatione offendatur. id est, assuescat priùs aëri calido.

2 Nam multi lipothymia laborant: quare fatigari minimè debent. depressa videtur solia commendare, id est, humilia.

3 Bene à natura moratum.

4 Ne accenso calore cordis, plus spiritus ducat.

5 Quia mutatio quæ modò fit foras aut intrò, calamitosa est: quia hoc modo refrigerantur qui serosum humorem profundere debebant; & prodit inutilis humor.

6 Quia dum distenduntur musculi, plus humoris attrahunt, quàm dissipari possit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

* πολλὸν

XLIX. Καὶ 1 μετακέρασμα * πολὺ ἑτοιμάζεσθαι. L. 2 Καὶ τὰς ἐπιστάλσιας ταχείας ποιέεσθαι.

XLIX. *Praterea* 1 *in promptu habere oportet temperationis varietatem.* L. 2 *Tum autem sine intermissione perfundendum est corpus.*

COMMENTARIVS.

Nullam vitæ partem patitur esse sui indigam balneum: imò nullum gratius remedium inueniri potuit tribus temporibus calculi. senibus effœtis solatium, vt Laërti apud Homerum. Sic capitis substantia vt respuit suâ naturâ humida omnia, imò vinum: refocillatur tamen balneo, exclusâ humoris acrimoniâ. Sub finem paroxysmi, nunquam in principio balneo vtemur.

1 Vt à calida ad egelidam, hinc ad frigidiusculam fiat progressus in exeundo. Sunt enim 4. partes balnei, aër, aqua calida, frigida, sudoris detersio. illud est μεταμέρασμα, id est, mutatio temperiei: quæ ædium mutatione fieri solet olim. Nihil enim perniciosius quàm cum horrore in balneum descendere. Paulatim à calida aqua ad frigidam procedat. Tepeat bene prima, secunda minùs, tertia ita tepeat vt ad frigidam nutet. hoc hîc est μεταμέρασμα.

2 In lipothimiæ metu, qui immersionem ferre non possunt. Nam duobus modis corpus lauatur, immersione, vel perfusione.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LI. 1 Καὶ ἀπόγγισιν χρέεσθαι ἀντὶ 2 στλεγγίδος. LII. 3 Καὶ μὴ ἄγαν ξηρὸν χρῆσθαι τὸ σῶμα.

LI. 1 *Praterea spongiis pro* 2 *strigili vtendum.* LII. 3 *Praterea nec valdè siccum corpus oleo illinendum.*

COMMENTARIVS.

1 Spongia primum locum obtinet, quia æqualis est: hæc enim grata est & amica partibus effœtis; & partes recreat principes; facit vt suffusa bilis euanescat. Non enim semper à balneo sudores manare debent tectis ægris: sed absterſio sola sufficit his, qui humectandi sunt à squalore languentes.

2 Reprehendit veteres, qui strigili vtebantur.

3 Tertio tempore balnei est vtile oleum calfactũ. id enim emollit corpus, ac fundit, nec vllum horrorem adfert.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LIII. Κεφαλὴν μὲν τοι ἀνεχρᾶσθαι χρὴ ὡς εἶδόν τε μάλιστα, ὑπὸ ἀπόγγισι καὶ σμαραγδυλίῳ. LIV. Καὶ μὴ διαψύχεσθαι πρὶν 2 κεφαλὴν, μήτε τ' ἄκρεα, μήτε τὸ ἄλλο σῶμα. LV. 3 Καὶ μήτε περίῤῥωτον μήτε ἐόποτον λούεσθαι.

LIII. *Sed certè summo studio caput est siccandum, spongiâ detergendo &* 1 *fricando.* LIV. *Atque ne* 2 *caput frigoris appulsum excipiat, neque extera partes, adeoque nec vniuersi corporis partes,* [*cautio sit.*] LV. 3 *Adde quòd neque potu neque cibo saturatum lauare est æquum.*

COMMENTARIVS.

1 Occiput versus: est enim capiti mador inutilis. Hic Aphorismus explicat præcedentem: id est, non opus est oleo inungi. Primò spongâ, deinde linteo optimè siccatur caput: & facit ne aqua refrigerata, capiti noceat.

2 Et cùm capiti mador sit noxius, frigus etiam non minùs capiti quàm cæteris partibus nocet.

3 Ne cruda materia ex aluo in venas & habitum corporis rapiatur. Igitur medici qui modo lac asininum exhaustis propinant, statimque in balnea immittunt, peccant. Dicat quis, id agunt vt rapiatur in habitum corporis; Resp. non assimilabitur, cùm non mitificatum fuerit. longè rectiùs id fiet quarta vel quinta hora à lactis vsu.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LVI. 1 Μήτε * ῥοφεῖν, μήτε πίνειν τυχὸν μὴ τὸ λιπρόν. LVII. 2 Μέγα μὲν δὴ μέρος χρὴ νέμειν τῷ κάμνοντι, ἢν ὑγιαίνων * εἰπὶ φιλόλουτος ἄγαν, καὶ εὐσπλάγχνος λούεσθαι. Καὶ γὰρ πολὺ μᾶλλον οἱ τοιοῦδε καὶ ὠφελέονται λουτροῖσι, καὶ βλάπτονται μὴ λουόμενοι.

* ῥοφέειν
* ἢ

LVI. 1 *Neque sorbendum neque bibendum ilicò à balneo.* LVII. 2 *Enimuerò illud maximi faciendum, si, cùm sanus esset is, balnei esset cupidus, eique diu & multum assueuerit. Huiusmodi enim naturæ sunt maximè balnei appetentes, & plus adimenti percipiunt, & damnis augentur, si non lauentur.*

COMMENTARIVS.

1 Ne vis attractrix, excitato calore, eripiat occasionem

sionem mitificandi. vnde caput plethoricis cau sis replet : nec ventriculus sæpe amplecti potest cibum. Idem intellige de exercitio, quod iam iam corpus turbauit, sedetur primùm omnis turbatio.

2 Consuetudinis vim etiam in balneis exprimit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LVIII. 1 Ἀρμόζει δ' ἐν 2 τοῖσι πυρίῃσι μᾶλλον 3 ἢ ἐν καύσωσι τὸ ὄπτιον. ἢ γὰρ ὀδύνη τῆς κατὰ 4 πλευρὴν καὶ 5 σπόνδυλον καὶ 6 μετάφρενον 7 παρηγορικὸν ἔξει τὸ λυθρῶδες, καὶ πτύελον 8 πεπαντικὸν καὶ 9 ἀναγωγὸν, καὶ 10 εὔπνοον, καὶ 11 ἄκοπον. Μαλθακτικὸν γὰρ καὶ ἄῤῥοον, καὶ τὸ ὀπτιόλαιόν 12 διέρχεται· καὶ ἢν ῥηκτικὸν ᾖ, καὶ καθαρσίου 13 λύσῃ, καὶ ῥῖνας ὑγραίνῃ. Λαβὰν μὲν οὖν λιπαρῶν τοσαῦτα πάρεστι, ὧν πάντων δεῖ. Εἰ μὴν τοι τῆς παρασκευῆς ὠφέλεια τῆς ἔσω ἐνὸς ἢ 14 πλειόνων, κινδυνεύει μὴ λυσιτελεῖν τὸ λυθρῶδες· ἀλλὰ μᾶλλον βλάπτειν. Ἔν τε ἔλαττον ἀντέον μεγάλου φέρει βλάβην μὴ ἀφεψηθὲν ὡσὰν δεῖ ὡσαύτως ἐργαζόμενον ὡς δεῖ.

LVIII. 1 *Conuenienter* [*hoc balneum*] *adhibetur : thoracis atque pulmonis morbis, & potiùs* 3 *quàm in febribus ardentibus. Nam dolorem* 4 *costalem &* 5 *sterni &* 6 *dorsi* 7 *sedandi vim habet balneum, tum expectorabilem* 8 *materiam concoquit &* 9 *educit, propereque facit vt* 10 *spiritus ducatur ex facili, quin* 11 *lassitudinem tollit. Etenim articulos emollit, ipsamque adeò superiorem* 12 *cutem, vrinam ciet, & capitis grauitatem* 13 *sedat, & nares humectat. Sunt igitur hæc balnei commoda & opportunitates ad bene medendum. Sed si præparationis vna desideretur ratio, vel* 14 *plures, verendum ne nihil opis adferat, sed contra maioribus damnis augeat. Etenim eorum quæ ad balneum rectè administrandum necessaria sunt vnumquodque, non benè compositum si fuerit à ministris, maxima incommoda adfert.*

COMMENTARIVS.

1 Nimirum balneum in quo nulla ratio præscriptæ præparationis desideratur.

2 Quasi dicat, in morbis acutis, qui suam hyparxin habent in impedimento partis, cuius officio vita carere non potest.

3 Mox subdit rationem, nam thoraci solatio est, &c. nam his subsidiis sanantur thoracis morbi. Et hîc dicit, ardentibus febribus quibusdam balneum conuenire.

4 In pleuritide : ab inflammatione membranæ, quæ costas succingit, ex sanguinis affluxu per venam azygon.

5 Per inflammationem eiusdem tunicæ, à sanguinis affluxu per venam mammariam.

6 Per venas thoracicas.

7 Materiæ acrimoniam infringendo ; digerendo, & immutatum partis habitum restituendo.

8 Maturationem promouet.

9 Naturam excitans, & meatus liberans.

10 Tota enim difficultas consistit in spirandi difficultate.

11 Id est, partes recreat lassitudine fractas. Vide historiam adolescentis qui in mendacio.

12 Tres sunt cutis species : epidermis, cutis vera ; & panniculus carnosus : nec mouetur in homine, nisi in froute.

13 Diaphoreticum ergo est, exhaustis acribus fuliginibus. Λύσῃ politica vox : in malam & bonam partem accipitur, vt 6. Aph. 26.

14 Vt in aqua, in solio, in vase balneario, in sermone, cibo, potu.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LIX. 1 Ἧσσα ἢ λύσιν καιρὸς τέτοισιν, οἷσιν ἀκοιλίη ὑγιεστέρη τοῦ καιροῦ ἐν τῇσι νούσοισιν. Ἀταρ οἷσίν γε ἐξήκει μᾶλλον τοῦ καιροῦ, (καὶ μὴ παρελήλυθε,) ὅτε τοὺς 3 ὑγιεσμένους χρὴ λούειν, ὅτε τοὺς 4 ἀσθενέας, ἀνίεσθαι· ὅτε τοὺς ἐπικερουμένους χολώδεα, ὅτε 5 τοὺς αἱμορραγέοντας ἐκ ῥινῶν, 6 εἰ μὴ ἔλαστον τὸ καιρεὸν ῥέοι. 7 Τοὺς δὲ καιρὸς οἴδιος. Ἢν δὲ ἔλασσον τοῦ καιροῦ ῥέοι, λούειν. Ἢν τε ἔλασσον 8 τὸ σῶμα ᾖ ἐς τὰ 9 ἄλλα ἀφηγημένον ὅ πω 10 κεφαλὴν μούνην. Ἢν οὖν αἱ κοιλιαὶ * ὀπισθέουσι, καὶ ὁ χρόνος μέλλει 11 διδάξειν τὸν λυτρὸν, λούειν χρὴ ἐκ τοῦ ἡμέρης. 1 X. 12 Τοὺς δὲ φιλοκαλέοντας, οὐδ' εἰ δὶς τῆς ἡμέρης * λούσῃς, οὐδὲν ἂν ἁμάρτοις.

* ἐωσίν

* λούσεις

LIX. 1 *Minimè verò opportunum his balneum, quibus profusior iusto est alvus in his morbis. Nec iis quibus illa iusto est* 2 *strictior, (dum primùm non affatim profluxerit nec illos lauabis quibus* 3 *prostratæ iam sunt vires,* 4 *nec fastidij plenos, aut vomibundos. neque ructantes bilioſum, nec* 5 *narium haimorrhagiæ obnoxios,* 6 *modò non parciùs quàm opportunũ sit sanguis effluxerit.* 7 *Quid verò opportunum sit, tibi notum esse debet. Nam si parciùs iusto ille fluat, balneo fruatur.*] *Balneo itaque vtendum*] *tum ad solatium totius* 8 *corporis,* 9 *plurimarumque eius partium, tum ad solius* 10 *capitis. Si itaque præparationis ad balneum nulla ratio desideretur, nihilque eorum adsit ægro, quod illum iure à balneo* 11 *arceat,*[*sed si is opportunè commodéque id inire posse videatur*] *cottidie lauet.* LX. 12 *Hos verò, qui balneis gaudent, minimè laseris, si vel bis die laueris.*

COMMENTARIVS.

1 Ne exhaustis vel exhauriendis mox à fluxu aluino nouum exhaustum accedat : vel, si criticôs feratur, reuulsione resistat.

2 Ne cacochymia aluina, ad vasa & habitum corporis effundatur.

3 Id est, τὰς καλαλυσιδύσας : quia afflictis non danda afflictio : his potiùs triplicis naturæ, vel substantiæ, effluxio resarcienda, quàm in fluorem impellenda.

4 Nam præcipiti omnium virium lapsu hi periclitantur, à cardialgia, enata à bilioſa colluuie, irrepente in os ventriculi.

5 Ne tepore aquæ fusus tenuatúsque sanguis exiliat.

6 Vt in imperfecta crisi. caput tunc fouendum aqua tepida, quò fusus sanguis, apertique meatus commodè fluxum promoueant : vt Hippocrates in Metone fecit.

7 Nam quid eueniat criticôs, vel symptomaticôs, quid vtile, quid non, tibi compertum esse debet ; quò id vel sistas, vel promoueas.

8 Vt in squalidis corporibus.

9 Vt in pleuriticis, thoracicisque malis.

10 Nam congesti eò vapores, iucundè balneo capitis dissipantur.

11 Id est, si dictis incommodis non sit opportunus, vt alui profluuio, &c. Vide Actuarium 3. lib. Meth. cap. 10.

12 Id est, qui auidè dum sani erant, balnea inibant.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXI. 1 Χρέεσθαι δὲ λουτροῖσι τοῖσιν, ὅλησι πλησμοσύνησι χρεομένοισι * πολὺ μᾶλλον ἐνδέχεται, ἢ τοῖσι 2 χιλὸν μούνῳ χρεομένοισι. Ἐνδέχεται δὲ καὶ ῥᾳστίσιν ἐοῦσι. Ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι 3 ποτὸν μούνῳ χρεομένοισιν.

* πολὺ πολλὸ

LXI. 1 *Qui verò* [*iure*] *integrâ ptisanâ fruuntur, maiori suo commodo his balneis vtuntur, quàm hi, qui* 2 *solo cremore ptisanæ iure vti possunt : quamuis aliquando hi nonnunquam balneis indulgere possint. Minimè verò hi,* 3 *qui solo potu viuere debent.*

COMMENTARIVS.

1 Quonam tempore, per morbos acutos, balneorum commodus vsus incidat, docet. Nam integra ptisana fruuntur hi ; quibus longior futura est morbi

historia

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 343 sur 513

historia; & adeò in his magnitudine symptomatum vires non premuntur. vel etiam hi iure ptisanæ indulgent, quibus iam mitificatur materia morbifica. Si igitur eò prouectus sit morbus, vt quis iure integra vtatur ptisana, is tunc morbi decursus, inquit Hippocrates, balneum admittit. nam tunc eo expectoratum promouebitur. maximèque si assueuerint balneis, id agendum.

2 Nam hi cremore vtuntur, in quibus ea integritas œconomiæ naturalis, eáque mitificatio expectorati nondum adest, quâ integris naturæ viribus liceat in coctionem alimenti incumbere. sed potiùs adhuc cum causis morbificis pugnandum: quamuis hæiam incoperint domari. quare iure cremorem ptisanæ accessere.

3 Nam qui solo potu, vt oxymelite vel hydromelite, vtuntur, hi symptomatum adhuc vehementiâ premuntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXII. 1 Ἔστι δ' οἷσι καὶ τούτων μὴ ἐνδέχεται. Τεκμαιρεσθαι δὲ χρὴ τοῖσι 2 παγχρωμένοισιν ὧν τε μέλλει κινεῖν ὠφελέειν ἐν ἐκείνοισι ἢν πρόπων ἡ διαίτης· ὧν τε μὴ, οἷσι μὴν ἢν πεσσόμενα 4 πάνυ κράτα τάτεων, ἐκόσα λυσιτελέει διαβαπτίζειν, ἐλλεῖν, καὶ ὅσα ἀκλυστὰ ἐώμελέητα. Οἷσι δὲ τούτων μηδὲν πεσσόμενα, καὶ πεφθέντα ἐντέοισι ἢν σημείων ἐν οἷσι λύεσθαι ξυμφέρει, δεῖ λύειν.

LXII. *Sunt verò* 1 *inter hos, quibus commodus balneorum inuenitur vsus. Sed antea scienter colligere oportet* 2 *ex his quæ modò tradidimus, quibusnam opitulaturum sit balneum in singulis diætæ differentiis,* 3 *quibus verò minimè. Nam quibus nihil* 4 *eorum adest, in quibus balneum solatio esse solet, hi balneo arcendi, etiamsi alioqui balneum quid commodi allaturum videatur. Quibus verò nihil horum abest, verùm si potiùs adest aliquod signum quod balneum sine vtilitate suadet, lauare oportet.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, inter eos qui solo potu vtuntur: vt si iam pepasmi signa edita sint: tunc enim acumen morbi cadit. In his balneum placabit dolorem, & expectorata mitigabit. Et iam euacuato toto corpore, ne quid balnei vi affluat phlegmoni, lauandum. Ita in causo vbi nulla suspicio adest inflammati viscetis, balnea exhibemus, vt toto corpore fusa bilis exhauriatur. sed si pepasmi signa tunc apparuerint, plus adferet commodi. Sed si illa à falsâ viscidâque pituitâ enata fuerit, balneo damnis se augeri sentiet æger, motâ nec tamen exhaustâ materiâ morbi.

2 Id est, vt coctionis in expectorato fuerint gradus, ita & victus forma varianda: vbi enim cruditatis & doloris fuerint plena omnia adhuc, solo vino vel melicrato, vel oxymelite transigat. Sed si cocta iam sint, ad sorbitiones veniendum; & tunc lauandum.

3 Vt qui solo potu vtuntur: nam hi cum morbi acumine adhuc conflictantur, cum virium robore.

4 Vt robur virium, & mitificata materia.

HIPPOCRATIS
DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS
LIBER QVARTVS.

PRÆLOQVIVM.

Galen. 2. ac. 38.

PROMISERAT Hippocrates librum in quo peculiarem cuiusque morbi acuti curationem prosequeretur. Sed sanè ille liber desideratur. Attamen suspicio est, hunc quartum librum Hippocraticum esse, cùm quamplurima genuinam eius phrasin, & sententiarum grauitatem & consentaneam referant. Sed cùm non pauca, ex aduerso, occurrant indigna Hippocrate, siue dictionem seu sententiam interdum spectes,

Gal. 4. acu. 5.

meritò suspicamur hæc veluti in typo ab Hippocrate memoriæ caussa conscripta fuisse: nec ante mortem ab eo ad incudem rediisse. Sanè liber hic legitimo operi temporibus Erasistrati accessit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

I. 1 Καῦσος δ' ἐστὶ πυρετὸς ὀξὺς ἀγαθοπαθέντα τὰ ἕλκεα ἐν 2 θέρεϊ ὥρῃ ὑποπαύσῃ 4 δ' ἐσιὼν καὶ χολάδας 5 ἰχῶρας ἐς * ἑωυτὸ.

* ἑωυτό.

I. 1 *Causus, id est febris ardens, nascitur cùm* 2 *æstivo tempore arefactæ venulæ* 3 *rapiunt in se acres* 4 *& biliosos* 5 *ichores* [*vel humores.*]

COMMENTARIVS.

1 Dicitur Καῦσος quibusdam, quòd totum eius nocumentum dependeat à calore: non autem à putredine. Thucydides appellat καῦμα. Cœlius Aurelianus 2. ac. 32. & Gal. de rigore 13. & 2. diff. feb. 2. & 1. loc. aff. 2. pro qualibet febre valida hoc nomine vtuntur. Colligimus ex huius libri Aphorismo 13. & 3. Epid. 3. 34. duplicem esse causum: nothum; & propriè dictum, qui calore & siti noscitur. Propriè verò dictus, duplex est, legitimus à pituita salsa, vt hîc Aphorismo 13. Est autem Causus vel febris ardens, febris continua, biliosa à bile pura vel ichorosa putrescente circa cor. Dixi à bile. intelligo hic cum Hippocrate bilem etiam ichorosam & humorem consistentem in maioribus venis & arteriis, sanguini reliquo infusum. Nam eadem segregata à sanguinis concretione, facit tertianam exquisitam. Igitur eadem est materia Causi & Tertianæ; sed hoc interest, quòd inter herpetem & erysipelas. nam materia causi est sanguini affusa; at tertiana fit à bile segregata à concretione sanguinis per affectionem insitam. hoc est, per inexplicabilem quandam proprietatem partis, illud excrementum recipientis. 1. Epid. 2. 19. Differunt tamen succi hi, quòd acrior copiosiorque sit bilis in

2. crisi 6.

in cauſo, vt quæ calentiſſimo hepate fiat. Dixi circa cor, nam nullam acceſſionem agnoſcit hæc febris, niſi vnam, quæ ad finem perennat. Et ita abit à tertiana continua: nam hæc tertio die recrudeſcit.

2 Id eſt, cùm æſtu incanduit cœlum: ſiue id fiat Vere, vel etiam autumno, aut ipſa æſtate. Si venæ nimirùm totius corporis ita ſe geſſerint, totum etiam corpus æſtuabit. Hyeme fit ex euentu: quòd intercipiat exhauſtionem bilis.

3 A proximis partibus.

4 Siccos & calidos, corpus inflammantes. vt ſi quis vinum generoſum hauriat vel marinam, æſtuabit inde. Nam venæ ex vicinis ſine conſilio hauriunt.

5 Ἰχῶρας appellat tenues ſuccos, dicit Galenus. * Et bilis alimentalis poteſt putreſcere in excrementitiam; vel corrumpi in propria natura. Et vtcumque putreſcat, inde febris naſci poteſt. Sic ex bile excrementitia, cùm per ſeceſſum non expellitur: ſed per venas cùm ſpargitur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

II. Καὶ 1 πυρετὸς παλὺς ἔχει τό τε σῶμα, ὥσπερ ἐστὶ 2 ὀστεώδης ἐχόμενον κοπῆς καὶ ἀλγέων.

II. *Et 1 valida febris corpus occupat; atque non aliter corpus laborat & affligitur, quàm ſi ab 2 oſſearia laſſitudine occupatum eſſet.*

COMMENTARIVS.

1 Ob flagrantes incendio ichores bilioſos, qui in æſtum ardentiſſimũ & acerrimum corpus abripiunt.

2 Ab ichorum acerrima vi, quæ vlceroſam laſſitudinem adfert. ὀστεώδης & laſſitudo eſt, in qua partes imæ ad oſſa poſitæ, vt tendones, nerui, muſculi phlegmonoſo contuſiuoque dolore tenentur. nomen inditum eſt, quòd per fatigationes nimias calfactæ hæ partes, in ſe prolectant quid, vnde talis dolor. Ita hîc fit à bilioſis ichoribus totum corpus in vlceroſam laſſitudinem abripientibus. Eſt laſſitudo talis corporis affectio, in qua ſi vel minimum homo ſe mouet, ſenſio quædam excitatur phlegmonoſa, vlceroſa, vel tenſiua. Et hæ laſſitudines ſunt duplices, laborioſæ, & vltrò obortæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

III. Γίγνεται δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐν 1 * ποσὶν μαφῶς, καὶ 2 διψέος μακροῦ, ὁκόταν ἀναξηραν θέντα τὰ φλέβια, ἁμμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ὑπαπόσηται ἐφ' ἑωυτά.

III. *Oboritur autem plerumque 1 ex longo itinere, diuturnaque 2 ſiti, cùm arefactæ venulæ, rapiunt in ſe acria ac bilioſa rheumata.*

COMMENTARIVS.

1 Cauſæ procatarcticæ. ita ex meri vel aquæ marinæ potu; vel ex ſalſæ carnis eſu nimio; ita, vigilia.

2 Ardor enim & ſitis cauſo ſunt peculiaria. Siti enim tenentur inextinguibili. Sitis duo foci ſunt; aluus, & pulmo. In aluo cum hæret ille focus, maximè in ore ventriculi, deinde in ipſo ventriculo, tertiò in ſtomacho, & ſubinde in ieiuno inteſtino. Hîc focus poculis extinguitur. at qui in pulmonibus flagrat, aëris frigori cedit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IV. Γίνεται δ' ἡ γλῶσσα 1 τραχεῖα καὶ ξηρὴ, καὶ 2 μέλαινα κάρτα. Καὶ τὰ ἐκκρινόμενα 3 διεκκρίνεται ἀλγέα. Τὰ δ' ὑποχωρήματα 4 ἔξυδρα καὶ 5 ἀχλὰ γίνεται, καὶ 6 δίψαι προσφαὶ ἔνεισι, καὶ 7 ἀγρυπνίαι, οὐδέτερα δὲ καὶ 8 ἐξαλλάξεις φρενῶν.

IV. *Quin & lingua 1 aſpera redditur & ſicca, valdeque 2 nigra: & 3 morſibus tentatur aluinis non ſine dolore. Deiectiones verò 4 valdè liquidæ 5 flauæque feruntur, ac 6 vehemens ſitis occupat, & 7 vigiliæ, quin nonnunquam & mentis aberratio.*

COMMENTARIVS.

1 Caloris vi, ac vaporum acerrimâ potentiâ exſiccata tunica, quæ ab aſpera arteria linguam veſtit, qua exulcerata, mox aphthæ apparent.

2 Vredine fuliginum. maximè ſi febris focus in thorace conſederit: vt cùm intenditur morbus, & bilis acuitur.

3 Anadrome bilioſi ichoris acerrimi ad ventrem. vnde ἀλγεσμοὶ ταυτιόδεις.

4 Ἐξύλιξεως ſoboles, vel ſymptomaticæ excretionis: cùm cruditatis ſumma adhuc ſint omnia: nam coctionis munus eſt ſubſtantiæ mediocritas. Maximè hæ deiectiones fatigant hos, quibus in hypochondriis cauſi focus ſtabulatur.

5 A ſummo incendio venis humoribuſque concepto.

6 Viardoris exhauſto ventriculo, ſuo à madore: ac ad eum anadrome bilis. Præter hæc, notæ ducuntur ex aliis ſymptomatis: vt ex actione læſa, malè ferunt morbum: pulſus durus, velox, frequens, quia bilis ſiccat. Initiò eſt maximus pulſus, quia natura cor tuetur: poſteà redditur paruus, labefactato corde. Ex excretis, expiratio calet, vomitus bilioſus, lotium rubrum, ſubtile, cum quadam liuiditate; niſi quid prohibeat, vt ſi ſe pituitoſis cibis repleuerit antequam febris veniret, tunc enim non bileſcet vomitus. Ex qualitate mutata, nam mordax calor ferit manum tangentem. æſtus præcordiorum maximus.

7 Anathymiaſeos inopia, ſiccatoque cerebro, ac doloris iactationiſque moleſtiâ dum fatigatur.

8 A metaſtaſi bilis in caput; præter cerebro illatam intemperiem ſqualidam & calidam. Id ferè euenit, dum cauſus ſuum focum habet in thorace. Addit Galenus ſpirandi cum difficultate ſpirationem magnam & frequentem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

V. Τῷ τοιῷδε πίνειν 1 ὕδωρ τε καὶ 2 μελίκρητον ἐφ' ὅσον βούλεται, ἀκόσην ξυνθεῖ.

V. 1 *Huic verò propinabis 2 aquam & 3 coctumque melicratum aquoſum quantum velit.*

COMMENTARIVS.

Videtur aquam iungere melicrato, ea lege, quam ſanciuit libro tertio, vbi docuit, aquam commodè exhiberi, ſi ſitim præbeat, alioqui melicratum: tunc enim interciſis ſpaciis aquam propinandam eſſe ſcripſit: quo à melicrato ſitis compeſcatur, in illis ægris qui loco & iure, ſolo melicrato vtuntur. hoc eſt, in quibus breuis futura ſit morbi hiſtoria, validis ægri in viribus.

1 Arcet Cauſo laborantes ab aquæ meræ vſu, & melicrati etiam. Cùm enim aqua tardè meet, putreſcit in hypochondriis incendio conflagrantibus reſtagnans. melicratum etiam, in quo mellis micat vis, nam in bilem tranſit calentibus hypochondriis: quare ὑδαρὲς præſcribit.

2 Coctam intellige, attamen frigidam: quæ in puteum demiſſa calens, ſemipede ab aqua puteali frigus bibit.

3 Tale enim meabile eſt, flatuſque expers, ac vrinale eſt; & acrimonia mellis coctura perit, dicit hîc Galenus. & traicit ſe fœliciter per habitum corporis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VI. Καὶ ἢν 1 πικρὸν τὸ σῶμα γίνηται, ἐμέειν συμφέρει, καὶ πίνειν 2 κοιλίῃσι ὑποκλύσας.

VI. *Quòd ſi etiam os 1 amareſcat, vtilis tunc erit vomitus, ac aluum 2 clyſtere ſubluere.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 345 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Irrepente bile in os, qua, interna ventriculi tunica madet, quæ os totum rigat. Si itaque vomat ex facili æger, irritetur. Propina aquam tepidam cum oxymelle & butyro: mox digito concita

2 Si non vomat ex facili æger: vt si scapulas habeat alarum more prominentes, id est, si angusto sit pectore, aut hemicraniæ vel hæmorrhagiæ obnoxius. Fiat clyster ex ptisana colata. vel accipe iusculi pinguis carnis, vel aquæ hordei libram; olei violacei vncias tres: mellis violati vncias duas: oua duo: salis scriptulum: misce, fiat clysma. Talis sit primus clyster. in sequentibus, absit sal: nam etiamsi corpore hæreat quattuor horas, nil nocet. nam ita refrigeratis intestinis, per contagionem hepar frigescet. Fiat æstate ex herbis quattuor emollientibus, foliis lactucæ, cucurbitæ: nimirùm singulorum manipulo, & prunis x: colaturæ adiice cassiæ vnciam: olei violati quattuor vncias: Iungi possunt semina frigida, & flores nenuphraris & violacei. Si glandem malit; accipe mellis violati vncias binas: falstriti sesquidrachmam: fiant balani.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VII. 1 Ἢν δ' ὑπὸ τούτων μὴ λύηι, γάλακτι ὄνου ἐλούσας κάθαιρε.

VII. 1 *Sin his* [*aluus*] *non laxetur*, 2 *coëto asinino lacte purga.*

COMMENTARIVS.

1 Vt bilis sine offensa excludatur à miti madentique pharmaco; quod solo madore ventrem laxat. Galenus: Sero etiam solo vti licet. paratur si oxymellis quid remisceatur: aut vas æneum aquâ plenum frigidâ in lac demittatur. Ita olim leniissimè aluum ducebat Hippocrates: nos iam ita; accipimus tamarindorum semunciam: hanc ex aqua coquimus: adiicimus colatæ expressioni, mannæ sesuncium: & binas vncias sirupi rosati laxatiui. vel vnciæ cassiæ remiscemus pulpæ tamarindorum drachmas tres, cum saccharo fiat bolus.

2 Quò flatus exhauriantur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

VIII. 1 Ἀλμυρὸν δὲ μηδὲν μήτε δριμὺ προσφέρειν, ἢν μὲν ὑποπίνῃ.

VIII. 1 *Neque præbendum est quicquam quod salsum aut acre est: non enim permittet vt* [*aluus*] *feratur.*

COMMENTARIVS.

1 Calore enim hæc valent, quo, incrementa ducens febris, siccitatem adferet aluo. Nam in hac febre feruor est insignis, & acerrima bilis causam præbet. Da ergo sirupum acetosum, lactucæ, nymphææ, endiuiæ, citreorum, cum aqua meloni Indi seu anguriæ: nam hanc ait Auerrhoës proprietate quadam hîc conuenire. Ita temperabitur materia, & feruor febrilis & vigiliæ cedent; & sitis extinguetur. Accipe sirupi de succo acetosæ, & de succo endiuiæ, & nymphææ, cuiusq; drachmas sex: decocti acetosæ, lactucæ, vncias sex.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

IX. 1 Ῥόφημα * ὃ * ἐς τ' ἂν 2 ἴζω πρὸ * κρισέων φλοῦ), μὴ διδόναι.

* ῥοφήματα
* ἕως ἂν
* κρισίμων

IX. *Sorbitionem autem minimè præscribes*, 2 *priusquam crisin superârit ager.*

COMMENTARIVS.

1 Nimirùm si in breui morbi futura historia, vires fuerint firmæ, sine infirmitatis metu à peculiari communique ægri natura, ne vertat se natura à pepasmo ad pepsin.

2 A crisi, cùm nimirùm perfectæ coctionis signa appârent, sorbeat ptisanam: vt vis naturæ excitetur ad exclusionem exhaustionémque materiæ morbificæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

X. Καὶ ἢν 1 αἷμα ἐκ τῆς ῥινῶν * ῥέῃ, 2 λύεται τὸ πάθος· καὶ ἢν 3 * ἱδρῶτες * ὀπτήγνωνται κρίσιμοι 4 γένωνται, μετ' 5 οὔρων λευκῶν ὑποστάσιν καὶ παχέων καὶ 6 λείων 7 ὑφεσταμένων. XI. Ἢν δ' 8 ἀπόστημά * τι * ποιῇται.

X. *Et si* 1 *naribus sanguis fundatur*, *id* 2 *morbum soluit. Et si* 3 *sudores* 4 *verè critici ferantur*, *non sine* 5 *vrinis albis*, *crassis*, *ac* 6 *læui* 7 *hypostasi.* XI. *Et si* 8 *apostema aliquod gignatur.*

COMMENTARIVS

1 protrusa parte bilioſi acerrimique sanguinis ad caput, quæ apertis venis, vnà cum vapore acri eliditur.

2 Nam onere ita liberata natura, quod restibile est facilè edomat.

3 Ita exhaustis acerrimis succis tenuioribus 1. Progn. 16. qui integram febrem excludunt, nullo superstite empyreumate, neque febris materia.

4 Eiectâ materiâ morbificâ, quòd tales sint, indicat vrina mitigata, quam mox subdit.

5 Pepasmi cùm fuerint participes.

6 Indicio quòd calidum natiuum se in omnes materiæ partes insinuârit: quare naturæ agentis integritatem, ac materiæ in quam agit bonitatem significat. Idem censendum si enæorema substantia & colore bonum appâret.

7 Prognosis hæc hîc obseruabilis, si adfuerit substillum sanguinis, atrum, pessimum: name st signũ lethargi à resoluto cerebro. Si non sit ab atro sanguine, sed arterioso, sæpe profuisse vidi. Si sine tussi leui, non sitiat, nigrâ linguâ, siccoque corpore, id est lethale: facultatis extinctæ documentum. Si rigor crudo morbo contingat, & si pulsus sit paruus, erit lethale signum, nam maximè affligitur solida cordis substantia: si sit frequentia pulsus, sine resistentia, cuncti ferè cadunt.

8 Epidemion 6 scribit, abscessus rarò gigni his, qui rigent. quasi dicat, morbi rarò iudicantur per abscessum, vt causus, tertiana nam natura ab excretione ad abscessum se conuertit materiæ contumaciâ, naturæ infirmitate, & meatuum angustiâ; vt si hæmorrhagia non liberè feratur, fit parotis. sanè ergo interdum parotide iudicatur: sed longè melius excretione, quod in legitimo causo ferè euenit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XII. Ἢν δ' 1 αὖθις τύπων λυθῇ 2 ὑποστρεφὴ πάλιν ἔσω ἡ ἀρρώστιη, 3 ἰσχνὸν, ἢν ἀκέλευστον ἀλγήμα συμβαίνῃ τοῦ, καὶ 4 παρόξυσμα παγίαν, ἢν μέλλῃ 5 ὑγιὴς ἔσεσθαι.

XII. *Quòd si verò* (*Causus*) *his* 1 *non apparentibus soluatur*, 2 *iterum ille recurret*, *vel saltem* 3 *coxarum crurumve dolores incumbent*, *ac* 4 *crassa quædam expuet*, *modò* 5 *sanitas illi redintegrabilis fuerit.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, sine hæmorrhagia critica, vel sudoribus, aut apostemate: nam his crisis peragitur hæc, id est, huius morbi.

2 Quæ enim in morbis relinquuntur à crisi imperfecta & inchoata, recidiuam facunt, 2. Aph. 12: Cùm autem hîc nihil emanârit reliquiæ multæ adetunt. Excretio verò quòd nulla fiat, in causa est materiæ contumacia, meatuum obstructio, & naturæ infirmitas. Huius ergo difficultas, in pepasmi difficultate consistit; pepasmi verò difficultas, in materiæ contumacia, quæ ad pepasmum prouehi nequit. Recurrunt autem primo critico die, quod ferè fit exactis iam morbi 20 diebus.

3 Quòd eò natura deponat humores, copiâ vel crassitie qui sunt in vitio; quòd longa die mitigari debeant.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 346 sur 513

debeant. horum difficultas in pepasmi difficultate consistit, non in visceris vitio. 4. Aph. 44.

4 Si focus causi in thorace stabulârit.

5 Cùm enim nullam crisim subit, moriuntur triumphatâ naturâ à materia morbifica.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIII. 1 Καῦσον γὰρ ἄλλο. Κοιλίη 2 ὑγρὴ, 3 δίψος * μετὰ γλῶσσαν τραχέα, ξηρὴ, 4 ἀλμυρίδης.

XIII. 1 *Causi aliud genus. Aluus* 2 *fluxa*, 3 *sitis plena, lingua aspera, sicca,* 4 *salsedine imbuta.*

COMMENTARIVS.

1 Nimirùm nothus Causus, qui habet quædam veri symptomata, sed non cuncta: hîc enim nigricantis linguæ non meminit.

2 A cibis in corruptelam tractis ab aluo, vbi stabulatur causa febrilis: nam plenius habentur quàm vero causo impliciti. nam cùm 9 die, vel 14. vel 20 crisim subeat, ineunte morbo, succo ptisanæ indulgent. nam crassior pituita illicò edomari non potest: vnde ex corruptela ciborum, his liquida feruntur. nam cùm causa mali in pulmone hæret, non fertur aluus. Nec si hepate constiterit focus causi, necessariò ferentur liquida, sed modò etiam sicca erit, modò liquida, sero exhaustis fæcibus. vnde καύβαλα. hoc eueniet phlegmone tentato iecore: sed si consociet se imbecillitas, liquescet aluus.

3 Non tamen adeò inexplebili vt in priori causo.

4 Nam in vero causo amarescit lingua à bile: hîc à salsa pituita, salsugine perfunditur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIV. Οὖρων 1 ἀπόληψις. XV. 2 Ἀγρυπνίη. XV. 3 Λεπτότερα ἐνύπνια.

XIV. 1 *Vrinarum interceptio.* XV. 2 *Somni vacuitas.* XVI. 3 *Artuum algor.*

COMMENTARIVS.

1 Ita vt non liberè fluant vrinæ, ob interceptos meatus ex materiæ pituitosæ crassitie. vel ab anadoche seri ad intestina, vel in cerebrum.

2 Anathymiasi non miti quòd incurratur cerebrum. nam vt quis placidè dormiat, opus est suaui vapore vt rigerur cerebrum: cerebrique nulla ab intemperie querela; ac animi tranquillitate.

3 Maximè si causus calamitosus fuerit: extincto calore natiuo; vel à Phlegmone calamitosa ad se prolectante (non aliter ac cucurbitæ) totum sanguinem. Est enim frigus variùm: criticum, periodicum, & symptomaticum. Symptomaticum, duplex: cum siti, vel absque siti. Cum siti, funestum: nam inuictam phlegmonem visceribus conceptam denunciat: & tunc non fugaci frigore occupantur artus, sed marmore frigidiores perseuerant, nec vnquam recurrit calor. Sine siti, fit à doloris vi ad se proliciente spiritus & sanguinem, vt in colico: hoc non ita funestum: vel ab extincto calore natiuo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVII. Τῷ τοιούτῳ ἢν μὲν 1 αἷμα ἐπιῤῥοῇ, ἢ 2 ἀποστήσιος περὶ τὸν τράχηλον γίνηται, ἢ 3 σπλεῖτις ἄλγημα, ἢ καὶ 4 πτύσματα παχέα πίπτῃ (τοῦτο δὲ ξυμβαίνει ἢν κοιλίη γένηται) ἢ 5 ἰσχίων ὀδύνη, ἢ αἰδοίου πελίωμα, ἐκείνοισι. ἢν δ' ὄρχις ἐντανθεὶς, κρίσιμον.

XVII. *Huiusmodi febri nisi* 1 *hæmorrhagia supereuenerit, vel* 2 *apostema circa collum efflorescat, aut dolor* 3 *crurum, &* 4 *expectorata crassa procedant (talia autem suppressa aluo eueniunt)* 5 *aut coxarum dolor, vel pudendi liuor, ad [aliam] crisin non surget. Criticum etiam illud est, si testiculus [inturgescat] quasi tensus.*

COMMENTARIVS.

1 Hæmorrhagia ergo larga, hæc cuncta mala aufert, ac ne eueniant prohibet. attamen rariùs illa euenit pituitescentibus febribus, nam potiùs in abscessum finiuntur. nisi focus febrilis in pulmone consederit, vnde plethoricis causis caput afficitur, in calorem abreptum ex vaporibus sursum elatis, attractoque sanguine.

2 Et etiam parotides: pituitoso sanguine circumfluo capite, à pulmonum febrili foco.

3 Si focus febrilis hepate vel ventre cõceptus sit.

4 Vbi mali fomes pulmonibus latet: crassa dicit: iam enim pepasmi participia.

5 Per diadosin materiæ febrilis.

6 Nam ita pulmonum cognatio quædam esse dicitur cum testibus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XVIII. 1 Ῥεφήματα ἐπισταστικὰ δίδου.

XVIII. 1 *Et sorbitiones propinato attractorias.*

COMMENTARIVS.

1 Variè illud ἐπισταστικὸν intelligi potest. vt sorbitiones tenues, quæ inspiratione aëris ore attrahuntur: nam ἐπισταζὼς est aëris inspiratione quæ fit attractio. vel accipi potest pro pharmaco quod aluum deiiciendi potentia quadam tenui præditum sit. vt quod sorbitiunculis includitur, & ferè medicamentosa sunt alimenta. Vel pro præparantibus remediis, vt si inter ptisanæ alimentum, oxymelitis medicamentum interponatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XIX. 1 Τὰ δ' ὀξέα παίδια φλεβοτομίσεις, ἢν 2 ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα, καὶ οἱ ἔχοντες 3 ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ 4 ῥώμην παρῇ 5 ἀκμαίαν.

XIX. 1 *In acutis morbis phlebotomia locus erit, modo* 2 *validus fuerit morbus, agrique fuerint* 3 *florenti ætate, necnon* 4 *robur eis fuerit* 5 *integrum.*

COMMENTARIVS.

1 Axioma Hippocrate dignum, quod locum dicit Galenus, inter Aphorismos meretur dicit, In acutis, non quòd longi morbi non egeant venæ sectione: sed quia iam de acutis agit.

2 Ducta indicatione à magnitudine morbi. validus, id est, fortis, magnus.

3 Nam pueris dissipabile est humidum calidumque primigenium; senibus, iam id effœtum est: quare illis non secatur vena, quòd facile exhaurientur; his, quòd exhausti sint.

4 Vitalis facultas si fuerit integra.

5 Errauit ergo Menodotus (dicit Galenus) empiricus, qui in sola plethora venam secandam asserebat. Nos autem & eâ non præsente venam soluimus, vt si pars repentè validè indoluerit, vel fractum luxatúmve os fuerit. Quin plethoræ non semper debetur phleborotomia; sed & frictione, & balneo, & inedia exhauritur, dicit Galenus. Addit his Galenus, si aër non calidus valideque siccus fuerit, nec habitus corporis, qui facilè exhauriatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XX. Ἢν μὲν ἢν 1 συνάγχη, * ἐπιλειπῇ ἀναπνοὴ, ἢν τ ἄλλο τι πνῖγ 3 πλευρίτικον. Ἢν δ' ἀδενίσεσι φαίνηται, ἢν ἢ 4 * πλέον τοῦ αἵματος ἀπέλῃς, 5 πλυτέω χρὴ * κοιλίην πρῆσαι, διὰ τείτης ἡμέρης, ἕως ἂν ὁ ἐν ἀσφάλειῃ χρόνος γένηται ὁ νοῦσαι, ἢ ἢ 7 λιμοῦ χρήζοι.

XX. *Quod si* 1 *angina adfuerit, vel quis alius* 2 *thoracicus morbus* 3 *lintea repurgato. Quodsi infirmitatis*

* ἢ ἐπιλεί-πουσιν
* εἰ τ'
* πλείω
* πλύω

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 347 sur 513

mitatis virium metus adsit, quòd 4 copiosius sanguinem abstraxeris, 5 clysmum tertio die repetes, donec 6 extra periculum ager fuerit, & famem 7 ferre poterit non sine suo commodo.

COMMENTARIVS.

1 Synanche, dicit Cælius Aurelianus, nomen à suspendij similitudine habet, quòd non aliter quàm laqueus præfocans interficiat. Ἀγχόνη, dicit Suida, cũ accentu in penultima, testis, id est, laqueus est. sed ἀγχονὴ, ipsum actum denotat, id est, strangulationem præfocationem. Præceps malum, quod quasi laqueo iniecto enecat, dicit Alexander. Quare vera angina, nihil ferè aliud est, quàm strangulatio. est enim afflicta respiratio, orta à laryngis oppressione, facta à phlegmone musculorum cervicis.

2 Vt in pleuritide.

3 Id est, rebus quæ alas pulmonum pandunt, meatus pulmonum liberant ab infarctu, materiam præparant, & naturæ vim excitant, vt oxymel, sirupus capillorum veneris, violatus. nam hæc expectoratum promouent ad os. In angina tamen diamorum & dianucum vtilia sunt.

4 Vel ob aliquam aliam exhaustionem. Sanguis copiosè euacuatur; nam est affectus cum phlegmone, & vehemens, vt scribitur hoc libro, Aphorismo 30.

5 Loco pharmaci, vel cassiam cum manna & sirupo rosato laxatiuo. Heraclides Tarentinus, dicit Aurelianus, eos qui per frictionem synanchici euasere, phlebotomari prohibebat, atque clysteribus depurgari. Id reprehendens Aurelianus, factorum causa, inquit, inquiri debet.

6 Id est, dum coctionis documenta proferuntur.

7 Vel, & si fame indigeat. Nam Hippocrates 2. Aphorismorum 16. scripsit, corpore inedia confecto non laborandum, quasi dicat, quemadmodum per sanitatem non est laborandum in inedia, ne vires ab exhausto laborantes, accedente labore labefactentur: ita cùm certa de causa inedia futura est, aut antecessit, nunquam euacuandum. In vigore autem adest fames. Si igitur ille transiit, tunc famem sustinere poterit, hoc est, vacuationem. imò eâ (si quæ cacochymia à phlebotomia restibilis sit) eget, alioqui recidiuæ metus erit.

HIPPOCRATIS TETVS.

XXI. 1 Φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια (ἢν 2 πνεύματων ἀπολαύσῃ) 3 φρενῶν ἐντάσιες, ἢ πνευμάτων 4 ὑπερισχύσεις 5 ὀρθοπνοίης ξηρῆς, εἰσὶ μὲν 6 πύον ὑπεῖναι, ἀλλὰ 7 ὑπὸ πνευμάτων ἀπολαμφθέντα τὰ παθήματα πύον ἐπιφέρει. Μάλιστα δὲ καὶ ἤπατος ὑπερωδυνίαι, καὶ σπληνὸς βάρεα, 8 καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε, καὶ ὑπὸ φρενῶν ὑπερωδυνίαι τε, καὶ ὀ ξυστάσιες νοσημάτων, ἀδύνατα λύειν, ἢν τις ὑπέρτερον ἐπιχείρῃ φαρμακεύειν, ἀλλὰ * φλεβοτομὴ δὴ πρῶτον, ἢν ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ. ἐπειδὰν δὲ ὅπη κενωθῇ, ἢν * μὲν μέγα, ἢν ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ. εἰ δὲ μὴ, καὶ ὕστερον φαρμακίης δεῖ· δεῖ μὲν δὴ καὶ τὸ ἀσφαλὲς καὶ μεμιγμένον μετὰ φλεβοτομίην φαρμακεύειν.

* φλεβοτομέειν
* quidam delent μὲν

XXI. 1 *Phlegmones tumore obsessa hypochondria, (non ex 2 flatuum interceptione) 3 diaphragmatis tensio, vel spiritus duplex 4 intrò reuocatio: 5 orthopnœa sicca affecti, quibus 6 suppuratum adhuc factum non est: sed quibus 7 à respirationis interclusione hæc pathemata eueniunt [phlebotomia recreabis.] Maximè verò hepatis dolores, & lienis grauitas, 8 tum cuncta alia inflammationes, & dolores partium diaphragmate superiorum, & collectiones morborum, (hæc) solui nequeunt, si quis primum purgationem instituerit: nam phlebotomia ad hæc curanda principatum obtinet. Deinde clysmis vtendum, si magnus ac vehemens fuerit morbus: sin minùs, & posteà pharmacia opus sit; tunc sanè à phlebotomia, securo ac mediocri pharmaco vtemur.*

COMMENTARIVS.

1 Census morborum quorum curatio in phlebotomia & pharmacia, mox celebranda, consistit. Φλεγμονὴν Hippocrates quodlibet incendium appellare solebat: hîc inflammationem.

2 Qui interdum opprimunt viscera.

3 Ab inflammatione.

4 Nam tensa spiratio videtur, cùm ita intertumpitur: propterea hunc spirandi modum hîc tensum vocat à phlegmone partium spirabilium.

5 Cùm os non madefecit ptyalismo, sed cruditatis adhuc plena cùm sunt omnia.

6 Cùm inflamatio nondum in suppuratum aut expuratum abiit alioqui puris expectoratione solùm opus erit.

7 A tumore phlegmonode in angustum actis bronchiis.

8 Phlebotomia nimirùm solatio erit hîc.

9 Hippocrates omne ῥεῦμα, id est, fluxum, distinxit εἰς τὸ ὁρμώμενον, καὶ τὸ ξυνισταμενον, id est, in concitatum & consistentem. Multa enim ξυνίστανται, quæ non συντρέχουσι, id est, consistunt, quæ non colliguntur ab influxu. Qui enim humores praui fluunt in partem, ibique cumulantur fixi, propriè dicuntur συντρέχειν. Ex eo verbo συντροφὰ dicuntur, quæ suo ambitu continent tumores præter naturam, à fluxione natos: quorum ἴλεσμονικὸν est ad sanationem solùm, phlebotomia. Omnium enim morborum systrophæ, alioqui sanabiles: nisi earum curatio initium ducat à sanguinis detractione; maximéque si pro phelbotomia præscribatur pharmacia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXII. 1 Ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ σβέσαν ὑδέϊ * διαδοῦσι ὑπηχρῶσι λύειν φαρμακείῃ, τὸ μὲν ξυνεστεὸς καὶ φλεγμαῖνον * τῷ τοπῳ τος, κἀὴν ἀφαιρέσιν. Οὐ γὰρ * διαδιδοῖ, ὡιὸν ἐὸν τὸ πάθος. 2 Τὰ δὲ ἀντέχοντα τῇ νοσέουσαι, καὶ ὑγιαίνοντα σωτηρίην. 3 Ἀδυνέοις δὲ τὸ σῶμα τὸ νοσέον, τὸ δὲ νόσημα * ὑπερκρατέει. Ὁκόταν δὲ τὸ νόσημα * ὑπερκρατέῃ τὸ σώματος, τὸ τοιόνδε ἀνίητον ἔχει.

XXII. 1 *Quotquot enim inflammata, ineunte morbo, ilicò propinato pharmaco soluere aggressi sunt, ibi à tenta inflammataque parte nihil auferunt. Non enim obsequitur quæ adhuc pepasmi expers est affectio: 2 Illa verò quæ morbo resistunt, eliquantur. 3 Vnde fracto corpore, à morbus imualescit. Qui vbi superior euasit, illud tunc [malum] irremediabile est.*

COMMENTARIVS.

1 Cùm rheuma ὁρμώμενον adhuc vigeat id est, dum συντρέφει, id est, dum accruatur in parte ac colligitur. vnde à pharmaco, concitis succis maior accessio fluxionis.

2 Nam pharmacum in ocio non perseuerat, aliquid agit, sanguinem & carnes liquat.

3 Vnde resoluuntur partes, & vires franguntur.

4 Succi alibilis hypercatharsi, vnde in syncopen abeunt, & resolutione partium solidarum fractis viribus, fatiscunt; 2. Aph. 37. Rectè vetères: κακὸν οὐ κείμενον μὴ κινητέον.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIII. 1 Τὸ δὲ ἄφωνον * ἐξαίφνης ῥηϊδίως ἀπολήγει πιέσιν, ἢν 2 ὑμαίνωσι τὰ ἄκρα ξυμβῇ δὲ 3 περιφόρῳ, ἀλλὴν 4 αὐτὸν ἰσχνῆς. XXIV. 5 Φλεβοτομέειν δὲ χρὴ ἢν βραχίονα ἢ δεξιὸν πρῶτον ἔπειτα ἀριστερόν. XXV. Καὶ ἀφαιρέειν τὸ αἷματος χρὴ πρῶτον 6 ἕξιν, καὶ πρῶτον 7 ἡλικίην, * διαλογιζόμενον τὸ πρέπον καὶ τὸ ἐπιτήδειον.

* πνὰ
* μοῦνο

XXVIII. 1 *Quod quis subitò obmutescit, id venarum interceptiones faciũt, si id homini 2 sano sine data*

3 occasione

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 348 sur 513

3 *occasione aliáve* 4 *graui de causa euenerit.* XXIV. 5 *Venam itaque brachij dextri internam secare oportet.* XXV. *Sanguinemque auferre copiosius vel parcius, 6 prout fuerit habitus corporis, ac (agri) 7 atas.*

COMMENTARIVS.

1 Parua apoplexia oppressus. quæ fit quòd spiritus vitales à cerebro aditu arceantur, ob copiam sanguinis quæ iugulares venas in collo, & carotidas arterias occludat. nam magna apoplexia ea est, in qua spiritus animales exitu prohibentur à cerebro iam resoluto.

2 Nam ægris id euenire potest læsis spirandi instrumentis mouentibus, excipientibus, vel deferentibus: vel voci dicatis. vel ἀδυναμίᾳ.

3 Vt si ὀιγκέφαλος σφοδρὴ, vt ait Hippocrates 7. Aph. 58.

4 Vt terrore, mœrore.

5 Nam copiosè & citissimè hæc vena sanguinis copiam abducit, & ex ipso sanguinis fonte proximè haurit.

6 Vt facilè vel ægrè dissipabilis fuerit: id est, durus aut mollis.

7 Nam pueris difflabile corpus, senibus, exhaustum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVI. 1 Ξυμπίπτει δ' τοῖσι πλείστοισιν αὐτῶν τοιόνδε, ἐρεύθηματα 2 προσώπου, καὶ 3 ὀμμάτων στάσιες, καὶ διατάσιες 4 χεῖρας τείνουσι δὲ ἕντων, 6 σφυγμοὶ, 7 σιαλόων πλωγωγὴ, καὶ 8 κατάψυξις ἀκροτηρίων, 9 πνευμάτων ἀπολήψιες ἀπὸ τῆς φλεβός.

XXVI. 1 *Plurimis autem horum talia (signa) eueniunt: rubor 2 faciei, 3 oculorum stationes, 4 manuum extensiones, dentium 5 stridores, 6 pulsus, 7 maxillarum contractiones, & 8 extremitatum perfrictiones, & 9 spirituum in arteriis interceptiones.*

COMMENTARIVS.

1 Quibus nimirùm in Aphonia pertundi vena debet.

2 A plethora.

3 Id est, immobilitas. à diminuta actione animali torpentibus neruis.

4 Ob morum animalem deprauatum.

5 A conuulsione tentatis musculis masticatoriis.

6 Arteriarum in temporibus micantium vehemens motus.

7 A conuulsione.

8 Copia succorum obtuto calido natiuo.

9 Ἀσφυξία. & ocium spiritum indicat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVII. Ὁκόταν ἀλγήματα 1 προσγένηται, 2 μελαίνης χολῆς καὶ δριμέων ῥευμάτων ὑπορρυέντων γένηται· ἀλγέει δὲ τὰ ἑστῶτα ἀνθρώπου· 3 ἀπιστέεται δὲ καὶ λίθος ξηρὰ γενόμενα αἱ φλέβες ἐστέρηνται τε, καὶ φλεγμαίνουσι 4 ὁππόσων τοι τὰ *διαῤῥύεντα. Ὅθεν 5 διαφθείρεται τὸ αἷμα τὸ, καὶ σὰρξ 6 πνεύματος ὑ ἀναμιχθέντος ἐν αὐτῇ τῇ φύσιν 7 ὁδοὺς βαδίζῃ, 8 καὶ ἀψύξιες γίνονται ὑπὸ τοῦ κρύους, καὶ 9 στασιώδεες, καὶ ἀφωνίη, καὶ καρηβαρίη, καὶ 10 ἀσπασμοί, ἢν μὲν δὴ τῷ 11 καρδίῃ, ἢ τῷ πνεύμονι, ἢ ὅσῃ τῷ φλεβὶ *ἕλκη. ἔνδει 12 διάπαλοι γίνονται, ἢ 13 ἐξαπίνης, ἢν ἐς τὺς 14 περιέχοντας τόπους ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα, ἢ ὑπὸ σφῶν πνευμάτων 15 ὁ ἀναμιχθέντων διεξέρχεται 16 καὶ ξηρανθῇ.

*ῥέοντα

*ἕλκη

XXVII. *Quodsi dolores (his) 1 accesserint, 2 bilis atræ acriumque effluxuum effusiones [tunc] fiunt [in dolentem partem.] [Vnde grauius] dolent intima partes: 3 Commorsa verò valideque arefacta vena (quæ viget dolentem partem) tenduntur, ac æstu incandescentes 4 attrahunt ea quæ affluunt. Vnde 5 corrupto sanguine, 6 nequeuntibusque spiritibus in ipso 7 vias à natura factas permeare, 8 perfrigeria nascuntur ab illa statione; & 9 vertigines, aphonia, capitis grauitas, 10 spasmi, si iam 11 ad cor, vel hepar, vel ad venam peruenerint: deinde 12 epileptici & 13 paraplectici fiunt; si in 14 ambientes partes se rheumata effuderint, atque à spiritibus 15 exire nequeuntibus 16 exaruerint.*

COMMENTARIVS.

1 Quorum historiam iam descripsit. Causas adfert iam sanguinis obsistentis, cur minùs ad cerebrum aditum habeant spiritus vitales.

2 Id est, dolor humores abripit in partem dolentem, vbi cacochimiâ fœdum est corpus: vnde acrior surgit dolor.

3 Ab his acribus succis in partem effusis.

4 Repleta parte à tali rheumate.

5 Nam ita oppressis venis ac parte dolente ab humoribus prementibus (intercepta perspiratione) corrumpitur sanguis.

6 Perfrigerio aditu, à repleta parte negato; ac etiam vitalibus spiritibus via interceptis.

7 Poros, ac arterias.

8 Nam mobili naturæ quies, mors eius est: extinguitur igitur ibi spiritus: & cùm diuino nectare à corde non alitur insitum fixumque calidum, emoritur, quin sanguini difflatio negata, illi, micanti calori, mortem adfert.

9 Præludia mox futuræ apoplexiæ.

10 Musculis neruisque repletis.

11 Quia parua hæc apoplexia fit à sanguine infarciente carotidas & iugulares, vnde aditu spiritus vitales prohibentur à cerebro.

12 Id est, his succedunt.

13 Vbi indissolubiliter impactum fuit: nec ita leuiter vt in spasmo.

14 Id est, in partes corporis quas iam dixit, id est, in cor, hepar, & venam cauam. Caua vena, has partes iungens, si repleta fuerit, nec à spiritibus permadatur, densatur, vel concrescit sanguis. hoc est, quod dicit, si exaruerit.

15 Ob venarũ repletionẽ, spiritus penetrare nequit.

16 Id est, Coaluerint vel concreuerint & conniueant.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXVIII. Ἀλλὰ μὴν τοῖσιν τοιούτοισι 1 προσπεσοῦσιν, 2 φλεβοτομέειν 3 ἐν ἀρχῇσιν ἀδύτοις, 4 μετεώρων ὄντων πολλῶν καὶ λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων· 5 σύρροπώτερα γὰρ ἔσται.

XXVIII. *Sed talibus, ad 1 fermentatione, 2 vena est secanda, idque ilico, 3 ineunte morbo, cùm adhuc 4 incrementis angescunt, qui affligunt humores & spiritus: 5 magis enim remediabilia sunt.*

COMMENTARIVS.

1 Quia sanguis in his quasi coaluit, vt is fluxus fiat, frica.

2 Axillaris.

3 Nam non perpetuò ita conglaciatus est sanguis, quin effluat: fricetur, dicit Galenus, totum corpus à pluribus hominibus. Si non fluit, frica & foue, donec fluat.

4 Nondum fixi, stabiles, aut congelati, velut in apoplexia & καταψύξει fit.

5 Id est, huiusmodi spiritus & humores κοσμῆσαι μὴ δυσλύτως ait, id est, euacuationi minimè contumaces. His paulo pòst τὸ παχὺ καὶ αἷμα καὶ ἀκίνητον καὶ ἑδράσιμον opponit Hippocrates.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXIX. 1 Καὶ 2 ἀναλαμβάνουσα, καὶ τοὺς 3 ὑποδεεστέρους ἢ φαρμακεύειν, ἢν μὲν κενεῖσθαι, ἄνω, πίνειν δὲ κάτω κυκλίῳ, ἢν μὲν ἰσοσκαρίῃ, κλυσμῷ. 4 ὑγιεινὰ ἐφθὰ ἔστω δίαιτα, καὶ πίνειν μὴ ἔλαιον διδόναι 5 κοτύλην. ἢν δὲ ῥᾴων ἀφεστήκῃ, πάλιν ἐξαιρεῖν.

* ῥέοντα

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 349 sur 513

XXIX. *Et* 1 *(deinde) recreato* 2 *refectoque ægro, &* 3 *crisibus obseruatis, si non remmittat se morbus leniusque eum toleret, sursum erit purgandum. Ac inferna aluus, si non deiicit, clysmo irritetur. vel* 4 *lac propina asininum coctum; nec minùs bibat* 5 *cotylis duodecim. quodsi robore corporis insigni sit, superet etiam decimam sextam cotylam.*

COMMENTARIVS.

1 A phlebotomia. vt firmis viribus elleborismum accipiat.

2 A ἀναλαμβάνειν, est vires resumere, se ex morbo recolligere, quasi restaurari.

3 Num absolutè iudicatus sit: vel num restibilis materia morbifica metum recidiui adferat.

4 Nam humidum id est, nec coagulatur, maximè si quid salis & mellis addatur.

5 Cotyla continet nouem vncias.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXX. 1 Σωαγχᾶ ὃ γίνεται ὅταν ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα πολὺ καὶ χολώδες ὥρῃ χειμερινῇ ἢ ἐαρινῇ ἐς τὰς σφαγίτιδας φλέβας ὁπόταν, καὶ τὸ * πνεῦμα 2 πλεῖον διὰ τὴν εὐρυχωρίην ὁπαπτάνῃ). Ὅταν ὃ ψυχρὸν τε ἐὸν καὶ πολλῶδες, ἐμφράξῃ τὸ τε πνεῦμα καὶ 3 διεξόδους, καὶ τὸ αἷμα τὸ ὑποφαῖνον, πήγνυσι τὸ σύνεγγυς τοῦ αἵματος, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἀσθενέα ποιεῖ, φύσει 4 ψυχρὸν ἐὸν καὶ ἐμφρακτικόν. Διὰ τοῦτο 5 πάντων, τῶν γλώσσης ὑποπλεισμὸς, καὶ φαρυγγικασμὸς, καὶ ἀναγκασματισμὸς διὰ τὰς φλέβας, τὰς ὑπὸ τῇσι γλώσσῃσι. Τῶν γὰρ ὑποτεταμένων ταφυλῆς, οἱ ὃ κινέουσι χαλεπῶς, ἐφ' ἑτέρῃσιν φλεψὶ ψυχροῖσι. Ὁκόταν οὖν πλήρεις αὗται ἔωσι τῇσι γλώσσῃσι ἐκπιεσείσῃ), ἀραιὰν ἔσπασε καὶ * ἀσαγχώσια διὰ γε τὴν ξηρασίην. Ἢ δ' ὑπὸ βίης τοῦ ἐν τῇ φλεβῶν ἐγκρυσθὲν ὑγρὸν, ἢν πλατεῖαι μὲν φαρυγγίαι γίνηται ἐξ ὀλίγου ὃ πελιδνὸν ἐν μελανικῇ ὃ σκληρὸν ἐξ ἀκάμπτου ὃ ἀκάμπτῳ· ὥστε πνίγεσθαι ὑποπνίγεσθαι, ἢν μή τις 6 πνίγειν βοηθῇ, 7 φλεβοτομίῃσι τε τοῖσιν μέσῳ ὑπὸ βραγχύνων, καὶ τὰς 8 ὑπὸ τῶν γλωσσέων φλέβας * ὑποτέμων, ἢ σαρκάζοντα τοῦτον. * ἐλκτέον, καὶ 9 ἀνάγκασμα ἐλίζων θερμοῖσι, καὶ κεφαλῇ ἀφεστάναι, καὶ ἐρίοισι ἀφειδέως, ἢ καπνίσματι σφαγίτιδι καὶ κεφαλῇ ἀφεστάναι, καὶ ἐρίοισι ἀφειδέως, ἢ καπνίσκοις μελαινικοῖσι, ἐν ὕδατι θερμῷ ἐκπεζεύοντα πνεῖν, πίνειν τε ὕδωρ καὶ μελίκρητον μὴ ψυχρόν. χυλὸν δὲ φορυφέρῃ, ὁκόταν ἐν κρίσιος ἐν ἀσφαλείῃ ἦσιν ᾖ.

*ῥεῦμα

*εἰδέα

*ὑποτέμνειν, *σαλπικτῆσι,

XXX. 1 *Angina nascitur cùm tempore hyberno vel verno rheuma copiosum, biliosumque ad iugulares venas affluxerit, & hæ* 2 *copiosum rheuma ob amplitudinem attraxerint. Cum verò frigidum & glutinosum fuerit, spiritus infarciet* 3 *permeationes, & sanguinis transitus obturans, vicinumque sanguinem stringit, ipsumque minimè meabilem sed stabilem efficit, cùm* 4 *natura frigidum sit & obstructorium. Propterea* 5 *suffocantur liuente lingua, ac in rotunditatem acta, flexaque ob venas quæ ei subduntur. Accisa enim una, quam quidam columellam appellant, vena vtrinque crassa apparet. Cùm itaque hæ repletæ, linguæ inniuntur, quæ ob ariditatem rara & spongiosa existit; euenit vt ipsa, vi ex venis humorem excipiat, atque ex lata, rotunda fiat; & ex venustè colorata, liuida; ex molli, dura; ex flexili, inflexibilis. Eam ob causam prompte suffocat, nisi quis* 6 *illicò succurrat* 7 *phlebotomia, pertundendo brachiorum ac* 8 *linguæ venas, & pharmacis attractoriis vtens, ac* 9 *calidos gargarismos imperans, caputque radens,* 10 *ac capiti colloque circumponet ceratum; lamisque circumuoluat: & mollibus spongiis ex aqua calida expressis fouebis. bibet verò aquam & melicratum, non frigida. Cremorem verò hordei sorbebit, vbi celebrata crisi iam intuto fuerit.*

COMMENTARIVS.

1 Depingit geminas Anginæ causas, vnam ex tenui acrique succo ex capite dilabente ad fauces: aliam ex lento succo. Tenues, etiam faucium venulas angustas subeunt omnes: non ita crassi succi. Gutturis autem venæ sunt strictiores venis faucium. Sæpiùs fit à bile. 3. Progn. 18.

2 Nam vbi rheuma ibi constitit, dolores fiunt, vt priùs docuit, atque cùm id concitatum adhuc perennet, maior fit incubitus succorum ad dolentem partem. dicit has tenues biliosasque fluxiones in tenuiores se effundere etiam venulas. Gal. 3. Aph. 16. dicit ad gulæ vasa vsque pituitosa materia effundi. tur: sed biliosa materia ad gulæ & ad gutturis vasa: nam sunt angustæ venæ gutturis, latæ autem gulæ. Ita Nonus Medicus ait, Veram anginam esse internorum musculorum (τῶν φαρυγγίων) id est oris asperæ arteriæ) phlegmonem. Nam, dicit, cùm externi musculi inflammantur, dicitur paracynanche. In vera igitur, opprimitur asperæ arteriæ initium.

3 Decursus, transitus. cùm ad epiglottidis regionem influxerit humor qui eam claudit. Claudicur enim laryngis os aliquando ab epiglottide depressa ob phlegmonen, conuulsionemque proptiorum musculorum laryngis, aut ob tumorem qui obsidet partes epiglottidi vicinas.

4 Cùm ita stricto frigore congelarit.

5 Eò quòd summæ gulæ gutturisque partes occludantur, spiritus & alimenti vias intercludens.

6 Nam præceps ancepsque hoc vitium est: nam quasi laqueo iniecto, homines enecat. Id, dicit hic Hippocrates, interdum euenit oscitantiâ medicorum.

7 Quò, à plerhora liberum corpus, reliqua rêtundentia & exhaurientia remedia admittat.

8 Nam sunt linguæ venæ rami iugularium internarum, quæ etiam laryngi sunt communes. vide Galeni De Sect. venatum & art. cap. 8.

9 Primò adstingentibus, quò retrudi possint succi qui non admodum lenti insedere laryngi & faucibus, tandem calidis & acribus exhauriri & attenuari crassi succi debent: qui nimirùm linguæ venis sectis effluere non potuere.

10 Ad peripheriam: reuulsionis gratiâ. sint igitur tractoria.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXI. 1 Ὁκόταν ἐν θερείῃ, ἢ μετοπωρινῇ ὥρῃ ἐκ κεφαλῆς θερμὸν τὸ ῥεῦμα καταῤῥυῇ καὶ νιφάδες, ἄτε ὑπὸ τῆς ὥρης θερμῆς, ἢ θερμὸν γεγονυίης, δάκνει δὲ τὸ τοιόνδε ἐὸν, ἢ φλεγμαίνει, ἢ πτύαλος ἐμπίπτει, καὶ 2 ἐρυθήματα ἐφίσταται, ἢ 3 ἕρπητες πολλοὶ, ἢ τὰ 4 διαφορούμενα ἰχῶρ φύεται.

XXXI. 1 *Cùm verò æstiuo aut autumnali tempore rheuma calidum & nitrosum effluxerit, vt quod ex tempore acre calidumque euasit, cumque eiusmodi sit, mordet & vlcerat, spirationemque constringit, &* 2 *orthopnœam parit, & siccitatem validam, nec* 4 *intuenti tumere quicquam videtur.*

COMMENTARIVS.

1 Rheumatis concitati tædia hactenus describit, cùm se effundit ad fauces spirabiliaque instrumenta. Primóque vbi cum sanguine iungitur; qui cùm ad iugulares & carotidas se vertit, Aphoniam adfert: cùm ad vicinas iugularibus venas, Synanchen. Iam cùm δυμὸς, id est, succi separati à sanguine rheuma ad fauces concitant, quantum mali adferat docet.

2 Intercluso aëri aditu, ex angustia spirabilis instrumenti.

3 Os non madescit expectorato. nam acerrimus tenuisque humor omnem ansam excluſionis fugit. & quo modo excludi possit, ex propriis laryngis musculis.

4 Quòd, depressa linguâ, non videatur quod in faucibus phlegmone tenetur. nam musculi proprij laryngis inflammantur.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 350 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXII. 1 Καὶ τοὺς ὄπισθεν τένοντας ἐπὶ πλέον 2 τραχήλου ξυντείνεται, καὶ δυσκή * αἰσθητικὸς ἐντείνεται. XXXIII. Καὶ ἡ 3 φωνὴ ἀποῤῥήγνυται, καὶ 4 τὸ πνεῦμα σμικρόν. XXXIV. Καὶ ἡ 5 ἀνάπαυσις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βίαιος φαίνεται.

XXXII. 1 *Quin tendines quoque posteriores 2 colli intenduntur, adeò vt quis putet tetani modo intendi.* XXXIII. 3 *Vox quoque abrumpitur,* & 4 *respiratio parua euadit.* XXXIV. *Et* 5 *spirationis reciproca tractio frequens & violenta accedit.*

COMMENTARIVS.

1 Pulchra est hæc obseruatio ad diagnosin validissimæ anginæ. Sæpe medicos fefellit hæc tensio colli, adeò vt pro opisthotono plerumq; curetur. Vide Forestì 10. lib. Obseruat. de Morbis cap. obser. 112.

2 Luxantur vertebræ colli.

3 Oppressa larynge à concepta in eius propriis musculis phlegmone.

4 Meatuum spirabilium angustiâ.

5 Id est, inspirationis & exspirationis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXV. Οἱ τοιοῦδε πρὸς ἀρτηρίαν 1 ἑλκοῦνται, καὶ τὸν φρενίτιν * πίμπρησιν, ἢ ξυμβαίνει τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ἐπάγεσθαι τοῦδε τοῦτον ᾧ μὲν εἰς τὰ ἔξω μέρεα τὸ τραχήλου ἐκκοπὴ ἀσφαλέστερον καὶ ἀφυκτότερον ᾗ δι' αὐτὸν 3 ἄρθρου, καὶ ὅτι ὑπὸ θερμῶν καὶ δριμέων.

XXXV. *His talibus arteria* 1 *vlceratur,* & 2 *pulmo incendio conflagrat, cùm nequeant externum aërem admittere. quibus, ni ad partes quæ foris sunt in collo, vltrò malum deferatur, hi grauius ineuitabiliusque laborabunt & ob* 3 *anni tempus, & quòd ex calidis acerrimisque id sit profectum humoribus.*

COMMENTARIVS.

1 Succorum acerrima vi.

2 Vnde fraudatus calor cordis sua euentatione, tabescit.

3 Accedit ad prædicta mala hoc etiam, quod æstiuum autumnaléque sit: consociat se succi acrimonia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVI. Ἢν πυρετὸς λάβῃ 1 παλαιᾶς κοιλίης * ὑπαρούσης, ἢ 2 μεταλαβὼν, (ἢν τε αὐτὸ ἐδωδὴ πλευσθῇ, ἢν τε μὴ,) ἀσυχίην ἄγειν μέχρις ἂν πεπανθῇ τὰ στέατα πρῶτον εἰς τὴν 4 κάτω κοιλίην.

XXXVI. *Si febris inuaserit* 1 *vetere stercore non subeunte, vel illum* 2 *qui recenter pastum iniit, (siue cum lateris dolore, siue non,) hic* 3 *in ocio esse debet, donec stercora* 4 *ad imam aluum descenderint.*

COMMENTARIVS.

1 Nam impura corpora affligit cibus.

2 Id est, qui iure & loco iam pascitur: mitigatâ materiâ morbificâ.

3 Id est, à cibo abstinere debet.

4 Ne mole opprimatur diaphragma: indéque calor febrilis, oppressa respiratione, augeatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVII. Πίνειν ᾧ 1 χρὴ ὀξυμέλιτι. ὁκόταν ᾖ 2 ἐς τὴν ὀσφὺν βάρος ἰσχῇ, καὶ πλύνει κλυσμῷ, καὶ 3 καθαίρει φαρμάκῳ. Ὁκόταν ᾖ καθαρθῇ, διαιτᾶν 4 ὀφθήμενα ὀφθῆναι, καὶ πέμματι μελικρήτου ἔσεσθαι 5 ἀπίοντι καὶ ἐγκοίτοισι ἐφοδίοισι, καὶ ὑδρηλὸν ὕδατος εἰς νύκτα ἀλίγῳ, 7 ἡμέρῃ ᾖ ὕδατος μελικράτου. Ὁκόταν ᾖ εἰς 8 φύσιν δυσπάθεες ἔσωσι ὕπνοι, καὶ βαλάνῳ, καὶ κλυσμῷ. εἰ ᾖ 9 μὴ, δεῖσθαι ἐξόμελι πίνοντα, ἕως ἂν κατωθῇ ἐς τὴν κάτω κοιλίην, εἶθ' ὅπως κλύσματι * ὑπαγαγεῖν.

XXXVII. 1 *In potu sumat oxymel. At cùm dolor* 2 *ad lumbos vsque venerit, tum vel clysmo aluum eluere, vel pharmaco* 3 *purgare oportet. Et à purgatione, primùm nutriatur* 4 *sorbitione, & potu melicrati. Deinde* 5 *pastum ineat triticei panis, ac piscium coctorum,* 6 *vinóque panco & paucifero vtatur ad noctem,* 7 *interdiu verò melicrato diluto. Cùm verò* 8 *flatus fuerint fœdi, vel glande vel clysmo vtemur. Quodsi* 9 *non, cum, qui oxymelite vtitur, tantisper [ab his cibariis] arcere decet, dum ad infernam aluum deuenerit, actunc clysmate subducere.*

COMMENTARIVS.

1 Si vehemens malum sit.

2 A crassa materia.

3 Quò natura vergit eò abducenda.

4 Vt sensim ad institutum redeat.

5 Iam sedato dolore, triumphaque ac exclusâ materiâ morbificâ.

6 Vt ad officium redeat ventriculus, cuius iam habitus ac temperies actioque mutata sunt.

7 Vt alæ pulmonum ac spirabilia instrumenta se expandant, ac recreent.

8 A languente coctione enati, cùm nec ita promptè coquat ventriculus, nec alimenta æquè distribuantur, titubante œconomiâ naturali à conflictu quem antè cum morbo subiit.

9 Si non decesserit aluus, cibo abstineat: ne in molem superior aluus elata, opprimat diaphragma, vnde spirationis difficultas.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXVIII. Ἢν ᾖ 1 λαπαρὸν ἐπὶ καὶ ὑποχόνδριον ὀδυνῶνται, ἢν σὺν φλεγμασίῃ ὑπαιθρίῃσιν ἔχῃ, 2 εἴσω τριῶν ἡμερέων μὴ φαρμάσσειν, ἀλλ' ᾖ 3 τεταρταίῳ.

XXXVIII. *Quodsi* 1 *molli [hypochondrio] existenti causus oboriatur, si ex re putauerè pharmaco vti, id* 2 *intra tres dies ne agas, sed potius* 3 *quarto.*

COMMENTARIVS.

1 Vt omnis phlegmones metus absit: nam vbi λαπαρόν, id est, molle est hypochondrium, à phlegmone libera esse viscera denunciat. Si enim his inflammatis, pharmacum propinetur, febrilis ardor augebitur, ac partes sanæ à pharmaco liquescent.

2 Cocta purganda: initio nihil coctum. Nisi tamen materia turgeat. Ratio ab Ægyptiis petita, quibus solemniter decretum erat, ne quis intra quartum diem pharmacum propinàret, vt scripsit Herodotus in Euterpe, & Aristoteles in politicis.

3 Vel post quartum. Nisi materia turgeat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XXXIX. 1 Ὁκόσοι ᾖ φαρμακώδεες, τοῖσι ῥιγώδεσι φιλέουσιν αἱ παροξυσμοὶ ἢν πυρετοὶ, ὅκως 2 μηδέποτε φρεσὶν ἐόντες, μηδὲ μέλλοντες ἔσεσθαι, ἀλλὰ λήρουσιν, ἢ παυσανέμῳσιν, καὶ οἱ 3 περίστατοι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. 4 Πυθέσθαι ᾖ ψυχρῷ ἐόντα ὁ μὴ τὸ ποτὸν, μὴ τὸ βρῶμα, μὴ ἄλλο μηδὲν δίδοντα, ἀλλὰ εἰάσαντα κρῆναι τὴν ἕξιν, ἐμπυήσαντες ἕως ἂν * διαθερμανθῇ σφόδρα, καὶ ὅτως τὸ ξυμπεπεμμένον ἐξενεγκεῖν· ὡς γὰρ δεῖ τὸ πολὺ σημεῖον εἶναι ὁ μέλλοντος παροξύνεσθαι τὸ πυρετὸν ψυχρὸν πάσχειν. Εἰ ᾖ σε 7 τοιοῦτο κρυμὸν φρεσὶν ἐόντες, ἀσιτία, τὰ μέγιστα ἐξαμαρτάνειν· τὸ γὰρ τοιοῦτο ἀμβλύνει οὐ μικρῶς. Ὁκόταν ᾖ ὁ 8 πυρετὸς λήγει, τὰ ὑπερκείμενα τῶν ποδῶν θερμότερα γίνεται· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ψυχρὸν, λύγεται μὲν ὑπὸ ψύχεος τοὺς πόδας, ἐξαπίνης δὲ ἐν τῇ 9 ὑστεραίῃ ἐς τὸν μεσαίτατον ἀναπέμπτου τῶν φλεγμονέων. Σημεῖον δὲ μάλιστα τοῦ θερμοῦ ἅπαντες ἄγαν, καὶ ἀναδυόμενοι ἐς τὸν μεσαίτατον, εἰκότως οἱ πόδες ψυχροὶ γίνονται· ἄσιτοι γὰρ ἐόντες ἧσσον ἐπιθυμέουσι τοῦ ποτοῦ. Ἐπὴν ᾖ πολὺ ἀπέχοντες τοῦ 10 θερμοτάτου τούτου, ψύχονται, σκιδναμένου τοῦ θερμοῦ ἐς τὸν ὑγρὸν. Καὶ πολὺν ἀνάλογον λυμαίνεται τοῦ πυρετοῦ, καὶ καταπερματίζουσιν ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει. Κατὰ τοῦδε οὖν τὸν χρόνον ἢ κε-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 351 sur 513

φαλιὴν ὁ ὕδρωψ κατέψυκται. Τετάνων οὖν ἕνεκεν τετάσθω προσωπεῖον, ὅπως ἑκάστων οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, θερμαίνει 11 ἀναγκαίως τὴν κοιλίην ἔσω, ἢ 12 πολλῷ πλείω ἔξωθεν, μᾶλλον 13 ὑποχόνδριον ἐντείνεται ὑφ' οὗ, καὶ ἐμπίπλαται μὲν τὰ σώματα διὰ τὴν ἐνδον παραχύσιν, καὶ 14 μετεωρισμὸν γνώμης καὶ ἀλγήματα, καὶ ἔλκεται καὶ ἐμέειν * θέλει, καὶ διὰ πονηρὰ ἐμέει, 15 εὐθυπόνητα. Θέρμης δὲ καταβάσης ἐς τοὺς πόδας, καὶ ἄρου διελθόντος, καὶ ἦν 16 μὴ ἱδρώσῃ, πάντα λωΐω. Καλὰ πάντα ἐν τῇ κεφαλῇ δεῖ τὸ 17 ῥόφημα διδόναι· τότε * τὸ ἔλεβορος.

* ἐθέλει

* ὃ

XXXIX. 1 *Postquam verò pharmacum propinastis, sorbitionibus visitor, cautione habita de febrium paroxysmis ita, vt* 2 *nunquam sorbitionem offeras cùm vel adsunt, vel mox cùm aderunt, sed cùm mitescunt, vel cùm quieuerunt,* 3 *longissimèque ab inuasione recesserunt. Quare dum* 4 *pedes frigent, nec potum, nec sorbitionem, nec quicquam huiusmodi offeres, sed potissimùm illud esse existimabis, si tantisper caueris à cibo, donec totum calorem pedes acceperint, ac tunc quod* 5 *iure præberi debet, exhibe. Nam plerumque pedum frigus argumentum esse solet* 6 *inuasuræ febris. In* 7 *quo tempore si quid porrigas, maxime incommodo agrorum delinques. nam vt morbus incrementa ducat efficies. Cùm verò* 8 *febris se remittit, contrario quodam modo pedes reliquo corpore magis calent. Nam cùm incrementis augescit [febris] pedes refrigerat, incensaque ex* 9 *thorace in caput flammam emittit. Vniuerso itaque calore suum cursum sursum flectente, ac in caput exhalante, iure pedes refrigerantur, vtpote qui naturâ carnis ferè expertes sunt, & vndique neruosi. Accedit & illud, quòd cùm longè recesserint a regionibus [corporis]* 10 *in quibus stabulatur calor, facilè refrigerantur, collecto [omni] calore ad thoracem. Rursusque cùm febris soluitur & dissipatur, ex proportione sensim calor ad pedes descendit. Hoc ergo tempore caput ac thorax horum à calore liberantur: propterea que eo tempore potum inire debebunt. Quandoquidem eo tempore quo pedes frigent,* 11 *necessario aluus incendio conflagrat,* 12 *plena nauseæ, ac* 13 *hypochondrium tenditur, ac corpus se iactat ob commotionem intùs conceptam,* 14 *mentisque alienationem & dolores, & æger vellicatur, ac vomere cupit, & si prauia enomuerit,* 15 *affligitur. Postquam ergo calor ad pedes descendit, & vrina exierit, modò* 16 *non sudet, cuncta nitescunt. quo tempore sorbitionem* 17 *propinare vtile erit; quod alioqui perniciosum erit.*

COMMENTARIVS.

1 Quando cibus sit dandus febricitantibus. Primò pugnandum cum causis morbificis, quàm studendum naturæ, dum nimirum opprimitur illa materiæ mole.

2 Ne auertas naturam à suo instituto, nimirùm à pepasmo ad pepsin.

3 Vel, à principio dum absunt longissimè: id est, dum tempus longè iam abest ab inuasione, vel à recrudescentia in illis, quæ solùm remittunt se.

4 Ob anadromen caloris ad ventrem, qui impurus redditur colluuie fœda eò vnà effusa: hæc fœdat cibum, ac in putredinem rapit.

5 Iure, vt potum oxymelitis &c. his qui acerrimè laborant symptomatum oppressione: vel integram ptisanam his, qui non æquè premuntur.

6 Intro sese vertente calore.

7 Nam, dicit Hippocrates, nulla ratione inducì debes, vt eo tempore exhibendum quid existimes.

8 Id est, eo tempore commodè cibus datur, non quo pedes simpliciter iam calent, sed cùm iam magis calent cætero corpore. Hoc est, dum calor præcordia deseruit, ac ad pedes descendit.

9 Id est, ex corde.

10 A corde & hepate.

11 Rapto calore foras, intùs.

12 Colluuie fœda in os ventris irrepente.

13 Refluis à succis. & ibi ab incendio flagrantibus; vnde iactatio vehemens, & nauseæ expers.

14 Praua anathymiasi feriente cerebrum.

15 Non enim euphoriam consectariam trahunt. non criticos elisa.

16 Ne crisis peruertatur.

17 Quare integra apyrexia non expectanda semper, ex Hippocratis sententia: sufficit enim liberatis calore præcordiis cum ad pedes descendisse. id est, dum pedes magis calent quàm præcordia.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XL. Ὁκόσοισι δὲ διὰ τέλεος ἡ κοιλίη 1 ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ὑγρὴ, 2 τούτοισι διαφερόντως τοὺς πόδας θερμαίνων, καὶ ἀφυσσόλλων, 3 χνοώμασι, καὶ τοιούτοισι ἀφελέοντα ἀφεστέον, ὡς μὴ ἔτι μᾶλλον ψυχρότεροι τῶν ἄλλων σωμάτων ἔωσι. Θερμοῦσι δὲ ἔστω, 4 θέρμασμα μηδὲν ἀφιστέον, ἀλλὰ ἐνδιδόναι ὅκως μὴ ψυχθήσεται. Πόμασι δὲ χρεὼν 5 ὡς ἐλαχίστῳ 6 ὕδατι ψυχρῷ ἢ μελικράτῳ.

XL. *Quibus verò* 1 *per febres perpetuò fluxa est aluus, his maximo studio pedes calfaciens,* 3 *ceromateque contegens, ac fasciis obuoluens, caue, ne catero corpore validiùs algeant. Quòd si incalnerint, fomentis* 4 *abstine calorificis, solúmque illud tibi studium adsit, ne refrigescant. Potu verò* 5 *quàm paucissimo vtatur* 6 *aqua frigida vel melicrato.*

COMMENTARIVS.

1 Febri cum fluxu, affligente, quo modo transigendum. Sunt difficiles sæpe curatu tales, ex syntexi interdum succorum ac carnium potius, quàm ex eccrisi prauorum.

2 Nimirum antequam cibum exhibeas, alioqui, impurâ aluo, cum fœderur cibus, maiorem fluxum inducet; ac prauitatem addet materiæ morbificæ, dum natura ab eius edomatione, ad ciborum mitigationem cogitur.

3 Vel oleis, aut liquoribus calidioribus fricans.

4 Ne febrilis calor incendia capessat; ac ne aluus liberiorem in fluxum se effundat.

5 Ne aluus in fluxum nimirum abripiatur.

6 Aqua frigida; sed priùs cocta. si flatuum plena fuerit. vel melicrato: si hyems fuerit, vel pituitescat ægri si corpus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLI. Ὁκοσοῖσι δὲ ἐν 1 πυρετοῖς κοιλίη ὑγρὴ, καὶ 2 γνώμη τεταραγμένη, καὶ οἱ πολλοὶ αὐτῶν * τούτων τοὺς 3 κροκίδας ἀφαιρέονται, καὶ τοὺς 4 ῥίνας σπίλλουσι, καὶ χθιζὰ μὲν ἀποκεκοινωνήκασι τῶν ἐρωτωμένων· αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ὑγιὲς λέγουσι καὶ τερπνόν. δύκει δὲ μοι τὰ τοιάδε μελαγχολικὰ εἶναι. * Ἢν δὲ τοιῶνδε ἐόντων, * ἡ κοιλίη ὑγρὴ ἢ καὶ σωστέη, δοκέει μοι τὸ ῥοφήματα ψυχρότερα καὶ 5 πυχνότερα προσφέρειν, καὶ τὰ πόματα σπανιώτερα καὶ διηθητέρα, ἢ καὶ συστελλοντέρα.

* τουτέων

* ὅταν τοιῶνδε ἐόντων

* ὦ

XLI. *Quibus per* 1 *febres profusior est aluus, ac* 2 *mens turbata, atque plurimi horum* 3 *floccos carpunt,* 4 *nareséque fodiunt, & non plenè interrogatis respondent: sed ipsi ex se nihil quod rectè dictum sit loquuntur: videntur talia mihi alienata esse mentis. His ita habentibus, si aluus liquida ac colliquans fuerit, sorbitiones frigidiores ac* 5 *crassiores propinandas esse puto; potúsque qui sistant, & vinosiores, vel etiam stringentiores.*

COMMENTARIVS.

1 Vt quibusdam in morbis acutis euenit, à nimio æstu febrili incandescente sanguine, ac inde turbato cerebro, dum caput vaporibus occupatur, aluúsque fœda vsta que colliquatione turbatur.

2 Ab acri & maligna materia, quæ orgasmo in caput effertur, vnde inflammatur cerebrum. Hæc autem phlegmone vel est recens concepta, integrâ adhuc substantiâ partis, vnde grauis exurgit naturæ

pugna

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 352 sur 513

pugna aduersus morbificam materiam. Vel hæc inflammatio euenit, traiecto cerebro toto ab humore bilioso, non aliter ac lana vt coloribus imbuitur, & incurabile euadit hoc malum: nam cum tensione consociatur hoc malum.

3 Primo Prognosticon dixi, κρηκίδας ἀπὸ ἱματίων ἀποτιλλόντας, id est, floccos è vestimentis carpentes. Nam κρήκωδες hos facit, falsa concepta imago, ab humore albugineo, cui innatant peregrini vapores vel humores.

4 Acerrimis dum hæ feriuntur fuliginibus.

5 Ad refarciendum triplicis substantiæ nostræ fluorem, ab aluino fluxu in exhaustum impulsæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLII. Ὁκόσοισι ἢ ἀμφὶ πυρετῶν ι δίνοισι ἀπ' ἀρχῆς, καὶ 2 σφυγμοὶ κεφαλῆς εἰσὶ καὶ ἔστιν 3 λεπτόν, στέγειν δεῖ προσδιδόντας 4 πρὸς τὰς κρίσιας 5 παροξυνόμενον τὸν πυρετόν· ὁ θαυμάσεται μήθ' ἁνιέντ' ἰσχυρῶς μήθ' ὑφορμίσκειν.

XLII. *Quæcumque febres ab initio* 1 *vertiginem sociam habent, cum* 2 *capitis pulsu, & vrina* 3 *tenui, in his* 4 *ad crisin vsque* 5 *febris incrementa expecta; quodsi etiam mente exciderint, nihil miri erit.*

COMMENTARIVS.

1 Remixtis flatibus, his qui in capite sunt spiritibus. qui spiritus non in gyrum, sed rectâ se mouent lineâ. at vapores in gyrum abeunt, ac vná spiritus gyrant. Hi vapores vel in capite gignuntur, vel aliunde importantur. Aliunde, ex turbatione, humorumque confusione, enati efferuntur in caput.

2 Aspectabili, à nimio feruore, micante arteria, & flatuoso à spiritu, turbato à sanguine, vt musto euenit.

3 Ob materiæ cruditatem; vel biliosæ metastasin ad caput.

4 Id est, quamuis initio febres remissæ videantur, amen vbi talia adsunt præludia, indomitæ adhuc materiæ symbola sunt. quæ cùm agitaturà natura, grauiora symptomata & calamitosa eueniunt ab vstis succis, ac eorum fuliginibus caput ferientibus.

5 Si sine febre afforet capitis calor, lauare æquum esset: sed vbi calidus spiritus flatusque ex prauis succis cursum in caput flectit, balneo abstinendum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIII. Οἷσι δ' ἐν ἀρχῇ τὰ ὑπόστρωματα ι νεφελοειδέα, ἢ καὶ 2 παχέα, τοῖς τοιούτοισι ξυγκαθαίρειν, ἢν δὲ 3 καὶ τἄλλα συμφέρῃ. Ὁκόσοισι δ' ἐν ἀρχῇ τὰ ὑπόστρωματα 4 λεπτὰ, μὴ φαρμάκευε τοὺς τοιούσδε. ἀλλ' ἢν δοκέῃ κλύσαι. τοῖσιν συμφορὴ οὕτως θεραπεύεται.

XLIII. *Quibuscumque ineunte morbo lotia funduntur* 1 *nebulosa & etiam* 2 *crassa, hos purgabis, si* 3 *reliqua respondent. Quibus verò ineuntibus morbis vrinæ* 4 *tenues feruntur, hos ne purgato. Sed si ita videatur, clysma infunde. Hoc modo his curatio instituenda est.*

COMMENTARIVS.

1 Albas habentia nebulas à cocta materia.

2 Coctæ materiæ morbificæ signum.

3 Vt anni constitutio, robur.

4 A cruditate nondum cuicta. Si enim pharmaca dederis, ex crudis nihil educes, confundes succos, & febris à pharmaco vires ducet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLIV. 1 Τῷ σώματι ἡσυχίην ἄγοντα 2 ἀλείφεσθαί τε καὶ θέρεσθαι ἀλλοσυλλα ἱμάλῃσι· 3 ποτῷ δὲ χρέεσθαι 4 μελικράτῳ ὑδαρεῖ, ἢ ῥοφήματι χυλῷ πτισάνης 5 ἐς ἑσπέρην. Κοιλίῃσι δ' ὑπαγαγεῖν ἀρχὰς κλυσμοῦ· 6 φαρμάκοισι δὲ μὴ προσαγαγέτοισιν· ὧν γὰρ πρόνοιαι κῆν κοιλίῃσι, 7 τὸ ὕδωρ οὐ πεπαίνεται, ἀλλ' ἀσιδρός τε καὶ ἄπεπτος ὁ πυρετὸς ὅπη πολλὸν χρόνον ἔσχῃ.

XLIV. 1 *Corpori ocium permittere, 2 illinire, & aqualiter corpus tegere oportet.* 3 *Potu vtatur diluto* 4 *melicrato, sorbeatque succum ptisanæ* 5 *vesperâ. Aluum verò ineunte morbo clysmate subduces.* 6 *nec his propinabis pharmaca. Nam si aluum moueris,* 7 *vrina pepasmi expers manabit, & febris sudoris expers ac longissimi iudicij reddetur.*

COMMENTARIVS.

1 Crudo adhuc morbo. tunc modestè & mulcebro tepore incaleat corpus. vt rectè coctio procedat.

2 Ne febris nimia vredine corpus exhauriat.

3 Iungit ineunte morbo melicrato ptisanam, quò corpus inoffenso cursu ad vigorem veniat.

4 Ne aqua cunctando putrescat si poretur. & ne meracius si detur melicratum, bilescat.

5 Interposito spacio à melicrati vsu: est enim ptisana consortij nescia: alioqui si simul dederis & melicratum, turbabis.

6 Nam quieti docuit corpus dandum esse, vt miteſcat morbi materia: at pharmaca validè agitant corpus.

7 Ne naturam auocemus à suo instituto coquendi.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLV. 1 Τὰ δὲ ῥοφήματα ὁκόταν ἤδη κείσεται εἴσω ἡμῶν, 2 μὴ δίδου ἐς θορυβέοντα· ὁκόταν δ' ἀνῇ, καὶ 3 ὀλίγον δίδου· ὅτῳ τὸ βέλτιον. Φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ καὶ πάντων ἤδη πυρετῶν τὰς 4 κρίσιας, καὶ ἀφαιρέειν τὰ ῥοφήματα, κῆν τύχῃ ἡ καιρός.

XLV. 1 *Imminente verò crisi sorbitiones: ne dederis, si* [*scilicet*] *iam perturbatio critica adsit: verum cùm illa sedata fuerit,* 3 *ac in melius & in tranquillum euaserit. Obseruare autem oportet cunctarum febrium* 4 *crises, ac sorbitiones eo tempore auferre.*

COMMENTARIVS.

1 Si ineunte morbo dabis mulsam & ptisanam: ac cùm ad crisin ventum est, accides ptisanam.

2 Ne auertas naturam à pepasmo ad pepsin.

3 Et sensim tunc transferes diætam in consuetum cibum.

4 Id est, paroxysmos. nam superior aluus tunc impura est, ab occursu materiæ morbificæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVI. Μεμαθήκασι δὲ μαχηταὶ οἱ πυρετοὶ, 1 εἰ δὲ ὑγιεσθαι, ἢν 2 ἀποσήματα ἔχειν, ἢν δὲ τὰ * κάτω ψυχρὰ ἢ, σφέα 3 ὧτα καὶ περάχνια. ἢν δὲ μὴ ψυχρὰ ἢ, * ἀλλὰ 4 ἰσχιαστικὰς, ῥέει δὲ αἷμα ἐκ ῥινῶν, καὶ κοιλίῃ τῇσι τοιῇσι ἐκλαμπόνται.

* ἀποσήματα
* ἄλλας

XLVI. *Assueuere hæ febres protrahi, ac* 2 *apostemata consectaria trahere, modò infernæ partes frigidæ fuerint, circa* 3 *aures & collum; sin frigoris expertes fuerint, alio* 4 *habent translationes. nam effluit è naribus sanguis, & aluus his commouetur.*

COMMENTARIVS.

1 Quibus tenuis est vrina, à succorum indomita vi. à pepasmi ergo difficultate hæc protractio est.

2 Quòd ephodon illam excretoriam non æquè habeant crassi illi succi.

3 Vide Prognostica. 3. lib. 14.

4 Sed rarò id euenit per diuturnas febres.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 353 sur 513

©BIUM

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVII. Οκόσοισι ἢ πυρετοὶ 1 ἀσταφῖδες εἰσι, καὶ 2 ὑποχόνδρια συμπέπτουσι, καὶ *3 κεκλιμένως ἐκ ἀνέχονται ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ τὰ 4 ἄκρεα ψύχονται πάντα, πλέσις 5 δύσνοιαι καὶ φυλακῆς δέονται. Διαίτεσι ἢ νέοισι προσφέρεντας μηδὲν ἄλλο ἢ 6 ὀξύμελι ὑδαρές. 7 ῥόφημα ἢ μὴ προσφερέα ἔως ἂν λίζῃ, καὶ ἤδεν πεπαυθῇ.

* κεκλιμένως

XLVII. *Quibus febres adsunt* 1 *inquietæ iactationis plenæ, cum* 2 *hypochondriorum tensione, ac* 3 *decumbentes loco eodem hærere nequeunt, cunctaque partes* 4 *extremæ si frigeant, summo* 5 *studio ac cautione his opus est. Nam cum his ita transigendum, vt nihil his præter* 6 *oxymel dilutum exhibeas. Nec ad* 7 *sorbitionem venies, antequam malum remiserit, & vrina pepasmo mitigata fuerit.*

COMMENTARIVS.

1 A valido incendio febrili, venâ cauâ concepto.

2 A crassis succis enata phlegmone.

3 Indicium grauiter eum à febre affligi.

4 A phlegmone visceribus cõcepta. à crassis succis, dicit Galenus. vel si marmore frigidiora appareant, id erit ab extincto calido innato. à stabili minimèque fugaci frigore.

5 Ne à pepasmo ad pepsin auocando naturam, dimidiata ope spolies; & febrem augeas.

6 Vt crassa tenuentur, lenta incidantur.

7 Si breuis futura sit morbi historia, & ægri vires fuerint integræ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XLVIII. 1 Καθαλλίνειν ἢ ἐς ζωφερὰ οἰκήματα, καὶ κλαγκελλίζειν ὡς ὅτι μαλθακωτάτοισι στρώμασι, πολλὴ χρόνον ὅτι τὰ αὐτὰ καρτερέοντα, καὶ 2 ὡς ἥκιστα ῥιπάζειν. ἰήσασα ἢ τοῦτο τὸν τοιόνδε ἀφελεῖ. XLIX. Ἐπὶ δὲ τὸ 3 ὑποχονδρίου 4 λίνου σπέρμα ἐγχρίειν ὁπλίδι, 5 φυλασσόμενον ὅκως μὴ ψύξῃ παρασκευάσαντα. ἔστω ἢ 6 ἀκέσχλιάζον, ἐρρόδινον ὕδατι καὶ ἐλαίῳ. L. Τεκμαίρεσθαι ἢ ἐκ τοῦδε 7 οὖρων τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ὧν μὲν 8 παχύτερα καὶ ὠχρότερα ᾖ, βελτίω· ὧν δὲ λεπτότερα καὶ 10 μελάντερα, πονηρότερα.

XLVIII. 1 *Iacere autem debent cubili obscuro, ac decumbere lecto quammollissimo, ita vt diu eundem positum sustineat, ac* 2 *minimè se iactare. hoc enim potissimùm hoc recreare solebat.* XLIX 3 *Hypochondrio autem* 4 *lini semen cataplasmatis modo impones, eâ* 5 *cautione adhibita, ne appositum frigescat: sed sit* 6 *bene tepidum ex aqua oleoque coctum.* L. *Signis verò syllogisticis colligere oportet ex vrinis, quænam* 7 *mox sint futura. Cùm enim vrinæ* 8 *crassiores ac pallidiores funduntur, meliores habendæ:* 9 *tenuiores vero &* 10 *nigriores, calamitosa magis.*

COMMENTARIVS.

1 Vt vitet iactationis fatigationem.

2 Quò otio dometur materiæ cruditas: ac vires ne exhauriantur.

3 Vt mitescat inde phlegmone.

4 Mollit sine calore: nam primo ordine calet, & madore & siccitate mediocri præditum est. mollit & discutit. coquitur cum melle, oleo, & exigua aqua.

5 Nearceatur materiæ exhaustio: ac ne crudior euadat.

6 Id mollit mitigatque: nam temperie quadam adblanditur: talia exhauriunt atque maturant.

7 Ad salutem, vel ad mortem.

8 Ad consistentiæ mediocritatem redactæ.

9 Pepasmi expertes.

10 A summo incendio: vel ab extincto calido natiuo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LI. 1 Ἢν δὲ μεταβολαὶ ἔχῃ, 2 χρόνον τε σημαίνει, καὶ ἀπάλλαξιν τῶν νοσημάτων μεταβάλλειν, καὶ ὅτι τὰ χείρω, 3 καὶ ὅτι τὰ βελτίω τῶν ἀνωμαλιῶν.

LI. 1 *Quodsi varias mutationes* [*vrina*] *subeat,* [*morbi*] 2 *diuturnitatem indicat, necessarioque morbus modò ad melius, modò ad deterius vertet hanc inæqualitatem.*

COMMENTARIVS.

1 Vide Prognostica, lib. 2. aph. 26. Nam cùm vrina redditur modò pepasmi expers, modò particeps, signum est inæqualis ac contumacis materiæ, & labefactatæ naturæ, & materiæ imparis. Quòd natura quidem coctionem aggrediatur, & partem vincat, vnde intercalaris talis pepasmus significationem affert, non materiam vniuersi morbi, sed peculiaris cuiusdam affectionis mitigari. Hoc euenit interdum in febribus; dum in parte aliqua suscipitur concoctio, crudis manentibus vniuersis excrementis. Talem vrinam fundebat Cleanactides, cui à 40 die variæ erant vrinæ, modò expertes, modò compotes hypostaseos; vt euenit in errantibus paroxysmis, à variis natis succis coctis & crudis.

2 Ob variorum succorum minimè mitigatorum copiam.

3 Vt varij illi succi ad pepasmum vel cruditatem variè abeunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LII. Τὰς δὲ 1 ἀκαταστασίας τῶν πυρετῶν 2 ἐᾶν μέχρις ἂν στῶσιν· ὁκόταν ἢ στῶσιν, ἀπαντῆσαι 3 διαίτῃ καὶ 4 θεραπείῃ τῇ προσηκούσῃ, κατὰ 5 φύσιν θεωρέων.

LII. 1 *Instabiles febres permittes,* 2 *donec constiterint: vbi autem constiterint,* 3 *dieta & congrua* 4 *curatione contraibis, non sine* 5 *naturæ animaduersione.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, inconstantes, sine certa typorum idea; & in variis vrinarum, eodem die, effusionibus, modò pallidâ, modò rubra, tenuis iam, iterumque crassa, &c. Quare non vnam faciem hæc febris gerit.

2 Id est, donec vnam formam seruet in periodis, & vrinis.

3 Nam vt eius motus fuerit, ita tenuior vel pletior victus porrigetur.

4 Si enim natura acumine morbi & symptomatum vi opprimatur, potiùs cum morbo erit pugnandum, quàm naturæ studendum.

5 Peculiaris cuiusquenum picrocholos vel num megalosplachnos.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LIII. Εἰσὶ δὲ ἴδιαι πολλαὶ κατ' ἀνθρώπων. LIV. Διὸ προσεκτέον τῷ ἰητρῷ, ὅκως μὴ διαλήσεται τι κατὰ προφάσιον LV. 3 Μήτε οὖν κατ' λογισμῶν, μήτε ὁκόσα εἰς ἀριθμὸν 4 ἄρτιον, ἢ περισσὸν δεῖ φανῆναι.

LIII. *Sunt autem* 1 *varia formæ & species* 2 *ægrorũ.* LIV. *Quo fit vt cautio adesse debeat medico, ne quid eum lateat causarum manifestarum.* LV. 3 *Nec earum quæ soli rationi patent, neque quæ in numerum* 4 *parem vel imparem apparere debent.*

COMMENTARIVS.

1 Aspectus, facies, modi, differentiæ, id est ἴδιαι: id est, morborum genera varia sunt & species, quæ affligunt.

2 Id est, morborum ægros affligentium. translatione à pathemate ad patientem.

3 Quasi dicat, iunge iudicium cunctis.

4 Nam quæ paribus diebus mouentur, paribus iudicantur; quæ imparibus, imparibus.

HIPPO

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 354 sur 513

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LVI. Μάλιστα μὲν οὖν δεῖ ἢ 1 ἐφ' ἑαυτὸν ἀεὶ βλέπειν ἀλλαξέσθαι, ὡς αὖ αἱ ἡμέραι ἐπιφέρουσι πάντα τὰ κάμνοντας.

LVI. *Maximè verò* 1 *impar numerus est obseruabilis, vtpote qui dies in hanc vel illam partem* [*res aegrorum vel agros*] *inclinant.*

COMMENTARIVS.

1 Nam morbi acuti, quia bilem agnoscunt sui authorem, maximè imparibus mouentur: & in his morbis plerumque crises eueniunt per excretionem. Quæ si impediatur, calamitatem secum trahere consueuit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LVII. Φυλάσσεσθαι οὖν δεῖ τὴν πρώτην ἡμέραν ἢ ἤρξατο αὐτοῦ ὁ κάμνων, ἰδόντα τὴν 1 ἀρχὴν ἐξ ὅτου καὶ ἀπ' ὅτου. Ἡγοῦμαι γὰρ τοῦτο τὸ πρῶτον εἰδῆναι. Ὁκόταν δὲ 3 ἔρῃ αὐτὸν καὶ διαπύθῃ πάντα, πρῶτον μὲν 4 κεφαλὴν ὅπως ἔχει, εἰ ἀνάλγητος καὶ μὴ βάρος ἔχει ἐν ἑωυτῇ ἔπειτα ὑποχόνδρια καὶ τὰ πλευρά, εἰ ἀνάλγητα. Ὑποχόνδριον μὲν γὰρ εἰ ὀδυνηρὸν ὄζει, ἢ ἐμπρῆσιν, ἢ ἔχει πινὰ ὁ σκληρότητα ἔνοσον, ἢ πλευρὸν ἀλγεινὸν ἐὸν, ἢ ἅμα τῷ ἀλγήματι ἢ βῆχα, ἢ στρόφος, ἢ πόνος κοιλίης. Ὁκόταν δέ τι τούτων παρῇ ἐν ὑποχονδρίῳ, μάλιστα ἢ λύειν τὴν κοιλίην κλυσμοῖσι πυρέτου μελικρατέοις θερμοῖς 8 ἀφεψημένου. Καταμανθάνειν δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἐξαναστάσιοισιν, εἰ 9 λιπόψυμεν, καὶ εἰ τῷ 10 πυρέσσοντι ἀφορείη αὐτοῦ ἔχει. * 11 Ἰδὼν δὲ διαχώρησιν ἢ πτύελον ἰσχνὸν ἀνεχώρησεν χρῶμα, ἢ 12 καθαρὸν, 13 ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα. Καὶ ὁ πυρετὸς εἰς τὴν 14 τρίτην ἐλαφρὸς ὠφθήσεται. Καπειδὴν δὲ εὖ διαλατὲς ποιοῦσθαι ἐν τούτῳσι τὴν νοῦσον τρυτάνης. φεῖς ταῦτα ἤδη καὶ τὰ ἄλλα σωφρονῶν· καὶ ἰὼ ἢ τετάρτη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ 15 ὄψιον ἔχει τι πρὸ αὐτοῦ τούτου, καυδωνώδης ὁ κάμνων γίγνεται. Τὰ δὲ σημεῖα, ἢ μὲν 16 μελαίνη διαχώρησις, θανάσιμον σημαίνει· ἢ δὲ ὁμοίη τῷ ὑγιαίνοντι, ὁκόταν 17 ἀνὰ πάσας τὰς ἡμέρας φαίνηται, σωτήριον.

LVII. *Obseruatione autem dignus est primus dies, quo æger laborare incepit,* 1 *initiúmque perueſtigare vnde &* 2 *quando. Id enim cognouisse plurimi momenti esse existimatur. Postquam verò ægrum* 3 *interrogueris ipsum, ac cuncta perceperis, nimirùm in primis* 4 *vt valeat caput, num id doloris expers fuerit, miniméque* 5 *graue in se habeat; deinde num hypochondria & latera sine dolore sint. Nam si hypochondrion dolore affligatur, vel si intumuerit, aut si id* 6 *obliquum vel impletum videatur, aut lateri dolor insit, simúlque cum dolore vel tussis, aut tormina ventríve dolor adfuerit. Cùm quid horum hypochondrio euenerit, potissimùm* 7 *clysmis ventrem laxare ex re fuerit. bibáque calidum* 8 *coctúmque melicratum. Obseruandum etiam, num, dum surgit,* 9 *animi deliquium incurrat, & num ex facili* 10 *spiritum ducat.* 11 *Inspiciendum quoque, num alui deiectio nigerrima colore fuerit, vel* 12 *malignitatis expers,* 13 *qualis dum sanus erat secedere solebat. & num febris* 14 *tertio quoque die exacerbetur. nam in huiusmodi morbis tertianæ exacerbationes accuratè sunt obseruanda. Obseruabilia sunt & alia: vt si quarta dies* 15 *simile quid tertiæ habuerit, æger in periculo erit. Quantum verò ad signa attinet,* 16 *nigra alui deiectio, mortem significat; quæ verò sanæ similis, cùm* 17 *quotidie talis apparuerit, salutem denunciat.*

COMMENTARIVS.

1 Nam nulla est curatio morbi incogniti.

2 Nam si primo die validissimè incubuit malum: argumento est imparibus diebus id motum initurum, si secundo, paribus. posteà si se vertat, vt & pari & impari die affligat, si reliqua praua signa accesserint; vt deiectio nigra; in angusto spes erit. Notat enim multifariam opprimi naturam, à causis morbificis.

3 Nam arte quadam interrogandi sunt ægri.

4 Id est, examinari singulæ functiones corporis debent: animales, quæ in capite naturales, quæ in hypochondriis; vitales, quæ ex deliquio animi innotescunt. excrementa, & corporis accidentia.

5 Materiæ refluxu.

6 Vt inæquale videatur dextrum à sinistro: vide Prognostica, vbi ait, Tumor in hypochondrio durus & dolorificus (tensione & feruore ab affluxu sanguinis) pessimus quidem est, si totum occupet hypochondrium (nam ob difficultatem curandi, & symptomatum vim, & partis principatum incurabile) alioqui dextræ partes inflammatæ sinistris formidabiliores. lethalis ob easdem causas. nam ibi hepar stabulatur. Et anteà dixerat: Hypochondrium optimum est doloris expers. (nam integra viscera denotat & vacuitatem plegmones.) & dicit, molle (id enim non scirrho nec plegmone tentatur.) & dicit, æquale (id est, carnosum æquali mole & succiplenum.) Quodsi (dicit) incendio conflagrârit, aut doleat, aut distentum sit, aut dextra inæqualiter sint affecta erga sinistra (vt duritie, calore.) Hæc cuncta, dicit, vereri oportet.

7 Per os enim, vbi corpus non est meabile, cum molestiâ pharmaca dantur. Nam succi nec pharmaco trahenti, nec naturæ expellenti cedent. Tria enim ad felicem purgationem necessaria: meatuum libertas; naturæ integritas; ac succorum habilitas.

8 Vt sit flatus expers. sitque ὑδαρὲς, vt peruadat, dixit primùm, videndum an caput βάρος habeat: quod si à pituita, melicratum à melle iuuat.

9 Exhaustis spiritibus vitalibus.

10 Quod in omnibus acutis salutare est.

11 Argumentum exhausti seri succorum corporis, à flagranti æstu. nisi à victu (vt prunis, granatisve, aut à leporina carne) id fuerit.

12 Vt si non sit præliquida, ita vt nec progresso morbo crassescat: quod indomitæ cruditatis argumentum est. aut albida (ab obstructis mezarthaicis intercepta distributione, vel phlegmonoso ab hepate: vel obstructo folliculo fellis: aut aliò translata bile) aut pallida (cruditate) aut prærubra (resoluto hepate, vel bilis sinceræ copia) vel spumans, à calore, aut flatulento spiritu: vt notauit Hippocrates 2. Prognostico. vt & alia ibi.

13 Ex peculiari cuiusque natura.

14 Quia imparibus cùm mouentur diebus, imparibus iudicantur.

15 Nam septimi index est quartus. & iam tertia die paroxysmus incubuit; (non secunda.) ergo par fuit vt quintus dies, non autem quartus. hanc paroxysmi incursionem excipiat. vnde irritari premíve maximo malo naturam, indicat hæc quarti diei exacerbatio, sique accesserit nigra deiectio, calamitatem denunciat.

16 Sunt variæ ideæ nigrarum excretionum. Vna est veluti fæx & limus sanguinis: & dicitur humor melancholicus. Altera est colore nigra aut fusca, pellucida, sapore acida; in terram effusa eam subigit; dicitur atra bilis. Prioris excretio prouenit resoluto à liene, non potente secernere illum humorem à sanguine, ob copiam succi melancholici: Posterioris excretio euenit; cùm incendio, febrili bilis abripitur in æruginosam, & deinde in atram, vt in Philiste. Funesta talis est excretio: nam atra bilis nulla parte excerni potest, bonis ægri rebus. Omnis enim humor sincerus est malus, vredine absumpto sero.

17 Vt non sit modò fusa, modò figurata: sed eadem idea perseueret. Et vt loquitur 2. Prognost. Quæ eodem tempore, quo sano olim secedit seu fertur. Nam æquale & simile, ab eadem alteratum facultate; æqualia copia, similia qualitate excrementa gignit,

gignit, pari tempore colligit, eodemque temporis tractu excernit. Quare hinc significatio adfertur, trium facultatum aluinarum restibile robur in coquendo, retinendo, & expellendo.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LVIII. Ὁκόταν ὁ 1 μὴ ὑπερκύψῃ τῇ βαλάνῳ, 2 ἐνῇ δὲ τὸ πνεῦμα ἄφοδον, διανοεῖσθαι δεῖ τὸ ὀφέστεον, ἢν αὖτε ἐν τῇ κοιλίῃ 3 ἢ ἀλυγίῃ ἐὼν πάντα ὁ ἀνὴρ ὁκόταν φορέῃ τὸ καταγελᾶν, ἢ τῇ χειρὶ νύζῃ καὶ ἀρχὰς, ὧδε μὲν ἐστιλίου φορέοντος ἐόντος ἰσχνοῦ.

LVIII. *Cùm verò balano* 1 *aluus non cesserit,* 2 *respiratioque quieta fuerit, surgensque aeger ad sedem, vel dum in lecto est,* 3 *animi deliquio affligatur: si haec aegro vel aegrae ineunte morbo adfuerint, delirium adfore expecta.*

COMMENTARIVS.

1 Quòd metastasi bilis feratur aliò.

2 Ita nimirum vt magnum & rarò respiret in maxima febre: nota erat delirij: nam est sui immemor. Qui ab aliqua parte dolent, & dolorem non sentiunt, his mens ægrotat.

3 A pravis succis ad viscera translatus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LIX. Περσίχῃ ὁ χεὶρ ἐν τῇσι χερσὶν· ἰὼ ὦ 1 δομεραὶ ἐόντες προσδέχε τὸ τοιῷδε 2 ἀπὸ ταχέως αἵματος διὰ ῥινῶν ἐσπήδων.

LIX. *Obseruare quinetiam oportet manus:* 1 *quae si tremebundae fuerint, huic* 2 *subsilium sanguinis narium futurum expecta.*

COMMENTARIVS.

1 Si ita contremiscant morborum initiis, sine vlla causa exolutarum virium, sanguinis copiosa detractione non rarò curantur, tametsi omnis tremoris natura in virium imbecillitate consistit. Sed imbecillitatis causa eum iudicatur oppressio, à suppressione nata, cuius proprium est remedium euacuatio. Sicut notauit Galenus in Pythione, qui febris initio manibus contremiscebat. Idem qui faciet affecto iam morbo, fractisque iam viribus, ægrum exitio dabit. Tenenda igitur imbecillitatis causa, priusquam de ope ferenda statuas.

2 A raptu sanguinis sursum, vnde delirium: si tremor accesserit manuum, conatum naturæ denotat aliquid molientis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LX. Ὁρῶ ὁ χεὶ αὐτὸν τὸν μυκτῆρας ἰὼ ὠμὸν τὸ πνεῦμα ἐκ ἀμφοτέρων ἴεντα, καὶ ἰὼ πολὺ φέρεσθαι ἐκ τῆς μυκτῆρος, φιλέῃ γίνεσθαι ἀπαζιῶσ· ἰὼ ὦ ἀπαζιῶσ ἦν τα, τῷ τοιῷδε 2 ὄνασθαι ⊙ προσδέκεσθαι ὡς κακὸς ἐκ ἀφέξεται.

LX. 1 *Nares etiam contemplari oportet. nam si per vtrasque spiritus aequali filo trahatur, & si plurimus spiritus ex ipsis efferatur, conuulsionem adferre solet: quae si fiat, huic expectanda* 2 *mors est: quam praedicere pulchrum fuerit.*

COMMENTARIVS.

1 Conuulsio itaque in musculis mouentibus pinnas narium, lethalis est: imo cymbam is Charontis premit. significat enim haec conuulsio summam necessitatem euentandi calorem: summamque imbecillitatem in morbis acutis.

2 Nam cùm plurimus spiritus natibus hauriatur, summum incendium corde conceptum denotat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXI. Ἢν ὁ ἐν πυρετῷ 1 χειμεσίνῳ ἢ γλῶσσα τραχεῖα ᾖ, καὶ ἀλυγέα ἐνέωσι, φιλέει τῷ τοιῷδε καὶ 2 ἐπαύεσθαι ἔξ τὸ πυρετὸ· ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε προφυλάσσειν τῇ 3 λιμοκτονίῃ, καὶ ὑδατοποσίῃ, καὶ μελικρήτῳ πόσει, καὶ χυλοῖσι· ὧδε φυλάσσεσθαι· μηδὲ πιστεύειν τῇ ἀνέσει τοῦ πυρετοῦ· ἦσι οἱ τὰ τοιάδε ἔρδοντες 4 σημεῖα, 5 ὀπίσω δ' ὦσι εἰσὶ θανάσιμα. Ὁκόταν ὁ τοῦτα σημεῖα ᾖ, ἦν μὲν ἀφελέσθαι, δὶς ἢ τρὶς ἀφαιρεῖσθαι, δεήσεται εὖ μάλα.

LXI. *Quodsi* 1 *hyemali in febre lingua aspera reddatur, prehenderitque animi deliquium, huic etsi febris remissio esse consueuerit, tamen hunc in* 3 *absoluta inedia seruari dicet, & aquae melicratique potione ac succo ptisanae: neque fidendum remittenti febri; quod quibus talia adsunt* 4 *signa, mortis in* 5 *discrimine versentur. Cùm autem haec bene animaduerteris, optimeque noueris; ita euenturum esse, si tibi placuerit, praedicere poteris.*

COMMENTARIVS.

1 Ex magna causa enata, vel bile: vel putrescente pituita.

2 Remissionibus enim cum signis pravis nulla fides esse debet. nam à triumphato calido natiuo haec falsa alcionia.

3 Si vires ferant: alioqui etiam qui plurimis diebus oxymelite & talibus vtuntur, in absoluta inedia teneri videntur.

4 Lingua enim aspera, validum incendium denunciat visceribus conceptum: & hyeme, id est, non ex leui causa.

5 Nam spasmus ab exhausto, lethalis est.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXII. 1 Ὁκόταν δ' ἐν πυρετοῖσι φοβερόν τι ᾖ 2 παραπλῆξαι ἐοῦσιν, ἢ κοιλίη 3 ἐξαίφνης ὑγρὰ διαχωρέειν, καὶ 4 ἀλυγίη γένῃ, ἢ ὄμματα ὀπίσω ἕλκεσθαι, ἢ ἀπαζιῶσθαι γένηται, ἢ 7 λυμαίνεσθαι, ὅτι πίοντα 8 ἀσώδης φιλέῃ γίνεσθαι καὶ ἀεὶ καταφέρειν καὶ μετεωρίην 9 ἰδρῶτες καὶ ἀυχένα ὀδυνᾶσθαι ὁ κεφαλῆς· οἱ ὦ τοῦτα πάσχοντες θᾶσσον ἀφυσιοῦνται ὧδε ἢ μακρῷ.

LXII. 1 *Quum autem per febres* 2 *quinto die terrificum quid euenerit, vel venter* 3 *subitò liquida dejecerit, ac* 4 *animi deliquium inciderit, vel* 5 *vocis expers reddatur aeger, vel* 6 *conuulsionibus tentetur, aut* 7 *singultus, ab his* 8 *molestè iactari solebat: &* 9 *sudores circa mystacem tum frontem, tum cervicem ponè caput apparere solent. Qui ita afflictantur, ante beloſi non multo post moriuntur.*

COMMENTARIVS.

1 Quasi dicat, si syndrome cunctorum signorum mala, nec vllum bonum signum apparcat, mortiferum: prostratis omnibus praediis vitæ. vnde haec symptomatica excreta.

2 Nam quinto die rarò salutatis excretio euenit.

3 Cùm antè nulla signa ad tempus vel speciem crisis præcesserint: vnde addit ἐξαίφνης. Nihil enim rectè fit, quod antè significatum non fuit.

4 Quod dysphoria consectaria euacuationis, eius bonitati non subscribat.

5 Prostrata exoletáque vi spirituum animalium.

6 Ab exhaustu in perennitate febrili.

7 Ab acerrimo succo & fœdo, ventriculo concepto, vel à pravis vaporibus ventriculum (qui aphthodes per graues febres redditur,) irritantibus. Remediari huic calamitoso tædio solet puppa ex scripulo seminis anethi, & papaueris potui immissa.

8 Id est, ad mortem vsque vexari ab his solebat, nec vllam quietem inuenire possunt.

9 Miliares ac frigidi: extincto calido natiuo, ac resoluta vi corporis retentrice. vnde alimentalis mador ex carnibus manat teneribus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXIII. Ὁκόσοισι ὁ ἐν πυρετοῖσι τὰ σκέλεα ἀλγήσεται 1 φυματώδεα, καὶ ἐπιγενήσεται ἢ ἐπὶ ἑώντων ἐν 2 πυρετοῖσιν, καὶ * ἀφαιρέσοι πυώδεος ἐὸν φάρυγγι· 3 ἰσχνῶν ὁ ἀνὴρ φάρυγγα, καὶ ὠμὸν πεπάνεται, ἀλλὰ σήψεται, φιλέῃ τὸ τοιοῦτο 5 αἷμα ἐπιγενήσεσθαι· ἢν ὦ μὴ μαλθακὸν ᾖ, πολὺ ῥεῖ, λύσει σαφανῆ τὸν νοῦσον· ἰὼ ὦ μὴ μακρόν. Ὁκόσον δ' ἂν 5 ἔλαττον ῥεῖ τοσοῦτο χεῖρ

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 356 sur 513

χεῖρες ἢ μῆκος. 6 εἰ δέ τ' ἄλλα ῥᾴστα γίνηται, προσδέχεσθαι πρὸ τοιῶνδε, ἐς 7 πόδας ἀλγήματα. ὧν δ' ἄνευ τὰ ποδία, ἢ 8 ἐπιδιώκοις γλυκύδυμος ἀφραίνει, πνευμονικὸς γλυκύδυμος, καὶ μὴ λυθῇ, καὶ σμικρὸν πάσῃ καὶ ἐς 9 αὐχένα ἀλγήματα, καὶ ἐς ὠμοπλάτας ἢ ἐς ὦμον ἢ ἐς ἄρθρους. 10 Καὶ τούτῳ δείκνυσι φυμάτων γλυκέων. Σφυγμῶν δὲ τοιούτων, ἢν αἱ χεῖρες 11 ἐφίλκωνται, ἢ πύουσι γίνονται, ἢ ἀπαλλαγὴ νέῃ ἢ 12 διαφορώσιν. 13 Ἀτὰρ καὶ 14 φλυζάκιά ὅτι πλὴν ὀφρύων, ἢ ἐρυσήματα ἴσχει, ἢ βλέφαρον τὸ ἕτερον φλεγμαίνει τὸ ἕτερον φλεγμαίνοντι, ἢ σκληρὴ φλεγμονὴ κατέχει. Καὶ εἰδέναι ἰσχυρὸς ὁ ὀφθαλμὸς, ἢ διαφοροῦσιν μέγα ὀπαδιδοῖ. αἱ δὲ 15 νύκτες μᾶλλον ὀπισημαίνουσιν, ἢ καὶ ἡμέραι, τὰ ἀεὶ πλὴν παραφορσυνίου. τὰ δὲ σημεῖα μᾶλλον γίνεται πολλὰ ὅτι μὴ 16 ἄριστον ἀριθμῶν, ἢ ὅτι μὴ ὄψιον. Ὁκοτέρῳ δ' ἂν τούτων τῶν ἀριθμῶν γίνηται, 17 ὀλέθρου ὑπογύου.

LXIII. *Quibus per febres crura* 1 *phymatibus obſidentur, & his cunctantibus,* 2 *febre etiamnum implicitis, pepaſmum non aſſequantur, faucibuſque* 3 *minimè tumentibus ſuffocatio irrepſerit, nec maturuerint, verum euanuerint* [*phymata*] *his* 4 *profluuium narium euenire aſſuenit: quod ſi liberali manu effundatur, morbi ſolutionem denotat: ſi non copioſè fluxerit, morbi prolixitatem: quo autem acciſius parciuſque efflUxerit, eo deteriùs prolixiuſque euadet malum.* 6 *Sin autem & alia mitia fuerint,* 7 *pedum dolores huic ſunt expectandi. qui ſi pedes inuaſerit, &* 8 *perennet in pede dolor, plegmonéque occupetur, nec ſoluatur, paulo poſt cerui cem dolores peruadent,* 9 *clauiculamque & humerum, & pectus, articulúmque.* 10 *Atque huic phymatoſum eſſe longè præſtaret. His autem extinctis ac euanidis, ſi manus* 11 *contrahantur vel tremula euadant, ſpaſmus &* 12 *delirium hunc prehendit.* 13 *Præterea* 14 *phlyctena & rubores ſupercilia occupant, & palpebrarum altera ad alram abit, duraque prehendit phlegmone. oculus etiam in tumorem validè attollitur, ac delirium creſcit eundo,* 15 *nocteſque potius quàm dies delirium proferunt. Maximè verò ſigna ſe produnt* 16 *imparibus diebus, magiſque quàm paribus. Verùm vtrolibet horum numerorum appareant,* 17 *lethalia ſuperueniunt.*

COMMENTARIVS.

1 A cacochymia praua.

2 Ita vt nullam ideam criticam præſe ferant phymatoſa crura; cum nullam febris remiſſionem adferant.

3 Tranſlatione ſymptomatica eò, ad muſculos proprios laryngis: qui cùm ſynanchen faciunt, ita laryngem opprimunt, vt necaërem illa, nec œſophagus cibum admittere poſſit.

4 Rapto ſanguine in cerebrum.

5 Nihil enim paucum criticum eſſe poteſt.

6 Si ſynanche illa abſit, & ſigna criticæ hæmorrhagiæ.

7 Abſceſſus ſpes eluceſcet.

8 Si in partem non capacem amotionem moliatur malum, palindromen experiri ſolet, ad primarias partes.

9 Parte non capaci, ruit aliò materia.

10 Cùm enim ſerum ſanguinis maximè contaminetur in praua illa cacochymia; ad cutem ſponte naturæ excludi ſolet: eáque reuulſione, à viſceribus pernicies auertitur.

11 Rapta fœditate in cerebrum; vnde iniuſta fit muſculorum tractio, afflictis neruis.

12 Abalienato cerebro, materiæ praua peruaſione.

13 Et facies etiam argumenta trahit, denunciatque afflictum cerebrum: propiùs enim ab eo abeſt.

14 Φλυζάκιον eſt puſtula, bullæ in modum ab igne excitata.

15 Nam intùs tunc coguntur ſpiritus & vapores.

hos de nocte vigilare præſtat, & interdiu dormire; reuulſionis ſanguinis cauſa ad periphetiam. nam lucem vt ſequuntur, ita fugiunt tenebras ſpiritus.

16 Nam plerumque morbi acuti imparibus mouentur diebus.

17 Quia iudicatoria non iudicantia, ad mortem vel ad deterius apparent. ſpaſmus, delirium hîc ſymptomata ſunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXIV. Τοὺς τοιούτους δεῖ, ἢν μὴ ἐξ ἀρχῆς φαρμακεύειν προσαρῇ, 1 πρὸς τὰ πέμματος, ἢν 2 βορβορύζῃ ἢ κοιλίη· ἢν δὲ μὴ, ἐᾶν 3 ἀφόρμακτους εἶναι. ἢν 4 δὲ διαβορβορύζῃ, καὶ τὰ ὑπεχωρήματα 4 χολώδεα ᾖ, * 5 σκαμμωνίῃ ὑποκαθαίρειν μετρίως· τὴν δ' ἄλλην θεραπείην ὡς ἐλάχιστα προσφέρειν, ποτοῖσί τε καὶ σιτίοισι· ἵνα 6 βέλτιστος ἔχῃ, ἢν μὴ ὑπερβάσι τοῦ 7 τεσσαρεσκαιδεκάτου ἐπιόντος.

* σκαμμωνίῳ

LXIV. *Hos ſi ab initio purgandos eſſe exiſtimaueris, id* 1 *ante quintum peragas, ſi* 2 *borborygmis venter tenetur; ſin minùs,* 3 *à pharmacis liberi ſint. Si verò borborygmus adſit, & deiectiones fuerint* 4 *bilioſæ* 5 *ſcammonia modicè purgato. Quantum verò ad reliquam* [*qui aliis diebus fiet*] *curationem attinet, quamminimè porriges tum potus, tum ſorbitiones, quò* 6 *melius ager tranſigat, niſi* 7 *decimum quartum diem fuerit egreſſus.*

COMMENTARIVS.

1 Si quid mouendum, initiò moue.

2 Quòd natura & humor viam affectant, per loca lege naturæ conſentanea, eò ducendus: & ſi turgeat initio, excludatur.

3 Vt cocta materia excernatur.

4 Dum enim talia ſunt, etiam in dyſenteria, excludenda.

5 Quo natura & humor viam affectat; per loca conuenientia, duci debet.

6 Ne à coquendi munere auertatur natura. & ea quæ cruda adhuc ſunt, non commodè educuntur.

7 Iam decimoquarto celebrata criſi: quo id quod reſtibile eſt fœditatis excludatur, ne rediuiua vi recrudeſcat malum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXV. 1 Ὁκόταν πυρέσσοντι τεσσαρεσκαιδεκαταίῳ ἐόντι ἀφωνίη προσγένηται, ὁ φλὲψ * λύσις τοιῆδε, ἢν ἀπαλλαγὴ τῇ νοσήματι γένηται, ἀλλὰ 2 χρόνιος τοῖσιν τοιῶνδε σημείοις· ὁκόταν δὲ φανῇ ὅτι τῇ ἡμέρῃ ταύτῃ, 3 μακρότερος συμπίπτει.

* ἥκειν

LXV. 1 *Cùm febre detento, die decimoquarto obmutescentia oborta fuerit, tantum abeſt vt morbus ſubitò ſolui tum diſcedere ſoleat, vt etiam* 2 *diuturnitatis indicium præbeat. Cùm ergo eo die aphonia inuaſerit,* 3 *morbus protrahitur.*

COMMENTARIVS.

1 Quia iudicatoria non iudicantia ad deterius apparent: dies 14 eſt iudicatorius. quare ad malum ſi fiat eo die ſignificatio, certæ malitiei & difficultatis ſymbolum erit ab oppreſſione partium ſpirabilium, & motuum authorum ſpirituum.

2 Si quæ bona ſigna ſe remiſcuerint: nam ſi mala, illicò morietur.

3 Nam nihil peius naturam deprimit, quàm niſus ad victoriam irritus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXVI. Ὁκόταν δὲ πυρέσσοντι 1 τεταρταίῳ 2 γλῶσσα ἑκτεταραγμένα διαλέγεται, καὶ ἡ κοιλίη 3 χολώδεα ὑποχωρέει ὑγρά, 4 φιλέῃ παραληρεῖν ὁ τοιόσδε· ἀλλὰ χρὴ φυλάσσειν παρεπόμενον 5 τοῖς ὑποκαίουσι.

LXVI. *Cùm febrientis lingua* 1 *quarto die* 2 *turbata loquitur, venterque liquidis &* 3 *biliosis fertur, talis* 4 *delirare conſueuit. ſed caute obſeruandum* [*ſem-*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 357 sur 513

per] quid, 5 quibus [signis] euenientibus consectarium esse soleat.

COMMENTARIVS.

1 In acutis quartus, est index septimi: quare tunc periculum fore denotat.

2 Delirij nota.

3 Eliquatis succis.

4 Quòd cerebrum nimio æstu percellitur.

5 Id est, quid symptomaticè eueniat: num signa pepasmi præcesserint.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXVII. 1 Θερινῆς καὶ μετοπωρινῆς ὥρης ὅταί τι ἡμὶ ὀξέων, αἷμα ἰσχῷ 2 ὑπόστασις ἐξαπίνης, 3 συλλογίλιον καὶ πολλὸν φλεγμαίνων καὶ τὰς ὀλέθους ὀλιζεῖ, καὶ εἰς τὸν ὑστεραίον 4 λεπτῶν ὑπόφασις καὶ λιὸ ἀκμάζῃ τῇ πλείστῃ, καὶ τὸ σῶμα * ἐν γυμνασίῳ, ἢ εὐσυρκωτῷ ἔχῃ ἢ μελαγχολικὸς, ἢ ἐκ πόσιος χεῖρες 5 τρεμεραὶ, κἠλῶς ἔχῃ ἢ ἐξαφρονίλιν παρεσκευῆν, ἢ ἀπασμόν.

* ἐν γυμνασίοις.

LXVII. *In acutis morbis quod subito incidit sanguinis 1 substillum, æstate & 2 autumno. 3 densitatem ac crassitiem tunicarum venarum, ac earum inflammationem significat, & quòd mox postridie 4 tenue lotium apparebit: & si ager ætate florida fuerit, corpusq; exercitiis assuetum; vel succi plenus si sit, vel si melancholescat; vel si ex potatione manus 5 tremulæ fuerint; prudenter delirium vel spasmum prædices.*

COMMENTARIVS.

1 Nihil enim paucum est criticum. fractæ naturæ indicium, aut densitatis vasorum, vel crassioris sanguinis.

2 Fluxo meabilique sanguine, ob bilis copiam, & aëtis calorem.

3 Συστολὴν, id est, densitas vasorum vel substitli sanguinis causarum multitudinem, cõcursum ac inter se contentionem significat, vel firmitatem & intensionem. Cùm hæc ita inter se coalescunt, vt sanguinis cursum remorentur & impediant. Talia sunt, vt naturæ imbecillitas, sanguinis crassitudo & vasorum densitas.

4 Crudi tatis ab oppressione calidi natiui, aut metastasis soboles.

5 Rapto sanguine in caput.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXVIII. Καὶ λιὸ ἢν ἐν αὐτίκοιν ὀλιγίστοισι, τελεώτερον ἐν κρίσει ἢ ἐλάσσιον, ὧν μὴ πολὺ ἄλις * ἐπαυξῆσαν αἷμα ἐξόδους ποιήσεται τῆς πλευσίος καθ' ῥῖνας, ἢ καθ' ἕδραν * ἐμποιήσασα, ἢ 2 μετασάσεις, ἢ ὑποχόσεις, ἢ πόνους ὑποχονδρίων, ἢ ἐς ὄρχεις, ἢ ἐς σκέλεα. 3 περὶ δὲ τῶν τιτθέων, ἔξοδος γίγνεται πλυσίων, παχέων 4 ἐρεων, ἢ λευκῶν, λευκῶν.

* ὑποσυθὲν * ἢ ἐμπυήσεις

LXVIII. *Si tamen hæc imparibus diebus euenerint, 1 melius. Attamen in crisi calamitosum id, nisi copiosus confertim sanguis exiliens, plethoræ exitum fecerit per nares, vel per sedem, vel 2 translationes, vel abscessum, aut hypochondriorum dolores, aut ad testes, vel ad crura fecerit. His 3 mitigatis fit via sputis; 4 urinæque fluunt crassæ, læues, & albæ.*

COMMENTARIVS.

1 Ita vt indicatoriis appareant.

2 Ad hypochondria, testes, crura. μετάσασις fœcunda est nouis paroxysmis & doloribus: nouóque pepasmo opus est.

3 A plena crisi: in qua dolores & paroxysmi cadunt: omniaque tædia euanescere consueuerunt.

4 Quia cùm nouo iteratoque pepasmo opus sit in metastasi: hunc indicat urina, cum iam hac idea appâret; vt & expectoratum.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXIX. Πυρετῷ 1 λυγγώδει 2 ὑπὸ σιλφίου, 3 ὀξύμελι, δαύκου τέλμας, πεῖν δίδε, ἢ χαλβάνῃ ὀλίγῃ ἐν μέλιτι, καὶ κύμινον ἐπιπάσσειν, καὶ χυλὸν πλοσσίνης δὲν τούτοισι 4 ἐφιέναι. Κρυσῷ δὲ ὁ τιθύμος, λὰ μὴ ἰσχνοὶ κρίνοιεν, καὶ ὕπνοι 5 ὠμοὶ ὀλιγίστοι γίνονται. Καὶ ὅρα ὁ παχέα καὶ ὀλιγίστα κατιὸν ῥάμνῃ, ἢ εἰς ὑποχόσιν τρέπῃ.

LXIX. *Febricitanti ex febre 1 singultuosa 2 laser, 3 oxymel, daucum tritum, propina. & galbanum ex melle, & cyminum in linctu, & ab his ptisanæ succum 4 sorbendum. Talis autem nequit euadere, nisi critici effundantur sudores, & somni 5 non interrupti obrepserint: Vrinæque effluxerint 6 crassæ & acres, aut in abscessum firmetur morbus.*

COMMENTARIVS.

1 Ex stomachi motu conuulsifico. ex praua flatulentaque materia ventriculo concepta.

2 Ὀπὸς, καὶ ἐξοχλὼ dicitur, Latinè laser, id est, laserpitii, id est, silphii succus, dicitur & succus Cyrenaïcus, ex Cyrene.

3 Id est, quæ abstergunt immmissa ventriculo.

4 Hîc ad singultuosum hoc symptoma maximè collineat. nam hoc acerba vi calamitosum esse solet.

5 Maximam calamitatem auertit somnus; mitigatque omnem fœditatem crudam.

6 Quæ causam morbificam excludant.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXX. 1 Κύκλῳ δὲ ἢ ζωμὸν σκιλλῶν πίνειν ἢ τοῖσι τοιούτοισι ὀξύμελι δίδου 2 ὡς ἐλάχιστον. 3 LXXI. Ἢν ἢ δίψαδες ζωφόδρα ἐῶσι, τῷ * κριθίνῳ 4 ὕδατι.

* χυλῷ

LXX. 1 *Nucis pineæ nucleus & myrrha in eclegmate exhibentur. bibantque oxymelitis 2 perquam exiguum 3.* LXXI. *Quodsi validâ siti premantur, 4 aquam bibant hordei.*

COMMENTARIVS.

1 Hi nucis pineæ nuclei dicuntur Dioscoridi, πιτυίδες, 1. lib. 88. & à Mnesitheo apud Athenæum lib. 2 ἀρσαλίδες: Sic etiam πιτύϊ οἱ κῶνοι, & πιτύϊνα κάρυα ex Alexandro Myndio & Diocle Carystio. Κόκκαλον etiam ipsam nucem pineam significat, quæ & κῶνος & στρόβιλος dicitur, vt dicit hîc Galenus.

2 Nam singultui acetum inimicum est.

3 In apostematibus thoracis, dicit hîc Galenus, hoc vtuntur eclegmate: accipiunt nucem resinâ pinguem pineam, coquunt cum recenti marrubio. Mox decocto mellis modicum miscent; coquuntque iterum, donec mellis accipiat crassitudinem. immittunt interdum myrrham, & cætera talia remedia.

4 Id est, ptisanam Gallorum: vel tenuem Belgarum cerusiam dare licet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXII. Τὰ δὲ πλευμονικὰ καὶ πλευριτικὰ ὧδε χρὴ σκοπέειν. Ἢν 1 ὀξύς τε ὁ πυρετὸς ἢ, καὶ τὰ διαλείμματα τῶν πλευρέων ἢ τὰ ἕτερα ἢ καὶ ἀμφοῖν, καὶ τὸ πνεύματος ἄνω φερομένου, διὰ 2 πόνον, καὶ βῆχες ἐνεῶσαι, καὶ πτύσματα ἀνίη πυῤῥὰ ἢ πελιὰ, ἢ καὶ λεπτὰ καὶ ἀφρώδεα καὶ 3 εὐθηρὰ, καὶ εἴ τι ἄλλο διαφέρει ἔχοι παρὰ τὰ μεμαθηκότα τύπτειν, ὅτῳ χρὴ διάγειν.

LXXIII. Ἢν ἢ ἐδωδὴ ἄνω πεφύκῃ φέρειν κλυσίδα, ἢ ὀθόνιον ἀνιέναι, ἢ βραχίονα, τέμνειν χρὴ πρὸ 4 τοῦ βραχίονος φλέβα τὴν ἐπὶ τὸ, ἐφ' ὁκότερον ἂν ἢ ἢ ἀλγέουσα μερέων, καὶ πάλε.

LXXII. *Peripneumonica & pleuritica mala ita obseruanda. Si 1 febris acuta adfuerit, & si dolores lateris alterius vel vtriusque adfuerint, sique ager in ea quæ sursum fit animæ elatione 2 affligatur, & tussis adsint, & expectorata procedant ruffa aut liuida, vel & tenuia & spumosa & 3 florida: & si quippiam eximium præter hæc quæ eis consueta sunt habeat; Hunc ita transigere oportet.* LXXIII. *Quodsi dolor, suprà vrgens ad iugulum peruenerit, vel circa mammam vel brachium, 4 venam brachij internam secare oportet, qua dolor affligit parte.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 358 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Vt à flatibus & catarrhis distinguat; quæ latetis etiam dolorem, fotibus placandum, adferre solent.

2 Punctili dolore fatigetur, à membrana tensa pleuritica, & pulmonica.

3 Id est, valdè cruenta & rubra.

4 Ad declinationem causæ antecedentis, & ad amotionem coniunctæ axillarem, internam, id est, basilicam secabimus: quæ statim oritur à cauæ venæ sectione. vide 2. ac. 10.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXIV. Ἀφαιρέειν δὲ χρὴ τὸ αἷμα καὶ ἧσσον, καὶ ἧσσον, ἢν λιπόψυχος, καὶ 1 χρῶτα· 2 πλέον, καὶ θαρσέων, ἢν δέῃ τὸ ἄλγημα ᾖ, ἀναιρεῖν ἀρξὶς λειποψυχίης. LXXV. 3 Ἐπεῖτα κατακλύζειν μὴ τῆτε.

LXXIV. *Sanguinemque auferes prout fuerit corporis habitus, anni tempus, ætas & 1 color: 2 copiosè & audacter, imò ad animi vsque deliquium, si dolor acutus adsit.* LXXV. *3 Clysma posteà iniicies.*

COMMENTARIVS.

1 Si virtus par fuerit, fluat sanguis dum colorem vertat. ex 2. ac. 10.

2 Acumen doloris quidem suadet validam euacuationem: vt ea accidatur causa doloris, quæ est sanguis qui membranam tendit: sed viuendum num eam copiam admittat virtus, ætas, plethora, communis ægri natura in habitu duro densoque adeò, vt non facilè exhauriatur perspiratione. adde anni tempus, & aëris constitutionem moderatam; & regionem.

3 Id est, à phlebotomia id ages: ignauescente aluo. Non ergo semper aluus tentanda ante euacuationem aliam. nam acumen mali, præcepsque fluxus moram nonnunquam negat sectioni venæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXVI. Ἢν δὲ κατὰ κῆτος θώρακος τὸ ἄλγημα ᾖ, καὶ σιωτένῃ λίην, τοῦ πλευρητικοῦ τοῦ 1 κοιλίην κατοχθίσαι. μετὰ δὲ τοῦτο τῆς καθάρσιος, 2 μηδὲν δίδου. μετὰ καθάρσιον δὲ 3 ἐξύμελι. Φαρμακεύειν δὲ 4 τετράτῃσιν· πρὶν δὲ ἐξ ἀρχῆς τρεῖς κατακλύζῃ. κἢν 5 μὴ κορέσῃ, ὅτεως κατοχθίσαι. φυλακὴ δὲ ἕως 6 ἀπυρίτου καὶ ἐσθίωσι. ἔπειτα λῦε ἀσφαλὲς ἐὸν φαίνεσθαι· οὕτω χυλῷ ὀλίγῳ, καὶ λεπτῷ τὸ φῶτον, καὶ 7 μέλιτι μίσγον δὶς τοῦ. Ἢν δὲ ἀναίνηται 8 ῥηϊδίως, καὶ εὔπεπτον ἢ καὶ ἀνωδυνώτερον ἢ τὰ πλευρά, χρὴ σμικρὸν πλεῖόν τε καὶ πλείοσι ἢ δὶς τῆς ἡμέρης.

LXXVI. *Si verò ægrè à sputo liberatur, parcè potum exhibebis, parumque sorbitionis, atque succum tenuem semel tantùm propinabis: idque tunc, 2 cùm meliusculè degit ager; quod ex vrinis comperies. Neque in huiusmodi morbis sorbitionis vsum ager inire debet, priusquam lotium vel 3 expectorata pepasmi benignitate mitigata conspexeris. Quodsi à pharmaco frequenter deieceris, 4 parum quid ac tenuius exhibebis. Non enim 5 poterit præ vacuatione somnum inire, nec ritè 6 cibum mitigare, nec crises sustinere. Sed vbi cruda colliquata fuerint, & quæ resistunt abiecerit; 7 nihil erit quod amplius reniti poterit.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, si expectoratum non commodè procedat, parca manu pastum ineat: ne vertatur natura à pepasmo ad pepsin.

2 Ne impurum in ventriculum infundamus quid puri alimenti: nam cortumpetur: in morborum autem insultibus circa præcordia reflui omnes sunt succi. Sed cùm calor in pedes descendit, tunc dabimus cibum.

3 Tunc enim robore opus est: quo natura iam triumphatam materiam excludat.

4 Metu fractarum virium.

5 Anathymiaseos inopiâ.

6 Itaque parum dabimus: exhaustis spiritibus vi pharmaci.

7 Opibus suis spoliata natura.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXVII. 1 Ἢν δὲ μὴ ῥηϊδίως * ἀπαλλαγῇ, ἐλαιοῦν τε τὸ πόμα, καὶ τὸ ῥόφημα ἰλαρὸν, χυλὸν λεπτὸν, καὶ ἅπαξ. Ἐν ἑκατέρῃ δὲ ἀρτῇ 2 βέλτιον διδόναι, χρώσῃ ᾗ ὅτι ἥδιστον. δεῖ δὲ ῥόφημα προσφέρειν τοῦτον ὅτε ἂν ἧσσον πυέσσεται μὴ φεύγειν, ἢ πέπονα τὰ ἄκρα, ἢ 3 πλύσματα ἴδῃς γιγνόμενα. Ἢν δὲ φαρμακευθεὶς συχνὰ καθαρθῇ, 4 ἀναλήψιος διδόναι, ἐλαιοῦν δὲ καὶ λεπτότερον. Οὐ γὰρ δυνήσεται ὑπὸ κενεαγγείης 5 ὑπνώσσειν, οὐδὲ 6 πέσσειν ὁμίλως, οὐδὲ τὰς κρίσιας ὑποδέχεσθαι. Ἀλλ' ἐπειδὰν ζωπύρησι θῶμα γλῶσσαν, καὶ τὰ ἀντέχοντα ὑποδύλλῃ, 7 ἀνδάνει ἤδη.

LXXVII. *Si verò ægrè à sputo liberatur, parcè potum exhibebis, parumque sorbitionis, atque succum tenuem semel tantùm propinabis: idque tunc, 2 cùm meliusculè degit ager; quod ex vrinis comperies. Neque in huiusmodi morbis sorbitionis vsum ager inire debet, priusquam lotium vel 3 expectorata pepasmi benignitate mitigata conspexeris. Quodsi à pharmaco frequenter deieceris, 4 parum quid ac tenuius exhibebis. Non enim 5 poterit præ vacuatione somnum inire, nec ritè 6 cibum mitigare, nec crises sustinere. Sed vbi cruda colliquata fuerint, & quæ resistunt abiecerit; 7 nihil erit quod amplius reniti poterit.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, si expectoratum non commodè procedat, parca manu pastum ineat: ne vertatur natura à pepasmo ad pepsin.

2 Ne impurum in ventriculum infundamus quid puri alimenti: nam cortumpetur: in morborum autem insultibus circa præcordia reflui omnes sunt succi. Sed cùm calor in pedes descendit, tunc dabimus cibum.

3 Tunc enim robore opus est: quo natura iam triumphatam materiam excludat.

4 Metu fractarum virium.

5 Anathymiaseos inopiâ.

6 Itaque parum dabimus: exhaustis spiritibus vi pharmaci.

7 Opibus suis spoliata natura.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXVIII. 1 Πέπονα δὲ ἔστι τὰ μὲν πλύσια, ὁκόταν γλίσχρα ὄμματα φύῃ· τὰ δὲ κρέα τοῖς ὑποχωρέουσιν ἔχοντα 2 λεπύδρης, ὁμοίον ἐρίζων. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἄρτῳ τὰ ἄλλα ἀλγήματα σφι πλευρέων 3 χλιαίνοντα προσιζάνειν καὶ κηρώματα. 4 Ἀλείφειν δὲ τὰ σκέλεα καὶ ὑσκύαμον θερμῷ, καὶ λίπῃ ἐγκαταλείφειν. Ἐπὶ κατοχθίσια 5 λίπου σπέρμα καταπάσσειν ἕως μαζῶν. Ἀκμαζούσης δὲ τῆς ἀναπνευμονίης, ἀδύνητον μὲν ἀναχωρέειν μύου, ἢν δὲ πυκνὸν τοῦ δύσπνοον ᾖ, καὶ ἥκιστα 7 λεπτὰ καὶ δ' ειαίνοντα, καὶ 8 ἱδρῶτες σφὶ πρόχυλον ἢ καταλιὼ γίνηται. Οἱ τοιοῖσδε ἱδρῶτες 9 πυρεσὶ κατὰ πυκνοὺς, ἢ ῥώμης, καὶ βίης ὀλίγα πάντων σφὶ νοσημάτων. Ἢν μὲν οὖρα 10 πολλὰ ἢ παχέα ὁρμήσῃ, ἢ πλύσματα πέπονα ἔλθῃ. Ὅ, τι δ' ἂν τούτων αὐτομάτῃσι, λύει τὸ νόσημα.

LXXVIII. *1 Pepasmo mitigata sunt expectorata dum puri similia euasere; tota verò cum hypostases sortiuntur 2 subrubras instar oroborum. Nec quicquam obstat, quin ad alios laterinos dolores 3 tepefactoria remedia ac ceromata adferas. Quin crura ac lumbos 4 illinere conferet calido, ac pinguedine. Hypochondriis verò vsque ad mammas cataplasma impones; ex semine lini. Vbi verò peripneumoniæ vigor adfuerit, auxilij expers est; si non [expectorato] repurgetur; & 6 calamitosum est, si æger spiritum ægrè duxerit, fuerintque vrinæ 7 tenues & acres, atque 8 sudatiunculæ in collo & capite apparuerint. Qui ita nascuntur*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 359 sur 513

scuntur sudores,9 calamitosi habendi, triumphante morbo ob suffocationem, impetumque & violentiam: Nisi vrina 10 copiosa ac crassa eruperit, ac expectorata mitigata expectorentur. Virtum enim horum superuenerit, soluit morbum.

COMMENTARIVS.

1 Nam per membranam apostematis transsudat ille ichor crassus tunc.

2 Vel potiùs albas, læues, & æquales.

3 Vt docuit in prioribus libris.

4 Laxatâ vt membranâ, cedat dolor. ita oleo amygdalino cum adipe anseris illinimus pectus; & dicit, crura, si ad apostema vergat malum.

5 Linum discutit & emollit omnem foris & intus inflammationem, dicit Dioscorides. nam, dicit Galenus, humore & siccitate medium est; calet primo ordine.

6 Id enim denotat meatuum angustiam, vel materiæ expectorandæ contumaciam, vel naturæ infirmitatem: vel horum aliqua.

7 Cruditatis soboles, ac inuictæ materiæ argumentum.

8 Symptomatico sudore: resoluta vi retentrice carnium.

9 Nam anxiè dum premitur æger à morbo, exprimuntur.

10 Diadosi & euacuatione materiæ morbificæ.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXIX. 1 Περιπνευμονίης ἐκλικτὸν· κόκκαλον, 2 χαλβάνῃσι ἐν μέλιτι ἀττικῇ, ἀδύτατον ἐν ὀξυμέλιτι πεπάσει, 3 ἐλλέβορον μέλανα ὑποζέσας, καὶ πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇσι πεποιθώς ἐόντι πίνειν δίδου. ἀμάδην δὲ καὶ 4 * πάνακα ἐν ὀξυμέλιτι σὺν ἀλέσαντα καὶ διυδέοντα δίδοιμι πίνειν, ἢν 5 σπασμοῖσι, καὶ τῆσι ὑπὸ τῶν φρενῶν πεπιεσμένοισιν, καὶ ὁκόσα δεῖ ἐς κοιλίην, ἢν ἐς ἔσω ἐν εἴνῳ ἢ μέλιτι. Τὰ δὲ ἐς κοιλίην, ξυὺ ὑδαρεῖ μελικράτῳ πίνειν δίδου.

* τὸ πάνακες

LXXIX. 1 *Peripneumoniæ linctus: nucleum pineum & 2 galbanum ex melle Attico exhibebis, abrotanum ex oxymelite; piper & 3 elleborum nigrum, vbi feruefeceris, pleuritico ineunte morbo dolenti propinabis. Commodè etiam dabitur 4 panaces ex oxymelite feruefactum & percolatum. proderit & 5 hepaticis, vel diaphragmatis dolore fatigatis, atque amouet illa quæ per aluum aut per vrinas effundi debent, ex vino & melle. Verùm qua 6 ventres ducendo præscribes, ea cum diluto melicrato eóque copioso propinabis.*

COMMENTARIVS.

1 Cùm iam eò ventum est, vt liberis meatibus, materia cocta ac purulenta excerni possit.

2 Mollit & digerit.

3 Si infra diaphragmarepat dolor. vel anisum aut cuminum addimus.

4 Excalfacit, mollit, tenuat. expanace funditur opopanax.

5 Ad robur hepatis, ita Cypheos medicamen præbemus etiam his, quod terebinthinam habet.

6 Id est, purgantia medicamenta.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXX. Δυσεντερίῃ, 1 ἀπόστημα ἢ ἔπαρμα ἢ 2 παῦσα ὑδρώδιος τοιοῦσα, ὑδρωπικὸν ἢ 3 πυρετὸς, ἢ ἕλκωσις, ἢ ὄγκος 4 παχέως καὶ λευκῶς καὶ λίαν ὑπόφαυνος, ἢ ἐς σπλάνχνα, ἢ ἐς 5 κιρσοὺς, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ ἐς σκέλεα ἀλγήματα, ἢ ἐς ἰσχίον * σπεύδῃ ὑδατώδη.

* σπεύδῃ

LXXX. *Dysenteria 1 suppressa dabit 2 apostema vel tuberculum aliquod, nisi; desierit vel in febres, vel in sudores, apparuerintque lotia 4 crassa, alba & * lanta, vel in tertianas, vel in 5 varices, vel dolor in testem aut crura coxamve firmetur.*

* & valdè perspicua

COMMENTARIVS.

1 Inconsideratè.

2 In viscere aliquo; suppressa illa fœditate.

3 Rapta materia in venas.

4 Euacuatâ materiâ morbificâ, si supprimatur alnus, bonum.

5 Diadosi.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXXI. Ἐν πυρετῷ χολώδει ἀφῆ ἢ 1 ἑβδόμῃ ἡμέρας μετὰ ῥίγεος ἀνιηρῷ ὀπισθοδυνίῃ, * λύσει ἢ 2 πυρετὸν, ἂν δὲ 3 ῥίγεϊ ἐπιγένηται ἔξω τοῦ καιροῦ, ὀλέθριον.

* λυθῇ

LXXXI. *Ictherus si cum rigore superuenerit febri biliosæ ante 1 septimum diem, febrim 2 soluit: si verò 3 rigoris expers non oportuno tempore, lethale.*

COMMENTARIVS.

1 Vel septimo die: in febri biliosa, id est, acuta & continua. nam quartus est index septimi: Ita aliis criticis diebus præclarè appâret ictherus per tales febres, vt 7. 9. 11. 14. nisi tamen dextrum hypochondrium induruerit scirrho vel phlegmone.

2 Aliis enim diebus funestus appâret; nisi haimorrhagiâ, vrinæ aut alui profluuio, calamitas illa tollatur, vt Heraclidæ: sed domestico Phanagoreonis & Hermocrati funestus.

3 Rigores solent causorum crises præcedere.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXXII. Τέτανος ἢ ὀσφύος, καὶ ὑπὸ μελαγχολικῶν, διὰ φλεγμάτων ἁπάντων ἁλώσιες ὅταν ἀῶσι, φλεβοτομίῃ ἰῆται.

LXXXII. *Tetanus lumborum, & in melancholicis, venarum vitio obortus, vt si interceptiones spiritum affuerint, plebotomia soluitur.*

COMMENTARIVS.

1 A lento crassoque, ac copioso sanguine, venas & arterias intercipiente. Paruam quasi apoplexiam conglaciatus ille sanguis inferre solet cum idea quadam rigiditatis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXXIII. Ὁκόταν ἢ ὑπὸ τῷ 1 τενόντων σφοδρῶς ἐμπαγέωσιν αἱ ἰσχύες, καὶ ἀεὶ ἡ τράλλος καὶ ἀσφαίνων, 2 ἰσχνοῦται τὰ πέριξ ἁπάντων μάλιστα καὶ 3 ξηραίνονται τοῦ τενόντων, τοῦ ἐρωδεάνου, οἱ παχύτατοι ῥάχιν συνέχουσιν, ἢ οἱ μέγιστοι συνδέσμοι κατατείνουσι, ἕως εἰς πόδας ἀποτελευτῶσι. Τῷ τοιούσδε δεῖ μὴ ἀπεστὸς ἢ ὕπνος ἐπιγένηται, καὶ ἐπιόντα 5 σῦρα πέλας ἴδρωτα ἕλκειν, καὶ ἱδρῶτες κρίσιμοι, πίνειν δ' οἶνον Κριτικὸν οἰνωδέα, ἢ ἀλλήσι ἐφόδοισιν ἐοῦσιν, καὶ κινεῖν ἢ ἀλείφειν καὶ ἕλκειν, ἕως ἂν σπλέσα ἀπελλύσειν ἕως τῆς πέδης, σταμνῶ. Βρέχειν δὲ σταφῖνῃ. Καὶ βρέχεσθαι ἕως ἀκροπύλων κατελθεῖν· καὶ ὕσσωπον ὑπὸ τὸ τράχηλον ἕως τῆς ἰσχίου, σίκλον ἐγκρῶσαι ἐμπλακῶ δέρματι, ὕσσωπος ἢ τὸ ἔμπροσθεν ὠφελεῖν, καὶ διαλείπων πυρία τοῖσιν αὐτοῖσι θερμὸν ἢ ὕδωρ ἐγχεῖν καὶ ἀφιστέναι σπυδίνων, καὶ ἐπαναλούειν αὐτόν. Κεκλίδω δὲ ἡ μὴ λίθου λύσις· ὑπὸ μὲν βαλανεῖον, ἢ μὴ πολὺ χρόνον ἢ ἀδιαχώρητος ἐοῦσα· καὶ ὑπὸ ὠδῖνι σὺν ὑπαιθέῳ ὑπὸ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, τῷ 10 ὠδῖνι τὸ βίζης σχίσιν ἐν οἴνῳ δοῦναι καὶ τι ἁδῦπνον πίνειν δίδου. ἐφεδρὸν ἐπιτηρεῖν. Καὶ ταχὺ ὑπαφίστασι τὸ ἀλγέειν ἐᾶσον, χλιαίνειν ἐπὶ πολὺ ὡς πλεῖστον. Καὶ οἶνον ὁκόταν βάλλητε ὀλίγιστον ὑπάγειν. Καὶ ἂν μὴ σὺν ὑπαιθέῳ ὑπὸ τὸ βέλτιον, βέλτιστον· μὴ δὲ μὴ, σφαλερὸν.

* σπλέσα

LXXXIII. *Quando verò 1 à tendonibus validè in anticam partem abripiuntur tractione, ac per cutem faciemque 2 sudores erumpunt, ex dolore demorsorum ac 3 arescentium tendonum qui ad caudam vergunt, quique crassissimi spinam continuant, qua parte maxima ligamenta nata, ad pedes vsque, finiuntur. Huic si nec 4 febris nec somnus superuenerit, & 5 lotia mox sequuta fundantur cocta, & sudores critici, 6 bibendum vinum Creticum, vinosum; & edenda farina*

*farina cocta, ceratôque 7 perungenda crura, & velamine tegantur ad pedes vsque, aquaque calida in pelui madefacta, foueantur. Brachia item ad digitos vsque inuoluantur: & spinam à collo ad coxam vsque molli pelle, quæ pinguedine & quasi cerâ illita sit, velabis, ita vt etiam anticas partes contineat. &, intermissis quæ per vires fit fomentis, calidam effundes aquam, linteoque obuolues, & conclaui cubare agrum facies. Ventrem 9 non laxè solueris nisi balano, nisi iam diu restagnârit: idque satis fuerit, si res tibi ex sententia successerit: sin minùs, 10 * modi radicem ex vino odorato tritam & 11 daucum manè ieiuno * priusquam madefeceris propina. Ac ilicò post farinam coctam tepidam comedat plena manu. vinumque cùm volnerit optimè temperatum superpotet. Idque si tibi feliciter successerit, ac ad melius processerit, bene est: si non, prædicendum.*

* mel, Cornar.
* ante calidæ perfusionem Cornar.

COMMENTARIVS.

1 Vbi emprosthotono affliguntur.

2 Symptomatici.

3 Vnde opisthotonos: ita vt in tetanum non sine grauissimis doloribus abripiantur. dum vtrinque tendantur tendines: ex qua tensione morderi & frangi videntur.

4 Vnde exhaustis succis morbificis, laxentur nerui: nam si febris vel somnus accesserint, vix aliis remediis opus erit.

5 Liberalis enim vrinarum fusio causam morbificam accidit.

6 A purgato corpore, quò eo calore exhauriri mador possit nervorum, & febris excitari.

7 Vt ligamenta contracta laxentur, dolorque placetur.

8 Molli lecto cubet, nam rigent duritie quadam nerui & musculi.

9 Ne irritamento & surgendi conatu frequenti, validior conuulsio incumbat.

10 Cœlius Aurelianus 8. lib. 3 Acut. Bryoniæ radicem vertit.

11 Ad flatuum eiectionem, ac vrinæ promotionem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXXIV. Τὰ δὲ 1 νοσήματα πάντα λύεται, ἢ 2 κατὰ σῶμα, ἢ κατὰ κοιλίην, ἢ κατὰ κύστιν, ἢ πρὸς 3 ἄλλον τοιόνδε ἀρθρῖτιν ἢ τῷ ἰσχίῳ ἴδιον, 4 κοινὸν ἁπάντων. LXXXV. 5 Ἑλλεβορίζειν ὀρθὴν, ἐξ ὑπὲρ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα.

LXXXIV. 1 *Morbi cuncti soluuntur vel 2 per os, vel per aluum, vel per vesicam, vel per 3 aliam aliquam quæ huiusmodi sit partem. Sudore autem quæ fit crisεos idea, 4 cunctis communis est morbis.* LXXXV. *5 Elleboro opus est quibus à capite præcipitatur rheuma.*

COMMENTARIVS.

1 Quidam ex hoc axiomate compendiosissimam effingunt medicinam.

2 Vomitu: vt natura quò viam affectat, & humorum quò fit inclinatio, eò crisium effusio celebratur; ita etiam à medicis eductio humorum fieri oportet. Est vomitus criticus, symptomaticus, & qui fit artificio Medici. Particularis, & generalis.

3 Vt per vterum, per nares.

4 Excrementum totius corporis.

5 Vt materia crassa melancholescens reuulsione quadam euacuetur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXXVI. Ὁκόσοι δ' ἐξ 1 ἀποστημάτων, ἢ φλεγμονῆς, ἢ δι' ἀκρασίην, ἢ διὰ ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην 2 ἔμπυοι γίγνονται, μὴ δίδου ἐλλέβορον τοῖσι τοιούτοισιν· 3 οὐδὲν γὰρ ὀφελήσει. Καὶ ἢν 4 τι πάθῃ, αἴτιον δόξουσιν ἔχειν ὁ ἐλλέβορος· ἢν δ' 5 διαλύνται τὰ σώματα, ἢ 6 πόνος ἐς κεφαλὴν, ἢ 7 ἐμπεπλεγμένα τὰ ἕλκεα ἢ ῥῆξις, ἢ πτυαλισμὸς, ἢ τῷ χαλάστῳ βάρος, ἢ σκέμμα ὄγκος παρὰ τὸ ἔθος, ὅ, τι ἂν συμβαίνῃ μᾶλλον ἀπὸ τούτων, μᾶλλον ἀπὸ ἀφεδρώνων, μᾶλλον ἀπὸ φυσητήρων, μᾶλλον ἀπὸ ἀδενώνων· καὶ ἢν μὲν τὰ τοιαῦτα ἔχῃ ἀπογνῶναι χρὴ τὸν ἰητρὸν τῆς θεραπείης.

LXXXVI. *Quicumq; ex 1 apostemate, vel phlebotrhagia, vel ex incontinentia, vel alia aliqua à magna causa 2 empyi fiunt, his elleborum ne propinato: 3 nil enim id iuuerit. Quin si 4 grauius quid euenerit ægro, fecisse id videbitur elleborus. Quodsi corpus 5 dissoluatur, vel caput 6 doleat, aut oppleantur 7 aures vel nares, vel expectoratum [subsistat] vel genuum grauitas affligat, vel si corpus præter morem intumescat, quicquid horum euenerit, [dabis elleborũ;] modò hæc neque ob 8 potum eueniant, nec ob vsum Veneris, neque à tristitia, nec à sollicitudine, neque à vigiliis. Et si quippiam horum causæ rationem habuerit, ad id curationem dirigere oportet.*

COMMENTARIVS.

1 Vbi ab exhaustu infirmitatis metus adest.

2 Purulenti.

3 Nec ad causam antecedentem, nec ad coniunctam.

4 Causæ, non causæ sæpe affectus ascribuntur: vnde in medicos calumniæ frequentes.

5 Infirmo corpore, si manifesta causa. vt si adsit lassitudo sponte enata.

6 Perenni dolore, & contumaci.

7 A contumaci materia.

8 Crapulâ. vnde vires opprimuntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXXVII. Τὰ ἐκ 1 πορείης ἀλγήματα πλευρέων, νώτου, ὀσφύος, ἰσχίων, ἢν μὴ σφόδρα ἀναπνέοντες ἄλγεσι 2 θερμαίνωνται. Πολλάκις γὰρ μεταβάσιος ἐστὶν ἐν 3 χρηματιστῶν βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα, ἢν εἰς ὀζαίνω, καὶ ἐς ἰσχίον· ἐκ δ' ἀνάγκης ἢ τοιάδε, 4 δυσουρέεται. Τούτων δὲ 5 πορείη αὐτὴ, καὶ κουζέων καὶ βράγχων.

LXXXVII. *Dolores ex 1 itinere concepti laterum, dorsi, lumborum, coxarum, & qui inter respirandum dolore, à causa 2 aliqua manifesta oborto, tenentur. crebrò enim dolores ex 3 crapula cibisque flatuum plenis, lumbos ac coxam incurrere solent: quibus talia fuerint, 4 dysuria accedit: horum 5 iter in causa est grauedinis & rancedinis.*

COMMENTARIVS.

1 Quasi dicat, his etiam elleborum non dabis.

2 Vt spirante aquilone thorax, qui osseus & nervosus est, affligitur.

3 Tensis partibus sensificis à flatu.

4 Resoluto à frigore nervo sextæ coniungationis qui rigat vesicæ corpus: vel eo qui ex spinali medulla allabitur.

5 In his nota vnde, quà, quò, feratur humor.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

LXXXVIII. * Ὅσα δ' ὑπὸ 1 διαπημάτων, τὰ μὲν πολλὰ ἕκαστος ὡς ἂν παρὰ τὸ ἔθος διαπηθῇ μᾶλλα διαπεπαίνεται. 2 Καὶ τὰ ὀκόσοι ἂν μὴ μεταδικότες ἀρίσῃσι, ἢν δεήσωσιν, 3 ἵκανοὶ αὐτοῖς ἢ γαστὴρ, καὶ 4 νυσταγμὸς, ἢ πλησμονή. Ἢν δ' 5 ὑπόδεπνόσι σι, κοιλίη 6 σκληρὴ ἔσται. Ξυμφέρει δὲ τούτοισιν ἐπιλοσιμίους 7 καθεύδειν· κοπιηθέντας δὲ 8 ἀσκησάμενα βραδέως συγκλῶ ἀείσθαι. Καὶ ἢν μὲν λαπαχθῇ, 9 δεπνῆσαι, καὶ σπεῖσαι ἔλαιόφορα 10 ἀκροτέρεσιν. Ἢν δ' 11 μὴ λαπαχθῇ, ὑποχείσαντας τὸ σῶμα 12 θερμῷ. Καὶ ἢν 13 δέῃ, ὑδαρέα εἶναι λουτρὰ καὶ γλυκέα ὑπνοῦσθαι 14 ἀναπαύεσθαι. Ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω 15 ἀναπαύεσθαι. Τὰ δὲ ἄλλα ὁμοίως τοῖσιν ἐκ κραιπάλης διατάσσω. Τὰ δὲ ἀπὸ πομάτων, ὁμόσα μὲν ὑδαρέα, 16 βραδυπυρώτερά ἐστι, καὶ ἐσκυκλίεται, καὶ ὑπολαζεῖ ἐπὶ ὑποχόνδρια, καὶ ἐς ὄρθιον ἀπαντᾷ. τοιούτου δὲ πόματος πληρωθεὶς μηδὲν 17 ἔργον ἄξιον διαφαίνῃ, ὁκόσα τῷ

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 361 sur 513

©BIUM

ζωμαλὶ ξυμπαθέστι βιη ἢ τύχῃ πολέων ξυμβαίνει. ὡς μάλιστα δ᾽ νουχαζέτω, * μέγα καταπροφέρτατα μὲν τῇ στίψιν. Ὁκόσα δ᾽ τῇ πομάτων ἀκριτώτερά ἐστιν ἢ ἀνωτερώτερα, 18 παλιὰν ἐν τῷ σώματι καὶ ἢ 19 σφυγμῶν ἐν τῇ κεφαλῇ ἐμπίπτει. Τέτοισι κακῶς ἔχῃ 20 ὀπτικοῖσιν, καὶ θερμὸν τι ῥέφειν πρὸς ἄκρα μάλιστα * ἥδιστα ἔχουσι. 21 Νησείη δ᾽ πονηρὴ πρὸς τὴν κεφαλαλγίην, καὶ κραιπάλην. Ὁκόσοι δὲ 22 ἰσχνοτέρεσοί, κενοὶ καὶ ἀδυώδεες εἰσὶν, καὶ 23 ὑρέουσι θερμὸν, ἢν δὲ τὸ ἔθος κενεαγέοντες. Τίνες δὲ καὶ σῖτα 24 ἀγλυκὺ καὶ πικρὸν, καὶ τραγήμασιν ἐν πυκνῇ ἕρῳ, καὶ * κραιπάλαι ὀπτιζωλέστεραι, καὶ τὸ δεῖπνον ἐ δύναται 25 πέσσειν ὅλως γὰρ δὶς 26 πεπεπόκασιν ἐῶσιν. Τέτοισι δὲ χρὴ πίνειν 27 ἔλαιον, ἢ μεμαθήκασιν, καὶ ὑγροτέρῳ 28 μᾶζαν ἀντὶ ἄρτου, καὶ λαγάνων λάπαθα, ἢ μαλάχην, ἢ πλεισάνην, καὶ σεύθλα· οἶνον δὲ χρὴ τὸν στίβδην οἷον ὁκίοισι σύμμετρον καὶ 29 ὕδατος ἥδιστον· καὶ ὅτῳ δεῖπνα ἀφεπτήσαι ὀλίγον, ἕως ἂν καθυδρώσῃ, καὶ ὑρήσῃ· χρίεσθαι δὲ καὶ 30 ἰχθύσιν ἐφθοῖσι.

LXXXIX. Βρωμαλέα δὲ μάλιστα 31 ὄσπρια.

* ἕως ἂν καταπροφθῶσι

* ἥδιστα

* φαῦλα

LXXVIII. *Quæ à* 1 *victus ratione eueniunt, horum pleraque quisque, (dum quo modo præter morem diatam inierit enarrat,) declarare solet.* 2 *Qui enim prandere non consueuere, si pransi fuerint, his grauiter venter* 3 *intumescit, magnaque* 4 *dormiendi accedit cupiditas, & plethora. Quodsi* 5 *canam adiunxerint, venter his* 6 *commouetur perturbatione. His, postquam lauerint,* 7 *somno se dare confert. Expergefacti vero, plurimas periodos lenta* 8 *ambulatione peragant. & si aluum deposuerint,* 9 *canent, bibantque vinum parcè &* 10 *meracum. Sin* 11 *aluus substiterit, corpus* 12 *calido oleo perungant. & si* 13 *sitis fatigat, aquosum album vinum aut dulce superporet, ac* 14 *quietem capiet. Si verò somnum inire nequeat, saltem prolixius* 15 *quiescat. Caterum talis diæta ineatur, qualis debetur ex crapula laborantibus. Quod ad potus attinet; pocula aquosiora tardè meant, ac veluti* 16 *in orbem aguntur, & circa hypochondria fluctuant, nec ad vrinas viam affectant. Quibus poculis impletus, nullum* 17 *opus alacriter peraget, qualia corpori robore (excellenti) ac quasi tenso, vi ac celeritate perficere in more est. Quare maximè quietem capiet, dum vnà cum cibo mitigata fuerint. Meraciora verò aut austeriora pocula,* 18 *palpitationem in corpore, ac in capite* 19 *pulsum efficiunt. His bene fuerit si* 20 *superdormiant, calidumque quid sorbeant, ex his, quæ illis inter suauissima habentur:* 21 *Inedia enim aduersus dolorem capitis & crapulam mala est. Qui verò* 22 *semel die pastum ineunt, hi imbecilles sunt, ac* 23 *calidum meiunt, vt pote præter morem exhausti. Os etiam* 24 *salsum his & amarum euadit, ac in quouis opere contremiscunt, temporaque contenduntur, nec æquè feliciter* 52 *cœnã mitigant ac si* 26 *prãsi fuissent.* 27 *Parciùs hos potare æquũ est, quàm illis in more sit; madidioremque* 28 *mazam panis loco sumant, & ex oleribus lappathũ, aut maluã, vel prisanam, & betam: & cum pastum ineunt, vinum modicè bibant, quodque* 29 *aquosius sit: finitâ cœna parum deambulent, donec excurrat vrina, minxerintque. vtantur etiam* 30 *piscibus elixis.* LXXXIX. *Edulia verò maximè* 31 *notas ac indicia edunt.*

COMMENTARIVS.

1 Ab ocio ad negocium, quasi dicat, grauis mutatio est sanis etiam hominibus: quare, ne subitò fraudatum genio ægrum in cibum cogas. cùm iam ad crisim ventum erit, cautio sit.

2 Quasi dicat, quamdiu manet suo statu natura, in ea nihil mutandum esset: omnemque fugiendam esse eam mutationem quæ fit in diæta. Nam omnis mutatio est periculosa: periculosior tamen quæ fit ab ocio ad negotium; quàm contrà. Si igitur natura à statu suo recesserit, æquali contrariorum excessu est pugnandum. Sed rectè ea contrarietas in vsum ducenda est. Nam omnis mutatio inconsideratè facta, grauis est. Quoties veteres in die pastum iniecrint, differit D. Mercurialis 4. Variarum 17.

3 Symptomatis augentur, ac si morbo aliquo laborarent. Nam subita fit mutatio habitus, temperamenti & actionis ventriculi.

4 Ὀκνηρὸς tales vocauit lib. 2. 22. vt neque pes neque manus suum officium præstet.

5 Id est, si insueto prandio iunxerint cœnam.

6 Nam acidum eructant propter dyspepsiam, quæ accidit vel à cibi qualitate; vel humorum adhærescentium ventriculo, vel in eo fluctuantium copia (vnde obruitur calor) vel ventris infimitate, in quo calor naturalis languet. Et signum est, iam iam futuræ lienteriæ cuius hîc meminit; debiliore enim reddito calore, primùm fit ructus fatuus: biduo pòst, calore deprauato, sequitur ructus acidus: postridie, calore labefactato, accidit lienteria, quæ κοιλιάκη Hippocrati 2. ac. dicitur. Quare quibusdam fit aluus profusior, id est, planè lienterica. Nam quotiescumque aluus (id est, ventriculus) non suo more grauatur, quæ desiccari seu exhauriri consueuerat, nec bis intumescere, nec bis cibos mitificare; id est, si præter morem mutetur alui temperies, habitus, actio à cibi accessione, corpus hinc redditur graue & infirmum. Lienteria fit vel ventre aphodi, vel cùm catarrhi vi stomachus cibum amplecti nequit, aut hectica ab intemperie.

7 Nimirùm ἀρίστου καὶ ἀδιαλείπτου, καὶ ἀτραπέζου, id est, frigoris, caloris, atque laborum sint expertes, vt ait 2. acut. Dicit, non secus atque de nocte somnum iniri debere: id est, diem in tenebras conuertant; vt à prandio, ad cibi confectionem dormiant.

8 Hippocrati tria sunt genera Deambulationum, non quidem modo, sed solo tempore distincta. Vide 2. acut. 23.

9 Parca tamen manu, vt docuit libro 2. & quæ minimè sunt noxia sumat; vtpote quæ difficultate coquendi, aut mala qualitate ventriculo negocium non facessant.

10 Iuuandæ coctionis gratia.

11 A mutata actione.

12 Vt ἀρίστου fotum, œconomiam naturalem, iuuet.

13 Sitis causa ventriculus, hepar, vel pulmo. cùm solita aura roscida non mulcetur ventriculus sitit, etiam in potu vberrimo.

14 Somnus humectat, ac sitim sedat.

15 Sic nihil exhauritur.

16 Non dentur megalosplachnis.

17 Distentis hypochondriis.

18 A materia crassa halituosa copiâ circumfluente; cùm spiritus liberum exitum non habent. Cauitate opus est & motu in palmo.

19 Sursum raptis vaporibus, à vino, acerrimis: vnde intolerabilis dolor temporum & frontis: quòd eatum partium crassissimæ sunt venæ: hinc omnis acrioris cephalalgiæ notæ, efflorescunt primùm in fronte & temporibus. Etenim cephalalgicæ causæ impetus non antè quiescit, quàm ad extremas venarum oras peruenerit, necdum feritas eius domatur, donec venarum oscula recluserit exitumque habuerit.

20 Vt vapores exhauriantur; ita anethum somnum mouet, & serpillum.

21 Nam acriores reddit halitus, vt somnus eos anathymiasi placat.

22 Qui sæpiùs alioqui pastum inire consueuerunt.

23 Accensa bile, quæ tingit vrinas.

24 Ab inedia, est enim pellicula ori communis ventriculi, quæ bilem sentit ventriculo conceptam.

25 Temperie

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 362 sur 513

25 Temperie, habitu, ac ventriculi actione versis.

26 Cùm nimirùm antea prandere consueuerint.

27 Ob solutam ventriculi vim, à violata consuetudine.

28 Farinam hordei tosti. Vt facilè mitigari ac distribui possit, sit humidior.

29 Ne cerebrum feriat.

30 Olim per sanitatem piscibus plerique homines indulgebant, vt scribit in Sympos. Plutarchus: ea ratione & Medici in morbis eos præscribunt: & non quòd carnibus sint salubriores.

31 Quid nimirum mali causa sit. nam mox enarrat, quid cibus quilibet agat, & quas vires habeat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XC. Σκόροδον, 1 φύσιν καὶ 2 θέρμην περὶ ἢ διάπνοιαν, καὶ κεφαλῆς 3 βάρος, καὶ 4 ἄδηλον· καὶ εἴ τι 5 ἄλλο ἄλγημα ἐὸν, μεμαθηκὼς φράσειν, παροξύνειεν ἄν. ἡδιστον ὄν, ἢν τοῦτο ἔχῃ ἀγαθόν· ἄριστον δ' ἅπασι φαγεῖν, ἢν μέλλῃς ἐς 6 πόσιν ἰέναι ἢ μεθύσκῃ.

XC. *Allium* 1 *flatum &* 2 *feruorem circa thoracem procreat, & capitis* 3 *grauitatem facit, &* 4 *fastidium: quin si* 5 *alius quis dolor affligere solet, is irritabitur. Cæterùm vrinale id est, estque eo præditum bono. Cumque quis* 6 *potaturus liberaliùs est, vorare allium optimum est, vt etiam iam ebrium.*

COMMENTARIVS.

Primùm docuit mutata consuetudo, sani hominis, in quantitate ciborum, quantum adferat detrimenti: iam de qualitate cibi mutata.

1 Si materia insit corpori, quæ in flatus verti facilè possit.

2 Si succis circumfluat corpus: nam si prouisio euacuatoria antecesserit, potiùs siccatur ab his corpus.

3 Si cacochymum corpus fuerit. & è ventriculo erigit acres vapores.

4 Æstuante stomacho.

5 Ab acri materia vel vaporibus mordacibus.

6 Quia vrinale est.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XCI. 1 Τυρὸς ἢ φύσιν καὶ 2 στεγνότητα, ἢ στίψιν 3 ἐξαφῦν ποιεῖ. * ὠμὸν καὶ 4 ἄπεπτον. 5 κάκιστον δ' ὃν πρὸ ποτοῦ φαγεῖν, πεπυρωμένοισιν.

XCI. 1 *Caseus flatum,* 2 *obstructionem, & ciborum* 3 *æstuationem efficit. nam* 4 *crudum est ac pepseos expers edulium. & esus eius, inter pocula, repletis est* 5 *deterrimus.*

COMMENTARIVS.

1 Recens & mollis sicco flatuosior est. nam crassum succum, & coctu difficilem parit.

2 Siccus caseus ventrem stringit.

3 Siccus caseus: hinc cibi ex corruptela accenduntur, sitimque excitant. quasi dicat, caseus æstuosus est, & sitim facit, propter facilem corruptelam.

4 Nam flatum parit, aluumque cohibet, propterea crudum est edulium, talesque succos gignit.

5 Stomachum enim grauat: facilè corrumpitur, ac cætera vnà in corruptelam rapit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XCII. 1 Ὅσπρια δὲ πάντα 2 φυσώδεα, ἢ ὠμὰ, ἢ 3 ἑφθὰ, ἢ 4 περιουσίῃσι. κάκιστα δὲ βαθρεσιδία, ἢ 5 χλωρά. Τελέοισι δὲ 6 μὴ χρέεσθαι, εἰ μὴ μὲν * στίψιν. ἔχει καὶ ἰδίας μοχθηρίας ἕκαστον αὐτέων.

XCII. 1 *Legumina cuncta* 2 *flatibus plena sunt, & cruda, &* 3 *elixata, &* 4 *fricta: minus verò si vel macerata vel* 5 *viridia fuerint. His* 6 *non est vtendum nisi cum alimentis. Sed horum singula, suum peculiare vitium habent.*

COMMENTARIVS.

1 Ὄσπρια dicuntur ea cerealia semina, ex quibus panis non fit. vt fabæ, pisa, cicera, lentes, lupini, oryza, eruum, phaseli, fœnugræcum, lens.

2 Implent ventrem, & diaphragma opprimunt, ac coctu difficilia sunt: maximè cruda.

3 Quæ plurimùm elixata sunt, omnium moderatiora euadunt. hoc tamen dicit, quacumque ratione exhibeatur, noxia sunt.

4 Coctu difficilia sunt, quamuis non æquè flatuosa.

5 Nondum perfecta: vtpote tenellula, coctioneque mitigabilia.

6 Imò nec panificiis, dicit Galenus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XCIII. Ἐρέβινθος φύσιν μὲ ὠμὸς καὶ πεφυγμένος, καὶ 1 πόνον ἐμποιεῖ.

XCIII. *Cicer flatum parit crudum ac coctũ, &* 1 *dolorẽ.*

COMMENTARIVS.

1 Distendendo. attamen decoctum eorum præclarè aperit, incidit, absterget, ac vrinas promouet, fabuleta excludit coctum cum iusculo pulli, & mensis euocat id ius cum melle, vel saccharo: maximè arietinum cicer. amarorem gerit quendam; quo viscera purgat. Cæterum curat si cum rosmarino coquatur, dicit Dioscorides.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XCIV. 1 Φακὸς ἢ σῦφῃ, καὶ 2 ἄδηλον ἐμποιεῖ, ὧν 3 μετὰ τῆς φλοιοῦ ἢ.

XCIV. 1 *Lens* 2 *stringit & turbat; si* 3 *non deglumetur.*

COMMENTARIVS.

1 Lens, dicit Galenus, crassum & prauum succum gignit; frequensque nimium eius vsus, elephantiasim gignit & cancrum.

2 Ἄδηλον dicit significare pugnam & turbationem aluinam, ex discrepantibus alimentorum facultatibus. Ægrè coquitur, dicit Dioscorides, & intestina inflat: & valenter adstringit, dicit Galenus.

3 Cortex mitigatur ægrè: & aluum stringit, dicit Dioscorides.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XCV. 1 Θέρμη ἢ ἄκρα τυτθὸν κακὸ ἔχει.

XCV. 1 *Lupinus inter hæc minima mala habet.*

COMMENTARIVS.

1 Eius dura & terrestris substantia est: vnde crudum succum ac crassum gignit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XCVI. 1 Σιλφίου δὲ καυλὸς καὶ ὀπὸς, ἔστι μὲν οἷσι μάλιστα, τοῖσι δὲ ὀπίσω σι (ἐπὶ τὴν κοιλίην, ἀλλὰ κατὰ) 3 ξηρὴν χολερὴν. XCVII. Μάλιστα δὲ 4 γίγνεται ὧν μὴ πολλοῦ πυροῦ μιχθέντος, ἢ κρεοφαγίης βοείων κρεῶν.

XCVI. 1 *Silphij & caulis & succus quibusdam maximè, quibus verò insolens est eius vsus; his in vesta gnat in aluo, dicitur q; id malum* 3 *Sicca cholera.* XCVII. *Maximè autem* 4 *id euenit, si cum copioso caseo remisceatur, vel cum edulio bubularum carnium.*

COMMENTARIVS

1 Silphium Latinis dicitur laserpitium: eius succus laser dicitur, vel succus Cyrenaicus: nam is apud Græcos solus meruit ὀπὸς vocari κατ' ἐξοχὴν: Ignotus hodie, nisi Beniouinum is fuerit. Cibis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 363 sur 513

©BIUM

antiquorum pro condimento fuiſſe videtur hic ſuccus. vt iam piper.

2 Inde enim flatus gignuntur acres & æſtuoſi. nam Silphium eſt acre & æſtuoſum.

3 In qua venter inflatur ac ſtrepit. Sæuis torminibus fœta illa inteſtinorum afflictio: pertinet ad inteſtinorum εἵλιξιν contra naturam, motu fibrarum infernè ſurſum: nam naturaliter fit ſupernè deorſum. Huius vitio cibus & fæces non permeant, ſed remeant ſurſum, dum inteſtinum obſtruitur pituita & cibo.

4 Id eſt, cholera ſicca naſcitur, ſi ſilphio acceſſerit caſeus, vel bubula. eſt enim flatibus plenum ſilphium: qui cùm replentibus tardéque meantibus eduliis miſcentur; ibi reſtagnant, nec efflantur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

XCVIII. Τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικὰ καὶ παροξυθῆναι ἂν ποιήσαιμι, ὅσα τ βόεια κρεῶν ἐσθίωσιν· δυσπερίπλοκος γὰρ ἡ φύσις αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῆς τυχούσης κοιλίης καταπήγνυται. XCIX. Βέλτιστα δ' ἂν ἀπαλλάσσοιεν, εἰδιέφθοισί τε χρώμενοι, καὶ ὡς ἀ παλαιοτάτοισι.

XCVIII. *Nam melancholicæ paſſiones* 1 *irritantur ab vſu bubularum carnium: immitigabilis eſt enim harum natura, nec quauis aluus has coquere poteſt.* XCIX. *Præclarè verò iſtas mitiganerint, ac moleſtiis defungentur, quæ ab illis, qui elixit &* 2 *vetuſtis vtetur.*

COMMENTARIVS.

1 Ægrè enim coquitur. nã eſt craſſi ſuccì illa caro.

2 Id eſt, vitulina non iam iam editi vituli, ſed vetuſteſcentis. vel ſi de bobus antiquis intellgas, vbi βέλτιστα, lege ἥκιστα, dicit Galenus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

C. 1 Αἴγεια δὲ κρέα, * ὅσά τε ἐν βοείοισιν ἔγκειται, ἅπαντ' ἔχειν * τὸν τε ἀπόψυξιν, καὶ φυσωδέστερα, καὶ * ἀργυμαπωδέστερα, καὶ χολερὰν ποιεῖ. Ἧσσον δὲ τὰ δασύτριχα, τραγέα, καὶ ἄδιψα, * μὴ ταῦτ' ἄγαν ἴσχνα ἢ ψυχρά· τὰ δ' ἀπαθέστατα, καὶ δυσπεπτότατα καὶ σκληρά, ταῦτα χόρτου, * ἢ τὰ τραγέστατα.

CI. 2 Βέλτιστα δ' ὅπῃ τῇ ἡσυχῇ μετοπωρινῇ ἢ κάκιστα.

* συμφορώτερα πλὴν
* ἤγουν
* ταῦτα
* τῶν τε
* ἀλλὰ δὴ

C. 1 *Capillæ carnes cuncta vitia habent illa quæ bubula: & ſunt immitigabiles, & longè flatuoſiores, & ructibus fœcunda, & choleram procreant. Verum quæ odoratiſſimæ, ſolidæ, ac ſuauiſſimæ, ne hæ quidem optimæ, tum coctæ tum frigidæ: quæ verò inſuaues ſunt grauesque olent, & duræ quæ ſunt, peſſimæ habendæ, etiamſi recentes fuerint.* CI. *Sunt autem* 2 *optimæ æſtate, autumno verò peſſimæ.*

COMMENTARIVS.

1 Sunt bubulis acriores: vnde, ſi non edomantur, choleram faciunt. ergo frigidæ comeſtæ minùs noxiæ. nam capræ, dicit Galenus De alimentis, præter ſuccum vitioſum, acrimoniam etiam habent. Sunt enim capræ mirum in modum ſiccæ: atque has perpetuó febrire Varro & Plinius tradiderunt: adeò vt Lucretius ſcripſerit, has cicuta ali.

2 Non aliis, ſed ſibi comparatæ. æſtate optimæ: quòd ſucculentas tunc depaſcantur herbas. nam quale edulium, talis caro: ita, dicit Galenus, vulpes autumno probatiſſimas habent carnes, vt & paſſer, & ficedula. Capris autem caro graciliſcit autumno, fraudaris ſuo nutricatu ſucci pleno. Hyeme verò cùm acerrimus illarum calor caſtigatur à frigore, ſanguinem moderatiorem obtinent.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CII. 1 Χοῖρος δὲ πυκνοσαρκότερος ἢ ἀραιότερος, καὶ 2 ἀδεικὴς χολώδεα δ' ἂν εἴη καὶ * παχυκλινέα. 3 Ὗς δὲ βέλτιστος ἀφ' ὑὸς κρεῶν πάντων. κρίνεται δὲ, τὰ μὲν ἰσχυρῶς 4 πίνα, μήτε λεπτὰ, μήθ' ὑπερπίονα ἔστω παλαιοῦ. ἐσθὴς δὲ ἄριστος ἢ 5 φοίνικος, ἢ καὶ ὁ ὑπόψυχρος.

* ὀκταρακ.

CII. 1 *Porcelli carnes praua ſunt, ſiue crudiuſculæ, ſiue* 2 *ambuſtæ fuerint: ſunt enim biliioſæ, tum turbatoriæ.* 3 *Suillæ verò inter cunctas carnes præſtantiſſimæ ſunt: optimæ verò quæ nec copioſa* 4 *pinguedine circumfluunt, nec nimis graciles ſunt, nec ad victimæ veteris ætatem venerint. edendæ verò ſunt detractæ* 5 *pelle, &* 6 *frigidiuſculæ.*

COMMENTARIVS.

1 Nam, dicit Galenus, optima caro eſt mediæ ætatis. porcelli autem omnium terreſtrium animalium obtinent humidiſſimam carnem, dicit; vnde fœcundæ in pituitam, maximè ſi non ritè, mitigatæ fuerint ab igne.

2 Aſſatione nimia redduntur immitigabiles, & praui alimenti: nam biliioſæ ita redduntur. Humida enim & acria, dicit Galenus, edulia, facilè corrumpuntur; & acerrima vi mordent ora vaſorum aluinorum, ac fluxus adferunt, eò, ex toto præcipitatos corpore.

3 Maxima huic ſimilitudo eſt cum humana: nam, dicit Galenus 3. De Alim. improbi hoſpites, humanas loco ſuillarum, ſine vllo diſcrimine ſaporis vel odoris, appoſuere.

4 Nam quæ nimis pinguis, humiditate luxuriat. omnis pinguedo nec æque concoquitur, nec æquè nutrit ac eius caro.

5 Nam ea eſt admodùm frigida & pituitoſa.

6 Sunt enimminùs æſtuoſæ, minuſque flatulentæ. Quod verum eſt, dicit Galenus, de acribus, vt caprillis.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CIII. 1 Χολερὰς δὲ ξηρὰς 2 ἡ γαστὴρ πεφύσηται, καὶ ψόφοι ἔνεισι, καὶ 3 ἐδωδὴν πλευρέαν καὶ ὀσφύος· διέχωρεῖ δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλὰ 5 ἀπισχνοῦται.

CIII. *Ab* 1 *arida cholera* 2 *venter inflatur, & murmura ibi fiunt,* 3 *& dolor tum laterum tum* 4 *lumborum fatigat; nec quicquam infernè ſecedit, ſed* 5 *aluus aſtringitur.*

COMMENTARIVS.

1 Cholera eſt inteſtini ſurſum reductio, qua nec aluus nec ſpiritus infra tranſmittitur, ſed contrà, cibus & fæces per os redduntur, cum ſæui doloris cruciatu. Eius reuolutionis cauſa eſt inteſtinorum inflammatio, vel craſſioris firmiter fixa oppilatio, cùm peruſtæ fæcis copia conſiſtit in inteſtino, & pituita ei inuoluitur, eaque congerie clauſum inteſtinum circumtenditur & intumeſcit.

2 Quæ à flatibus pronaſcitur acerrimis: quemadmodum cholera humida, ex alimentorum corruptela.

3 Qui à morbo acuto conualeſcunt, necdum eualuere, ſi præſcriptis cibis indulſerint, in choleram ſiccam trahuntur. Propterea hîc indicat, quo modo illis ſuccurrendum ſit.

4 Tenſis ac commotſis partibus nerueſis.

5 Flatibus diſtenta; ita nec fibræ in officium conniuere poſſunt.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CIV. Τὸν τοιόνδε διαφυλάξειν ὅπως 1 μὴ ἐμῆ), ἀλλὰ καιλίη ὑπεκούσηται. Κλύσαι οὖν ὅτι τάχιστα 2 θερμῇ καὶ ὡς 3 λιπαρωτάτῳ· καὶ ἐς ὕδωρ ἀλείφων ὡς πλεῖστον καθῆσθαι θερμόν, ἐν 4 σκάφῃ κατακλίναντα, καὶ τὸ θερμὸν αἰεὶ μικρὸν ἐπιχέειν· καὶ ἢν θερμαινομένῳ αὐτῷ ἡ κοιλίη * ὑπείκῃ, 5 λέλυται.

* ἢ ἐπὶ

CIV. *Hunc ita affectum, religioſè* 1 *ne vomat ſernato; ſed aluus ſubducatur: Clyſterem itaque mox ex* 2 *calido &* 3 *pinguiſſimo exhibebis. atque perunctum in aquam plurimam calidam dimittes, in* 4 *ſcapha reclinans, & ſenſim calidâ perfundes; quodſi calfacto venter ſubducitur, [euaſit] nam* 5 *ſolutus eſt morbus.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 364 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Ne ſurſum fæces ſe efferant, peruerſo inteſtinorum motu periſtaltico, quo inferne ſurſum mouentur. Vomunt maximè cùm in propinquo mors eſt, vt mulier apud Hippocratem quæ apud Tiſamenum decumbebat. 3. Epid. 2. hiſt. 9

2 Nam frigus ſurſum repelleret.

3 Vt tenſio laxetur, acriorque materia miteſcat, & ariditas madeſcat.

4 Aquâ vel oleo, vt dolor placetur.

5 Eſt enim choleræ ſignum proprium & inſeparabile, ἐὰν ἐν κάτω διέρχεσθαι, nihil infra tranſire.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CV. Συμφέρῃ δ' καὶ 1 ἐξοικιμᾶσθαι τῷ τοιῷδε. CVI. Καὶ 2 πίνειν οἶνον 3 λεπτὸν, καὶ παλαιὸν, καὶ 4 ἀκρητέστερον. CVII. Καὶ 5 ἔλαιον εἰσδεδύσθαι ἐσυχῇ, καὶ ἡ 6 κοιλίη * ὑγιὴς, καὶ λέλυται. CVIII. 7 Σιτίων δὲ καὶ ἄλλων ἀπέχεσθαι.

CV. *Quin & 1 ſomnum iniuiſſe huic profuerit.* CVI. *Ac vinum 2 bibat 3 tenue, antiquum, & 4 meracius.* CVII. *Et propina 5 oleum, vt quieſcat, & vt 6 venter ſubducatur; & ſoluitur morbus.* CVIII. *7 A cibis & reliquis abſtineat.*

COMMENTARIVS.

1 Pepaſmo ita optimè vincetur materia morbifica.

2 Ad euictionem cruditatum.

3 Quo penetret.

4 Calore enim opus eſt.

5 Nam acerrimam vim ſuccorum placat: & ſqualorem mulcet. Iam exhibemus oleum amygdalinum recenter extractum, cum manna, & vino maluatico.

6 Nam, dicit Galenus, hoc oleum moderatè agit.

7 Si ab exhauſtu non laborat æger, circumfluens cruditatibus. His mitigatis, ad cibum redeat.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CIX. Ἢν δὲ 1 μὴ ἀνῇ ὁ πόνος, ὄγυν 2 γάλακτι δίδου πίνειν ἕως 3 κωδιαθῇ. CX. Ἢν δὲ ὑγρὴ ἡ κοιλίη ᾖ, καὶ 4 χολὴ διαχωρέῃ, καὶ φρόφοι, ἢ ἕμετος, καὶ πνιγμοί, πίτυσι κρῆσον 5 ἀσχημόζων· σίκυον δὲ 6 μελικράτου, καὶ μὴ ἐξεμέειν.

CIX. *Quodſi 1 non miteſcat dolor, 2 lac aſina propina, donec 3 purgetur.* CX. *Si verò fuſa aluus fuerit, ac 4 bilis efferatur, & tormina adfuerint & vomitus & ſuffocatio, ſalutaris his eſt 5 quies; & vt bibat 6 melicratum, minimeque euomat.*

COMMENTARIVS.

1 His iam præſcriptis.

2 Nam acerrimam acrimoniam ſubeſſe denotat contumax malum: quare purgatione eget. Hoc lac, inter cuncta cathartica, mitiſſimum eſt: vt pote humidiſſimum inter omnia lactis genera: & maximè alnum mouens.

3 Lactis ſerum ita facies purgatorium, quod iucundè bibitur. accipe lac, huic incoque carthamum, vel epithymum, vel fumariam, agaricum, ſenæ folia, vel quiduis: cùm ebullit, affunde parum aceti: ſero vtaris.

4 Acris, quæ ægrè euellitur.

5 Vt miteſcat materia cocta.

6 Vt modeſtè bilis acrior efferatur. & vt cruda coquantur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXI. 1 Ὑδρώπων δύο φύσιες· ὧν ὁ μὲν 2 ξανθαιμοδιδὴς, εὐγχρόων γίνεται, 3 ἀφυλος. 4 Ὁ δὲ μετ' ἐμπυσιμάτων, πολλῶν δυσχίμων δεδευμένος, μάλιστα δὲ ὅταν πλαμπυρίνης, ἢ πυρίης, καὶ ἐγκαλίης. 5 Ἤκιστα δὲ καὶ θρομία ἐδιήτεον· ὅπου γὰρ ἂν ἀρπαπόπλοος εἴη, καὶ ἰσχίοι μάλιστα. Ἢν δὲ δύσπνοος ᾖ, καὶ ἡ ὀρθοπνοίη ἐνέσῃ τύχῃ, καὶ ἡ πλευρὴ ἀκμάζῃ, καὶ ῥάιδιον ᾖ, ὅταν βραχέος 7 αἷμα ἀφαιρέῃ, εὐθὺς θερμὸς ἄρτος ἐξ 8 εἴης μέλανος, καὶ 9 ἐλαίῳ ἀποδάπλοον ἐδιήτεον, καὶ ὡς ἐλάχιστα πίνων, ὡς πλεῖστα 10 πουέοιτο, καὶ 11 κρέα ὕεια σταφιδίνα ἐδιήτεον μὴ ὄζοντα ἐφθά, ὅπως ἀφεῖς τὰς ἀφεστώσας ἀκμάτους ἀντέχῃ.

CXI. 1 *Hydropum duæ ſunt naturæ: quorum 2 Hypoſarcidios ſi inuaſerit, 3 ineuitabilis eſt.* 4 *Alter verò qui cum flatibus, fortuna eget plurima fœlici; curaturque labore, fotu, & ſobrietate.* 5 *Sicca, acriaque edat, ita enim plurimum minget, ac robuſtior euadet. Si verò anheloſus fuerit, fueritque 9 vernum anni tempus, ac ætate florida, integriſque viribus, 7 ſanguinem è brachio tolles, dein feruidos panes ex 8 vino nigro & 9 oleo tinctos edat, parciſſimeque potet, & quamplurimum ſe 10 exerceat, & 11 ſuillam edat carnoſam ex aceto coctam, quò aduerſus acclines potens ſit deambulationes.*

COMMENTARIVS.

1 Hydrops eſt tumor præter naturam totius corporis, vel ventris inferioris: ortus ab intemperie frigida hepatis. Nam ſanguificatrix hepatis afficitur.

2 Iniucundum aſpectu vitium eſt, dicit Aretæus & toleratu difficile: ab ipſo enim perpauci liberantur, idque Dei potius, quàm artis auxilio: nam viſcera mutata ſunt. Anaſarca fit cùm non fit appoſitio, à frigore partium, vel à calore ſucci allabentis: qui liquatur.

3 Cùm omninò factus fuerit. Nam fit reſolutione, vel extinctione calidi natiui. extinguitur, vt ſi quis, ab inedia, confertim frigidam bibat: reſoluitur, vt in putredine & combuſtione; vt à febribus magnis. Anaſarca à pituitoſa materia gignitur ſæpe.

4 Cùm ſanguis redditur tenuis, humidus. ichorodes, aſcites naſcitur, humor nec expellitur; quod fit ratione virtutis, materiæ, viarum. virtutis, non ſeparantis in hepate; vel non trahentis in renibus. materiæ, cùm non expellitur, quia copioſa, vel cruda. viæ, quia infarctæ. Flatus fiunt ratione materiæ vel agentis: materiæ, quæ facilè eò abit: agentis, vt calido à ſtupente.

5 Anaſarcæ hoc conuenit, inquit Galenus.

6 Id eſt, copioſius & tutius tunc educet.

7 In anaſarca iam primùm inuadente, cùm à plethora, quæ exſuppreſſa ſolemni euacuatione primordia ducit, obnata fuit. Nullus, dicit Galenus, Aſcitem vel tympaniam curauerit per ſanguinis emiſſionem.

8 Virium ratione.

9 Hepar id roborat: nam ſcribit Auerrhoës, ſuam gentem ſolere piſces ex oleo coquere: id enim hepar roborat.

10 Id ſiccat & calfacit.

11 Si coqui poſſint ab homine.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXII. Ὁκόσοι 1 κοιλίας τὰς κάτω 2 θερμὰς ἔχουσι, καὶ θρομία τὰ διαχωρήματα καὶ 3 ἀνωμαλα διεξέρχεται, τούτοισι σικυήρεα ἀμείνω ἐστὶν ἐσθίειν. Ἢν μὲν 4 ὑγιαινοὶ ἐῶσιν, ἐλλεβόρῳ τῷ λευκῷ 5 ὀλιγαπαύστοισι. 6 Ὧν δὲ μὴ, ὁ 7 χυλὸς ἐφθῶν 8 σταφυλῆς πυρῶν παχέος, χνήκος, καὶ τὸ ἔλαιον 9 ἔτεος, ἄλφι ἐξηρεθισμένα, καὶ ἰσχύες πυρεσσούσῃ μὲν ἰσθμοὶ, ἀπυρέτῳ δ' ἐνθυμίδιοι· καὶ ὄϊος μέλας ἀπυρέτῳ. Ὧν δὲ μὴ, ὕδωρ διὰ μαπίλων, ἢ ὠφρτων, ἢ μήλων, ἢ ἴσων, ἢ φοινικοβαλάνων, ἢ 10 σικύης ἀμπέλων.

CXII. *Qui 1 infernam aluum 2 calidam habent, ſubeuntque acres ac 3 inæquales deiectiones, hoc illis à colliquatione euenit. Quibus, ſi viribus 4 valeant, elleboro albo 5 reuulſiones fiant. Sin 6 minus, 7 ſuccum tritici 8 ſitanij craſſum frigidumque propinabis*

& ex lente 9 fracta decoctum, & panem ſubcinericium; & piſces febricitantibus quidem elixos, febris verò expertibus aſſos. Vinum nigrum dabis in vacuitate febris, alioqui aquam ex meſpilis, vel ex myrto, vel ex pomis, aut ex ſorbis, aut ex palmulis, vel ex 10 *œnanthe vitium.*

COMMENTARIVS.

1 De teneſmo verba facere videtur: in quo colliquata quædam ſubeuntex inteſtinis: quæ abraduntur ex acri ſuccorum vi. Quare eos ſuccos reuellere nititur ellebori propinatione, & vomitu inde.

2 Obſeſſam calidis ſuccis. Hi ſalutariter ſacculo incumbunt, qui fit ex furfuribus: & coquitur in aceto & vino rubro.

3 A calore præter naturam varias partes occupante.

4 In febris vacuitate magnæ; & non adeò progreſſo malo, vt iam ad vltima ferè ventum ſit.

5 Per vomitum. modo vomat ex facili, & æſtate.

6 Si æger non ſit par elleboro, vel ſi febris acrimonia obſtiterit.

7 Id eſt, adſtingentia & frigida.

8 Ita apud Dioſc. 2. lib. 107. commendantur οἱ πυρροὶ ῥίμμωτοι, καλούμενοι Σιτάνιοι: hoc eſt, genera tritici trimeſtria, quæ nonnullis ſitania nominantur.

9 Ἔτνος eſt omne leguminis freſi fractique decoctum. vel & inde puls quoque facta. Ita nos iubemus farinam hordei furno inferri vna cum coquendis panibus: inde cum lacte acido fit pulticula.

10 Eſt vitis ſilueſtris labruſcæ, vua: colligitur cum flore, quando optimè olet, ſiccatur, ac in cibos conditur, refrigerat & ſtringit.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXIII. Ἢν δὲ 1 πυρὸς μὴ *ἔχῃ, καὶ τροφοὶ ἐῶσι, γάλα 2 ὄρειον θερμὸν, ὀλίγον τὸ ἀφρῶδες, ἔπειτα ἐκ πρωϊαγωγῆς πλεῖον, καὶ 3 λινόσπερμον, καὶ 4 πύελος ἄλφιτα, καὶ ὄρβης 5 Αἰγυπτίων κυδωνίων (ἐξελὼν τὰ πικρὰ) κατακεισάσας ὀπτώσων πρότερον· ἢ ὠὰ 6 ἡμιπαγῆ ἐδέσθω ἁπαλὰ, καὶ σεμίδαλιν καὶ 7 κέγχρον, καὶ 8 χόνδρον ἑφθὸν ἐν γάλακτι, ἑφθὰ 9 ψυχρὰ ἐσθίων· καὶ τούτοισι ὅμοια καὶ ποτὰ καὶ ἐδέσματα προσφερέσθω.

*ἔχοι,

CXIII. *Si in* 1 *febris vacuitate tormina adſint, initio pauca manu lac* 2 *aſininum, ſenſimque eius copiâ auctâ propinetur, & 3 lini ſemen; ac 4 triticeam farinam dabis, & 5 farinam aſperſam fabarum Ægyptiarum decorticatarum, (quibus primùm id quod amarum eſt ademeris) bibat: aut ova* 6 *tremula comedat aſſa, & ſimilam, & 7 milium, & 8 chondrum lacte coctum, elixa 9 frigida edat, atque his ſimilia tum pocula tum edulia ingerat.*

*ſemiconcreta.

COMMENTARIVS.

1 Purgatâ tenuiter fœditate, frenent medicinæ, temperatione quadam, acrimoniam ſucci, & inteſtinorum temperiem redintegrent: nonnumquam etiam ſiccent & refrigerent. dicit in febris vacuitate: quaſi dicat, ſi non ita praua materia fuerit, vt febrem excitet, poterit ſtringi modeſtè.

2 Purgat & temperat.

3 Siccat & refrigerat, & placat acrimoniam. dicit Dioſc. diſcutit & emollit. eius decoctum interaneorum eroſionibus immittitur. primo ordine calet, dicit Galenus, cæteris eſt temperatum.

4 Temperat: vt & hordeacea, quæ (dicit Galenus) ſiccat & refrigerat.

5 Mediocriter refrigerat, dicit Galenus, ſtringit, dicit Dioſc & ſtomacho eſt vtilis, dyſentericis prodeſt, lomento inſperſo polentæ vice: datur quoque in pulte, inquit.

6 Hæc ſunt craſſi & boni ſuccí, & ſuccorum acrimoniam frangunt: nec nimium calent oua, ſed temperie moderata excellunt.

7 Siccat & refrigerat.

8 Χόνδρος granum dicitur: quod in grana cogitur, dum ex zea (tritici ſpecie) paratur. cum inſculis coctum editur: Latinis Alica ab alendo dicitur. Quo modo paretur, Conſtantinus in Geoponicis tradidit.

9 Hæc prædicta omnia: nimirum ob materiæ morbificæ acrimoniam & calorem.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXIV. Ἰτὸς διαιτικῶς ἔστι μέγιστον, ὠφελῆσαι καὶ φυλάξαι, ὕστερον ἐν τοῖσι ὀξέσι καὶ ἐν τοῖσι 2 μακροσίοισιν ἀῤῥωστήμασι, καὶ τοὺς 3 ὀπτασίας ἢν πυρέτων, ἢ τοὺς ἀνέσιας, ὡς τε τὰς χοιρὰς διαφυλάξαι, ὁκότε μὴ δεῖ τὰ σιτία προσφέρειν, ἢ ἀσφαλέως, ὁκόταν δέῃ προσφέρειν, εἰδέναι. ἔτι δὲ ὁκόταν πλεῖον ἀπολωλεκὼς ᾖ ὀπτάσεως.

CXIV. 1 *Non minimum id eſt in ea parte Medicinæ, quæ victu medetur, religioſè & cum cautione obſeruare febrium tum* 3 *intenſiones, tum remiſſiones, non modo in acutis morbis, verùm etiam in longis vt noſcas tempora & occaſiones quibus iure à cibis arcentur ægri, & quibus tuto offerantur. praterea vt offeras tunc, cum longe ab inſultu abſunt.*

COMMENTARIVS.

1 Noſſe peculiare tempus quo iure cibus offeratur, præclarum eſſe affirmat.

2 In illis, cùm longiſſimè abeſt paroxyſmus, genio indulgendum: at in acutis, cùm calor in pedes abiit.

3 Id eſt, acceſſionum initia. 1. Aph. 11. dicit: In paroxyſmis, (cùm nimirùm æger perfrigerari incipit) de cibo vereri oportet, (donec nimirùm calor ad pedes deſcenderit.) Nam cibi exhibitio damno eſt, dicit, (impurâ aluo, cùm humor ad thoracem affluit.) Quinetiam in his hoc cauendum, nimirùm, quæcumque per circuitus ingraueſcunt (vt febres recurrentes, aſthma, cephalalgia, colicus dolor. Paroxyſmi ſunt à plenitudine, putredine, inflammatione, obſtructione.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXV. 1 Εἰδέναι δὲ τοὺς κεφαλαλγικοὺς ἐν γυμνασίοις, ἢ δρόμων, ἢ πορείων, ἢ κυνηγεσίων, ἢ ἄλλου τινὸς πάνυ ἀκαίρου, ἢ ἐξ ἀφροδισίων τοὺς ἀγχέους, τοὺς 2 βραγχαλέους, τοὺς 3 σπληνώδεας, τοὺς 4 λιπαίμους, τοὺς πνευμαλώδεας, καὶ ὑπόχυσις βιοσώντας, ἢ φλεβώδεας, τοὺς 6 φυσώδεας, καὶ φλεγμονὴν ὑποδηλώσας. 7 ὑποτεταμένους ὑποχονδρίοις καὶ πλευρῇσι καὶ μεταφρένοις, καὶ τοὺς ὑπηνεμαρμένους, καὶ 8 ἀμαυρὰ βλέποντας, καὶ οἷς 9 ἦχοι ἐγγίνονται ἐμπαίουσι, καὶ οἱ 10 * ὑρατῆρες ἀκρατέως διακεκινῆσθαι τοὺς 11 ἰκτερώδεας, ἢ ὧν αἱ 12 κοιλίαι ὁμαλῶς ἐκβάλλουσιν, αἱμορῥαγέοντας ἐκ ῥινῶν ἢ καθ' ἕδρην 13 σφοδρῶς, ἢ ὧν ἐμφυσήματα ἐόντα, ἢ πόνος αὐτοῖς ὑπηρέτῃ (φοβερὸς, καὶ ὧν ὑπομένουσι, ἢ πόνοι αὐτῶν μανίῃ φαρμακεύειν· μανίῃσιν τε ὑπὸ ἕξεις, ἢ ὑδρὶν ἐνάσεις, τάς τε 14 ὑπὸ * ταυτεμάτου ἀπαλλάξαι καὶ χρονίας ἀφαιρῆσαι.

* ὑρῆθρα

* ἢ ὑπὸ αὐτομάτου

CXV. 1 *Perſpectos verò eos habere oportet qui ex capite dolent vel ob exercitia, vel curſum, vel iter, aut venatum, ſeu aliam importunam fatigationem, vel ex venereis. Decolores etiam,* 2 *raucos,* 3 *lienoſos,* 4 *exangues, anheloſos, & aridè* 6 *inſſientes, ſtibundos, flatuoſos, & venarum interceptiones. His iunge quibus* 7 *tenſa ſunt hypochondria, tum dorſum, tum latera, & torpidos,* 8 *obſcurè cernêtes, atque his quibus* 9 *tinnitus aurium incidit, & his quibus* 10 *urinales partes imbelles ſunt,* 11 *ictericis, & quorũ* 12 *aluus crudare dedit, quique haimorrhagiâ ex naribus aut ſede* 13 *validè tentantur, inflatis, quibuſq; * fatigatio vehemens* * dolor *moleſta eſt, horum nulli, niſi hæc primùm ſuperauerint, pharmacum propinabis. nam in periculum ægrum trahes, nec quicquam iuuabis;* 3 *ac quæ* 14 *ſponte naturæ fierent permutationes, tum criſes, auertes.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 366 sur 513

COMMENTARIVS.

1 Dicit, non purgandos esse, qui ex intempestivis laboribus laborant ex capite. & cæteros etiam tales, si nimirum hæc, primariæ fuerint causæ febris. nam diariam commouere solent, spiritibus perturbatis. Verùm si hæc, occasiones tantùm fuerint, quibus, qui erant in corpore praui succi commoti, morbum adferant, euacuatione opus eris.

2 Siccis in his vtendum: & ratio habenda partis mittentis etiam vt siccetur.

3 Vbi in scirrhum abiit lien.

4 Hi calfactoriis recreandi: vt vino, cibis, exercitiis.

5 Criticis vbi omnia plena.

6 Ex sola intemperie ab aëre contracta.

7 A contumaci cruditate, vel scirrho.

8 Cùm spiritus animalis vi morbi fatiscit.

9 A ventis incumbentibus. Nam qui fiunt à venerea lue, obseruatum est lotio asinino destillato excludi. quod quibusdam in secretis est.

10 Vt calculis obnoxiis.

11 Icterus est color præter naturam totius corporis, à bile excrementitia. fit interdum à cutis densitate.

12 Lientericis.

13 Fractis viribus. iuuenibus anarrhopos est sanguis, ac ad nares fertur: senioribus catarrhopos, ac ad hæmorrhoidas præcipitatur.

14 Nam pharmaca, cùm ex corporibus quæ praua sunt educere nequeant; ea quæ optima sunt, colliquescere faciunt: inde vires deiiciuntur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXVI. Ην δὲ 1 αἷμα πιὴ ξυμφερὲς ἀφαιρέειν, 2 σεφεὼ ποιέειν τὴν κοιλίην, ἢ ὅπως ἀφαιρέῃ, καὶ 3 λιμοκτονέειν, καὶ οἶνον ἀφαιρέειν αὐτῷ. Ἐπὶ τε διαίτῃ τῇ προσηκούσῃ, τὸ ὑπόλοιπον αὐτῶν, καὶ πυέῃσι 4 ἐνίκμοισι θεράπευε.

CXVI. *Si alicui 1 sanguinis ablatio vtilis futura videatur, alius huic 2 firma reddatur, ac tum demum commodè auferes; mox 3 inediam imperare, ac vino interdicere. Tandem decenti dieta ac fotu 4 humecto reliquam curationem absolue.*

COMMENTARIVS.

1 Vena secatur ad euacuationem & reuulsionem causæ antecedentis, amotionem coniunctæ, temperamenti restitutionem, & superstitis materiæ præparationem. Apud Hippocratem 4 sunt causæ emittendi sanguinis, inflammatio, translatio symptomatica, dolor, & obstructio: omnes grauium morborum authores.

2 Metu infirmitatis futuræ, si perennet aluinus fluxus. maximè supersedendum si colliquatio adsit; alioqui cùm magna tenentur febre homines, ita vt intestina incendio tacta videantur attrahere materias, ineunte morbo, seca venam.

3 Nerediua vi, ilicò succrescat sanguis.

4 Si adsit squalor.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXVII. Ην δὲ σοι 1 κατάπυκνος ἡ κοιλίη δοκῇ ἔχειν, μαλθακῇσι κλύσμασι χαύνωσον. CXVIII. Ην δὲ φαρμακεύσαι, ἐλλεβόρῳ λευκῷ ἄνω κάθαιρε. κάτω δὲ μηδενὶ δεῖ τοιούτων.

CXVII. *Sin 1 aluus tibi astrictior videatur, molli hanc clysmate elue.* CXVIII. *Sin purgatione opus sit, elleboro tutò sursum purga. deorsum verò neminem talium.*

COMMENTARIVS.

1 Id est, si sanguis auferendus, strictiore aluo, illa primùm soluatur: modò nimirùm acumen mali admittat hanc moram: alioqui primùm seca, dein duc aluum.

2 Qui nimirùm elleboro egent. non phthisici, non hyeme, qui vomunt ex facili.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXIX. 1 Κράλιστον δὲ ἐς 2 οὖρησιν καὶ ἐς 3 ἱδρῶτας καὶ ἐς πεπάνσιας ἄγειν, καὶ περιψῆν ἁπαλῇ χειρί, ἵνα 4 μὴ πυκνώσῃς τὴν ἕξιν. Ἦν δὲ πλησμονὴν ᾖ, ἄλλοι 5 τρίβεσθαι τῶν αὐτόν.

CXIX. *1 Optimum etiam fuerit si 2 vrinæ cieantur, 3 sudores prouocentur, vtque inambulent, ac blanda frictione vtantur, 4 ne densescat habitus corporis. Quodsi lecto affixi hæreant, 5 perfricent eos alij.*

COMMENTARIVS.

1 Postquam iam vetustescere incipit malum.

2 Nam ita infarctus omnis expeditur, nec nouæ putredini ansa relinquitur.

3 Vt corpus liberetur à densitate; ac euentatione, extra febriles causas vindicetur.

4 Omne studium illi est in conualescentibus, vt redintegretur corpus & humores, qui extra temperiem aberrant, ac in æstum abrepti fuerant, non sine putredine.

5 Vt fimior reddatur corporis habitus: & vt euacuetur à fuliginibus.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXX. Καὶ ἢν μὲν ἐν τῷ θώρακι 1 ὑπὸ τὴν φρένα λυπέῃ τὸ πάθος αὐτόν, * ἀναγκαζέσθω ὡς πολλάκις, ἢν δύνηται, τρεπόμενος κατακλινέσθω, ἐς ὃ, τι δυνατὸν ἐστι, καὶ καθιζόμενος * ἀναπνεόντων πολλὸν χρόνον πολλῷ θερμῷ. Ἢν δὲ 2 τὴν κάτω κοιλίην ὑπὸ φρενὸς ἔχῃ τὰ ἀλγήματα, ἀναπαέσθω ξυμφερῶς, καὶ μηδεμίαν κίνησιν κινεέσθω τῷ τοιῷδε σώματι ξυμφέρει, ἕως τ' ἀναπαύσεως.

* ἀναπνεῖν
* ἀναπαύεσθω

CXX. *Et si in thorace 1 supra diaphragma afflixerit eum affectus, sedeat frequenter æger, ac quam rarissimè decumbat, dum ad id satis virium illis fuerit, & sedentem fricent calido multò. Quodsi 2 dolor inferiori aluo, sub diaphragmate, insederit, huic decumbere proderit, ac nullis motibus percelli, si frictionis exceperis motum.*

COMMENTARIVS.

1 Vt in orthopnoia: comprimitur enim pectus cùm quis iacet.

2 Vt si phlegmone adsit: ne eò præcipitent succi. vel si apostema, ne id subitò rumpatur, & effundatur.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXXI. Τὰ δὲ ἐκ τῆς κάτω κοιλίης 1 λυόμενα δι' οὖρον καὶ ἱδρώτων, ὧν ὀλιγίη 2 μετείων ὑπὸ αὐλεμάτων (μεῦ, λύει) τὰ μιγνύμενα, τὰ 3 ζοφώδεα δὲ πονηρόν. οἱ πυρέσσοντες δὲ, καὶ 4 ὑπόλυσιν, ἢ ἀφυγκανέουσιν ἄλλων ἢ γίνονται ὑγιέες· ἀλλ' ὑποσηκάζει, καὶ τὰ τοιαῦτα πάσχουσι.

CXXI. *Quæ autem ex inferna aluo per vrinas ac sudores 1 soluuntur, si vltrò 2 moderatè ferantur, quæ exigua sunt soluuntur; 3 vehementia verò in malis habenda. Nam tales vel 4 intereunt, aut non sine aliis tædiis conualescunt: sed in apostema firmantur, & recidiuam faciunt.*

COMMEN

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 367 sur 513

COMMENTARIVS.

Agit de his, qui ex acutis, in longos abeunt morbos.

1 Id est, quorum crisis est peculiaris per has euacuationes.

2 Id est, si non magnum malum morbificum præsserit, indicatio etiam erit non copiosam materiam in vitio esse. Ergo moderata excretione criticâ, euadent.

3 Id est, vehementia mala non cedunt mediocri exclusioni humorum: sed confertim & liberaliter ferri excrementa debent: vt totam causam morbificam exhauriant.

4 Triumphata natura à materiæ vi; si enim tentârit exclusionem materiæ natura, quam peragere non potuit, id validè eam deprimere solet.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXXII. 1 Πόμα ὑδρωπικῶν. καντθαρίδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἑκάστης, καὶ πόδας καὶ πτερά, τρίβας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα· ὅταν δὲ πονῇ ὁ πάσχων, ἐπιθερμῆ βρεχέτω, καταλειφθήτω δὲ θερμότερον ἢ πέντε, ἐσθιέτω δὲ ἄρτους θερμοὺς ἐξ ἀλείφατος.

CXXII. 1 *Poculum Hydropi. Cantharides tres, abstracto singularum tum capite, tum pedibus, tum alis, in cyathis tribus aquæ terantur. Atque cùm is qui bibit laborauerit, 2 calida perfundatur, vngaturque prius. Ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo vel pinguedine edat.*

COMMENTARIVS.

1 Hydrops interdum sequitur morbos acutos, quòd, cùm auidè aquâ se impleant ægri, ea à liene in omentum effundatur: nam alius Hydrops, qui sequitur hos morbos, ab exhausto calido natiuo hepatis, est insanabilis. Quidam olim, dicit Galenus, dederunt sola corpora cantharidum: quidam solas extremitates: sed, dicit, malè: nam commodè datur, dicit, medicamentum ex cantharidibus nimirùm integris confectum. Cùm enim intùs dantur, integræ dandæ: quòd leptomeriâ quadam prædictæ extremitates earum, faciunt vt peruadant totæ cantharides, ne morâ hærentes, partes vrant. Sed cùm foris admouentur, corpora, abiectis extremitatibus, imponantur.

2 Ne in conuulsionem, vel exulcerationem interaneorum & vesicæ trahantur. Dicet quis: Gal. 2. de Antid. 6. improbare harum vsum videtur: & Dioscorides has recensét inter venena: & Auicenna dicit, magno errore eas propinari. Resp. cautione quadam propinari debent: primò vt sit suppressum lotium, ita vt nec aliis effluere possit diureticis. Secundò, vt dentur integræ, ex 11. Simpl. Tertiò, vt exiguâ copiâ dentur, mixtæ mitioribus. Da integram; non supera secundam, da cum pinguibus iusculis, quibus incoxit malua, althæa.

HIPPOCRATIS TEXTVS.

CXXIII. 1 Ἴσχαιμον. Ὅπὴν συκῆς ὃν εἰείῃ τραχυτάτην ἢ τοῦ τρὸς τὴν 2 φλέβα. ἢ πλίνθου συρέψαντα ἐμβάσαι εἰς † μυκτῆρα. ἢ 3 χαλκίτιδος τῷ δακτύλῳ προσεπαπασάμενον πίεσιν, ἢ τευτλίου χόνδρος ἔξωθεν προσπάττειν ἐκατέρωθεν καὶ τὴν κοιλίην λύειν 4 ὄνῳ χαλκῷ ἑφθῷ, καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρᾶν, συκῆν τρέφειν, ἵνα ἄρτι θερμὴ γίγνηται. 5 Σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει ἢ πόσις ἡμέλιτος δραχμῆς ὁ σταθμὸς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένος. ξυμμίσγει δὲ καὶ ἐλλεβόροισιν, καὶ ἦσσον πτίγει τὸ τρίτον μέρος ἢ πόσις. 7 Τετρῶσιν. ὑποδεῖν τὸ ῥάμμα τῇ βελόνῃ τῇ τὸ κύαρ ἐχούσῃ, κατὰ τὸ ὀξὺ τῆς ἄνω τάσιος τὸ βλέφαρον, ἐς τὸ κάτω διακεντήσας, δεῖν, καὶ ἄλλο ὑποκάτω τούτου ἀναπείνας δὲ τὰ ῥάμματα, ῥᾴδιον καὶ κατάδεσιν εἶναι ὑποπτερικὸν μὲν ἱκανῶς ἴσχειν. εἰ δὲ μή, ἐλλείπειν, ὁπόσα προείρηται τοῖσιν ἄνω. Καὶ τοῖς 8 αἱμορροΐδας ἢ ὠσὶν πρόσπιν διάσασιν· τῇ βελόνῃ ὡς παχυτάτῃ εἰείσι διαπερόν ῥάμμα, καὶ ὡς μέγιστον ὑποδήσας ἀσφαλέσιν χόνδρῳ) ἢ θεραπεύειν. εἶτα ὑποπίσας τῷ σπαλῷ χρέο, καὶ μὴ βρέχε πρὶν ὑποπίσῃ· καὶ ἀεὶ μίαν 9 καὶ λιπαίνεσθαι καὶ μὴ 10 πάντα ἀναλαβεῖν 11 ἐλλεβορείου. εἶτα 12 γυμνάζεσθαι καὶ * ἀφιδρύσασθαι. γυμνασίη τε πρίψις πολλὴ τοῦ σώματος. 13 ἄρτου ὑποχέσθω καὶ 14 μέσης, καὶ τῆς ὀψοποιίης ἔξω 15 ὀξυγάρου 16 ἐμείτω δὲ ἐπὶ ἡμέρῃσι ἃς τρὶς ἐν τῷ μηνὶ· ἔπειτα δὲ ἀν 17 ἔχει ἀείρειν τὸ σῶμα. Οἶνον δὲ κιρρὸν, αὐστηρὸν, ὑδαρέα τε καὶ ὀλίγον πίνειν. Τοῖσι δὲ ἐμπυήμασι 18 σκίλλης κατὰ μῆνα κυκλίσκους ἐνδεῖν ὕδατι, καὶ ὑποζέσας εὖ μάλα ὑπέχειν, καὶ ὑπηνίκα ἄλλο, ἕψειν ἕως ἂν ἀπολιμψάνῃ δίψαν καὶ μαλθακὸν φαίνῃ· ἔπειτα τρίβειν λείην, ξυμμίσγειν 19 κόμμεος πεφρυγμένου, καὶ λευκῆς 20 σησάμου, καὶ 21 ἀμυγδάλας νέας τρίψας ἐν μέλιτι, ἐλλειπτὴν δίδου. Καὶ ὅπῃ τούτου οἶνον γλυκὺ· ῥοφήματα δὲ 22 μήκωνος ἢ λευκῆς ὑποτρίψας, ὀκόσον 23 λεκάνιον, ὕδατι δίεις. 24 σιλφίου * πόμματι ἀλόβρου ἐψήσας, μέλι ὑπέχειν, χλιαρὸν ὑπῆρξαι· οὕτω διαρέτω τὴν ἡμέρην. ἔπειτα εἰς 25 τὰ ὑποκείμενα λοχυζόμενος τὸ δεῖπνον δίδου. Δυσεντερίης. 26 κυάμου καθαροῦ τετραπλάσιον, καὶ * ἐρυθρόδου 27 ἀνίσου δυοκαίδεκα κύφωνα λεῖα ξυμμίσγειν τὰ * ἐψήσαντα, λιπαρὰ δίδουν * ἐκλείχειν.

Ὀφθαλμῶν. 28 αὐτοῦ πεπυημένην λυπαρὸν πεπυημένην, ὡς ἥκιστα μὴ ὑγρὸν, λεῖον τρίψας, ὑμεναίῳ τῆς πυέης ὑμᾶσθαι ἀνυγρότατον ἡλίῳ τε ἀναξηράνας, ὑγραίνειν ὡς ἐναλεγκέστερον. ὁκόταν δὲ ξηρὸν γένῃ), λεῖον τετριμμένον ξηρὸν καταλέρειν τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ παραφαίνειν τοὺς καυθούς. Ὑγραν. 29 ἐλαίου δραχμὴν, 30 χαλκοῦ κεκαυμένου 31 ἑπτὰ ὀβολοὺς ἐν ἀλόης τείλασι, κρίκου τριώβολον. ταῦτα τείλας λεῖα, παράχεε οἴνου γλυκέος 32 κοτύλιον Ἀττικὸν, καπέπτα ἐς ἥλιον δεὶς καταπάλυξας, ὁκόταν σαινεσθῇ, τοῦτο χρίε. Πρὸς τοὺς θερμοὺς ὠμίας· ἔστω 33 χαλκίτιδος δραχμὴ, στυφλὸς ὁκόταν δὲ μέρεα λιφθῇ, σκεπάσας, ζωόγραν καὶ κρόκον τείλας, ξυμμίσγειν τὸ γλαῦκος, ἔμπασον ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ τούτῳ ἐπάλιφε τοὺς θερμοὺς ἐόντας· ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἐγχρίειν. Τὰ ὑστερικὰ πυρετῶν γνῶσις· πέσσει τοῖσι δουσὶ δακτύλοισι, καὶ ὑπὸ αἰδοῖ), τὰ ὑστερικὰ ἔστιν· ὑπὸ δὲ μὴ ἀπαλγεῖσθαι. Τοῖσιν ὑδρωποῦσιν· 34 μηκώνιον λευκὸν Ἀττικὸν τρογύλον, πόσις· 35 λεπίδος 38 μικραὶ τρεῖς τοῦ πάτου καὶ ἀλεύρου σιλφίνου κολλήσασθαι, ταῦτα λεῖα τείλας καταποτὰ ξυρὲ ἔλαιον, ὄλεθρον, κάπειτα ὕδωρ καθαίρει, κοιλίην ἐκκωφοῖ. Ἐς 37 ἰσχάδας ὄπος τοῦ πυθμένος ὑπόσας ὁκόσον ἐπίδακις ἐς ἕκαστον τοῦ ἐρημνίου· εἶτα ἐς καινὸν ἄγγος συσσεῖς ταμίευσον, δίδου μετὰ τὸν σπόνον. Καὶ τὸ μηκώνειον τείλαν, ὕδωρ ὀπτέων καὶ δικτάνου, ἀλεύρου φυράν, 38 ἴτεινον ἐπαπὸ μέλιτος ἑφθὸν ὀξυγλύκεον, τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τρόγειν δίδου· καὶ ὀπτᾶσθαι γλυκὺ ὑδαρέα, ὃ μελίκρητον ὑδαρές· τὸ δὲ ὕδατος τῆς κοφείου μηκώνειον ξυλείχειν, ταμεύειν καὶ θεράπευε.

CXXIII. 1 *Sanguinem supprimens. Succum fici lanâ exceptum, intus 2 venæ appone, vel coagulum inuolutum naribus immitte, vel 3 chalcitide, digito, ad-acta preme, cartilagineſque vtrinque foris comprime. & ventrem 4 lacte asinæ cocto solue, caputque rade; & astringentia, si calidum anni tempus fuerit, exhibe. 5 Sesamoides sursum purgat, sesquidrachmæ pondere ex oxymelite tritum & potui datum. miscetur autem cum 6 elleboris, ita vt tertiam efficiat partem. nam id hoc modo minus suffocat. Ad 7 Trichasin vbi filum acui foramen habenti immiseris, in extremo * super-* cum pilo. † id est, interna, vel celsiori & acuminatæ. † interne foras. na tensa palpebræ margine, † deorsum versus punctione facta transmitte, & aliud itidem sub hoc infernè traiice: & extema fila consue ac * deliga, donec [pilus] excidat. & si satis quidem fuerit, benè cedat: si non deficitque aliquid, idem agas. 8 Hæmorrhoidas simili modo persequeris: nam acui crassissimum lanæ succidæ filum indes, & quammaximè deligabis. nam talis curatio periculi est expers. Deinde comprimes, & contabefaciente veteris medicamento, nec prius quam exciderit 9 madefacias. cautioque adsit, vt 10 vnam relinquas: ac postea recreatis viribus, 11 elleboro veteris. Deinde 12 exercitia subeat, & sudet, & antè quàm ad exercitium inierit, manè multum perfricetur. à 13 cursu & 14 ebrietate arceatur, & ab acribus, excepto 15 origano. 16 Vomat singulis septimanis, aut ter in mense. ita enim 17 recreabitur corpus. Vinum giluum, austerum, aquoſumque sed parcâ bibat manu. Empyemate detentis dissectos 18 scillæ * trochiscos in aqua excoques, aquamque valdè fernidam effunde, aliamque * incisam in orbicu-los scillam.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 368 sur 513

*inciſam in orbiculus ſcillam

*aliámque infunde,& coque ita vt tangenti coctum & molle appareat; poſtea vbi ad lauorem triueris,remiſce 19 cuminum frictum, 20 ſeſamáque alba,& recentes tritas 21 amygdalas, atque ex melle in eclegmatis formam cùm elegeris, dato. His actis vinum propina dulce, & ſorbitiones 22 papaueris albi triti: huius inquam, 23 leciſcium aquâ perfuſum; & cum 24 ſetany farina melléque coctum, melle affuſo, tepidum ſorbeat: ſicque diem tranſigat. Deinde ad 25 ea quæ eueniunt reſpiciens, canam offeras. Ad Dyſenteriam: Accipe 26 fabarum purgatarum quadrantem, & ſurculos duodecim 27 dauci rubri tritos immiſce: & excoque, atque delingendum porrige.

Ad oculos: 28 Spodum lotam ac probè maceratam vt pinguedinem non liquidam, in lauorem teres, acerbóque vuæ acerba ſucco humectabis, ac in Sole deſiccabis; humectare enim oportet, vt inunctione facilis ſit. Cum verò ſiccata fuerit, in lauorem trita ſiccatáque oculos perunge, & canthos oculorum conſperge. Ad eoſdem madentes: 29 ebeni drachmam, 30 æris vſti 31 obolos nouem, croci obolos tres, in cote tere. tritiſque vini dulcis 32 cotylam Atticam affunde; deinde Soli expone: contege: atque vbi coctum fuerit, eo vtere. Aduerſus eorum dolores: 33 chalcitidis drachmam, vuæ expreſſæ partes duas, myrrham crocúmque tere, muſtum remiſce, in Sole excoque, & eo dolentes oculos perunge, ſit autem id in vaſo æneo. Quo modo præfocatæ ab vtero cognoſcantur. duobus digitis comprime: ſi ſentit præfocata eſt; ſi non, ſpaſmo tenetur. Hydropi potio conueniens: 34 meconij rotundum * leciſcium Atticum: 35 Squamæ æris * 36 melas tres auerſas, cũ pura farina adglutinatas tere, & in cataputia conuolue, exhibe. deorſum enim aquam purgat, & ſtercore aluum liberat. In 37 caricas ſingulas, ſucci thymalli ſeptem guttas inſtilla: dein in vaſe nouo compone; concinnáque & aſſerua, & ante paſtum exhibe. * Meconium tere; aquam affunde, & cola, farinam [in ea colatura] macera, [& in] 38 itrium coque, mel coctum infunde, & edendum hydropicis exhibe: & ſuperpotes vinum dulce aquoſum, vel dilutum melicratum. Quod à recrementis colligis meconium adſerua & cura.

* acetabulum paruũ Cornar.

*ſpecilla Corn.

*quod & Peplus, dicit Cornarius.

Commentarius.

A morbis acutis interdum quædam ſymptomata fatigant: iam docet quo modo his occurrendum ſit.

1 Sanguinem reprimunt quæ reuellunt, vt, quæ aluum profundunt: vel quæ partes per quas fluit denſant: aut quæ caput ſtringunt, vt frigida. Nam effluit ſanguis per diapedeſin, diæreſin, vel anaſtomoſin: idque vitio vaſorum, ſanguinis. vaſorum tenuium, quæ facilè rumpuntur vel aperiuntur: ſanguinis, vt copioſi, vel acrioris. Sed in critico fluore videndum, ne temerè is ſtringatur. vt ſi ſignis, quæ apparent ad ſpeciem & tempus criſeos, præcedentibus, mox critico die confertim eruperit ſanguis.

2 Vredine quadam tenera oſcula conſtringunt

3 Stringit vehementer, & cruſtam firmam inurit: maximè colcothar: hoc eſt, calcinatum vitriolum, vnde oleum extractum eſt. hoc etiam euaſit illuſtriſſ. Princeps Auraicus Guilielmus, cùm plumbo iugularia vaſailli traiecta eſſent.

4 Vt acriore ab ichore ſanguis liberetur: ille enim venas interdum exedit.

5 Eſt Seſamoides magnum & paruum. Magnum Anticyrenſes elleborum appellarunt: quòd albo elleboro in purgationibus remiſceretur. planta eſt Seſamæ ſimilis. Imò ſemen ellebori nigri Seſamoides dictum fuit ab Anticyrenſibus, vt author eſt Dioſcorides. Sed Theophraſtus ipſum elleborum ab ipſis ſic vocatum fuiſſe prodidit.

6 Sunt enim ὁμοίατροπα, id eſt, quæ celeritate purgandi ſe mutuo non anteuertunt.

7 Trichoſis, id eſt, pili pungentes, in palpebra enati. Senſus eſſe videtur: palpebræ partem celſiorem atque in acumen eleuatam, vbi extenderis, acu traiicies ſupernè deorſum: iterumque ex aduerſo, ac colliga, & ad externa detrahe. Hanc exercitationem vocant ἀναζογισμὸν chirurgicam, dicit Galenus; cùm nimirùm pili oculum infeſtant. Acus ab integra palpebræ parte tranſmittatur ad externam, immiſſo priùs in acus foramen, vtroque extremo tenuiſſimi alicuius fili. Tum demum palpebræ pilo infeſtante & noxio immiſſo in reliquam mediamque fili partem quæ hiat diductáque eſt, veluti laqueus quidam infeſtum palpebræ pilum comprehendat. Apprehenſo autem eo; traiicienda eſt penitus acus per palpebram, ſimúlque palpebræ pilus adducendus, vt per extimam palpebræ ſuperficiem exeat, vlceréque poſtea conſolidato, non ampliùs in oculum feratur. Hæc curatio Latinis dici poteſt Infibulatio per acum, vel illaqueatio: dicitur enim ἀπὸ τῆς βρόχου, ideſt, à laqueo. Hoc curandi genere non euellitur pilus: malè apud Paulum vertunt euulſionem.

8 Ægrè euocantur haimorrhoïdes: ſed ægriùs ſiſtuntur.

9 Ne, recluſo vulnere, haimorrhagiam adferat.

10 Ne palindrome fiat ſanguinis eò, vnde anadrome. inde enim anginæ, inſaniæ, pleuritides, ac viſcerum phlegmones.

11 Eſt enim melancholeſcens hic ſanguis.

12 Vt corpus tranſpirabile reddatur. nam hi maximè haimorroïdibus tentantur, quibus denſiore redditio habitu corporis, intus in craſſitiem vritur ſanguis: Hoc euenit quadragenariis. Purgato ergo corpore, exerceant ſe.

13 Quòd deorſum ſanguinem inuiter.

14 Calor vini vrit ſanguinem in craſſitiem: ita omnia acria.

15 Nam incidit, extenuat ſuccos craſſos in liene.

16 Veteres, vt ſcribit in Euterpe Herodotus, ſingulis menſibus ſe purgabant vomendo & aluum clyſtere eluendo: Syrmaian vocabant hanc medicinam. Sed eſt hæc particularis, ſolius ventriculi purgatio. exiſtit nam alia vomitus ſpecies, quâ totus habitus corporis euacuatur; vt elleboro: hæc grauis eſt, ſi ſub cane vel media ſi fiat hyeme.

17 Vt qui ſanguis eſt catarrhopos, fiat anarrhopos.

18 Incidit ſine magno calore: & coctione, eius vis exoluitur. Galeni ex conſilio ſcilla teritur, ac vaſi mellagine obducto æſtiuis ſolibus exponitur: liquamen optimum viſcidis ſuccis remedium eſt.

19 Calfacit, vrinam mouet, flatus diſcutit.

20 Seſamum emollit & modicè calfacit.

21 Amara tenuant, craſſos & lentos humores atterunt in pectore: extergent enim. Dulcia etiam ſemper quid amari continent.

22 Si adfuerit materia actior & tenuis, quæ anſam tuſſis ſubterfugit.

23 Cornar. acetabuli parui menſuram.

24 Apud Dioſcoridem 2. lib. 107. commendantur οἱ πυροὶ τριμηνιαῖοι λεγόμενοι σίλανοι. hoc eſt, genera tritici trimeſtria: quæ nonnullis Sitania nominantur.

25 Num, ſcilicet, criſis adſit: rigor, horror, &c.

26 Dyſenterias ſiſtit, dicit Dioſc. Caro fabarum abſterget aliquantulum, & cortex ſtringit: quare, dicit Galenus, quidam eam coctam ex oxycrato, dyſentericis dederunt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 369 sur 513

27 Vrinam mouet.

28 Recrementum vstorum metallorum, cineris ideam & nomen referens. Cinerula dicitur Latinis. à materia, diuersa sortitur nomina. spodos Cypria, Illyrica. Dicitur etiam σποδίτης. Distat à pompholyge specie, non genere, dicit Dioſc. Tutiam vocant Arabes: Barbaris noſtris Nil dicitur.

29 Caliginem oculorum abſterget, dicit Dioſc. ad veteres deſtillationes, puſtulaſque mixum in modum pollet, & dicit, ad oculorum vitia medicamentum efficax. Theophraſtus in India ſolùm Ebenum naſci ſcribit lib. 4. hiſt. 5. & Virgil. 2. Georg.

Sola India nigrum
Fert Ebenum, ſolis eſt thurea virga Sabæis.

Idem affirmat Plin. 12. libro 4. Herodotus ſolam Æthiopiam hanc ferre videtur dicere. Dioſcorides, vtramque hanc regionem ebeniferam ait. Ebenus, dicit Galenus 6. Simpl. ex iis lignis eſt, quæ trita cum aqua in ſuccum ſoluuntur, vt lapidum nonnulli. Excalfacit, terget, & eſt tenuium partium, Quare quæ pupillas offuſcant exterget: miſcetur collitiis ad vlcera vetera, fluxiones, & bullas ſiue puſtulas. hæc Galenus.

30 Probatur vſtum æs rubrum, & quod tritum colore cinabarim imitetur. nam nigrum plus quàm deceat exuſtum eſt, dicit Dioſc. vitia oculorum, dicit, emendat. ſed exactè ablui debet: etenim abſtergendi vim habet, & acrimoniam, & præclarè hîc ab Hippocrate paratur.

31 Id eſt, ϑ quatuor: nam obolus ϑß eſt.

32 Id eſt, ℥ ſeptem ß.

33 Abſterget, purgat quæ oculis & eorum angulis hærent, dicit Dioſc. ſed bene parari debet, nam inter leuiter erodentia eſt, dicit idem Dioſcorides.

34 Id eſt, pepli.

35 Excutitur ex clauis, officinarum æratiorum fabrorum. pota ex aqua mulſa aquam trahit: hanc aliqui farina ſubactam dant in catapotio, dicit Dioſc. qui etiam docet vt lauanda ſit.

36 Μύλη ſpecillum. Eſt Hippocrati ſpecillum latum, tenue, & auerſum. Inter cætera huius genera in Exegeſi vocum Hippocratis fit mentio μύλης τῷ πλατεῖ, τῷ κυαθίσκῳ τὸ ὀφθαλμικῆς μύλης: ſpecilli ocularis concauo, & cyatho. (hîc) his verbis, menſuræ genus & cyathiſcum in ſpecilli extremitate cauatum continens deſignatur, quo vtebantur ad ocularia medicamenta.

37 Idem remedium præſcribit Dioſcorides. Talis ſuccus per ſe non datur: nam, vt ſcribit Meſue, cordi, ventriculo & iecinori officit: vaſa rumpit, inteſtina abradit, calfacit vniuerſum corpus, ac febres exitat. caſtigatur etiam benè fuco portulacæ. Aquam intercutem validè extrahit hoc ruſticorum medicamentum: hæc Meſue.

38 Itria ſunt dulciaria liba, dulciarij panes, quales hodie Marcipanes corruptâ fortè ex μάζα voce: placentulæ.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 370 sur 513

HIPPOCRATIS APHORISMI,

Breui Enarratione, fidáque Interpretatione ita illuſtrati, vt ab omnibus facilè intelligi poſſint;

Cum hiſtoriis, obſeruationibus, cautionibus, & remediis ſelectis.

Nobiliſsimis ac Ampliſsimis

ZELANDIÆ ORDINIBVS,

IOANNES HEVRNIVS dedicat, conſecrátque.

VIRI Nobiliſſimi, ORDINES *Ampliſſimi, hoc inditum à natura genio noſtro videmus, vt nullus lubenter etiam infelix artifex videat à ſe profecta opera intercidere. Quare & ego hoc communi ſtimulo concitatus, obnixè laboro vt vitalem auram meis operibus inferam. Hinc eſt quòd ſtudiosè hoc egi, vt à ſucci plena breuitate in longiſſimum aeuum excurrere poſſint. Verùm cùm iam illa ad typum parata inſpicerem, in iiſque viderem quàm tenui ingenij filo hæc contexta forent, & quàm implicata & manca illa claudicarent: nouo quodam ſtabilimento illa erigenda eſſe iudicau. Nec quicquam deprehendi ad fulciendum ſtabilius, quàmſi in publicum prodirent veſtro,* ORDINES *Ampliſſimi, nomine, qui illa vitali aura perfundere, meamque obſcuritatem in ſplendidam lucem euocare poteſtis. Et cur hanc ego fiduciam de vobis non concipiam? quinam fidi magis patroni & fautores fuerint vobis, Viri Illuſtriſſimi? omnia enim vobis adſunt quæ ad tutelarem vim quis ſibi vouere poſſit. Quis enim non fatetur vos principem locum in defendenda Republica marino robore obtinere? loquor iam non de cæteris bonis quæ cum aliis cómunia habetis, ſed de iis quæ ita veſtra ſunt, vt non ſint peculiaria aliorum: quid enim pulchrius quàm propriis bonis florere? Marina certè gloria veſtra eſt: quis vnquam fortiùs prælia illa iniuit? quis auſis maioribus maria occupauit? ſileo iam de ſingulari veſtra pietate, prudentia, fortitudine, liberalitate, magnificentia, quæ immortali gloria vos ornant, decorantque. Quare merito vobis hoc opus,* ORDINES *potentiſſimi, conſecrandum duxi; certò ſciens Magnitudine illuſtris nominis veſtri non parum fulgoris ipſi acceſſurum, vtque obſeruantiæ in vos meæ monumentum aliquod extaret, quod certò ſcio ad honorem meum faciet, & ad hæc Commentaria tuenda atque exornanda plurimum proderit. Valete, ex Academia Leyda in Batauis. Anno* CIↃ.IↃ.CI.

AMICO LECTORI.

AMICE Lector, ſemper in ea ſententia fui, Commentatorem egregiè ſuo functum eſſe munere, dum mentem authoris quem illuſtrandum ſuſcepit, aperuit: optimoſque illos interpretes eſſe, qui paucis ſineque diuerticulis id agant. Neſcio enim quo modo quorundam prolixitas, dum quæſtiunculatum malè feriatarum mole lectorem grauant, aciem mentis retundere ſolear, alacremque lectoris curſum ſpinoſis ſentibus retardare, ac mentem lectoris in diuerſum ab authoris quem interpretandum ceperunt, inſtituto ac meta rapere: quorum ſanè ſcholæ χολαὶ, ἢ διατριβαὶ καταπιβαὶ rectè dici poſſunt. Quare ne & ego veſtrum tempus inutiliter tererem, ſolùm diuini Galeni ac doctiſſimi Holerij illique additarum ſcholarum Duretianarum morem ſequi volui. Hi enim inter cunctos quos hactenus vidi, hanc laudem aſſecuti fuere. Quare in his commentariis imitari hos decreui; hiſque, apertè dico, plurimum debeo; nam in meum vſum ex illis plurima tranſtuli. Nam, vt benè Flauius Albinus dicebat, fructus legendi is eſt, vt æmuleris quæ in aliis probes: & quæ maximè in aliorum dictis mireris, in aliquem vſum tuum opportuna deriuatione conuertas. Aphranius quoque inſignis poëta, cùm reſponſum offerret his qui eum inſimulabant, quòd plura ſumſiſſet à Menandro: fateor, inquit, accepi non modò ab illo, ſed vt quiſque habuit quod conueniret mihi, & à Latino quoque quodcumque me non poſſe facere melius credidi. Non puduit Virgilium millia verſuum ab Homero transferre, & affectus omnes imitari: qui etiam à Theocrito, Apollonio & ab Heſiodo plurima accepit. An non ipſe Cicero à Platone & Demoſthene magna ex parte decurrit? quin teſtatur Clearchus ſe vidiſſe eum Iudæum à quo didicit ipſe Ariſtoteles. An non principes Medici, Aëtius, Oribaſius, Paulus Ægineta, Alexander Trallianus, ad verbum eadem plerumque ſcribunt? an illi propterea ex omnibus theatris conſentientibus manibus exploſi fuere? Stat itaque apud me firma ſententia, omnium æmulorum ζυλίσμαλα infracto animo ferre, modò aliquis ex meis ſcri-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 371 sur 513

ptis vſus ad homines perueniat. Ad gloriam ſi hæc edere voluiſſem, potuiſſem ſanè omnia ſplendidiora & ab aliorum ſcribendi charactere aliena omninò reddere; ad vſum verò veſtrum, Lector amice, meliora facere non potui: Mihi enim diſcipulisque, meis illa conſarcinâram, non aliis. Dicta ſunt quædam eodem modo, ab aliis? qui eadem de re ſcribunt, an omnino diuerſa prodere debent? éſtne ſcapha vocanda ſcapha? an veritas non vna & eadem? Quo modo quæſo hi Auicennam, Paulum, Aëtium, Oribaſium, plurimóſque veteres Medicos doctiſſimos, ſi viuerent, exciperent? qui verbotenus ferè ex Galeno & veteribus aliis Medicis cuncta ſua exſcribunt. Potuiſſent ſanè Doctiſſimi hi viri, ſi voluiſſent, aliter: verum vtilitati, non propriæ gloriæ cuncta dedere. An non omnes dogmatici ex Oceano illo medendi, Galeno, hauriunt? quid quæſo quod ab aliis bene dicitur ferè apud illum non deprehendas? Cur quæſo aliis licet ab eo fonte haurire magis quàm mihi? prodis inſcitiam tuam, cùm apud alios plurima quæ legis exiſtimas eſſe ab eorum ingenio, cùm à Galeno & Hippocrate fluxerint: mox ſi aliis ſcriptis ea inſerta vides, inde abducta putas: ſanè tuam imperitiam prodis, qui nunquam Galeni ſcripta perluſtraſti: ne neſcias, hi & nos inde deriuamus tiuulos noſtros. Methodi medendi libros tres (iam terimpreſſos) ante tredecim annos edidi: quid deprehendas libro primo & ſecundo commune cum aliis qui de Methodo ſcripſere? at tertio libro, dices, vbi agis de prima Indicatione, plurima ex aliis traducta in vſum tuum. an quæſo turpe imitari ac optima quæque in vſum Reipublicæ prodere commodiore forma ac elegantia? Confer methodum doctiſſimi Fernelij, Ferrerij, Pernumiæ ac aliorum cum noſtra, clariſſimæ illorum doctrinæ cedam lubenter & meritò; at vſu, ad vtilitatem tuam, ne his quidem cedam. Ita iam in hoc opere ingreſſus ſum gurgitem vaſtum, ſperans à bonis viris patrocinium, ne inuidorum maledictis obruar. Nam in ſtudioſorum gratiam atque vtilitatem malui periculum detrectantium ſubire, quàm fructum, ſi quis à Deo Optimo Maximo per meos labores paratus, eos defraudare. Tuo itaque tempori, Lector amice, vt conſulerem, paucis mentem Hippocratis, & lucidè aperui, quòd, abſit inuidia dicto, Momus μωμήσεται θάσσον ἢ μεμήσεται. Velim qui hæc ringunt, ac ita qui liuent in aliena ſcripta, tentare velint vt hæc meliora faciant: nulli enim ad gloriam clauſa ianua. Quid enim potiùs optem, quàm vt breuiter apertam Hippocratis ſententiam videam? ſed ſat ſcio, difficiliorem iam dicent quàm vnquam putarant. Quare, an non, Lector amice, tu ita mecum?

Momo fauere decet prodeſſe volentibus: ergo,
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua.

Decreueram nuper totum Hippocratem ita breuibus commentariolis noſtris illuſtrare; ſi ſententiam muto, ringenti Momo, lector amice, hanc culpam, non mihi, dabis. Vale optime ac amice lector, & his quæ commodis veſtris dicantur, benignè ac fœliciter fruere.

HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM, AC INSCRIPTIONIS RATIO.

Mos antiquus in ſcribendis libris.

INSCRIBITVR hic liber à Cælio Aureliano, *Liber explanatorius Aphoriſmorum: Poſſit non incommodè etiam inſcribi Liber Definitionum, ſiue Placitorum veterum, aut Liber Determinatorum. Nam priſcorum mos erat multa notare, de quibus per otium indicarent. Erant rerum obſeruationes, & nonnullæ rationes nondum digeſtæ, necdum conſtitutæ, nec definitæ, talia ſunt quædam in libris Epidemiôn. In aliis ſcribebant maturè excogitatas, certas ac determinatas ſententias. tales ſunt hi Aphoriſmi. Ita Democritus, poſt varias determinationes, librum ſcripſit Electorum, χειροτονητῶν: ita Ariſtoteles ſcripſit exotericos & acroamaticos. Sed hi aphoriſmi tanto ingenio conſcripti ſunt, vt antiquitas exiſtimârit hoc ſcriptum omnem vim ingenij humani ſuperare. Eſt autem Aphoriſmus ſententia generalis ac grauis, breuis, ac vera. His in Aphoriſmis præcepta traduntur cognoſcendi, prædicendi, atque curandi. Primo hoc libro continentur præcepta benè ac conuenienter cuique medendi, cautione quadam remediorum, in dieta & pharmacia. Quo modo ſcilicet hic ſit vtendum in qualitate, copiâ, tempore, modo, & occaſione: indicationibus ductis à morbi ſpecie, more, ac motu: deinde à viribus, & à peculiari cuiuſque natura & conſuetudine. Docet enim hoc primo libro modum reficiendi eos qui adhuc morbo tenentur. Quinhæc omnia, Aphoriſtica quadam breuitate: Cui præcipua apud veteres gloria erat. vnde Pindarus,* βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι πολλὰ τιθεῖσ' ἀκοὰ σοφοῖς.

Laus Aphoriſmis propria.

Quid Aphoriſmus.

1. Libri argumẽtum.

Breuitatis laus.

* hoc eſt, at pauca in prolixis argumentis, vario ſermonis artificio ediſſerere, auditio eſt pro ſapientibus.

Heurnij in his conſilium.

EOs verò, ne ab Hippocratica indole abiremus, omninò breuiter & neruosè explicauimus. In his ſecutus ſum Galenum ſolum & Holerium, & adiecta illi Scholia Duretiana; Hoc triumuiratu, vt breuiter in his ſim (prolixa enim odi) contentus. Satis ſuperque enim is commentator officium fecit, qui Authoris ſui obſcuram ſententiam illuſtrem fecit. Vbi tamen res, ac tua, Lector, vtilitas ſuaſit, ſelectiſſima quæque publica feci remedia; & non rarò ex autopſia fidem Aphoriſmi (quamuis nec hac ij egeant) firmaui. ne quis putet in effœta hac mundi ſenecta, humanam naturam hanc, ab illa veterum degenerâſſe. his benignè vtere.

I.

Ὁ 1 βίος 2 βραχύς, ἡ δὲ 3 τέχνη 4 μακρή, ὁ δὲ 5 καιρὸς ὀξύς, ἡ δὲ πεῖρα 7 σφαλερή, ἡ δὲ 8 κρίσις 9 χαλεπή. Δεῖ δὲ οὐ μόνον 10 ἑαυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα * ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ 12 τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς 13 παρεόντας, καὶ τὰ 14 ἔξωθεν.

Præfatio Hippocratica.

* ποιεῦντα.

* opportunitas

I. 1 Vita breuis, 3 ars verò 4 longa: Sed * 5 occaſio

ſio momentoſa [& magni momenti;] 6 empirica periclitatio 7 periculoſa, 8 iudicium 9 difficile. Neque verò 10 Medicus modò ſic comparare ſe debet, vt faciat quod facto opus eſt: Sed & 11 æger, & qui præſto 12 ſunt, & quæ foris 13 incidunt.

Hortatur nos hoc Proœmio, vt tempus & diligentiam ac hibeamus ad hanc artem.

Vita quid ſignificet Hippocrati.

1 Vita duobus modis accipitur apud Hippocratem; nam Aphoriſmo quadrageſimo quinto libri ſecundi, ſignificat diætam, vel vitæ & victus rationem. hoc verò loco denotat curriculum tempúſque noſtræ vitæ.

Vita cur brevis.

2 Vita qua fruimur brevis eſt, inquit Saluſtius, quia anima vegetatrix non diu remanet in calore natiuo, fato, & caſu. fato, ob perennem effluxum triplicis ſubſtantiæ eius, vnde corpus noſtrum conſiſtit. Dum enim flammat ac micat calidum natiuum noſtri corporis in humido primigenio, eius humidi ſubſtantia abſumitur. Non aliter ac in lampade oleum à flamma exhauritur; quod ni abſumeretur, flamma non micaret. Ita & in nobis, niſi calidum natiuum ſpenderet, non viueremus. at dum id ſplendet, abſumit oleum ſuum in quo viuit ac micat eius flamma: hoc eſt, humidum primigenium exhauritur. Adeò vt viuere noſtrum, nihil aliud ſit quàm mori. Nec à victus ratione eadem analogia reſarcitur: quò enim quid propius abeſt ab ortu ſuo, eò vberrimo ac benigniſſimo rigatur calido humidóque natiuo. Caſu etiam anima vegetatrix non diu remanet in calore natiuo: nam facilè is rerum aduerſarum appulſu extinguitur, vt diuino afflatus elogio monuit nos Diuus Iacobus, cùm interrogat ita nos: *Iacob. c. 4.* ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστε, ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα ἀφανιζομένη. hoc eſt, Quæ enim eſt vita veſtra? vapor enim eſt, qui ad exiguum tempus apparet, & deinde euaneſcit. Hic vapor euaneſcit, ac opprimitur facilè hæc micans vitæ flammula, à diætæ vitio, loci infamia, cœli morbo, venenata qualitate, vel impedimento partis principis, cuius officio vita carere nequit, à phlegmone, aliáve noxa quæ marasmum infert. Rectè Sophocles,

* hoc eſt, ô mortale miſerumque genus hominũ, Quàm nihil ſumus, ſed vmbræ ſimiles.

* Ὦ φῦτ' ἀνδρῶν ἡ τἀλαίπωρον γένος,
ὡς ἐδὲν ἔσμεν, πλὴν ὄνειρ' ἰσοικότες.

Ita quod non inconcinnè ludio ille Lucianus, in Charonte reddidit, cùm hominis vitam bullis ſimilem dicit, quæ ſimul atque natæ ſunt, euaneſcunt: aliæ paulo durant. per ſe vita noſtra brevis eſt. Quin etiam brevis eſt ea dici poteſt, ſi cum arte Medica committatur, quæ ſanè longa eſt. Quaſi dicat Hippocrates, propterea ſumma breuitate tradi hæc ars debet: talis autem eſt hæc ratio, quæ per apoteleſmata, Aphoriſmis incluſa traditur.

Ars quid apud Hipp.

3 Vocat Hippocrates Medicinam plerumque artem. Ne longior ſim, quo modo rectè artem illam aut ſcientiam appelles, breuiter demonſtraui, libro primo noſtratum Inſtitutionum Medicarum, capite ſecundo. Hîc ſanè ab Hippocrate artis nomen latiùs ſumitur, nimirum pro hiſtoria omnium quæ ad Medicinam attinent, vt ſic hanc liceat deſcribere artem, Ars medica eſt naturæ affectionum ſalubrium, inſalubrium, & neutrorum, item ſignorum, cauſarum, & diætæ, chirurgiæ, & medicamentorum hiſtoria, ſiue deſcriptio & cognitio.

Medicina cur longa.

4 Hæc autem ars eſt longa, ob difficultatem, & rerum diſcendarum copiam. Ardua eſt naturæ noſtræ contemplatio: ac corporis œconomia laboriosè cognoſcitur. quin cauſæ morbificæ diſtinguuntur non facilè, vt tandem ad ſanitatem tuendam, aut reuocandam inde remedia doctè in vſum ducas; quæ ipſa etiam tempore egent, vt ea internoſcas, quaque vi excellant. Adeò vt Medicinâ nihil ſit prolixius, nihil arduum magis. nam hæc iam dicta, vel vſu, vel iudicio noſcuntur: hoc difficile eſt, & longi temporis: ille, periculi plenus. Si itaque vita eſt; breuis, & ars hæc longa; breuiter illa & per Aphoriſmos doceri debet. hoc eſt, exactè, breuiter, & apertè, vt ait hîc Galenus. nam artis prolixitas, ſuperat hominis vitam.

Occaſio quæ, & eius neceſſitas.

5 Hoc eſt, tempus actioni opportunum; εὐκαιρία, momentum, vertit Sueronius in vita Iulij. propterea ſtatim arripi debet: quia perit & fugit ilicò, quòd materia noſtri corporis ſit fluxa à cauſis internis & ab his quæ ſunt à foris. Sed nemo præſentem agnoſcit occaſionem, niſi ille qui iudicio & experientiâ excellit. Huius opportunitatis momenta redire nequeunt, vt præclarè dicebat Procopius. Eo non fruſtrâ Portius Latro L. Catilinam ita compellat: Num in negociis agendis ignoras ſequendas temporum opportunitates, & in occaſione rerum deſidiam ac tarditatem omnem quàm diligentiſſimè fugiendam? Mirabiliſſimæ quidem ſunt Deorum voluntates, & fortunam cùm abire permiſeris, fruſtra poſtmodum diſcedentem ac fugientem ſis imploraturus, & reliqua. Et vt rectè medicinam facias, rectè medendi momentanea interdum eſt occaſio, & captu difficilis: quâ elapsâ, inclinatio ſit ad mortem, vel ad deterius. Vt ſi quis laborârit ex pleuritide, primo ferè die niſi ſecetur vena, conclamatum erit: nam iam influxit ſanguis in coſtarum membranam; nec ita, vt priùs, dum influebat, auerti poteſt phlebotomiâ. Ita occaſio medendi, dici poteſt curationis anima. Hæc occaſio præceps eſt, & acuta adeò vt nullam amplitudinem habeat, quâ reuocari poſſit. nam aliam ideam, motum ac morem, ilicò ſumunt cauſæ morbificæ, & corpus noſtrum ſubitò mutatur à ſuo ſtatu. Propterea ſapienter Pindarus laudat ἰατρὸν ἐπικαιρότατον. *Pyth. 3. 19.* Rectè etiam Saluſtius dixit, prolatando magnas opportunitates corrumpi: facto & non conſulto opus eſſe in periculo. Quare in præcipiti morbo, debent Medico omnia comperta eſſe, quæ ad tecmarſin pertinent: quò ilicò reſiſtat morbo, nec medendi occaſio elabatur. Cautiones ergo medendi in promptu ſint, vt quæ celerem & inſtabilem habent motum, (vt ita cum Cæſare loquamur) ad nutum adminiſtrentur. Hac difficultate motus Hippocrates, ſcripto teſtatus eſt apud Democritum, ſe nondum ad finem medicinæ peruenisſe. Quid igitur eſt occaſio? Reſpondet Hippocrates, in qua tempus non multum. Tempus verò, in quo occaſio eſt. Occaſio eſt,

* opportunũ tempus.

* ὁ ἁρμόσιος χρόνος. vnde Heſiodus:

* καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

* occaſio omnium rerum prima eſt. *Iliad. γ. verſu 364.*

Puto καιρὸν ὀξὺν non malè verti poſſe, citam occaſionem. nam ita Homerus,

Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη.

Experientia quintuplex, & quid.

6 Πεῖρα triplici ratione accipitur. Primò ſignificat eam experientiam, quæ rerum ſenſibus perceptarum obſeruationi nititur: vt, cùm dicimus hoc album, illud nigrum. Secundò, eſt experientia, quæ naturam imitatur: vt, totum maius eſſe ſua parte. Tertiò, capitur in malam partem, & ſignificat periclitationem: vt, ſi quis viderit pleuriticò conuenienter exhibitum fuiſſe hydromel, omnibus indifferenter pleuriticis, abſque peculiaris naturæ diſtinctione exhibere velit. At Hippocrates ſcripſit, illud calamitoſum eſſe biliosis & megaloſplachnis. Quin ipſa ptiſana, qua nihil ſalutarius in pleuritide ad nutricatum dari poteſt, calamitoſa eſt pleuriticis, ſi non loco & iure exhibeatur. Quare eleganter ſcripſit Galenus primo libro De alimentorum facultatibus, capite ſeptimo, vbi ait, vt id

3. lib. Acut.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 373 sur 513

©BIUM

vniuersim dicam, potis non est vt alicuius rei facultates experientiâ commodè explores, si non priùs exactè compertum habueris affectum cui adhibetur id quod exploratur, siue id sit potus, siue cibus, siue pharmacum. ὅλης ἐστὶ βοηθημάτων, ἡ ἕξις τούτων ἴασις, ἐκ αὐτῶν τὰ βοηθήματα, id est: quippe affectuum cognitio est materia remediorum, non ipsorum remediorum cognitio. Quod etiam eleganter olim Herophilus dicebat, Remedia ipsa nihil esse; & remedia, esse manum Dei. vt nimirum in vsum flectuntur.

7 Nam remedia vim suam amittunt, ac retinent, aut nouam acquirunt, pro varia eorum quibus exhibentur natura, ac ex morbi motu: vt prisana integra debetur pleuritidi, iam à mitigato expectorato. Oxymel pleuriticis, hysthericis nocet: reliquis prodest. In iudiciis etiam hæc experientia valdè fallit: vt si quis viderit haimorrhagiâ finem imponi causo, (quæ propria eius crisis est) idem si viderit subtillum sanguinis causo superuenire, non existimabit illud calamitosum esse. ita vrina alba diuersas affectiones indicat: phrenitidem, & interdum frigus. Colicus à frigidis succis, rebus calidis ferè fugatur: colicus à bile tactus, à rerum calidarum acerrima vi nascitur. qua fronte hîc Empiria ab his, medicinam faciet? Certò scio me his non me velle curandum dare, qui quoties raphanum vel piper comedi, ilicò in atrocissimum colicum dolorem trahor. Absint à nobis illi: nam, vt monet sapiens Pindarus,

In remediis non est sanitas.

* κυφότραχυν ἄτρακτον φρένες.

Ὀλ. Εἰδ. κ.

* *leuiores enim inexpertorum mentes.*

Est sanè periculosè fallax experientia, & fallaciter periculosa, dum ea tentatur in fabrica humana, quæ longa die non sunt probata: temerariæ enim experientiæ finis, est certa mors. Atrocissimum sanè facinus temerare humanum corpus, domicilium perpetuæ animæ, ac spiritus sancti habitaculum. Alia est experientia quæ iudicium iungit, obseruatio vt in affectionis modo quæ versatur, & in eius consecutione, non sine iudicio. De hac respondebat olim Lasus, interrogatus quidnam esset sapientissimum? Experientia, respondit. Sed temeraria experientia, periculi est plena, nisi Deus ipse interdum succurrat: sæpe enim ita periclitanti euenire videmus quod Mario apud Salustium, vbi ait: hîc forte correcta Marij temeritas gloriam ex culpa inuenit. Nascitur enim hæc temeritas ex infœlici imprudentia, quæ pleraque & se præcipitat.

Stobæus fol. 705.

8 Quod iudicium versatur in distinctione similium ac dissimilium morborum, causarum, corporum, signorum, & remediorum: ex qua distinctione optimè perspecta, cognoscendi, prædicendi, ac medendi ratio comparatur. Præclarè celsus: Est perpetuum in Medicina quod fieri debeat, non tamen perpetuum est quod sequi conueniat. Siquidem multa latent in corpore ignota medico, multa intercidunt propter peccata ægrorum & ministrorum.

9 Hoc sanè difficile: nam illa similia & dissimilia non facilè dignoscuntur: adeò vt in his sæpe iudicium fallatur. Ita quædam, quæ symptomaticôs eueniunt in signis, putamus criticôs superuenire morbis. Et quoties causæ smiles illudunt! imò interdum contrariæ. taceo de corporum temperiebus. Quare Salustius scripsit, Magis naturæ industriam hominum, quam vim, aut tempus deesse. Multa plerumque solitaria ratio suadet, quæ vsus coarguit. Quare accedat iudicio experientia: alioqui, vt ait Salustius, vtrumque per se indigens; alterum alterius auxilio eget. Potiùs tamen iudicio, quàm solitariæ experientiæ standum, vt asseruit, præter Galenum, sapientissimus Philo, vbi ait, Τὰ μὲν σὺν λόγῳ, πάντα ἀσφαλῆ. ὥσπερ τὰ σὺν λόγῳ, νόσιμα. Crisis autem apud Hippocratem sumitur duobus modis, pro morbi solutione, & cùm mutantur res ægrorum in melius, vel in deterius. hîc autem accipitur pro diiudicatione trium illarum rerum, quibus Galeno absoluitur definitio medicinæ. Est itaque magni temporis hæc discere, & difficilè in vsum ducuntur, ni vsus maturè accedat. & inutilis est vsus, nisi præceptis firmetur. quare præclarè hoc Nazianzenus:

Iudicium cur difficile.

Initio Fugue.

Iudicio potiùs standum quam experientiæ.

* *Quæ absque ratione sunt, empiria sunt turpia; quæ verò cum ratione, omnia decora.*

* ἀτελὴς ἄλογος σοφίη καὶ λόγος ἄπρακτος.

In initio Artis Medicæ.

* *hoc est, æquè imperfecta sunt, tum actione tum ratione: tum ratio sine actione.*

Quare vetus poëta Aoranius ita in Sapientiam scripsit, Vsus me genuit, mater peperit memoria.

10 Captando medendi occasionem, doctus vsu & ratione. In Medico requiritur scientia medendi singularis: virtus summa, authoritas, & fœlicitas propè diuina.

11 Parendo, & fideliter referendo: quæ duo ægri officia sunt.

12 Vt pharmacopœi, clinicæ mulieres, & chirurgi.

13 Aër, lintea, stragula, lectus, odores, nuncium, strepitus, & quæ sunt eiusmodi.

q. d. Paciscor vobiscum hac lege, meos Aphorismos veros fore, si nihil delinquatur ab his tribus. Experientiam tamen, iudicio stabilitam, vehementer commendamus. Nam vsus efficacissimus rerum omnium magister. quin talibus experimentis, inquit Plinius, optimè creditur. Imò, inquit Cicero, vsus omnium magistrorum præcepta superat. meritoque hæc exclamat apud Homerum:

Digressio & Experientiæ bona laus.

De Orat.

——— νοέω κ᾽ ὀΐδα ἕκαστα
Ἠδὲ καὶ ἐς τὰ χέρηα.
——— *Noui & scio singillatim*
Quæ bona, quæ mala sunt.

Hæc sanè omnes artes protulit, vt ait Manilius,

Per varios vsus artem experientia fecit,
Exemplo monstrante viam. *lib. 1.*

Sed quis eius parens? ætas.

——— *seris venit vsus ab annis.* *Ouid. 6. Metam.*

Γηράσκω, (dicebat Solon,) δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Assiduè addiscens, ad senium propero.

11.

Ἐν τῇ 1 παραχύσει ἡ κοιλίης, καὶ τῇσιν ἐμέτοισι 2 τῇσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ὧν μὴ 3 ἔξω δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρουσι, ξυμφέρεται, καὶ ἐὰν ὀρθῶς φέρωσιν. 4 ὧν δὲ μὴ, 5 τοὐναντίον. Οὕτω δὲ καὶ ὁ 6 κενεαγγείη, ὧν 7 μὴ δεῖ γίγνεσθαι γίγνεται, 8 ξυμφέρει ἢ καὶ ἀφόρως * φέρωσιν· ὧν δὲ μὴ †, τοὐναντίον. 9 Ἐπιλέπειν δὲ δεῖ καὶ 10 χώρῃσι, καὶ 11 ὥρῃσι, καὶ 12 ἡλικίῃσι, καὶ 13 νέοισι, οἷσι δεῖ, ἢ μή.

Purgationis tempus.

Mer.

11. In 1 commotione & profluuio alui non mediocri, & 2 vomitibus vltrò obortis, siquidem 3 qualia purgari oportet excludantur, confert, perferuntque alacriter. Sin 4 minùs [conuenienter ferantur] 5 contra, [damnis etenim augentur.] Sic etiam vasorum 6 euacuatio, si 7 qualem moliri necesse est fiat, confert, 8 feruntque ex facili, [& alleuantur;] sin minùs *, contrarium illis euenit. 9 Despicere ergo oportet 10 regionem, 11 tempus, 12 ætatem, & 13 morbos in quibus opus est, aut non.

Theorema hoc ab experientia est profectum. Laborauit admodum antiqua ætas hac in re, & ipse Erasistratus difficillimum esse dicebat, discernere inter ἐκνησιν & σύντηξιν. Sed hoc theoremate Hippocrates decisionem adferens, nos prudentissimè ablegat ad euphoriam & dysphoriam.

Gal. ad Trall. lib. 11.

3. acut. 28.

1 Nam latiùs patet verbum Græcorum, quàm vt perturbatio

perturbatio eius vim explicet, ſignificat enim exuperantiam validam. Et accommodatur deiectionibus criticis & ſymptomaticis. Hoc autem libro agit Hippocrates maximè de euacuationibus, ſiue vi naturæ, aut morbi, vel artificioſa molitione vſui venerint. Nam definierat Medicinam eſſe ablationem & adiectionem. De ablatione, Aphoriſticæ diſtinctiones inchoantur. & quo euentu hæc eueniant, & quibus cautionibus in vſum ducantur: & qua religione pharmaciâ, phlebotomiâ, & diætâ ad hanc rem ſit vtendum. Hîc maximè de Purgatione agere videtur. Sed purgatio aliquando accommodatur menſtruorum profluuiis, & lochiorum à partu excretionibus: Propriè autem eſt eorum humorum qui qualitate in vitio ſunt euacuatio. Humores enim quatuor modis in vitio ſunt, qualitate, copia, mixtione, & viribus, & propriæ ſubſtantiæ corruptione. Duplex eſt purgatio, vniuerſalis, & particularis. & vtraque triplex; critica, ſymptomatica, & artificialis. Critica fit vomitu, ſudoribus, vrinæ profluuio, haimorrhagiâ, deiectionibus. Vniuerſalis purgatio eſt, cùm humor vnus aut plures, æquabiliter toto educitur corpore. Particularis eſt, cùm pars corporis ſua deponit excrementa: vt cerebrum per nares, palatum, & aures. Artificioſa purgatio eſt, quæ fit artificioſa inditione. Hæc artificioſa præſcribitur ad quatuor, ad euacuationem circumfluí humoris, ad reuulſionem, cùm eò reuocamus humorem, vnde excurrit: vel ad deriuationem, vt cùm fertur humor per loca ex euentu incommoda, vt ſi nares vlcere fuerint obſeſſæ, materiam eò fluentem ducemus in os: tandem ad coëffuſionem, vt ſi ab imperfecta criſi reſtibilis fuerit materia morbifica, cui natura par non eſt, ei auxiliares porrigimus manus, hoc eſt, quod illa incepit peragimus, aluum ducendo: vel ſi vtero tentârit illa euacuationem, menſes prouocando. idem de ſudoribus, narium profluuio, vrinarumque ductu intellige.

Argumentum huius libri.

Dictio purgatio quid ſignificet.

2 Quibus excluditur humor, qui in toto corpore in vitio erat, ſiue criticôs, ſiue ſymptomaticôs ferantur. Nam quicquid fit ſine artificioſa molitione, dicitur vltrò fieri.

3 Hoc eſt, ſi humor excludatur qui in vitio eſt. ita vt nulla ratio deſideretur in humore qualitatis, quantitatis, excernendi temporis (vt ſi die critico) & modi. Tunc enim ea excluſio reſtituet œconomiam naturalem, quæ eius humoris præſentiâ impediebatur; & partes nutritioni dicatas ab omni iniuria vindicabit. Hæc accommodari debent ad omnia vacuationum genera. Vt humor fertur anarthopos vel catarrhopos, per loca lege naturæ commoda vel incommoda, intrò, foras, aliò quàm oportet, κατ' ἔξιν. Vt in cauſo, per haimorrhagiam morbifera materia iuueni κακῶς excluditur: ſeni, per dyſenteriam. ita enim conuenienter naturæ fertur. Quæ etiam toto genere calamitoſam ideam gerunt, ſæpe vidi excrementa ſalutariter excluſa fuiſſe, ſed cum euphoria abibant. Ita in mulieribus ſæpe aterrima per febres deiici vidi & euomi cum euphoria ſalutari. his lien antè in vitio fuerat. Hoc euenit Principi Auraicæ in potenti febri: tertebatur ipſa admodùm: iuſſimus eam bono animo eſſe.

Hiſtoria.

4 Si talis non critica, ſed ſymptomatica fuerit purgatio: ita vt vi morbi fiat, labefactâ naturæ vi.

5 Non iuuat, ſed ægrum labefactat.

6 Quæ artificioſa fit molitione, ad imitationem naturæ. κενεαγωγίη, Hippocrati ferè eſt, cibi abſtinentia. hî autem, κατ' ἐξοχὴν, ea euacuatio, quæ medicamentis purgantibus ſuſcipitur. Natura vacuat ea quæ ex vaſis in aluum influxere, propterea παραχὼ appellat, ſed Medicus euocat eos ſuccos qui adhuc ſunt in vaſis: hinc eſt quòd hanc vocet κένωσιν ὑγείαν.

7 Si in hac nulla ratio deſideretur qualitatis, nec quantitatis, nec vſus, nec temporis.

8 Expulſa morbi cauſa, vel reuulsâ cauſâ antecedente, aut deriuatâ cauſâ coniunctâ. damnis augentur: nam æſtu incandeſcunt, iactatione fatigantur, quia materia cunctando putreſcit: tum in ſympathiam trahit partes nutritioni dicatas, nam metaſtaſi affligit. vnde etiam ſpaſmus.

9 Præcedens theorema fuit experientiæ: ſed hoc quod iam ponit eſt iudicij. Sententia Hippocratis hæc eſt: Naturæ molitio, in purgatione molienda, eſt imitanda: quia Natura eſt ſui diligens conſeruatrix. Sed videndum, num illa purgatio ſit critica editaque naturæ vi, vel an Symptomatica: Prior enim eſt imitanda, non poſterior. Diſtinctio autem horum ab experientia pendet, quò Medicus hanc naturalem agnoſcet; illam verò ſymptomaticam. Docet enim hoc Aphoriſmo rationem experientiæ & iudicij, vt demonſtret, quod primo Aphoriſmo ſcripſerat, iudicium difficile eſſe, & experientiam periculoſam, propoſito exemplo admodum perſpicuo. Diſtinctio autem num purgatio ſit illa critica vel ſymptomatica, conſiſtit in effectionis modo.

Cur iudicium difficile.

10 Vt intelligas quid, quantum, quo modo, & quamobrem euacuandum ſit, collineandum ad ea, quæ denunciant humorum in corpore dominatum. Inter hæc eſt Regio: nam vt ea fuerit calida, frigida, humida, aut ſicca vel ventoſa, & vt communis in ea victus ratio initur bilioſa vel pituitoſa, aut alterius facultatis, ita variis ſuccis circumfluent corpora.

Circumſtantiarum ratio habenda eſt in euacuationibus molien-dis.

11 Adde graues aëris mutationes. Nam mutationes inſignes, quæ in ipſa tempora incidunt, & temporum defectiones, maximè pariunt morbos. Ventres nimirum in modum mutat aër. Et æſtate bilis, autumno melancholia fatigat corpora. Sed tamen ſtricto in frigore, ac ardenti in cœli æſtu, ægrè ferunt purgationes validas ægri. Quare pharmaca his rationibus moderabimur.

3. Aph. xx.

12 Nam ſenes & pueri pituitæ, iuuenes bilis dominatu tenentur; alia ætas in ſanguinem, alia eſt prompta in melancholiam. Senes & pueri, non grauibus pharmacis tentandi: quòd hi facilè exhauriantur: illi, quòd exhauſti ſint.

13 Num cauſam agnoſcat venenatam vim; aut ſuccum pepaſmi capacem, quique remediis naturæ vim augentibus ſecreti, κακῶς excludi poſſunt. Et ipſi ferè morbi loquuntur ſuas cauſas. ardentes febres à bile, vt & tertiana, quartana à melancholia naſcuntur. Intemperies ſine materia, purgationem non admittit. Addite, partem morbo obſeſſam, & periodorum viciſſitudines: & paroxyſmorum ideas, ac morbos. Tandem ſymptomata loquentur qui humores abundent. Ducuntur illa, ex corporis mutata qualitate, in colore, charactere, & mole. ita flaccidiue ſi fœdetur corpus, indicio erit bilem laſciuire: ſi plumbeo turget liuore, frigidum ſuccum in vitio eſſe denunciabit. Secundò, ducuntur ab excrementis, quæ examinantur in ſubſtantia, qualitate, vt ſi lenta & viſcida prodeant ex corpore: pituita ibi moleſta erit. Tertiò, ex actionibus læſis. vt ſi pulſus celerrimè ac frequentiſſimè mouetur, contractioque ſi eius raptim fiat, calida à materia id ferè euenire iudicabimus. Qui ergo ſuccus corpus fatigat, is purgari debet; vt ſi ſerum ſanguinis, inquit hîc Galenus, modum exceſſerit, vacuetur. ſi flatus, excutiantur: ſi pituita, hæc, & non ſanguis, educatur.

Morbi indicant vacuationis rationem & ſymptomata.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 375 sur 513

Iudicium & vſus Axiomata parium.

Firmiſſima Axiomata, demonſtrauit Hippocrates, in libro De Veteri Medicina, (vbi contra Gorgiam Leontinum, & diſcipulos Poli vindicat medicinam Æſculapidum ab iniuria nouæ illorum inuentionis, quæ ſoli iudicio abſque vſu nitebatur) proficiſci ex vſu obſeruatis rebus in corpore humano, & ex iudicio vſibus illis confirmato. Quaſi dicat, per varios morbos ex diuerſis cauſis ortos, notatum eſt alios aliis excretionibus finitos fuiſſe præclarè ad ſalutem: tu itaque cùm arte inſtituis abductionem humorum, talia educas, quæ in tali morbo niſu naturæ cum euphoria excludi ſolebant. Sed agitne etiam Hippocrates hîc de copia educendi humoris? Reſpondemus, cùm Medici dicant copiâ peccare humores, plerumque intelligunt ſuccos probos, cùm ſolâ copiâ in vitio ſunt. Qualitate verò eos in vitio eſſe aſſerunt, etſi id non fiat abſque quantitate, attamen cùm potiſſimùm qualitate in vitio ſunt. nam eorum copia minimè preſſiſſet naturam, niſi qualitas prauа fatigaret. Quale itaque eſt purgandum: quantum autem vacuandum alio modo.

Num de copia hîc agat educendi humoris.

III.

Phlebotomiæ tenuarſis.

1 Ἐν τοῖσι γυμνασιοῖσιν αἱ ἐπ' ἀκρον 2 ἀξίαι σαλεραί, ἢν ἐν τῷ ἐχάτῳ ἔωσιν, 3 ἡ γὰρ δύναμις 4 ἰσχύει ἐν τῷ αὐτῷ, αὐ δὲ ἀπχεμέσιν. 5 Ἐπεὶ ἢ ἀπχεμέσιον, ἢ δέ τι δύναται δεῖ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, 6 λείπεται δεῖ τὸ χεῖρον. Τουτέων οὖν ἕνεκα, πλὴν ὀλίγιλν λύειν 7 ξυμφέρει μὴ βεαδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναβρέψῃ ἡδὴ τὸ σῶμα. 8 Μηδὲ πᾶι ξυμπλώσιος ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν, 9 σφαλερὸν γὰρ. ἀλλ' ἔχειν ἀν ἡ 10 φύσις ἢ τὰ μέλλοντ' ἐπιφέρειν, ἐς 11 τοῦτο ἄγειν. 12 ἀσφαλέστερος δ' ἢν ἀπαναστῇς, ἢ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγωσι, σφαλῆναι· ἢν πάλιν αἱ ἀναβρέψιες αἱ ἐν τῷ ἐχάτῳ ἔωσι, σφαλῆναι.

III. Athletarum 1 Euexia quæ 2 ad ſummum (diſtentionis) euaſit, 3 periculoſa: [natura] enim 4 ſuo ſtatu manere non poteſt, neque ocioſa quieſcere. 5 Poſtquam ergo in ocio non ſit, nec iam tum ad eius bonitatem quicquam adiungi cùm poſſit, 6 reſtat vt labatur in deterius. Quo fit, vt talem euexiam ſine cunctatione 7 ſoluere oporteat, vt corpus, [redintegratâ nutritione,] iterum augeſcat. Nec 8 tamen extrema inanitio eſt molienda, qua vaſa omnino concidant, illud enim periculi 9 plenum: ſed cuiuſmodi natura 10 fuerit eius qui perferet, eò vſque 11 educendum. Porrò 12 autem vt vacuationes ad ſummum ductæ periculi plenæ ſunt: Sic rurſus ſummæ refectiones, periculoſæ.

Athletica plenitudo cur periculoſa. De euexia cap. 3. De Repub. lib. 2. c. 2.

Et alibi ait, athletæ, quos ab exercitatione gymnaſticos appellamus, bonam habitudinem non habent. Et Platoinutilem athleticam molem dicit. Huic ſane conſtitutioni quanto plus accedit, eò plus periculi accedit, & ſecuritatis decedit. Quicquid enim ad ſummum peruenit, inquit Seneca, ad exitum properat. Ignis quò clarior fulſit, eò citiùs extinguitur. Hinc dicebat Cornelius Celſus, ſi plenior quis & ſpecioſior, & coloratior ſe ipſo factus videatur, ſuſpecta habere ſua bona debet. Sed cauſam iam videamus, cur habitiſſima hæc conſtitutio, tanti periculi ſit. Imprimis metus eſt, ne tenellula illa vaſa (in quibus feruet ſanguis) partium ſpirabilium, ac hepatis debiſcant: vel ne extincto calido natiuo, nimia ſanguinis ab vbertate, præcipiti virium lapſu rapiantur homines: vel ne intercepto caroticum viis, ſpiritus vitalis aditu ad cerebrum prohibeatur: vnde parua apoplexia, ſi conferatur cum ea, quæ ſit ab intercepto ſpiritibus animalibus: dum hi exitu prolibentur à cerebro.

Euexia quid.

1 Euexia eſt ſani habitus perfectio. Quando abſolutè euexia, & citra adiectionem ponitur, ſemper in bonam partem accipitur; cum addito verò, in malam; vt hîc additur athletarum. Non docet hîc Hippocrates ex propoſito, rationem curandi athletas: ſed rationem curandi per venæ ſectionem. Mos eſt Hippocratis, vt propoſito familiari exemplo, rem quam docere velit euidentiſſimè oſtendat.

Hippocratis mos.

2 Quibus turgent vaſa totaque corporis moles à circumfluo ſanguine. Quod vt athletæ vaſta corporis gaudeant mole: propterea que larga manu paſtum cùm incant, ventriculus bene concoquat (quia partes quæ circumſtant validæ & ſolidæ ſunt,) digeſtio fiat ex facili, per tenuia inteſtina ac venas meſaraicas: Sanguinis autem generatio, appoſitio, & agglutinatio ſi hæc conſequantur, metus erit ne habitus ille nimium impleatur, vt locum non habeat tandem, quo appoſitum contineat. Quod Athilæ regi Hunnorum perhibent euenîſſe: qui vnâ animam cum ſanguine euomuit inter pocula.

Gal. De Bona habitudine cap. 3. Athletarum corpora.

3 Propterea magnus ille Græciæ dux Philopœmen athletas deriſioni habuit cum ignominia & probris. Vtpote qui vaſta corporis gauderent mole, quæ ad res gerendas & ad ſanitatem tuendam eſt incommoda. Quamuis enim, vt præclarè Liuius ait, præualida corpora ab externis cauſis tuta videntur: attamen ſuis ipſa viribus onerantur. Quare rectè Quinctilianus, Prauiot omni fame ſagina. Gladiatoriam hanc Saginam exagitat admodum Galenus.

Athletæ ridiculi. Plutarchus in vita Philopœm.

4 Propter affluxus & effluxus perennitatem. Nam ea naturæ ſiue animæ vis eſt corpori conceſſa à ſummo Deo, vt id conſeruet quod habet: nimirum corpus, ea ratione qua habet nutriendo; quod fit coquendo & aſſimilando ſuccos nutricios. In hac officina occupata eſt perpetuò natura. vnde cuncta gyrat & voluit. Hoc dicebat etiam Euripides, τοσαῦτα τοι βροτῷ ἔδεν ἐν τ' αὐλῇ μένει. Eleganter etiam propugnator ille Chriſtianæ pietatis Arnobius: Quicquid fulcitur rebus extraneis; neceſſe eſt eſſe mortale, & habere ad periculum viam pronam, vbi aliquid cœperit deeſſe quo viuitur.

In τὸ ἐσωτερικὸν λόγῳ fol. 2. & præcedentibus cap. 7. c. Initio libri ſeptimi aduerſus Gentes.

5 Nihil enim in hoc mundo, ſuo ſtatu permanet. Iuna, & quicquid ſub ipſa, varia idea ludit. Vnde Lucanus,

In ſe magna ruunt. Latis hunc numina rebus
Creſcendi poſuere modum. 2. Vit.

Ita fato placuit, inquit Seneca, nullius rei eodem ſemper loco ſtare fortunam. Nihil enim mutationis periculo exceptum, non terra, non cælum, non totus hic omnium rerum contextus. Certis eunt cuncta temporibus: naſci debent, creſcere, extingui.

6 Omnis enim calor perit triplici de cauſa, vbertate nutricatus, vel nutricatus ab inopia, vel euentatione cùm priuatur: adde contrariæ vel violentæ rei occurſu. Id conſpicuum eſt in flamma ellychnij. Si enim oleo fraudetur, vel ab eo ſi obruatur, vel ſi cucurbita ei iniiciatur, vel aqua affundatur ei copioſa, extinguitur.

Calor perit triplici de cauſa.

7 Laxabimus talem habitum copioſa euacuatione, maximeque Phlebotomia, hoc eſt, larga ſanguinis emiſſione. Videmus ex corporibus benè habitis, per vulnera, incredibilem interdum ſanguinis copiam efferri ſine noxa. Illuſtriſſimus Aurantiæ Princeps Guilielmus Naſſonius Antuerpiæ à latrone læſus ſclopeto in collo, ita vt iugularis vena magna illa maximam copiam ſanguinis funderet per plurimos dico dies, cùm cottidie plurimas libras ſanguinis emitteret, ſaluis viribus euaſit. Non enim potuit ſiſti illa fluxio. tandem quidam ſtrepto digeſtiuo illito ac inuoluto colcothare id perfecit.

Hiſtoria. Sanguis

8 Non tamen eo vſque id agendum, dum præceps

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 376 sur 513

quouſque abduci non poſſit.

ceps omnium virium incidat lapſus: vel dum ſanguis ex tota œconomia corporis abducatur: non enim is ex habitu corporis duci debet.

9 Inde enim metus erit apoplexiæ, ſyncopes, ac exhauſtionis calidi natiui, vnde atrophia, & decoloratio.

10 Qualis intemperies fuerit corporis: & qualibus humoribus ſit circumfluum corpus. qualis habitus textura, nam denſa duráque corpora ferunt ex facili venæ ſectionem.

Scopi emittendi ſanguinis.

11 Hoc eſt, indicatio copiæ educendi ſanguinis non ſolùm eſt accipienda ex affectus præter naturam magnitudine, ſed ex inſpecta ægri natura communi & propria: eaque inſita vel aduentitia, in temperamento, habitu, humorum dominatu, conſuetudine, atque diæta. Hoc eſt, quantum vires ferant, eſt perpendendum. vt in Synochis, eum ad lipothymiam vſque effluere ſinimus, ſi vires id admiſerint. Ita vetetes ſex libras eduxere: hoc eſt, vncias ſeptuaginta duas. Nos idem egimus aliquando: ſed in ſumma ſymptomatum pleuriticorum vehementia, cum virium robore.

Exercitatio.

12 Summa enim ac præceps illa immutatio œconomiæ nutritiæ, vires poſſundare ſolet. Hactenus de tutela ſanorum in circumfluo ſanguine, qua n. cautione ille abduci debeat. Iam de ægris agit. q.d. Vt hi qui habitiſſima corporis conſtitutione ſunt præditi, non extrema inanitione ſunt exhauriendi: ita multo minùs cæteri homines vacuationis indigi.

IV.

Αἱ λεπταὶ ἢ ἀκριβέες διαῖται, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν ἐὸν πάθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ἐξίσιν, ἢν μὴ ὀλιγαχοῦ, σφαλεραί. Καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητι ἀδιαίρετοι διαῖται, κίνδυνοι. Καὶ ἢ αἱ πυρώσιες, αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, κίνδυνοι.

IV. Diætæ 1 tenues & 2 accuratæ cum in morbis 3 diuturnis in totum 4 periculoſæ, tum etiam in 5 acutis morbis, maximè ſi 6 loco & iure non præſcribantur. Iterum 7 extremè tenues diætæ 8 periculi plenæ. Nam & renutritiones quæ ad ſummam perueuere, 9 periculo plenæ.

Hippocrates, qui medicinam definierat, eſſe ablationem & adiectionem, ab ablatione, (qua occaſione ea in vſum ſit ducenda) auſpicatus eſt hos Aphoriſmos. Nam acuti morbi pendent à materia auferenda: Ea autem auferetur purgando, ſanguinem educendo, ac criſim promouendo coctione ac virium tutelâ: quod obtinemus à diæta rectè inſtituta ad ideamque morbi comparata. Ac demonſtrat tenuem accuratamque diætam, decantatam ac ſummè etiam probandam per morbos acutos, in illis tamen periculoſam eſſe, ſi loco non adhibeatur. Scopus Hippocratis eſt, vt Diætam præſcribat in qualitate, quantitate, & occaſione. Significat Diæta victus rationem quæ ſuſcipitur edendo, bibendo, & vitæ inſtituto. Diæta autem vel victus ratio multiplex erat antiquis: φαύλη, ὑποφαύλη, & ἀκριβὴς, quæ etiam ἀκριβὴς dicebatur. Diæta φαύλη, opponebatur τῇ ἀκριβεῖ, hoc eſt, accuratæ. Erat enim hæc quælibet, facilis ac vulgaris, nec magni negocij diæta, ſimplex, ſuſque déque habita: dum modò ſalſis, modò aſſis vtimur: modò ſaturi, modò ſemiſaturi. Diætam verò ὑποφαύλω vocat Hippocrates ſubvulgarem, mediam inter accuratam & vulgarem, éſtque μετρίη, hoc eſt, mediocris. quæ ptiſana, oleribus, piſcibus mollibus, cucurbita, obſoniis liquidis conſtat; non validæ naturæ, ſed vulgaris, attamen cum delectu, vt ſi tantùm bis die cibum capiamus: & ſi ſemiſaturi de menſa decedamus. ἀκριβὴς ſucco ptiſanæ vel melicrato conſtabat. Diæta autem tenuis eſt triplex, tenuis ſimpliciter, tenuiſſima, & exquiſitè tenuiſſima. Exquiſitè tenuiſſima debetur his morbis qui quarto die finiuntur, & hæc eſt abſtinẽtia in totũ: modò æger ferat. Tenuiſſima diæta præſcribitur in his morbis, qui ſeptimo die ſuam abſolnunt hiſtoriã. hac vtitur melicrato, oxymelite, ſucco ptiſanæ. Tenuis ſimpliciter diæta, debetur illis qui in decimumquartum diem excurrunt: ptiſana integra his dicata eſt. Si longus excurrat morbus, appellatur is, acutus ὲκ μεταπώσεως, hoc eſt, ex degeneratione. hic ita dicitur dum quadrageſimum diem attigerit. huic præbetur ptiſana integra. Qui vltra hos repunt, longi vocantur.

Diætæ multiplex antiquis.

Vulgaris diæta.

Subvulgaris diæta.

Diæta tenuis triplex.

1 Vt ſi ptiſanæ colatæ porrigatur exigua copia, ſemel in die. vt ſit dum vigor in procinctu eſt, & etiam mox à criſi. Nam vt fuerit motus morbi, ita tenuari diæta debet: nam ſemper medicus ad vigorem morbi futurum collimare debet. Si ira anxiè morbus premit naturam, vt mox vigor futurus videatur (vt tertio, vel quarto die ad ſummum veniat:) ilicò inedia præſcribatur. Attamen ea cautione vt æger illi par ſit. Quare collinea etiam ad vires. Quodſi vires non ferant tantam inediam: ilicò, hoc eſt primo die da ſorbitionem: ne cogaris cùm ad vigorem ventum eſt, cibum dare ob fractas vires. Hoc eſt igitur quod dicit, periculoſas eſſe tenues diætas in morbis acutis.

2 Scilicet morbo & eius cauſæ dicatæ. vt hydromel accuratè conuenit pleuritidi. nam meabiles facit pulmones, expectoratu promouet.

3 Scilicet vltra decimumquartum diem protenſis. ctudos morbos hîc conſiderat, non acuros καὶ μεταπτώσιν. Ea enim lex teneri debet hiſtoriæ præſcribendæ diætæ in hiſtoria morbi, dum perſeuerat, vt ineunte morbo à pleniore manu veniatur ad parciorem, vſque ad ſtatum. A ſtatu contra, à parciore ad pleniorem. Ne poſteà, appetente criſi, cogare alere, cùm iam hoc non decet.

4 Qui cum magnitudine & vehementia celeritet ſua percurrunt tempora vniuerſalia, ſiue hi morbi acuti ſint febres eſſentiales, ſiue cum febre coniuncti, vt phlegmones.

5 Quia progreſſus fieri debet, à pleniore manu, ad tenuiorem: quò integris viribus, per inediam, morbi vigorem ſummum tranſigat. In vigore enim de cibo vereri oportet. ergo ante vigorem plenius ægri habeantur. Quare ſi prolixius aliquantulum excurrerit morbus, vt in ſeptimo vel decimoquarto die ad vigorem veniat; & ſi primis diebus æger fraudatus fuerit ſuo genio, quo quæſo modo vigorem per inediam tranſiget?

6 Quamuis, inquit, morbo dicatæ ſint illæ tenues diætæ, tamen periculum habent, niſi commodè & oportunè in vſum ducantur. Nam accurata, inquit, diæta ſi non conuenienter præſcribatur, nocua erit: vt hydromel eſt tale, vt ad acutatam pleuritidis diætam ſpectet. Nam alas pulmonum expandit, expectoratum attenuat, vires firmat, adeoque omni hac efficacia pleuritidi conuenit: non tamen conuenit omni pleuritico. Si enim is fuerit picrocholos aut megaloſplachnos, noxium ac pernicioſum erit melicratum: quamuis alioqui foco morbi & ipſi morbo ſit dicatum. Nam ita non adhibebitur conuenienter cuiuſque naturæ nec maioris affectionis habita ratione. Natura enim indicat ſui conſeruationem, vt morbus ſui depulſionẽ. De naturæ autem conſeruatione nunc agit. Is enim nobis eſſe debet ſcopus, vt æquè cum morbo pugnemus, atque naturæ ſtudeamus. Illud autem obſeruabile eſt, Accuratam diætam duplicem eſſe; vnam quæ ſanis adhibetur: vt ſi quis certa menſurâ & numero cibos capiat, nec latum vnguem ab ea regula diſcedat: huius meminit proximè ſequenti Aphoriſmo. Alter eſt accuratus victus, qui præſcribitur accurata copia & ſpecie, qui morbo & eius foco dicatus eſt, atque naturæ communi tuendæ. Sic, vt

Accuratæ diætæ.

iam

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 377 sur 513

iam dixi, melicratum eſt pleuriticis accurata diæta, quia nutrit, & materiam parat ad excluſionem, & pulmonum lobos expandit. Tenuis itaque diæta iure non adhibetur, quando non habetur ratio peculiaris naturæ, & maioris, vt modo dixi, affectus. Tenuis victus loco non adhibetur nec tempore, per morbos acutos. primò, ſi morbus acutus ſit cum virium infirmitate. ſecundò, ſi quidem morbus acutus ſit cum virium robore, ſed cum infirmitatis metu. tertiò, ſi ex ſicco, factus ſit humidus. Nam ſi integræ ſint vires, ſine infirmitatis metu, & morbus peracutus, inediam præſcribemus. ſin vires proſtratæ quidem, ſed cum infirmitatis metu, hoc eſt, ſi homo ſit obnoxius ſyncopi, in initio ſtatim genio fruatur, habita primùm proſiſione totius enemate aut phlebotomia. Si iam humidus ſit factus morbus (eo enim ſicco exiſtente curationi potiùs operam dabimus) cibum offeremus ad laterum robur. ſi hîc tenuem præſcripſeris, lædes.

7 Vt omnimoda alimenti abſtinentia.

8 Si præſcribatur, ineunte morbo, qui non citò venturus eſt ad vigorem. vel in picrocholis, hi enim non ferunt inediam: vel ſi qua ex cauſa adſit infirmitatis metus. Nam ita, ad criſin, poſt tridui inediam, cogentur ad cibum.

9 Repentina œconomiæ naturalis immutatione, in temperamento, habitu & actione: vnde eruditates ab oppreſſione. Et ſane natura repentinam mutationem ab ocio ad negocium ægerrimè ferre ſolet.

q. d. Quid igitur fiet, ſi primùm in morbo acuto fraudaueris ægri genium, mox, cum ad vigorem ventum fuerit, ſi tunc ſubitò cibum date cogaris? Si quis ſubſultim legat hunc Aphoriſmum, exſtimet Hippocratem reiicere aut accuſare diætam tenuem & tenuiſſimam. Minimè: hanc enim ſummè laudat vbique. hac enim nihil fœlicius præſcribi poteſt in morbis acutis & acutiſſimis: imo neceſſario his debetur talis victus. Sed iure & loco præſcribi debet: quòd ſi id non fiat, erit periculi plenus talis victus. Quaſi dicat, Diſcipuli, audiuiſtis me in ſchola hac Æſculapidum, ſemper celebrantem & decantantem ſummam vim, & neceſſitatem diætæ tenuis & tenuiſſimæ per morbos acutos: tamen cauete ne eam præſcribatis, niſi iure & loco. Quia quamuis accurata ea ſit, tamen periculum inueniet, niſi iure & loco in vſum ducatur. Nec alia diæta tamen præſcribi debet in morbis acutis, quàm illa tenuis. ſed, vt dixi, tunc ſalutariter præſcribetur, cùm iure & loco imperatur.

Tenuis diæta vtiliſſima eſt.

V.

Tenuis diæta importunè præſcripta damnoſa eſt.

Ἐν τῇσι 1 λεπτῇσι διαίτῃσι 2 ἁμαρτάνουσι οἱ ἰητροὶ, διὸ μᾶλλον 3 βλάπτουσιν. 4 Πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα, ὃ ἂν γένηται, μέγα γίνεται μᾶλλον ἐν τῇσι λεπτῇσιν, ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἁπάσῃσιν. Διὰ 5 τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες διαῖται, ὅτι τὰ διαφθεύματα χαλεπώτερα φέρουσι. 6 Διὰ τοῦτο καὶ αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες διαῖται 7 σφαλεραὶ ἐς τὰ 8 πλέονα καὶ 9 σμικρὸν ἀσθενέστερον.

ἐν τοῖσι λεπτῇσι,

V. Quinetiam in diæta 1 tenui in 2 vitio ſui ſunt ægri, propterea damnis augentur. 3 Omnino enim magis tenui diætâ, [loco non adhibitâ] 4 quàm paulo pleniore peccatur. 5 Quæ cauſa etiam eſt cur tenuis admodùm ſtata & accurata diæta, ſanis etiam ſit periculoſa, quòd eius delicta grauiùs illi ferant. 6 Ergo tenuis accurataque diæta 7 paulo pleniore, in 8 plura, eſt periculoſa 9 magis.

Non excludit hoc Aphoriſmo diætam tenuem ſimpliciter: (eſt enim hæc ſummè neceſſaria morbis in acutis) ſed tenuem non ſuo loco præſcriptam. Locum autem habet ante morbi ſtatum: dum enim ſenſim eo venitur, ſenſim à pleniore victu ad tenuiorem progreſſus fieri debet. Quare ſi morbus aliquantulum longius excurrerit, vel ſi æger inediæ impatiens fuerit (vt ſi picrocholos fuerit) & imbellis, ſi ineunte morbo tenuem præſcripſeris diætã, non poterit integris viribus ad vigorẽ venire, nec, vt decet, vigorem ſine cibo ſuſtinere. Vult paulatim diætam mutari.

Indicatio à viribus.

1 Si inconſideratè præſcribatur, non rectè perſpecta morbi ſpecie eiúſque motu, ita vt neſciant vigoris tempus: neglectaque ægri natura ac robur ſi fuerit. Ita enim, ad vigorem dum ventum fuerit, in cibum cogimur graui cum noxa. indeque calamitoſi euadunt morbi, qui ſua naturâ pepaſmi capaces erant: idque non aliunde, quàm quòd non ſuo loco æger tenuiter habitus fuit. q. d Si morbus fuerit acutus, & imbecilles vires, cui ſuccurrendum? viribus. Nam tenuis victus vires aliquo modo minuit.

2 Mutatione communis & peculiaris cuiuſque naturæ & conſuetudinis. Cùm enim à diæta tenui inconſideratè præſcripta, ad pleniorem ſe conferunt ante pepaſmum ſeu criſin Ac ſi diceret; diæta tenuis loco non adhibita, hoc eſt, cùm neſcias quando vigor morbi in procinctu erit, nec de robore ægri ſi tibi conſtat, periculoſa eſt: Quòd cùm progreſſus fieri debeat à pleniore victu ad parciorem; nimirùm cùm vigor in procinctu eſt; hîc contrà tu agas, & malè. nam poſt biduum vel quattiduum dum ad criſin ventum fuerit, pleniùs nutrire debebis, ob titubantes vires. Propterea ſummus medendi præceptor in libris De morbis acutis ſcripſit, minus damni illos inferre, qui ineunte morbo Cyciona (hoc eſt peſſimum cibũ ex variis rebus coactũ) ægris præſcribunt: quàm hi, qui ad vigorem dum ventum eſt, ptiſanam (hoc eſt optimum cibum) ægris offerunt. Vehementer enim hi, (non loco præſcriptâ diætâ pleniore) percellunt etiam ventriculi actionem, habitum & temperamentum. Deinde ratione etiam conſuetudinis in vitio ſunt, quòd nimirum venter iam biduum aut triduum feriatus, ſubitò ab ocio ad negocium, nempe ciborum coctionem, cogatur.

3 Ratione ſui. nam, præter vim morbi plurima ſibi accerſunt funeſta ſympromata, cùm ab inopportuna inedia, ſubitò in cibos coguntur. hinc etiam vigiliæ, morbi pepaſmo contrariæ, crebri micantes ex oculis ignes: aurium flatus ſonori, manuum tremor, ſudatiunculæ.

4 Ineunte videlicet morbo. quia defraudatum ventrem cibo & potu, ad criſin (vbi minimè cibus deberet dari: ſed iam ob præcedentem inediam neceſſariò datur) dum venitur, exercet: cùm id minimè deberet fieri. Exempli cauſa; Qui ineunte morbo veſcuntur cibo ſuſque déque habito, peccant: meliùs enim ſibi conſulerent, ſi optima diæta vterentur. Non tamen tam peccant, qui ea ineunte morbo, pleniore manu vtantur, quàm qui poſt tenuem diætam inconſideratè præſcriptam, tertio vel quarto die cogitur, ob genium fraudatum, cibum ſumere optimum, qualis eſt ptiſana.

5 q. d. Si ſanis quoque corporibus inutile eſt, iuxta inediam, ediſſe, vbi aliqua neceſſitas famem fecit: quanto inutilius eſt in corpore quoque ægro? Tenuis diæta ſanorum hominum eſt, vt eſt, ſi quis ſemiſatur è menſa diſcedat. Stata diæta eſt, ſi quis ſemel die cibum capiat. Accurata diæta, ſi naturæ conſentaneis vtatur. Mutatio ergo tenuis diætæ erit, ſi quis ſolitus ſemiſatur ſurgere, nunc ſe ad ſatietatem expleat. Statæ mutatio erit, ſi ſemel edere conſuetus, bis cibum capiat. Accuratæ mutatio erit, ſi naturæ conſentaneis & ſimilibus veſci ſolitus. vt imbecillibus, nunc fortibus veſcatur. Et quia tales ſani homines qui ſtata & accurata illa diæta vtuntur, eam iam pro lege naturæ habent: ſi eam violãrint, lædũntur. Affliguntur à tali diæta ægri, nam vires inde fatiſcunt, & homines non ferunt ſubitariam illam ciborum mutationem.

Tenuis diæta quid ſit. Stata diæta quid. Accurata diæta quid.

6 In

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 378 sur 513

6 In quibus fit progreſſus à parciore manu, ad pleniorem: cùm contrarium fieri deberet.

7 In quibus fit progreſſus è pleniore manu, ad tenuiorem.

8 Scilicet incommoda impingens vel peccans. vel, in plura incommoda ſunt. Quare cùm rari morbi ſint, in quibus citra periculum tenuiſſimum victum inſtituas: erit ſanè vt plurimùm periculoſior.

9 Quia grauis ſemper mutatio eſt ab ocio ad negocium, ratione morbi, & ægri. nam cùm ventriculus iam per biduum vel triduum non coxit, nec turguit à cibo, neque maduit, iam ſubitò hæc cuncta ſubit natura: cum enim ad criſin venitur auertitur à mitigatione ac excluſione materiæ morbificæ, ad coctionem ciborum. Sed in mediocribus morbis, vbi mediocri victu vtendum, vbi exactam illam diætæ inſtituendæ regulam non ſatis compertã habet, inparcitatẽ inclinare præſtate: facilè enim quid adieceris.

V I.

In die vbi locus Ἐς δὲ τὰ ἴσχατα νοσήματα, αἱ ἐσχάτη θεραπεία ἐς ἀκριβείαν, κράτιστα.

VI. Sed tamen ad morbos 1 extremos, 2 extrema ad vnguem curatio præciarè facit.

Quaſi dicat, Ne quis exiſtimet à nobis damnari tenuem victum in morbis acutis. hæc enim, & nulla alia his dicata eſt. Correctio hîc eſt quodãmodo præcedentis Aphoriſmi. Docet enim nonnunquam cibi abſtinentiam præſcribendam eſſe. in illis morbis, quorum hiſtoria breuis eſt futura, vt ſi tertio vel quarto die, robuſto agro, ſit finienda. Galenus de hoc themate contra Eraſiſtratum diſputat. Ille enim hoc euertere conabatur, volens à leuioribus inchoandam curationem. Verum quidem id eſſe in iis morbis, qui dant inducias fatetur Galenus; vt ſi ſit pugnandum cum quartana, cum hydrope. Sed cùm morbus non dat inducias, & ægri ſi ſint in mortis periculo, vſum habeat hoc theorema, Extremis morbis extrema debentur remedia. Dicuntur autẽ extremi morbi, qui ſummè naturam oppugnant. non autem expugnant; quia deſperatis non ſunt adhibenda remedia. Coniungatur hic Aphoriſmus cum ſequente. 1. Meth. 16.

1 In quibus ſymptomatum plena ſunt omnia. Vt qui oriuntur à Symptomatica tranſlatione, dum effunditur praua materia à parte ignobili, in partem principem, cuius partis officio vita carere nequit. vel qualitate venenata calamitatem qui minantur. aut impedimento nobilis partis funeſti ſunt: vel cauſarum magnitudine, aut ſymptomatum vehementia terribiles.

2 Vt diæteticæ, pharmaceuticæ, & chirurgicæ. Contrariorum enim æquali exceſſu pugnandum eſt cum morbo. Ita aliquando vſu erit diæta quàm tenuiſſima, pharmacia exquiſita, & crudelis chirurgia.

V I I.

Tenuiſſimam diætã poſtulat acumen morbi. Ὅκου μὲν οὖν κατὰ 1 τὸ νόσημα, ἀνάγκη τοὺς 2 ἐφάτους πόνους ἔχειν, καὶ τὴν ἔφοδον ἰσχνοτάτην διαίτην ἀναλαβεῖν χρῆσθαι. ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ' ἐνδέχεσθαι ἀσφαλῶς διαίτῃ, τοσούτου καταστατέον, ὁκόσον ἂν ὁ νοῦσος μαλθακώτερον πρὸς ἐκάτερα ᾖ.

VII. Ergo ſi morbus ſit 1 peracutus, in promptu 2 laborum ſunt ſumma omnia, ac tum quàm tenuiſſima diæta eſt vtendum. 4 Quod ſi non eſt (morbus peracutus) vt pleniori diætæ locus ſit; Pro eo [à tenui diæta] diſcedendum, vt morbus extremis fuerit leuior.

Quaſi dicat, Sed ne quis putet diætam pleniorem tenui anteponendam, proferam quod pro conceſſo habetur à Cnidiorum magiſtris medendi, qui dicebant magnam mutationem, magnæ mutationi eſſe opponendam. Ita ratiocinatur, vbicumque laborum ſumma ſunt omnia, inedia eſt vtendum. Sed hoc euenit in peracutis.

1 Vt ſi actionem tollat per quam eſt vita: vt Syncope, phrenitis ardentiſſima, parotis in iuuene, pleuritis in ſene.

2 Nam celerrimè ſuam abſoluunt hiſtoriam, celerriméque veniunt ad ſuum ſtatum, in quo Symptomatum, incidentium & iudicantium ſunt omnia ſumma.

3 Nimirum tota morbi hiſtoria, ad tempus vſque ipſius criſis, & ad diem pepaſmi. Nam eſt eadem cauſa pepaſmi & pepſeos, nimirum natura. Cumque vtrumque eodem tempore efficere non poſſit, potiùs ad pepaſmum quàm ad pepſin conuertenda hîc ea natura videtur. Quia potiùs pugnandum hîc eſt cum morbo, quàm naturæ ſtudendum. Huc accedit, quodſi exhibeatur cibus cum ſymptomatum æſtu, id eſt, vehementia, mutuas illa duo, cibus & ſymptomata, operas præſtabunt, idque in ægri perniciem. Vt piſana in Pleuritide ſicca. Nam cùm cogitur ad cibum coquendum, cùm cauſam morbificam domare atque excludere deberet, dimidiatis quaſi opibus ita deſtituitur natura. Quare etiam à cibi auerſione ſymptomata ingraueſcunt.

4 Hoc eſt, progreſſus facere oportet à pleniore diæta, ad tenuiorem, pro hiſtoria morbi, & viribus ægri: quo integris viribus æger ad vigorem veniat, vt tunc, cùm iure debet, loco abſtineat à cibo: alioqui fractis viribus cadet, in longiore morbo: vel cibum cogeris dare in vigore; quod minimè decet. Virium maximè ratio habenda. ita Galenus hîc, in exquiſitè peracutis, concedit aliquid ſucci piſanæ, vel melicratis & hanc tenuiſſimam diætam vocat.

V I I I.

In ſtatu non nutriendum. Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νούσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαίη χρέεσθαι.

VIII. At verò cùm effloreſcit morbi ſtatus, cúmque ille viget maximè, 1 tum pertenuiſſima diæta vti fuerit perutile.

1 Ne cibo ad pepſin natura conuerſa, à pepaſmo & criſi auocetur. Vt enim ex perſpicientia hiſtoriæ morbi, modò tenuis, modò alius exhibetur victus, ſic in omni morbo, ſiue longo, ſiue breui, quàm tenuiſſima diæta in ſtatu eſt vtendum. Ac ſi diceret, in peracuto morbo, vt tota morbi hiſtoria quàm tenuiſſima diæta eſt neceſſaria: ita in aliis, cùm ad vigorem ventum fuerit; progreſſu conuenienter facto ex perſpicientia hiſtoriæ morbi, & virium ægri. Quia, qua ratione peracutis totâ hiſtoriâ ſit ea tenuis diæta neceſſaria, eadem ratione vtilis hæc eſt in ſtatu aliorum non acutorum. quòd natura potiùs ſit conuertenda ad pepaſmum, quam ad pepſin. Vis enim morbi affligit magis naturam, quàm exhauſti ratio: ideóque ad expellendum morbum potius conuertenda eſt natura. Eo etiam tempore ſunt maximæ phlegmaſiæ. eſt enim vigor nihil, quàm morbi maximum ſymptoma. Progrediendum itaque à victu pleniore ad parciorem: paulatim deducendo. Agit enim hîc de diæta tenui. Dicet quis, Hippocrates tamen in pleuritide, vbi ante vigorem expectoratum procedit commodè, auget cibum; & quo pleniùs id expectoratur, eo liberaliùs vult vt quis paſtum ineat. At ad vigorem maximè procedit expectoratum: Igitur tunc pleniùs nutriendum eſſet; quod huic Aphoriſmo repugnat. Reſpondemus: In vigore abſtinendum à cibo eſſe, vbi

Vigor quid. 1. Aph. 7.

Dubitatio. 1. Acut. 26.

©BIUM

vbi vires materiæ copia & agitatione opprimuntur: non autem vbi vires ab exhauſtu premuntur. Nam tunc etiam in vigore ipſo præſcribit cibum Galenus.

10. Methodi. Non enim infirmitas doctum Medicum terrere debet, ſed cauſa infirmitatis. Cauſa autem infirmarum virium eſt oppreſſio, vel exhauſtus. Cùm itaque iam in pleuritide expectorata appârent, metus eſt ne vires cadant ab exhauſtu: itaque quo plus expectoratur, eò plus cibo adiiciatur.

I X.

A viribus indicatio. retundatur.

1 Σωστικωτέρας ὁ χρὴ καὶ ἡ νοσοῦντα, εἰ 2 ἐξαρκέσει τῇ δοθείσῃ τροφῇ πρὸς τὸν ἀκμὴν τῆς νόσου, καὶ πότερον ἐκείνην & 3 ἐπαυδήσει τροφὴν, καὶ ἐκ 4 ἐξαρκέσει τῇ δοθείσῃ, ἢ ἡ νόσος & τροφὴν ἐπαυδήσει 5 καὶ ἀμβλυωθῇ).

I X. Sed 1 vnà ſcienter colligere oportet, an æger 2 tali diætâ ad morbi vigorem ſufficiat, ac 3 num priùs ille deficiat, nec ei 4 ſatis fiat diætâ: an verò morbus antè frangendus 5 atque conſidat.

1 Vnà ſcilicet cum morbi hiſtoria: cuius diſtinctio ex ſpeciei & indiuidui ratione peti debet. Colligitur ex ſymptomatibus. vt ex corporis mutata qualitate, in colore, charactere, & mole: & ex mutatis actionibus cerebri, cordis, hepatis: tum ex iis quæ excernuntur: in quibus examinatur ſubſtantia, qualitas, quantitas, modus tempusque excernendi; adhibita diligenti diſtinctione ſignorum, cauſarum, corporum, ſimilium vel diſſimilium. τεκμαίρεσθαι eſt ex ſignis tecmeriis aliquid colligere. Tecmerium autem ſignum eſt ſignum ſyllogiſticum, quo poſito, neceſſariò aliquid ſequitur; vt, Peperit, igitur concepit: & vt ait Poëta,

Et iam ſumma procul villarum culmina fumant.

Tecmarſis quid. Ex his ſignis Tecmarſis abſoluitur. Eſt autem Tecmarſis, bene atque viritim medendi ratio: hoc eſt, in quibuſque & in indiuiduis regula.

2 Hoc eſt, tecmeriis ex ſignis colligere debemus, num æger tenui aut tenuiſſima diæta, illabefactatis viribus, ad vigorem morbi perueniat. Propterea perluſtrabimus an vires ægri cum ſecuritate ac ſine metu infirmitatis ſint validæ: Vnde id noſcemus? ex

Natura ægri in quibus. communi propriaque ægri natura. Communis natura, eſt inſita & aduentitia: ſpectataque in temperamento, habitu, humorum dominatu, conſuetudine, atque diætâ. Propria natura, vt ſi homo ſit picrocholos, aut phlegmatias. Hi enim inediam facilè ferunt: illi, nequaquam. Specta igitur num corpori adſit ſucci alibilis copia, ex victu liberaliùs antè inſtituto: ex ætate, tempore hyberno, vel alio, regione frigida. Nec non vide num aliquid præceſſerit quod vires labefactare potuit. vt ſunt mœror, immoderata venus, & ſimilia. Vis autem communis naturæ & propriæ, eſt vt ſit ſolidiore, non muccoſo habitu corporis: non ſit obnoxius Syncopi, non habeat ſtomachum exquiſitiori ſenſu præditum.

3 Si virium infirmitas adſit ab exhauſtu. Nam hæc ſola virium infirmitas ad cibum exhibendum cogere poteſt. Putet fortè aliquis ſatis fuiſſe ſi tantùm dixiſſet, an † ἐπαυδήσῃ: rectè tamen addit, & non * ἐξαρκέσῃ. vt ſi ex cacochymia iniquis rigetur corpus ſuccis, à prauiore victu antè inſtituto: vel ſi ætas hoc non ferat. hoc eſt num adſit etiam metus mox futuræ infirmitatis.

† *deficiat* * *par ſit.*

4 q. d. Cùm multis de cauſis vires videri poſſint infirmæ, oppreſſione, & ſpirituum collectione, à peculiari natura, partis alicuius affectione, ab exhauſtu ob morbi magnitudinem, cibi abſtinentia: non ſolùm tum infirmitatem, ſed eius cauſam animaduertes. nam pro varia infirmitatis cauſa, varia quoque prouiſio eſt adhibenda. Ab exhauſtu quidem ſi labaſcant vires, cibo & potu hanc infirmitatem vincemus: Non autem pariter ſi ob alias cauſas illæ ceſpitârint. Nec enim ſpectanda eſt virium infirmitas, ſed eius cauſa. nam plures egent euacuatione, quibus tamen vires ſunt infirmæ. Ridiculus autem eſt, inquit Hippocrates, qui ægro ab inedia exhauſto cibum non exhibet: attamen grauiùs peccat is, qui ægrum ex morbi vehementia deficientem cibat.

5 In tres Scopos intendere debet, qui victum rectè præſcribet; in vires ægri, hiſtoriam morbi, & ſingulos morbi paroxyſmos. de quibus mox Aphoriſmo decimo. Docet hoc Aphoriſmo quantum ſit adiiciendum. à viribus id indicatur. Nam his labentibus, etiam in vigore, dicit hîc Galenus, alimus. Primò ergo examina vires: quæ ſi imbecilles videntur, cauſam indagabis imbecillitatis, num ea ſit oppreſſio vel exhauſtio. Dein ſpeciem, morem, atque motum morbi. poſtea morbi tempora. Hæc cum viribus confer.

X.

Senſim deducendum à victu pleniore.

1 Οὐδέποτε μὲν οὖν αὐτίκα ἀκμὴ, αὐτίκα 2 πεπτέον δέπτασθαι. οὐδέποτε δ' ἐς ὕστερον ἀκμὴ, ἐς 3 ἐκεῖνο καὶ πρὸς ἐκείνου μικρὸν, ἀφαιρετέον. ἔμπροσθεν δὲ πωτέρας δέπτασθαι, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

X. Quibuſcunque 1 igitur morbi ſummùs vigor in procinctu eſt, extemplo 2 tenuem diætam victitent. Quibus verò ſeriùs futurus eſt morbi vigor, & eo 3 ipſo tempore [vigoris,] & paulo antè eſt deducendum. Antea verò liberaliùs indulgendum, vt æger par eſſe poſſit.

1 Hoc euenit morbis peracutis.

2 Credito naturæ pepaſmo, à prouiſione habita totius corporis & partis morbo obſeſſæ, phlebotomiâ, pharmaciâ, ac redintegratione temperiei.

Senſim deducendum. 3 Cùm vi morbi opprimitur natura: non autem ab exhauſto ſui. De cunctis morbis iam pronunciat. Senſim fiat ſemper deductio. In cunctantiore criſi, tribus vel quatuor diebus antè ſenſim incipies deducere; ita eoque filo, vt criſis tempus inediam excipiat. Nam in criſi ita decertat natura, vt nullum aliud tempus ad curandum, pepaſmumque perficiendum habitura ſit. Cumque illa, eadem vi pepaſmum molitur quâ pepſin: ad hanc non abducatur. Sed dices, *Obiectio. Apho. 15.* Hippocrates libro primo De victus ratione, huic Aphoriſmo contradicere videtur, vbi ait, Cibum augendum eſſe vſque ad morbi vigorem. Ergo, inquit Hippocrates, quo maior appâret purgatio, eo pleniùs ptiſanam exhibebis, donec ad criſim ventum ſit: Reſpondeo, Senſus ibi Hippocratis eſt, Nunquam exhibendam eſſe ptiſanam, quamdiu morbus fuerit crudus: ne natura à ſuo opere & materiæ mitificatione auocetur: ſed morbo iam humido facto, ea eſt exhibenda; vt ita firmior reddita natura, excludat materiam mitificatam. Criſin ibi vocat perfectam morbi ſolutionem. Cùm eò venitur, vult tenuiſſimum victum obſeruari, ne natura ab inſtituto auocetur. Nec ea mens eſt Hippocratis, vt plena manu paſtum quis ineat cùm procedere ante pleuritidis criſin abſolutam expectoratum cæpit: ſed tenui victu, vt ptiſanæ ſucco vel melicrato, vt firmemus vires partesq. ſpirabiles robuſtiores reddamus, quo præclarè excludant expectoratum. Quare tenui diæta id agendum eſt tunc, vt ſi talis pleuritis excutterit aliquantulum longiùs. Propterea etiam Galenus ibi in commentario dicit, Hippocratem iubere ne hi ad plenam diætam ſe conuertant ante biduum à criſi, ſed vt in tenui diæta perſiſtant. Quare in his morbis vbi tota materia morbifica nõ continetur in corpore vſque ad criſin, vt in pleuritide, ibi auge ptiſanæ copiam, ad analogiam

giam expectorati quod iam commodè procedit. Ea tamen cautione, vt ante criſin abſtineas à cibo, cùm ea iam in procinctu eſt. Augemus autem cibum tenuem vbi procedit expectoratum, quò firma reddantur latera ad excluſionem materiæ morbificæ. Dicet quis, vbi ſymptomata ſunt vehementiſſima, ibinc coctio perfectiſſima? Reſpondemus, De morbis frigidis ac de ſolis intemperiebus id non rectè aſſeri: ſed bene de morbis acutis qui febrem habent acutam. Adéſtne in vigore ſumma putrefactio? non videtur; nam ibi coctrix vis triumphat: id indicant excreta cocta. Si itaque in vigore, eſt materia morbifica edomita, vnde tam grauia ibi ſymptomata? Quia ibi materia maximè coquitur, ac valdè attenuata iam eſt, ac agitatur, calorque ſe erigit altiùs, ac totam iam materiam mouet, cùm prius ſolùm ea quæ computruerat moueretur pars. Tempus autem non ſimpliciter, quatenus tempus, indicat quantum cibi dandum ſit, ſed facultas affecta: coindicat enim.

XI.

Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν 1 ὑποτέλλεσθαι χρὴ τὸ σιτίον ἐόντα βλαβερά. καὶ ὁκόσα καὶ ἀρξάμενα παροξυνεῖ, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποτέλλειν χρή.

XI. In 1 paroxyſmis à cibo abſtinendum eſt, nam eius acceſſio damno eſt. Quin etiam quæ periodis 2 quibuſdam ingraueſcunt, in horum paroxyſmis abſtinere oportet.

a Paroxyſmus eſt deterius periodi tempus. Periodus eſt reditus ab vno paroxyſmo ad alium.

1 Nam eo tempore reſtui ſunt cuncti ſucci ad centrum corporis, vnde opprimitur anxiaque euadit reſpiratio, ac aluina regio ab impuris ſuccis incurritur. Si cibum tunc dederis in impuritatem ille abit, ac diſtento hypochondrio opprimitur pectus: vnde anxia reſpiratio, ac calor cordis maior. his adde, quod à pepaſmo ad pepſin malè auocas naturam. in ſe incrementa ducit morbus, ſiue ille ſit phlegmone, obſtructio, vel à plenitudine, aut à putredine natus. Opprimitur enim horum mole. Hoc ita Celſus, Initia morborum famem, ſitimque deſiderant. Si verò facta fuerit natura ab exhauſto; vt ſi acerrimi ſucci immodeſtis exercitiis torridóve à Sole & inedia exardeſcant, genio ilicò indulgeat. Alioqui non antè cibum dabimus, quàm ad pedes deſcenderit calor.

Cur non alendi in Paroxyſmis ægri.

2 Vt in aſthmate, arthritide, colico, dolore capitis, cardialgia. Quemadmodum ſuperioribus Aphoriſmis agit de vniuerſalibus morbi temporibus, ita & hîc de particularibus: quæ nihil aliud ſunt quàm paroxyſmorum diſtinctiones. Paroxyſmus eſt autem id tempus, in quo ægriùs habet æger: vel grauius periodi tempus, hoc eſt, tempus id, quo æger febricitat. Periodus autem eſt tempus intenſionis & remiſſionis, hoc eſt, interuallum inter vnum inſultum & alterum. Sic cottidianæ periodus eſt viginti quattuor horarum: in tertianis, quadraginta octo: in quartanis, ſeptuaginta duarum. Paroxyſmus eſt vel intermittentium vel continuarum. Continuarum paroxyſmus tria tantùm habet tempora, nimirùm principium, augmentum, & ſtatum. nam declinatio non continetur in paroxyſmo. Ideoque in declinatione continuarum, cibum exhibemus. In intermittentibus verò expectanda eſt perfecta apyrexia; ſi vires ægri id patiantur, nec peculiaris naturæ conditio obſtet. Paroxyſmus intermittentium quattuor habet tempora, quæ in tertiana, exempli gratiâ, ſic deſignes. Anteſignani paroxyſmi gratiâ, ſic deſignes. Anteſignani paroxyſmi dicuntur epiſemaſiæ, vt cùm quis oſcitationibus vel pandiculationibus prehenditur. Deinde ſi rigeat, illud tempus dicitur principium. Cùm æger modò rigore afficitur, modò incaleſcit, dicitur anomalia vel inæqualitas paroxyſmi. Ita tunc afficiuntur, quòd humor morbificus feratur ad ventriculum, vnde ſæpe vomitus. Periodicus enim rigor maximè excitari ſolet, vitio ſuperioris ventris. Cùm flamma erumpit in totum corpus æqualiter, dicitur auxeſis vel augmentum. cùm iam ſymptomatum ſumma ſunt omnia, & febris eſt in æſtu, dicitur ſtatus & ἀκμή. Vbi demum calor ad pedes deſcendit, καθάρσις dicitur & declinatio. cuius quidem duæ ſunt partes, vna quæ ſtatui proxima, & dicitur παρακμή. altera eſt ἄνεσις, hoc eſt intermiſſio. Hanc ſequitur ἀπυρεξία, cùm calor vniuerſus euanuit. & tunc datur tutò cibus. Hanc ſequitur διάλειμμα, in quo perfecta intermiſſio. In paroxyſmo ſtimulis bilis agitatur ventriculus ac vellicatur. hinc falsò creditur infirmitas, quæ non eſt ab exhauſtu: ideoque nec cibum requirit.

Quid ſit Paroxyſmus & Periodus.

Paroxyſmus continuarum.

Paroxyſmorum intermittentium tempora.

XII.

Τὰς δὲ 1 παροξυσμοὺς καὶ τοὺς 2 καταστάσεας διαλύσιον αἱ 3 τοῦσαι, 4 καὶ αἱ ὧραι 5 τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ ἡμέραι 6 περιόδων πρὸς ἀλλήλας * ἀντιπάθειαι, ἢν τε κατὰ 7 ἀείρην ἢν τε παρ' ἡμέρην, * ἀναπαλάσ- ἢν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται. Ἀτὰρ καὶ τοῖσιν 8 ὀπτεις, φαινομένοισιν, εἴτ' ἐν τῷ εὐεπικλίσι πλύδωνι, ἢν 9 αὐτίκα ὀπταίνται ἀριθμῷ, 10 βραχὺς· ἢν δ' 11 ὕστερον ὀπταίνται, μακρός. καὶ 12 ἤρα καὶ 13 ὑποχωρήματα, καὶ 14 ἱδρῶτες, καὶ ἔγκριτα καὶ δύσκρητα, καὶ βραχέα καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα, ὀπτεις φαινόμενα διαλύσ.

6. Epid 5. 35.

XII. Iam verò 1 paroxyſmos & 2 ſtatus morborum ipſi pro 3 ſe 4 quique morbi aperient, & anni 5 tempora, & ſtatæ 6 periodorum vices inter que ſe reciprocationes, 7 ſi cottidianæ illæ fuerint, tum ſi alternis diebus repetant, tum ſi maioribus interuallis. Eò quoque pertinent 8 epiphœnomena: vt ſi ineunte pleuritide expectoratum 9 illicò appareat, breuis 10 eſt morbus: ſi autem 11 ſeriùs, diuturni. Quin & 12 vrinæ & 13 dejectiones, & ſudores, vt 14 apparuerint, 15 ſecundi aut ſiniſtri morbos iudicij, breues aut diuturnos fore ſignificant.

1 Hoc eſt, deteriora periodorum tempora, tam in continuis, quàm in intermittentibus. Vt ex eorum perſpicientia, loco dicta exhibeatur, cùm iure debet exhiberi. Nam iure exhibetur, ab editis pepaſmi ſignis: cùm iam excernitur materia morbifica: vel cùm iam vires laborant ab exhauſto. Loco exhibetur, ſilente paroxyſmo. Paroxyſmi & ſtatus morborum indagandi, quo cibus rectè inſtituatur. Dixerat antè, in vigore & paroxyſmis à cibo eſſe abſtinendum: iam docet vnde noſcas futurum vigorem & paroxyſmos.

2 Hoc eſt, quatuor morborum tempora: vnde prouiſio copiæ ciborum ducitur. Status conſtitutionemq. morbi is exploratum habet qui compertum habet an morbus is ſit acutus, peracutus aut longus futurus, quóque tempore in vigorem ſeſe ſit elaturus. Et à morbi vigore futuro, ægriq. viribus, tota generaliſque lex inſtituendi victus pendet. vt ſingillatim offerendi cibi occaſio ex ſingulis captatur paroxyſmis.

3 Vt peracuti ferè intra quartum diem ad ſummum vigorem veniunt: tertianæ, ſeptem periodis: quartanæ, diuturnæ, bilioſi, imparibus: mixti, paribus: cottidianæ, cottidie mouentur. Pleuritis & phrenitis tertio ferè die: morbi ventris, hepatis, empyema, & tabes cottidie ſe mouent, magisque ſub noctem: malancholici quarto die.

4 Hoc eſt pro morbi cuiuſque ſpecie, magnitudine, more, & motu. quæ quatuor variantur, pro morbi eſſentiâ, materiâ morbificâ, parte obſeſsâ, ſymptomatis comitantibus morbum, & prout fuerint cauſæ morbificæ. A ſpecie morbi, nam ſi quartana affligit, tarda veniet criſis. Deinde magnitudo & vehementia morbi: vt ſi ſit cauſus vehementiſſima, iam iam

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 381 sur 513

criſin dabit. præterea mos morbi, hoc eſt clementia & prauitas, ſi peſtifer ſit. Id notamus ex epiphænomenis. tandem motus morbi ſi ſit celox, in propinquo criſin eſſe denotat: vt ſi anticipârint prottacti paroxyſmi.

5 Nimirùm præſens tempus & præteritum. Præſens, vt Vere & autumno maniæ eueniunt, æſtate cauſi. Præteritum, vt ſi hyemem aquiloniam, pluuioſum Ver exceperit, æſtate dyſenteriæ mulieres fatigabunt. Plenus eſt his exemplis tertius Liber Aphoriſmorum. Nam hinc euadunt morbi longi aut breues, eucriti & dyſcriti; febres Autumnales longæ ſunt, vel calamitoſæ. tardat hyems morbos: æſtas, maturat. Hæc nouiſſe, profuerit ad diætam loco præſcribendam. Ita ſcimus æſtiuos morbos bilioſos eſſe, triduanóque impetu ferri: alio modo ferri, qui aliis temporibus naſcuntur. His adde conſimili ratione, res non naturales, & naturales. quæ ad calorem & ſqualorem, corpus nutare faciunt, tertianarios: quæ ad madorem, cottidianarios: quæ ad frigus ſiccum, quartanarios motus præbent.

6 Vt ſi paroxyſmi anteuertant, ſi fin vehementiores & longiores. Nam breuem aut diuturnum fore morbum, intelligimus ex paroxyſmorum incrementis. Incrementorum verò ratio ex periodis peti ſolet. Nam quò hæc tria conſociata fuerint vehementiora, eò criſis citiùs edetur. Prior ergo paroxyſmus cum ſequenti conferatur. Etenim vbicumque incitatæ naturæ, & inchoati pepaſmi ſignificatio ſit, ibi exacti principij & ſigna iam iam futuri vigoris eduntur. Nam paroxyſmi anticipatio, ſignum eſt irritatæ naturæ: diuturnitas abſolutæ putredinis, vehementia inchoati pepaſmi ſignum eſt.

7 Vt cottidiana, tertiana, quartana, quintana, ſeptana, nonana. Dicuntur autem ſtatæ periodorum reciprocationes, cùm pro rata portione periodi ſibi ſuccedunt.

8 Hæc enim pepaſmum & cruditatem denunciant, indeque tempus criſis ſubindicant. res diæreticæ vtiliſſima. Hic ſubauditur πεκμαίρεσθαι χρὴ, hoc eſt ratiocinari oportet.

9 Hoc eſt, ſi primo die vel poſtridie. Si nimirum ita appareat, vt apparere debet, nullaque ratio deſideretur in eius qualitate, copia, & excernendi modo. Signa epiphænomena ducuntur ex corporis eſſentia, actionibus, & excrementis. Ne principij homonyma vox fallat. id denotat hoc præſens temporis punctum diuiſionis expers: alioqui, vt hîc, ſignificat vniuerſale morbi principium. Nam ſi intra quatriduum id apparet coctum, ſeptimo die liberabitur. Hæc Galenus hîc in Anaxionis hiſtoria eleganter demonſtrat.

10 Eſt ſignum breuitatis, & cauſa. ſi nimirum illud ſputum nec ſit tenuius nec viſcoſius. Sed dices, Hippocrates ſectione prima, libri ſecundi Epidemiôn ſcripſit, τὰ δ' πεπονθότα ὁπῇ τὸ βέλτιον μὴ διαγιγνώσκοντα διαφαινέσθω, hoc eſt, quæ in melius decernunt & iudicant, non ſtatim apparere debent. quo modo ergo dicit hîc ptyelon præclarè ilicò apparere? Reſpondemus, Quædam ſigna critica eſſe quæ apparent ad ſpeciem criſis futuræ: alia ad tempus crileos appatent. Ad tempus, vt coctionis ſigna: hæc quouis tempore apparentia, bona ſunt. vt ſi nubecula quarto die in vrina appareat, ſeptimo die fiet criſis. Sed quæ ad ſpeciem criſis apparent, non ſunt bona, niſi primùm ſigna quæ ad tempus apparent præceſſerint. Vt ſi ineunte morbo facies rubore ſuffundatur, & marmarygæ adſint, malum. Sin poſt coctionis ſigna hæc euenerint, haimorrhagia iam iam adferet criſin.

11 Non prima vel ſecunda ſeptimana. vt in Anaxione.

12 In morbis venoſi generis, in quibus & ſignorum, & cauſarum criticarum rationem obtinent.

13 In morbis ventris inferioris. aut cùm per deiectiones fit è toto corpore aut è vicinis partibus humoris excretio.

14 Quantitate, qualitate, tempore, & excernendi modo.

15 Quia omne excrementum propriam conditionem & ſpeciem refert eius partis vnde emanat. Hoc Aphoriſmo illud agitur, vt cautionem cibandi obſeruemus religioſè. Hoc eſt, an iure quis cibum capere debeat, an non: tum eius copiam ac qualitatem. Docent hoc nos morbi hiſtoria, & ægri vires. Occaſionem verò ineundi paſtus, hoc eſt, vt loco & tempore exhibeatur cibus illis qui ſuo iure eum capere debent, oſtendunt paroxyſmi particulares. Nam quinque vel ſex horis ante paroxyſmum exhiberi debet cibus, ſi quis ſit exhibendus. Porrò quattuor notæ deducunt nos ad ſcientiam hiſtoriæ morbi & paroxyſmorum: primò, morbi ſpecies: ſecundò, anni tempora: tertiò, periodorum ſtatæ vices: quartò, ſigna epiphænomena. Vt generalem autem totius hiſtoriæ morbi victum conſtituas, noſcas oportet, quando ad ſtatum ſummúmque ſuum vigorem venturus ſit morbus: Hoc indicant paroxyſmorum anticipationes, dutationes, & vehementiæ addè & cætera quæ hîc Hippocrates. At futuri mox paroxyſmi indicant, ſingula cibo congrua tempora. Vt breuiter dicam, Duo ſunt ex quorum cognitione rectè inſtituitur diæta, nimirum hiſtoria morbi, & ægri vires: Hiſtoriam morbi, hoc eſt, quando morbus ad vigorem ſummum venturus ſit, agnoſcimus: ex his quatuor, ex ſpecie affligentis morbi; ex anni tempore, ſtatis ex periodorum viciſſitudinibus, & ex epiphænomenis ſignis. Secundum, quod notare debebamus, erat robur virium, de quo ſequenti Aphoriſmo agit.

Occaſio nutriendi vt captanda, vbi nutriendum eſt.

Vnde Paroxyſmi ſumuntur.

Vnde vigor innotescat.

Anacephalæoſis in praxi vtiliſſ.

XIII.

Γέροντες ι διαφορώτατα * πτυέλου φέρουσι, δ' δεύτερον οι ἐν κρισίμοισι. ζ ἄκρητος μέθυσκε, πάντων ζ ὠφελιμώτατα. 4 παιδία. τουτέων ζ αὐτέων ὧδε αἱ τύχαι ἔασαι ἐπὶ ζ τρόφιμα ἐόντα. * πτυέλιας

XIII. Senes (1 quibus eſt cruda viridiſque ſenectus) inediæ patientiſſimi ſunt: mox homines 2 conſtantis ætatis: nequaquam 3 adoleſcentes: maximéque omnium 4 pueri: atque omnino qui id ætatis fuerint, 5 alacriores.

In victus inſtituendo ſpectanda eſt ætas.

Superiùs docuit artificiosè colligendum eſſe morbi vigorem & paroxyſmos, quò tuto ægrum ad ſtatum ducamus diætâ, loco & iure præſcriptâ. Hîc iam alteram partem explicat inſtituendæ diætæ, quæ ducitur à viribus, cum ſecuritate, vel cum metu infirmitatis. Nam vt antea diximus, vt rectè inſtituatur, ſcire debemus num ſit morbus perperacutus, peracutus, acutus, vel longus: deinde vires agri quales ſint. Iam de viribus. Explicatur enim virium robur ex communi & propria cuiuſque natura, & humorũ ex dominatu, hoc modo: Puerorum vires valent quidem, ſed cum infirmitatis metu; ſenum vires valent, ſecuritate quadam: ergo hi peruenire poſſunt ad ſtatum morbi, in omnimoda cibi abſtinentia. Nam ſi etiam in his alimenti inopia genius defraudetur, habet ipſorum calor in promptu fomentum, nempe pituitam, quæ in ſanguinem verti poteſt.

Secunda Indicatio à viribus.

1 Etenim hi non admodum laborant ab exhauſto: nam denſeſcit iam eorum corpus, humoréſque craſſeſcunt, & iam dominatu melancholici humoris tenentur, & habitus denſitate. Ac flos caloris natiui his iam ſopitur. Accedit & illud, quòd ſint φλεγμαλίας τὰ ἄνω, adeò vt ſuctionis ſenſu non æquè titillet ventriculum. Porrò πτυέλιον vertimus inediam,

Senes cur inediam non ferant, & qui.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 382 sur 513

inediam quia vocabulum ieiunium & abſtinentia eſt ambiguum. Quod autem Galenus intelligit hac voce paucum quodammodo cibum: bene id quidem, ſi generaliter intelligas ſenes, vt etiam ἐγχατογέροντας, id eſt, decrepitos includas, quos ſæpe & pauco cibo fouere oportet. Sed ſi ſolùm intelligas virides ſenes, intelligi poteſt inedia: nã illi ſenes bonis ſuis rebus, inediæ ſunt patientiſſimi, nimirum à 50. ad 67. annum, hoc eſt ὠμογέροντας, quos crudos appellamus. nam proximè ab his ponit τοὺς καθεστῶτας.

2 Iiſdem de cauſis, ſed non tam validis, à 35. ad 50. annum.

3 Nam diſſipabile eſt horum corpus: & facilè ſuctum ſentiunt: à 15. ferè, ad 25.

Pueri non ferunt inediam.

4 Nam exhauritur horum corpus creſcendo ac augendo in omnem dimenſionem: & quia ſemini ſanguinique parentum proximum, propterea que tenellulum, facilè exhauritur. ad decimum annum vſque.

5. Ob vim calidi natiui, qua circumfluunt: id quo maius fuerit, eò maiori egent nutricatu. & hi in perenni ferè motu verſantur corporis & animi, vnde validè exhauriuntur. Pueri itaque atque adoleſcentes nequaquam ferunt inediam, tum ratione naturæ communis; laborant enim ab exhauſto ob caloris robur, & materiæ ſubtilitatem, tum ob meatuum libertatem, ſeu corporis laxitatem raritatémque, quæ tres ſunt in nobis effluxionum cauſæ. Tùm etiam ratione peculiaris naturæ, quia ſunt picrocholi τὰ ἄνω. Sed obiicies, multi ſenes ſunt annatâ etiam naturâ picrocholi τὰ ἄνω. Reſpondet Hippocrates, quòd ea quæ in ſenibus ſurſum fertur φλεγματῶδη, hoc eſt, pituiteſcit. quod fieri etiam ibidem docet, iis qui vtuntur oxymelite diluto. Atque hinc adeò eſt, Quòd quibus iuuenibus, ob caliditatem & raritatem, alio delatâ bile, aluus fuerit ficcior, iis, ſenibus laxetur.

2. De victu acut.

XIV.

Τὰ 1 αὐξανόμενα, 2 πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. 3 πλείστης ἐωῦ δεῖται τροφῆς· εἰ δὲ μή, τὸ σῶμα 4 ἀναλίσκεται. Γέρεσι δ' ὀλίγον τὸ θερμόν. διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων 5 ἐπιτηδειοτάτων δέονται, καὶ οὐ πολλῶν· τὸ γὰρ σβεστὸν εὐπετές. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐκ ὁμοίως ὀξέες, ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

XIV. Quæ 1 corpora incrementis augeſcunt, 2 plurimum habent calidi natiui, propterea que 3 plurimo egent alimento, alioqui horum corpus 4 tabeſcit. Senibus verò parum caloris ſupereſt: quò fit vt paucis 5 fomitibus contenti ſint, nam copiâ extingueretur facilè. Quæ cauſa eſt cur ſenibus non ita febres acutæ, frigidum enim eſt eorum 6 corpus.

Ratio ſuperioris Aphoriſmi.

Calidum natiuum quid.

a Calidum natiuum eſt humidum primigenium, ſpiritu & calore perfuſum, cuius hyparxis eſt ſemen. Hoc enim materiam & cauſam efficientem corporis continet. Id calidum innatum appellat Hippocrates, animam Aphoriſmo quinto, ſectionis quintæ, libri ſexti Epidemiôn. Alimentum autem beneficio caloris natiui eiuſque ratione, noſtræ naturæ eſt familiare. Igitur quo propiùs abſunt alimenta à vita, eo plus habent ſucci altilis. quia nihil nos alit, niſi & ipſum alatur & viuat. alimur enim ſimilibus. Aurum igitur potabile, ſi tale reddi poſſit, nullam habet vim nos alendi, quia inter aurum ſolidum & potabile nihil intereſt præter concretionem, fuſionem. Homo nec purioribus elementis viuere poteſt, tantum abeſt, vt deſtillatis inanimatarum rerum viuat alatutve.

1 Quibus promotio fiat ad vlteriorem terminum, ſeruata priſtina continuitate, & forma; quod nulli arti datum eſt. vbi & quibus tanta vis naturæ eſt, vt agat in partem abditam, ita vt, dum additur, totum augeatur. Ab anima enim illud habent omnia quæ viuunt, quòd auctionem & diminutionem accipiunt κατὰ τοὺς ἐναντίους τόπους, dicit Ariſt. ἐμὲν ἄνω μὴν ἀύξεται, κάτω δέ. ἀλλ' ὁμοίως ὑπ' ἄμφω ἡ αὔξησις γίνεται. Hoc eſt, Secundum locos contrarios. non enim ſurſum quidem augentur, deorſum verò minimè, ſed æquè in ambas partes. hæc Ariſtoteles 2. lib. De anima 2. Quaſi dicat, tale corpus duobus ſimul contrariis motibus mouetur, ſcilicet ſuperiùs & inferiùs. Verùm naturale corpus ſiue fuerit ſimplex, ſiue compoſitum, ſurſum tantùm, vel deorſum ſolùm mouetur, ex vi dominantis elementi. Igitur quod contrariis ſimul motibus fertur, id illi erit ab alio principio, ſcilicet ab anima.

2 Cuius actio eſt nutritio atque augmentum, cùm ſcilicet tale quippiam quale eſt id quod ipſum habet generatur.

3 Nam vbi ita vegetat atque viget calidum natiuum, exhauritur corpus incrementum ducendo, vnde ſequitur connaturalis materiæ ſuccique nutritij exhauſtio.

4 Effluxus copiâ, & affluxus inopiâ. Diffluit facile eorum calidum natiuum, quia eſt aëreum & humidum,

5 Ducta Metaphora ab oleo & lignis aridiſſimis, quibus exigua flamma conſeruatur.

Senes impares ſunt inflammationibus partium ſpirabilium.

6 Nec inflammationes iam ſunt calamitoſæ ſenibus, exceptâ peripneumoniâ & pleuritide. Idque non ratione inflammationis, ſed defectus virium, quæ ad expectoratum promouendum neceſſariæ. Si tamen valida corripiantur febre periculi plenum. nam cauſæ immanitatem denunciant, quæ frigidum hoc corpus in flammam abripit. accedunt effœtæ vires, ac extra naturæ lineam longè abducta temperies.

XV.

Αἱ 1 κοιλίαι χειμῶνι καὶ ἦρι 2 θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι 3 μακρότατοι. ἐν 4 τούτοισιν ἐωῦ τῆσιν ὥρῃσι καὶ τὰ σιτίσματα πλεῖστα δοτέον. ἡ γὰρ τοῦ ἔμφυτου θερμοῦ πλεῖστη † ἔρχεται ἔνθεν ἐν 5 πλείστοις δέεται). a σημεῖον δὲ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί).

† ἔξεσι ἔχει.

XV. Inſignes 1 capacitates internæ hyeme & Vere ſunt naturâ 2 calidiſſimæ, & ſomni 3 longiſſimi: iis 4 igitur temporibus cibi acceſſio eſt adiungenda, nam cùm calidi innati plus habeant, eò fit, vt iis 5 maiore nutricatu ſit opus: cuius a rei documento nobis ſunt ætates & athletæ.

Anni tempus copiam cibi indicat.

Copiam cibi indicat etiam anni tempus. Quo enim tempore vires ab exhauſto & ſubſtantia triplicis effluxu magis laborant, eo magis imminet periculum infirmitatis, eóque plus refectioni ſtudendum: Sed Vere & hyeme magis laborant. Vnde & hyeme plus tribuendum eſſe refectioni quàm aliis anni temporibus.

Sẽſus Aphoriſmi.

1 κοιλίας vox ſignificat inſignes capacitates internas, præſertim partium nutritioni dicatarum. Interdum indifferenter ſignificat omnem capacitatem, vt ſunt etiam interſtitia muſculorum, in quæ ſi ſanguis delabatur, vel gangrænat, vel ſuppurat, vel expirat. Inſignes ergo capacitates internæ, hyeme & Vere ſunt calidiſſimæ, paruæ autem nequaquam.

κοιλίας quid.

2 Calore fluente (qui conſiſtit in ſanguinis ſpiritu arteriarum & venarum) non fixo. hoc euenit per aliud frigus à foris; colligit in internis calorem illum. Ita regio frigida hoc etiam facit. frigus colligit ac impedit ne diſſipetur ſubſtantia calidi natiui.

Somni cur longi.

3 Beneficio illius caloris qui ventres occu-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 383 sur 513

pat: quia quo ventres calidiores, eo sanguis absoluitur perfectiùs. Quóque maior copia bene confecti sanguinis, eo anathymiasis suauis maior. Hac autem fruitur cerebrum de nocte ad instaurationem spiritus animalis & sui, quo hæc maior, eò somnus longior. Noctium autem prolixitas suis tenebris intrò concludit calorem; lux verò forâs euocat: & nox est die frigidior.

4 Quibus calidiores sunt ventres, & somni longissimi.

a quasi dicat, quacumque ratione augetur calor, maiorem nutricatum requirit. pueri enim calore natiuo circumfluunt: & etiam athletæ, qui excitant exercitio calidum natiuum.

5 Nam intrò actus calor si prædio suo non fruatur, extinguitur. Docet hoc Aphorismo Hippocrates hyeme à calore natiuo interna maximè calere. Vnde fortè quis existimet æstiuo tempore calidis cibis ac generosis vinis vtendum esse. Respondemus hos falli: Nam Hippocrates non asserit calere hyeme simpliciter interna: sed dicit ea circumfluere calore natiuo: hoc est blando illo ac naturæ consentaneo. Quare quacumque de causa exuitur id suo blandimento, degener à natalitia illa vi euadit. Siue enim nimium frigeat, siue nimium æstuet, desinet hac parte natiuum dici. Æstate autem æstuat nimium, quare eius natiua vis accidit ab illa quam tunc concipit flamma: & exiguum tunc est calidum natiuum. Si tunc aromata vinave generosa propinaueris, validiùs extra naturæ lineam abripietur, & fiet hoc modo calor natiuus prostratissimus. Quod verò interdum flagrante ita æstu per æstatem, à pauco vino recreentur aromatico vires, id fit quòd cruditates interdum ventriculum occupent, quodque spiritus exhausti sint. Hinc solemnis per Italiam inualuit mos, vt primo Augusti die maluaticum propinetur. Sed largior vsus vini tunc nocuus est semper.

Quæstio.

XVI.

1 Ὑγρὰ διαιτα πᾶσι τοῖσι πυρετώδεσι 2 ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ 3 παιδίοισι, ἢ τοῖσιν ἄλλοισι, τοῖσιν ὅτῳ 4 εἰδιοσυγκρισίη διαιτᾶσθαι.

XVI. Diætæ 1 humidæ febricitantibus omnibus 2 accommodatæ sunt, maximè verò 3 pueris, atque aliis qui sic diætam 4 instituerunt.

Hactenus de copia; iam de qualitate ciborum. Quo enim genere ciborum vtendum sit ei cui per febres necessarius est diæta vsus, docet hoc Aphorismo; videlicet cibo humido. Scribit alibi Hippocrates, Cibus humidus imbecillis, sitis expers, coctu facilis, & liquidus. Hæc enim quatuor requirit Hippocrates ad diætam humidam: imbecillitatem, sitis carentiam, concoctu facilitatem, vtque sit liquidus. Quæ quatuor in ptisana potissimum considerare docet. Dicitur autem cibus imbecillis, qui est alienæ qualitatis expers: qui est fortis, neque acrimoniam aliquam relinquit in stomacho, neque vapores attollit ad caput. Huiusmodi quoque cibum frigidum esse docet Hippocrates, vbi ait, αἱ δὲ ἐπὶ ψυχροῖσι. Quare frustrà quidam cauillantur, Hippocratis sententiæ adiicientes, & frigidæ: vt quod humido cibo necessario includatur. Huiusmodi ergo victus imbecillis optimè conuenit febricitantibus, quia extinguit calorem febrilem ventriculi æstuantis, ac spirabilium partium. Debet is quoque esse sitis expers, hoc est, frigidus & humidus: quia alioqui febricitantibus febrem augeret. Hac enim ratione interdixit Hippocrates pleuriticis melicrati vsum, si sint πυρόχολοι τε ἄνω: quòd iis sit sitiferum. Huc accedit quòd & concoctu facilis debeat esse: tanto facilius à calore languido conficiatur. Postremo liquidus, nam cùm calor natiuus effœtus quodammodo languescat, hac potissimum ratione calori natiuo respondebit, atque simul naturæ studebit, & morbi pepasmum iuuabit. Scribit itaque hic Hippocrates, Victum humidum febricitantibus conuenire: Intellige cùm iure & loco adhibetur: quasi tale instituat ratiocinium: Quicquid est huiusmodi vt æquè naturæ studeat atque cum morbo pugnet, id conuenienter cuique febricitanti potest exhiberi. Huiusmodi autem est ptisana, vtpote quæ inter cerealia cibaria ita reliqua superet, vt nullum sit quod omnes eius vires obtineat. Nam stomacho tumultum non infert, nec fluctuationes aut flatus parit, si modò bene coquendo intumuerit, & ita omnes deposuerit flatus, tota est æqualis, & facilè eam ventriculus amplectitur: quia ventriculus calore febrili æstuans, modico gaudet contrariorum vsu. Cùm ergo à ventriculo conficiatur, egregiè studet naturæ. Eadem quoque pugnat cum morbo, quia frigiditate & humiditate sua calorem febrilem, si fuerit pepasmi capax, leniendo præparat ad pepasmum. Si verò fuerit is pepasmi expers, ipsum excludit & deturbat, obstructionesque tollit. Sed obiicies, Hydropicis, quorum affectio febrem habet coniunctam, non conuenit victus humidus. Respondent, Hippocratem hoc intellexisse de his, qui laborant ex febre essentiali: sed hydropicorum febris est symptomatica. Verùm hæc solutio est nulla: nam & de symptomaticis & de essentialibus agit febribus. Hic enim Aphorismus ex eo loco sumptus est, vbi agit Hippocrates de pleuritide, ad quam præscribit ptisanam. Dicemus ergo, quòd ineunte febre si immineat periculum hydropis, venam secabimus, interdicemus vsum vini, cibabimus diæta refrigerante & humectante. Nam si maior ratio habenda sit causæ quàm symptomatis, pugnandum est cum febre. Perfecto autem hydrope, potiùs pugnandum est cum symptomate, quàm cum causa, quòd aqua ibi hærendo putrescat, & in sui contagionem viscera cuncta trahat.

De ciborum qualitate. 1. Lib. De Diæta.

Cibus imbecillis quis.

6. Epid. 4. 17. Defenditur Hippocrates.

Cibus sitis expers.

Eupeptos. Liquidus.

Vt in vsum vertendus sit hic Aphorismus.

Ptisanæ laus.

Obiectio.

1. Qualitate & consistentia liquidæ, sitis expertes.

2 Quòd acrimoniam caloris infringant, obstructa liberent, materiam pepasmi capacem concoquant, expertem verò excludant, nec naturæ negocium faciunt, nec aluum superant, quæ est apthodes in omni febre valida.

3 Qui natura sunt humidi, & qui similium vsu gaudent. & natura suo statu conseruatur similitudine substantiæ.

4 Nam studendum est naturæ insitæ & asciticiæ, atque vnà pugnandum cum morbo.

XVII.

Καὶ ἐστὶν 1 ἄπαξ, ἢ 2 δὶς, καὶ 3 πλέω καὶ 4 ἐλάσσω, καὶ κατὰ 5 μέρος. Δοτέον δὲ πρὸς τὴν 6 ὥρην, καὶ τὴν 7 χώρην, καὶ τὴν 8 ἡλικίην, καὶ τὰ 9 ἔθεα.

XVII. Quinetiam quibus consentaneum est 1 semel aut bis die [2 pastum inire] quibúsque 3 pleniore aut 4 parciore manu & quo 5 progressu fieri oporteat. Sed concedendum est aliquid 6 tempori, & 7 regioni, & 8 ætati, & 9 consuetudini.

Cum iam perspectum nobis fuerit iure ptisanam exhibendam esse, & quo loco (quod animaduertimus ex perspicientia virium ægri, historia morbi, & paroxysmi) tum verò illud considerandum est, quo modo sit exhibenda, quod ex eisdem elucet: vt in pleuritide cùm os humescit, num bis vel semel exhibere de die, & num larga manu vel aliter, & num semper vt instituisti.

Quo modo.

1. Vt si expectorato nondum madescat os, vireſque id ferant, vt semel tantum comedat in productiore aliquantulum morbo.

2. Si os à ptyalo madescere ceperit.

3. Quoque vberius procedit expectoratum, eò pleniore manu dandum: quò inde firmiora reddita latera, foliciùs expectorent.

4 Si

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 384 sur 513

4 Si nondum expectoratum procedit, nec homo ſit pictocholos ſed phlegmatias, nec vires proſtratæ langueant.

5 Scilicet qua ratione, vel viciſſim & paulatim: númque id eodem ductu agendum vt inſtituiſti: quid aliter agendum.

6 Quo nimirùm tempore vires ab exhauſto laborant.

7 Nam in frigidis regionibus multùm dandum.

8 Nam pueri alacriores, inediæ ſunt impatientes.

9 Ne œconomia naturalis ſoluatur ac immemor officij ſui reddatur, immutatione temperamenti, habitus, & actionis. Vt κατὰ μέρος recte intelligamus, ſcire debemus hoc referri ad occaſionem mutandi cibi in qualitate, copia, & numero. Vt num integra ptiſana vel eius cremor ſit exhibendus, quæ ratio ducitur ex morbi & ægri natura, quibus nimirum modò inuitamur ad cibum exhibendum, modò auocamur. Examinatur enim hoc aphoriſmo an, ineunte ptiſanæ vſu, mitificato ſcilicet iam morbo, integram ptiſanam ſumere debeat, vel num potiùs ſolum cremorem ptiſanæ: & num eam parca manu. Et num ita præbendum, non tam ratione morbi, quàm ægri quia reuocat ventriculum ab ocio ad negocium. Dein poſtridie, vbi ptiſanæ iam ventriculus aſſueuit, & quò certiora pepaſmi indicia morbus dederit, eo pleniore manu tum in qualitate, tum in frequentia & quantitate ptiſanam ſumet. In quantitate, quia magna copia: in qualitate, quia ptiſanam integram: in frequentia, quia bis die ſumet; idque ratione morbi, naturæ tum communis tum ægri. Neque ab hoc ptiſanæ vſu ceſſabit (quia ſine intermiſſione viribus eſt opus) vſque ad morbi ſolutionem, niſi aſtrictior fuerit aluus, qua venter diſtenditur, difficultas ſpirandi augetur, & caput ſymptomatis plethoricis affligitur: hoc ſolùm caſu ſemel die tantùm præbenda eſt ptiſana: & altera pars diei inſumenda eſt in prouocanda alui deiectione. Dicit autem Aphoriſmus, aliquid dandum eſſe conſuetudini: quia quorum ventriculus ſemel aut bis humeſcere, intumeſcere, concoquere conſueuit; ſi defraudetur, mutata conſuetudine; temperamentum, habitum & actionem immutat. Addit concedendum aliquid eſſe regioni & ætati: nam iis aut ex inopia laborant vires, aut augetur calidum natiuum.

κὸ κτ μέρος quid ſit.

Aluo conſtricta quo modo tranſigendum.

XVIII.

1 Θέρε & χειμῶνι πίνα 2 διαφορώτατα φέρουσι 3 χειμῶνι δὲ ῥᾷστα, ἦρι δὲ 4 δύσπεπτα.

Cibi quando benè & malè feruntur.

XVII. Æſtate 1 & Autumno cibos 2 ægerrimè ferunt, Hyeme 3 facillimè, mox 4 Vere.

1 Hîc explicatur ſuperius κτ μέρος. Cùm ſcilicet iure & neceſſariò bis de die, & pleniore manu cibos capere debent iam mitificato morbo. Iam itaque quo progreſſu id fieri debeat docet. Nam officii vacuitate aluus reddita eſt ignauior, cùm ſiccus eſſet morbus: accedit iam quòd æſtate languet calor natiuus, quodque natura ægrè ſe conuertit ab ocio ad negocium.

κτ μέρος explicatur, hoc eſt, quo progreſſu cibus angeri debeat in copia & frequentia.

2 Quòd eo tempore calor natiuus quaſi effœtus langueſcat. & autumno denſentur corpora.

3 Quod ventres tunc ſint calidiſſimi, & ſomni longiſſimi.

4 Magis enim euapotat quàm hyeme calidum natiuum. Ad conſtituendam itaque victus τέτμησιν valet plurimum temporum diſtinctio. Ac ſi diceret, is qui iure genio indulget iam, (editis pepaſmi notis) poſt bidui vel quatridui inediam à dato cibo affligitur; proptereáque ſumma prouiſione eſt opus in cibi qualitate, copiâ & frequentiâ: tum vero pluribus damnis augetur æſtate quàm hyeme: autumno quàm Vere, ſi quod peccatum fuerit in cibi qualitate, copiâ, vel frequentiâ. Si quis dixerit, Nutritio eſt vacuati repletio: ſed æſtate plus vacuatur, hyeme minus: Quare æſtate plus exibendum quàm hyeme. Reſpondet Galenus: Vtroque tempore magnam fieri euacuationem: æſtate quidem quia calor natiuus, (cuius hyparxis conſiſtit in blandiſſimo calore) eſt languidior, & pori patentiores, vnde ſudores fluunt craſſiores. In hyeme vero quia pori magis ſunt aſtricti, & calor natiuus maior, magis per inſenſibilem efflux um vacuantur homines. Quia quò calor eſt vehementior, eò magis effluxus fugit ſenſum.

Hyeme cuiplum dandũ.

XIX.

Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παρεξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφιέναι πρὸς ἑωυτοῦσιν ἐς τὴν κρίσιν.

XIX. In morbis qui 1 per circuitus recrudeſcunt, nihil eſt exhibendum, neque vlla ratione 3 adduci quis debet vt aliquid exhibendum putet; ſed contrà demenda 4 cibi acceſſio ante criſes

q.d. Decipimur ſpecie infirmitatis. Si enim vires vi morbi languent, non exhibebis cibum: ſed ſi ab exhauſto laborant. Hippocrates hîc loquitur de progreſſu ad infirmitatem: ſuperius egit de progreſſu ad ἐυαλὺ. Finitur hoc Aphoriſmo tractatus decimuſſextus à dieta. nam ſequentibus Aphoriſmis redit ad euacuationes & purgationes vnde hunc librũ auſpicatus fuit. Definuerat enim Hippocrates medicinam additione & ablationẽ. Ab ablatione inchoans, primis Aphoriſmis egit de ablatione materiæ morbificæ (nam inde pendent morbi acuti) venæ ſectione & purgatione. Sed quia cibo opus eſt ſæpe: quo modo is inſtitui debeat, ne augeatur materia morbifica ex ſiniſtro eius vſu, hactenus egit. Videtur autem prima fronte idem eſſe hic Aphoriſmus cum vndecimo ſuperiore: nequaquam tamen eſt. Nam licet demonſtratio huius ex illo ſumenda eſt, alius tamen eſt vtriuſque ſcopus. In illo enim agit de occaſione cibi exhibendi: hic agit de vtendi modo; vt hic Aphoriſmus vſus diſtinctionem contineat. Ac ſi diceret: Ventum eſt ad id tempus, vt qui ieiunauit triduum, biduum, aut quatriduum, cibos iure debeat capere, (mitificato nimirum iam morbo) ad comparandam corporis firmitatem, larga manu vel parciore, bis vel ſemel, prout morbus id exigit. Quæſtio itaque nunc eſt, ex quo cœperit vti ptiſana, an ea ſemper, ſine intermiſſione vti debeat. Reſpondet libro ſecundo De victu eorum qui ex acutis morbis laborant, Quod ſic modo aluus aſtrictior ab ea non auocet. Nam hoc caſu prius iniiciendus eſt clyſter. Addit Hippocrates adhuc aliam exceptionem; hoc modo: Ex quo ptiſana vti cœpiſtis pro viribus comparandis, ea ſine intermiſſione vti debetis, modò non laborarit ex eo morbo qui per circuitus ingraueſcit. Quia in eiuſmodi eo ipſo die, quo circuitum faciet morbus debebis abſtinere in totum; & perfectam intermiſſionem in iis expectabis. In continuis verò remiſſionem obſeruabis.

In paroxyſmis abſtinẽdum. Ordo Aphoriſticus Hippocratis.

1 Periodus eſt duplex; Vniuerſalis & ſingularis. Vniuerſalis dicitur Hippocrati ἐφοδος, hoc eſt appulſus morborum, vt diximus quaternatium primum eſſe, primam periodum. Singularis periodus eſt totum illud tempus acceſſionis & remiſſionis. Hoc igitur Aphoriſmo videtur circuitus & pro vniuerſali & pro particulari periodo accipi poſſe.

Periodus duplex.

2 Ne auocetur natura à pepaſmo ad pepſin. & eo tempore aluus impura eſt, affluxu materiæ morbificæ.

3 Id eſt, nulla neceſſitate coactus quis exhibere

3 Prognoſt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 385 sur 513

ἀναγκάζειν quid.

bere tunc cibum debet. accipitur enim τὸ ἀναγκάζειν passiuè: nec satis commodè id quidam reddunt (neque cogere) iam quando coges ægrum, cui iudicas non esse exhibendum cibum? Quasi dicat, decipimur infirmitatis specie: dum non rectè nobis perspecta est causa infirmitatis, vt propter illam cibum exhibendum putemus. Non enim ad omnem infirmitatem cibus est exibendus. nam cùm ad varias causas vires deficiant, si illæ vi morbi languent, non exhibebis cibum: at si ab exhausto fiat virium infirmitas, iam solùm vires cibum requirent.

4 Antequam nimirùm adiungendam putes cibi accessionem, iam deducas.

XX.

1 Τὰ κριτήρια καὶ τὰ 2 κενεμβήματα ἀρτίως, μὴ 3 κινεῖν, μηδὲ 4 ἰσχναίνειν, μήτε φαρμακείοισι, μήτε ἄλλοισιν ὑπ' ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾶν.

Cautio.

XX. Quæ 1 iudicantur perfectè, quæque iudicata sunt exquisitè, nullo modo 3 mouenda, neque 4 nouanda, neque medicamentis purgantibus, neque aliis 5 irritamentis; sed missa facienda.

1 Cautio pharmaceutica. Superioribus Aphorismis egit de qualitate & quantitate euacuationis, nunc docet tempus & modum euacuandi, & qua cautione vsus eorum iniri debeat. Quæ itaque, dicit, iudicantur, nimirùm propriâ crisi. quia quot sunt morborum ideæ, tot sunt & κρίσεων differentiæ. tamen quò natura viam affectat, eò maximè criseos inclinationes fiunt. Ex quibus duobus principiis, hac colligas definitionem: Propria Crisis est quæ secundùm morbi ideam, pro foco ipsius, & pro natura eius qui iudicatur, inclinationes facit. Dixi in hac Definitione, Pro natura eius qui iudicatur: Quia febris ardens in iuuene, per haimorrhagiam: in sene, per dysenteriam iudicatur. Talia autem perfectè iudicantur, quæ antè significata fuere signis apparentibus ad speciem & tempus futuræ crisis: quæque commodè effunduntur in qualitate, quantitate, tempore, & excernendi loco & modo. Huiusmodi autem crisin dicimus non perfectam, si in illa desideretur vlla harum rationum. Vt, non est perfecta crisis Phrenitici, si quarto die profundit stillatim paucum & sincerum sanguinem. Etenim desideratur ratio temporis: nam quæ paribus diebus accedunt, paribus iudicari debent: quæ imparibus, imparibus. Desideratur etiam ratio in modo excernendi: nam stillatim illi manat sanguis, qui debebat ferri ἀθρόως hoc est, confertim. Peccat etiam hæc excretio in quantitate: nam paucum emanat: etenim nihil paucum est criticum. Postremò in qualitate, syncerus sanguis stillat: etenim nihil sincerum est bonum. Nihil rectè fit, quod antè significatum non fuit, signis apparentibus ad tempus criseos: id est, signa pepasmi præcedere debent crisin. Quare signa apparentia ad speciem crisis, incerta & calamitosa sunt, nisi præcesserint signa ad tempus. Nam illæ excretiones sunt symptomaticæ. Quare, Fœlicem crisin signa pepasmi præcedere debent, & symptomata perturbationis criticæ. quæ duplicia sunt; quædam enim apparent ad tempus, alia ad speciem futuræ crisis. Quæ signa nisi præcesserint, excretionem talem nequaquam criticâ, sed symptomaticam vocabis. Signa quoque ea ad speciem criseos incerta sunt & calamitosa, nisi præcesserint signa ad tempus crisis. Exempli causa, Laboret aliquis iuuenis ex febre ardente. Si apparuerint illi die quarto in lotio signa pepasmi, dices hunc iudicandum die septimo. Si verò ante septimum diem appareat facies rutila, micantes oculi & reliqua talia signa, dices eum per haimorrhagiam iudicandum. Vt si signa pepasmi non præcessere, nam ea ad tempus crisis apparent, erit symptomatica excretio. Si verò illa haimorrhagia ita fiat, vt in illa nulla ratio desideretur, dices illam crisin perfectam fuisse. Atque vt acuti morbi excretione, ita diuturni morbi abscessu iudicantur. Hoc est translatione materiæ ab vna parte in aliam: Nisi tamen eum ab abscessu liberârit vrina copiosa, quemadmodum euenit seruo Archigenis. Abscessus autem perfecti hæ sunt conditiones, vt fiant die critico, longissiméque à parte affecta, & κατ' ἴξιν, id est, è directo, & in partem totius materiæ capacem, vt liberet ægrum. Vno verbo, Neque morbo sit impar, neque naturæ sit impar. Morbo par est & naturæ, bubo ponè aures. exanthemata morbo sunt imparia, & naturæ paria. hydrops in febrem, naturæ impar, sed morbo par.

Perfectè quæ iudicentur.

Crisis imperfecta.

Exemplum practicum.

Abscessu qui iudicantur.

2 Ita vt nulla superfit mala empyreumatis qualitas ignea: cuius signa sunt sitis, & oris siccitas: nec etiam restibilis sit materia morbifica, cuius signa sunt amaritudo oris, cibi insuauitas, & deiecta appetentia. Sed vt sit integra redintegrataque œconomia naturalis in assumendis & excernendis: & vis vitalis ac animalis memores sint sui officij. Siue sit ἐν ταράχῃ critica, siue in vacuatione critica.

Empyreumatis, & materiæ morbificæ superfluitatis notæ.

3 Quatuor complectitur, vacuationem, coëffusionem, quod ζωεκχυμοῦν dicit Hippocrates, reuulsionem, & deriuationem. Quæ quatuor ita dicuntur, quòd euacuare dicimus, quoties sine distentione partis aliquid educimus. Effundimus, cùm quod deest euacuationi excitamus: reuellimus humorem qui fertur per loca lege naturæ non consentanea: deriuamus eum, qui fertur quidem per loca lege naturæ consentanea, sed ex euentu dissentanea.

6. Epid. 1. in initio.

Coëffusio quid.

Reuulsionis & deriuationis discrimen.

4 Est verbum agricolarum: & significat hoc loco alterationem caloris vel frigoris. q. d. non est locus alterantibus: quemadmodum pragmatici id moliuntur sæpe syrupis & similibus imprudenter. Nouare cùm dicit, collineat ad empyreuma: cùm ait Mouere, ad materiam Morbificam respicit.

5 Vt lenientibus, balneis, clysmis, &c. Et tamen modum reficiendi præscribemus. Scribit Hippocrates, malè Simoni ad exanthematum curationem à Medicis præscriptam fuisse medicamenta vomitoria. Quia illa Simonis exanthemata, nihil aliud erant quàm crisis quædam in cute vestigia. Puto, inquit, si quis calida fouisset, iuuari ægrum potuisse. q. d. cum huiusmodi perfectæ crisis vestigiis, est pugnandum Topicis. Atqui hoc est quod præcipit Hippocrates, vbi ait, Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones inspiciendas esse. Nam si excretiones fuerint laudabiles, corpus erit integrum. Quare in his abstinendum: Si enim rectè mouet natura, excitabis tu importunâ pharmaciâ hypercatharsin: si tu κάτω, illa fortassè ἄνω. Suadeo ne quis in ipsa crisi pharmacum ad coëffusionem propinet: supersede diem vnum aut alterum. Id enim longè tutius: nescis enim quò nam abeat natura: quæ enim segnescere videtur iam, ac languidè excrementa excludere, hanc mox vinida quadam vi maximam succorum copiam deposuisse vidimus. Quodsi quid irritamenti à pharmaco accessisset, in fluxum calamitosum facilè se laxasset.

Simonis exanthemata.

Medicus sit spectator, nè actor.

Cautio.

XXI.

Α 1 δεῖ ἄγειν, ὅκη 2 αὐ μάλιστα ῥέπει, 3 πῇπερ ἄγειν, διὰ τῶν 4 ξυμφερόντων χωρίων.

XXI. Quæ ducenda 1 sunt, eò 2 ducenda quò 3 maximè natura viam affectat, per loca 4 lege naturæ commoda.

Præcedenti aphorismo de perfecto naturæ motu egit: nam

iam de imperfecto, cùm nimirùm natura languidè mouet, adeò vt medica manu opus ſit. Hæc ſit naturæ adiutrix. Agit enim hoc primo libro De purgatione, cùm mutatio fit ſiue ad robur ſiue ad infirmitatem virium.

1 Eſt illud neceſſitatis verbum, recidiuæ metum ſubindicans. Cùm nimirùm ſupereſt materia morbifica à præcedente morbo, quæ non integrè criſi excluſa fuit. Vel ſi turgeat iniqua materia.

2 Intus, foras, ſurſum, deorſum. nam quot ſunt morborum ideæ, tot ſunt differentiæ motuum humorum.

3 Morbi grauioris metu. & ne ruat materia in partem, cuius officio vita carere non poteſt.

4 Quaſi dicat, ægri vires valeant, nec ſint loca ex euentu incommoda. Quare non ſatis eſt vt moliamur purgationem eò quò natura & humor viam affectat. Vt ſi quis polypo obſeſſus etiam catarrhis obnoxius ſit natium: abducet medicus doctus eum fluxum apophlegmatiſmis ad palatum & os. Ita in dyſenteria minimè totum corpus per afflicta inteſtina euacuamus: licet ſæpiùs ſcriptulo vno aut altero rhabarbari & corticum myrobalanorum ea, quæ inteſtinorum inuoluctris concepta ſunt excludamus. Ex hoc Aphoriſmo ſumitur Definitio purgationis; Quæ eſt humoris qui in vitio eſt, quò natura vergit, per commoda loca excluſio. *Purgatio quid.*

XXII.

1 Πέπονα φαρμακεύειν ἐς κίνησιν, καὶ 2 ὠμὰ, μηδὲ ἐν 3 ἀρχῇσιν, ἢν μὴ 4 ὀργᾷ τὰ δ' 5 πλεῖστα ἐκ ὀργᾶ.

XXII. Concocta 1 medicamento purgare ac mouere oportet, non 2 cruda, neque 3 ineunte morbo, niſi materia 4 turgeat: plurimum 5 verò non turget.

Purgatoriæ occaſio, & quibus opus ſit ad purgandum. 2. Alim. facult.

Aphoriſmo hoc agitur de occaſione purgationis. Vbi obſerua quòd natura expellat: medicamentum verò attrahat: Quia naturæ officium eſt concoquere, ſegregare, & expellere. Naturæ autem deberi expulſionem, docet Galenus, vbi agit de pyris, vbi dicit, Naturam vſu pyrorum roboratam, malum excluſiſſe. Quod ſi igitur nec Naturæ expellenti, neque medicamento attrahenti cedit humor, id fiet quod alibi dicit Hippocrates, Quòd medicamentum fruſtrà exhibitum liquefaciat & conſumat ea quæ morbo reſiſtunt. Hoc eſt, partes ſolidas & harum virtutem atteret; adeò vt morbus fiat ex euentu lethalis. Hinc ſequitur, quod ſi eo tempore quo neque naturæ expellenti, neque medicamento attrahenti humor cedet, medicamentum porrexeris, illud nihil aliud præſtabit quàm calorem febrilem augere. Quare ſint concocta, hoc eſt, vi naturæ mitificata, & ad temperiei mediocritatem reducta. Sed dices, ſi natura perferre poteſt vt ea quæ turgent ineunte morbo excludantur, quare non feret vt etiam cruda extrahantur? Reſpondemus, quæ orgaſmo feruntur, facili remedio abduci poſſunt, nam ſponte concitantur: quod crudis negatur, nam violentia hìc opus eſſet, & fruſtra. *Purgatoriæ remedia cur ledant.* *Quæſtio.*

Purgationi bonæ tribus opus eſt.

1 Quia ad legitimam purgationem, quæ artificiosè præſcribitur, tria ſunt neceſſaria, naturæ vi, meatuum libertate, & materiæ præparatione. Quamuis igitur ineunte morbo naturæ vis ſit robuſta, plus tamen valet materiæ contumacia ad auocandum nos ab exhibitione medicamenti purgatorij, quàm naturæ robur valeat & inuitet ad huiuſmodi exhibitionem. Porrò concoctionis duo ſunt genera, vna eſt rei naturalis, id eſt, rei coquendæ, in coquentis naturam commutatio: & dicitur pepſis. Altera rei præter naturam, quæ vt cauſa morbifica, à natura vincitur, & mitificata naturæ vi, ad excretionem præparata iam eſt: & coctionis particeps dicitur. Quamuis enim partibus ſolidis non aſſimilatur: attamen ideam gerit partis eius vbi ſuppurat. Vtriuſque autem coctionis ſola natura eſt cauſa, hoc eſt, virtus partium ſolidarum. Nam calor præter naturam nullam vim mitificandi habet: ideoque quæ coquuntur & quæ mitificantur non cauſis efficientibus, vel ſolâ materiâ differunt. Nam res quæ ſuppuratur concepit quidem in ſe calorem præter naturam: verùm is nihil præſtat ad mitificationem. Ideoque refert tantùm quoddam veſtigium partis alterantis: ſed planè ipſi aſſimilari nequit. Rectè dicebat ex hoc Aphoriſmo Seneca: In morbis nihil eſt magis periculoſum, quàm immatura medicina. Et Liuius, Medici plus interdum quietè, quàm mouendo & agendo proficiunt. *Coctio duplex.* *Conſ. ad Helu. Lib. 22.*

2 Sunt variæ cruditates: quot enim ſunt genera coctionum, tot genera ſunt cruditatum. Quædam enim cruditas pepſi corrigitur, quædam pepaſmo. Sic pituitam dulcem dicimus eſſe crudam, quæ cocta abit in ſanguinem, & partibus noſtri corporis tandem aſſimilatur. Hanc quoque cruditatem habere dicitur bilis in ſuo genere, cùm redditur copioſior, & dum conſiſtentia in vitio eſt. Rurſus cruditatis quæ ſub pepaſmum cadit duo ſuut genera; nam quædam cruda tantùm ſunt, ſed pepaſmi capacia, vt eſt ſanguis in phlegmone. Alia verò cruda pepaſmi ſunt expertia: qualis erat illa bilis, in peſtilenti conſtitutione, ſegregata à ſanguinis maſſa. Dicuntur igitur hoc Aphoriſmo cocta, quæ vi partium ſolidarum ſunt mitificata. Hæc talia pharmaco trahenti, & naturæ expellenti cedent, ac inoffenſo curſu effundentur. Cruda ſi valido pharmaco tentaueris, liquefacies ea quæ morbo reſiſtunt, fiétque inde morbus lethalis. Sit itaque pharmacum analogum materiæ coctæ, ne, ſi fortius id fuerit, crudam moueas vnà, tunc per omnes abduces, cum partim cruda partim cocta illa fuerit. Et abſtinebis tunc ab elateriis, id eſt, agitatoriis; vt eſt agaricum, elleborum, peplium. *Cruditates quot.* *3. Epid. 3.*

3 Quo tempore ſymptomatum mutatio potiſſimum incidit q.d Quamuis principium morbi videatur aptiſſimum tempus eſſe ad purgandum: quòd videlicet Natura nondum vi morbi fracta, cum adhuc ſit robuſta, tum ſymptomata leuiſſima, tamen maior eſt vis auocandi à purgatione, in materiæ hoc tempore contumaciâ, quàm inuitandi ad Purgationem in naturæ robore. Vocat hoc loco principium id tempus, in quo cruda ſunt omnia, hoc eſt quattuor primos dies. Sed obiicies, Incipientibus morbis, ſi quid mouendum videtur moue. Reſpondemus, non eſſe mouenda in principio ea cruda, quæ morbi ſunt propria: ſed ventriculi & inteſtinorum impuritas excludi poteſt. *3. Aph. 29.* *Principium morbi quid.*

4 Hoc eſt, niſi materia pepaſmi expers quaſi furore percita, modò huc, modò illuc feratur, ob copiam & malignâ qualitatem, crebramque ſymptomatum mutationem adferat. quod ineunte morbo, ſi vſui venerit, fieri ſolet, non autem prouecto. Varia autem ſymptomata profert turgens materia, vt varia fuerit pars, quam incurrit, temperamento, actione, vſu, & eſſentia. Quemadmodum in phreniticis mirabilem ſymptomatum mutationem experimur, vt modò viſu ſolo, modò auditu ſolo, modò linguâ ſolâ, modò aliis delirent partibus. At cùm fixus eſt humor, ferè fit vt ſymptomata humoris morbifici vim & partis obſeſſæ naturam ſequantur. Alioqui, cùm is fixus non eſt, idem dico, humor in diuerſis partibus, diuerſa mouet ſymptomata. Ratio autem, Quare hæc materia ita vatiè in partes ruat locúmque commutet, eſt, quod noſtræ naturæ ſit diſſentanea vſque adeo, vt nulla pars nedum punctum quidem temporis eam perferre queat. Et omnis pepaſmus tempore oboritur à vi partium ſolidarum: quare cùm eam nulla pars ferat, coqui hæc iniqua etiam materia nequit. Primo *Symptomata varia vnde.* *Phreniticis cur varia.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 387 sur 513

ergo tempore molienda est eius euacuatio. In eo autem humore qui pepasmum recipit, vt sunt ipsius pepasmi gradus, sic quoque purgationis esse debent. Nam vt primùm concoctum aliquid fuerit, ita id rhabarbaro purgabis, vt natura ea parte humoris cocti exonerata, reliquum concoquat faciliùs, si copia naturam videas opprimi. Vox orgasmi translata est ad ægritudines quæ properant & celeriter mouentur, & præcipuè cùm laborantis sensus ab inconcinno motu spirituum & humorum irritatur. Persius Satyrâ 3. 1.Crisi.9.

Turgescit vitrea bilis.

Virgil.

Turgent in palmite vites.

5 q. d. Plures morbi acuti sequuntur materiam stabilitam.

XXIII.

Non satis est plurima euacuari. Τὸ χωρεόντα μὴ 1 πρὸ πλήθεϊ 2 τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ἀφ' ὧν χαρέη οἷόν 3 δεῖ, ἢ φέρει εὐφόρως· καὶ ὅκως δεῖ, μέχρι 4 λειποθυμίης ἄγειν· ἢ 5 τοῦτο πυκνοῦν, ἢ ἐξαρκίσειν ὑγιόσεων.

XXIII. Quare excretiones non à 1 copiâ aut numero 2 metiri oportet, sed prout qualia 3 decet ferantur, & ægri ferunt ex facili. Nam si vel ad 4 lipothymiam vsque mouendum sit, faciendum 5 id sanè, modò æger 6 par esse possit.

1 Non enim satis est plurima euacuasse, sed quæ in vitio sunt. quantitate itaque opus est, sed non quauis; verùm tali qua excluditur morbifica materia, ita vt euphoria sequatur. Intelligit per excretiones, quaslibet effusiones. vt in pleuritide trahet sanguinem, dum color mutatur.

2 Hoc est, scienter colligendæ sunt ex euphoria & excrementi prauitate, siue illæ arte vel sponte fiant.

Duo vacuationis iustæ signa. Historica obseruatio. 3 q. d. Duo sunt iustæ vacuationis tecmeria in omni vacuatione; ægri alacritas, & humoris qui in vitio est excretio. Obseruaui interdum quædam excreta mole patua, attamen vi magna, fuisse, ac ægros liberasse. Id euenit quam plurimis dum pestilens illa febris, quam Hungaricam appellabant, grassabatur Anno septuagesimo secundo supra millesimum quingentesimum. Manabat tunc quibusdam hac in febre sanguinis substillum è naribus exiguum, verùm illud erat purpureum roseoque fulgore micans: merus namque is sanguis erat arterialis, nimiâ flammâ incandescens. Ita illi euadebant. Vnde sæpe mecum cogitaui, Num salutariter in his arteria aperiri potuisset. Sed quis audet? Doctiores quæso hac de re cogitent.

Problema practicum.

Symptomata quæ iudicent curationem. 4 Vt in symptomatibus quæ aut magnitudine aut malignitate suas causas vincunt, in tristi dolore cynanche, vt nimirum inflammatio exstinguatur, & vt orgasmus reuocetur.

5 Vt fuerit species & essentia morborum, periodorum, causarum, symptomatum, foci, & crisεos, ita debet esse qualitatis cuiusque rei vacuandæ ratio. Nam ex iis quanta esse debeat vacuatio discendum est: adhibita tamen ratione naturæ tum cõmunis, tum propriæ ægri, quæ sæpe auocat. Nã Melancholici larga manu, idque medicamentis valentioribus, purgari possunt: bilioſi parcè, & clementioribus. illi per inferiora, hi per superiora, modò non sint tabidi. Habenda quoque est ratio temporis, præsentis & anteactæ vitæ. Signum autem iustæ purgationis est sitis, excitata non quidem à qualitate medicamenti, sed ab euacuatione. Sed pugnare videtur hic Aphorismus cum tertio superiore, vbi vetat Hippocrates, Ne quis ad extremum euacuet etiam habitum athleticum. Nam si hic qui maximè euacuationis est indigens minimè eam perfert, multominùs eam perferet, qui ea minùs eget. Certè vbi symptomata causas sui effectrices vincunt, tum maioris emolumenti gratia ad lipothymiam est euacuandum. Hæc lipothymia fit exhausto vel irritato stomacho, non autem corde. Non enim hîc loquimur de syncope cardiaca, sed de ea quæ fit malè affecto ventriculo. Est enim cardiaca Syncope, præceps omnium virium lapsus, corruptis spiritibus & partibus solidis à mixtione alienæ qualitatis, vel vi caloris, marasmo, repletione, aut inopia alimenti. Ita Diagoras lætitia periit. Fit itaque ex subito spiritus motu aut vacuatione, altetatione, vel interceptione. Lipothymia itaque est cum virium integritate; syncope non. Quare hîc non eò ducitur euacuatio, vt vasa concidant. Neque rursum hîc loquimur de ea syncope, quæ quibusdam in initio venæ sectionis euenit ex metu, à collectione spirituum: neque de ea, quæ fit ab acri humore vellicante superius os ventriculi: (in talibus, qui huic lipothymiæ obnoxij sunt, inquit Galenus, resupinis venam aperire solemus.) Sed de ea sola quæ fit ratione euacuationis. Sed dices, Quando poterit æger par esse si animo deficiat? Certè lipothymia quidem est infirmitas: sed huius infirmitatis restituendæ ratio est consideranda. Quædam enim facilè restituitur: ideoque in virtute naturæ multum spei est collocandum, si partes solidæ fuerint integræ. *Syncope quid.*

6 Patem hîc vocat Hippocrates eum, qui sine infirmitatis metu, ad tempus potest illam lipothymiam ferre: vt cui corpus non sit rarum, sed solidum, succi plenum, ab annovicesimo quinto ad quadragesimum vsque, cum partium solidarum integritate, aëre temperato. Sed cùm rarò illa adsint, rarò ita euacuandum. Animaduersione dignum quod scribit hîc Galenus: vsu, inquit, nobis compertum est, euacuationes ad lipothymiam ductas sæpe profuisse. Ineuntibus causis phlebotomia ad lipothymiam ducta refrigerat totum corpus ilicò, febremque extinguit: aliusque solui ab hac & sudores manare solent, non sine maximo commodo. In maximis verò doloribus, inquit, non maius nouî remedium, quàm phlebotomiam vel pharmaciam, vbi opus est, ad lipothymiam ductam. *Euacuatio ad lipothymiam vbi necessaria.*

XXIV.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι παθήμασι 1 ὀλιγάκις, καὶ ἐν 2 ἀρχῇσι τῆσι 3 φαρμακίσιν χρέεσθαι· τοῦτο 4 προεξευρεῖν χρὴ τὸν ἰητρόν.

XXIV. In morbis acutis 1 rarò, ac ineunte 2 morbo (si id faciendum) 3 pharmaciæ est locus. Atque id, adhibito antè 4 singulari iudicio, faciendum. *In acutis morbis quando purgandi.*

1 Quod morbi acuti pharmacotum calidorum vi ingraueſcant: & quòd illi ferè excretione critica finiantur. quos autem in morbos perfecta incidit crisis, rarò locus est purgationi. Et sæpe orgasmo non concitantur succi: vel si id euenerit, corpus non est εὔφορον.

2 Si nimirùm materia turgeat, vt solet turgere morborum principiis: tunc enim mutatio symptomatum fieri solet, non autem cùm iam prouecti sunt. Non vltra secundum diem, dicit Galenus hîc, illud agendum, nam his diebus turgent humores, vires firmæ sunt, necdum febris incanduit ab æstu.

3 Ne vires frangantur, febrilis calor augeatur, efferaque materia in nobilem partem ruat.

4 προεξ auget. i. Adhibita cautione & prouisione virium ægri & peculiaris naturæ, symptomatum concomitantium, & anteactæ vitæ vel diætæ. Quia qui prauo victu vsi sunt, non ferunt pharmaca. Sit corpus εὔφορον, nec vlla phlegmone sit in hypochondriis. Morbos acutos ferè omnes Naturæ beneficio iudicari docet

Quæstio.

6. Epid. 2. 9. docet Hippocrates. Ratò itaque eos purgatione curamus. Si tamen aliqua purgatio necessaria fuerit, ea incunte morbo est ineunda. Quia omnis mutatio symptomatum fit incunte morbo. Atque hac purgatione excludimus, aut cacochymiam, aut materiam morbi effectricem. Si itaque plus commodi quàm incommodi attulerit pharmacia, illius ineatur vsus. Dicit Hippocrates singulari quodam iudicio hæc agenda esse. q. d. sit paratum corpus ad pharmaciam; & obserua quonam tempore crisis sit futura. Paratum minimè erit corpus ad pharmaciam, si circumfluat crudis, lentis, crassis succis; siue flatibus distenta fuerint hypochondria. Et si vrina (index acutissimæ febris) flammea fuerit, aut si phlegmones internæ adsit suspicio, ac meatuum obstructio. Age itaque medendi Methodo, ac primùm videnum sit purgandum. Deinde num quid obstet: de quibus antè iam diximus. Verumtamen clysmis, ac aluiducis medicamentis, vbi opus est, laxabimus aluum. Hæc enim non venosum genus tentant: sed solùm eam prauitatem succorum prolectantia, qui in intestinis ac præcordiis à sanguinis massa separatæ hærent, effundunt. Ego tali vtor, Accipe Cassiæ recenter extractæ, vnciam cum semisse, mannæ electæ vnciam: syrupi rosati laxatiui vncias tres: pulpæ tamarindorum, si velis, semunciam: misce; fiat electarium liquidum: Vtatur vno cochleario alternis diebus. Magno excipiatur vase hoc pharmacum; nam turget fermentaturque.

Laxans medicina vtilissima in acutis.

XXV.

Ἡν εἶα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε ἐς ἀφόρως φέρεσθαι, τά τε σπασμώδεα, ἀμφοτέρως.

XXV. Si qualia purgare oportet excludantur, confert, perferunt que alacriter. Sin contrà, difficulter ferũt.

Hic Aphorismus apotelesma est præcedentium quatuor Aphorismorum. Nomen enim illi complectitur quinque conditiones cuiusque laudabilis purgationis. Vt fiat in morbis in quibus conuenit: vt humor morbificus educatur: eâ copiâ quâ decet: cocta materia: per loca commoda. Differt hic Aphorismus à secundo huius libri Aphorismo, quòd ibi de vltrò obortis fluxibus agat: hic de iis qui fiunt artificiosa molitione, ad naturæ imitationem comparata

HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBER SECVNDVS.

I.

Ἐν ᾧ 1 νοσήματι 2 ὕπνος 3 πόνον 4 παρέσχεν· τοῦτος ᾧ ὠφελέει, οὐ 6 παρέσχεν.

1 Quo in 1 morbo 2 somnus 3 laborem parit, 4 funestum: Sin autem 6 iuuat, nihil 7 funestum.

De corpore & eius variis affectionibus hoc secundo libro agit Hippocrates: & de purgatione cacochymiæ siue succrescentis, siue superfluis in morbis acutis. In initio huius tradit refectionis præcepta victo iam morbo, absolutáque crisi. Hoc est, vt habendi sint illi, qui iam à morbo conualuere. Nam hi aliter nutriri debẽt, quàm eo tempore cùm ad vigorem ibant. Et quia in his imbecillitas quædam remanet, propterea quia cacochymia quædam succrescit, ea purganda est: propterea etiam agit de purgantibus. Nam primo libro tradit modum reficiendi eos, qui adhuc morbo detinentur. Antequam autem eo veniat, (videlicet ad Aphorismum octauum,) initio proponit quædam generalia præcepta Rerum non naturalium. Quæ præcepta sunt veluti quidam loci communes, ad rerum futurarum demonstrationem. Ac primum quidem agit de somno, quem docet non minùs perniciosum esse, si in aliquo delinquat, quàm victum. Sensus itaque huius Primi Aphorismi est: Si vnde plurimum opis & auxilij expectatur, inde periculi accessio adiungatur, planè id fuerit funestum: Atqui à somno in morbis acutis, multum expectatur præsidij. Cuius quidem Propositionis Minoris veritas hac ratione perspicietur. Nam vt calor natiuus intus vel foras viam affectat, ita somni & vigiliarum inclinationes fiunt. Quod si itaque caloris natiui ita sit constituta hyparxis, vt sanguinis, spirituum & arteriarum humiditatis (in quibus tribus calor ille natiuus residet) sit optima constitutio in qualitate, quantitate, & consistentia; nulla quoque somni vel vigiliarum desiderabitur ratio. Nam cùm illorum trium effluxus ac vapor similis sit ipsis subiectis bene constitutis, somnus concitabitur dulcis & suauis. Est enim somni materia vapor quidam benignus sanguinis, spiritus, & humidioris arteriæ, qui per venas iugulares & carotidas per arterias fertur ad cerebrum, & sensum communem vincit. Dixi somni materiam esse vaporem benignum. Nam Aristoteles quidem bene definiuit somnum, sed rationem malè reddidit, vt qui in duobus peccauerit: primò, quòd primum sensorium nominauit cor: Secundò, quòd putauerit primum sensorium vinciri à multo vapore frigido. Huiusmodi enim vapor non somni, sed soporis potius causa est. Est enim triplex causa comatis, vt refrigeratio, qualis in Hermocrate; oppressio à materia frigida; & resolutio. Somnus ergo naturalis cibos feliciùs concoquit, materiam morbificam mitificat, & symptomata omnia minuit. Nam somno vindicantur pueri à calamitosissimis morbis. Vigiliæ contrà. nam relinquunt materiam crudam ac indomitam. Quales autem fuerint vapores ad cerebrum eleuati, talis erit & somni conditio. Si enim vapor fuerit acrior, somnus erit vel paucus, vel tumultuosior. Si materia somnifera copiosior vel crassior, pro vero somno tumultuosus erit; qui laborem adiunget. Porrò hìc non agit de somno qui euenit ineunte paroxysmo, sed qui sit in eius fine: nec de eo qui imperatur interdiu iis qui laborant ex phlegmone visceris alicuius. Sed agit de eo somno hìc qui loco præscribitur, & qui loco conciliatur, hoc est, in declinatione paroxysmi. Tribus opus est vt quis placidè dormiat, cerebro temperato, vapore benigno, & animo quieto. Vnde Virgilius: At non, infelix animi Phœnissa, nec vnquam Solvitur in somnos oculis, nec pectore noctem Accipit. Nam amore Æneæ inquieta mens erat.

Somni causa. 6. Epid. 4. 14. & Com. ad hunc Aphorismum.

Somnus quid.

Somni effectus.

Tribus ad somnum opus.

1 Hoc

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 389 sur 513

1 Hoc eſt, in cuius morbi paroxyſmi declinatione, extra tempus criſeos.

2 Somnus fit cùm (quamuis non quieſcat) ſeſe relaxat primum ſenſificum, quò ſpiritus animales tedintegrentur. Hoc autem euenit à blandioribus vaporibus ſublatis ſanguine ac ſuaui pituita in cerebrum: quibus refrigeratis ac in roſcidum madorem coactis, neruorum meatus oblinuntur, & quaſi obligantur. Propterea Galenus Aphoriſmo huius tertio dicit, ſomnum fieri, primo ſenſifico, hoc eſt cerebro refrigerato: vt vigiliæ ob primi ſenſifici calorem.

Somnus vt fiat.

3 A vapore, qui qualitate, copiâ, & conſiſtentiâ in vitio eſt, & à cerebro malè affecto.

4 Nam inde ingraueſcunt ſymptomata: ſomni vitio autem, manet inuicta cauſa morbifica, cuius coctio expectatur à ſomno.

5 Si in ſomno æger alleuetur, mitificato etiam morbo.

6 Nam ſuperſtitem vim naturæ denunciat: cuius vi ſuperatur morbus: eamque eſſe potentem materiæ morbificæ.

II.

Οὐκ ἀφροδιαίων ὕπνος παυσὶ, ἀγαθόν.

II. Vbi (enim) ſomnus delirij vacuitatem adfert, 1 bonum.

Confirmatio præcedentis Aphoriſmi. Hoc enim argumento eſt, naturam de morbo, id eſt, de materia morbi triumphare: eóque magis, quòd eam depellat affectionem (nimirũ deliriũ) quæ magis ingraueſcit cùm aut sõni materia, aut cerebrum in vitio eſt. Intelligendus eſt hîc Aphoriſmus de eo delirio, non quod ſit propria affectione cerebri, qualis eſt primigenia, vt phrenitis, cuius ſymptoma eſt febris, ſed de eo quod ſit per metaſtaſin materiæ à febre, cuius ſymptoma eſt delirium. Nam illud primigenium delirium à ſomno magis accenditur. Vbi verò in hoc delirio ſymptomatis humor tranſlatus mitificatur ſomno, ſignificatio fit bonitatis materiæ, & vigoris caloris innati: & quòd vapores benigni rigant cerebrum (vnde ſqualor contractus cerebri miteſcit) profecti à ſanguine benigno viſceribúſque integris. Quaſi dicat, Vt calamitoſum, ſi vnde plurimum opis expectatur (vt à ſomno) inde plurimum mali proueniat: ſic contrà, Si à ſomno, vnde in morbis viſcerum, plurimum metuitur: viſcera ea ſomno recreentur, & morbi viſcerum mitiſcentur, ſomnus ille erit maximè ſalutaris & neceſſarius. Delirij, grauiſſimi mali, meminit: ſub eo reliqua complectens.

Delirium quale à ſomno miteſcat.

1 Eſt enim ſignum iam iam adfuturæ ſalutis. Nam nulla res magis delirium auget quàm ſomnus, ſi cauſa in cerebro ſit concepta.

III.

1 Ὕπνος, 2 ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τῇ 3 μετρίῃ μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

III. Somnus 1 & 2 vigilia, vtraque ſi 3 immoderata fiant, malum.

Eſt enim ſomnus, authore Ariſtotele, δέσμος τῆς πρώτης αἰσθητικῆς, id eſt, Vinculum primi ſenſifici. Eſt ergo ſomnus non tam quies quàm relaxatio quædam primi ſenſifici ab aſſiduo opere: dum nimirum occupatur cerebrum in ſpirituum animalium inſtauratione, quibus fuerat penè exhauſtum ſentiendi, cogitandi, & mouendi aſſiduitate. Mulcebra autem cerebri eſt ſuauis anathymiaſis: quæ ſi vitium traxerit, profundiorem illum facit, vel eum ſerpere grata quiete non patitur. Vt enim quis placidè dormiat tribus opus eſt, cerebro temperato, anathymiaſi benigna, ac animo quieto.

Somnus.

1 Quare immoderatus ſomnus metaſtaſin morbificæ materiæ ad caput ſignificat, vnde excoctum redditur corpus ac languidum.

2 Nam cerebrum exhauriunt ſpiritibus, parentes eruditatum omnium vigiliæ. Et inde ſignificatio adfertur ſqualidioris cerebri, ac iniquæ anathymiaſeos, aut metaſtaſeos in cerebrum.

3 Hæc mediocritas reuocanda eſt ad naturam propriam & communem eius cui ſomnum adhibemus. Nam alia eſt mediocritas ſomni in puero, alia in ſene. Rurſus alia eſt mediocritas ſomni in eo qui ſeptem diebus vigilauit continuis. Nam ſi is poſtea ſomno correptus, duos integros dormiat dies, hic ſomnus non erit immoderatus. Expendendæ enim ſunt cauſæ naturales ſomni & vigiliarum: & in vtroque neceſſitas naturæ. Cauſa enim ſomni naturalis eſt vapor benignus in cerebrum illatus. Non neglecta interim & ipſius cerebri conſiſtentia: ita pueri ſunt humido cerebro: ac proinde longiorem ſomnum requirunt: Contrà ſenes, quia ſicciori & minùs calido, breuiorem. Cauſæ verò naturales vigiliarum ſunt, caloris natiui explicatio. Neceſſitas naturæ in ſomno, eſt attendenda ex ratione copiæ caloris natiui eius cui ſomnum adhibemus, & ratione vigiliarum quæ ſomnum præceſſerunt. Neceſſitas verò naturæ in vigiliis eſt expendenda, ad actiones animæ & corporis prælarè obeundas. Erit ergo ſomnus immoderatior, ſi has cauſas & neceſſitatem exceſſerit: Vigiliæ immoderatæ erunt, ſi ſupra quàm actiones requirunt, fuerint longiores. Vt autem ſanitas in ſymmetria conſeruetur, oportet omnia eſſe moderata.

Somnus mediocris quis dicatur.

Somni ac vigiliarum neceſſitas vnde.

IV.

Οὐ 1 πλησμονὴ, ἐ 2 λιμὸς, οὐδ' 3 ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν ὅ, τι μᾶλλον τ' 4 φύσιος ἦ.

IV. Neque 1 ſatietas, neque nimia cibi 2 abſtinentia, 3 neque aliud quippiam ſalutare quod ſupra 4 naturam fuerit.

Mediocritas optima.

Nam natura integritas in moderatione conſiſtit.

1 Id eſt, ſucci altilis & alimenti copia.

2 Id eſt, genii defraudatio.

3 Eleganter hoc idem dixit Phocylides, vbi ait

* Μέτρῳ ὡὸ φαῖνν ἠ πᾶν, ἠ μυθολογεύειν.
Πάντων μέτρον ἄριστον. τοῦτο δ' ἐλαύνῃ.

* Moderatè cibum potumque ſumas, & loquaris. Modus omnium optimus: exceſſus autem vitandus eſt.

4 Supra naturam nimirùm inſitam, aſcititiam, communem & particularem eius cui adhibentur. Accedente etiam particulari corporis conformatione. Ratio huius Aphoriſmi eſt: Quia noxia ſunt illa quæ immutant ægri temperamentum, habitum, actionem ventriculi & partium nutritioni dicatarum. Fame enim tollitur ventriculi habitus, hypochondria ſuſpenduntur, nidorulenta eructantur, bilioſa ad caput attrahuntur. Quaſi dicat, ante vigorem & poſt eum caue; ne cogaris ſubitò tale quid in vſum vocare. Prudenter igitur inſtitue, ne vnquam immodicè inanias aut repleas.

V.

1 Κόποι 2 ἀνιήματοι φράζουσι 3 νόσους.

V. Laſſitudines 1 vltrò 2 obortæ arguunt [futuros] 3 morbos.

Laſſitudines variæ.

1 Laſſitudo eſt duplex, laborioſa, & vltrò obortа.

Laborioſa.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 390 sur 513

Laborioſa dicitur illa, quæ fit à labore: vt cùm quis immoderato exercitio etiam conſueto ſe fatigat, vel cùm ſe ab ocio ad exercitationem transfert. Ab immoderato exercitio fieri morbus docet Hippocrates, vbi ait, Hac ratione fiunt cauſi cùm venulæ atefactæ ad ſe attrahunt bilioſos & acres humores, ex quorum putredine, coaceruatione, & motu in maioribus venis & arteriis excitatur ardens febris. aut cùm in ſimis partibus hepatis ij coaceruantur. Atque huiuſmodi fuit laſſitudo Adoleſcentis qui in Mendacij iuuentus foro latebat. Laſſitudo verò vltrò oborta eſt triplex, inter quas vna vlceroſa dicitur, in qua vlceris ſenſio quædam excitatur. Cuius cauſa eſt cacochymia, & cruditas pepaſmi expers. Altera eſt laſſitudo tenſiua, qua corpus diſtenditur: huius cauſa eſt plethora. Tertia laſſitudo dicitur phlegmonoſa: cuius cauſa eſt cacochymia, vnà cum plethora, atque in hac videntur partes tenſæ quaſi æſtu quodam conflagrare. Ratiocinatio huius Aphoriſmi talis eſt: Quicquid eſt huiuſmodi vt cacochymiam, plethoram vel vtramque hanc affectionem ſignificet, id morbum arguit. At huiuſmodi eſt laſſitudo vltrò oborta. Nam ſi humor alieno in loco continetur, is ei parti cui non aſſimilatur eſt moleſtus. Ibi ergo cunctando putreſcit, carnem erodit, atque hinc ſenſio vlceris. Si verò ſanguine, ſupra vires vel vaſa, corpus diſtendatur, in huiuſmodi laſſitudine tremor ſequetur ab oppreſſione virium: vt in Pythione accidit. Laſſitudo eſt affectio corporis, in qua ſi vel minimum quis moueatur; ſenſio quædam excitatur phlegmonoſa, aut vlceroſa, aut tenſiua.

4. De victus rat. acut.

4. Aph. 31.

3 Epid. 2. hiſt. 8.

Cauſa omnia ferè morborum.

3. Epid. 1. *Laſſitudo quid.*

2 Id eſt ſine exercitio corporis, nullâque cauſa manifeſta.

3 Quoniam vlceroſa cacochymiam, tenſiua plenitudinem, phlegmonoſa vtramque affectionem ſignificat. Nam ex his plerique naſcuntur morbi.

VI.

Ὁκόσοι ι πονέοντές τι τῷ σώματι, τὰ ² πολλὰ ὑπ' πόνων ἐπαίδανον, τετίοισιν ἢ ³ γοάμμα ⁴ νοσέι.

VI. Quicumque ¹ ex parte aliqua corporis laborant, & nullo ² modo eam læſionem percipiunt, iis ³ mens ⁴ laborat.

1 Quibus nimirùm adeſt impactio rei naturam lædentis, ſiue impreſſio rei in ſenſum delatæ. Nam, vt ait Galenus, πόνος non leuem cauſam ſignificat, ſed magnam: non enim omnis alteratio doloris ſenſum excitat. Nam proxima doloris cauſa eſt ſolutio continui. Porrò reddidi [laborat] & non [dolet] quia latius patet laborare quàm dolore: nam pulmones laborant, ſed non dolent, cùm ſint ſenſus experres.

7. Deplacitis Hip. & Plat. 14. πόνος quid.

2 Id eſt ἐπίπαν, vt nos cum Philotheo reddidimus: vel ſi placet, verte Magna ex parte, ſiue longis ex interuallis, aut plerumque: nihil enim intereſt: nam ad viciſſitudinem ſymptomatum referri debet. Si, dicit, cauſas dolorificas non apprehendunt. Nam dolor non percipitur ſenſu; ſed cauſa dolorifica.

Dolor vt fiat.

3 Non per ſe, ſed ex euentu. Quoniam ad locum dolentem, ſubſidij ergo, diſtracti ſpiritus, qualitatem rei dolorificæ impreſſam ſenſoriis inſtrumentis non communicant aut repræſentant ſenſui communi, qui alioqui indicat paſſiones factas in ſenſoriis. Dicuntur autem partes corporis laborare, quando iuſtam doloris cauſam in ſe concipiunt. Ita phrenitici neſciunt ſe ſitire; at rarò & magnum ſpirant. Hoc eſt; vt pariter laborent ex rebus naturæ neceſſariis. Cùm ſcilicet abſentia doloris adeſt, præſente doloris cauſa, eáque vrgente.

4 Significat hîc ſenſum communem & imaginationem: eſt enim politicus quidam loquendi modus. Qui philoſophicè hunc aphoriſmum explicare volet, cõſulat Doctiſſimi philoſophi Zabarellæ caput penultimũ libri de ſenſu agente. Vbi propriã ſententia ſuam proponit. Quãdo, dicit, mens laborat vel ægrotat; hoc eſt, corrupta eſt, alio impedita eſt, aut debilitata eſt. vide Galenũ 7. Methodi 6. fol. 179. & ſeqq. Dicere vult Hippocrates, Cùm tales homines rerum neceſſariarum ad ſuam vitam obliti, has non admittunt, cogendi ſunt. Vt phreniticis etiam nolentibus venam pertundimus frontis tandem. Cùm talis quidam potare nullo modo volebat; quidam ex aſtantibus corpori illius inſiliit, ac vi os eius aperuit, ac aquæ plenas amphoras infundebat. Hic quamuis eam aquam ad trabes vſque ferè expueret maximo impetu, plurimam tamen aquam nolens bibebat. Victus frigore aquæ algidiſſimæ, dormire incepit. Mox ſudor erupit: ita vi vitam retinuit.

Hiſtoria.

VII.

Τὰ ὑπ ι πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα ² ταχέως ἐπανατρέφειν δεῖ. Τὰ δ' ὑπ ³ ὀλίγου, ⁴ ὀλίγως.

VII. Quæ ¹ longo tempore extenuata ſunt corpora, ² lentè reficere oportet: quæ verò ³ breui, ⁴ celeriter.

Renutritionis cautio.

Cautio in renutritione eorum qui connaleſcunt, nondùmque conualuere. Cõplectitur hoc vno Aphoriſmo, exacto iam morbo, refectionis tecmarſin. Vt enim eſt extenuationis vel perfectæ, vel inchoatæ, vel momentaneæ, vel diuturnæ ratio: ita quoque refectionis ratio eſſe debet. Nam quidam primo quaternario extenuantur, exhauſtis ſolis ſpiritibus & ſuccis.

1 Quæ iam ad marasmum deuenere, cuius indicium eſt cutis diſtentio cum pallore. Omnis autem extenuatio euenit cùm imminuitur diſtributio, & augetur fluor. In extenuatione inchoata cutem laxari: & eãdem in perfecta extenuatione diſtendi docet Hippocrates exemplo ocrearum, quæ admotæ igni primùm quidem fiunt laxiores, deinde verò contrahuntur. Hanc extenuationem ſolet Hippocrates in Coacis vocare duritiem. In acutis morbis fit perfecta extenuatio breui tempore, vt primo interdum quaternario; & hæc eſt lethalis. Non dicit quæ perfectè ſunt extenuata, ſed quæ longo tempore, quia conſiderauit & rationem partium ſolidarum, & rationem alimenti ad naturam aliti. Conſiderauit etiam rationem œconomiæ naturalis in coquendo, digerendo, & excernendo multùm immutatam. Quo enim diutiùs vacauit pars nutritioni dicata à ſuo officio, eo difficilius ad ſuum inſtitutum redit.

Extenuatio varia.

2 Vt ptiſanâ, & colatitiis iuſculis. Hoc eſt eupeptis, ac meabilibus, fitiſque expertibus. Sunt enim iam ſolidæ partes immemores officij ſui, aluuſque officij vacuitate reddita eſt ignaua. ταχέως, id eſt, paulo negligentiùs, id eſt, minùs in nutritionem corporis oportet incumbere. Conniuent enim ſiccitate partes ſolidæ: quare tenuia quæ permeare poſſunt dari debent, vt lac muliebre, aſininum quoque.

3 Cùm non adeò mutata eſt naturæ œconomia: hoc eſt, ventriculi, hepatis, venarum meſarthaïcarum. Cuius extenuationis ſignum eſt, cutis laxitas cum pallore. Nec enim iamdum ſolidæ partes excidêre officio.

4 Cibis naturæ communi & peculiari conſentaneis: vt reſarciatur id quod exhauſtum eſt. Benè igitur illi adminiſtrentur in qualitate, copia, & in frequentia, Celeriter, dicit, quia aut eſt inchoata extenuatio, vel quia hîc vis partium ſolidarum plurimùm valet: & ideò debet exhiberi alimentum ſucci alibilis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 391 sur 513

alibilis plenum. Aut enim est perfecta extenuatio, non quidem ab exhaustu, sed à causa morbifica quæ adhuc manet, vt ab ingenti calore attenuatio, quia tam pauco tempore non est adeò immutata naturæ œconomia, quin simile alimentum sit exhibendum. Vide sexti Epidemiôn 3.29. Vnde hic Aphorismus est sumptus.

VIII.

Refectionis modus. Vide Hippoc. 6. Epid. 2. 20. 21.

Ἢν ἐπὶ 1 νόσῳ ἕψιν 2 λαμβάνων τις, μὴ 3 ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι 4 πλείνη ἕψιν τὸ σῶμα χρῄζει. Ἢν δ' ἕψιν μὴ λαμβάνοντι, πάντα χείμωνος, καὶ ἐν ἡλικίῃ, ὅτι 6 κενεσμὸς δείσει.

VIII. Si quis à 1 morbo cibum 2 capiens 3 non confirmatur, 4 pleniore id arguit corpus nutricatu vti. Quodsi nec 5 capienti idem contingat, 6 vacuatione tum opus esse pro certo habendum.

Sensus Aphorismi huius est: Qui perfectè morbum deposuit, in eam curam debet incumbere ne copiosiore diæta grauatus in morbum incidat. Qui verò imperfectè conualuit, non poterit diæta recidiuam euadere, nisi plenè euacuatus fuerit. Imperfectè autem conualuerit, cui post vigesimum diem crisis euenerit.

1 Absoluta morbi historia, & eo naturæ statu qui describitur à declinatione ad pristinam valetudinem.

2 Cibum appetens & se naturaliter inuitans; cùm naturali ab exhausto laboret. Cumque ab his aluina absit impuritas, appetunt.

3 Si non recuperat vires, à desiderata nutritione ob cibi vitium, aut naturæ infirmitatem, quæ non admittit assimulationem.

4 Nam longo tempore extenuata corpora lentè reficere oportet. fatiscunt enim partes nutritioni dicatæ, nimia cibi satietate ita, vt nec rectè coquere, distribuere, assimilare, nec excernere queant. Quare hi fraudare aliquantulum genium suum deberent.

5 Id est, non apparenti. resolutâ facultate appetitrice ab intemperie ac materia superstite à febre per ventriculum diffusa: non autem à resolutione aluina quæ fit à nimia satietate. Appetentiam horum deiicit aluina fœditas. Et venosa impuritas facit quòd edendo nihil proficiunt in mole & colore. Hoc est quod dicebat Hippocrates in Epidemiorum libro: Qui ventres habent calidos, carnes habent frigidas; Hoc est, quibus fœda quadam putredine vel inquinato sanguine viscera ac venæ scatent, his non prolectatur ab habitu corporis talis sanguis. tantum autem caloris habent partes, quantum habent sanguinis. Vnde friget his caro, quòd illum calidum & quasi putrescentem sanguinem non admittant.

6 Ad exclusionem restibilis materiæ morbificæ quæ impuram reddi œconomiam naturalem. Hæc materia vacuabitur per ea loca quò natura viam affectat: vtque fuerint ipsius morbi ideæ, causæ, foci, crises, periodorum, vel paroxysmorum ratio, ita præscribendum erit pharmacum. Appetentia illa cibi signum est morbi perfectè iudicati, superstite solâ naturæ infirmitate, sed nulla superstite morbi materiâ, ita vt vacuatione opus non sit. Vt est quædam analogia sensus fuctionis ad fuctionem; ita & fuctionis ad exhaustum. Quia autem à valido exhausto excitatur vehemens appetentia, periculum est vt proportione non possit respondere affluxus effluxui: fractis iam partibus solidis, quarum munus est concoctio. Nam licet apperendi officium non desideretur; tamen coquendi, ob collapsum ventriculi habitum & temperamentum, & similiter partium nutritioni dicatarum vis languet. Hincque adeò accidit, vt hoc cibo non corroboretur corpus, sed ipsum etiam debilius

Obiectio.

fiat: eò quòd vires à cibi copia opprimantur. Sed quare non dicit, Huiusmodi corpus quod appetendo & cibum sumendo nihil proficit, purgatione indigere? Respondemus. Quia hîc loquitur de statu naturæ à morbo, non de statu naturæ qui est tempore morbi. Nam qui ex boulimiâ laborant, purgatione indigent. Sed hîc non loquitur de ea vehementi apparentia quæ solum sensum fuctionis sequitur, (vt euenit in boulimia à materia frigida) sed de ea vbi sensum fuctionis, præcesserit fuctio: & fuctionem exhaustum, quod haud euenit in boulimia. Subitaria cibi satieras est admodum periculosa ab inedia. Meminit Hippocrates mulieris, quæ septimo die perfectissimè iudicata fuerat excretione critica, in qua nulla desiderabatur circumstantia, nullo superstite empyreumate, nullaque materiâ morbificâ. Hæc cum se liberaliùs cibo inuitasset, postridie obiit. *3. Epid.*

IX.

Τὰ 1 μὴ καθαρὰ πρὸς σιτίων, ἐκείνοις αὐξάνεται, μᾶλλον 2 βλάπτει.

IX. Corpora 1 impura quo plus alimenti assumunt, eò 2 pluribus damnis augentur.

1 A crisi non perfecta, absoluta iam morbi historia, eáque cacochymia inde, vel ex congestione (à fracta œconomia corporis) corpus fœdare quæ in triplici corporis regione consistit. Omnis enim cacochymia à morbo superstes pepasini est expers. Igitur ante refectionem priùs hæc auferenda. Cacochymiæ autem superstitis ab imperfecta crisi signum est, appetitus prostratio, (vt docuit præcedenti Aphorismo) vbi tamen iustæ appetentiæ causa adfuerit, nimirùm exhaustum, & fuctio venarum, cùm tamen desiteius fuctionis sensus: resolutâ à cachochymia, ventriculi virtute appetitrice. Sed dices, Quid si post crisin solum empireuma relinquatur? Respondemus, id vix fieri posse, vt hoc solitarium relinquatur: quandoquidem illius empyreumatis focus est cacochymia. *Dubium.*

2 Cacochymiæ accessionem adiungens in omni regione corporis: ex alimenti corruptione. dicat quis, Celsus ait, vbi multum est materiæ vitiosæ, optimum est multum materiæ optimæ miscere. Respondemus: Illum hoc dicere ex Hippocrate, qui in Epidemiis ait, Illos à peste euasisse, qui se liberaliter, inuitabant. Id etiam Arabes detorsere ad cibi copiam: Sed Hippocrates loquitur de illis, qui aliquo modo aliquid assumebant: nam plerique moriebantur quòd cibum capere non poterant. Quare pharmaco excludi is succus debet; vel sensim is exigatur, ac nouo nutricatu redintegrentur labefactati atque superstites adhuc succi. Ita copiam succorum pranorum accides, ac temperabitur pranitas humoris. Appellant hoc per epicrasin curare. Quasi dicat Hippocrates, purga corpus impurum. Sed hæc impuritas occupat aluinam regionem, venosam, & habitus corporis. Si aluinam, id indicat deiecta appetentia, fastidium & oris amator: Si venosam; id significatur quòd edendo nihil proficiunt: si habitus corporis sit, phymata & pruritus hoc denunciant. Præscribe ergo leuia, mediocria, vel valida, prout remotior vel propior ab aluo, regio corporis occupata fuerit à cacochymia. Pharmaco ego hoc vtor ferè in omni tali cacochymia: nam variè flecti potest ad naturam ægrorum, & ad variam materiam morbificam. Accipe rhabarbari optimi drachmam vel drachmas duas, aut sesquidrachmam: agarici recenter trochiscati semidrachmam vel drachmam: aut eius loco foliorum sennæ drachmas duas vel tres: Cinnamomi, scriptulum: Zinziberis semiscriptulum: vel anisi semidrachmam: macera hæc tota nocte in vini albi & aquæ endiuiæ cuiusque sescuncia; colaturæ adde mannæ drachmas sex; vel vnciam: & syrupi rosati laxatiui vnciam. *Dubium ex nutritione. Epicrasis quid. Ex situ humoris purgandi & nota contumacie regionis corporis. Remedium purgans valdè securum.*

X. Tà

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 392 sur 513

purgationis tecmarſis.

X.

Τὰ σώματα χρὴ, ὅπως ἄν τις βούληται καθήραιν, ὑγρὰ ποιέειν.

X. Atqui ſi quiſpiam corpora purgare voluerit, meabilia vt reddat eſt neceſſe.

Vt fiat corpus εὔροον

Perſeuerat in cautionibus refectionis à morborum imperfecta criſi. Quaſi dicat, in impuro corpore quid agendum? purgandum. Quo modo? reddendo corpus εὔροον. *Reddetur corpus meabile, ſi præſtemus vt medicamento attrahenti & naturæ expellenti materia cedat. Id quod fiet excitata naturæ vi, liberatis obſtructis, præparata materia, poſtremò comparata corporis, humoris educendi, & medicamenti analogia. Voicunque enim hæc fuerint, ibi fœliciter ſuſcipitur purgatio, authore Galeno: eo libro quo eleganter hic Aphoriſmus à Galeno enarratur. Porrò naturæ vis excitanda eſt cibo & quiete, vt docuit Hippocrates quarti huius decimotertio: denique potu. Secundum erat, vt materia præparetur, vt ſi tenacius adhæreſcat materia in partibus nutritioni dicatis, præparetur medicamentis attenuantibus & incidentibus: vt oxymelite, mulſa, origano, tragorigano, ſirupo capillorum veneris. Liberantur obſtructa lenioribus frictionibus, potu incidendi vi pradito; & ſi materia ſurſum viam affectat, irritamentis vacuatoriis & clyſmis. Analogia verò corporis humoris purgandi & medicamenti, in eo conſiſtat, vt medicamentum & qualitate & quantitate ſit conſentaneum naturæ communi & propriæ eius, cui adhibetur, ratione ſpeciei & generis cauſarum, paroxyſmorum, periodorum, & loci affecti. Vt enim hæc variant, ita & medicamentum debet eſſe aliud & aliud, etiam in eodem genere morbi. Nam non omnibus naturis eſt exhibendus elleborus: nec ſemper decoctum guaiaci conuenit laborantibus ex venerea lue. Aliquando enim hoc malum in ſolis ſpiritibus, aliquando in tenuiſſima parte ſanguinis, aliquando in humoribus, aliquando in partibus ſolidis ſe immergit. Debent præterea pharmaca eſſe* ὑπότροφα, *vt docet Hippocrates in libris de victu acutorum. Verùm difficilis hîc mouetur Quæſtio, An quotieſcumque purgandum eſt, ibi tum præparatione ſit opus. Reſpondemus, quòd non, vt cùm materia turget: nam eodem die ea eſt educenda, ne vis naturæ labefactetur. In talibus cunctari eſt periculoſum vbi materia non dat inducias. Hippocrates quoque in fractura calcis, eodem quoque die, ſi abſit febris, ad elleborum venit, non præparato etiam corpore. Verùm id facit maiorum ſymptomatum metu. Neceſſariò enim fracturam calcis ſequitur putredo tendinis illius maximi trium muſculorum ſuræ, qui calci inſeritur, vnde validè in tali fractura contunditur, vnde conuulſio: inſigneſque nerui afficiuntur, & arteria, vnde delirium & febris. Etſi materia à ſanguine ſit ſegregata, vt in colico & hydrope, non ea eſt præparanda: ſed corpus ſit meabile; id fit aperientibus. Cacochymiæ debetur purgatio. Hæc autem concipit corpus aut ab imperfecta criſi, vel ſuccreſcit à pleniore victu poſt criſin. Hæc autem ſuccreſcens triplex eſt, aut alui, aut generis venoſi, aut habitus corporis. Prima cognoſcitur* ἀπορίῃ: *ſecunda, quòd edendo nihil proficiant, quia caro non attrahit, & propterea non fit ſuctio; nam qui ventres habent calidos, carnes habent frigidas, inquit Hippocrates. Cùm enim cacochymia ſanguis feruet, hunc abnuit caro, nec eum prolectat: Cùm verò caro ſuo genio non fruatur, friget: tantum enim caloris habent partes, quantum ſanguinis. Cùm pharmacia grauiter vtendum eſt, qua triplex regio corporis purgetur, libera reddatur aluus clyſmis aut lenientibus electariis, aperiantur viæ venarum, atteratur lentescens materia. In elleboriviſu balneo & fotu fundat ſe humor: cibis liquidis madefacientibus fruatur; & hauſto pharmaco corpus moue. His modis emolleſcent quaſi meatus, & laxiores euadent. Quo modo parari elleborum debeat, quo tutò propinetur, ſcripſimus prolixè libro ſecundo Methodi noſtræ ad Praxin.*

lib. quos & quando purgare oportet.

lib. 2. De fracturis.

Variæ cacochymiæ ſpecies, & notæ earum.

XI.

Ῥᾷον ἀναπλῆσαι ποτῷ, ἢ σίτῳ.

Refectio.

XI. Facilius eſt refici potu, quàm cibo.

Pertinet hic Aphoriſmus ad cautionem eius, qui à morbo perfectè conualuit.

ἀναπλῆσαι figuratè accipitur, nempe non pro repleri, ſed pro recreari ac refici. namque iis facilius eſt refici potu.

1 Id eſt alimento liquido, ſitis & alienæ qualitatis experte, & concoctu facili. Iis præſertim qui à diuturno morbo conualuerunt, aut alioqui ab exhauſto qui multùm laborant. Ita tabidis lac aſininum præſcribimus. quod vt tenue, ita facilè venas attenuatas & nimia macilentia conniuentes ſubit, abſtergetque vnà, & nutrit.

2 Cùm enim aluus effœta iam, illis ſit impar, quòd ægrè talia coquantur, tardè diſtribuantur, infœliciterque apponantur corpori fractis partibus ſolidis diuturnitate morbi, metus erit ne fiat congeſtio nouæ cacochymiæ, vnde reuiuiſcit morbus. Nos tale præbemus: Accipimus pullum, coquimus in magna aquæ copia dum exoſſetur: totum contundimus, ac reddimus decocto, adiecta pauca mace. tandem totum ſuccum fortiter exprimimus cum pullo. Eo ſucto vtimur.

Reſtaurans.

XII.

Τὰ ἐγκαλλωπιστικὰ ἐν τῇσι νούσοισι 2 μὴ κεῖσθαι; 3 ὑποτροφὰς ποιέειν ἐνδεῖν.

XII. Morborum 1 reliquiæ quæ à 2 criſi ſuperſunt, recidiuos 3 morbos parere conſueuerunt.

Cautio in renutritione.

Quaſi dicat, His opus eſt purgatione. Alioqui quicquid puri in impurum infunderis corpus, contaminabitur, ac nouus recrudeſcet morbus.

1 Id eſt, materia morbifica, aut empyreuma. Horum notæ ſunt ſiccitas oris, in appetentia, agrypnia, languor.

2 Quòd tota materia morbifica non fuerit excluſa vel ob fractam naturæ vim, aut meatuum anguſtiam, vel materiæ contumaciam.

3 Die critico, vel periodo critica ſequenti proxima. Niſi purgando vacuando occurras, vel alterando. Quare plerumque iubemus vt quinto vel ſexto die, cùm iam conualeſcunt, aſſumant tres vel quatuor pilulas de hiera cum agarico, vel maſtichinas, vel ſyrupum laxatiuum, aut pilulas Ruffi. vel aliquid Rhabarbari, vel paſſularum purgantium.

XIII.

Ὀλέθριοι 1 κρίσιες γίνεται, τετρισιν ἢ νυξὶ ἀνώρθρος; 3 ἢ ἐπὶ τῇ παροξυσμῷ. 4 ἢ 5 ὀπίσω 5 εὐφορωτέρη ἢ 6 ἥκιστα.

Signa criſis antecedentia, & conſequentia.

XIII. Quibuſcunque 1 propinqua eſt criſis, nox eo 2 paroxyſmo ſuperior 3 grauis eſt: quæ verò nox 4 ſuccedit [criſi 5] 5 maximam partem 6 facilis eſt.

Tradit hoc Aphoriſmo ſigna Antecedentia & conſequentia ſpeciem criſis: qua nox deducunt in cognitionẽ criſeos perfectæ & imperfectæ. Nam à Criſi eſt nutriendum, verùm vt tutò id agas, noſcas oportet num ſit purgandum; vel ſi hoc non eſt, num materia ſit ſuperſtes morbifica: Verum id noſces ex ſpecie criſis. Duplicia enim ſunt ſigna critica: quædam apparent ad tempus, quædam ad ſpeciem Criſis, ſuntq; ſymptomata perturbationis critica: de illis agit Aphoriſmo vigeſimo quarto; de his hîc

Signa critica duplicia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 393 sur 513

©BIUM

iam. Symptomata autem perturbationis criticæ vel ſunt argumenta cauſæ antecedentis, vt diſtentio mollis hypochondrij, argumentum eſt materiæ ad caput viam affectantis. Vel ſunt argumenta cauſæ coniunctæ, vt marmaryga. Hæc autem ſymptomata quæ præcedentem noctem reddunt grauem, non ſunt ſymptomata morbi propria, ſed ſuperuenientia. Hæc autem ſigna diligenter ſunt Medico obſeruanda, vt ſciat num perfecta ſit criſis, vt vel in refectionem vel in purgationem incumbat. Si enim imperfecta fuit, iuſſit præcedens Aphoriſmus tunc purgandum eſſe. Sed quo modo id deprehendam: hoc iam hìc docet.

1 Quibus certamen naturæ & morbi eſt in procinctu.

2 In quam nimirùm incidit criſis. Nam omnis criſis fit in paroxyſmo. Quare quæ paribus diebus accedunt, paribus iudicantur: quæ imparibus, imparibus.

3 Nam grauia ſymptomata præludunt: vt iactationes, diſtentum hypochondrium torquet, grauitas colli & capitis, deliria, micant venæ & arteriæ in collo & temporibus. hæc cùm eueniunt, iam iam ſuperueniet haimorrhagia. Dyſphoria illa ex velitatione illa eſt quam init morbifica materia cum natura, dum illa bonos ſuccos à malis ſecernit, vt mox eos excernat: tunc vapores huc illuc mouentur.

4 Quæ paroxyſmo critico ſuccedit.

5 Quòd triumphata ſit materia morbifica, ac à naturâ eliſa.

6 Quòd ferè morborum acutorum perfecta ſit criſis. Quæ ſi ſolùm inchoata fuit, non ita facilis eſt hox, quæ critico paroxyſmo ſuccedit. In omni criſi parium & imparium ratio conſideretur.

XIV.

Ἐν τῇσι τῶν κοιλίων ῥύσιοσι, αἱ 1 μεταβολαὶ τῶ διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ὅκου μὴ ἐς τὸ 2 πονηρὸ μεταβάλλῃ.

XIV. In alui profluuiis [vltrò obortis], excrementorum varietates iuuant, niſi excrementa in 2 praua mutentur.

Vt notatur num ſit criſis perfecta vel imperfecta.

Dat ſigna adiuncta criſis, poſita in excretione critica propria cuiuſque morbi; vt cognoſcimus, dum criſis adhuc ſit, an ſit futura perfecta an imperfecta, vt abſoluta criſi, intelligamus quid ſit opus facto. Et quia duobus modis fit criſis, vel per excretionem, vel per abſceſſum; in hoc Aphoriſmo meminit excretionis: in ſequenti verò abſceſſus. Meminit tamen, more ſuo, vnius tantùm excretionis, vt quod de vna dixit, de omnibus dixiſſe cenſeamus: Vt enim eſt natura inclinatio & morbi idea, ita quoque criſium ſunt inclinationes. Quod ſi igitur in ipſa excretione critica aliqua deſideretur ratio, (etiam dum ipſa criſis ſit) vel reuulſione, vel derivatione, vel aliquo ſimili naturæ eſt occurrendum. Tenenda enim eſt optima ratio cuiuſque excretionis criticæ, quò facilè defectus obſerues. Eleganter Hippocrates in Philiſco omnia ſiniſtra criſis vitia ſimul perſtrinxit, in ipſius haimorrhagia.

Meraca excrementa mala.

1 Quaſi dicat, Ea demùm excretio critica expetenda venit, quæ qualitate non eſt ſincera, hoc eſt, non ſui ſeri naturalis expers. Porrò damnantur excrementa meraca, quia huiuſmodi arguunt, aut colliquationem à putredine, vel à reſolutione partium ſolidarum, vel exhauſtum ab extremo calore, ſerum naturale exugentis. Varietate verò excrementorum variæ partes ſe exonerant, vnde robur partium, ac excrementorum domabilis qualitas ſignificatur.

Ab excrementis indicium vt iudicandum.

2 Hoc eſt, niſi in peius mutatio fiat, & illa excretio validæ putredinis aut colliquamenti ſoboles ſit. Exemplum, vt, ſi quis hodie pituitam ſalſam in teneſmo excernat: Cras verò ſi leuia & alba, quia colliquatur adipis tenuioris inteſtini aliquid, argumentum caloris præternaturam: Si denique tertio die excernat colliquamentum flauum, læue, & paucum, fit tranſitus à tenuiore adipe ad craſſiorem: & quarto die excludat ramentoſa, quinto caruncula; iam actum eſt. Contra, Si primo die putria excernat, deinde meliora, poſt optima: bona illa erit mutatio. Hippocrates de his agit libro ſecundo Prognoſticôn.

XV.

Ὅκου 1 φάρυγξ γνοφώδης, ἢ 2 φύματα ἐν τῷ σώματι ἀναδύηται, τοῦτο 3 ἐκκρίσιος σκέπλεως. Ἢν γὰρ 4 χολώδεες ἔωσι, τὸ 5 σῶμα ξωμοσώδεϊ ἢ ὁμοίοισι τοῖσι ὑγιαίνουσι γίγνηται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα 6 πέφευε.

XV. At verò 1 vbi fauces ægrotant aut 2 tubercula è corpore pullulant, 3 excretiones conſideratæ oportet. Nam ſi bilioſæ 4 fuerint, interna viſcera; vnà ægrotant: Quodſi ſanorum excretionem præ ſe ferunt, corpus ſalere tutum eſt.

De criſi per abſceſſum.

Hic Aphoriſmus alteram ſpeciem perfectæ criſis, quæ fit per abſceſſum, continet: vt intelligamus, oborto abſceſſu, num reſiciendum ſit, an purgandum. Morbus omnis acutus excretione iudicatur, niſi aut materiæ contumacia, aut naturæ infirmitate, aut meatuum anguſtia, natura ab excretione ad abſceſſus ſeſe conuertat. Nam ſi in haimorrhagia non ſatis effluat, parotides fiunt. Abſceſſus eſt Hippocrati decubitus humoris in aliam partem. Sunt autem abſceſſuum duo genera apud Hippocratem: vnum fit per excretionem, quo in genere continentur omnes excretiones criticæ: aliud fit per repoſitionem, vt cùm materia decumbit ab vna parte in aliam. 6. Epid. t. 11. *Atque hoc poſterius genus, propriè & κατ' ἐξοχὴν dicitur. Abſceſſus rarò ſit his, qui rigent, vt febri ardenti. Omnis abſceſſus ſanitatis conſequutionem adfert, ſi materia procul à morbo abſcedat, vt in peripneumonia ſi in crura depellatur materia: Sin peripneumonia abeat in parotidas, abſceſſus ille ſpecie eſt lethalis. Bene etiam abſceſſus eueniunt poſtquam materia morbifica fuerit mitigata, ſi die critico elidatur. Nam ſi materia cruda deferatur in partem, ea ibi pepaſmum non recipiet, ſed illius partis ſubſtantiam labefactabit: cuiuſmodi illi Herpetes erant qui crura occupabant.* 5 lib. Epid. 6. Aph. 34. *Item expectati veniunt abſceſſus à partibus ſuperioribus ad inferiores; & ab interioribus ad exteriores; & à partibus nobilioribus ad ignobiles. Nam pleuritides malè degenerant in peripneumoniam; bene ex aduerſo euenit. Item ſi effluat in partem totius materiæ capacem. vide hiſtoriam Critonis & neptis Temeni. Præterea fiat κατ' ἔξιν. Porrò tot ſunt abſceſſuum, quot & tumorum genera. Quadam enim ſunt apoſtemata, quædam puſtulæ, quædam vomicæ. Apoſtematum materia non eſt ſegregata à concretione ſanguinis, neque propriæ ſubſtantiæ vitio laborat, ſed tantùm qualitate, vel mixtione. Puſtulæ fiunt ex omni genere materiæ, quæ à concretione ſanguinis eſt ſegregata, & ſubſtantiæ corruptione in vitio eſt, vt herpes à bile carbunculus à ſanguine, cancer ab atra bile, ſtruma à pituita. Vomicæ ſunt in quibus pus conceptum eſt. Sic furunculus degenerans in ſuppuratum, eſt vomica. Vomicæ aliæ ſunt naturales, in quibus continetur pus album, leue, & æquale. Aliæ ſunt contra naturã, vt melicerides, atheromata. Ictherus eſt veluti quædam puſtula totius, quæ fit à bile ſegregata à ſanguinis concretione. In Aphoriſmo per morbum faucium intelligit parotidas, non quidẽ omnes, ſed tantùm pituitoſas. Per phymata intelligit omnem tumorẽ corporis exterioris, vel omnẽ affectionem partium externarum quæ intrinſecus venit, vt ſunt tumores, puſtulæ, vlcera, vomicæ, exanthemata. Hic eſt Hippocratis. Sic per τεύματα intelligit omnes eas affectiones quæ extrinſecus accidunt, vt contuſiones, fracturas, luxationes & ſimilia. Bonus abſceſſus dicitur is, qui cùm ortus ſit die critico, neque naturæ eſt impar.*

Poſtulæ quid.

Vomicæ quid.

Phymata. 6. Epid. t. 3. *Τεύματα.*

Abſceſſuum genera.

Apoſtema quid.

par: neque morbo. Nam parua exanthemata ſunt morbo imparia. Parotides & morbo & naturæ ſunt impares: morbo quidem, quia fiunt in parte quæ non eſt totius materiæ capax naturæ, quia in parte in qua decumbit materia, grauiora excitat ſymptomata. Bubones verò naturæ quidem ſunt impares, ſed morbo pares.

1 Vt in Parotidibus etiam pituitoſis: & cùm phlegmone fauces obſidentur, vel aphthis. Dixi, in Parotid. pituitoſ. omnis enim parotis rubra, cum inflammatione, ſuppurationis expers, recidiuæ metum adfert: & aliquando, quamuis particeps ſit coctionis, niſi vrinæ conuenienter ferantur, eſt lethalis, vt famulæ Archigenis.

2 Vt 6. Epid. 2. 33. in hiſtoria Simonis. Etenim Natura nonnunquam in peripheriam corporis ſuccos deponit craſſiores, quàm vt per ἄδηλον διαπνοὴν excludi poſſint.

3 Vt deiectiones alui, & vrinas.

4 Quia agitur hîc de morbis acutis. Si nimirum adſint empyeumatis & materiæ morbificæ ſuperſtitis argumenta, vt amaritudo in ore & ſiccitas, ſitis, nauſea. Nam interdum dum criſin molitur natura, & flauæ & nigræ redduntur vrinæ: hîc nihil agas.

5 Ideóque Purgatione eſt opus: nam corpus prauis occupatur ſuccis in internis partibus. Si natura ipſa id commodè agit, ſpectatores erimus, non actores. Quin ſi dyſpnœa adfuerit cum exanthematibus, interdum ad phlebotomiam venimus. Ita nobiliſſimæ comitiſſæ Egmondanæ Franciſcæ, Admiralij filiæ, venam peruendi iuſſi, cùm exanthemata non ſatis prodirent, idque fœlici ſucceſſu. *Hiſtoria.*

9 Quia corpus eſt purum, quod non facilè fert purgationes. Sic in ictherico febre defuncto, & exanthematibus puerorum, lædit pharmacia, balnëa conferunt.

XVI.

Οὐκ ἐν λιμῷ, ἐν δὲ ἀπορίῃ πονέειν.

XVI. Corpore inedia confecto, non laborandum.

Cautio reſtaurandi.

1 Id eſt, vbi fraudauit quis genium ſuum: vt à criſi, cùm morbo defunctus iam conualeſcere incipit, nondum autem conualuit. Ità exhauſtis non eſt præſcribenda purgatio, nec venæſectio, nec ſudoris euocatio, nec quicquam tale. Ineunte verò morbo aliter agendum, integris viribus: tunc enim non adeſt fames: at in ſtatu morbi adeſt fames.

2 Ne calor accenſus in æſtum degeneret, néve etiam ad infirmitatem à fame & inedia contractam, maioris infirmitatis accenſio adiungatur. λιμὸς, id eſt, fames, apud Hippocratem duobus modis accipitur: vno modo pro annonæ caritate, altero modo pro inedia, & fame non ſolùm animali, ſed etiam naturali: vt hîc ſumitur. Ac ſi diceret, Quicumque perſeuerante morbi hiſtoriâ ſuo genio defraudatur, maioris emolumenti cauſa (nè videlicet auocetur natura à pepaſmo ad pepſin) cui ea ratione imperatur fames, quòd nimirùm ſicco adhuc morbo, prius in eius curam ſit incumbendam, quàm naturæ ſtudendum: huiuſmodi, inquam, laborare non debet. Secundò, quicumque abſoluta morbi hiſtoria longo tempore exhauſtus fuerit, ob infirmitatem partium ſolidarum, hic quoque laborare non debet. Et grauis eſt mutatio ab otio ad negocium. In inedia fuit æger, non ilicò ad coquendi laborem veniat ventriculus. Ita etiam ſi peripneumonia anginæ tandem ſupetueniat, vena *6. Epid. 4. 3.*

non eſt ſecanda, nam vires languent. Tertiò quoque, cœnare conſuetus ſuum defraudans genium vnius diei ſpacio, ob negocia domeſtica, neque hic quoque tum laborare debet. Nam cùm huiuſmodi corpus laboret in fame affluxus inopiâ, ſi addatur effluxus copia, malum malo cumulabitur, & fiet malũ incurabile, quòd ad magnitudinẽ cauſæ accedat virium defectus.

XVII.

Οὐκ αὐξητέον τὰ ἐκ φύσιν πλείω ἐσάλλη, ἢ τὰ νοῦσον ποιέει δηλοῖ ἡ ἐπίνοια.

XVII. Vbi nutrimentum vltra naturam capitur, morbum facit: argumento eſt & ipſa ſanatio.

Conualeſcens nec labore nec nimia ciborum copia ſunt fatigandi. Superiori Aphoriſmo quaſi vniuerſali theoremate ſummam præſentis Aphiſmi complexus eſt: hoc ergo vtemur ad præſentem Aphoriſmi demonſtrationem. Vult autem Hippocrates præſentem Aphoriſmũ illis accommodare, qui cùm a morbo conualuerint, liberalius ſe cibo & potu inuitant. Huiuſmodi enim iteratò laborant, & periculoſiſſimè. Hoc docuit Hippocrates exemplo mulieris, quæ ſeptimo die plenè iudicata cùm ſe eodem die liberalius inuitaſſet, poſtridie obiit. non ſine ratione. Nam calor naturalis partium ſolidarum infirmitate laborans ſtrangulatur, ſi multo cibo prematur. Etenim cõualeſcentes vt labor frangit, ita etiam repletio.

1 Cùm naturæ vires opprimit copia & frequentia vel qualitate, aut cùm non certa occaſione, ſed inopportunè præbetur. Referenda eſt autem ſemper cibi ſumpti mediocritas, ad naturam eius cui exhibetur. Nam panis ſiligineus huiuſmodi cibus ſtudioſo erit, foſſori verò non erit; habita etiam ratione conſuetudinis, quæ eſt altera natura. Ita qui conſuetus eſt non cœnare, ſi etiam parùm in cœna ſumat, ſupra naturam cibum cupit. nam licet ex Hippocratis mente dixerimus hunc Aphoriſmum applicandum eſſe conualeſcentibus, generaliter tamen etiam ad ſanos referri poteſt.

2 A cacochymia. nam in putredinem trahentur ſucci. Attamen diuerſum pro natura hominis & humoris conditione procreabit morbum. Cuius quidem morbi diagõſis, vt dicebat Herophilus, tritemporea eſt, hoc eſt, ex tribus ſignis, tẽpore diſtinctis, deprehẽditur antecedentibus, vt ex mali cibi vſu vltra naturam: & ex laſſitudine vltrò oborta. ex coniunctis, vt ex ſymptomatibus propriis humori morbifico, & parti affligitæ, & ex conſequentibus, hoc eſt, ex curatione: ita Hippocrates vaſculo ad pectus admoto explorat an ſit pleuritis vera, an ſolius coſtæ dolor. Sic in propoſito huius Aphoriſmi exemplo, ſi purgationem vel venæſectionem adhibeas ei, qui ſe multo cibo ingurgitauit, euentus docebit mali cauſam, à iuuantibus & lædentibus ducta indicatione. Cùm itaque vltra naturam quis paſtum init, grauis calamitas toti corpori imminet. Totum corpus diuidimus in triplicem regionem, nimirum aluinam, venoſam, & in habitum corporis. Quid negotij adferat his vltra naturam cibus? Sanè cùm eius cuictioni par non ſit aluus, crudos ſuccos proferr, vnde venti qui opprimunt diaphragma ac reſpirationem anxiam faciunt: vel in putredinem degenerant, vnde ab acri ichore exedũtur inteſtina, hinc teneſmi ac diarrhœa. Venoſum etiam genus fatigat infarctu, vnde putreſcunt ſucci nutritij; hinc cauſi. Habitum etiam corporis fœdat macie ac vlceribus. *Σημείωσις πάχους & aliud.*

XVIII.

Τῶν στερόντων ἰσχὺς καὶ τροφὴς, τροφείαι ἐγγίνονται καὶ διαχωρήσιες γίγνονται.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 395 sur 513

XVIII. Eorum quæ 1 affatim & 2 celeriter nutriunt, celeres etiam 3 existunt excretiones. *Alimenta.*

Continet hic Aphorismus signum consequens iustæ & legitimæ refectionis. Ratio itaque Aphorismi est, Æqualis est in corporibus bene constitutis ratio concoctionis, distributionis, & excretionis. Vt si celeriter fit coctio, celeris tum quoque fiat distributio, tum superfluitatum excretio. Nam vulgò dicitur, qui bene digerit, bene egerit. Impropriè hic vtitur voce τῶν τρεφόντων, pro cibis; qui propriè non nutriunt, sed quibus fit nutritio. Conualescentes durioribus cibis non sunt fatigandi: ne nimia mora opprimant naturam, ac cacochymiam accersant. quasi dicat, quos plenior victus grauat, reficiet debent potu, nam, vt antea dixit, facilius est refici potu quam cibo.

1 Affatim refertur ad substantiam alimenti, quia affatim id nutrit, quod alioqui conuenienter exhibitum, ventriculus æqualiter conficit, totúsque in eius mitificationem incumbit. Talis est succus carnis, ptisana pulticulæ quæ habent substantiam aëream, humidam, spirituosam.

2 Vt sunt alimenta εὔπεπτα, quæque nullam alienam qualitatem in ventriculo relinquunt, nec vllam stomacho quæ perturbationem adferunt, sed sunt vnicuique naturæ consentanea: quoniam nullum alimentum, vt etiam nullum medicamentum, omnibus est idem. Cuncta enim hæc dicuntur πρὸς τὸ ταχέως refertur ad tempus vt ilicò alant, cum quis eorum vsum init.

3 Cùm enim hi cibi sunt eupepti & meabiles; facilè coquuntur, distribuuntur, & excernuntur ex facili. Et reciprocè, quia facilè excernuntur mitigata, indicio est ex facili cocta ac distributa fuisse. Excernuntur aluo, vrina, sudore, vapore. Qui verò per sanitatem vsum ineunt eorum quæ facilè mitigantur, inde ducunt succum qui facillimè exhauritur; nec ita longæui sunt. At qui densioribus fruuntur, prolectant inde succum nutricium minimè dissipabilem: suntque longæui vt qui porcina & bubula carne se saturant, vires bouinas inde hauriunt. Sed si quis mitigare nequit illa duriora, illa færa illi erunt in omnem calamitatem: respondat cibus calori natiuo.

XIX. *Prognosis difficilis.*

Τῶν 1 ὀξέων νοσημάτων ἡ πάμπαν ἀζαλέης αἱ προδιαγνώσιες ἔτι τοῦ θανάτου, 3 ἔτι τῆς ὑγιείης.

XIX. Acutorum 1 morborum non omnino, & sine 2 dubio interitus aut 3 salutis sunt prædictiones.

Prædictio non sit temeraria; ne quidem in acutis morbis, quamuis eorum sit propria crisis: ita vt hac ratione certissimi euentus esse deberent. nam acuti etiam morbi aliquando, quamuis rarò, fallunt. Attamen intra quartum decimum diem cuncti iudicantur.

1 Hoc est, febrium essentialium & symptomaticarum, quæ cum vehementia sua percurrunt tempora, vniuersalia, non sine summa celeritate.

2 Quòd signorum, causarum, & corporum distinctiones difficillimæ sint; ac sæpe euenit, vt similitudine decipiatur optimus quisque medicus.

3 Multominùs temporis & speciei crisis eiusq; perfectæ aut imperfectæ. Sed quid hoc est, quòd non omnino certæ & sine dubio in acutis sunt prædictiones? an in alios etiam morbos cadit crisis quàm in acutos? Certè crisis propriè dicta cadit in hos solos. Hoc vult, Quamuis eorum propria sit fere crisis, à pepasmo materiæ morbificæ, & ab erethismo naturæ (vnde certa deberent duci præsagia) in admodum paucis tamen morbis acutis sunt certæ prædictiones: nam non cuncti illi sunt bene morati & eucriti. Sequuntur enim hi efficientis causæ naturam, cuius maxima est inconstantia. Vt cùm tempestates non tempestiuè fiunt. quemadmodum apud Hippocratem in illis morbis, in quibus ad generationem acerrimè bilis per tempus caniculæ, accesserat eiusdem corruptio & suppressio, vt tempestatis australis & pluuiolæ. vnde metastasi redduntur interdum lethales subitò, qui primò leuiusculi apparebant, vt nonnunquam, ex aduerso, calamitosissimi qui videbantur, deferbescunt diadosi. Vt rectè dixerit Celsus, monstra in Medicina euenire. Quare vt rectè præsagias, nota naturæ triumphantis vel triumphatæ argumenta constantia & firma: constetque tibi de morbi specie, parte affecta, humorum motu ac quiete, trium facultatum robore, & de diebus criticis. 1. Epidem. *Prædictio vt prudenter instituatur, regula.*

XX. *Conditiones variæ corporum.*

Ὁκόσοισι νέοισιν ἔστιν, αἱ κοιλίαι 1 ὑγραὶ εἰσι, τοῖσιν ἐπιγηράσκουσι 2 ξηραίνονται. Ὁκόσοισι δ' νέοισιν ἔστιν, αἱ κοιλίαι 3 ξηραὶ εἰσι, τοῖσι γηραιοῖσι μᾶλλον ὑγραίνονται 4 ὑγραίνεται).

XX. Quibus iuuenibus profusior 1 est aluus, iis senescentibus 2 contrahitur. Et quibus in adolescentia fuit 3 astricta, affecta ætate 4 soluitur.

Causa vna cur morborum acutorum non indubia sint prædictiones, nimirum ob varias corporum conditiones, quas distinguere difficile est. Hunc locum interpretatur Celsus libri primi capite tertio. Quasi dicat Hippocrates: Natura hominis eiusdem non est semper vna & eadem. Atqui varia corporis conditio, diuersas etiam excitat crises; & in eadem specie morbi: quia quò natura vergit, eò maximè crisium inclinationes fiunt. Imò varia corporis conditio facit eundem morbum nunc salubrem, nunc lethalem: Nam senex facillimè euasit. Item varia conditio morbos ex euentu, facit incurabiles.

1 Ob bilis acerrimæ prouentum, expultricem extimulantis: & ob alui infirmitatem à nimio æstu.

2 Quòd tunc bilis mitior reddita pituitescat, sitque dilutior, crassior, minúsque acris. Intellige, modò cetera sint paria, hoc est, modo eadem sit diætæ conditio. Accedit, quòd etiam temperamenti immutatione, sanetur vetus ille alui æstus, qui imbecillitatem aluo adferebat.

3 Corporis raritate, hepatis calore, & bilis ad superiora translatione.

4 Corporis densitate, & ob hepatis remissum calorem, & ob contrarium motum bilis. & hinc est quòd causi plerumque in senibus iudicentur cruentâ dysenteriâ, quod Bioni euenit. Galenus sequenti Aphorismo quadragesimo tertio, vltimis verbis commentarij sui, addit huic sententiæ, plerumque. Intelligenda hæc, vt semper seruetur in vtraque ætate eadem victus ratio. Sunt hîc enumeratæ quinque causæ à Galeno quæ stringunt aut laxant aluum. bilis exclusio ex folliculo fellis in intestina, & facultatis appetentis, retentricis, coctricis, expultricis robur aut languor: vt hæ facultates in ventriculo, intestinis, & hepate fuerint validæ & infirmæ. *Alui laxæ vel strictæ causæ.*

XX. 1 Ἀγρὴν 2 διάφορος λύσις.

XX. Famem 1 canina 2 thorexis eximit. *Vini generosi vis.*

Cautio restaurandi. Si quis à morbo conualescens, præter institutum ab exhaustu laborarit, ob inediam vnius diei quam imprudenter subiit, contineat se frigoris, caloris,

Acuti morbi etiam fallunt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 396 sur 513

ualoris, ac laboris vt ſit expers. cibum capiat parciore manu quàm conſueuit, nec eum quidem ſiccum, ſed humidum & pinguem, bibatque vinum non aqueum ſed generoſum, γλῆυκον vocant Graci, hoc eſt, gilvum.

1 Fames eſt genij defraudatio. Ea autem duplex eſt, naturalis, & non naturalis. naturalis fit ab exhauſtu & ſuctione. non naturalis naſcitur à ſuctionis ſolo excitato ſenſu, nullo præcedente exhauſtu: Hanc exuit thorexis. Nam eius cauſa eſt ſtomachi intemperies frigida & ſicca, vel acidus ſuccus qui ſtricto quodam frigore cogit ſanguinem venarum ventriculi. Verùm laxat ventriculum eumque calefacit thorexis.

Thorexis quid.

2 Id eſt, vini generoſi potio dulcis & pinguis: Thorexis vocabulum eſt politicum. idem enim eſt ac ſi dicas armaturam quandam thoracis. nam vini generoſi potio thoracem armare ac calfacere videtur. Ita à vini largiore vſu quidam iactant, ſe contra frigora ſumſiſſe armaturam.

XXII.

Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσοι αὖ γεγήραται νόσοι, ἐκ κένωσις ἴσῃ· καὶ ὁκόσοι κατὰ κένωσιν, πλησμονή. καὶ ἦρι ὄλυνθον ἢ ἐκ τοιαύτης κενώσιος.

XXII. Quemadmodum enim qui à ſatietate eueniunt morbi, 1 vacuatione curantur, ita qui à vacuatione proficiſcuntur, ſatietate: Ac pari ratione aliorum adhibita mediocri 2 contrarietate.

Hic Aphoriſmus cauſam continet, cur famem canina thorexis ſoluat. Non agit hic Aphoriſmus de omnibus in vniuerſum morbis, ſed de iis tantùm ſymptomatibus & malis, quibus vrgentur ij, qui à morbo vltra naturam cibum capiunt, vel genium ſuum qui defraudant. Huiuſmodi autem ſymptomata deſcribuntur libro ſecundo De victus ratione in morbis acutis, vt diſtentio ventriculi, corporis infirmitas, ructus acidus, oris amaritudo, cardiogmos. Ideò dum dicit Morbos incidere à ſatietate, καταχρηστικῶς huiuſmodi ſimptomata intelligit. Illæ enim ſolæ affectiones curantur refectione vel vacuatione, quæ ſunt ἐν γένεσι, nam cauſam adimunt pepaſmo materiæ morbificæ, & partis reſtitutione.

1 Quaſi dicat, quicquid rectum eſt, id moderatum eſt, omniſque exceſſus expers: ergo ſi quid deeſt, adiice: & ex aduerſo.

2 Id eſt, paulatim & non repentè ſi in vſum veniant, cum æquli contrariorum vſu fruendum eſt. ἐπανάλωσις eſt moderatus contrariorum vſus. Et naturæ intemperatæ, modico contrarionem vſu gaudent.

XXIII.

Τὰ ὀξέα ἐκ ἡμερῶν κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι ἡμέρῃσι.

XXIII. Acuti 1 morbi intra dies 2 quatuordecim iudicantur.

1 Enati ab humore calido & tenui cum febre continua eſſentiali. Nam qui acumen habent ob partem principem quam occupant, in criſin non veniunt, vt appoplexia. Loquitur ergo de acutis qui febrem eſſentialem habent, quique ſimpliciter Acuti dicuntur.

2 Tunc enim incidit ſubita mutatio ad ſalutem vel mortem, ad melius vel deterius. Hæc mutatio celeritate & vehementiâ motus perficitur, qui certamine naturæ & morbi ſuſcipitur, motu, putredine & ſynathriſmo perficitur. Hinc longa eſt quartana ab indomita materia. Et quantum vlteriùs morbi proceſſerint, tantum ea perturbatio, quæ præcipitem immutationem fecerat, langueſcit.

Criſis.

3 Quod longiſſimum eſt. Nam quos in morbos frequentes & magnæ cadunt mutationes, breui iudicentur neceſſe eſt, ſi non impediatur eius curſus diætâ aut pharmaciâ. Numerus hic quatuordecim dierum vel ad hiſtoriam morbi, vel ad proſtheſin eſt referendus. Ad proſtheſin, cùm primùm qui languebat morbus poſt paucos dies in acumen & vehementiam explendeſcit, hoc enim non ferret natura vltra quatuordecim dies. Hæc vehementia interdum primo die exiliit, nonnunquam quarto die, aliquando ſeptimo. Hinc eſt, quòd quidam decimoſeptimo die ad criſin veniant, alij vigeſimo. Quare ſi morbus perperacutus fuerit, tertio vel quarto die iudicatur. Si fuerit peracutus, quinto vel ſeptimo criſin ſubibit. Quodſi acutus ſimpliciter ſit, & incunte morbo vehementia quædam adſit, is decimoquarto iudicabitur. ſed ſi is vſque ad quartum diem modeſtè afflixerit, ac dein acerbiùs, is decimoſeptimo finem inueniet. ſin repſerit ſine acumine ad ſeptimum vſque diem, ac tunc ſi emicare vis eius inceperit, is ad vigeſimum prouchetur. Si verò acerbior aliquantulum preſſerit acutus ab initio morbus, vndecimo die iudicari poterit, vel etiam nono. Quare comperta tibi ſit ſemper magnitudo morbi, & motus eius. Concludit hîc elegantèr Galenus, vbi ait, Nullus morbus, qui cùm primùm intuaſit celeriter mouetur, decimũ quartũ diem ſuperauit. Quare cùm ad, eâ vehementiam erigit ſe, ab eo tempore etiam decimum quartum non prætergredietur: nam vltra illum diem natura illam vexationem acerbam pati nequit. Si ſe remiſerit, tunc excurrit longiùs: nam, inquit Galenus, ſunt quidam morbi qui inæquali mouentur filo, qui diebus quibuſdam vehementer premunt, ſed mox eam vehementiam exuunt.

Quâ ratione acuti morbi omnes 14. diebus iudicentur. Tardioris cauſa criſis.

XXIV.

Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη δηλοῖ· ἑπτὰς δὲ ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχή. Θεωρητὴ δὲ ἡ ἐνδεκάτη· αὕτη γὰρ ὅτι τετάρτη τῆς ἑπτάδος· ἑβδόμη δὲ πάλιν ἡ ἐπτακαιδεκάτη· αὕτη γὰρ ὅτι τετάρτη μετὰ τὰς τεσσαρεσκαιδεκάτας· ἑβδόμη δὲ, ἀπὸ τῆς εἰκοστῆς.

De ſeptimanis quæ per quaternarias digeſtæ ſunt.

XXIV. Septenorum 1 quarta eſt index: octaua 2 ſecundæ ſeptimanæ initium. Obſeruabilis & ipſa 3 vndecima: 4 alterius enim (ſecundæ ſeptimanæ) quarta exiſtit. Iterúmque dies decimuſeptimus obſeruabilis: is enim à quartodecimo 5 quartus eſt: & ab vndecimo ſeptimus.

Docuit nos ad criſin excurrere morbos acutos intra dies quatuordecim. Cùm verò ſigna quæ ad ſpeciem criſis appârent; (vt anteà docuimus) calamitoſa ſint, niſi præceſſerint ſigna apparentia ad tempus criſis; iam docet quibus diebus illa (quæ ad tempus appârent) elucere ſoleant: quaſi dicat: Si decimuſquartus dies eſt criticus; qui ergo dies ſunt indices dierum criticorum?

1 In acutis; vel periodi in intermittentibus. In acutis autem vehementibus, ille ſeptenarius numerus referri debet ad hiſtoriam morbi: in acutis verò qui primùm mitiores, ad proſtheſin, id eſt, ſymptomatum acceſſionem. Eſt autem quaternatius index ſeptenarij, quòd ea periodo ephodos fiat naturæ & morbi. Eſt quartus diei index ſeptimi, quia nihil fit ſeptimo die critico, niſi illius ſignũ edatur die quarto.

2 Altera hæc ſecunda ſeptimana finitur decimoquarto die, eodemq; die illo decimoquarto incipit tertia ſeptimana. Ita tres ſeptimanę terminantur vigeſimo die. Ita etiã tres ſequentes quadrageſimo. Primi illi duo ſeptenarij ſunt diſiuncti. Primus autem ſeptenarius ex duobus quaternariis eſt cõſtitutus. Quod autẽ in acutis morbis dies eſt, hoc in intermittẽtibus eſt periodus. Quare ineptè rogãt Medici in intermittentibus, quot dies æger laborauerit. Synapheia eſt iunctura & coitio

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 397 sur 513

dierum; vt cùm idem dies finis est secundæ hebdomadis, initium tertiæ. Diezeuxis verò est separatio.

3 Si ad historiam morbi referatur. Nam critici septenarij rationem obtinere potest, si referatur ad prosthesin (hoc est, symptomatum efflorescentiam) quæ incidit die quarto.

4 Cuius initium est octauus dies. Sunt itaque duæ primæ hebdomadæ secretæ à se inuicem: vndecima hæc dies, secundæ hebdomadæ quarta est.

5 Vnde fit, vt iudicis quoque rationem obtineat, si referatur ad prosthesin quæ in vndecimum diem cadit: indicandi verò rationem obtinet, si referatur ad vicesimum diem. Criticorum dierum tria sunt genera: quidam sunt indicantes ἐπίδηλοι, & quidam iudices, alij verò intercalares. Indicantes sunt in quibus appârent signa ad tempus vel ad speciem crisis. Iudices sunt, in quibus fit critica excretio vel abscessus. Intercalares, quibus absoluitur id quod in die iudice desiderabatur. Ad vigesimum vsque diem per quaternarios ascendimus, quorum vis post vigesimum diem perit. Et nunc demum ad quadragesimum vsque diem ascendimus per tres septimanas. Iterumque prima septimana harum est integra, secundæ autem finis etit initium tertiæ, vt 27. 34. 40. Horum quoque vis post quadragesimum perit. nam à quadragesimo (ibi enim omne acumen desinit) ascendimus per vicinarios, vsque ad centesimum. Sed obiicies, Hermocrati recruduit febris vicesimoquarto die. Ergo vis quaternariorum durat vltra vigesimum diem. Respondemus, eam recruduisse eo die; non ex conflictu naturæ & morbi, sed, quemadmodum ibi commentatur Galenus, ex putredinis vi sparsa per totum corporis habitum; extincto penè calore nativo: nam vndecimo die factus fuit comatosus.

3. Epid. 1. Historiæ.

XXV.

Crisi etiam opus est quartanæ.

Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται· βραχέες· εἰ δὲ φθινοπωρινοὶ μακραί, καὶ μάλιστα οἱ ἀπὸ τῶν ἡμιτρίτων καὶ ἀπλοῦντες.

XXV. Æstiuæ quartanæ maximam partem sunt; breues, autumnales verò sunt longæ; maximeq. quæ proximè absunt ab hyeme.

Est ætiologia superioris: vt acuti diebus, ita longi mensibus indicantur. quasi dicat, In essentia dierum criticorum continentur quartanæ, quamuis sint difficilis iudicij: quasi dicat, nemo defungitur quartana sine crisi.

5 Quæ diætæ vitio in ætatem incidunt, indeque primigeniæ nascantur quaternæ, non erraticæ, non symptomaticæ. Æstiuas vocat quartanas, quemadmodum alibi carbunculos æstiuos: non temporis sed diætæ vitio enatos. Loquitur enim hîc de æstate quæ naturalem suam seruat conditionem. Limitatus est hic Aphorismus ad solas quartanas essentiales & primigenias: quia hæ solæ periculi sunt expertes.

2. Epid. 3. Epid. 3. 4.

2 Si enim non à diæta, sed ab inclementia aëris nascantur, vbi sero sus humor æstu absumptus est, longæ enadunt.

3 Quod cæli beneficio faciliot apparent pepasmi & excretionis ratio. Aëris enim calidi conditio pepasmum iuuat: & meatuum eo tempore libertas excretionem promouet. Intelligo tamen hîc, modò vires sint validæ, vt ad naturæ vim accedat peculiaris cæli conditio.

4 Magnitudine causæ, difficultate curandi, & symptomatum accessione. Magnitudinem causæ facit aëris quod præcessit vitium, ac improba victus quæ præcessit ratio. exhausto enim corpore per ætatem, si accesserit diætæ vitium, superstite empyreumate ab æstate, vnde contracta fuit hectica quædam intemperies, difficiles accendunt quartanæ. Difficultatem curandi facit materiæ contumacia, & meatuum eo tempore angustia.

5 Quia nihil exudat, & materia est contumax. quasi dicat, vt concedam hyeme ventres esse calidos, tamen propter materiæ contumaciam & libertatem meatibus negatam, qua fundi nequit, longa fit. Quoniam dixerat superiùs acutos morbos quatuordecim diebus iudicari, rectè docuit quidem, quandoquidem id obtinent morbi ratione sui, & substantiæ suæ, vel speciei, fiunt tamen crises celeriùs vel tardiùs, vt temporum anni accesserit ratio varia. Hoc ex quartanarum historia hoc Aphorismo docet. Quia temporibus bene moratis morbi qui incidunt bene quoque sunt morati: qui verò incidunt temporibus malè constitutis, inconstantis sunt & incerti iudicij. Meminit autem Hippocrates quartanarum, quasi dicat; Ea quæ tradita sunt de crisibus & de diebus criticis, non solùm accommodari debent ad morbos acutos, sed etiam ad diuturnos. Vt ostendat Medicum nunquam falli posse, si modò probè tenuerit regulam dierum criticorum. Nascuntur etiam quartanæ symptomaticæ ab infarctu iecoris vel splenis: hæ tertio mense excretione morbificæ materiæ excluduntur per vrinas nigras aut per hæmorrhoïdas. Alij semestri tempore ad nouam ætatem, quibusdam nono mense, vt Iunio, quo, inquit doctissimus Holerius, cerasia sunt matura. vnde, inquit, vulgo persuasum est, ea sanare quartanas: quod tamen Anni calor facit. Quod hîc scribit de longissimo morbo, id est, quartana, idem de omnibus intelligendum esse asserit hîc Galenus. Vbi emicuit natura, & cùm vrina non sit inflammata, purgetur electario Indo, & confectione hamech. Et altero die sumat ex aceto vel vino drachmam huius pulueris. Accipe zedoariæ, galangæ, zinziberis, cuiusque drachmam: sumat ante paroxysmum. Quidam ipsa hora nouilunij scindunt venam sinistram saluatellam. Sed id non agatur die paroxysmi. Thaddæus ter ante ternos paroxysmos drachmam dabat radicis gentianæ recentis ex maluatico vino, frigide.

Sensus Aphorismi.

Remedium.

XXVI.

Πυρετὸν δεῖ ἀποσκοπεῖν, ἢν κρίσεις, ἢ ἀσιτιῶν δεῖ ἢ πυρετοῦ.

XXVI. Etenim febrem conuulsioni superuenire satius est, quàm conuulsionem febri.

Quasi dicat, non solùm ordinaria naturæ & morbi ephodo & crisi curationem recipiunt morbi, sed etiam accedente à foris beneficio, eóue destituti, diutius protrahuntur, vel celerius curantur. Nam hac ratione in puerorum epilepsia non expectatur ætatis mutatio, si superuenerit quartana. Sic hoc loco, ante conuulsionis ordinariam pepasmi diem, soluit conuulsionem superueniens febris. Demonstratio autem Aphorismi hæc est, Omnis affectio hectica partium solidarum est insanabilis: Conuulsio autem ab inanitione symptoma est partium solidarum exhaustarum. Febris autem exhaurit partium solidarum humidum primigenium: Ergo conuulsio febri superueniens, est ab inanitione. Contrà, febris materiam conuulsionis mitificat, dissoluit & excernit, nernos siccitate solidat. Ergo bonum est conuulsioni superuenire febrem. Sic singultus dysenteriæ superueniens, sic tremor pleuritidi, & conuulsio iis quibus oaput est sauciatum superueniens est funesta. Sed dices ex Hippocratis sententia, Conuulsio febri superueniens in pueris non est lethalis. Respondemus, considerandum esse, an ea conuulsio quæ febri superuenit, instrumenti solius vitio accidat, an principis facultatis vitio; vt dentium stridore per somnum: hoc enim est calamitosum, nisi sit adormire consueuerit, inquit Galenus: vt accidit in his, quibus musculi masseteres

Beneficio quodam non ordinario sui morbus.

Quæstio. 3. Progn.

maſſeteres ſunt breuiores. Niſi id vitium ergo inſtrumentorum vitio euenit: quemadmodum in pueris febricitantibus incidit conuulſio ob genus neruorum imbecille: nam muſculi his facilè velluntur. Secundò dicet quis, Scribit Hippocrates in Coacis, ſi vnà cum febre conuulſio incidit, eodemq. die remittit, bonum: & febri finem imponit. Reſpondemus, quòd conuulſio quæ ineunte febre incidit, ſi nihil præceſſit quod vires labefactârit, necdum infirmitatis adfuerit metus: periculi eſt expers. nam ea conuulſio fit à repletione, à materiæ motu, à venis ad muſculos. Ideóque euacuatur veneſectione vel purgatione: Sedatur, quod longiſſimum eſt, tertio die. Ab inanitione cùm nobilis vir acerbiſſimis doloribus, à conuulſionis vi natis, ferè necaretur, D. Guillandinus eum iuſſit totum cado olei immergi; vnde præclarè recreatus fuit.

Remedium cum hiſtoria.

1 Si analogia fuerit materiæ morbificæ, non minor nec maior. Quare ſi vltrò obnaſcatur, erit fœlicior euentus. quidam quò febrem accerſant propinant caſtoreum, vel aſſam fœtidam ex vino cum melle.

2 A repletione, quæ fit à materia frigida, & ſubitò inuadere ſolet.

3 Nam diſcutit materiam craſſam: dicit id ſatius eſſe: nam non ſemper iuuat.

Corallii proprietas.

4 Ob inanitionem. Corallum proprietate iuuat.

5 Ardenti ac exhaurienti, ob curandi difficultatem: longâ enim die opus eſt vt reſarciatur exhauſtum: interim febris, incendium, & conuulſio vrgent ac proſternunt.

XXVII.

Τοῖσι μὲν χρὴ λόγῳ προσέχειν, ἔργῳ δὲ μηδαμῶς· μηδὲ τοῖσιν λίθοις τὰ ἰσχυρὰ γινόμενα καὶ φαρμάκοις. Τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιούτων ὄφελος ἀδόκητον, καὶ ἐς πάντα τὰ διαβρήγνυ μηδὲ χρηίζειν εἴασιν.

Contra præſtigia Magoram.

XXVII. His quæ ſine certa ratione deprehenſaque cauſa leuant, acquieſcendum; non eſt: neque veteri admodum de iis, quæ abs re & ſine cauſa praua appârent. Horum enim plura ſunt inſtabilia, nec diutius cunctari poſſunt.

Hoc Aphoriſmo excluduntur omnes vetularum & veneficarum præſtigiæ & impoſturæ, quæ carminibus colloque appenſis ſubitò morbos leuant, ſed qui poſtea retrudeſcant. Pericles dux prudentiſſimus Athenienſis paſſus eſt in magna illa peſte quædam carmina ſibi è collo ſuſpendi. Quod factum ita prudentibus diſplicuit, vt poſtea ſine honore vixerit, autore Plutarcho.

1 Sine cauſis & ſignis criticis, morbo & naturæ conſentaneis, iiſdemque iuſtis. Vt ſi in cauſo, ſine vllis præambulonibus notis ad tempus futuræ criſis, ſubſtillum oboriatur ſanguinis puri, guttis paucis manans; infida alleuatio erit, ſi quæ ſequatur. nihil enim paucum eſt criticum. vel ſi per morbos acutos, qui ſumma ſymptomatum feruntur vi, ſine vlla excreta materia, alleuari videantur ægri; infida illa ſpes eſt. Nam morbi acuti habent ſuam hyparxin in materiâ, qualitate & copiâ vitioſâ, quam ſecerni & excerni oportet.

2 Hoc interdum euenit à titubante naturæ vi, qua de cauſa nulla ſuſcipitur naturæ cum morbo ephodos. Vt etiam cùm maximus ardor in hexin migrat: ſua mala non æquè ſentiunt ægri. Ita pleuritis in phthiſin, colicus dolor in paralyſin: pertinaces vigiliæ per febres acutas, in ſoporem calamitoſè commigrant.

3 Vt appâret in Hermocrate, qui vndecimo die apprimè leuatus fuit; ſed fruſtrà: nulla enim excluſio critica præceſſerat. Veritas huius Aphoriſmi oſtendi poteſt exemplo eorum qui à rabido cane demorſi fuere: nam quo diutiùs hi mali expertes eſſe viden-

Canis rabidi morſus.

tur, eo grauius ægrotabunt. Nam virus illud intùs vires colligens, tandem ſubſtantiam partium ſolidam labefactabit. Quo verò celeriùs ſe produnt eius ſymptomata, eo facilior erit morbus.

4 Cuiuſmodi ſunt perturbationum criticarum ſymptomata, & notæ iam iam futuræ excretionis per deiectiones, haimorrhagias, ſudores, & quæ ſunt eiuſmodi; vt validus rigor, vel febris excandeſcens, ſubitaria ſpirandi difficultas. Cùm enim ſigna pepaſmi illuxerint perfecti, ſi quid grauius incubuerit abre, non malè vereri oportet: triumphalem enim manum mox natura efferet. Cùm enim iam ſigna appareant, quæ notant ſpeciem mox futuræ criſis, nos conſolantur ſigna quæ præceſſere ad tempus criſis. Hæc ergo vulgo metum, Medicis ſpem adferunt.

XXVIII.

Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντελέως τὸ σῶμα, ἢ ἧσσον τὸ σῶμα, ἢ ἧσσον σωτήριος· μᾶλλον τε χρὴ λόγῳ, μηδὲν ἐνδιδόναι· τὸ γὰρ ἔργῳ μανθάνειν ἐστὶ ὀλέθριον.

Virium dignotio, & num excurſurus ſit morbus in longum tempus.

XXVIII. Si febricanti nec omnino 1 leuiter, ſuo ſtatu maneat corpus, nihilque concedat; morbo, aut hoc etiam plus 4 æquo gracileſcat, calamitoſum: hoc enim diuturnitatem; morbi, hoc verò 6 infirmitatem ſignificat.

In morbis acutis diagnoſis prolixi morbi ac effœtarum virium vnde ſit petenda. Hoc enim Aphoriſmo conſiderat peculiarem ægri naturam; vt inde cognoſcatur quàm breuis ſit futura morbi hiſtoria. Magna eius vis poſita eſt in habitu corporis: hoc eſt, in denſitate vel raritate, & humorum congenitorum conditione, ad celerem vel tardam morbi ſolutionem. Superiore enim Aphoriſmo oſtendit externo beneficio morbum longiorem vel breuiorem fieri: hîc autem, vt dixi, peculiarem ægri naturam conſiderat.

1 Non dicit ſimpliciter febricitantium, ſed non leuiter febricitantium. nam qui non leuiter febricitant, iuſtam habent extenuationis cauſam, vim caloris, genij defraudationem; ac per patulos poros exhauſtum. Sed ſi mediocris, dicit, febris fuerit, non grauiſſima, non leuiſſima.

2 Id eſt, ſi nihil à ſtatu ſuo immutetur priſtino, in corporis mole. modò vberioris alimenti oblati iam excuſatio adferri non poſſit.

3 Acuto.

4 Dicit *μᾶλλον τῷ χρὴ λόγῳ*. Id eſt, plus æquo; relatione facta ad vim febris; ita vt nulla excuſatio adferri poſſit, ætatis puerilis vel ſenectutis, neque regionis, neque temporis anni, neque peculiaris ægri corporis: nam corporum raritas & humorum tenuitas ad macredinem via eſt, per *ἄϋπνον διαπολῶ*, vigiliarum, curarum, inediæ, maximæ febris, diuturni morbi, motus. Et ſi appareat facies illa cadaueroſa.

5 Ob corporis denſitatem & plurimam crudam materiam morbificam: quæ duo ſequuntur pepaſmi & excretionis difficultatem.

6 Quæ mala vt ſignum, & vt cauſa. vt ſignum, quia arguit vim caloris præter naturam cuncta diſſipantis. vt cauſa verò, quia non ſolùm in hoc caſu ſunt diſſipati ſpiritus & humores, ſed etiam ſunt exhauſtæ partes ſolidæ. Exhauſtis autem partibus ſolidis, omnis ratio pepaſmi deſideratur. Hinc eſt quòd in effœto ſenio, per morbos non bene ſit ſperandum.

XXIX.

Ἀρχομένων τῶν νούσων μὴ δοκέειν κινέειν, κινεόντων ἄκμα ζοντων δὲ κινέειν ἐστὶ βέλτιον ὄν.

Euacuationis quando locus.

XXIX. Ineuntibus 1 morbis ſi quid 2 mouen-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 399 sur 513

dum videatur, 3 moue: nam iis 4 vigentibus 5 quiescere satius est.

Absolutis his quæ ad diætam acutorum morborum pertinent, redit ad purgationes. Spectat enim hic Aphorismus ad explicationem aphorismi vigesimi secundi & vigesimi quarti libri primi.

Vbi initio purgandum.

1 Quo tempore mutatio symptomatum fit potissimum. Ineuntibus itaque morbis: Id est in initio vniuersalis temporis morbi, vel periodi aut paroxysmi singularis. Hoc est, in prima incursione, vel intra primum quaternarium, cùm adhuc cruda sunt omnia: videtur incrementum etiam complecti, nam ilicò ὀξέα δκμῆς loquitur. Vbi materia segregata est à materia morbifica. vt quæ in ventriculo & mesarrhaïcis consistit. Hæc sine dubio in initio est educenda, quæ sæpe obtinet propria symptomata. Sed febrilis materia non est tentanda pharmaco, nisi cocta sit tota in morbis acutis, imitatione naturæ: vel in longioribus morbis aliquo modo sit cocta.

2 Vt si humor vitium faciat in prima corporis regione, aut si materia morbifica turgeat, quod ferè fit ineunte morbo, non autem cùm iam prouectus fuerit: quia omnis orgasmus cadit in principium morbi.

3 Vt si quis initio paroxysmi vomituriat, exhibebis oxymel, vt euomat, ineunte paroxysmo, per superiora: in declinatione autem intermissione, per inferiora abduc: Liberior ab hac sarcina reddita natura, quod reliquum est mitigabit faciliùs. In initiis enim morborum vires ab exhaustu plerumque non laborant. Nam hic Aphorismus non collineat ad tempora morborum, sed ad vires, auctore Galeno, libri ad Thrasybulum capite trigesimo octauo. Phlebotomiâ vel pharmaciâ materia educatur; & orgasmus reuellatur, quo morbi acerbitas minuatur.

Gal. lib. Quos & quando purgare oportet.

4 Cùm nimirum incendij & symptomatum plena sunt omnia. Eo tempore, dicit hîc Galenus, animalis satisfit facultas: quamuis alioqui vitalis & naturalis eo tempore maximè vigeant.

5 Ne à pepasmo, cui incumbit, natura auocetur, nec ab inclinatione sua auertatur, materiaque nec cedat medicamento attrahenti, nec naturæ excludenti: tum, antequam corpus incendio maximè conflagret.

XXX.

Cur initio purgandum.

Περὶ πὰς 1 ἀρχὰς ἢ τὰ 2 τέλη, πάντα ἀδυνατώτερα· ἀεὶ δ' πὰς ἀκμὰς, 3 ἰσχυρότερα.

XXX. Nam 1 principio & fine 2 morborum imbecillia sunt omnia: in vigore verò 3 vehementissima.

Ætiologia præcedentis Aphorismi.

1 Quasi dicat, ad vires validas, ineunte morbo (quamuis premantur à causis morbificis) accedit infirma symptomatum vis, sine vllo incendij maioris metu: quo fit, vt si quid eo tempore mouendum sit, conuenienter moueri possit. Nam licet materia quidem in initio contumacior sit, tamen eam contumaciam in initio corrigere potest naturæ vis integra adhuc, necdum symptomatum vi languida. In initio ergo inuitat materia, suadet naturæ vis, non auocat symptomatum grauitas. Nam ineuntibus morbis, nondum irritata est natura à perfecta putredine.

In declinatione cur purgandum.

2 In declinatione, materiæ præparatio, & effœta symptomatum vis occasionem purgandi suppeditabit, si quid à morbo relictum sit. Tametsi enim eo tempore natura languida sit, & morbi vehementia fracta, ob materiæ tamen præparationem purgare licebit. Nam edita iam pepasmi signa, & phlegmasia est sublata.

3 In perfectâ putredine & irritatâ naturâ.

XXXI.

Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης 1 ἀνιστάντι, μηδὲν 2 ὀπτιδίδοναι τὸ σῶμα, 3 μοχθηρόν.

Vbi purgandum & à cibo demendâ.

XXXI. Cui à morbo cibum optimè 1 capienti non 2 confirmatur corpus, 3 malum.

Conuenit hic Aphorismus cum octauo.

1 Si plena manu pastum ineat; cibique appetentia adsit.

2 Si corpus non proficiat mole & colore.

3 Vt signum labefactatæ naturalis œconomiæ, & exhaustarum partium solidarum: vt causa recidiui morbi, præsertim si quis liberaliùs se inuiter. Deme itaque ex copia alimenti, & pharmaciâ exige cacochymiam: abnuit enim corpus tale alimentum. Dicebat enim Hippocrates: Qui aluos habent calidas, hoc est, cacochymiâ fœdatas, carnes habent frigidas, hoc est, non attrahentes suum nutricatum ex illo sanguine cacochymiâ fœdato. Purga rhabarbaro, vel agarico & foliis sennæ: deinde vsum pilularum de hiera cum agarico, adiecto pauco rhabarbaro, ineat.

Vsus huius Aphorismi.

XXXII.

Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ 1 φαύλως ἔχοντες, καὶ 2 ἀρχὰς λαβόντες 3 εὐστόχουσι, καὶ μηδὲν 4 ὀπτιδίδοντες, ἀφὶς τοῦ τέλους πάλιν 5 ἀσθενέουσιν. Οἱ δ' 6 καὶ ἀρχὰς μὴ λαβόντες ἰσχυρὰς, 7 ἐς δὸν εὐστοχέουσι, βέλτερον 8 ἀπαλλάσσουσιν.

Notæ perfectæ vel imperfectæ crisis.

XXXII. Ferè fit vt qui malè 1 affecti si 2 ineunte cibi vsu auidè cibos 3 capiunt, ac nihil 4 edendo proficiunt, ad extremum; inappetentes fiunt. Contrà, 6 qui ineunte cibi vsu, nihil omnino appetunt, paulo pòst 7 edendi appetentes, 8 meliore sunt loco.

1 Id est, qui nondum conualuere, sed conualescunt iam à morbo; ita vt adhuc ambigua fruantur valetudine.

2 Illud principium non refertur ad tempus vel principium morbi, sed ad principium vsus ciborum. Hoc est, cùm iam primùm necessariò, vel iure aut loco cibum capere debent. Necessariò capit cibum cui vires sunt infirmæ; vel robustæ quidem, sed cum infirmitatis metu. Iure capit, cùm signa coctionis eluceant: vt in pleuritide cùm os ægri humescit ab expectorato. Loco verò, cui clysmate subducta fuerit aluus.

Quid sit cibum necessario, iure & loco capere.

3 Excitata non quidem ventriculi appetentia à suctione: sed sensus suctionis excitatur à prauo & acido quodam humore, qui fortè excidit à liene, vel vicinis partibus: hinc falsa excitatur appetentia, sine vlla suctione, propter corporis impuritatem.

Falsæ famis causa.

4 Nam venter conficere non potest quantum appetit. Ita etiam in præsente morbo, si quis appetat & comedat liberaliùs, auocatur natura à pepasmo.

5 Quòd tandem facultas resoluatur quæ est cibi appetens, adiunctæ cacochymiæ vitio: quia ventris impuritas, omnium confusio. Quasi dicat, Itaque purga aluinam regionem à tali prauo succo qui falsam appetentiam excitat. Da cassiæ vncias, cum speciebus hieræ simplicis scriptulo, vel duobus cum scriptulis.

Vsus Aphorismi.

6 Ab immutato ventriculi temperamento, habitu, & actione, scilicet sine vlla humoris deprauatione.

7 Restituto ventriculo.

8 Et restituantur: nam recreatur aluus quæ asciam peperat. Ergo præstat abesse appetitum, quàm adesse appetitum cum absentia suctionis. Nam fit interdum, vt humor putris circa os ventriculi obtrans, aut calor febrilis ciborum fastidium adferat, citra vl-

sum

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 400 sur 513

lum vitæ diſcrimen. Et quia illa impuritas adeſt, in ventriculo, propterea ſuctionis ſenſus non adeſt, quâuis alioqui naturalis adſit cauſa ſuctionis, nimirum exhauſtio.

XXXIII.

Ab animalis facultatis robore notæ prædictionũ.

Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐρρῶσθαι 1 τῇ διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς 2 τὰ παρεόντα, 3 ἀγαθὸν· τὸ δὲ 4 ἐναντίον, 5 κακόν.

XXXIII. In quouis morbo* animo bene 1 valere, ac rebus conuenienter 2 datis gaudere, 3 bonum. 4 Contrarium verò 3 malum.

* mente

Quaſi dicat, quamuis acutorum omnium morborum non indubitatæ ſint prænotiones, tamen qui iuuẽti ſunt cum actionum integritate, tandem vi naturæ domantur.

1 Hoc eſt, ſine vlla verborum abſurditate, ſineque indecora corporis compoſitione, & morum diſſimilitudine, ſineque præſentis laboris indolentia: ſique poteſt imaginando, ratiocinando, in memoriam reuocando ſuum officium facere. Hinc ſignificatio fit cerebrum, meningas, diaphragma integra eſſe. Διάνοια, γνώμη, νοῦς idem Hippocrati.

2 Hoc eſt, bene coquere, diſtribuere, & excernere. Gaudere, id eſt, proficere vſu. Aluinæ œconomiæ integritatem hæc denunciant, ventriculum, iecur, correctè agere.

3 Salutare. nam bonis fit & appâret ægri rebus, eò quòd contra materiam morbificam pugnet integræ naturæ virtus. Bonitate naturæ ſi morbi ſuperantur tandem: quod Cleonactidæ euenit.

5. Epid. 4 Delirium ſemper malum: vt in Cydis filio, & in vxore Hermoptolemi.

5 Nam ex iis, facultatum, quatum potentiâ corpus adminiſtratur, virtus autem infirmitas ſignificatur. Malè autem ad morbi vim accedit naturalium virium imbecillitas.

XXXIV.

Diſſentaneus morbus periculoſior conſentaneo.

Ἐν τῇσι 1 τοῦ ζόσιος ἤσσον 2 καὶ ὠφελιμώτερον εἶναι ἀπεικεῖν τὸν 3 βύσσιον καὶ τὸν 4 ἡλικίῃ, καὶ τὸν 5 ἕξιος, καὶ τὸν 6 ὥρῃ, ἢ 7 νοῦσον ἣ μᾶλλον· ἔνι οὖν 8 μᾶλλον καὶ τὸ τοιοῦτον.

XXXIV. In 1 morbis minùs 2 periclitantur quorum 3 naturæ & 4 ætati, & 5 habitui & 6 tempori congener eſt magis morbus, quàm quibus 8 nulla ex parte eſt conſentaneus.

Diſputatio exigit vt agat de difficultate curationis, eò quod quidam morbi ratione naturæ & ſimilium ſunt calamitoſi vel ſalutares. Adeóque horum ratione euenit, vt qui ſpecie ſint morbi ſalutares, quibuſdam tamen ſint funeſti. Videtur autem prima fronte abſurdiſſimus hic Aphoriſmus, & qui minimè omnium demonſtrari poſſit, nam quoties ad exitioſam vim morbi, acceſſerit naturæ conſenſio, periculoſiſſimè ſe habere debet æger. Vt ſi tabidi naturâ (quales hi quibus alarum more ſcapulæ in dorſo prominent: nam pectus his anguſtum eſt) in tabem inciderint, maximæ ex parte moriuntur, ex Hippocratis ſententia, vbi ait, Moriebantur quorum natura vergebat ad phthiſin. Item adoleſcens calidiſſimus ſi in calidiſſimam febrem inciderit, quomodo non poteſt periculoſiſſimè laborare? cum malum malo cumulatur, & quòd ad intemperiem ipſam calidam acceſſerit morboſa intemperies calida. Hæc omnia ſalno vnica ratione. Eo quòd morbi partes magnitudine, causâ, ſymptomatis & curandi opportunitate facilius curantur in iis quibus ſunt congeneres, quàm in aliis: Abitum enim extra naturæ lineam non grandem ſignificant.

Abſurditas Aphoriſmi reſellitur.

1. Epid.

Solutio.

1 Magnitudine cauſæ, ſymptomatum vehementia, & curandi opportunitate paribus. Committite talem morbum cum duobus corporibus, quibus eſt diuerſa contrariaque conditio.

2 De vita, aut de actione corporis. nam immanis cauſa morbifica non facit illum morbum, propterea que non tanta ſymptomata vrgent: & hæc cauſa eſt, quòd facilè curentur.

Quæſtio, 1. Probl. 79. 3 Id eſt; temperamento vniuerſi corporis. Sed obiicies ex Aphrodiſæo: Æthiopes moriuntur ex febribus ardentibus: quæ illis ſunt congeneres. Reſpondeo: Hoc illis euenit quòd pauca quæ illis eſt natura aërea, hîc extinguatur facilè magnitudine ſymptomatum, non magnitudine cauſæ. Scoti verò ſua in patria magnitudine cauſæ magis opprimuntur: nam bilem hyeme procreant.

4 Ætas enim vertit corporis temperiem: & in ea ſunt humorum variæ conditiones, qui modo ſurſum, modò deorſum viam affectant. Infanti lumbrici, iuueni tertiana, euenit.

5 Conformationi corporis vniuerſi, & ſingularum partium.

6 Nam eucriti fiunt morbi, qui commodis ſibi temporibus eueniunt.

7 Eſſentiâ, materiâ, periodo, paroxyſmis, & ſymptomatis.

Quæſtio. 8 Cauſæ enim immenſam denotat potentiam; vt ſi ſenex ex cauſo laborârit media hyeme. Difficultatem adfert Galenus, & ex eo Auicenna, nam Galenus *1. Prog. 42.* author eſt Peripneumoniam minus periculi habere quàm biliosam. Pulmonum autem temperies eſt calida, minimeque frigida. Quare pituitoſa pulmonis phlegmone parti non erit analoga: ergo & periculoſior. Quidam reſpondent temperiem eſſe diſtinguendam, in naturalem & aſcititiam: nugæ. Intellectus Aphoriſmus accuratè pro ſe reſpondebit. Dicit Hippocrates eos morbos minùs calamitoſos eſſe, qui analogiâ reſpondent temperiei, & talibus. Ex qua ſententia malè inferas; Hic morbus eſt analogus temperiei ægri: ergo minùs periclitatur. Nam vix fieri poteſt, vt aliquis morbus reperiatur, quin ratione alicuius rei non ſit analogus; & ratione alicuius rei ſit analogus. Vt cauſus iuuenem implicans humidum, frigidum & pituitoſum, illi eſt analogos ratione ætatis; non analogos à temperie. Eſt tamen minùs huic periculoſa, quàm ſeni calido & ſicco, cui analegos erit ratione temperiei, at non illi erit anælogos ratione ætatis. Attamen huic periculoſior euenit. Itaque non ad vnam ſolam temperiem debemus collimare, ſed cuncta intueri debent. Ita inflammatio biliosa pulmonis, analoga eius compagini & ſtructuræ & habitui. Nam habitus eſſe poteſt mollis vel durus, rarus vel denſus. Pulmones ſunt molles, non duri; ſunt rari, non denſi: ſunt laxi. ſi habitum inſpexerimus, facilè animaduertemus biliosam inflammationem minimè eſſe analogam ſubſtantiæ pulmonum: attamen temperiei pulmonum analoga eſt hæc inflammatio biliosa. Quare Auicenna ex Galeno bene dixit eryſipelatodem phlegmonem pulmonis periculoſiorem eſſe, pituitoſa: Nam licet biliosa, ſit analoga ratione temperiei: attamen eſt maximè diſſentanea ratione habitus & compaginis. Idem dicendum de raucedine ſenum: nam vires illorum ſtupent.

XXXV.

Ἐν πάσῃσι νούσοισι τὰ κάτω ἢ τὰ ἄνω 1 διαχωρήματα ἢ τὸ ἄλλο 2 πᾶν σῶμα ἔχοντα 3 βέλτιον ἐστὶ, τὸ δὲ σῶμα λεπτὸν 4 ἢ ἐκτηκὸς, 5 κακόν. Ἐπιφανὲς ἢ τὸ τοιοῦτον, ἢ ὅκως 6 τὰ κάτω καθαίρεται.

XXXV. In omnibus morbis ſi 1 craſſum 2 abdomen fuerit, melius; eſt. Contrà, quando valdè eſt tenue 4 valdeque conſumptum, 5 calamitoſum. Eſt enim, ita affectum eſſe, periculoſum: ad infernas purgationes.

Hoc Aphoriſmo ſpecialiter docet, quam vim habeat in omnibus morbis naturæ œconomia. Vt enim ſint affectu hypochon

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 401 sur 513

©BIUM

hypochondria, ita ſalutis ſpes affulget, aut à morbis periculum imminet. Vnde ſummam Aphoriſmi hac ratiocinatione complectamur: Quicquid eſt eiuſmodi, vt ex eo ſignificatio fiat bene affectorum viſcerum, & eius beneficio melior ſit naturalis œconomia, id præclarè tum facit tum apparet ad ſalutem. Sed hypochondria bene affecta, bene affecta eſſe ſignificant viſcera: & eorum beneficio naturalis œconomia eſt melior in coquendo, diſtribuendo, & excernendo. ergo.

Abdominis partes, & nomina earum.

1 Per ὄφον intelligit eam partem abdominis quæ pube & vmbilico definitur; Latinis hæc pars dicitur ſumen & aqualiculus, & alio etiam nomine Græcis dicitur hypogaſtrium. Hoc loco Hippocrates per τὸ ἀπὸ ὀμφαλοῦ, ἐς τὸ ὄφον, duobus extremis notatis, omnes partes abdominis complexus eſt. Porrò abdomen, epigaſtrium Græcis, definitur cartilagine xiphoïde, coſtis nothis & pube. Abdomen anteriore parte diſtribuitur nominibus duobus, nimirum ſtomachi, & hypogaſtrij. Stomachus definitur cartilagine xiphoïde, & vmbilico. hypogaſtrium vel ὄφον ab vmbilico ad pubem. Abdomen verò è lateribus diſtinguitur: equidem partes à nothis coſtis ad vmbilicum hypochondria appellantur: quæ deinde ſunt partes, vſque ad os iſchij, dicuntur lagones vel ilia. Has itaque cunctas partes hîc intelligit.

2 Τὸ παχὺ ἔχειν, eſt abdomen bene habitum eſſe, hoc eſt, æquale eſſe, vt nulla tumoris interni ſuſpicio adſit. Sed vt in omnibus partibus æqualiter ſit affectum calore: vtque nulla parte quàm alterâ ſit durius. Nam ſi durius fuerit, hæc duities erit recens vel vetus. & vtraque cum borborigmo, vel ſine. Duities recens (vel propriùs diſtentio) cum borborigmo, flatum ſignificat. Vetus cum borborigmo, hecticam intemperiem inteſtinorum notat, & hydropem minatur. Recens ſine borborigmo cum torminibus, phlegmonem viſcerum, ex quo materia quædam exudat, quæ tormina mouet. Vetus ſine borborigmo, ſcirrhum ſignificat. Sit æqualiter affectum: Nam ſi ſuperiore parte ſit calidius, dices ibi focum febris eſſe. Sit εὔτροχον & λαπαρὸν, æquatum, in mediocritate contractionis & diſtenſionis poſitum. Abdomen itaque ſit craſſum, nam conſtituitur id ex cute, adipe, panniculo carnoſo, octo muſculis: accedit peritonæum, omentum: His fouetur calidum natiuum, maximè in frigidis illis partibus vmbilici ac aqualiculi. Vide hiſtoriam eius qui in Dealcis horto iacebat, & Hermocratis. Ex abdomine itaq. bene vel malè habito facilè iudicari poteſt hepatis conditio, ob vicinam operis ſocietatem, & ob valorum communionem.

3 Nam inde ſignificatio fit, focum febrilem abeſſe à partibus nutritioni dicatis. & cauſa eſt quòd œconomia naturalis, abdomine bene habito, meliore ſit loco.

4 Si ſit inæquale calore, tumore, mollitie, vel tenue, id indicat ſpoliari ſubditas partes, naturâ frigidas, ſuo tegumento ac ſtragulo: vnde coctio in his deterior redditur, maximè ad vmbilicum, & aqualiculum.

Abdominis præſtantia in ſignificando.

5 Quòd ex eo partes nobiles incendio conflagare ſignificetur, quaſi dicat, alias partes exui per febres ſua mole, non ita malum: at ſemper hoc malum in abdomine: nam in promptu nutricatus prædia ſunt aluo, vnde pingueſcat: aliis non æquè, niſi hinc petant. Indicium eſt hæmatoſeôs ac aluinæ coctionis fractæ.

6 Quia beneficio abdominis, huiuſmodi fiunt excretiones, ac inteſtinorum vi: quæ fomite ſuo ſpoliatâ, languent. Multi ob muſculorum abdominis tenuitatem nullâ ope excernere poſſunt. Totum itaque abdomen mediçis tentandum eſt, vt noſcant quænam eius partes vehementiùs caleant, aut tenſæ ſint, an inæqualitate præditæ. Adeò interdum extenuatam aqualiculi partem deprehendi, vt arteriarum quæ in lumbis ſunt, manifeſtiſſimè pulſum tetigerim.

Medicis tangendum abdomen.

XXXVI.

Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα ἐν τῇσι φαρμακείῃσι χαδαιρόμενοι, ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ ἕξει χρεώμενοι.

XXXVI. Qui 1 ſunt ſano corpore * dum pharmaciâ purgantur, celeriter 2 exoluuntur, atque hi qui 3 prauo vtuntur nutricatu.

Sanitate reſtitutâ abſtinendum à pharmaciâ.

1 A perfecta abſolutaque criſi cùm his reſtituta eſt ſanitas, quamuis illi tuberculis ſcateant. Vel etiam hi, qui integra valetudine fruuntur in temperamento, conformatione, & quattuor humorum congenitorum æquabilitate. Nam ſanitas eſt vel primigenia, vel reſtituta. Reſtituta, abacto iam morbo per excretionem vel per abſceſſum. Per excretionem, vt ſudorem, hæmorrhagiam, deiectionem alui, vrinæ profluuia. Per abſceſſum, vt icterum, tuberculato to fuſa corpore, tumores tibiarum non impares morbo & naturæ. Qui ſunt in reſtituta ſanitate, ſunt in neutra conſtitutione, & ad morbum inclinant.

2 Quòd à morbo ſuperſit naturæ infirmitas. & etiam quia pharmaci vis labefactat partes ſolidas, & ſanguinem bene conſtitutum reſoluit. ἐκλύουσι, hoc eſt, in ſyncopen incidunt: pharmaci acrimoniâ, ſucci alibilis hypercathartſi; reſolutione partium ſolidarum.

Cacochyma corpora vt ſint curanda.

3 Quia cum viribus imbecillis humorum incidit corruptela. Vbi cacochymia, ibi diſtentæ manent à ſanguine venæ: quia ſanguinem illum malum reſpuunt carnes, nec ad ſe trahunt. A venis itaque à copia obſtructis, exudat putris vapor in ſtomachum, dum huiuſmodi materia vacuatione tentatur: vnde in Syncopen ſtomachicam cacochymici incidunt. In huiuſmodi itaque corporibus vtendum eſt epicraſi: hoc eſt, tali curatione quæ paulatim ſuſcipitur: id quòd malum eſt euacuando, & paulatim id quod ſalutare eſt reponendo. Hoc benè fit, exhibendo ſyrupum de cichoreo cum rhabarbaro, quarto vel quinto quoque die, prout requirit ratio morbi, ægri temperies, & vires: electario ſantalorum cum rheo in tabellis, lacte aſinino. Et ſi phlebotomia opus fuerit, parcè id fiat vt natura parum ab onere leuetur. Soluuntur ergo horum vires facilè à pharmacia ob caloris natiui infirmitatem, aut ob vapores tetros, qui humoris agitatione nobiliſſimas partes infeſtant: Accedit humoris corrupti acrimonia, qua partes ipſæ vellicantur. Senſus Aphoriſmi eſt, Æque peccant qui medicamentum purgans exhibent ſano corpori, & perfectè vbi excluſa eſt morbifica materia, atque is qui cibum exhibet ſuperſtite materia morbifica, & impuro adhuc corpore. in his autem qui non reduce, ſed ſanitate primigenia fruuntur, pharmaca vim inferunt partibus ſanis, ac colliquant eas, & nutricios ſuccos fatigant, quia cum delectu quodam attrahunt, vnde animi vires atteruntur diſſectis ſpiritibus. Vltima pars huius Aphoriſmi etiam ad Hydropicos ſpectare videtur: victu tenuante & remediis ἐῦρουν debet corpus reddi; & magnis interuallis purgare conuenit. χαλὸν εὖ κείμενον μὴ κινητέον. Ergo non ſecundum cacochymiam eſt exhibendum remedium, vt in puellabus fœdis coloribus præditis, & ictero nigro, cibariis meliùs vinces mala, quæ affectioni remedio ſunt.

Senſus Aphoriſmi.

Hydropici vt purgandi.

XXXVII.

Οἱ ἐῦ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακοδῦναι ἐρᾴδιες.

XXXVII. Qui 1 ſecura ſanitate fruuntur, hos purgare: graue eſt.

Sanis pharmaci inutilis

Quaſi

Quasi dicat, non solùm his incumbit præceps omnium virium lapsus, verùm atrocibus aliis involuuntur calamitatibus, qualis est syntexeos perenne profluuium cum perenni febre: nam liquat carnem, indéque tunc delectu quodam trahit sibi simile.

1 Qui benè morato sunt corpore, à moderato omnium succorum habitu, vnde nutritio fœlix. Vnde habitus bonus, solidus & succi plenus.

Vsus. 2 Quia pharmacum quidem trahit, at natura retinet. quasi dicat, si in primigenia hoc fit sanitate, quid ergo eueniet in restituta? vbi, quamuis integri fuerint succi, languent tamen vi morbi fractæ vires.

XXXVIII.

Aegris aliquid dandũ. Τὸ σμικρῷ χεῖρον 1 πόσει ἢ σίτῳ, 2 ἥδιον ὂν, ἢ βέλτιόν τι, ἀνδεκτέρων ὄντων ἄλλων 3 αἱρετέον.

XXXVIII. Cibus & potus paulò deterior, suauior tamen, melioribus quidem, sed insuauioribus est 3 anteponendus.

1 Quamuis naturæ non sit ita consentaneus, nec tam benè exhausto respondens, nec æquè cum morbo pugnans. Paulò deterior, dicit; nam si damnum maximum adferunt, non exhibebimus.

2 Vt in causo aquæ frigidæ potus, substantiæ proprietate, non tam in specie, quàm in individuo, insitaque similitudine à temperamento. Atque hæc considerantur in specie: quia auium montanarum caro, item omnium animalium bifidorum & ruminantium, homini in specie est consentanea. In individuo, quia quibusdam caro etiam vetuecina non est grata, licet in specie sit consentanea. Pertinet etiam hoc ad delectum earum rerum quas expetunt ægri: nam gratificandum esse ægris docet Hippocrates 6. Epidemiôn 4. 8. Suauius dicitur primis qualitatibus, vt calidus vel frigidus potus: secundis, vt sapore.

3 Quod ventriculi complexu ex ea suauitate, maiorem reficiendi vim acquirat. Spes omnis bonæ coctionis consistit in arcto complexu ipsius ventriculi. Pertinet hic Aphorismus ad rationem diætæ quæ conualescentibus præscribi solet. Scopus est, vt doceat omnem cibi mutationem, tum in ægris tum in conualescentibus metiendam esse non solùm in quantitate & vtendi modo, sed etiam in qualitate. Optimus itaque cibus est qui æquè cum morbo pugnat, atque naturæ studet, qualis est ptisana. Atque quo propius vel longius ab hoc opere abest cibus, eò est ab optimo propior vel remotior. Deterrimus enim est, qui nec naturæ studet, nec cum morbo pugnat. Deterior itaque hoc loco dicitur is cibus, qui minùs cum morbo pugnat, quique minùs naturæ studet.

Cibus optimus quis, & quis deterrimus.

XXXIX.

Οἱ πρεσβύται πρὸς νέους τὰ μὲν 1 πολλὰ ἐνδεέστερον 3 ἔχουσιν. ὁκόσα δ' ἂν 4 αὐτοῖσι χρόνια γένηται πάθεα, τὰ πολλὰ 5 ξυναποθνήσκει.

XXXIX. Seniores, affecta ætate, 1 minùs iuuenibus 2 maximam partem 3 ægrotant. Sed quicumque diuturni 4 ipsis eueniunt morbi, ferè 5 commoriuntur.

1 Nam si non conuenienter naturæ vixerint, magnis se malis inuoluunt. ita si vita iuuenilis intemperans, tradiderit senecturi corpus effœtum.

2 Rariùs, & non tam acutis morbis tentantur; nam frigidum est senum corpus: propterea tam calamitosa vehementia symptomatum iis non superuenit. Ita parotides quæ in senes incidunt, non tam fæua habent symptomata pathognomica vt in iuuenibus, neque tam graue senibus superuenit delirium.

3 A morbus causa, loco, essentiâ, & motu paribus. Quia iuuenes integris viribus contra causas morbificas pugnant, nec nisi à validis deiiciuntur. senes optima diæta fugant magna mala.

4 Triplex est causa diuturnioris morbi; pepasmi difficultas, ægri & medici culpa, & partis principis inflammatio, quam sequitur atrophia. Hoc autem Aphorismo vnicam pepasmi difficultatem consideramus. Nam qui morbi diuturni sunt ægri vel medici culpâ, tum partis principis inflammatione, tam commoriuntur iuuenibus quàm senibus. Hi morbi sunt vel *Συντροφοι*, vel increscentes: dicuntur *Συντροφοι*. hoc est cognati & connutriti, quorum hyparxis consistit in naturali vitio, vel conformationis eius qui ægrotat: Sic epilepsia puerorum est morbus *Συντροφος*. Ita dysenteria senum, increscens morbus dicitur, qui vires acquirit eundo, increscente auctaque mali causa. Vt etiam podagra, arthritis omnis, calculus.

Morborum diuturnorum causæ.

6. Epid. 5. 6.

Qui morbi Syntrophi, & increscentes.

5 Vitia renum post quinquagesimum annum sanata esse non vidi, inquit Hippocrates. Dices; morbi syntrophi desinunt coctione, solutione, & rarefactione. Respondeo, si sint increscentes illi, ob pepasmi difficultatem, non soluuntur: sed ad exitium protrahuntur. Tales morbi sunt plerumque qui à frigore. nam curati debent hi πεπασμῷ, λυσει, vel ἀραιωσει. Sed effœtæ vires, corporisque senilis densitas, materiæque contumacia obstant his. Hos ergo erige vino, ac cibo eupepto, & frictionibus. Sunt autem tria genera diuturnorum morborum. in primis sunt morbi cognati, vt seni tussis: alij sunt syntrophi, quasi dicas, connutriti, qui diu multumque nos exercent, vt epilepsia pueros, quæ vitio diætæ alitur: increscentes, vt podagra, calculi.

Qui incurabiles.

Morborum diuturnorum differentiæ.

XL.

1 Βράγχοι καὶ 2 κόρυζαι τοῖσι γέρουσι 3 παρεσβύτῃσιν 4 εὐστομώτερα.

Senum malæ.

XL. 1 Raucitates & 2 grauedines senio 3 confectis 4 non mitificantur.

Prædicit iam qui morbi sint insanabiles, & sanabiles qui nam sint: & primum adfert exemplum diuturni morbi, quo firmat præcedentem Aphorismum.

1 Raucitas hoc loco non est vox illa clangosa à febre ardente, sed vitium laryngis & faucium à distillatione: & significat omne genus catarrhi.

2 κόρυζα generaliter omnem catarrhum significat. Propriè autem est affectio narium primigenia, vel superueniens. *6. Epid. 2. 45.*

3 Ob frigus corporis.

4 Quasi dicat, multò minùs alij morbi qui raucitates superant, vt asthma, & phthoë raucitatis soboles, & peripneumonia ab acerrima distillatione, nephritis, arthritis, dolor colicus, & splenicus, tussis. Rarò hæc illis sanantur; nam vel rarefactione aut dissolutione superari in frigido corpore nequeunt hæc mala. restat vna coctio, quæ ægrè hîc etiam suum officium facit.

XLI.

Οἱ 1 ἐκλυόμενοι 2 πολλάκις ἢ 3 ἰσχυρῶς 4 ἄφνω φανερῶς ἀφεστῶτες 5 ἐξαπίνης τελευτῶσι.

XLI. 1 Qui 2 frequenter & 3 vehementer & 4 abs re deficiunt, 5 repentè moriuntur.

Tribus sequentibus Aphorismis agit de illis morbis qui toto genere sunt lethales: hoc est, in quamcumque ætatem, in quamcumque regionem, quemcumque anni statum, quamcunque in naturam ac temperiem inciderint. Talis vt sit ratiocinatio: Quicquid est eiusmodi vt actionem per quam est vita omnino tollat, (si accedat difficul-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 403 sur 513

©BIUM

tas curandi ex affectionis cauſaque morbificæ magnitudine, & ſymptomatum vi repentè obortæ) id eſt incurabile, in quamcumque ætatem, ſexum, fortunam, tempus anni, vel regionem inciderit.

1 Nam Syncopa cardiaca reſpirationem adimit ſæpè. Quæ hîc annotat Hippocrates, ſignificationem adferunt cordis malè affecti, idque per idiopathiam. Nec leui, ſed ex graui admodum affectione cor laborare; adeò vt illa noxa calorem ſpiritumque vitales diſſipet, vt ſi Eryſipelas cor occupârit: vnde diſſipatur ſpiritus vitalis, extinguiturque calidum natiuum, vſuſque reſpirationis tollitur. Dicet quis, Hyſtericæ tamen viuunt ſine reſpiratione: Reſp. tranſpiratione recreatur exilis harum calor. Et hæc affectio manifeſtam habet cauſam. Lipothymia differt à Syncope: nam in lipothymia adeſt ſubitus ſpiritus animalis motus, & vehemens: fit ſubito motu ſpirituum ad partem affectam, attamen fons integer manet.

2 Ex magnis cauſis quæ cor affligunt. vnde diſſipatio ſpirituum, vt in peſte ab aura peſtifera, vel oppreſſio. Et quidam imbellem habent vim vitalem.

3 Corruptela ſpirituum & ſolidarum partium. i. qui non facilè reuocantur à Syncope.

4 Sine cauſa manifeſta: nulla exhauſti ratione: nec vlla incidente affectione quæ cor in ſympathiam ducat. Quamuis cauſæ manifeſtæ graues idem agant: ſed non ita ſubitò moriuntur.

Remedium. 5 Sublato omni reſpirationis vſu, per ſpiritus vitalis & caloris diſſipationem: immutato cordis temperamento & habitu, morbi alicuius contagioſi, venenati, aut peſtilentis vi. Labefactata vis vitalis, cæteras in conſenſum rapit. Daaquam theriacalem, cum aqua cinnamomi & cum aqua boraginis.

XLII.

Λύσις συναισθήσιος ἰσχυρὰ ἢ ἀδυναίτη, ἀδυνία ὀλίγη δὲ εὐλυσία.

XLII. Apoplexiam 1 fortem diſcutere non: potis eſt: debilem 3 verò non facile.

1 Cùm reſolutum eſt cerebrum, indeque meatus conniuent, vt exitus non pateat animali ſpiritui ad
Stertor vnde. neruos; vnde thorax cùm dilatari non poſſit, interceptis ſpiritibus motoribus, reſpiratio in ſtertorem abit: nec motus aut ſenſus afflatur cæteris partibus. Cumque inducias non det ſymptomatis huius vis, remedia adhiberi non poſſunt.

Apoplexia cur lethalis. 2 Ob curandi difficultatem, quia cauſa coniuncta non facilè tolli poteſt. Nam priuſquam remedia adhibueris, æger moritur, ſublata omni reſpiratione. Nam aucto reſpirationis vſu, impuro calore natiuo à collectæ fuliginis copiâ, ſequitur ſtertor: à ſtertore, reſpirationis ſublatio, dein mors.

3 Hæc potiſſimùm venæſectione curationem ſuſcipit. Attamen ægrè ſanatur ob ſymptomatum incidentium vim repentè funeſtam, quæ adimit omnem ſpirandi facultatem. In hac aditu ad cerebrum prohibetur ſpiritus vitalis, interceptis carotidibus arteriis & venis iugularibus. Ita diſtinguit Auicenna magnam à parua apoplexia: nam in forti conſiſtit vitium in illis meatibus qui ſunt ex cerebro; cuiuſmodi ſunt nerui, ventriculi cerebri, & radix dorſalis medullæ. In debili verò vitium conſiſtit in meatibus qui eunt ad cerebrum, vt venæ iugulares, carotides arteriæ, rete mirabile: quod fit à ſanguine craſſo, vel tali vapore. Curatur illa, ſi intra dies ſeptem febricula illa analoga ſuperuenerit, quæ diſcutit flatus, nec illi ita ſuperuenit paralyſis: nam frictionibus & quaſſationibus interdum euaneſcit ille flatus etiam. vel ſi hæmorrhoïdes profluxerint, quæ reuellunt craſſum ſanguinem. Apoplexia autem tollit reſpirationem ſublato motu thoracis, ita vt vitium hoc conſiſtat in inſtrumento mouente. Debilem verò apoplexiam non comitantur tam vehementia ſymptomata; & ſolebat in paralyſim abire plerumque. Quo modo Apoplexia verè nulla parua aut debilis ſit, abundè demonſtramus Libro De Morbis Capitis, vbi De Apoplexia. Quare vbi abeſt magnitudo cauſæ cum pari Symptomatum vehementia coniuncta, nec cedit remediis, nec dat inducias vt ea adhiberi poſſint: propterea lethale. A prouiſione totius corporis, rade caput ea parte vbi ſunt ſuturæ, & impone illi emplaſtrum ex ſinapi, caſtoreo & aceto forti. Brachiaque & crura ilicò ſtringe vinculis: lubeque fricari manus & pedes nitro, cum ſale. Sub lingua ponatur caſtoreum. Deinde ſaphaia vena vtriuſque pedis aperiatur. hinc manus vena tundatur. tandem naſi, vel iugulares. Poſtridie Clyſter repetatur. Accipe caſtorei & euphorbij cuiuſque ſcriptulum: id totum infletur radici linguæ. id extrahet pituitæ maximam copiam per palatum horæ ſpacio. *Curatio.*

XLIII.

Τῶν 1 ἀπαγχομένων ἢ 2 * κατ' ἀνοίγουσιν, μηδέπω δὲ 3 τεθνη- * κατ' ἀνοί-
κότων, οὐκ ἀναφέρουσιν, οἷσιν δὲ 4 ἀφρὸς ἢ περὶ τὸ στόμα. γουσιν,

XLIII. Qui 1 ſtrangulantur aut 2 reſoluuntur, necdum tamen 3 animam efflârunt, non reſtituuntur, quibus os 4 obſitum ſpumâ eſt.

Multiplices ſunt morbi toto genere lethales. Primò, per quos tollitur actio, per quam eſt vita: vt reſpiratio, nutritio. Secundò, quorum hyparxis in intemperie æquali partis alicuius, vel totius conſiſtit, vt eſt maraſmus, & ſphacelus. Quia nulla intemperies æqualis curationem recipit: eo quod tunc labefactetur omnis naturæ vis, quodque temperamentum ipſum perierit. Tertiò, quorum materia eſt pepaſmi expers, vt elephantiaſis, cancer. Palliatam quandam curationem hæc recipiunt, curationem nequaquam. Quartò, quorum focus tam longè adeſt, vt eò pernenire nequeat integris viribus medicamentum, vt euenit in calculo qui eſt in veſica. *Morbi lethales quadruplices ſunt.*

1 Hoc eſt, quibus larynx opprimitur: id fit tumore, laqueo, à vertebra colli retorta, & in angina, quæ fit ex inflammatis propriis muſculis laryngis.

2 Interceptis cerebri neruis, & carotidibus arteriis. tunc enim ſenſu & motu deſtituuntur.

3 Nondum mortui ſunt: nondum exſtincto vel ſuffocato calore vitali.

4 Vel quibus circum os ſpuma apparet. Nam in corde (ob motum acciſum thoracis) intercepta fuligi-
Spumæ generatio. nis copia tantum feruoris pulmoni infert, vt propriam illi humiditatem exprimat: vnde gignitur ſpuma illa. Quare longè aliam cauſam agnoſcit hæc ſpuma, quàm illa quæ eliditur in epilepſia. Ab hac ergo prompte extinguitur & ſtrangulatur calor natiuus, nam intercipiuntur omninò fuligines. Quomodo ſpuma gignatur eleganter explicat Galenus in commentario huius Aphoriſmi: & etiam libro ſecundo Prognoſticôn 47. & 7. Aphoriſmorum 30. A prouiſione habita totius corporis, ſeca venas ſub lingua: & ſi non iuuat, iugulares in collo externas. Et gulæ inſufflentur puluis hirundinum. & foris admoue emplaſtrum ex nido hirundinum cum aceto. Si ad pus abeat, vt rumpatur, Accipe myrrhæ drachmas duas: ſinapi drachmam: morſus diaboli, ſcabioſæ, cuiuſque manipulum: coque ex aqua ad libram: colaturæ adde mellis optimi, & dianuci, ſingulorum vncias duas: fiat gargariſmus. Et ad ruptionem facit hoc emplaſtrum, Accipe farinæ tritici, hordei, ſeminis fœnugræci, cuiuſque vncias duas: radicum liliorum vncias tres: ficus ſex: liuiſtici, chamæmeli, meliloti, maluæ, cuiuſque ſemimanipulum: fermenti acris drachmas duas: *Remedia.*

deco

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 404 sur 513

decoctis vt decet ex aqua, fiat cataplaſma. Dolorem ſedans, Accipe medullæ pomorum ſub prunis coctorum vncias octo: butyri recentis vncias duas: pinguedinis gallinæ ſeſcunciam: lactis muliebris vncias tres: farinæ hordei vnciam: bulliant ad ſpiſſitudinem: in fine adde vitellos ouorum duos: & parum croci.

XLIIII.

Graciles & obeſi.

Οἱ τ παχέες σφόδρα χᾳ 2 φύσει, 3 ταχυθάνατοι γίγνοντ᾽ μᾶλλον τῶν 4 ἰσχνῶν.

XLIIII. 1 Qui naturâ valdè ſunt 2 craſſi, celeriùs 3 moriuntur quàm 4 graciles.

Oſtendit Hippocrates quòd habitus & natura corporis magnas habeant opportunitates vel difficultates curandi. Nam naturâ craſſi citiùs afficiuntur, triſtius ægrotant, & difficilius curantur gracilibus.

1 Hoc eſt, primigenia conformatione; non autem à diæta, ſed à frigore natiuo.

2 Craſſorum duo ſunt genera, quidam enim craſſi ſunt ocio, ab affluxus copia, & effluxus inopiâ. de quibus hîc non loquimur, vt neque de athletis. Propterea addit Valdè. Hoc eſt, qui ſunt obeſi, venis anguſtis; corpore craſſo, ſed paruo, oſſibus quoque paruis: Ceruices quidem videntur habere craſſas, ſed tenues ſunt, nam oſſa obducta ſunt magna mole. Atque corpus hi habent inperſpirabile.

3 Quia ſpiritus caliduinque natiuum non poteſt in tot annos vitam producere; & œconomiæ naturali non tam benè conſulitur, ob frigus, in craſſis, atque in gracilibus. Cùm autem in morbos inciderunt, ægrè illis defunguntur, ob caloris natiui infirmitatem, corporis denſitatem, venarumque anguſtiam. Hinc etiam obnoxij ſunt corruptioni ſuccorum.

4 Non quidem qui ſunt extenuato corpore ab exhauſtu & euacuatione; Sed qui naturâ ſunt lacertoſi & neruoſi homines. Qui pectore ſunt amplo, ſcapulis amplis, quibus ampla ſunt oſſa & venæ. Qui capite ſunt magno, & cùm inclinantur, ceruicem magnam oſtendunt. Etenim prodidit Hippocrates, Vt caput eſt & ceruix, ſic reliqua ſunt quæ ab his oriuntur tanquam à principio. oſſa enim à capite æſtimanda ſunt; ab oſſibus nerui & muſculi. Itaque graciles habent maiores opportunitates ad benè viuendum, & redeundum ad ſanitatem, ex corporis conformatione, caloris natiui copia, & meatuum libertate, denique quòd corpus habeant εὔρουν ac perſpirabile. Euſarcum corpus optimum eſt: atque ſi inde abeas, tenue optimo fælicius eſt. Quaſi dicat Hippocrates, per morbos itaque non tam bene ſperandum de tali corpore, ac de tenuiore. Nec æquè tutò validè purgari poterit, nec inedia macerari, nec ſanguinis abductione inaniri. Omnia itaque hîc fiant cum cautione & non violenter: cunctatio vincat præcipitium. Hîc rectè in vſum flectas illud Thucydidis, Ἀ μαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δ᾽ ὄκνον φέρει: Inſcitia fiduciam, prudentia cunctationem gignit.

6. Epid 1. 3. & 6. Epid. 4. 25.

Vſus Aphoriſmi huius.

XLV.

Τὴν τ ἐπιληπτικὴν τοῖσι 2 νέοισιν ἀναλαμβάνει αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῶν 3 ἡλικιῶν, καὶ τῶν 4 τόπων, καὶ τῶν 5 βίων τοιούτων.

XLV. Finem 1 epilepſiæ 2 iuuenibus adferunt 3 ætatis, 4 loci & 5 victus mutatio.

Exempli cauſa proponit morbum ſyntrophon. Vt enim acutorum morborum non omninò certæ ſunt prædictiones, ob varietatem corporum, cauſarum atque ſignorum, nec pariter æqualis eſt depellendi ratio: ſic quoque morbi ſyntrophi non æqualiter in omnibus hominibus curationem accipiunt.

1 Hoc eſt conuulſioni totius corporis typicæ & periodicæ, cùm mentis & ſenſuum oblæſione. Typicæ, quæ ſtatis euenit temporibus: Periodicæ, hoc eſt, quæ ſtatis horis finitur.

2 Id eſt, pueri & puberes cùm adoleſcunt, ſanantur. Cùm ſcilicet in puerili Epilepſia vocem edere aſperiorem incipiunt, atque ad Venerem excitari, non autem Veneri operam dare cœperint (quia venus hoc malum accerſit) exhauſtâ pituitâ, nonfirmatiſque neruis. Puberes verò cùm vigeſimum quintum annum acceſſerunt, hac moleſtia defunguntur, robuſtioribus neruis: & hi tunc grauem edunt vocem.

3 Ætas curat epilepſiam eam ſolam quæ euenit per idiopathiam. nam quæ per ſympathiam accedit ab ore ventriculi, vel ab aura venenata quæ effertur à partibus in cerebrum ætate non curatur.

4 Qui ad ſicciorem temperiem facit.

5 Quia vinum plethoricis cauſis replet neruorum principium; ab eo abſtineant; & etiam à venere, quod neruos imbelles reddat: ſicque diætâ ſiccâ neruis & cerebro ſtudeat. Curat epilepſiam acori radix contuſa, & potui indita. Fimus ciconiæ bibitus. Et puluis cranij humani ſi detur cum ſucco rutæ: vel cum decocto pæoniæ, viſci querni, tormentillæ, & cubebarum. Sumitur etiam quotidie ſcripulus caſtorei cùm decocto praſſij per quatuordecim id agitur dies. Puluis lumbricorum terræ cum vino potus. Contunde radices pyrethri cum melle, ita vt fiat electarium: detur drachma, & ſuperbibat decoctum ſtœchados. Hoc agat ſemel ſeptem dierum ſpacio: ſed toto anno. Si ab vtero ſit epilepſia, quæ puellabus frequens, ſumat bis in menſe pilulas fœtidas.

Remedia quædam exiſtimata.

XLVI.

Δύο τ πόνω 2 ἅμα γινόμενον μὴ χᾳ τὸν αὐτὸν 2 τόπον, ὁ 3 σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

Vrgenti maximè eſt medicurrendum.

XLVI. Duobus 1 doloribus nec eadem 2 parte obortis a ſimul, 3 vehementior minorem obſcurat.

1 Hoc eſt, affectionibus vel morbis.

2 Parte ſimilari & non organica. Referenda etenim hæc ſunt ad alienationem temperamenti, vel ad immutationem habitus.

2 Eodem tempore,

3 Quòd diſtracti ſpiritus in partem vehementiùs dolentem, ſubſidij ergo, ſenſionem impediunt rei, in alterius partis ſenſum delatæ. Nam vnicuique parti ſuus eſt attributus ſenſus, vnde peculiaris ſenſio excitatur rei in ſenſum delatæ. Sic arthritici colico dolore ſuperueniente liberantur: contraque, colici incidente arthritide. Quaſi dicat, quamuis querela non adſit de parte minùs tunc dolente, attamen Medicus non minùs de ea prouiſionem habere debet. Nam plus inde imminet non rarò periculi, quàm à grauiter dolente. Vt ſi aliis vel auris doluerit valdè, & tenuis in pectore vel pulmone dolor ſanguinem in os infuderit. Hic Medicam manum ilicò poſtulat.

6 Epid. 4 3. v ſut.

LXVII.

Περὶ τῆς φθίσιος τὴν 1 πάνυ οἱ πόνοι ἢ οἱ πυρετοὶ συμβαίνοντες μᾶλλον, ὁ 3 γινόμενος.

XLVII. Dum 1 pus conficitur, dolores atque febres incidunt 2 magis, quàm iam 3 confecto.

Status morbi vt noſcatur.

1 Comutantur à calore natiuo humores tumorem efficientes, vt ait Galenus commentario in hiſtoriam Hermocratis.

2 Nam continuum ſoluitur tumente vehementer parte, exilitque fernidus tunc vapor, qui cor in incendium rapit. Nam calor arterialis ſanguinis vehementer contendit in vigore, cum materia morbifica.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 405 sur 513

©BIUM

3 Quòd tum alienatio temperamenti, & habitus mutatio minor ſit. Laxatâ iam parte, & calore preſſo. Quaſi dicat, Ita etiam euenit in internis tumoribus & inflammationibus, quas noli exiſtimare euanuiſſe, cùm iam confecto pure incipiunt inducias dare doloribus. Nam ſubitò interdum rumpuntur, empyemata & maraſmos adferunt, vel etiam ſubitariam mortem. Quare caue ne his propines vibrans pharmacum, nec balneum præſcribas, aut validum exercitium: nam ſubitò moriuntur ab his, rupto apoſtemate; vt ſæpè euenit in nephritide.

XLVIII.

Laſſitudinis & laboris remedium.

Ἐν πάσῃ 1 κινήσει τῷ σώματος, ἐκπόνει 2 ἀρχὴ) πονέειν, τὸ 3 διαναπαύεσθαι δ' ὄνος 4 ἄκοπον.

XLVIII. In omni corporis motu, cùm à fatigari cœperit [immoderato motu,] 3 interquieſcere, ſeipſum laſſitudinis reddit 4 expers.

Quaſi dicat, exercitationis laborioſæ remedium eſt quies. Ita præſtat hominem ſaturum ieiunare, quàm ieiunantem ſe ſatiare. vt liberali potui indulſit quis? Sobriè caue: nam hoc eſt ἀναπαύεσθαι.

Vſus.

1 Hoc eſt, articulorum, carnium, atque viſcerum actione. Scripſit enim in Epidemiis: quod labor & exercitatio eſt artubus & carnibus, id cibus & potus eſt viſceribus.

2 Inſueta & repentina mutatione ab vno exercitationis genere ad aliud, vel ab ocio ad negocium.

3 Hoc eſt, laboris illius remiſſio quæ fit motus & quietis viciſſitudine, & figuræ mutatione, laſſitudinem contractam leuat.

4 Facilis traductio à negocio ad ocium; à ſaturitate ad inediam. Contraria contrariis curantur.

XLIX.

Οἱ εὐδοσμώδεες τὰς 1 σωμάτεας 2 πάνυ φέρειν, καὶ ὧν ἀδυνέες ἢ γέροντες, ἢ 3 ἀσωμάτων, ἰσχυρῶν τε καὶ νέων, ῥᾷον 4 φέρουσι.

Vt exercitatio ſit ineunda, & quòd non temerè.

XLIX. Qui aſſuetis 1 indulgent 2 laboribus, quamuis infimi fuerint aut ſenes, tamen 3 inſuetis validis atque iuuenibus 4 faciliùs ferunt.

Vſus.

Quaſi dicat, ergo caue ne præter rationem, per morbos, graues cibo aut ſorbitione ægros, qui minimè aſſueuerunt talibus: etiamſi robuſti ſint natura. Nec etiam cùm conualeſcunt.

1 Carnium, articulorum & viſcerum. Viſcerum: vt qui bis aut ter die ex inſtituto cibum capiunt: & quorum ventriculus bis intumeſcere, bis humeſcere, bis coquere conſueuit.

2 Vt ſi quis Cyceona comedere aſſueuerit.

3 Quare exercitatio illa ſubitaria non temerè ſuſcipiatur in ſanis, nec in ægris. Vt qui ſubitò à ieiunitate, ad ſaturitatem ſe transferunt.

4 Quòd ignauia vires exſoluat: proprij autem officij exercitatio, robur augere ſoleat. Id intelligein aluo, coquendo; & in habitu corporis, exercendo.

L.

Conſuetudo non temerè mutanda.

Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου 1 σωμάτεα, καὶ ἢν χείρω, ἧσσον ἀσωμάτων 2 ἤσσον ὀχλέειν εἴωθε. Δεῖ οὖν μὴ ἐς τὰ 3 σωμάτεα μεταβάλλειν.

1 Quinetiam quarum rerum inueterauit conſuetudo, quamuis deteriores ſint illæ, minùs: tamen inſuetis malè afficiunt. Eſt ergo 3 aſſuetorum vſus ſuſcipiendus.

Cùm iam à morbo redeunt ad ſanitatem, ſenſim ad conſuetum motum redeant.

1 Vt eſt diæta ſuſque deque habita: hæc enim nunquam ſibi impar eſt. In rebus ſumendis, excernendis, & admouendis & agendis.

2 Eſt enim conſuetudo vis quædam vſu aſcitia, qua eadem pati aut agere inoffenſa naturæ œconomia licet. Non temerè hæc vis eſt mutanda: quòd natura aſſuetis gaudeat; Elucet id in aluina œconomia: qui enim duris cibis aſſueuere, hos facilè ſuperant. Cauſa eius rei hæc eſt: Quia id quod coquit æquè alteratur ac id quod coquitur: quare aſſueta facilè coquuntur, nam naturam non afficiunt; ſed faciunt vtea ſuo ſtatu conſeruetur, familiaritate ſubſtantiæ, & occurrentis qualitatis. Nam longa die inita his eſt familiaritas quædam & ſimilitudo. Et ſimilia facilè ſe alterant, & mutant.

3 Quaſi dicat, Proinde retinenda eſt ea conſuetudo. Ita habent antiqua exemplaria Romana, καὶ ἐς τὰ σωμάτεα. Nam mutari temerè non debet, iam enim hæreditario quaſi iure eam, ſuam fecit.

LI.

Τὸ κατὰ πολὺ ἢ ἐξαπίνης 1 κινοῦσθαι, ἢ 2 πληροῦν, ἢ 3 θερμαίνειν, ἢ 4 ψύχειν, ἢ ἄλλως 5 ἐκσείειν τὸ σῶμα κινέων, 6 σφαλερόν. Καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει 7 πολέμιον. Τὸ δὲ κατ' ὀλίγον 8 ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως, καὶ πῆ ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβάλλει.

Natura agit ſert ſubitas mutationes.

LI. Plurimùm & repentè 1 vacuare, aut 2 replere, aut 3 calfacere, vel 4 refrigerare, vel quouis alio 5 modo corpus temerè mouere, 6 periculoſum. Omne enim nimium, naturæ bellum 7 indixit. Quod autem ſit ſenſim ac viciſſim, 8 periculi expers eſt, idque cùm aliàs, tum ſi quis ab 9 vno ad aliud ſe conuertat.

1 Phlebotomiâ, pharmaciâ, chirurgiâ ſectâ parte vnde plurimum effluat, vel genium fraudando cibo & potu. Inde enim vires proſternentur.

2 Vt ſi ſubitò partes nutritioni dicatæ ſeſe vertere cogantur ab ocio ad negocium: vt ſi à triduana inedia, ſubitò paſtum plenâ manu ineat. Inde enim opprimitur natura.

3 Hoc enim effœminat partes neruoſas: & inflammat partes naturâ calidiores: ſpiritus diſſipat & extinguit vitam. Ita qui iter hyeme per Alpes faciunt, naſo (niſi eum priuſquam ad focum venerint, niue ad rubore vſque fricent & puſtulas excitent) exſuuntur. confert etiam alapam dediſſe, quo ira incendatur.

4 Refluos enim humores repellit, facitque palindromen, vnde anadrome fuit. reſtagnantes verò in inuictam duritiem conſtringit; ac partium genium natiuum extinguit.

5 Id eſt, ſi hoc non fiat paulatim & viciſſim. Ita Syracuſanus tyrannus, homines excæcabat, ſubitò protractos è tenebris in ſolarem ſplendorem.

6 Ob repentinam immutationem habitus, temperamenti, & actionum corporis: quæ mutatio non ſolùm ægris, ſed etiam ſanis calamitoſa eſt. neque id ſolùm in alteratione & vacuatione, verùm etiam in diæta.

7 Quòd ſcilicet Naturæ hyparxis, in ſymmetria conſiſtat. Ætiologia.

8 Nam hoc ita agendum eſt, vt vnà ſtudeas naturæ, vnaque vt his morbum oppugnes. Vt ſi quis œnopota fiat hydropota; & ex aduerſo: pedetentim id fiat: Sed per media ſenſim eò veniendum erat.

Quæſtio. Vrgentiori occurrendum.

9 Cui nimirum aſſuetit. Dicet quis, In Synocho plurimum & repentè vacuamus, nam ad lipothymiam vſque abducimus ſanguinem. Reſpondemus, hunc Aphoriſmum maximè cautionem hanc adhibere, vbi in ſola vacuatione vel alteratione conſiſtit ſanatio: at vbi ſimul iungitur afflictio partis principis, vt ea ab iniuria ilicò vindicetur, hic Aphoriſmus locum non habet: nam plus periculi imminet ab oppreſſa parte nobili, quàm ab euacuatione aut alteratione ſubitaria: quare repentinâ euacuatione liberanda eſt pars illa, cuius officio vita carere nequit. Nam grauiſſimi illi morbi, non ſimplicem, ſed

gemi

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 406 sur 513

geminam curandi notam edunt, scilicet euacuationem, & partis principis ab iniuria vindicationem. Propterea in pleritide hoc ita agimus. Præclarè olim ad hanc sententiam Alphæus Mitylenæus,

* Τὸ μηδὲν ἄγαν ἄγαν με τέρπει.

& eleganter Phocylides,

* Μέτρῳ μὲν φαγέειν, καὶ πίειν καὶ μυδολογέειν.
Πάντων μέζον ἄεισον, κἀφροσύνη δ' ἀλεγεῖν.

* hoc est, nihil nimis mihi placet.

* Hoc est, moderatè cibum potumque sumas, & loquaris. Modus omnium optimus, excessus autem vitandus est.

XLII.

1 Πάντα καλῶς λόγον 2 ποιέοντι, καὶ μὴ γραμμάτων φροντίζοντι 3 λόγοι, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, ἀλλὰ τὸ δίκαιον τοῦτο ἐξ ἀρχῆς.

LII. Si quis 1 omnia conuenienter 2 exactoque iudicio faciat, nec quicquam ea 3 ratione efficiat; tamen ad aliud non se conuertat, modò id maneat, quod 4 ineuntibus remediis visum est.

Religiosè immutanda remedia: non temerè in eorum vsu perseuerandum, nec temerè ilicóque ab eorum vsu abeundum.

1 Vacuando, alterando occultâ apertâque vi, nutriendo. κατὰ λόγον, dicit, hoc est tecmeriis signis, postquam morbum eiusque causam exploraueris.

2 In censum vocatis Indicationibus curatiuis cunctis, & per eas limatis remediis. Quænam diæta præcesserit noto, vt causas habeam: & quænam symptomata adsint dominantium humorum, vt eleganter docet Galenus 4. Aphor. 2.

3 Materiam ob morbificam contumacem, vel ob corporis peculiare vitium, vel quod τὸ θεῖον sese immiserit materiæ. Vnde Celsus, In morbis longis, quos tempus vt facit; sic etiam tollit, non statim condemnandum, si quid non statim profuit: minùs verò remouendum, si quid paulum saltem iuuat, quia profectus tempore expletur. Si tamen aliquid non sat citò respondet, licet aliud consimile experiri. 3. lib. 8.

4 Hoc est, quoad huiusmodi fuerit morbus: diu in remanet eadem morbi species, par eius motus & mos. modò non adsit maioris mali metus. Ita dum tentas num vera adsit pleuritis, si diutiùs fotus adhibueris, pulmones omnino siccabis. Si itaque symptomata variârint, iudicium etiam alia remedia adferet in vsum. Hoc à Musa factum in tussiente Augusto narrat Tranquillus.

LIII.

Ὀκόσοισι κοιλίαι ὑγραὶ 1 ἔχουσι, νέοισι μὲν ἔνεστι, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι 2 ἢν πως ξηραὶ ἐγένοντο· ἐς ἣ τὸ γῆρας 3 χεῖρον ἀπαλλάσσουσι 4 ξυμβαίνοντα· τὸ ὡς ὅτι τὸ πολὺ τοῖσιν ἄνω γηράσκουσι.

LIII. Quibus iuuenibus fluit aluus, meliore sunt loco iis, 2 quibus astricta est: at senes facti, 3 peiore sunt loco: nam senescentibus ferè semper 4 astringitur aluus.

Expositio huius Aphorismi petenda est ex Aphorismo vigesimo huius libri. Dicere videtur in hoc Aphorismo: Natura propria cuique insita efficere potest, vt qui omnia conuenienter faciat, tamen sibi non satisfaciat.

1 Si feratur his facilis aluus ob infirmam temperiem: nam alioqui lubrica victus ratio id nonnumquam præstat. Vt si quis oluscula ex lactuca, malua, beta, atriplice; vel si prunis coctis vtatur.

2 Nam excrementa non ita congruunt: alui enim tarditas, vasorum impuritatem adfert. Intellige de vtrisque paribus.

3 Nam sunt eodem loco quo iuuenes quibus astricta est aluus.

4 Quòd languet prostratus appetitus, atque coctrix vis ritubat. Sæpe fusa aluus in senibus euenit ob retentricis exoletam vim: nam manifestum est illos non validè coquere, quare excretricis potentiâ his non fertur aluus effusè. Hoc volebat Celsus, vbi ait, Melior est fusa aluus in iuuene, sicca in sene.

LIIII.

Μεγάθεα δὲ σώματος ἐνηέσσαι μὲν ἐλάθεσθαι 1 καὶ ἐκ ἀσθενέος· ἐγγηράσαι δὲ 1 δύσεργον καὶ 2 χεῖρον πρὸς ἐλαύνεσθαι.

LIIII. Longâ statura iuuentutem exigere liberale est nec indecorum: senescere, ferè 2 inutile, ac 3 deterius breuiore statura.

Corporis conditio & mutatio per ætates, adfert opportunitates & difficultates curandi.

1 Fractis iam viribus, illi staturæ imparibus.

2 Vel incommodius. nam senectuti δύσεργον est: nec ita medicâ manu erigi potest, ob imbecillitatem. corpus eucratον in sene, & in iuuene laudatur. Vespasianus Augustus de quodam proceræ staturæ hoc ludebat, * Μακρὰ βάσις κραδίαν δολιχόσκιον ἴσχει. * Longum incedens, quasi sans ingenium hastam.

HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBER TERTIVS.

I. Αἱ μεταβολαὶ πρὸς 1 ὥρῃσι 2 μάλιστα πίπτουσι 3 νοσήματα, καὶ 4 ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξιος, ἢ 5 θάλψιος, καὶ τἆλλα πρὸς 6 λόγον ἕκαστα.

1 Mutationes defectionesque 1 temporum 2 maximè pariunt 3 morbos, & quæ in singula 4 anni tempora incidunt, insignes mutationes frigoris aut 5 æstus, 6 cunctaque alia sic pro sua natura.

Hoc libro tertio continentur causarum efficientium & affectionum naturalium momenta; seu opportunitates, & inclinationes ad ea quæ cuique accidunt suscipienda. Nam vt est insita & aduentitia cuiusque natura, ita hoc vel illo modo afficitur. Hoc est, causarum efficientium & suscipientium naturam continet. A spiritu enim & diæta omnia morborum genera fiunt. nam qualis aër tales spiritus: quales spiritus, tales humores: quales humores, tales partes solidæ totumque corpus.

1 Antiqui annum in septem tempora distinxerunt, hac serie. Ver, ab æquinoctio verno ad ortum vergiliarum, & erat diuisionis expers. Æstas in tria tempora diuidebatur, quorum primum erat ab ortu vergiliarum ad solstitium æstiuum: naturæ veris. secundum, à solstitio ad caniculæ ortum. tertium, Opora dictum, ab ortu caniculæ, ad ortum Arcturi. Autumnusque diuisionis erat expers, *Antiquorum Græcorum anni diuisio:*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 407 sur 513

ab ortu Arcturi ad occaſum vergiliarum finiebatur : Ὀπωρινὸν vocabant. Hyemi duæ erant partes, vna ab occaſu vergiliarum ad ſolſtitium hybernum : ſecunda, à ſolſtitio hyberno ad æquinoctium vernum : φυταλίαν hanc vocabant, ad inſitionem apta, cùm fauonij afflant purpureaſque violas euocant. Nam quamuis ſit εὐδία hyemalis aura, tamen non ſurget viola : ſed certis vicibus. Mutationes itaque temporum : hoc eſt, ſeptem anni temporum ſibi ſuccedentium non ex naturæ lege, vt ſi Autumnus in hyemem, hyems in autumnum degenerârit: vel ſi hyems in æſtatem verſa fuerit; in his enim neque ὡραῖα neque ὡγίεια fient ; nam à naturali ſuo ſtatu declinant. Ὧραι dicuntur anni tempora quattuor, & anni tempeſtates. Horas fabulatur Homerus cæli portis præeſſe, curamque habere vt modo ſerenum, modo nubilum ſit. Vnde & Latini etiam Anni tempora, horas vocarunt. Horatius de Ioue, Variiſque mundum temperat horis, ἀπὸ τῆ ὀρέυειν, inquit Scholiaſtes Heſiodi, quod eſt cuſtodire. Plato in Cratylo, Horæ, inquit, Attica & priſca voce dicendæ, διὰ τ ὁρίζειν, quòd terminent hyemem & æſtatem & flatus, & qui ſunt ex terra fructus. Macrobius verò Horas dictas putat quòd ſol dicatur Horus. Quaſi dicat Hippocrates. Nota igitur ad quæ mala inferenda ſit anni conſtitutio prompta, ac ſuſpicionem concipe apud ægros de tali malo, ac remedia rectè comparata ad ea habeas profliganda.

Vſus Aphoriſmi.

2 Quod in aëre ſit maxima vis, eo enim perpetuo veſcimur, qualis itaque aër, tales ſpiritus & humores ſunt corporis. Aër enim continentia, contenta, & impetum facientia mutat. Geoponici propterea ſuadebant vt villa non paludoſo loco ponatur, talis enim aër non ſinit dominum ad fructus arborum venire. Et ſcimus ex antiqua hiſtoria, quo modo Acron Agrigentinus & eius imitatione Hippocrates totas prouincias vindicârint à morbifera calamitate, ſolo aëre caſtigato.

3 Simplices, vel peſtilentes, tertianas, quartanas, & corruptionem occultam infert aër.

4 Quaſi dicat, non ſolùm ſibi malè ſuccedentia tempora hæc agunt, verùm etiam vnius anni temporis mutatio hoc facit. Quaſi dicat, quamuis benè morata fuerint cætera : qualis fuit Cranonis æſtiua tempeſtas, qua rapidis continenter aquis pluebat cum dominatu Auſtri. Vnde cuti ſubnaſcebantur ichores & puſtulæ, mox carbunculi.

2. *Epid.* 5 Vt in Cranone aput Hippocratem carbunculi æſtiui.

6 Vt mutationes ventorum, nubium, nebularum, pluuioſi aëris; vt nimirum fuerit efficientis rei natura, & excipientis. Et cùm eodem die à calore in frigus itur, vel ex aduerſo, idem de cæteris dictum puta.

II.

Τῶν 1 φυσέων αἱ μὲν πρὸς 2 θέρος, αἱ δὲ πρὸς χεῖμωνα εὖ ἢ 3 κακῶς πεφύκασι.

II. Naturarum aliæ quidem ad 2 æſtatem, aliæ ad hyemem bene vel 3 malè ſunt conſtitutæ.

Varia corpora in varios morbos prompta ſunt, vt varia eorum fuerit natura, hoc eſt κρᾶσις.

1 Vt fuerit nata, vel vſu inducta temperies corporis. Hic Aphoriſmus non ſolum ad temperamentum attinet, ſed etiam ad habitum. vt in Thaſo.

2 Si natura intemperata fuerit. nam illa modico contrariorum vſu gaudet, lædituꝛ à ſimilibus. Ita bilioſa corpora vegetantur hyeme.

3 Malè ad morborum generationem & eorum paroxyſmos. Sic enim comparatum eſt, vt temperatæ naturæ aduerſam aëris conſtitutionem ferant faciliùs; quàm intemperatæ, ſimilem. Nam conſimilis intemperiei acceſſione degenerat facilè in morbum : nam concepta intemperies maior fit. Vſus: ergo cùm talis aëris conſtitutio alieno euenerit tempore, hæ naturæ facillimè iniuriam ſentiunt hanc: caue igitur illis, purgando, alterando, euacuando, & diæta.

III.

Τῶν νούσων αἱ μὲν ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ 2 ἢ κακῶς 2 πεφύκασι, καὶ b ἡλικίαι τινὲς πρὸς 3 ὥρας, καὶ 4 χώρας, καὶ 5 διαίτας.

III. Quin etiam morborum 1 alij & 2 ætates aliæ facilè, aut ægrè ſunt b comparatæ ad alia 3 tempora, & 4 regiones & 5 diætas.

Intelligitur hic Aphoriſmus de omnibus generibus Epidemiorum morborum, quorum alij acuti, alij diuturni: déque aliis qui dicti increſcentes, & ſyntrophi. Complexus autem eſt Hippocrates hoc Aphoriſmo, quicquid libro 1. & 3. Epidemiôn habetur. Quaſi dicat, morbi Epidemij, temporum mutatione ſub diſperſorum ſpecie in hominum vitam inuadunt : ſed varia conditione, vt fuerit cuiuſque hominis natura, ætas, ſoli & cæli conditio, tum autem diæta. Nam pro varia cuiuſque natura, ætate, tempore, regione, & diæta, morbi generantur, paroxyſmos ſuos habent atque criſes. Nam intemperatæ naturæ promptiores ſunt ad conſimilem intemperiem ſuſcipiendam, quàm temperata ad contrariam. Quare Medicus tutelares medicinas adferat, cùm periculum alicui imminet.

1 Certis anni temporibus facilè naſcuntur, exacerbantur aut propelluntur morbi. Sunt morbi dyſcraſiæ, propterea à ſimilibus augentur, aduerſis mitеſcunt. Quare horum maleficiis vt gignuntur; ita horum beneficiis ſoluuntur. *Vſus.*

2 In generatione & ſolutione, euentu, paroxyſmis, in magnitudine, more, motu.

3 Exſtimulantur ſimilibus morbi temporibus, vt tertianæ æſtate : at hyeme ſopiuntur.

4 Vt Thaſii non ita capaces erant flatuum Auſtrinorum, vt Cranonij. Et bilioſi melius agunt in frigidis regionibus.

5 Thaſij vino generoſo vtebantur, eoque putredinem arcebant. Ita pituitoſi calidis fouentur.

a Vt ſenes æſtate recreantur : hyeme torpent.

b Id eſt, morbi faciliùs gignuntur quibuſdam temporibus anni, & aliis faciliùs ſoluuntur. Ita & ætates, temporibus, locis, victu, variè afficiuntur.

IV.

Ἐν τῇσιν ὥρῃσιν ὅταν τῆς αὐτῆς 1 ἡμέρας ὑπὸ μὲν θάλπος, ὑπὸ δὲ ψύχος γίγνηται, 2 φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδοκᾶν χρή.

IV. In ſingulis anni partibus cùm eodem 1 die modò caloris, modò frigoris dominatu cælum tenetur, 2 Autumnales morbos expectare oportet.

Hoc Naſoni etiam compertum fuit, vbi canit :

Cùm modò frigoribus premimur, modò ſoluimur æſtu,
Tempore non certo, corpora languor habet.

Docet hic Aphoriſmus præſagia futurorum morborum ducta ab aëre.

1 Cùm id diu euenit eodem die, vel ſerie dierum longa. Explicatur enim hic altera pars Aphoriſmi primi huius libri; cùm ſcilicet aliqua pars anni à ſuo ſtatu naturali diſceſſit. vt ſit ſenſus : In quacumque anni parte cœli inæqualitas inciderit, morbi proueniunt inæquales.

2 Hoc eſt, ἀνώμαλοι καὶ ἄτακτοι, hoc eſt inæquales materiâ, ſymptomatis, paroxyſmis, periodis, criſibus. Vnde incerti & difficilis iudicij euadunt, & mali moris. Nam ſi acciderit tertiana, illa erit inæqualis : ſic quoque cottidiana, & quartana.

Eo

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 408 sur 513

Eò quòd hæc temporis inæqualitas valdè perturbat illam motus & quietis viciſſitudinem, quæ ineſt humoribus. Quare longe difficiliùs curantur quàm ſi à diætæ vitio oborti fuiſſent: nam quid diuini habent. Quaſi dicat, itaque remediis maioribus hi oppugnandi, & ſæpè alexipharmacis eorum prauitas caſtiganda erit.

Vſus.

V.

1 Νότοι 2 βαρήκοοι, 3 ἀχλυώδεες, 4 κεφαλαιῶδεες, 5 νωθροί, διαλυτικοί. ὁκόταν ἔτ@ δ' ὑγιασεύῃ, 6 τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωσίῃσι πάσχει. Ἦν δ' 7 βόρεον ᾖ, 8 βῆχες, 9 φάρυγγες, 10 κοιλίαι σκληραὶ, 11 δυσουρίαι φειδάδες, 12 ὀδύναι πλευρέων, σπλήνων. ὁκόταν ἔτ@ 13 ὑγιασεύῃ, 14 τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωσίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

Auſtri vis.

V. 1 Auſtri 2 auditum hebetant, illique graues ſunt, 3 caliginoſi & tenebroſi, necnon & 4 capitis grauitatem, 5 ſegniciem ſeu lentitudinem, & corporis laxitatem adferunt. Quotieſcumque itaque Auſter diu multumque dominatum tenuerit, 6 huiuſmodi ferè [ſymptomatibus] per morbos afficiuntur homines. Si autem Aquilo 7 terras perflat, 8 tuſſes mouet, leueniunt fauciũm 9 morbi, alui 10 duræ, 11 vrinæ difficultates cum horrore coniunctæ, dolores 12 laterum atque pectoris. 13 Quotieſcumque ergo is diu multumque dominatum tenuerit, talia 14 ferè in morbis expectare oportet.

Aquilonis opis.

Senſus Aphoriſmi.

Quaſi dicat, exploratum tibi eſſe debet, quid vi morbi, & quid vi cauſarum externarum in agris euenit, ne criſes te fallant. Probat à ventis (qui maximè aërem mutant) ad morbos maximè facere aëris mutationes. Ventus enim nihil eſt quàm motus aër.

1 Et euronotus, libonotus, qui cum flatibus manifeſtis dominantur & aërem ad madorem immutant. Galenus diſtinguit duplicem conſtitutionem Auſtrinam, vnam cum flatibus, alteram ſine flatibus. Prior illa, non ſemper humectat, neque ſemper eſt mollis: & ideò etiam deſiccandi vim habet. Huiuſmodi Auſter appellatur leuconotus, ab albis nubibus, quia cum violento frigore & ſiccitate aërem inuadit. Eum deſcribit Maro primo Æneïdos. Poſterior eſt mollis, caliginoſus, & humidus: de quo hìc agitur. Afficiuntur autem corpora non ſolùm à ventorum qualitatibus primis, ſed etiam ab alienæ materiæ mixtione. Nam vt eſt natura loci vnde emanat anathymiaſis illa quæ ventorum eſt materia, ſic quoque eſt aëtis affectio dum viget ille ventus. Hinc eſt quòd Acron Agrigentinus coleſaneman dictus fuit, cùm ventos coercuiſſet bubulis coriis interceptis montium, vnde illi flabant, anguſtiis. Ac ita Siciliam maxima à peſte vindicauit.

3. Epid 3 1. Duplex Auſtrina conſtitutio.

Aput Diogenem Laertium.

2 Repletione cerebri, nerui auditorij infirmitate, aeris inſiti & aduentitij impuritate: madefactoque neruorum principio. Infirmi redduntur nerui, à laxitate nimia.

3 Tenebras obducit oculis, ſpiritus animalis, cerebri & nerui optici infirmitate, tum aëris externi perturbatione. ἀχλὺν vocant aërem turbatum. ἀχλυώδης oculus, qui ſua exutus eſt luce ac ſplendore, vt in cadaueroſis.

4 Vaporibus & humoribus opplendo cerebrum: quare Plethoricis cauſis auget cerebrum.

5 Madefacto neruorum principio, & reſolutione laxatis membranis & neruis, quorum vis, in ficcitatis mediocritate conſiſtit.

6 Non tam morbi ratione, quàm flatuum Auſtrinorum potentiâ.

7 Cum flatibus, & ſine flatibus.

8 Siccas, ſpirabilium partium intemperie & aſperitate, & humoris è cerebro expreſſi diſtillatione.

9 Aſperitates, pariſthmia, anginæ externæ. notatâ parte, morbum ſignificat.

10 Alui ſuppreſſio à coctionis & diſtributionis bonitate, & humore exhauſto inteſtinorum, & ab inteſtini recti contrario motu, ob ſtrictionem muſculi ſpincteris.

11 Malè affectâ veſicâ à frigore.

12 Quia frigidum pectori eſt inimicum.

13 Sine vlla viciſſitudine ſi dominatũ tenuerint.

14 Non tam ratione critica aut ſymptomatica, quam incidentis cauſæ procatarcticæ vi & potentiâ. Elegantiſſimè enarrat hunc Aphoriſmum doctiſſimus Holerius.

VI.

Ὁκόταν θέρ@ γένηται ἔμετον, ἰδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς προσδέχεσθαι χρή.

Ex aëre ſudorum Prognoſis.

VI. Quotieſcumque ſit æſtas 1 veri ſimilis, ſudores 2 multos in febribus expectare oportet.

Ex quibus humoris excrementitij ſignificatio ſit, & inclinationis critica illius humoris. q. d. non ſolum anni tempora materiam pariunt morbificam, ſed etiam inclinant illos ſuccos ad varias criſes, periodos & paroxyſmos: faciuntque vt criſes ſint ſiniſtri aut dextri iudicij. Sunt enim ſudorum alij critici, alij ſymptomatici, vi morbi, & excrementitij humoris copia.

1 Si æſtas calida & humida euadat: nam ver eſt temperie quadam humidum & calidum.

Vſus medicus hìc.

2 Quia fundit materiam, poroſque aperit. Critici illi ſudores reddunt febres faciles, ſine acumine, ſine linguæ ariditate. Quare id etiam tunc per febres agant medici quo ſudor manet copioſè, decoctis ſudoriferis, acforis lateribus calidis admotis, pannoque ab aceto madenti inuolutis.

VII.

Ἐν τοῖσι ἀυχμώδεσι πυρετοὶ ἀξιόλογοι γίνονται. Καὶ δὴ μᾶλλον δὴ πλέον ἢ τὸ ἔτ@ τοιοῦτον ἐὸν, ὁκοῖόν τι τὸ χειμῶνος γίνεται ἐπιλοιπον, ὡς ὀλιγοπολὺ καὶ τὰ ὑγιήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

Siccæ temperiei morbi.

VII. Per 1 ſqualores febres 2 acutæ incidunt. Et ſi maxima pars anni 3 talis fuerit, qualem cœpit inire hiſtoriam, magnam quoque partem huiuſmodi morbos 4 expectare oportet.

1 Cùm cœlum incendio conflagrat, necvlla eſt madoris & ſiccitatis viciſſitudo. Αὐχμὸς duobus modis euenit, vel à pluuiarum defectu; vel à ſicca cœli conſtitutione, hoc eſt, ab æſtu vehementiſſimo. 2. Epid ſect. 1. Aph. 2. vnde hunc librum ſumſit, αὐχμὸν moderatam pluuiam ſignificat.

2 Eſſentiales & ſymptomaticæ. quòd talis conſtitutio bilis acerrimæ ſit procreatrix.

3 Vt ſi borealem, auſtrinam, inæqualem faciat conſtitutionem.

4 Specie, & indiuiduo. nam frigida ſiccaque conſtitutio ſpirabiles lædit partes. Inæqualis conſtitutio difficilis iudicij profert morbos. Hinc multum intereſt inter tertianam & tertianam: nam bilis modò effera fit, modò pituiteſcit. ita inter parotidem & parotidem: quamuis enim hæc ſint ſpecie eadem, ideâ tamen differunt.

VIII.

Ἐν τοῖσι καταστάσιοι ἰσχυροῖσι * καὶ ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδοῦσι, ἀσταδέες καὶ ἀκμαῖαι αἱ νοῦσοι γίνονται. Ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

Criticum theorema.

** lib.*

VIII. 1 Conſtantibus anni partibus, 2 ſi tempeſtates 3 conuenienter ſuccedant, 4 bene morati, facilis ac ſecundi iudicij incidunt 5 morbi. At incertis malè moratis maleque conſtitutis temporibus, aduerſi 6 difficilisque iudicij incidunt morbi.

Q. d. Morbi efficientium cauſarum naturam ſequuntur, & cauſæ ferè efficientes ſunt tales, vt anni temperies.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 409 sur 513

©BIUM

1 Hoc eſt, ſtatis ac definitis, ac naturalem ſtatum retinentibus: vere temperato: æſtate calida & ſicca, nimirum cùm Eteſiis & pluuiarum viciſſitudine. Autumno inæquali, flante cauro: hyeme frigida & humida ſine exceſſu, latius hæc Hippocrates 2. Epid. 1.5. videibi Foëſij commentarium.

Holerius hîc docte à ventorum annuis flatibus tempora diſtinguit.

2 Nimirum ſingularum anni partium propriæ.

3 Loco & tempore Hoc eſt, vt mutuò ſe viciſſim excipiant ſine repentina immutatione & importunitate. hoc eſt, vt ſingulis anni partibus, tempeſtates, ſingularum propriæ, loco fiant & modicè. in qualitatibus, ventis, pluuiis, ſerenitatibus. Si hæc non antecedant, nec morentur: nec continenter nec repente fiant, ſed viciſſim.

4 Malignitatis & inæqualitatis expertes, hoc eſt, cùm initio cruda ſint omnia, in augmento appâret coctio; inſtar perfecta coctio; tales ſunt bene morati. Secundi iudicij ſunt qui & criſi cuiuſque propria, ſimplici, & recidiuæ experte, ſineque vllo recidiuæ metu iudicantur. Sic cauſus ἐυκαθὰ patitur ſe vinci, linguam non habet præaridam.

5 Natura benè conſtituta: nec viciſſitudine motus & quietis, quæ in humoribus ineſt, mutata. Deinde etiam magnitudine, more, & motu. Nam malignitas abeſt, & metaſtaſis, ac phlegmone. Eſt enim morbifica materia benigna, & natura robuſta.

6 Cum maximis laboribus, maligna vi, metaſtaſi, & cum metu ſuperſtitis materiæ. Nam varia materia in vitio eſt: vnde inæquales naſcuntur morbi, & peſſimi iudicij.

IX.

Ἐν 1 φθινοπώρῳ 2 ὀξύτατοι αἱ νοῦσοι, καὶ 3 θανατωδέστατοι· ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Ἦρ δὲ 4 ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

Opponit ver Autumno.

IX. Autumno 1 morbi accidunt 2 acutiſſimi, & 3 funeſtiſſimi ferè. Ver contrà 4 ſalubertimum eſt, minimeque funeſtum.

1 Ab ortu Arcturi, ad occaſum vergiliarum. Sed Medici metiuntur hæc tempora à qualitatibus: dum enim inæqualis euadit in Auguſto vel Septembri aër, illis incipit Autumnus.

2 Nam graui ſymptomatum vi affligunt.

3 Æſtas præcedens fregit vires, bilem procreauit contumacem ac torridam, acceſſit diætæ vitium ab opora, ac propria Autumni vi natura ſtuper, ex inæquali quo concutitur eo tempore humorum motu. Vnde hoc tempore maximè eueniunt morbi internarum partium: quòd frigore inæquali ad interna ſe vertant ſucci.

4 In morbis etiam eiuſdem generis Autumno eſt acumen longè maius. Nam Autumnales morbi omnes ſunt calamitoſi, aut diuturni. Ver autem paroxyſmo (hoc eſt, quia cacochymiam viſcerum fundit) eſt calamitoſum: non autem generatione, quia non gignit

Aphrodiſæus 2. Probl. 70.

ſuccos prauos. tunc enim Sol nouo tepore blandimentum corpori adfert: gignitque corpus plena manu ſanguinem pituitamque nutriciam bonam.

X.

Autumni morbi.

Τὸ 1 φθινόπωρον τοῖς 2 φθίσεσι 3 κακόν.

X. Sed & 1 tabidis 2 Autumnus exitio 3 eſſe ſolet.

1 Dicitur φθινόπωρον ἀπὸ φθίνειν, hoc eſt finire, & τῇ ὀπώρᾳ, hoc eſt vltima parte æſtatis; quòd hæc Autumnum excipiat.

2 Hoc eſt tabi & catarrhis obnoxiis, aut ex tabe laborantibus, vel atrophia confectis. Affliguntur qui pulmones habent languidos: nam diſtillationibus eſt infamis.

3 Eſt tabidis calamitoſus Autumnus generatione, & paroxyſmo. Generatione, ob materiæ acrimoniam, & ob omnium partium exhauſtum. Sua enim inæqualitate ſanguinem inquinat. Cùm folia decidunt, & germinant, moriuntur tabidi. Quare cuncta illa quæ acerrimum catarrhum obtundunt in vſum ducuntur: modeſtè purgentur rhabarbaro, agarico, ac ſirupo roſato laxatiuo: deinde pulus Hali in vſum ducatur, qui pulus inſcribitur ad tabem. vtantur priſana colata cum conſerua roſata dormituri, & emulſionibus frigidorum ſeminum; & aqua diſtilata ex cancris fluuiatilibus. Abſtineant à ſalſis & acribus. lac caprillum in vſum veniat.

Pſus & Remedia.

XI.

Περὶ δὲ 1 ὡρέων καὶ 2 χειμῶνα ἄκρον καὶ 3 βόρεα καὶ γένυς, τὸ δὲ 4 ἔαρ ἔπομβρον καὶ 5 νότιον, ἀνάλυσιν τῶ 6 ὑγροῦ 7 πυρετοὶ ὀξέες καὶ 8 ἔφυδροι μίαι, καὶ 9 δυσεντερίαι γίνεται, μάλιστα δὲ τῆσι 10 γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι τοῖσιν 11 ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

Singularum defectionum morbi.

XI. Iam verò quod ad temporum 1 importunitates & defectiones attinet, [huiuſmodi ferè ſunt;] ſiquidem 2 hyems ſicca & 3 aquilonia fuerit, 4 Ver autem 5 pluuioſum & auſtrinum, neceſſe eſt 6 æſtate fieri febres 7 acuta s. & ophthalmias, & 9 dyſenterias, maximeque 10 mulieribus & viris natura 11 humidioribus.

1 Cùm nimirum ὡραῖα non fiunt ὡραῖως. Explicat primam partem primi Aphoriſmi.

2 Pars anni quæ definitur ab occaſu Vergiliarum, ad æquinoctium vernale natura friget & humet, intermixtis quibuſdam ſiccitatibus.

3 Flatuum expers, aut particeps aquilonis, & propterea cerebro, neruis, & thoraci moleſta.

4 Pars Anni ab æquinoctio verno ad ortum Vergiliarum. Sed cur tali vere non eueniunt morbi? quia præceſſit ſicca hiems, illeque ſqualor temperatur. nam Hippocrates non dixit ipſa ſolùm ſpectanda eſſe præſentia tempora, ſed ex quibus in quæ fiat mutatio.

5 Si diu multumque imbribus ac flatibus auſtrinis madeſcat; mollitie ac humiditate viſui hebetudinem, auditui & capiti grauitatem, corporique vniuerſo lentitudinem adferit: eoque magis quòd hyeme tota exhauſtum ſit corpus: & corpus denſatur ab illis madoribus, colligitque excrementa, ſi diu perſeuerârit.

6 Calidiſſima præſertim ſi fuerit, & Eteſiorum expers. nam eteſij alioqui multos morbos curant.

7 Eſſentiales, & ſymptomaticas à putredine, maximeque continentes: quòd ille mador, quem fecit Ver, hoc æſtu putreſcat ac ephodon exhibeat. Et quia dyſenteriam plerumque comitem habent, propinabimus decoctum radicum pentaphylli, tormentillæ, agrimoniæ, cum ſirupo de ribes, & de acredine citreorum: cum pauco oleo vitrioli.

8 Humoris excluſione, qui vere collectus fuerat, à cerebro in oculos; quòd Aquilonia conſtitutio infirmos reddidit oculos.

9 Exulceratis humore putri inteſtinis, qui à capite totoque corpore influit. Quaſi dicat, caue ne ſtringentibus remediis ergo corpori includas eam; ſed euacuationi ſtude. Idem cogita de cæteris affectibus à tali cauſa prognatis. Da cortices myrobalanorum cum rhabarbaro in pauca copia: ad drachmam.

10 Quòd humore abundent, quodque ſint vaſis anguſtis, putredinique obnoxiis, & corpore minimè perſpirabili, vnde dyſenterica materia pronaſcitur. Pueris tunc etiam dyſenteria moleſta eſt. verendum, inquit Galenus, ne, ſi euaſerint, in quartanam abeant, quam mox excipiet hydrops.

11 Qui ſunt nigris oculis & capillis, læui cute ac alba, aſpera voce, oxyphoni, & oxythymi. Quòd intemperatæ naturæ ſimilem intemperiem difficiliùs ferant, [quàm temperatæ contrariam. Vt anni totius conſtitutio ſit ſalubris, oportet vt eius

Salubris Anni conſtitutionis deſcriptio.

partes

partes cum temperie quadam ſuam naturam tueantur. Itaque ſub ortum Arcturi, hoc eſt ineunte Autumno madeſcat aër. Deinde ſerenitas veniat: vocant *de nae-ſomer*. Deinde occidui flant venti cauri, vſque ad vergiliarum occaſum, quod eſt ad initium hyemis. Sub Vergiliarum occaſu aër mutatur, atque Aquilones flare debent cum madore. Sub initium Februarij Zephyri locum habent frigidi, qui mox vere in Auſtrum abeunt mollem, reciprocéque in Zephyrum ſe vertunt auſtrales venti vſque ad ortum Vergiliarum. His itaque totus Martius & Aprilis recreari debent. Ab ortu Vergiliarum tepeſcere ac ſiccari debet ſenſim aër, vſque ad caniculam; tunc æſtiuare cœlum debet. Sed ortum caniculæ, aquilones antevertunt dies octo, dicti prodromi. Ab ortu caniculæ eteſij flant 40 diebus, ſed pluuiis hæc etiam tempora recreantur quibuſdam. Medio Septembris redeunt Auſtri, ad ortum arcturi vſque.

XII.

Ἢν ὁ νότιος ὀχυρὸς 1 καὶ ἔπομβρος, καὶ 2 εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ 3 ἀνχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν 4 γυναῖκες ἥσσον εἰ τύχοι ἐκβιάσ τοῦ ἔαρ, ἐκ πάσης προφάσιος 5 ἐκπρώκουσιν. αἱ δ' ἂν 6 τέκωσιν, 7 ἀκράτεα καὶ νοτώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ φθαρτὰ 8 ἀπολλύσθαι, ἢ λαπτὰ καὶ νοσώδεα ζῶν ἐόντα. Τοῖσι δ' ἄλλοισι 10 δυσεντερίαι, καὶ ὀφθαλμίαι 11 ξηραὶ γίνονται· τοῖσι δὲ γεηρυτέρησι καὶ πάνυ γέρουσι 12 ἀπολλύντες.

XII. Sin auſtrina, 1 pluuia, & 2 tepida fuerit hyems, Ver autem 3 ſiccum & aquilonium, 4 mulieres ingrauidatæ, quæ Vere parituræ ſunt, quauis de cauſa externâ 5 abortiunt: quòd ſi quæ 6 peperierint, hæ infirmos 7 & valetudinarios edunt fœtus, adeò vt paulò poſt 8 moriantur, vel debiles & valetudinarij viuant. Aliis 9 autem quibuſdam hominum naturis 10 dyſenteriæ, 11 ophthalmiæ ſiccæ naſcuntur: & ſenibus catharri breui 12 funeſti.

Superiori contraria conſtitutio.

Sume id, æſtatem ac Autumnum præcedentem ex legenatura curſuue ſuum perfeciſſe.

1 Pituitæ putris parens & cauſa effectrix. Quemadmodum frigido & aquilonio cæli ſtatu generatur acida & vitrea illa pituita: & temperatâ hieme circumfluit naturalis pituita; ita auſtrinis in temporibus gignitur pituita putrida. Huic igitur remediandum diætâ & pharmacià.

Pituita auſtur.

2 Vox hæc εὔδιος à pleriſque hîc omittitur. Sed Galenus eam non expungit. Imò omnino eſt neceſſaria ad huius loci explicationem. Ariſtoteles εὐδίαν pro tepore humido accipit, ſeu cœli clementia: nec verti debet ſerenitas, quamuis propriè ſignificet dulce illud tempus, ita conſtitutum, vt iuuet eſſe ſub dio, ſi vocis etymon rimemur. Ariſtoteles, vbi agit de pruina & rore, tribus vtitur vocibus. χείμων, χειμερινὸς τόπος, εὐδία· ἢ εὐδιέστερος τόπος & αἰθρία: hoc eſt hyems, hyemalis locus, cæli clementia, & clementi locus cœlo: & ſerenitas. Et aſſerit Ariſtoteles pruinam & rorem fieri ἐν τῇ αἰθρίᾳ, hoc eſt, in ſerenitate. Ergo εὐδία non eſt ſerenitas, alioqui etiam pruina fieret in εὐδίᾳ, quod negat Ariſtoteles, qualis eſt Auſtris ſpirantibus aër. Plinius εὐδίαν temperiem vertit ex Theophraſto. Quin ipſe Theophraſtis libro primo de cauſis plantarum τόποις εὐδιεῦσι opponit ψυχροῖς. Qui de his prolixiùs agere velit, legat Ariſtotelis duodecimum caput libri primi Meteorologicôn. Si itaque fuerit aër ventis placidus, & temperatus, lenis & mollis, ita vt iuuet eſſe ſub Dio.

1. Meteor.

17. lib. 24. Theoph. 4. & 5. de cauſis Plant.

3 Occluſis vi frigoris poris, vnde nihil è corporibus noſtris exhalat, ſed pituita illa putris, quæ hyeme nata fuit, intrò fertur.

4 Quæ inoffenſo curſu, conformationis & motus hiſtoriam, ad illud vſque tempus abſoluit.

5 Nam à pituita illa intus abacta fœdatur nutricatus fœtus, isque iam grandior factus fraudatur ſuo genio: & vterina laxantur vincula à pituitæ copiâ madentia, hinc eſt quòd tunc abortioni fiat obnixius. Subitaria etiam illa frigoris incurſio validè affligit fœtum. Si itaque mulier abortioni obnoxia fuerit naturâ, ex quauis cauſa crudum abiicit facilè fœtum. Cauſæ externæ, vt trepidatio, ſaltus, euacuatio aliqua. Foueat partes infernas, vnguenta roborantia adferantur. victus ratio caſtiget pituitam.

Vſus.

6 Si perfectum partum ediderit.

7 Quòd ante defraudati fuerint & ſpiritu puro, & alimento ſuaui. qualis enim aër, talis ſpiritus.

8 Humorum & partium vitio. Ita etiam quorum matres fœtæ fructibus crudis ſe replent. Nam in vtero non ita bene effundit ſuos ſudores vt deberet.

9 Pro humorum copia, qui humido cælo procreantur, vt afficiuntur variè corpora, ita morbi varij. Quaſi dicat, cum hæc deſcripta conſtitutio omnibus calamitoſa ſit, tamen iſta calamitas, pro cuiuſque varia natura variè diſtinguitur.

10 A pituita putri eueniunt mulieribus & viris natura humidioribus. Ita etiam per autumnalia frigora euenit. ſi æſtas Auſtrina præceſſit. & hyeme quoque aquilonia, quia exitum non habet ſalſa pituita. Vere etiam auſtrali, quia pituita viſcoſa colligitur in inteſtinis: & æſtate etiam ſi clyſter naturalis deficiat, nec pituitam arceat, tunc hæc putreſcit: & in fine æſtatis, ſi quæ dein ſuppreſſa, impetu affluat.

11 Biliоſis, ſed ætate confectis. nam aquilo prohibet exhalationem.

12 Per apoplexiam, & paraplexiam, tabem & aſthma: nam frigus ad interna ſuccos vel retrudit; vel catarrhi pectus ſenile obruunt.

XIII.

Ἢν δὲ τὸ θέρος 1 ἀνχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον 2 καὶ νότιον, 3 κεφαλαλγίαι ἐς τὸν 4 χειμῶνα γίνονται, 5 βῆχες καὶ 6 βράγχοι, καὶ 7 κόρυζαι, ἐνίοτε δὲ καὶ 8 φθίσιες.

Æſtas frigida & ſiccа.

XIII. Sin autem 1 ſiccа & aquilonia æſtas fuerit, autumnus contrà pluuioſus 2 atque auſtralis, 3 cephalalgiæ fortes in 4 hyemem incidunt, & tuſſes, & 6 raucedines, & 7 grauedines, atque nonnullis 8 tabes.

His verò ipſis temporibus morbi non eueniunt, nam contraria intemperie hæc ſe mutuò temperant.

1 Sicca quidem & calida ſua natura eſt æſtas, verùm temperatè; namille ſqualor in opora dilui debet, cùm noti excipiunt Eteſias.

2 Sed ventis placidus, calidus & humidus. Si durâriit illa tempeſtas vſque ad hyemem. Natura ſua autumnus algeat & aret intemperanter, initium eius pluuioſum eſt, medium ſerenum, finis pluuioſus. talis eſt naturalis eius conſtitutio.

3 Madore tenſo cerebro in natura humidioribus: & retentum ibi excrementum putreſcit.

4 Si hyems ſuam temperiem habuerit naturalem.

5 Exprimitur enim ex cerebro mador à frigore hyberno.

6 In larynge. Tribus modis fluit humor, ergaſmo, doloris vi, vel cùm pars continens exonerat ſe in contentam.

7 In naribus.

8 Ex pituitæ putris in pulmones delapſu, vnde exulcerantur. Quod facile fit his, quibus ſcapulæ alarum modo prominent. Si ergo contumaces inciderint tuſſes, fontinellæ fiant in humeris, & in ceruice, vel etiam in cruribus. Sed ſemper ea lege, vt panniculus

Vſus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 411 sur 513

©BIUM

carnosus vnà peruadatur à cauterio: alioqui frustrà erit.

XIV.

Autumnus. Ἦν δὲ βόρειος ἡ 1 καὶ ὑγρὸς, τοῖσι μὲν 2 ὑγιείην ἔδωκε τοῖς φύσας, ἐς τὴν 3 γυναῖκα 4 ξύμφορον. Τοῖσι δὲ 5 λοιποῖσιν 6 ὀφθαλμίαι ἔσαν, ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες 7 καὶ 8 χρόνιοι, ἐνίοισι δὲ καὶ * 9 μελαγχολίαι.

* κόρυζαι. *sed malè, quia hîc non fit mētio succrescentis catochimiæ.*

XIV. Sin autem fuerit aquilonius 1 & pluuiarum expers Autumnus, his quidem qui 2 naturâ sunt humidiores, & 3 mulieribus 4 opportunus. 5 Cæteris ophthalmiæ 6 accidunt siccæ, & febres 7 acutæ, & 8 diuturnæ; nonnullis etiam 9 melancholiæ.

Frigiditatis naturæ nota.

1 Cum nimirum æstas præcessit ficca & frigida.

2 Qui sunt nigro rectóque capillo, nigris oculis, cute alba & glabra, voce aspera, venis angustis.

3 Pituitosis, & mollibus. Sunt enim variæ mulieres; quædam enim, vt viragines, per solum biduum fundunt menses: aliæ sunt mediæ, hæ per quadriduum: ac mollibus ad septimum diem feruntur.

4 Quia castigatur harum nimius mador.

5 Biliosis & melancholicis.

6 A bile sui seri experte; quod æstas siccissima exhausit, cuique iam denegatur exitus strictis membranis oculorum per hyemem, in quam incidunt. *Vsus.* Temperat enim genuinus ichor bilem, ne nimium æstuet ac squaleat. In tali ophthalmia bilis euacuetur, ac oculi rigentur aqua rosata aut lacte muliebri, quibus adde tutiæ præparatæ aliquantulum.

7 Symptomatum vehementia; & quia seri sui expers reddita bilis ferocit in venis, ac ibi cunctando putrescit.

8 Difficultate curandi, quòd humor crassior redditus sit penè pepasmi expers, meatus obstructi, natura infirma. Hic à venæ sectione apozematibus aperientibus, refrigerantibus, ac purgantibus, sensim dometur ac excludatur humor contumax.

Melancholici. 9 Deliria non sine tristitia & metu: omnia enim tuta timent. Aut etiam insania febris particeps. Nonnullis etiam hoc euenit, qui cùm calido & sicco temperamento fuere, iam affecta ætate, frigidiores & sicciores redduntur, ac fœtum horum redditur corpus in prouentum atræ bilis: & hæc tempestas eam acuit ac vberiorem reddit. Methodum miscendarum tempestatum hîc docet Galenus.

XV.

Siccum & pluuium tempus. Τῶν δὲ 1 κατασιῶν τὰ ἐναυτὰ μὲν ἕλκει οἱ 2 ἀνχμοὶ 3 τὴν ἐπομβρείων εἶναι 4 ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον 5 διαστώδεες.

XV. Inter anni 1 status omninò 2 siccitates 5 imbribus assiduis sunt 4 salubriores, minusque 5 funestæ.

Vsus. *Intemperies sicca salubritati accommodatior est, quàm humida immoderatio. Si ergo siccitas illa fuerit cum moderato calore & frigore, sciat Medicus nascentes tunc morbos sucreuisse, non aëris, sed diætæ vitio.*

1 Descriptiones, historias, & constitutiones.

2 Absque incendio, cùm philomelarum copia apparet.

3 Pluuiali statu. putredinis prouentu.

4 Perspiratione, & excrementorum inopia. Ergo facilè hi morbi curabuntur.

5 Pepasmi & excretionis facilitate; nam alta putredo in vitio non est. & corpus liberè perspirat.

XVI.

Νοσήματα δὲ, ἐν μὲν τῇσιν 1 ἐπομβρίῃσιν οἷς τὰ πολλὰ, γίνεται 2 πυρετοὶ τε 3 μακροὶ, καὶ κοιλίης 4 ῥύσιες, καὶ 5 σπασμοὶ, καὶ 6 ὀδίνησι, 7 καὶ ἀποπληξίαι, καὶ 8 κωφώσιες. ἐν δὲ 9 τοῖσιν ἀνχμοῖσι, 10 φθινώδεες, 11 ὀφθαλμίαι, 12 ἀῤῥῆξιες, 13 στραγγουρίαι, καὶ 14 δυσεντερίαι.

XVI. Namque 1 assiduis imbribus qui morbi incidunt, huiusmodi ferè sunt: 2 febres 3 diuturnæ, alui 4 profluuia, & 5 putredines, & 6 epilepsiæ, & 7 apoplexiæ, & 8 anginæ: Per 9 squalores verò 10 tabes, 11 ophthalmiæ, articulorum 12 dolores, vrinæ 13 stillicidia, & 14 dysenteriæ. *Præcedentis Aphorismi confirmatio.*

1 Assiduis ab imbribus, succi corporis redduntur madidiores & frigidiores.

2 A putredine per obstructionem nata.

3 Pepasmi & excretionis difficultate: quia pluuio cœli statu meatus redduntur angustiores, & natura debilitatur, ac prouentus excrementorum est maximus.

4 Lienteriæ, diarrhœæ, disenteriæ atque tenesmi: copiosè enim ichores tunc proueniunt, vel aluinæ venulæ ab infarctu laborant, putredineque succos contaminant. Vnde fluxus vniuersales qui toto genere manant venoso. *Vsus.* A prouisione totius, tandem cùm prauitas excrementorum se remiserit, dentur talia quæ intestina roborent, vt Panis biscoctus coquatur in aceto, & siccetur, id ter repete, tandem puluerisetur, ac eo iuscula incrassentur.

5 Vlcera putrida malique moris, pustulæ, & alii tumores, qui partium, in quas materia illorum decumbit, substantiam labefactant: præsertim verò pudendi & ani: & sphacelismi cancri vim redolent, ægre ad cicatricem veniunt: purgatis admoue vnguentum ex tutiâ, cui addes argentum viuum puluerisatum. Puluerisatur facillimè, si remisceas id cum liquato plumbo, quin & auro. nam id argentum calcinat cuncta metalla. *Obseruabile.*

6 Conuulsiones vniversi corporis periodicæ, cum sensus & mentis oblæsione à madore. Detur decoctum guaiaci.

7 Id est, motus & sensus vniuersi corporis priuationes.

8 Pituitosæ in faucibus phlegmonæ. ab euacuatione lingant cineres hirundinum cum dianuco.

9 Quasi dicat, licet siccitas sit salubrior imbribus, suæ tamen intemperiei congeneres morbos inuehit.

10 Siccæ, ab inopia nutricatus: squaloreque sicco emaciato corpore, vnde atrophiæ.

11 Siccæ, ab adusto fero sanguinis, consumptoque humore aqueo, qui restaurari nequit ab æstu bilis quæ in membranam affluit, si hanc ad φθινώδη referas.

12 Ex articulorum attritu, exhausta penè materia quæ ad facilem motum facit, atractoque acri fero. *Vsus.* Optimum mihi remedium hoc: accipe viuas ranas, has coque in butyro insulso. hoc illinat se.

13 Per vrinæ acrimoniam. Da lac amygdalinum papaueratum.

14 Bilis acrimonià, quæ intestina exulceret: Aliter curanda hæc, quàm quæ prouenit ex præcedente aëre humido; ibi enim putrescit materia, tenesmum facit; deindè excludit muccosa, putrida, & varia. Bile excluså coquatur lac ad mediæ partis exhaustum, id poret.

XVII.

Αἱ δὲ 1 καθ' ἡμέρην κατασιαὶ, αἱ μὲν βόρειοι τὰ σώματα 2 ξηραίνουσι, καὶ 3 ὀδύνας, 4 ἐλκώσεις, καὶ 5 ὕγρεια, καὶ 6 ἀκοὰς πρὸς τὰ ἔσω, καὶ τὰς 7 κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ 8 ἔμπαλιν διδοῦσι, καὶ αἰεὶ τὸν διαπνοὰν 9 ἀλληλοῖα· λιὼ δὲ πρὸς μᾶλλον πονέουσιν. Αἱ δὲ 10 νότιοι διαλύουσι τὰ ἰσώματα καὶ ὑγραίνουσι, καὶ βαρυκοΐας, καὶ παρυδαρίας ποιέουσι, καὶ 11 ἰλίγγους, ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

XVII.

Diuiæ conſtitutiones aëris quid agant; Aquilonariæ.

Auſtrinæ.

XVII. Iam verò quod ad tempeſtates 1 cottidianas attinet, Aquiloniæ quidem 2 ſolida reddunt corpora, tum 3 etiam firma, & ad 4 motum expedita, & benè 5 colorata, 6 auditum acuunt, ſed tamen 7 aluos deſiccant, quin & 8 oculos mordent, & ſi quis antè 9 dolor in thorace extiterit, eum acerbiorem reddunt. At verò 10 Auſtrinæ, corpora planè reſoluunt, & humidiora reddunt, tum etiam auditus graues, & capitis grauitates, & 11 vertigines inducunt tenebricoſas, tum ipſis oculis totique corpori in mouendo difficultatem adfetunt, aluumque humidam reddunt.

1 Quæ repente incidunt in tempora alioqui bene morata, nec perennant, ſed paucis diebus ſuum peragunt curriculum, vel vno die interdum. Tempeſtates nimirum quæ cottidie oboriuntur.

2 Serum humorum exhauriendo.

3 Modica ſtrictione ac ſiccitate partium.

4 Ex moderata ſiccitate firmatis inſtrumentis, ac robore animalis facultatis.

5 Benigni ſanguinis vitalis ac naturalis beneficio: hinc enim flos ille venuſtus qui cernitur in colore, charactere, & mole. Vnde certa documenta certæ ſanitatis principum partium, & triplicis œconomiæ facultatum.

6 Et reliquos etiam ſenſus integriores præſtat, & libertatem quandam facit meatui auditorio externi medij, id eſt, aëtis, puritas, membranamque illam in auribus facit aëreis pulſibus accommodatiorem.

7 Hoc eſt, ſupprimunt. excrementi prauitate, ob felicitatem coctionis & diſtributionis, ſtrictaque vi corporis, dominante, conſtricto etiam vi frigoris ſphincterе.

8 Nam aëri frigido tenelluli oculi expoſiti.

9 Vt pleuritis, aſthma, raucitas ſicca, tuſſis, tabes.

10 Quæ ſubitò inuadunt; infirma faciunt corpora ac quaſi effœminant ea, nimiâ mollitie, principio neruorum madore emollito; meatus obſtruunt, aërem impurum reddunt, mentis aciem obnubilant.

11 A fuliginum copia, cui remixti ſpiritus animales (qui alioqui ſua ex natura recto motu feruntur) in gyrum rotantur: nam vaporum ac fuliginum motus is naturalis eſt. Imagines autem rerum ſpiritus animales offerunt menti: quare cùm hi gyrantur etiam imagines vnà voluuntur.

XVIII.

Κατὰ δὲ πὰς 1 ὥρας, τῶ μὲν 2 ἦρος καὶ ὄπωρυ 3 τῶ θέρεϑ, οἱ 4 παῖδες, οἱ τυτθοὶ 5 ἐγκάϑηνται τῆσιν ἡλικίησιν, ἄκεστοι διαγίνονται, καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα· τῶ δὲ 6 θέρεος καὶ τῇ 7 φθινοπώρῳ μέχρις μὲν τινὸς, οἱ 8 γέροντες· τὸ δὲ λοιπὸν φθινοπώρυ καὶ τῶ χειμῶνϑ, οἱ 9 μέσοι τῆσιν ἡλικίῃσιν.

Aetates aliæ aliis temporibus gaudent.

XVIII. Iam verò per 1 tempora anni, 2 Vere quidem & 3 ineunte æſtate, 4 pueri, & his ætate 5 proximi optimo ſanè ſunt loco, valentque optimè. 6 Æſtate verò & 7 Autumno aliquantiſper 8 ſenes: quod reliquum eſt Autumni & hyemis, qui ſunt 9 ætate medij.

Intemperata naturæ modico gaudent contrariorum vſu: temperata verò, temperatis. nam à ſimilibus fomentur res quæque, mutantur verò à contrariis.

1 Hoc eſt, per anni ſeptem partes benè morata beneque conſtituta: in quibus tempeſtates ſingularum proprio fiunt loco, hoc eſt, cùm ὑγιεῖαι fiunt ὑγιεῖαι.

2 Quod tempore excellit inter cætera tempora, eſtque cunctæ nimietatis expers.

3 Hoc eſt, à calendis Maij, ad Idus eiuſdem Menſis.

4 Anno à ſeptimo ad decimum quartum, ineunte æſtate, integra ſanitate fruuntur; nam ſunt humidiores.

5 Adoleſcentes: nam hi Vere valent maximè; quòd temperata huiuſmodi ætatis natura, ſimili quoque temperie ſuo ſtatu contineatur. Eſt enim moderatiſſima hæc ætas, nimirum à 14. ad 25. Reliquis autem ver neque peſſimum, ſed medium, dicit Galenus.

6 Vigente æſtate.

7 Diebus aliquot ante occaſum Vergiliarum, id eſt, parte altera Autumni.

8 Quia intemperatæ naturæ modico contrariorum vſu gaudent: nam ſunt frigidiores, & ab excrementis humeſcunt.

9 Vt conſtantis ætatis homines, & iuuenes. vt ab anno 25 ad 40.

XIX.

Νοσήματα δὲ 1 πάντα μὲν 2 ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται· μᾶλλον δὲ ἔνια καθ' ἑνίας αὐτέων καὶ 3 γίνεται καὶ παροξύνεται.

Præfatio. nè venit iam ad peculiares morbos cuiq; tempori anni.

XIX. Enimuerò morborum genus 1 omne 2 omnibus anni temporibus exiſtit: Sed tamen eorum alij certis anni temporibus faciliùs 3 exiſtunt & ingraueſcunt.

1 Quaſi dicat, morbificæ cauſæ omnes non pendent à temporum conſtitutione: cunctæ enim res non naturales fœcundæ ſunt in morbos: plurimi tam naſcuntur vitio temporum, quàm diætæ & naturæ.

2 Efflorеſcunt idem morbi, ſpecie, magnitudine, more, & motu. Propterea autem naſcuntur, quòd naturæ ſint congeneres, vel quòd diætæ vitio natura labefactetur, & omnis humorum ratio immutetur.

3 Hoc eſt, fiunt & irritantur. Ita melancholici morbi Autumno gignuntur: Vere irritantur. ſic tabidis calamitoſus eſt Autumnus procreatione morbi, & eiuſdem paroxyſmo. Ita cauſus oritur æſtate cùm cælum flammat caloribus: attamen illa etiam hyeme producitur ab aromatum vinique generoſi intemperato vſu.

XX.

Τοῦ μὲν γὰρ 1 ἦρος τὰ 2 μανικὰ καὶ τὰ 3 μελαγχολικὰ, καὶ τὰ 4 ἐπιληπτικὰ, καὶ 5 αἱματῶδεα ῥύσιες, καὶ 6 κυνάγχαι, καὶ κορύζαι, καὶ βράγχοι, καὶ βῆχες, 7 καὶ 8 λέπραι, καὶ 9 λειχῆνες, καὶ 10 ἄλφοι, καὶ 11 ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ 12 φύματα, καὶ 13 ἀρθριτικά.

Morbi temporum ſuam naturam ſeruantium, Veris.

XX. Etenim 1 Vere 2 inſaniæ, 3 melancholiæ, & epilepſiæ 4 ſumma ſunt omnia, 5 ſanguinis profluuia, 6 anginæ, grauedines, raucitates, & tuſſes, 7 & 8 lepræ, 9 impetigines, 10 alphi, plurimæque 11 puſtulæ vlceroſæ purulentæque 12 & tubercula, 13 & articulorum dolores.

Enumerat hoc Aphoriſmo triplicia ſymptomata malè affecti cerebri per idiopathiam & per ſympathiam. Quadam enim ſunt ſymptomata malè affecti temperamenti cerebri: temperamento enim malè affecto accidit principis facultatis deprauatio, vt ſunt mania, & melancholia. Alia ſunt ſymptomata malè affecti cerebri in corpore vel ventriculis cerebri, vt in epilepſia. Alia denique ſunt ſymptomata excretionis malè affecti cerebri, vt ſunt haimorragia, rauedines.

1 Vere

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 413 sur 513

1 Vere notio: maximè cum fabæ florent. ver euchyma corpora seruat: impura arguit. vt exercitium, ita corpus purgat ver.

Mania. 2 Hoc est, furores febrium expertes, non autem superuenientes phrenitidi. vt virginibus euenit à menstruorum suppressione; siquidem in mammis coaceruetur sanguis menstrualis. viris etiam qui sunt vultuosa facie; rubris & flauis; quibus sanguis ad superiora elatus in melancholiam transit, à quo humore melancholico fit mania, quòd verno tempore sanguinis dominatu corpus teneatur, & qui in eo existit melancholicus humor moueatur. Mania accipitur apud Hippocratem duobus modis, vno modo pro ea insania quæ phrenitidi superuenit, & est iuncta febri: de qua Hippocrates in Coacis, Phrenitici, phanatici, tremuli. De qua mania hîc non loquimur: sed de ea quæ febris est expers.

3 Hoc est, deliria cum timore & mærore cõiuncta, febris expertia. Eueniunt hominibus constantis ætatis, qui olim calido & sicco temperamento fuerunt.

Melancholia triplex. Est etiam apud Hippocratem alia Melancholia quæ est febris particeps. Quæ autem febris est expers, est triplex: vna, cerebri; altera totius corporis humore melancholico imbuti, à repletione & plethora totius corporis; deinde hypochondriaca.

4 Puerilis à pituita: senilis, à melancholia.

5 Explicata iam deprauatione actionum principum & spontanearum, hoc est motus; explicat deniq; symptomaticas excretiones cerebri malè affecti idq; siue peridiopathiã siue per sympathiã. Haimorrhagia accipitur hoc loco pro omni sanguinis excretione ex quacũq; parte ea fiat. Est autem duplex, critica nimũir, qua natura leuatur; & symptomatica, quæ fit naturæ incommodo, & malis ægri rebus. Est itaque hæmorrhagia cerebri malè affecti vel aliorum viscerum symptomatica, vel critica plethoræ. Quæ symptomatica est, bifariam euenit: vna, è motu morbi, qualis erat haimorrhagia Philisci: altera, ex vitio alicuius visceris. Nam quibus facies viridi colore est suffusa, ex hepate laborant: & signum est iam iam adfuturi hydropis, frequens in his cruoris per nares effusio. Vidi tales cùm à vini liberaliori vsu æstuarent, in hæmorrhagiam sæpiùs traherentur, tandem ictericos euasisse, mox in hydrop idẽ malũ abisse, calamitosum.

Haimorrhagia Hippocrati varia.

Obseruabile.

Historia.

6 Ex humoris decubitu excitata phlegmone in faucibus & larynge.

7 Iam aggreditur explicationem earum affectionum quæ sequuntur vitium humorum à centro ad superficiem translatorum. Vtque est humoris qui foras euocatur conditio, & partis in quam decumbit diuersitas, ita etiam malum distinguitur quod procreatur.

Lepra. 8 Hoc est, scabies crassa, quæ cutem altiùs in orbem disquamat: à pituitâ fit salsâ, tùm simplici, tum atrâ bile perfusâ. Arabum Lepra est Græcorum elephantiasis. aliud quoque Græcorum est Lepra,

Historia. aliud elephantiasis. Nam læpræ nomen, est genus, sub quo continetur etiam elephantiasis. Cuidam nobili viro huic implicito, multa remedia frustrà adhibui. secui venam, præparaui, purgaui; tandem elleboro albo vsus; topica præclara admoui, theriacâ pugnaui; omnia frustrà. Tandem vsu cucumerum euasit. His conditis etiam vrebatur toto anno.

Malum mortuum. 9 Quæ mala mortua recentioribus Chirurgis dicuntur, ex suffusione seri cuiusdam crassi, bilioſi, aut pituitæ salsæ, pepasmi expertis. Nam lichen est vt herpes venenatus: quia hæc diffusio adfert parti depraua-tionem facultatis alteratricis, adeò vt qui bonus sanguis in partem influit, is statim in eum humorem conuertatur, quo pars est vitiata. Non est autem lichen id eum quod mentagra: vide Celsum & Æginetam.

10 Vitiligines, hoc est defœdatio, & maculatunda, guttarum more sparsa: quæ fit à pituitâ salsâ, vel humore melancholico. Duplex enim est Alphus, albus, & niger. quorum niger est longè albo deterior. Alphus autem omnis, macula est planè indelebilis. & si quid scateat alphis, signum est imminentis elephantiasis. Differt autem alphus à Leuce, quòd leuce altiùs descendat; alphus superficietenus conspiciatur. *Alphi.*

11 Vt herpetes exedentes. Duobus enim modis accipitur apud Hippocratem exanthema. nam generaliter acceptum significat tertium illud, tumorum genus quod Latini pustulam vocant. hoc est, tumor præter naturam pepasmi expers à materia natus: & à sanguine segregata est illa materia, quæ partis in quam decumbit substantiam labefactat. At κατ' ἐξοχὴν significat pestilentem & venenatam illam pustulam, cuius materia acerrima cutem rodit. *Exanthemata quid Hippocrati.*

12 Hoc est, tumor præter naturam, quem vulgò furunculum velanthracem nominamus.

13 Non quidem à siccitate, sed propriè dictæ arthritidis 6 Aphorismorum 55. incumbentibus in articulos humoribus verno tempore liquatis. Iuuenes arthritici in senio liberantur, quia piruiteſcit acrior tunc succus.

XXI.

Τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε ἰ τετάρτεα, καὶ 2 πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ κῶδες 3 καὶ 3 τριταῖοι, 4 πλείστοις καὶ 5 τεταρταῖοι, καὶ 6 ἔμετοι, καὶ 7 διάῤῥοιαι, καὶ 8 ὀφθαλμίαι, καὶ 9 ὤτων πόνοι, καὶ 10 στόματος ἕλκώσιες, καὶ 11 σπυιδώδεες διαβρώσιες, καὶ 12 ἕρπητες. *Aestatis prorỹ & alieni morbi.*

XXI. At verò æstate horum 1 nonnulli accidunt, & febres 2 continuæ. & 3 causi, & tertianæ 4 plurimæ, & 5 quartanæ, & 6 vomitiones, & 7 diarrhœæ, & 8 ophthalmiæ, & 9 aurium dolores; & oris 10 exulcerationes, & 11 genitalium putredines, & pustulæ 12 quædam miliariæ.

Morbi veris & æstiui quid differant. 1 Differunt morbi veris & morbi æstiui: Veris quidem, quòd eo tempore ingraueſcant. æstiui verò, quòd æstate gignantur, & ingraueſcant. Horum, inquit, nonnulli accidunt, quòd æstatis initium, veris adhuc naturam retineat. Quasi dicat, ex morbis æstiuis alij sunt communes, alij sunt proprij.

Febres continuæ. 2 Veræ, & nothæ. Ac nothæ quidem ex pituitæ salsæ permixtione: Veræ autem ex putrida bile quæ stabulatur in maioribus venis & arteriis. Notha quidem si præcesſit hyems austrina, quæ pituitæ salsæ est procreatrix, & subsequutum fuerit ver aquilonium & siccum, quod illam pituitam diutiùs retinuerit.

2 Hoc est, continuæ essentiales, cum inexplebili siti, linguæ scabritie, cum iactatione corporis & ardore cohiunctæ. Quæ fiunt cùm exhaustæ venæ & arteriæ, acres ichores in se rapiunt. Nam æstas acerrimæ bilis est procreatrix. A prouisione habita totius corporis, commendatur ab Auerrhoïde mirum in modum aqua anguriæ, vel melonum pota. Nos iulapiis addimus maximo cum successu oleum vitrioli, ad acorem. *Remedium.*

4 Nothæ quidem ineunte æstate. sub canicula verò, per alicuius viscеris peculiarem affectionem, gignentis, aut mittentis, aut susciepientis bilem. Affectionem viscеris, inquam, non quidem phlegmonem, sed indicibilem quandam & inexplicabilem proprietatem: inde certæ periodi.

5 Æstiuæ: quæ ingraueſcunt æstate: nam in æstate, ob defectum materiæ, generari non possunt: nisi forte sub finem.

6 Bilioſæ. Quòd bilis natura ad superiora viam affectet, cùm ab hepate aut venis in ventrem effun-

ditur:

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 414 sur 513

ditur: maximè si orificio ventriculi sit infirmo, fundo autem valido.

7 Quibus bilis deorsum fertur: vt in pictocholis κάτω.

Medela. 8 Siccæ: ab acerrimo sero bilioso, oculos mordicante. miteſcit fotu aquæ oui, & roſatæ, ac lactis muliebris.

Aurium dolores. 9 Critici, & ſymptomatici, vel ab orgaſmo bilioſi humoris ſuperiores partes petentis, vel ab excluſione cerebri. Intelligit vel aurium inflammationes, vel parotidas.

10 Internæ, tum externæ, tum criticæ, tum ſymptomaticæ. Per continuitatem interioris tunicæ ventriculi, quæ toti ori communis eſt, cùm bilis eam tentat. aut per decubitum à capite in os. Remedio eſt aqua nucum aſperſarum aceto.

11 Præſertim cælo antè pluuioſo, auſtrino, & ventis placido.

12 Sudamina propriè, toto corpore ſparſim erumpentes puſtulæ, à ſudorificæ materiæ acrimonia. Cùm enim hæc materia exire nequit, in molem quandam attollit cutem. Balneis placatur hoc malum; *Remedium.* ex aqua in qua coxit malua, lapatium acutum; & ſacculus cui inditur terra argilloſa; cui miſceo alumen, ſulphur, vitriolum, & interdum quid præcipitati.

XXII.

Autumnales morbi. Τοῦ 1 φθινοπώρου καὶ τῆς ὀπώρης τὰ 2 πολλὰ, καὶ πυρετοὶ 3 τεταρταῖοι, καὶ 4 πλάνητες, καὶ 5 σπλῆνες, καὶ 6 ὕδρωπες καὶ 7 φθίσιες, καὶ 8 δραγμώδεις, καὶ 9 λειεντερίαι, καὶ 10 δυσεντερίαι καὶ 11 ἰσχιάδες, καὶ 12 κυνάγχαι, καὶ 13 ἄσθμαται, καὶ 14 ἕλκεσι καὶ 15 ὄπλη ψίαι, καὶ τὰ 16 μανικὰ καὶ τὰ μελαγχολικά.

XXII. 1 Autumno verò cùm 2 multi æſtiui morbi in hominum vitam inuadunt, tum etiam febres 3 quartanæ, & 4 erraticæ, & 5 lienum tumores, & 6 hydropes, & 7 tabes, & 8 ſtranguriæ, & 9 lienteriæ, & 10 dyſenteriæ, & morbi 11 coxarij, & 12 ſynanchæ, & 13 aſthmata, & 14 voluuli, & 15 epilepſiæ, 16 maniæ, & melancholiæ.

Omnes hi morbi autumnales fiunt ab humore intrò conuerſo, ac veluti in ergaſtulo concluſo; vt hinc ferè incurabiles euadant.

Autumnus morbifer. 1 Qui eſt inæqualis, repentinâ caloris, frigoris, & humoris, & ſiccitatis mutatione; ideoque omnis cacochymiæ parens, & vitij per æſtatem concepti conſeruator; nam effluxum ſuccorum æſtate genitorum cohibet. Sequitur enim æſtatem calidam & ſiccam, corpoque excipit eo modo affecta, & accedente diætæ vitio per oporam.

2 Autumni inæqualitas non apta eſt mitigationi contumacis materiæ æſtiuæ.

3 Sæpe à bile tertiida, quæ degenerat in atram. Curari ferè debet vt tertiana exquiſita. Borago; bugloſſa, viola, nymphæa ſunt hîc vtilia; & ex pomis confecta, & cichoracea.

Erraticæ febres vnde. 4 Siue incertæ, hoc eſt, incerto typo quæ feruntur, cùm aut diuerſis focis materia putreſcit, mouetur, & coaceruatur; aut eiuſdem portio mouetur vna, altera manet immota; altera computruit, altera nunc primùm putreſcit. Incertis horis inuadunt; modò calent, iterúmque poſt tres horas horreſcunt. bonitati naturæ relinquendæ, nam occaſio cathartici captari nequit.

Splenis tumor duplex. 5 A copia melancholici humoris, quam excludere nequit: vel hepar ſe exonerat in lienem validè: vel à nimio potu. Cùm lien obſideatur in ſuperiore parte dicitur anarrhopos. In hiſtoria Herophontis Galenus in cõmentario dicit, Euaſit abſceſſu antirrhopo.

6 Cùm quis per febres ſe liberaliter inuitat, nec aquam vomitione excludat, vel poſt febrem.

7 Quia autumnus tabidis eſt periculoſus: à ferina deſtillatione.

8 Ab acerrima vrinæ vi: reflua bile à peripheria ad centrum. Senibus à pituita ſalſa. Datur decoctum maluæ, & emulſio ſeminum frigidorum & papaueris albi. *Remedium.*

9 Alui prauæ deiectiones, à priuatione concoctionis primæ, per intemperiem frigidam ventriculi, aut ſuperficialem exulcerationem ab acri humore, qui abradendo & exaſperando moleſtus ſit. *Aluini fluxus.*

10 Ab acerrima vi retentidæ bilis. Illa rhabarbaro purgetur.

11 Decumbente ſucco in coxam, phœnigmi ſolatio ſunt.

12 Ab acri bile laryngem occupante.

13 Obſtructis pulmonum bronchiis.

14 Excrementorum per os excluſio, ob inteſtina intercepta, clyſmis agendum.

15 Præſertim melancholicæ, quæ melancholiæ ſuperueniunt.

16 Primatiæ; & quæ phrenitidi ſuperuenit: cùm bilioſus ſuccus qui æſtuat in cerebro, tandem in atrum ſuccum abit. In Vere accidunt maniæ & melancholiæ primigeniæ, quæ ſunt febris expertes: In Autumno, & primigeniæ, & ſecundariæ.

XXIII.

Τὰ δὲ 1 χείμεῶνος, 2 πλευρίτιδες, 3 περιπνευμονίαι, 4 λήθαργοι, κάρηβαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι ἐνδοθεν, καὶ 6 πλευρέων, καὶ 7 ὀσφύος, 8 κεφαλαγίαι, 9 ἴλιγγοι, 10 ἀποπληξίαι. *Hyemis morbi.*

XXIII. At verò 1 hyeme 2 pleuritides, 3 peripneumoniæ, 4 lethargi, grauedines, & raucitates, tuſſes, & dolores 5 pectoris, 6 & laterum, ac 7 lumborum, 8 capitis dolores, 9 tenebricoſæ vertigines, & 10 apoplexiæ.

1 Si hyems frigida & aquilonia fuerit, humidáque.

2 Phlegmone oborta in membrana quæ coſtis intexitur, muſculorumque intercoſtalium: per lateris infirmitatem, cui calamitoſa eſt hyems. Quia maior hîc eſt ratio mali in partis opportunitate, quàm in cauſæ efficientis potentia. Pleuritis autem in aliam anni partem incidit, non ratione partis, ſed ratione materiæ. Hyeme verò languent netuæ illæ partes vi frigoris; & frigus ex capite in illas exprimit ſeroſum humorem.

3 Tum primigeniæ, tum ſecundariæ. Ac primigeniæ quidem ex prolapſu catharrhi à cerebro in pulmones; ſecundariæ, ex tranſlatione pleuritidis.

4 Id eſt cerebri à pituita putrida incendium, cum delirio & febre coniunctum.

5 Fiunt ex decubitu ſubtiliſſimi catarrhi in ſternum; vel ab aſthmate & peripneumonia.

6 Hoc eſt, muſculorum ſexaginta reſpirationi aut exſufflationi dicatorum, aut motui ſcapularum & brachij inſeruientium affectione. Hic meminit Hippocrates pleuritidis & doloris lateris; quare errant illi qui exiſtimant eum loqui de pleuritide vera, libro ſecundo De victus ratione, in initio libri.

7 Tenſo cerebro à flatuum & pituitæ copia.

8 Ex catarrhi prolapſu.

9 Excitata materia, quæ in cerebro vitium fecit, ac in flatum verſa.

10 Exim prohibitis ſpiritibus animalibus à cerebro, ob repletionem.

XXIV.

Ἐν δὲ τῷσιν ὀλκῇσιν τοιάδε σημαίνει· τοῖσι μὲν 1 σμικροῖσι καὶ 2 ἀδύνατα, 3 ἔμετοι, 4 βῆχες, 5 ἀφωνίαι, 6 φῦσαι, ὁμφαλοῦ 7 φλεγμοναὶ, 8 ὧτων ὑγρότητες. *Aetatum signa.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 415 sur 513

©BIUM

XXIV. Iam verò qui in ætates cadunt morbi, huiusmodi ferè sunt: nam 1 pueruli & nuper in lucem editis 2 aphthæ, 3 vomitiones, 4 tusses, 5 vigiliæ, 6 pauores, vmbilici 7 inflammationes, 8 aurium sordes humidæ.

Descripsit hactenus morbos tempestatibus familiares: iam, ætatum nam vt temperamentum corporis fuerit, & in eo dominatus humorum, ita facilè eiusdem intemperiei morbi suscipiuntur. Nam morbi ætatibus ferè sunt congeneres.

1 Hoc est à natali die, ad septimum vsque mensem: vel etiam ad quartum mensem: nam & quarto mense dentitare quidam deprehensi sunt. Triplex est infantia: prima, à natali ad perfectam dentitionem. hinc secunda, ad septimum annum, tertia, quoad asperiorem vocem edit.

Infantiæ triplex.

2 Oris cum interni tum externi vlcuscula, ob cutis mollitiem, lactis acrimoniam, carnisque humiditatem; vel acris catarrhus labitur in os. Qui ex lue venerea laborant, habent quoque os & labra aphthis obsita, vnde hæ aphthæ ad alios serpunt. Nam aphthæ quædam sunt contagiosæ, vel etiam venenatæ: fiunt istæ ex acri humore, omnem pepasmum respuente. quæ à lue venerea, diffusiore oculo ab ore infecto, ad alios quoque serpunt. Sunt quidem inter ipsos pueros aphthæ contagiosæ, quando alter alterum oculo excipit, sed non sunt venenatæ. Adultis interdum eueniunt ab acerrimo sero à capite elabente in palatum & fauces: profert has austrina placida constitutio: sunt malignæ. Abstergentur aqua nucum, quæ cum aspersa aceto elicitur.

Aphthæ.

Epid. 3. 12.

3 Tum lactis tum seri vitio; vel quòd nondum lactis vsui assueuit, quia in vtero, per vmbilicum, sanguine materno vixit. Hinc fit quòd ventriculus nondum assuetus huic officio, finat lac putrescere. Vomitionis autem puerilis duplex est ratio: quædam enim est naturalis, quædam symptomatica. Nam pueruli benè nati, qui sunt solidi, & ventriculo benè constituti, lactis copiam concretam vomitione reddunt: vt qui cibi sunt auidissimi, ventriculus verò nondum possit necessitati insitæ satisfacere. Alia vomitio est symptomatica. quia iis demum naturis lac est consentaneum, in quibus nulla desideratur ratio neque temperamenti in ventriculo, neque puritatis. Pueris itaque quibusdam ex decubitu seri, vel parte aliqua lactis residente in ventriculo, huiusmodi accidit vomitio.

Vomitus pueralis duplex.

4 Ex frigida aura illi insueta, & à catarrho.

5 Torminum vi, & tussi. Ad tormina eorum dare solebam scriptulum anisi crassè puluerisati cum primo pultis cochleari. Hoc purgat infantes, non aliter ac si senior rhabarbarum sumpsisset.

Anisi vis in pueris.

6 Ex tetris vaporibus, à lacte corrupto sursum delatis.

7 Eo nuper refecto tertio vel quarto ætatis die: vnde dolet, & sanguinem trahit.

8 Quòd omnia adhuc humeant, ac ossa etiam muccosa sint. si itaque humescat valdè cerebrum, effundit copiam vndique.

XXV.

De dentientibus.

Πρὸς δὲ τοὺς 1 ὀδοντοφυεῖς γιγνομένοις, ἕλκη 2 ἐξανθήματα, 3 πυρετοὶ, 4 σπασμοὶ, 5 διάρροιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ὀξυγλωσσοι τὰς χηλώδεις, καὶ τοῖσι 7 σπληνώδεσι δὴ παιδίοις, καὶ τοῖσι 8 σκληρὰς τὰς κοιλίας ἔχουσι.

XXV. Iam verò cùm 1 dentire cœperint, gingiarum: molesti pruritus, 3 febres, 4 conuulsiones, 5 diarrhœæ, maximéque cùm 6 edunt caninos dentes, & qui inter pueros 7 crassissimi sunt, aluóque 8 astricta.

1 Vt septimestres infantes, nonnunquam etiam quadrimestres.

2 Hoc est, stimulantes, & vellicantes: pruriunt rei vellicantis acrimoniâ: nimirum dentibus progressu suo gingiuas vellicantibus. Illinantur gingiuæ melle cum butyro, ac cerebro leporino commixto.

3 Dolore & ex vigiliis. Vnde febres acutæ hæ, vt demonstrat Galenus huius libri tertij, vicesimo septimo.

4 Quòd puerorum nerui sint infirmi: indéque pituitâ & flatu distenti conuellantur. Epilepsia, inquit Aurelianus, est morbus puerilis, in ea præsertim pueritia, quum dentes generantur.

5 Seri pituitosi aut biliosi copiâ è toto corpore vel vicinis partibus in ventriculum vel intestina influente: sympathiâ ventriculi ex gingiuarum dolore.

6 Quo tempore acerbiores sunt pruritus gingiuarum; combinationes enim sunt tunc gingiuæ, ac dentes hi acuminati sunt: hoc fit mense duodecimo, & sequentibus, & communitate membranarum cæteræ partes etiam affliguntur: nam interior oris membrana est ventriculo communis, & dens ceteris ossibus duplo est siccior.

7 Ægriùs enim erumpunt his.

8 Quia hoc plethoricis causis replet caput: vnde spasmus.

XXVI.

De mediis inter eos qui dentire desierunt, & qui pubescunt.

1 Προσεντίκτουσι δὲ γλωσσώδεσι 2 παιδίοις, σφυγμὸς τῶν χηλῶν ἰσχνὸν 3 ἔτι ὦσιν, 4 ἄδιψοι, 5 λιθιάσεις, 6 ἕλμινθες γογγύλαι, 7 ἀσκαρίδες, 8 ἀκροχορδόνες, 9 σατυριασμοὶ, 10 στραγγουρίαι, 11 κιρσοὶ καὶ τἄλλα 12 φύματα, μάλιστα δὲ τὰ περὶ τὰς ἐπιφύσεις.

XXVI. At verò cùm 1 ætate processerunt, 2 tonsillæ, necnon vertebræ quæ est ad 3 occiput intrò luxationes, 4 asthmata, 5 vesicæ calculi, 6 lumbrici rotundi, 7 ascarides, 8 verrucæ pensiles, 9 satyriasmi, 10 stranguriæ, 11 strumæ, & alia 12 tubercula; præcipuè verò ptædicta.

Symptomatæ hæc eueniunt puerulis ablactatis nuper, vitiato diætæ, vel immutatione habitus, temperamenti, & actionum ventriculi, & aliarum partium nutritioni dicatarum: quæ neque sic humescere, neque sic intumescere, neque sic concoquere consueuerunt.

1 Absoluta dentitione: cum ad duodecimum progrediuntur annum, à quarto vel quinto computando.

2 Glandularum quæ sunt ad linguæ radicem inflammationes. Nota vna parte oris malè affecta, cæterarum quoque oris partium affectiones intelligit: Effluit in glandulas has humor à cerebro.

3 Ab angina, quæ vertebrarum ligamenta & nerues vnà afficit: vel quòd ipsa hæc ligamenta phlegmone occupantur: vnde luxatur vertebra. Et huiusmodi luxatio periculosissima est, quòd opprimatur radix medullæ dorsalis, qua oppressa, denegatur partibus infrà collocatis spiritus animalis. Dens ita luxatur.

Angina à luxata vertebra.

4 Id est, suspirioli anhelitus, vel spirandi difficultates, ex vitio pulmonum, obstructis eorum bronchiis à crassa & lenta materia: quia pueri nullum diætæ modum obseruant.

5 Ex pituitæ copia: quæ prouenit ex intemperantia actæ vitæ; vesicæ infirmitate, & caloris vi.

Lumbrici.

6 Qui ex cruditate chylosa gignuntur in intestinis, vbi calore foetur. Sic in morbis acutis efferri hos in fecibus, & viuos, bonum est, quia oriuntur à re subterfugiente distributionem; mortui ferunt ex putredine.

7 Vermiculi qui in sphincstere consistunt. sunt symptomata voracitatis.

8 Angustæ basis tubercula callosa: à lentis succi nata.

9 Tubercula

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 416 sur 513

Satyriasis. 9 Tubercula ponè aures oborta. Syriases legebat Hieremias Trinerius: quem affectum Paulus numerat inter affectus pueriles. Satyriasmus vel satyriasis, primò significat elephantiasin, idque ex euentu: quòd elephantiaci more Satyrorum in Venerem ferantur. secundò, pudendi perpetuam erectionem. tertiò, quòd referant elephantici Satyros, quòd habeant retortas auriculas, & labra præturnida more Satytorum. Hîc, Satyriasmus est species quædam parotidis. Hippocrates duorum tumorum qui ponè aures efflorescunt, meminit, μεγάλων & φαύλων: quorum illi rotundi ac duri, ad guttur hærent; hi verò oblongi, sub auribus: sic dicti à Φήρη Thessaliæ vrbe, in qua grassabantur. goggronam nostrates vocant *een Koyer.*

6. Epid. 3.

10 Ab acri humore.

11 A pituita putri imbutis glandulis, præcipuè colli.

12 Quiuis tumores præter naturam; qui foris consistunt à vitio interno corporis.

XXVII.

Adolescentium & puerorum morbi.

Τοῖσι δὲ ἔτι 1 πρὸ ἡβυτάρσιος, καὶ πρὸς πλέον ἥλικον προσάγουσι, τυτθῶν τε τὰ 2 πολλὰ, καὶ 3 πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ὀνυχῶν 4 ἄσματα καὶ φλύκτες.

XXVII. 1 Adultioribus autem & puberibus, commemoratorum 2 multa accidunt, & 3 febres etiam diuturniores, tum etiam 4 sanguinis profluuia è naribus.

1 Duodecimo, decimotertio, & decimoquarto anno: cùm ad pubertatem accedunt. Id est, adolescentibus, qui iam vocem asperiorem edere, venetemque agnoscere ceperint, vsque ad decimum septimum annum, & paulò etiam vlterius. Et hîc agit etiam de septennibus & decennibus: nam hoc Aphorismo pueritiam & adolescentiam simul est complexus.

2 Vt phymata, lithiasis, paristhmia, vermes, & quæ sunt eiusmodi.

3 Ex voracitate, vnde cruditas pituitosa: accedit & quædam acrimonia, quæ putredinis fit causa. Nam pituita quæ in prima ætate erat dulcis, his fit salsa, & difficultate pepasmi negocium facit.

Hæmorrhagia. 6. Epid. 5. 2.

4 Naturalia (quia sanguine abundant, densescente iam habitu corporis) critica in causis & symptomatica, eaque à motu morbi, dum nimirum in excretione aliqua ratio desideretur: vt in Philisco, vel vitio alicuius visceris, vt qui vitio lienis laborant, sanguinem fundunt, quibus nasus rubro viridiq. colore misto perfunditur. Prosequitur vnico hoc Aphorismo pueritiam & adolescentiam. Quarum prior est à septennio, ad decimumquartum annum: adolescentia verò, quum vox iam asperior redditur. Quam à iuuentute distinguit vox, ex aspera reddita grauis.

XXVIII.

Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι 1 παιδίοισι 2 πάθεα κρίνεται 3 τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ 4 μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ 5 ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς πλέον 6 ἥλικα προσάγουσιν. Ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι πάθεα, καὶ μὴ ἀπολυθῇ κατὰ τὰ εἰκάσιμα, ἢ τῆσι σύνεσι κατὰ τὰς ἡλικιμωνίους ῥήξιας, 7 χρονίζειν εἰώθασιν.

XXVIII. At verò 1 puerilium 2 affectionum [diuturnarum] finiuntur aliæ quidem 3 quadraginta diebus, aliæ septem 4 mensibus, aliæ 5 septem annis, nonnullæ cùm ad 6 pubertatem ventum est. Sed quicumque pueriles morbi perdurant, nec desinunt cùm ex ephœbis excesserunt, aut fœminæ cùm menstruales esse cœperint, 7 inueteraſcere consueuerunt.

1 Intelligit recens natos, dentientes, cæterosque accedentes ad pubertatem. Cùm nimirum hi morbi eueniunt non diætæ, sed ætatis vitio. nam quæ à mala diæta affectiones eueniunt, bonâ diætâ soluuntur. nec à partis alicuius sint vitio.

2 πάθος & propriè in gignendo consistit: hîc sumitur pro morbo qui in essentia consistit. πάθος.

3 Quadragesimo morbi die, qui finis est acutorum ἐν μεταπτώσεως, & criticorum septenariorum; vt febres diuturnæ; maximè si morbi materia non sit pepasmi expers, nec vlla pars fuerit in vitio, vt pauores, tusses, vmbilici phlegmone.

4 Hoc est, septimo mense morbi, vt inæquales quartanæ pueriles ab ingluuie, diarrhœa à dentitionis dolore.

5 Vt epilepsiæ.

6 Vt virginum fœdi colores, & epilepsia: hæc interdum ad pubertatem vsque protrahuntur: tunc eclampsi caloris natiui fugantur, nimirum ad annum decimumquartum.

7 Ad extremum vitæ diem protrahuntur, algore & madore nimio.

XXIX.

Iuuenum morbi.

Τοῖσι δὲ 1 νεηνίσκοισιν, αἵματος 2 πλύσιες, 3 φθίσιες, 4 πυρετοὶ ὀξέες, δριμέα ἴζια, καὶ 5 τ' ἄλλα 6 νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ φρενιτικά.

XXIX. At verò 1 iuuenibus expectorata 2 sanguinea, 3 tabes, febres 4 acutæ, 5 epilepsiæ, aliique 6 morbi; maximè verò iam commemorati.

1 Hoc est, ex quo vocem grauem edere cepetunt; ad id tempus, quo naturalis hæmorrhagia sistitur: quod ferè fit vicesimoquinto ætatis anno. Putat Galenus omissam esse adolescentiam; sed Aphorismo 27. puericiam & adolescentiam simul est complexus.

2 Ardore sanguinis bilioſi, qui è venis pectoris aut pulmonum exudat, vel eisdem ruptis, apertis, vel exesis erumpit: ab ictu, saltu, vociferatione, vel sub sole & humi quòd cubârint; vel acti diæta, inde ferinâ distillatio.

3 Quasi dicat, eam ob causam tabes fiunt, nimirum à decimo octauo ad trigesimum quintum annum. Paronomosiâ ludit, cùm ait αἵματος πλύσιες, φθίσιες.

4 Et tertianæ exquisitæ, bilis acerrimæ copiâ; & febres ardentes.

5 Cerebro contagione ventriculi afflicto in pictocholis, vel diætæ vitio. Sed quî fit, vt cuius ætatis beneficio epilepsia curatur, eius vitio epilepsia accidat? Quòd puerilis illa epilepsia fiat à præhumido cerebro per idiopathiam affecto: hîc verò consideratur epilepsia quæ fit cerebro per sympathiam affecto.

6 Bilioſi, vt phrenitis, angina, dysenteria, cholera.

XXX.

In declinante vita, & in cruda senecta.

Τοῖσι δὲ ὑπὲρ 1 τοῦτον ἥλικα 2 ἀδρομαλὰ, 3 πολυσπόνδυλοι, 4 ἀφωνοευμάλιαι, 5 λιθώδεες, 6 φρενῖτιδες, 7 καῦσοι, διάῤῥοιαι 8 χόλεραι, 9 χολέρεαι, 10 δυσεντερίαι, 11 λειεντερίαι, 12 αἱμορροΐδες.

XXX. Iam verò qui hos ætate 1 superant, 2 asthmata, 3 pleuritides, 4 peripneumoniæ, 5 lethargi, 6 phrenitides, febres 7 ardentes, diuturna alui 8 profluuia, 9 choleræ, 10 dysenteriæ, 11 lienteriæ, 12 hæmorrhoides.

1 Hoc est, homines constantis ætatis, ab anno trigesimo quinto ad quinquagesimum, & crudi senes, hoc est à quinquagesimo ad sexagesimumquartum; si iuuenililer adhuc viuant, corpore iam densiore reddito, attritoque calido natiuo, humoribus non æquè tenuibus.

2 Materiæ vitio intrò coactæ, partis infirmitate, & difficultate expectorandi, vitæ intemperan- *Medela.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 417 sur 513

tia congeritur in capite pituita; quæ labitur in imbelles iam pulmones. Moſcum cum croco ex vino hos recreat.

3 Ob eaſdem cauſas.

4 Tum primigeniæ, à putreſcente in pulmone pituitoſo ſanguine: tum ſecundariæ.

5 Hoc eſt, inexplicabilis dormiendi cupiditas, cum delirio & obliuione conjuncta. Et apoplexiam à quadrageſimo ſecundo, ad ſexageſimum ætatis annum euenire docet libro ſexto Aph. Fit autem lethargus à pituita putreſcente in cerebri ſubſtantia: vnde praua febricula.

6 Per idiopathiam cerebri.

7 Continuæ; cum ſiti inexplebili, linguæ ſcabritie, corporis iactatione & ardore, cum lumborum, cervicis, & ventriculi dolore.

8 Ex humoris è toto corpore, aut vicinis partibus in ventrem affluxu, vel vitio pepſeos aut diſtributionis, vnde crudi ſucci permiſti cum bile.

9 Fit vomitu & deiectione. Eſt itaque biliosi humoris ſurſum & deorſum calamitoſa excretio. Confeſtim os ventriculi roboretur, vt ſucco mali punici: alioqui, refrigeratis extremis, conuulſi moriuntur. At in Diarrhœa licet quatriduum abſtinere à remediis.

Dyſenteria quadruplex.

10 Sunt illæ quadruplices, exulceratæ, hepaticæ, abradentes, & ſanguineæ. Nam omnis excretio ſanguinea cum tormínibus & egerendi difficultate, dicitur dyſenteria.

11 Id eſt, præproperæ cibi deiectiones, ab intemperie ventriculi, vel inteſtinorum tenuium, vel ab humore qui abradendo & exaſperando eſt moleſtus: vel ab algida pituita.

12 Hoc eſt, venarum quæ ſunt in ſphincktere muſculo, aut muſculis inteſtini recti leuatoribus affectiones, vel ab eroſione, vel à tumore, vel apertione.

Hæmorrhoïdes.

Duo autem ſunt haimorrhoïdum genera; quoddam ſuperuenit cacochymiæ, aliud plethoræ. Ramulus venæ ſactæ, quæ originem habet à vena caua, decurrit ad muſculos leuatores inteſtini recti. hac via plethora euacuatur, ſitque hac dyſenteria haimatodes: vt his qui mutili ſunt. Hæ venæ magnam cognationem habent cum venis vteri & pudendi in mulieribus: hinc eſt quòd interdum hæmorrhoides officium menſium ſumant. Aliæ, cacochymiæ ſunt purgatrices: quia truncus venæ portæ diuiditur in duos ramos, quorum vnus inſeritur in lienem, alter in meſenterium, & inde producitur ad muſculum ſphincteris. Si itaque fuerit ea melancholici humoris copia in hepate, vt non poſſit à liene attrahi, deerrat illa materia in alterum illum ramum, & excernitur in anum. Quodſi exulceretur muſculus ſphincter, fiunt rhagades. Maximè verò effluunt hæmorrhoïdes quibus olim aſſuetæ fuerant, cùm his tunc ſolemnis intercepta fuerit euacuatio. Melancholia hos etiam vexat.

XXXI.

Τῶσι δὲ 1 φρενῖτις 2 λύσσαι, 3 κατάῤῥοοι βηχώδεες, 4 φαρυγγίαι, 5 λυσουρίαι, 6 ἄῤθρων πόνοι, 7 νεφρίτιδες, 8 ἴλιγγοι, σκοτώδεες, 9 κηλίδες, 10 ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, 11 ἀγρυπνίαι, κοιλίης 12 καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, 13 ἀμβλυωπίαι, 14 γλαυκώσιες, 15 βαρυηκοΐαι.

XXXI. 1 Senibus autem difficultates ſpirandi, 3 catarrhi tuſſiculoſi, 4 vrinarum ſtillicidia, 5 difficultates mingendi, 6 articulorum dolores, 7 nephritides, 8 tenebricoſæ vertigines, apoplexiæ, 9 cachexiæ, totius corporis 10 ſtimulantes pruritus, 11 vigiliæ; alui, 12 oculorum, & narium excrementa, 13 viſus hebetudines, 14 glaucedines, auditus 15 graues. *Seniles morbi.*

1 Triplicibus: à quinquageſimo quinto ætatis anno, ad vltimum vitæ diem: nam viridis ſenectus durat ad ſexageſimum annum; media, vſque ad ſeptuageſimum; deinde decrepita.

2 Ab illabente in pulmones pituitâ.

3 Vbertate irruentis madoris, à frigore totius & capitis & pectoris. corpus perſpirabile hîc eſt.

4 Ab actiore reddità vrinâ, à pituitâ ſalſâ, vnde veſica ſcabie aphthodi laborat: cùm enim fuligines & ichores patuli corporis pori non exhauriant, recurrit ad veſicam. vel craſſiſſima, quæ putreſcit cunctando in corpore, vel à calculo. In his vbi tenuis materia, euaporari debet per habitum corporis: ſi ſit craſſa, reuellenda.

5 Ab infirma veſica.

6 Arthritide tentantur, ob ſuccorum copiam, & articulorum debilitatem.

7 A renum calculis, & exulceratione.

8 Dum in gyrum voluitur ſpiritus animalis, à remixtis vaporibus.

9 Malus corporis habitus: alteratricis functionis deprauatione, & alimenti impuritate: cùm edendo nihil proficiunt.

10 A pituita putri, cui denegatur exitus in habitu denſo ſenili.

11 Suauis anathymiaſeos inopiâ, & cerebri ſiccitate. nam ſenes ſunt quidem ſomniculoſi, ſed non dormiunt.

12 Recrementorum copiâ: nam nec fœliciter coquunt, nec diſſipantur excrementa ſatis fœliciter in denſo illo habitu corporis.

13 Spiritus animalis inopiâ & impuritate.

14 Inopia & quaſi arefactione humoris cryſtallini.

15 Facultatis & inſtrumenti vitio.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 418 sur 513

HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBER QVARTVS.

I.

Τὰς κυήσιας 1 φαρμακεύειν δεῖ 2 ὀργῇ, 3 τετράμηνα, ἢ ἄλλῳ ἑπτὰ 4 μηνῶν, ἤδιον 5 ἢ ταῦτας· τὰ ἢ νήπια ἢ πρεσβύτερα 6 εὐλαβέεσθαι χρή.

I. Prægnantes 1 quidem purgandæ, ſi 2 humor ſit efferus, & 3 quadrimeſtris purgatio, dum 4 ſeptimeſtris fuerit 5 quamuis; hæ minùs: nam in minore & grandiore fœtu 6 cautiàs religioſiuſque agendum.

Hoc libro agit de pharmaciâ in quouis morbo, deque omni excretione, quacumque ratione illa euenerit, naturæ, vel morbi aut pharmacorum vi. Nam hîc præcepta adfert, quibus, quando, quo modo, quo, & quâ ducendus humor, ex conditione temporum, locorum meatuum, & cuiuſque peculiari natura, & ex diſtinctione ipſarum affectionum. Sed quia ingrauidarum periculi plena eſt purgatio, ab ea auſpicatur hunc librum.

1 Φαρμακεύειν, id eſt, pharmaco ſunt purgandæ.

2 Si indomitus humor varias partes feriat, (vnde varia ſymptomata,) excludatur: ob metum metaſtaſeos ac incendij febrilis. Nam talis humor facili remedio educi poteſt: ruit enim.

3 Nam fœtus trimeſtris donec quadrimeſtris fuerit, & quadrimeſtris omnium facillimè aduerſis reſiſtit, ratione vteri & vmbilici. vrget enim orgaſmus, quamuis ingrauidatio diſſuadeat pharmaciam.

4 Quadrimeſtres vocat fœtus in ſpecie, non in ſpacio. omnes eos qui iam moueri cœperunt vteromatris. Nam ſi 35. die abſoluta fuerit typoſis, 70. die mouebitur fœtus qui ſeptimo menſe in lucem edetur. Nomine itaque fœtus quadrimeſtris intelligit id tempus quo fœtus moueri incepit. Atque hoc modo non repugnat huic Aphoriſmo Hippocrates in Epidemiorum ſcripto, vbi grauidam trimeſtri fœtu purgat. Quaſi hîc dicat Hippocrates, Non antea purgabis grauidam quàm fœtus moueri cœperit. Deſcribit enim hîc tecmarſin purgandi, quæ conſiſtit in diſtinctione cauſarum, ſignorum & corporum. Nam tunc demum eſt neceſſaria purgatio, cùm humor eſt efferus: & cùm peculiaris communiſque ægri natura, conſtitutio & vires, peculiaris quoque affectio, talem purgationem admittunt; nam nulla maior neceſſitas incidere poteſt purgationis, quam cum humor ſit efferus. Quaſi dicat, Si non ſit humor efferus, grauida nequaquam eſt purganda. Laborat quidem grauida ex pica & talibus: verùm ad harum curationem non eſt adhibenda purgatio: ſed ſola victus proba ratio. Ita vt vis morbi hoc loco ſit conſtituta in orgaſmo, qui ad purgandum inuitat: ſed quædam, vt diximus, interdum auocant, vt ſi abortionis periculum immineat. Nequaquam autem ſalutis alterius cauſa procuranda eſt abortio. Quòd verò quidam putant, rhabarbarum noſtrum hîc non prohiberi ab Hippocrate, ſed elleborum: dico elleboriſmum vix magis noxium fuiſſe olim, quàm hodie ſit noſter rheubarbariſmus. Si verò non turgent, non ſunt purgandæ. Quia cùm moueri incepit, vincula robuſta ſunt.

1. Epid. 3. 13.

5 Nam grauitate ſua fœtus facilè percipiatur à valida agitatione.

6 Nam infirmiora ſunt. in grandiore conceptu, vteri, vmbilici, ac ſecundinarum vincula. quod enim pedunculis pomorum maturorum vel recens natorum euenit ab aliqua agitatione, vt nimirum facilè excutiantur; idem conceptui tenello & etiam iam matureſcenti euenit. Quaſi dicat, tutiùs purgantur quæ propiùs à quarto menſe abſunt, quàm quæ propiùs ad ſeptimum menſem accedunt.

II.

Ἐν τῇσι 1 φαρμακείῃσι, τοιαῦτα 2 ἄγειν ἐκ τῶν σώματος, οἷσιπερ 3 αὐτόματα ἰόντα 4 κίνησιν τῷ ἤθεϊ τοῦ ἀνθρώπου ἴσην, 5 καὶ μὴ. *Purgationis legitimæ regula.*

II. In artificioſa 1 purgationis molitione, talia ſemper è corpore ſunt 2 excludenda, qualia ſi 3 vltrò manarent bono 4 eſſent. nam quæ ſecus prodeunt, prohibere 5 oportet.

Quaſi dicat, hæc prima lex in artificioſa purgationis molitione ſanciatur; Naturam imitemur. nam eſt triplex purgatio: critica, ſymptomatica, & artificioſa.

1 Nam eam inſtituimus vbi cacochymiâ circumfluit corpus ne indè exardeſcat febris, ſi in putredinem trahatur; vel, ſi craſſi ſuccí infarctum minuentur vaſorum, ne nutritio frangatur, ac nobiles partes ea fœditate impediantur.

2 Quæ nimirum apta iam eductioni euaſit materia: & viæ pateant per quas ea excludatur; quóque natura eam facilè extrudat, ſit alacris, hoc eſt, vt ſi corpus ὑγιὲς. Talia ergo è corpore excludantur, nimirum ſpecie, copia, tempore, & excernendi modo. vt ſitdores, ſanguinis eliſiones &c.

3 Id eſt, ſine medici operâ: vt ſi non ſolùm quæ alterata, ſed ſi alienata emanarint.

4 Hoc eſt, ſymptomatum remiſſionem adferrent, & alleuarent.

5 Quòd illa ſymptomatica ſint, & ſaluis naturæ rebus non excludantur. Quare, inquit, παύειν; nimirum reuulſione, deriuatione.

III.

Ἢν μὲν οἷα 1 δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, 2 ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρεσθαι· τὰ ἢ ἐναντία, 3 δυσφόρως.

III. Etenim ſi 1 qualia purgari debent, purgentur, 2 bono ſit, & alleuatur: cõtraria 3 verò, moleſtè.

Quia hoc libro acturus eſt de euentu omnis excluſionis, criticæ, ſymptomaticæ, vel quæ ſit artificioſa molitione, pulcherrimè hoc Axioma hoc loco repetit neceſſariò.

1 Hoc eſt, ſi materia morbifica excludatur: nullaque ſi ratio excretionis deſideretur in qualitate, copia, tempore, & excernendi modo.

2 Sublata morbi cauſa vtraque interna: vnde redintegratur œconomia naturalis. Quare dum purgatio fit, interdum quidem vexat torminibus: ſed mox dum peracta eſt, redintegratur virtus ægri.

3 Nam opes prædiaque vitæ excluduntur: vel quæ excludi debebant, non ita vt debebant excludũntur: ſed natura preſſa vi morbi conatur quidem id, ſed perficere nequit: inde fugit hoc certamen, ac triumphata à vi contraria manus dat vincenti morbo. Quare id iam deuictæ naturæ argumentum eſt.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 419 sur 513

©BIUM

IV.

Φαρμακεύειν 1 θέρει μὲν μᾶλλον τὰς 2 ἄνω χειμῶνι δὲ τὰς 3 κάτω.

IV. 1 Æstate 2 superiores potiùs [alui partes,] hyeme 3 inferiores medicandæ.

Agit hîc de vniuersali euacuatione; qualis ea est quæ fit per elleborum. Nam est particularis, hoc est, ventriculi etiam à pituita euacuatio per vomitum (qui hyeme etiam instruitur:) de hac non agit hoc loco.

1 In qua ὡραῖα ὡραίως fiunt. Cùm vniuersalis ineunda est purgatio, videndum qui humores quibus anni temporibus incrementa ducant, & quò moueantur naturæ vel aëris vi. Quæ foras ferùntur intrò reuocare non decet: nec natura est reuocanda ab vno excretionis genere ad aliud: vt sudor manat toto corpore, ergo vena secari non debet. Videndum etiam num facilè vomat, nec sit cephalææ obnoxius.

2 Hoc est, vomitio æstate potiùs cienda, quàm hyeme: quia quò natura & humor viam affectant, eò crisium & vacuationum inclinationes fiunt. modò loca ex lege naturæ | sint consentanea, nec ex euentu dissentanea. Alui partes superiores æstate circumfluunt maximè bile: vt vena caua qua sursum repit, quæque supra diaphragma positæ sunt partes. Adiicit sermoni huic μᾶλλον, quare non absolutè hæc pronunciat: nam pituita interdum æstate etiam in vitio est.

3 Ratione humoris pituitosi ad inferiora via affectantis. Hoc enim Aphorismo ex humoris euacuandi conditione ducitur accommodata euacuandi ratio. Mesue hunc locum explicat, docetque longè præstantiores per inferiora esse purgationes: eò quòd ventriculus concoctioni, non autem purgationi sit dicatus: quòd humor omnis natura grauis deorsum feratur: quodque plures sint viæ ad inferiora quàm ad superiora. Venter autem est duplex; superior, id est, thorax; inferior, id est, aluus. Et hic inferior rursum est duplex; superior, hoc est, os ventriculi vsque ad palatum; & inferior, hoc est, fundus ventriculi, ad imum vsque intestinum. nam hinc quidam dicuntur μικρέχολοι ἄνω: alij κάτω. In nostra regione pituitescunt succi, nec assueuere vomitui, vt Græci, qui cottidie vomebant ferè.

V.

Ὑπὸ 1 κυνὸς καὶ 2 πρὸ κυνὸς, 3 ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι.

In his sequentibus aliquot Aphorismis agit de artificiosa purgatione.

V 1 Exoriente cane & 2 ante canis exortum, per- difficiles 3 sunt purgationes.

Continet cautionem prouisionemque purgationis quæ æstate fieri debet.

11. lib. 18. 1 Id est, ab eo tempore quo Sol Leonis sidus subit, ad ortum Arcturi vsque; hoc est, vsque ad Nonas Septembris, id est ad diem 12. Plinius scribit caniculam oriri die 23. post solstitium æstiuum: quod solstitium est 13 die Iunij. Igitur temporibus Plinij canicula orietur 7 Iulij: iam oritur cum 15 gradu Leonis. Quæ diuersitas inde prouenit, quod, licet quarto quoque Anno vnum lucremur diem: ex centesima tamen parte illa diei quæ singulis annis supereft, luctamur centesimo quoque anno vnum diem.

ex Hollerio. 2 Cùm Sol Cancrum ingreditur, Πρωκύων, canicula. Animaduertimus aput nos Belgas sæpè maximos æstus euenire mense Maio & Iunio.

5 Quòd exhaustum sit corpus; ideoque æstuans, facilè incendio febrili occuperur. tum etiam contrario medicamenti & ambientis raptu. Vnde metus choleræ siccæ. Si tamen necessitas vrget, potest etiam hac parte æstatis purgatio præscribi: modò ea naturæ exhaustum non augeat. Omne tamen catharticum est calidum. Ambientis vis retrahit purgandum humorem. Ita Galenus, in commentario, dicit, Balneæ calidæ obsistunt purgationibus. Sed Hippocrates lauat eos quibus exhibuit elleborum, quò celeriùs purget. Respondemus: Aliud esse corpus ad purgationem præparare, aliud inhibere hypercatharsin. Iuuant purgationes, quia corpus reddunt εὔρουν, & quia sistunt hypercatharsin. 6. Epid. 3. 29.

VI.

Τὰς 1 ἰσχνὰς καὶ 2 εὐπαθέας ἄνω φαρμακεῖν, ὑποτελλομένου 3 χειμῶνος. De vomitu vniuersali

VI. 1 Graciles & ex facili 2 vomentes per superiora sunt euacuandi; 3 cauendo hyemem.

Tribus sequentibus Aphorismis explicat Hippocrates quid sit id quod supradixerat, Per loca conferentia, nam & aër & natura cuiusque spectanda in molitione purgatoria. hoc modo recte perpendimus & inuenimus quænam sint loca decentia.

1 Qui, dùm inclinantur, ceruicem ostendunt magnam, pectore sunt amplo, scapulis amplis, homines bilioſi, in quibus nulla desideratur ratio conformationis neque in thorace neque in aliis partibus. Hac enim voce temperaturam significat, quemadmodum sequenti conformationem: nam conformatione vel habitu bilioſi dicuntur, quibus fundo ventriculi inseritur folliculi fellis ductus; temperamento verò, qui multam procreant bilem, ob hepatis ardorē. Omnes enim natura graciles plerumque calidi sunt, colliguntque humores bilioſos; vt qui temperaturæ sint congeneres. Sunt enim & alij quidam ex euentu graciles, de quibus in Epidemiis loquitur, non quidem temperaturâ, neque ab exhaustu, sed à vasorum impuritate. Rursus graciles dicuntur alibi qui morbo vel fame sunt extenuati. Graciles igitur, hoc est, non morbo, sed temperamento & habitu, qui sunt ventre calido, turgentibusque venis, θερμοκοίλιοι καὶ ἐυφλεβοι. A peculiari natura. Gracilis varij. 6. Epid. 2. 15.

2 Hoc est, qui vomunt tutò, & sine vllo periculo aut metu hæmorrhagiæ, cephalalgiæ, aut rupturæ venæ in pectore, vnde tabes. Quibus enim magna est ceruix, latum quoque habent thoracem.

3 Quasi dicat, Plus tribuendum inclinationi humoris hyberni, quàm conformationi & temperamento. Sunt enim crassi ac καταῤῥοπῆ humores hyberni. Notandum.

VII.

Τοὺς ἢ 1 δυσκρίτους καὶ μέσως 2 εὐπέπτους 3 κάτω, ὑποτελλομένου 4 θέρεος.

XII. Contrà, qui ægrè 1 vomunt, & paulò habitiores, mediocrisque habitudinis, 3 per inferiora sunt purgandi, 4 cauendo æstatem.

1. Quibus tutò vniuersalis vomitio præscribi non potest; vt qui sunt angusto capite, ceruice, ac thorace. & qui obnoxij sunt doloribus capitis, oculorum, vel eruptioni sanguinis, & tabi.

1 Hoc est, modicè carnosi. nota euchimiæ.

3 Quòd in crassioribus humoribus, & densiore corpore, humorum impulsus ad inferiora declinet. Notandum.

4 Quia ferè indicatio quæ ab humore expurgando sumitur, vincit eam, quæ ex peculiari cuiusque natura, in habitu & temperamento ducitur. Quasi dicat, plus valet id quod dixi, Quò natura ducit; quàm id quod adieci, Per loca conferentia. Adiposi homines etiam non cogantur in vomitum: lentis succis enim circumfluunt, ac pondus abdominis his reniti- tur conatibus. A lipos vt purgandi.

VIII. Τὰς

VIII.

Tabidi vt purgandi.

Τοὺς δὲ ἰ φθινώδεας, ὑποστελλομένους τὰς 2 ἄνω [φαρμακείας.

VIII. Sed 1 tabidorum ratio eſt habenda, ne purgationem iis per 2 ſuperiora vnquam moliendam putes.

1 Hoc eſt, eorum qui ex tabe laborant, vel naturâ qui eò vergunt: vt quibus alarum inſtar prominent in dorſo ſcapulæ, hi enim anguſto ſunt pectore, collo oblongo & tenui, catarrhis obnoxij ferinis Purgenter thabarbari infuſo. adde mannam, vel ſyrupum roſatum ſolutiuum.

Indicatio à peculiari affectione. Notandum.

2 Quaſi dicat, Fere indicatio quæ à peculiari affectione ſumitur, vincit eam quæ ab humoris conditione ducitur. Nam quemadmodum mulieri hyſtericæ, ſi aſthmatica fuerit, nequaquam oxymel præſcribendum, quòd hyſtericis acetum ſit aduerſum, etiamſi aſthmati ſit opportuniſſimum. Quemadmodum etiam ei qui lienteriæ eſt obnoxius; nequaquam oxymel præſcribemus in aſthmate: nam grauiùs laboraret ex lienteria (quæ oxymelite exaſperatur) quàm ex aſthmate. Sic quoque in rabidis, quamdiu vincit ſymptomatum magnitudo & periculi metus, quamuis bile abundent, & ad eius euacuationem etiamæſtas inuitet, nunquam vniuerſalem euacuationem præſcribes per vomitum; nam malum inde inualeſceret. Nam augeſcet inde pulmonum vlcus, vel vas iſtîc lacerabitur.

IX

Τοὺς δὲ ἰ μελαγχόλικους 2 ἀφοτίρως τὰς 3 κάτω, τῷ αὐτῷ λεσμῷ τὰ 4 ἐναντία ποιεῦντες.

Melancholici vt purgandi.

IX. Etenim 1 melancholicos liberaliùs 2 pleniúſque per 3 inferiora purgabis. eâdem ratione 4 contraria adhibebis.

1 Qui huiuſmodi ſunt naturâ, diætâ, vel morbo: & quæ olim bilioſa fuêre corpora, iam affectâ ætate, perſpiratu carentia melancholeſcunt. Vt quadragenarij iam redditi.

2 Quia hi viribus valent maximam partem, ſine infirmitatis metu: eò quòd corpus ſit ſolidum & ſucci plenum. Ita etiam hypochondriacos curabis. Vt ſcilicet, humor contumax naturæ expellenti & medicamento trahenti cedat.

3 Quòd eò craſſus omnis humor viam affectet: qui quodammodo eſt melancholicus. Adhibita ea cautione quæ adhiberi debet ad excitandam naturæ vim, liberanda obſtructa, & ad purgandam materiam. Maximè ſi nulla indicatio maioris mali nos auocet ab hac molitione; vt ſi ſit nephriticus, vel iſchiæ implicitus. Alioqui nullus locus purgationi magis eſt idoneus inteſtinis: etenim nihil, ſi Meſuæ fides, concoquunt.

4 Quæ pari exceſſu pugnant cum naturæ contratio exceſſu. Focus melancholici humoris ſæpè exhauritur clyſmis.

X.

Turgente materia purgandum. Occaſio purgandi.

Φαρμακεύειν ἐν 1 τοῖσι λίθου ἕξεσι, καὶ 2 ὀργᾷ 3 ἀσθμέρου χαλίζειν δὲ ἐν τοῖσι τούτοισι 4 κακόν.

X. Purgandum eſt quidem in 1 peracutis morbis, ſi humor ſit 2 efferus, 3 eodem ipſo die: cunctari etenim in huiuſmodi affectibus, 4 calamitoſum.

1 Qui quarto die, vel ad ſummum ſeptimo cum magnitudine & vehementia ſuam abſoluunt hiſtoriam. vt in phrenitide, in ardentiſſima etiam febre, & in cholera morbo.

2 Si nullo conſiſtat loco, nec vlla vna ſymptomatum ſpecies humoris & partis propria appareat. His regionibus rarò turget materia; quamuis bilioſi, æſtate, flammante æſtu; id interdum experiantur. vide 1. Aph. 22.

3 Vel ineunte morbo, vel ſimulatque humor ferri cœpit: non expectato paroxyſmi fine, primo vel ſecundo die purgetur; ſæpiùs primo id fiat. Rhabarbaro id agit doctiſſimus Holerius. Nos id agimus etiam commodè electario de ſuccoroſatum in phrenitide.

4 Nam calor magis accenditur; vires effœtæ tandem languent; & partibus nobilibus ab orgaſmo periculum imminet. Si decumbit in ignobilem partem, vt in glandulas, vel ſi in artus effundatur, à pharmacià erit abſtinendum.

XI.

Non vbique purgationi locus.

Ὀκόσοισι ἰ σφόδρα, καὶ δεῖ ἐμφαλὸν 2 πόνου, καὶ 3 ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον μήτε ἄνω φαρμακείης, 4 μήτε ἄλλως, εἰς 5 ὕδρωπα ξυμβαίνουσι.

XI. Quibuſcumque tormina 1 & circum vmbilicum 2 cruciatus, 3 lumborúmque dolor adeſt, qui non diſcutitur nec purgatione, 4 nec aliter, in 5 hydropem ſiccum firmatur.

Quaſi dicat, non omnium morborum curatio in purgatione conſiſtit: quemadmodum non omnium febrium hyparxis in humorum ſynathriſmo conſiſtit.

1 Præſertim è flatu in tenuibus inteſtinis, tanquam in ergaſtulo quodam concluſo: cui denegatur exitus propter materiæ craſſitudinem, viarum anguſtiam, & inteſtini deprauatum motum. Inteſtinum enim aut non mouetur, aut ſurſum mouetur. Cauſa tormini eſt acerrimus humor, vel flatus, vel ichor ab inflammata vel exulcerata parte. ſymptomata aperient morbum: ſi bilis in vitio eſt, amareſcet os, vomet: Si flatus, roga num ſederit diu in frigido, vel ventorum incurſibus num ſe expoſuerit. Strophos ſæpe ſymptoma eſt inflammati hepatis.

2 Affectis malè inteſtinis tenuibus, quæ eò loci continentur; quia inteſtina craſſa obuoluuntur tenuioribus. *6. Epidem.*

3 Lumborum, meſenterij, & tenuium inteſtinorum; vel frigidæ pituitæ illapſu in lumbos. & vincula neruea ſunt quibus colon & tenes lumbis alligantur.

4 Vt fotu, lotu, frictione, emplaſtris, cataplaſmate. nam ſuccreſcit noua materia à conceptâ indelebili intemperie: quare quamuis materia exhauriatur, ſoboleſcet mox recens. Propterea ſymptoma diſcutitur, ſed cauſa manet. nam ſynathriſmus non excluditur partis mittentis, trahentis, & ſuſcipientis.

5 Ab intemperie frigidâ primigeniâ, vel relicta ab hauſtu aquæ frigidiſſimæ in meſenterio & hepate, & inteſtinis, vnde tympanites. Non agit hoc Aphoriſmo ex profeſſo de hydrope, ſed hoc vtitur tanquam familiari exemplo; vt doceat quantum opis & præſidij adferat purgatio. Nimirum non omnem morbum purgatione curari poſſe: ſed tantummodo humorem qui in vitio eſt expurgari: Adeoque purgatione ſymptomatum ablationem fieri poſſe: focum tamen mali, hoc eſt, hecticam illam intemperiem, vel qualitatem quandam inexplicabilem manere. Vox ἰῆται pro non ſoluendo malo accipitur ab Hippocrate: vt etiam à Theocrito Idyllio 17. verſu 125. pro firmare.

XII.

Quòd iniò non ſit, conuenienter non ſit.

Ὀκόσοισι κοιλίαι 1 λίην πεπάανται, χειμῶνι φαρμακείη 2 ἄνω, κακόν.

XII. Quibuſcumque ſunt 1 lienthericæ alui, hos calamitoſum eſt hyeme per 2 ſuperiora purgare.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 421 sur 513

Hic Aphoriſmus videtur præponendus ſuperiori.

Indicationes vt ſumendæ.

Comparat hoc Aphoriſmo indicationes inter ſe, vtrũque indicationem ſumendam eſſe ab eo quod magis vrget. Videlicet maiorem habendam eſſe rationem cauſæ efficientis, quàm eſſentiæ affectionis; & auerſionis vtilitatem vinci ab humoris contumacia, quâ non licet vti.

Quid differat cauſa lienteriæ à cauſa diarrhœæ.

mitum ſollicitare, quò hoc totum euacuemus corpus. Pugnare autem videtur hic Aphoriſmus cum Aphoriſmo decimoquinto libri ſexti. Verum alia ratio eſt Diarrhœæ, alia Lienteriæ. Diarrhœa enim fit ex elapſu humoris ſegregati à concretione ſanguinis cùm illabitur, vel à partibus ſuperioribus, vel à toto corpore. at lienteria non ſit ſine vitio ventriculi ab intemperie frigida: vel ab humoribus in ventriculum cõfluentibus, iiſque acidis, vel ſeroſis. Si itaque hæc lienteria æſtate accidat, vomitione curari poterit; ſi hyeme, deiectione.

1 Quã ſcilicet, cibos præpropere omnes, concoctionis expertes deiicit.

2 Hoc eſt, vomitio vniuerſalis eſt his calamitoſa, quòd pituitoſus humor per inferiora viam affectet: cuius vitio hyberna lienteria potiſſimum accidit. Et bilis hyberna eſt quodammodo catarrhopos, nam humorem tunc anarrhopum fieri difficile eſt.

XIII.

Πρὸς τὰς 1 ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥιδίως 2 ἄνω καθαιρομένοισι, ἐσ τῆς πόσιος, προευτρεπίζειν τὰ σώματα πλείονα 3 προσῆκει· 4 ἀναπαύσει.

Purgationi parandum corpus.

XIII. Iam verò cùm neceſſarius inciderit 1 ellebori vſus, iis qui ægrè per 2 ſuperiora purgantur, ante ipſum pharmacum humectare 3 oportet corpora pleniore nutricatu, & 4 requie.

Hoc Aphoriſmo loquitur de artificioſa medicatione molienda, quatenus (nimirum perſpecto humore qui in vitio eſt, habitaque ratione cuiuſque affectionis) ad eam corpus ſit præparandum. Hoc eſt, quo modo id efficiendum ſit ὁδῷον: excitando videlicet naturæ vim, liberando obſtructa, & præparando materiam. Quaſi dicat, Non ſatis eſt ſcire corpus eſſe purgandum, ſed debet reddi meabile.

Quibus morbis proſit elleborum.

1 Ellebori albi: vt ad contumaces, iſchiadis, nephritidis, melancholiæ, fracturæ calcis, podagræ, & arthritidis morbos. Non enim præſcribit Hippocrates elleborum ad febrem vel acutos morbos. Ita vtitur elleboro in fractura calcis, modò febris magna abſit. Adhibita ſcilicet cautione quæ adhiberi debet, ex perſpicientia vitioſi humoris, peculiari cuiuſque naturæ affectionis, locorumque lege naturæ conſentaneorum, nec euentu diſſentaneorum. Nam per elleborum intelligit omne medicamentum purgans; quòd elleborum purgandi facultate cæteris omnibus antecellat. Quia priuſquam in tenuium inteſtinorum anfractus peruenerit, humorem qui toto corpore in vitio eſt, in ventriculum attraxit. Græci per elleborum, intelligunt album: Arabes, nigrum.

2 Id eſt, qui nec facilè nec tutò vniuerſali vomitione, quam cit elleborus albus, purgantur: quòd ſucci ſint catarrhopi, meatus anguſti. Nunquam ſenes & pueri elleboro ſunt purgandi: nerui enim infirmi, ſunt conuulſioni obnoxij.

3 Succo alibili, vino aut melicrato, & cibo. Integris viribus, florente ætate, Vere, & Autumno, ſique natura & humor eò viam affectat, nec reclamet metus maioris morbi, vt cephalææ, vel tabis aut haimorrhagiæ, & ſi adſit meatuũ libertas, tutò ellebori vſus inibitur. Vtatur vitulina pingui, agnina, ouis, iuſculis pinguibus. Deinde incidatur materia.

4 Tum animi tum corporis. Vt cibo viſcera recreentur & quiete, vnde excitatur naturæ vis, humoris contumacia frangitur: & humectum corpus non facilè in hypercatharſin, vel, ab acrimoniâ ellebori, in ſpaſmum abripitur. Vtatur ergo balneis quattuor aut quinque dies ante vſum ellebori, ſomno, & ocio. Balneo enim humor funditur.

XIV.

Ἐπὶλυ πὴ τῆς ἐλλέβορον 3 ἐσῆς μὲν τὰς 1 κινήσιας πρὶ σωμάτων μᾶλλον ἄγειν, ἐσῆς δ᾽ τὰς 2 ὑπνες καὶ μὴ κινήσιας, ὅσσιν. Σκολῦ δ᾽ καὶ ἀ 3 ναυτιλίη, ὅτι κίνησις τὰ σώματα παράστ.

Ab epoto pharmaco quid agendũ.

XIV. Epoto elleboro 1 motu ciendum corpus potiùs quàm 2 ſomno & motus vacuitate compeſcendum: nam corpora motu cieri, vel ipſa indicat 3 nauigatio.

Quaſi dicat, Quòdſi maiorem vim purgandi ab elleboro requiras, corpus moue. Sin autem inhibere volueris, ſomnum conciliato, neque moueto. Ita votis ſuis reſpondebit, & humori vacuando analogum erit. Interdum enim eius motus eſt inhibendus hypercatharſeos metu. Vt ſi finem non fecerit purgandi, cùm ſitis adeſt. In hypercatharſi date hordeum, poma, ad recreandum ventrem vinũ, clyſtores ex lacte, ſenum ventrem calfacies. vide Meſuem. Date theriacam.

1 Hoc eſt, motu potiùs incitandum corpus, vt materia fluxilis reddatur, & ſurſum feratur.

2 Quòd ſomno & quiete omnes ſiſtantur euacuationes, præter ſudores, maximeque vomitio. Intelligit de iis excretionibus, quæ accidunt vitio humoris retentricem facultatem labefactantis, & expultricem impellentis. Sic lienteria & dyſenteria ſomno & quiete ſiſtuntur, niſi partes nobiles in vitio ſint. Nam in diſenteria hepatica minimè præſcribi debet ſomnus; eumque, ſi ſit neceſſarius, præſtat interdiu adhibere, quàm noctu. Dicit autem Hippocrates κὴ μὴ κινήσιας, non dicit quietem, ſed non motum, nam qui ſedet, vel etiam ſtat, non quieſcit, quamuis is non moueatur.

3 Quæ nauſeam & vomitionem parit, materia motu incitatur, & fit refluxus humoris è venis in ventriculum: quiete verò omnia intrò recurrunt. Illicò moueat ambulando corpus à ſumpto elleboro, vel balneum ingrediatur. Duabus horis à ſumptione operatur. Tunc initio incaleſcit ventriculus, ſputat, vomit pituitam, dein eam cum bile permixtam, mox meram bilem.

XV.

Ἐπὶυ βάλη 1 μᾶλλον ἄγειν ἢ ἐλλέβορον, 2 κίνει τὸ σῶμα. ἐπὶυ δ᾽ 3 παύσας, ὕπνον ποίει, καὶ 4 κίν.

Pharmacum vt ſegneſcat.

XV. Quotieſcumque maiorem ciendi vacuandique vim à veratro requiris, corpus 2 moue: ſin 3 inhibendum ſit & ſiſtendum, ſomnum concilia, 4 neque moueto.

1 Hoc eſt, vt contumaciores & copioſiores educat humores.

2 Niſi peculiaris affectio, corporis motum prohibeat: vt iſchias, & fractura calcis. Moue, inquit; quia corpora motu purgantur, nam ab eo naturæ vis excitatur; humor incitatur, incitatuſque trahenti medicamento facillimè cedit.

3 Metu hypercatharſeos, & conuulſionis.

4 Hoc eſt, ſede vel ſta, vel etiam decumbe. Somnus ſiſtit euacuationes omnes ſi ſudores excipias. In principio, cùm quis non admodum forte pharmacum hauſit, ſed mediocre, dormiat: cùm purgare cœperit, vigiler, niſi metus hypercatharſeos adſit. Cùm verò leniens remedium ſumptum eſt, non indormiat, quia natura coqueret medicamentum: niſi langurat admodum ventriculus; tunc ſuperdormire tutò poteſt.

XVI. Ἐλλέβορ&

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 422 sur 513

XVI.

Sanis periculoſa medicatio. & 2. lib. 16. & 37.

Ἑλλέβορος 1 ὀπιπάδ ὡ& τοῖσι τὰς σάρκας 2 ὑγιέας ἔχουσι σπασμὸν δ᾽ ἐμποιέει.

XVI. Elleborus 1 calamitoſus eſt iis qui ſunt 2 integra valetudine; nam 3 conuulſionem adfert.

Euentus.

1 Vidi quos in perniciem traxit ſolum ſimplexque apozema purgatorium ex fumariâ cum ſenæ foliis temerè exhibitum. Nam corpus totum in colliquantem fluxum traxit.

2 Id eſt, Qui benè habito commoderatoque ſunt corpore: quòd ferè huiuſmodi humoribus atque viſceribus bene conſtitutis gaudeant. Nam quale partium ab humoribus alimentum eſt, talis etiam color, talis etiam habitus totius corporis, in charactere & mole.

3 Exhauſtis partibus ſolidis & membranis: cùm nihil habeat in quod exerat vires ſuas, corpus liquat, & ſtomachum mordet; vnde motus conuulſiuus potiùs quàm conuulſio. fœda eſt calamitas, dicit Hippocrates in Fragmento, De purgatoriis remediis, à pharmaco purgatorio hominem interiiſſe. Nam idem medicamentum ſeruat & occidit homines.

XVII.

Peniente morbo vtoccurrendum

Ἀπυρέτῳ ἐόντι, 1 ἐπιστομὴ καὶ 2 καρδιωγμὸς, καὶ 3 σκοτόδινος, καὶ 4 σῶμα ὑπερώδυνον, ἄνω φαρμακείης 5 δεῖσις σημαίνει.

XVII. Sicui febris experti eueniat cibi 3 faſtidium, & ſtomachi 2 morſus, & tenebricoſa vertigo, & oris 4 amaritudo, huic purgatione 5 per ſuperiora eſt opus.

Perſtringit ſymptomata quæ eueniunt vi bilioſi humoris, propriæ ſubſtantiæ corruptione laborantis in ſuperiore orificio ventriculi. Dicit febris experti (ſi excrementa ſanorum ſunt ſimilia:) nam ſi in febre appareant hæc ſymptomata ad excretionem criticam, nequaquam conuenit purgatio per ſuperiora. Nam hîc loquitur de expurgandis illis humoribus, qui æquabiliter ex toto corpore excluduntur. Si vi morbi hæc ſymptomata eueniant, vniuerſalis vomitus non erit præſcribendus: ſed reuellenda materia, vel particulari vomitu elidenda, vt oxymelite, & aquâ tepente.

1 Reſoluto ſtomacho, bilis à calore & acrimoniâ, nam inde deiicitur appetentia. Si ineunte morbo hæc aderunt, erunt à tranſlatione ſymptomaticâ. Humor qui nautiodem iactationem infert in febre tertiana, poteſt vomitu excludi: ſed hîc agit Hippocrates de vniuerſali vomitu totius corporis.

2 A bile, ſtomachum, exquiſitiſſimo ſenſu præditum, mordicante.

3 Vt cùm duplici exurgit menſa lucernâ, fuliginoſis vaporibus in cerebrum elatis, degenerante flauâ bile primùm in vitellinam & æruginoſam, & denique in nigramita vt huius fuligine aqueus oculorum humor inficiatur. Scotodinos ab aluo, ſemper habet cardiognum coniunctum.

4 Humoris bilioſi ad os diadoſi, per continuitatem interioris tunicæ ventriculi, quæ toti ori eſt communis.

5 Quòd eò bilioſus humor viam affectet: & purgationis loca legi, naturæ ſint conſentanea: modò ex euentu non ſint diſſentanea, nec peculiaris affectio thoracis nos auocet, qualis eſt tabidorum natura.

XVIII.

Τὰ ὑφ᾽ ἡμῶν φρενῶν 1 ἐδωδήματα, 2 ὁκόσα καθαρσιὰς δέονται, ἄνω 3 φαρμακείης δεῖσιν σημαίνει· ὁκόσα δ᾽ 4 κάτω κάτω.

Superna purgatione quæ egeant, vel inferna.

XVIII. Dolores ſeu 1 effectiones quæ partibus ſupra diaphragma oboriuntur, quæcumque purgationis ſunt 2 indigentes, ſuperiore 3 pharmaciâ opus eſſe ſignificant: quæ verò 4 infra, purgationem infernam requirunt.

1 Vt ſtomachi morſus, & oris amaritudo, tenebricoſa vertigo: nam ſoboles ſunt acerrimæ bilis ore ventriculi conceptæ. hæc, vt cauſa continens, euacuatur.

2 Si non à flatibus obnatæ fuerint, nec ex plethora. ſed ſi tales fuerint quarum tota curatio (etiam cauſæ coniunctæ) in purgatione conſiſtit; ſic ophthalmia non curatur vomitu.

3 Nam eò humor viam affectat, ſi apyrexia adſit, nec cephalæa adſit.

4 Vt dolor vmbilici, genuum grauitas, lumborum cruciatus, pleuritis inferna. Dicet quis, melancholia, ophthalmia, mania, ſunt dolores ſupra diaphragma oborti: hi tamen ſoluuntur per inferiora, & purgantium vſu curantur. Reſpondeo, Hippocratem hîc loqui de iis tantùm doloribus quorum omnis in ſola & ſimplici purgatione curatio conſiſtit: quâ nimirum, materia coniuncta euacuatur. Iam in melancholia & opthalmia, materia coniuncta non expurgatur deiectione, ſed antecedens cauſa reuulſione & deriuatione tollitur. Agitur hîc de materia non vaga, ſed de infixa parti.

XIX.

Non ſatisfacientis pharmaci repetitio.

Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι 1 μὲν δὶς λῶσι καθαιρόμενοι, 2 ἐς πάνυ δὲ πολὺ οὐ διίστανται.

XIX. Quicumque pharmaco epoto purgati 1 non ſiſtiunt, purgationis iuſtæ metam 2 non attingunt, antequam ſiſtuerint.

Theorema experientiæ continet hic Aphoriſmus. ſed adhibendum eſt iudicium, agitur hoc Aphoriſmo de iuſtæ purgationis copia. Sitis enim eſt iuſtæ purgationis nota: quæ agnoſcimus talia ac tanta, eóque modo quod ſint euacuata, qualia ac quanta, & quo modo euacuari debent. Sed adhibenda eſt diſtinctio. Nam cùm ſitis varias ob cauſas excitari poſſit, hîc de ea tantum ſiti loquitur, quæ eſt ſoboles purgationis. Nam cum medicamentum exhaurit corpus humore excrementitio ſcatens, vacuationem illam ſequitur ſuctio: ſuctionem verò appetentia & ſitis. Si verò ſitiæ quis, & ſui purgandi finem tamen non fecerit, ſequitur hypercatharſis, & inde conuulſio. In hoc metu det ſe quieti & ſomno.

Sitis variæ cauſæ.

1 Vt tamen nulla excuſatio adferri poſſit neque inflammati pulmonis, neque æſtuantis ventriculi, neque humoris incendentis, neque medicamenti calfacientis: ſed tantùm purgationis, indeque exhauſti ratio habeatur. Quaſi dicat, Non ſitiit, ergo repeti purgatio debet: modò leui catarrho non irrigetur venter.

2 A ſiccitate. nam madoris ventriculi aliquid exhaurit. Sed per febres modum obſeruare non poſſumus, niſi ex alacritate ægri, & ex recrementorum natura. nam febricitantes omnes plerumque ſitiunt. Videtur hic Aphoriſmus poſtponi debere ſequenti.

XX.

Crudæ craſſæque materiæ ſymptomata.

Ἀπυρέτοισιν ἐόσιν ἢν ἡμῖν 1 τρόμος, καὶ γνάφαλον 2 βαρὺς καὶ ὀσφύος 3 ἄλγημα, 4 κάπτω 5 φαρμακείης δεῖσις σημαίνει.

XX. Febris expertibus ſi 1 tormina accidant, & 2 genuum grauitas, & 3 lumborum dolor, 4 inferiore 5 purgatione opus eſſe ſignificat.

1 Ab acerrimis ſuccis in inteſtinis conceptis.

2 A ſuccis in genua decumbentibus per venam cauam.

3 A craſſa materia in vena caua ſtabulante.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 423 sur 513

4 Quia dolores infra diaphragma oborti, purgationis indigentes, inferiorem poſtulant. Sed primùm paranda erit excluſioni materia, ſi ſanguini adhuc mixta ſit.

5 Modò hęc accidentia non eueniant à metaſtaſi, nec criticẽs.

XXI.

De excremẽtis vi morbi eiectis. De ſucci melancholici effuſione.

Τὰ περιττώματα 1 μέλαινα, οἷόν ἐστιν αἷμα μέλαν, αὐτομάτου 2 ἰόντα, καὶ ζωὴν πυρετῷ, καὶ ἀφὸ πυρετῶ, κάυσα. Καὶ ὁκόσα ἂν τὰ χρώματα διαχωρηθέντων 4 πλείω ποιῆται ἢ, 5 μᾶλλον κακίην· ζωὴ φαρμάκου ἢ, 6 ἄμεινον· ἢ ὁκόσα ἂν 7 πλείω χρώματα, οὐ 8 πονηρά.

XXI. Deiectiones 1 nigræ, cuiuſmodi eſt ſanguis niger, quæ vltrò 2 diffluunt, tum ſi cum febre, tum ſi ſine febre, calamitoſæ. Et quò 4 plures deiectionum colores deteriores fuerint, eò calamitoſius: Sed ſi vi epoti medicamenti, [tales deiectiones nigræ fetantur,] præclariùs 6 ad ſalutem & appârent & faciunt & quò plures 7 appârent colores, eò 8 minus mali.

Iam agit de purgatione ſymptomatica, in qua vel qualitatis vel excretionis modi, vel temporis, vel qualitatis ratio deſideratur. Quæ, nimirum, non accidit facultatis virtute, ſed ſolius illius reſolutione.

1 Hoc eſt, deiectiones, quibus humor melancholicus, niger & fæculentus deiicitur. Qui, quoniam propriæ ſubſtantię corruptione in vitio eſt, nunquam concreſcit, extra propria conceptacula effuſus. Eſt autem fuſus, non autem concretus, hic humor, vt eſſe ſolet fex ipſius ſanguinis, non tamen atra bilis. Quibus ſanè deiectionibus excitantur ſæpè tormina, & etiam dyſenteriæ. fit talis humor in hepate, cui ſi par non fuerit lien, hepar fatiſcit, ac fient nigræ deiectiones.

2 Cùm dicit ἰόντα, modum excretionis denotat, quia naturalis excretio & critica confertim fit & repentè; ſymptomatica verò, paulatim & continenter: nam ἰόντα moram quamdam denotat. Addit αὐτομάτου: id eſt, vltrò; quia quæ fiunt naturæ beneficio aut vi ſymptomatica, fiunt vltrò. hîc dicit ea quę non criticôs feruntur. Nam criticę vno, altero, vel tertio die abſoluuntur excretiones.

3 Quòd indomiti humoris ſpeciem, & partium ſingulare vitium prę ſeferant, & fractas naturę vires arguant, ac retentricis facultatis ignauiam oſtendant viſceris illius, vnde dimanant: ac prauam viſcere qualitatem conceptam denunciant: Adeo vt tollas licet humorem vitioſum, viſceris tamen generantis illud malum elui nequit: vnde perennis generatio illius humoris, vnde toto fere morbi tempore prodeunt.

4 Vt virides, liuidi, cinericei, & deiectiones tuffæ, vitellinæ; nam quo plures partes in vitio ſunt, eo res ægri peiori ſunt loco.

5 Quod plurium affectionum quę contra naturam ſunt in corpore, ſymptomata ſint. Partium vnde manant calamitatem arguunt, & partibus per quas feruntur, calamitoſæ ſunt.

6 Quòd ſaluis & integris viſceribus vitium excludatur. Significatur itaque naturæ integritas; vtpote cuius eſt excitare primùm medicamentum: deinde etiam quòd medicamento attrahenti & naturæ expellenti humor noxius cedat.

7 Vt non ſint meraci humores.

8 Quod à colluuie humorum à concretione ſanguinis ſegregatorum, ſine vllo vitio alicuius viſceris, tales appareant. Sed dices, ille humor ſiue vltrò effluat, ſiue pharmaciâ effundatur, idem eſt ille tamen; cur ergo damnat Hippocrates, vltrò obortam excretionem eius? Reſpondeo: Qui pharmaciâ efferebatur, in vitio erat ſola ſynatriſmo: ſed is qui vltrò effertur, excernendi modo ſuo atrocius vitium denotat; nam parcâ manu effunditur, quia pars princeps vitium habet, vnde perennis nouáque excrementorum procreatio: quæ pars contuſa diuturno vitio, tandem labaſcit ac reſoluitur, ſuáque retentrice vi ſpoliatur.

Quæſtio.

XXII.

Νοσημάτων ἐπόντων 1 ἀρχομένων, ἢ χολὴ 2 μέλαινα ἢ ἄνω ἢ κάτω ἐπέλθῃ, 3 ἀναιρέει.

Atræ bilis excretio quid denuncier.

XXII. 1 Ineuntibus morbis quibuſque, ſi bilis 2 atra ſurſum deorſumve effluat, 3 funeſtum.

1 Hoc eſt, in morborum principiis: quo tempore nulla pepaſmi ſigna elucent, ac natiuus calor opprimitur à materiâ morbificâ. Nam tunc, cum ſecreta morbifica materia non ſit à ſanguine, excerni nequit bonis ægri rebus: nam ſigna pepaſmi præcedere deberent. Cùmitaque tunc excernitur, argumento erit cauſam illam ſtimulare acerrimâ vi excretricem, vel eam plemi mole materiæ; vel retentricem vim exoletam eſſe partis eius vnde effluit; & affligit partes per quas manat.

2 Id eſt, humor nigrore quodam pellucidus, ſemper fuſus & nunquam concreſcens, mordax, ac terram aceti more fermentans, atra ſcilicet bilis. Benè vritur Hippocrates eâ voce ἐπόντων: motum enim ſignificat ſymptomaticum. Quaſi dicat, ſi paulatim & continenter prodeat: quo ſignificatur, partis, vnde emanat humor, reſolutio, ab internarum partium incendio. Si enim confertim talis humor excernatur, pepaſmi notis apparentibus, bono erit. nam euphoriam conſectariam ducet. Adfui febricitanti Illuſtriſſimæ matronæ, quæ à pepaſmo vrinæ, aluo acerrima excernebat. hæc ab his viſis mirè terrebatur. à nobis in ſpem erecta, & ſummi Dei beneficio euaſit.

Ex Galeno in Commentario. Caſus.

3 Nam cùm ineunte morbo pepaſmi expertia ſint omnia, ob eámque cauſam excretio nulla ſalutaris tum eſſe poſſit, hoc erit deterior atræ bilis excretio, quo & cruditate, & maligna vi cæteris antecellit humoribus. Nec ſolùm partis vnde manat arguit calamitatem, ſed quò & quâ fertur calamitoſa eſt. Hinc dyſenteria ab atra bile lethalis eſt. Hinc eliciuntur duo Axiomata: Omnis excretio quæ fit ineunte morbo, ſymptoma eſt magnarum affectionum quæ corpori inſunt. Nulla excretio in initio fit naturæ beneficio: nam illa tunc oppreſſa iacet.

Axiomata ex Commentario Galeni.

XXIII.

Ὀκόσοισιν ἐν νοσημάτων ἐξέσεων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, ἢ ἐκ βρωμάτων, ἢ ἄλλως πως 1 λεπτωσομένοισι 2 χολὴ μέλαινα, ἢ ἰχὼρ ἢ αἷμα ἢ ἐμέειν ἐπέλθῃ, τῷ ὑστεραίῃ 4 ξυνθήκησι.

XXIII. Quibuſcumque morbo acuto, aut diuturno, aut vulnere, aut alio quouis modo extenuatis 2 bilis atra, aut tale quippiam quod feculenti; ſanguinis ſpeciem exhibet, effluat, poſtridie 4 morientur.

Sanguinis vel atrorum ſuccorum excluſio.

Vidi Ducem militum, qui cùm diu quartana affectus fuiſſet, & emaciatus, tandem concreti ſanguinis magnam copiam per ſedem depoſuit; poſtridie obiit.

Hiſtoria.

1 Non inchoatâ, ſed perfectâ extenuatione: quâ non ſolùm ſpiritus & humoris diſſipatio, ſed partium ſolidarum exhauſtus ſignificatur.

2 Qualis proximo deſcripta eſt Aphoriſmo.

3 Huiuſmodi eſt ſanguis niger, deſcriptus Aphoriſmo vigeſimoprimo.

4 Reſolutis partibus nutritioni dicatis, planéque exhauſtis. Et quò plures facultates labefactatæ ſunt, eò res ægri peiore ſunt loco. Poſtridie, inquit, moriuntur, quia nihil eſt ampliùs quod vitam continere poſſit.

XXIV.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 424 sur 513

XXIV.

1 Δυσεντερίη ὑπὸ χολῆς μελαίνης 2 ἀρξαμένη, 3 θανάσιμον.

Dysenteriæ variæ species.

XXIV. 1 Dysenteria si ab atra bile 2 initium duxerit, 3 funesta.

1 Dysenteriæ nomine significatur omnis cruenta deiectio: cuius vt variæ sunt causæ, ita quoque variæ species. Nam aliquando accidit ob crus amputatum: quæ est salutaris. Aliquando euenit iis qui excernunt prætubras alui proluuies, quæ, in Coacis, dicitur dysenteria hepatica: resolutâ enim hepatis substantiâ, sanguis serosus excernitur. Aliquando accidit exulceratis intestinis, vbi nimirum venæ eorum vel rumpuntur, vel eroduntur à pituita salsa, vel bile flaua aut atra. Si acciderit à pituita salsa, medicamento pituitam illam eluente facilè curabitur, similiter si à bile flaua euenerit. Si verò ab atra euenerit bile, illa dysenteria, hoc est, cruenta excretio cum vlcere primigenio ab illa atra bile erit insanabilis: eò quòd materia illa pepasmi sit expers, quódque tantam habeat erodendi vim, vt vlcus per intestina serpat. Atque hinc primo die excernuntur quædam caruncúlæ; vnde vtramque intestini partem æquabiliter afficit. At omne vlcus quod curem contra se afficit suppurando, est insanabile; quia tollitur fundamentum nouæ carnis regenerandæ. hoc est, syssarcosin efficere nequit. Præterea intestino sic laborante, continuatione tunicæ, malum ad ventriculum peruenit: vnde lienteria: id quod est lethale.

Axioma.

2 Cùm natura morbificis causis opprimitur: nam potest critico die, criticè efferri.

3 Quòd eius materia, partis (hepatis videlicet & lienis) vnde manauit, calamitatem ostendat. Deinde quòd vlcus sit insanabile, inde etiam doloris vi, languidæ vires redduntur, & interceptione officij intestinorum naturalis œconomia labefactatur. Et hæc atræ bilis exclusio significat vim hepatis & lienis esse resolutam: atque incendio harum partium, exhaustum esse benignum ichorem succorum.

XXV.

Αἷμα 1 ἄνω ὁκῶσον ἂν ᾖ, 2 ὁκοῖόν τι ἂν ᾖ, 3 κακόν· 4 κάτω δὲ, 5 ἀγαθόν, 6 μέλαν ὑποχωρέον.

Sanguinis exclusio.

XXV. Si cui sanguis per 1 superiora erumpat, 2 cuiusmodi tandem is fuerit, 3 calamitosum: at per 4 inferiora, 5 nigra si recedant, 6 bonum.

Obiectio.

Hoc dicit: Quæcumque excretio huiusmodi est, vt essentiæ partis vnde emanat, aut rei naturalis contentæ speciem referat, ea toto genere est prater naturam, & calamitosa. Sed obicies, Haimorrhagia adolescentum, item hæmorrhagia critica in causis, salubriter euenit. Respondemus hic ἄνω significare exclusionem per os. Cum verò dicit, cuiusmodi tandem fuerint, notat qualitatem, tempus, & excernendi modum. hoc est, siue niger, siue purpureus, siue dilutus, siue feri sit naturalis particeps, siue expers, siue fusus, siue concretus: siue vomitione è ventriculo & vitiosis partibus, siue expectoretur è thorace cum tussi & dolore, vel ex pulmonibus subflauus & spumans, vel è larynge paucus cum tussi, vel è faucibus paucus sine tussi, sed cum screatu. Cùm dicit κάτω, significat excretionem per aluum; quia non agit hic de menstruali profluuio; neque enim menses mulierum nigri possint esse boni, sed debent esse purpurei, neque agit de hæmorrhoidibus.

1 Hoc est, si vomitione reddatur, vel expectorato. Modò nulla excusario neque menstruorum suppressorum, neque pleuritidis adferri possit.

2 Niger, concretus, fusus.

3 Ob difficultatem curandi: quòd vena lacera in illis partibus ægrè restituatur suæ continuitati. Et etiam, quòd res quæ secundum naturam continetur, excernitur.

4 Vt per aluum; si non ἀθρόως efferantur.

5 Si necessaria sit talis excretio: vt in iis quibus amputatum est crus aliúdve membrum. quæ excretio dicitur dysenteria cruenta naturalis, libro De articulis.

6 A mora ac cunctatione inducto nigrore, non à proprio colore cùm ita nigrescit. Sed priusquam excluditur, nigrorem induit sanguis, Quare de infera elisione sanguinis hîc agit, quæ tardè manat.

XXVI.

Ἢν ἀπὸ δυσεντερίης 1 ἐχομένῳ ἐκβάλλῃ ἐκβολὰς ἐν 2 σώμασι ἀποχωρήσιος, 3 θανάσιμον.

In dysenteria.

XXVI. Si, 1 quando dysenteria detinet, excernantur eiusmodi veluti sunt 2 caruncúlæ, 3 funestum.

1 Hoc est, quem diu multúmque dysenteria exercuit: qui ineunte dysenteriâ excreuit alba æqualia, & pauca & opima: procedente verò eâ, flaua, pauca, & opima, nec non ramentosa, & tandem caruncúlas. ἐχομένῳ vtitur in graui affectu Hippocrates.

2 Quòd vtraque intestini tunica abradatur: nam ramentosa excernuntur tunc, cùm carnosior intestini tunica abraditur.

3 Officii communis priuatione, & vlceris contumaciâ, quod cicatrice obduci nequit. Agitur hîc de dysenteria illa, quæ accidit exulceratis intestinis à pituita salsa, bile flaua, vel atra. Vnde omnis substantia intestini absumitur ita, vt cutem contra sese afficiat.

XXVII.

Ὁκόσοισιν ἂν 1 τῶν ἐπιτεινόντων αἱμορραγέῃ 2 πλῆθος 3 ἀκαθαρσίῃ, ἐν τῷσιν ἀναλήψεσι τελευτήσει οἱ 4 κοιλίαι κατοχμεύουσαι.

Aluus ab haimorrhagia fertur.

XXVII. Si cui 1 febricitanti sanguinis 2 copia 3 vndecumque profluat, huic, dum reficietur, 4 aluus feretur.

1 Incunte vel vrgente morbo. Aluóque ignaua, officij vacuitate.

2 Immoderata.

3 Per nares, vterum, sedem.

4 Labefactata caloris vi, immutatóque temperamento, habitu, & actione ventris, vnde cruditas ac intercepta distributio alimenti. Liquidis humidis feretur aluus, donec naturæ vis redintegrata fuerit. Ergo non temerè sistatur illud profluuium, ne cruda materia retenta in putredinem abeat.

XXVIII.

Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, καὶ ὁκόσοις ὑπόκωφοι 1 πάντες· καὶ ὁκόσοισι 2 πάχεσι χολώδεσι ὑπόκωφοι 3 παύει.

Surditas.

XXVIII. Quibus bilio sis excrementis fertur aluus, oborta surditate: sistitur: [& contrà,] qui, obsurdescunt, superueniente alui bilioso profluuio, liberantur.

Præcepta quædam traduntur de humorum successione & translatione.

1 Materiæ ad superiores partes translatione, & auditorij meatus obstructione fugaci cùm obsurdescũt ægri: non à facultatis resolutione, quæ indicaret exhaustum iam esse cerebrum; vt in Hermocrate, in quo fertur aluus, at obstructio manet.

2 Fugaci, non fixâ surditate.

3 Diadosi. Si autem non in auditoriũ meatum, sed in

©BIUM

in cerebrum translata fuerit bilis, phrenitis nascetur. quare solue, q.d. tunc aluum: quô fiat diadosis.

XXIX.

Rigor in febribus continuis. Ὀκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν 1 ἐκπώσιος ἔῃσι 2 ῥίγεα γίνεται, 3 δύσκριτα.

XXIX. Quibuscumque 1 sextum diem febris continuæ agentibus incidunt 2 rigores, 3 siniſtri iudicij sunt.

1 Meminit diei, & non periodi: nam agit de acutis morbis. Sextus dies tyrannorum more iudicat: vel enim mortem in procinctu esse dicit; vel recurrentis cum morbi metu iudicat.

2 Vel excretiones quæuis; vt sudorum. Rigor est motus concussiuus à frigore, à bile vellicante superiorem ventrem. Est is duplex, Criticus est vehemens; supprimit vrinam, dein sudant affatim: semel in continuis fit. Alius est symptomaticus, fitque motu morbi, vt hic; & vitio partis, vt pure accepto in thorace.

3 Vt causæ, & vt signa; vt causæ, quia fractæ vires illam quassationem ferre nequeunt. Dicit autem rigores, pluraliter, quibus vires frequenter quassantur. Vt signa; quòd iudicatoria non iudicantia, vel sint ad mortem, vel ad deterius. Præterea nihil conuenienter naturæ fit, in quo temporis excretionis ratio desideratur. Sexto die si signa apparent quæ speciem crisis denunciant, ea mala sunt: quia ante, signis apparentibus ad tempus crisis significata non fuere.

XXX.

Diuturnæ febris notæ. Ὀκόσοισι 1 παροξυσμοὶ γίνονται, ἢν μὲν ὥρῃσι 2 ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὐτὴν αὖτις ὥρην ἢν λάβῃ, 3 δύσκριτα.

XXX. Quibus accidunt 1 paroxysmi, si, qua hora desiit 2 febris, eâdem postridie repetat, 3 difficilis iudicij erit.

1 Id est, qui febri essentiali typica & periodica conflictantur.

2 Ἀφίει postpono, vel desino: vt si febris primo die hora quarta matutina inuaserit, & desierit post vigenti quattuor horas: sique sequenti die iterum inuadat ea hora qua desiit, id est, hora quarta matutina inuaserit, & desierit post viginti quattuor horas, sique sequenti die iterum inuadat ea hora qua desiit, id est, hora quarta matutina: si hanc seriem seruat in suo decursu, crassæ materiæ argumentum erit, & principij huius morbi.

3 Ob materiæ contumaciam diuturnitatem indicat. Nam vt æger febrili calamitate defungatur, triplici auxilio opus est, scilicet vt naturæ vis fulgeat, meatuum adsit libertas, & vt præparata sit materia ad exclusionem. Sed hîc adest materiæ contumacia, naturæ oppressæ inertia, vnde nullus conatus ad apostasim: nam fixa stabilisque adest causa. Docet hoc Aphorismo captandas esse purgationum occasiones: non cruda, in febri essentiali periodica, purganda esse: & quo modo crudoris tempus à nobis notari debet.

Vsus huius Aphorismi.

XXXI.

Τοῖσι 1 κοπώδεσιν ἐν τοῖσι 2 πυρετοῖσιν, ἐς 3 ἄρθρα ἢ σάρκας 4 χοιράδες μάλιστα ἀπο-στάσιες γίνονται.

Febres cum lassitudine. XXXI. 1 Lassitudine fractis per 2 febres, in 3 articulis & ad 4 maxillas potissimùm 5 abscessus fiunt.

Hîc Aphorismus agit de lassitudinibus quæ vltrò per morbos oboriuntur, critice vel symptomatice.

1 Hoc est, qui ità sunt affecti, vt vel si minimum moueantur, sensio lassitudinis illis oboriatur.

2 Quæ inde laboriosæ dicuntur: quòd à labore, vel quòd vltrò oborta sit lassitudo.

3 Partibus nimirum amplioribus & materiæ febrilis capacibus: si quidem febris laboriosa sit, à lassitudine vltrò oborta.

4 Excitatis scilicet parotidibus phlegmonosis: quemadmodum in febre ardente si quid ab hæmorrhagia relinquatur. vel excitatis parotidibus œdematosis in febre lenta & pituitosa.

5 Per materiæ febrilis diadosin. Nisi vrina profluat crassa, multa & alba, qualis Archigenis seruo profluxit; aut aluus feratur. Rarò in cæteris morbis abscessus fiunt; in iis verò quæ lassitudinem coniunctam habent vltrò à succorum copiâ obnatam, interdum decubitus fit in artus. Quasi dicat Hippocrates, per febres laboriosas periculum adest futuri abscessus: ergo, ne hoc fiat, coque crudam materiam, & purga. *6. Epid. 4. 1. & 2. Progn. 67. & 6. Epid. 2. 44. Vsus.*

XXXII.

Ὀκόσοισι ἢ 1 ἐκστασιάσιος ἐκ τῆς νούσου τὶ 2 πυήσει, ὑστεραίαι ἢ ἀποστάσιες 3 γίνονται.

XXXII. Et quibus à morbo 1 restitutis quippiam est 2 infirmum, ibi abscessus 3 fiunt. *Lassitudines quæ convalescentibus accidunt.*

1 Ita tamen vt supersint materiæ febrilis reliquiæ: aut si liberaliùs se potu & cibo inuitent, quàm exhausti corporis ratio postulet, aut quàm immutata ventriculi actio, temperamentum & habitus perferre possunt.

2 Vel, infirmitatis aliquid supereſt: Prædicit enim partis lassitudo, eò materiam affectare viam: vt ab imperfecta crisi interdum euenit.

3 Exclusione materiæ à parte continente, in eam quæ continetur. Quasi dicat, cùm quis à febri magna euasit; sæpe in discrimen venit homo, quia partes internæ & externæ labefactatæ sunt: hinc, si non accurata diæta acceſſerit, hepatis & lienis scirrhi, vel cephalææ: vel foras in artus, si ibi imbecillitas, abscessus effunduntur. Quare ne quid coaceruetur, dentur pilulæ alephanginæ, masticinæ, vel Ruffi, vel tale quid. *Vsus.*

XXXIII.

Ἀπὸ τοῦ ἢ κοπώδεος 1 πη ἢ ἀπὸ τοῦ 2 νοσέειν, 3 ὑστεραίαι σημείῃσι 4 ἢ νούσῳ.

XXXIII. Quinetiam si 1 quid antè laborauerit priusquam 2 morbus inuaserit, ibi 3 se morbus 4 obfirmat. *De lassitudinibus quæ præcedunt morbos.*

1 Vt cerebrum, pulmones, aluus.

2 Quemadmodum in morbis epidemiis qui sub dispersorum specie homines inuadunt.

3 Vt si quæ pars antè lassitudine fatigata fuerit, & in talibus morbis vbi spes est futuri abscessus.

4 Generatione, paroxysmo, & diadosi, vel successione, hoc est, primatio & secundario foco. Vide historiam Critonis & Hierophontis. Quasi dicat, prouisio habeatur de parte infirma, maximè si illa princeps fuerit: ne eò se conuertat materia morbifica. *2. Epid. Vsus.*

XXXIV.

Ἢν τοῦτ' 1 πυρετῷ ἐχομένῳ, ἀδήματος μὲν 2 ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνιγμὸς 3 ἐξαίφνης ἐπιγένηται, 4 συνάσσει.

XXXIII. Si cui 1 vehementer febricitanti, nullo in faucibus 2 conspicuo tumore, 3 repentè incidat strangulatio, 4 funestum. *Angina latens.*

Hoc & sequenti Aphorismo agit de humorum metastasi symptomatica, quæ est planè funesta: eò quòd functiones ad vitam necessariæ labefactantur.

1 Ita

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 426 sur 513

1 Ita vt validæ febri sit implicitus, eiusque dominatu teneatur: propterea que maximè liberæ respirationis sit indigens. Adest & dolor in inflammatione: nam interdum, dicit hîc Galenus, obnascitur suffocatio à pituitæ copia rigante internam tunicam laryngis: vel à resolutis musculis laryngem aperientibus: vel à iunctis his causis: vel à siccitate tendente internos laryngis musculos: verùm hæ suffocationes sunt doloris expertes.

2 Hoc est, nullo cervicis externo rubore, aut tumore interno. διδημα, tumor veteribus est.

3 Inflammata laryngæ, cuius inflammationis nulla signa eduntur, nisi doloris & orthopnœæ. Inde aër à corde arcetur, & prohibetur fuliginum exitus. Dicit, repentè, quod laryngi proprium: nam peripneumonia id non agit repentè, sed in vigore tandem: nec, inquit in Commentario Galenus, asperæ arteriæ inflammatio suffocat, sed dyspnœam adfert, ob amplitudinem, & tunicæ eius tenuitatem, quæ magnum tumorem facere nequit.

4 Quòd ad calamitosam vim morbi accedat respirationis interceptio, quæ etiam sola funesta est: sed eò maior, quo maior respirandi adest necessitas. Nam dum pus conficitur, strangulatur æger: vel si ad pepasmum ventum sit, quia excerni pus nequit, fluit in pulmones, eosque opprimit. Quin venæ sectio reliquáque remedia non eximunt causam coniunctam, cùm eò non veniat eorum vis.

XXXV

Ἢν ὑπὸ τῷ πυρετῷ ἰσχυρῶς ὁ πρόχυσις ἐξαίφνης 2 διαφθαῖῃ, καὶ μάλις 3 καταπίνειν δύωνται, 4 διδήματος μὴ ἐόντος, 5 θανάσιμον.

Angina à luxata vertebra.

XXXV. Si cui 1 insigniter febricitanti collum repentè 2 peruertitur, vt vix 3 deglutire possit, nec vllus 4 appareat tumor, 5 funestum.

1 Hoc est, si oborto abscessu non tollatur febris: imò si potiùs accedat difficultas tum respirandi, tum deglutiendi.

2 Luxata vertebra quæ cum occipite conuertitur, per tuberculum illà parte obortum. indicio est inde esse, quia sine causa manifesta peruertitur: nam à phymate membranæ & vincula vertebrarum conuelluntur.

3 Deglutitio & respiratio maximè requiruntur in magnis febribus. Nam hîc tum potu tum medicamentis æquè pugnare debemus, quia naturæ studendum, & cum morbo pugnandum est.

4 Aspectabilis scilicet: in cervice vel in sterno, quia non oritur à lapsu, ictu. Sed à conuulsione fit illa luxatio. Fitque vel in anticam partem, & dicitur lordôsis, hoc est excauatio; vel in posticam, & dicitur cyphôsis: aut in alterutrum latus, vocaturque scoliôsis, vel obliqua excauatio.

5 Potissimùm secundæ vertebræ, quæ capiti validissimo vinculo connectitur, quo vinculo rupto comprimitur œsophagus & larynx. Secundæ autem huius vertebræ, quæ dens dicitur, in anticam vel posticam partem luxatio, planè est funesta; in alterutrum verò latus, minimè periculosa. Contrà, inferiorum vertebrarum in alterutrum latus periculosior est quàm in anticam vel posticam luxatio, eò quòd hæc resolutionem membri adferat, compresso nervo qui hinc in membra porrigitur. De hoc malo agit 2. Epidem. 2. 2.

XXXVI

Crises per sudores in febribus.

Ἱδρῶτες πυρετώδεσιν ὧν ἀρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, ἐναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἐπταεικοσαδεκαταῖοι, καὶ μεὴ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδομῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριακοστῇ φρωτὴ, καὶ τριακοστῇ τετάρτῃ. ὅσοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες 1 κρίσις ποιέουσιν. Οἱ 2 μὲν ὧτος γινόμενοι, πόνου σημαίνουσι, καὶ μάκρος νόσου, καὶ 3 ὕδατος ἐπισυμίης.

XXXVI. Sudores febricitantibus si manare cæperint, salutares quidem sunt qui emanant die tertio, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, decimoseptimo, vicesimoprimo, vicesimoseptimo, tricesimoprimo, & tricesimoquarto: ii enim sudores 1 morbos iudicant. Sed qui non ita 2 eueniunt, laborem, diuturnitatem, & 3 recidiuam ostendunt.

Dies quibus criticos sudores manant. Idem de ceteris excretionibus intellige. Qui verò morbi hos dies superant, rarò crisin illam veram habent, sed vel abscessu vel sensim coctione vincuntur. Rarò tamen vltra vicesimum sudoribus iudicantur. Nunc agit de excretionibus criticis. Quarum prima est in sudoribus, deinde in sputo postrema in vrinis. Sudor excretio est quædam critica, si in eumdem incidat, quo morbus accedit. Materia autem morborum acutorum est biliosa, quæ tertio quoque die paroxysmum facit. itaque vt sudor sit criticus, oportet vt die impari accedat: quia quæ diebus imparibus accedunt, imparibus iudicantur, & contra: Deinde, non satis est sudores imparibus diebus accedere, sed debent insuper duplici signorum genere ostendi, longeque antè signis ad tempus crisis. Vt in febre acuta si vrina quarto die protulerit notam pepasmi: deinde cùm ferè ventum fuerit ad septimum diem, si signa accedunt apparētia ad speciem crisis, cuiusmodi est vrinæ suppressio ante rigorem, quem excipit sudor. Huiusmodi sudores sunt critici, & excipiendi, modò nulla ratio desideretur in qualitate, copiâ, & modo excernendi. Hoc Aphorismo agit de solo excretionis tempore. An ergo die tertio, ineunte morbo, salubriter apparere potest sudor? Maximè, per tales morbos quos Hippocrates vocat benè moratos; qualis est synochus non putris. Quartum diem omisit, eò quòd quartanæ haimorrhagiæ sunt difficiles. quartus non est index sed index, septimi. Scribit Galenus se semel tantùm vidisse crisin editam quarto die; Archigenes bis tantùm id viderat. synochi tamen hoc die iudicantur; quia mouentur diebus paribus. Sed morbi acuti, sui causam agnoscunt bilem: hæc imparibus mouetur. Quare si quarto in his fiat excretio, calamitosa erit: nisi crisis illa inchoata fuerit tertio die; nam interdum perennat crisis in duos vel tres dies. Quæ paribus iudicantur, excurrunt longius, quàm quæ imparibus. Numerantur dies impares ad tricesimum quartum in morbis acutis, qui biliosi sunt: propterea imparibus iudicantur, nam in paroxysmo fit crisis.

Quæstio.

Quartus dies.

1 In quibus nulla ratio desideratur in qualitate, copia, tempore, & excernendi modo: nam manant toto corporis habitu, ac elidūt serum venis conceptum.

2 Non diebus criticis: Quia iudicatoria non iudicantia, sunt sinistri iudicij.

3 Quòd sint iudicatorij non iudicantes, propterea que sint signa & causæ symptomaticæ, quodq; fiant motu morbi, significatur. Humoris enim pepasmi expertis copiam denunciant.

XXXVII.

Sudor frigidus.

Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξυὺ μὲ ὀξέι πυρετῷ γινόμενοι, 1 θάνατος· ξυὺ 2 φρυκτέρῳ δ', 3 μάκρου νόσου σημαίνουσι.

XXXVII. Sudores frigidi, si cum febre acuta profluant, 1 mortem ostendunt; cum 2 mitiora autem, 3 diuturnitatem morbi.

Hic iam agit de qualitate sudoris critici. Debet enim sudor criticus esse calidus: nam omnis sudor omnisque rigor qui non facilè incalescit, significat extinctionem caloris nativi. Cautè itaque vt medicus remedia hîc adhibeat, quasi moneat.

V. sut.

1 Extincto

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 427 sur 513

1 Extincto calido natiuo. Quia nulla pepasmi signa præcesserε, nec die critico fluunt, nec toto corpore calidi manant, nec symptomatum febrisve remissionem adferunt, tantum succorum copiam adesse loquitur hoc frigus, vt crudor ille ne à febrili quidem ardore calescat non aliter ac glacies cùm liquitur à sole. Argumentum calidi natiui extincti, & resolutæ facultatis retentricis.

2 Cum febre inflammationis & malignæ qualitatis experte: quales sunt febres intermissionis participes; cuiusmodi est tertiana.

3 Ex materiæ copia & contumacia, quæ non facilè calorem concipit. Hæc morbi diuturnitas in pepasmi difficultate consistit. Nam cum illa materia difficulter incalescat, difficulter quoque pepasmum recipit. Sed quæres, Anne sit eadem ratio frigidi sudoris qui manat in febre acuta, & illius qui fluit in miti febre? Minimè certè: quia vnus fit per extinctionem: alter per materiæ contumaciam: eamque tandem mitigare poterit naturæ vis, si illa satis vegeta fuerit.

XXXVIII.

Καὶ 1 ὅκου ἐν τῷ σώματι & 2 ἱδρὼς, ἐνταῦθα 3 ὁράζει τὸν νοσον.

Sudor indicat partem affectam.

XXXVIII. Qua 1 parte corporis 2 sudor manat, morbum 3 illius partis arguit.

Docet quid interſit inter ephidroſin & ſudorem. Quaſi dicat, calamitoſa eſt omnis ephidroſis, quocumque die etiam fiat: & ſi critico manarit die, tanto peior, quia accidit motu morbi, aut vitio partis vnde erumpit. Agit itaque nunc de excretionis modo: Vult enim vt ſudor toto erumpat corpore: quia quanto plures partes ſe ad illius materiæ excretionem accingunt, eò plus adiumenti adferunt.

1 Capite, aut thorace.

2 Ephidrosis symptomatica, à materiæ copia, & à fracta retentrice facultate.

3 Nam resoluta cùm est vis partium vitalium, per febres essentiales, sudor symptomaticus erumpit è thorace: in phreniticis verò, resoluto cerebro, è capite. Quare ibi humorem morbiferum delitescere significatio fit. Et est symptomaticus qui toto fluit morbo, paucus aut tenuis; etiam toto corpore, vel capite & thorace, à cruda materia, & à partis imbecillitate. Cauendum igitur, vbi talia, ne pharmaca aut magna remedia præscribantur.

XXXIX.

De calore & frigore.

Καὶ ὅκου ἔνι τῷ σώματος 1 θερμὸν ἢ 2 ψυχρὸν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος.

XXXIX. Quemadmodum & qua parte corporis 1 calor aut 2 frigus percipitur, ibi est morbus.

Quaſi dicat, Non omnium tamen morborum curatio in pharmacia conſiſtit.

1 Vt si inæqualia hypochondria, & si pectus incendio conflagrat citra febrem, ibi erit morbus.

2 Stabilia hæc si fuerint, miniméque fugacia, ita vt inde causæ morbificæ ibi stabulantis argumenta sint. Propterea his partibus admouemus fotus, phlebotomiam, & cucurbitulas: quin interdum cauteria. Chirurgus quidam Vltraiectinus implacabili dolore particulæ capitis laborabat: à nullis remediis iuuabatur, tandem iussi cauterium potentiale admoueri: curatus fuit, citra aspectabilis mali aliquam effusionem. Indicibili quadam qualitate vel aura, sine dubio, fatigatus is fuerat in ea parte.

XL.

Καὶ ὅκου ἐν 1 ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, ἢ λύει τὸ σῶμα 2 κρατεόμενον, ἢ αὖθις θερμαίνῃ, ἢ 3 χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, 4 μῆκος νόσου σημαίνει.

Longitudo morbi vt notetur.

XL. Quin etiam quum in 1 vniuerso corpore crebrò mutantur, vt si modò 2 calescat, modò frigescat corpus, aut calor 3 alter ex altero fiat, 4 diuturnitatem morbi ostendunt.

Cautionem purgatoriam scribit, ne quis existimet illicò purgandum esse, nam natura in quibusdam illicò excernere nequit, sed tempore in quibusdam opus est, vt coquatur materia.

1 Dicit eam mutationem fieri ex materia multiplici per totum corporis habitum diffusa. Excluditur ergo, quod ex Coacis obiici possit, vbi dicitur: Repentina extremarum partium in vtramque mutatio, calamitosa. quia mutationes quæ æqualiter fiunt toto corpore, sunt minùs periculosæ, quàm quæ vna vel altera tantùm parte corporis. Quòd itaque dicit [quum crebrò mutantur in vniuerso corpore] intellige, non tantùm in extimis partibus; quarum repentina in vtramque mutatio soleret esse calamitosa (talis in acuta & maligna febre euenire solet) sed toto corporis habitu.

2 Ex vicissitudine humorum calidorum & frigidorum, in motu & quiete: ita tamen vt neque incendij, neque extremi frigoris sensus percipiatur. Significat multiplicem materiam, & varios motus, vnde pepasmi difficultas, & multarum etiam partium affectio significatur. Refrigeratio est triplex, periodica, symptomatica (quæ notat à summa visceris inflammatione calidum natiuum opprimi) & critica.

3 Qui ferè similis efflorescit humoribus.

4 Propter pepasmi difficultatem aut multiplicem materiam, quæ ex caloris & frigoris vicissitudine, & caloris mutatione significatur. Si vires pares fuerint, tandem mitigabitur ea materia.

XLI.

Sudor ciò piosior.

Ὑπνῳ 1 πολὺς ἐξ 2 οὗπερ ἄρχου φαίνεται 3 αὐτὸς γινόμενος τῷ σώματι, σημαίνει ὅτι πλείονι 4 δεῖται τροφῆς· ὧν ἂν 5 ἀφέλῃ μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίγνεται, σημαίνει ὅτι 6 κενοῦσθαι δεῖται.

XLI. Sudor 1 multus qui à 2 somno, sine 3 causa quæ à foris est incidente, erumpit, 4 largiore cibo arguit corpus vri: Quodsi id cadat in eum qui suo 5 defraudatur genio, 6 necessariam euacuationem esse ostendit.

1 Id est, confertim & copiosè diffluens, vt non infirmæ naturæ, sed redundantis excrementi symptoma sit. Quamuis, in sanis, per somnum si paucus manat sudor, nihil mali habeat is: quia rarioris corporis ac paucæ materiæ index est.

2 Hoc est, dum coctioni incumbit natura, & natura digestioni dat operam, absolutâ concoctionis periodo. Nam vt concoctio fit per somnum, sic post somnum fit digestio. Si ergo eo tempore quo natura operam dare debet coctioni, appositioni, aggluti-nationi, & nutritioni, sine causa manifesta erumpant sudores, malum id est; coctione verò perfecta, bono naturæ fiunt: vt tempore matutino sub finem somni. nam circa somni initium, coquit: deinde separat vtilia ab inutilibus; tum demum distribuit in corpus, ac apponit bonum; reliquum in aurora, sub finem somni in sudorem soluit.

3 Vt ab aëre calido, in Austrino statu sine flatu, vel à tegumentis, aut à cibis sudorificis.

4 Supra exhausti corporis rationem, & partium nutritioni

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 428 sur 513

nutritioni dicatarum conditionem & ſtatum.

5 Id eſt, in eo qui non eſt cibi appetens immoderatè.

6 Quòd ventriculi ſegnities in appetendo & coquendo, vaſorum impuritatem, & omnis aluinæ œconimiæ confuſionem adferat. Si, inquit Galenus, hæc eueniant ob recentem copiam alimenti, abſtineat: ſin euenerit ob olim ingeſtam ciborum copiam, euacuetur. Quaſi dicat Hippocrates, Per morbos acutos hi ſudores non critici, ob has cauſas interdum etiam manant: non aliter ac hypoſtaſes bonæ in vrinis appârent interdum, cùm adhuc cruditatis plena ſunt omnia, quòd liberaliùs habeatur æger. nam à cibi copia eſt illa hypoſtaſis, non à materia morbifica. Ex hoc Aphoriſmo collige has Maximas ſententias. Omnis ſudor qui citra cauſam manifeſtam apparet, eſt contra naturam. Nullus ſudor multus poteſt fieri ab infirmitate naturæ. Qui cibum non appetit, neceſſario eſt purgandus.

6. Epid. 3. 1.

Axioma.

XLII.

Ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς ἀθερμὸς 1 ἀεὶ ῥέων· 3 ὁ ψυχρὸς 2 μείζω, ὁ δ' ἀθερμὸς 3 ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει.

XLII. Sudor multus, frigidus aut calidus, 1 aſſiduè fluens, frigidus quidem 2 maiorem, calidus verò 3 minorem morbum oſtendit.

Sudor frigidus aut calidus.

1 Toto corpore, vel aliqua parte: qui fluunt ſine vllo dierum criticorum delectu, incunte morbo, creſcente, vigente.

2 Id eſt, & calamitoſiorem; & difficiliorem curatu, atque ſiniſtri iudicij. Nam ſignificat aut natiui caloris infirmitatem, aut malignitatem & contumaciam materiæ. Morbus autem tripliciter dicitur magnus: dignitate partis quæ occupatur, ſymptomatum magnitudine, & curandi difficultate.

Morbus magnus qui.

3 Pepaſmi facilitate, ex materia quidem vniuſmodi, ſed copioſiore, quæ calorem concepit. Omnis ſudor bonus, calidus eſt: at non omnis ſudor calidus, bonus eſt.

Corollarium.

LXIII.

Οἱ πυρετοὶ ἐκδύσει 1 μὲν διαλείποντες δὲ 2 τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, μᾶλλον 3 δὲ καὶ δ' ὦσι· 4 ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ 5 δ' ἀλείπωσι, σημαίνει ὅτι 6 ἀκίνδυνοι.

XLIII. Quæcumque febres 1 intermiſſionis expertes tertio 2 quoque die ſeueriores redduntur ac ingraueſcunt, 3 magis calamitoſæ; at 4 quouis modo 5 intermiſerint, periculi 6 expertes eſſe ſignificat.

Febres intermittentes periculi ſunt expertes.

Quaſi dicat, Ago hic de omni excretionum varietate. Si autem nihil excernatur, vnde intermittat vel remittat ſe febris, malum: argumento ſunt febres intermittentes: nam hæ periculi expertes ſunt.

1 A maligna humoris bilioſi corruptione, quæ ſtabulatur circa cor in caua vena, vel in arteria aorta, vel à phlegmone nobilis partis.

2 Cardialgiam adferunt, & vigilias cum delirio coniunctas, cephalalgias, cum lumborum & colli grauitate, ob acerrimi ſuccicorruptionem, vnde principes partes in incendium abripiuntur. Quare febrium perpetuâ epidoſi, fit ſymptomatum acceſſio.

3 Nam criſin funeſtam faciunt; vt ſudoribus frigidis, & ſymptomatum omnium incremento. faciunt enim metaſtaſin; vel opprimunt, pepaſmi expertes ſucci, calidum natiuum, quod etiam ſymptomatum vehementia poteſt. vnde incidunt in maraſmum, conſumpto humore primigenio.

4 Hoc eſt, ſiue intermiſſio fuerit triginta ſex horarum, ſiue vigintiquatuor, ſiue duodecim tantùm: ſiue vehemens acceſſio fuerit, ſiue longa.

5 Cuiuſmodi ſunt intermittentes febres.

6 Quod argumento eſt, metaſtaſin abeſſe, nec phlegmonen vexare partem nobilem, & venoſam vim non obſidere principem partem. Etenim inflammatio coniunctam habet febrem continuam, & incendium iſtud exhaurit humidum primigenium partis ſolidæ cordis, & efficit maraſmum. Maligna etiam qualitas ſpiritum diſſipat, & calorem extinguit.

XLIV.

Διάστασις 1 πυρετοῦ μακροῦ, τυφλοῖσι 2 φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πύῃσι ἐγγένηται.

XLIV. Qui ex febre 1 diuturna laborant, iis 2 phymata aut dolores in articulis oboriuntur.

Diuturnæ febres per abſceſſum iudicantur.

Diſputatum eſt hactenus de omni excretionis critica genere, quod in acutas febres incidit. Nunc alterum genus proſequitur, quod fit per abſceſſus in articulis: docetque in quos morbos huiuſmodi excretio incidat; nimirum diuturnos; hoc eſt, qui intra quadrageſimum diem non iudicantur. Quadrageſimus enim dies finis eſt morborum acutorum. Diuturnæ hæ febres interdum perennant ad ſemeſtre tempus: tandem ſenſim coctione ſoluuntur, vel in abſceſſum abeunt, niſi vrina profluat craſſa alba. Nam & per σύμπτωσιν & τῶν ὑδρώπων ἔκστασιν hæ febres interdum finiuntur.

1 Cuius diuturnitas in pepaſmi & excretionis difficultate conſiſtit, non in viſceris alicuius vitio, vel medici aut ægri culpa: vt cùm ab hauſtu aquæ frigidæ in epiploon deponitur ea. Dixi non in viſceris alicuius vitio, vt eſt quartana ſymptomatica per maraſmum lienis. Porrò difficultas pepaſmi accidit ob naturæ infirmitatem, materiæ copiam & contumaciam, & meatuum anguſtiam.

2 Ob algentem craſſam materiam, nec coctioni nec excretioni facilè cedentem: vnde tandem ad infirmos artus excluditur, vnde dolorificæ laſſitudines, vel phymata: niſi abſceſſus materiam tollat vrinæ craſſæ, albæ & copioſæ profluuium. Dixit φύματα & non ἀποστάσεις, quia ſignificantiùs eo nomine abſceſſus expreſſit. Nam cùm abſceſſus fiat per excretionem vel per depoſitionem; hîc loquitur de iis abſceſſibus qui per depoſitionem fiunt.

φύματα, ἀποστάσεις.

XLV.

Διάσασις 1 φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πύῃσι ὧν 2 πυρετῷ [μακρῷ] γίνηται, ἤτοι 3 ὀπίσω πλέονι χρόνῳ.

XLV. Quibus 1 phymata aut dolores in articulis oboriuntur poſt [diuturnas] 2 febres, hi copioſiore 3 cibo vtuntur.

Abſceſſus à febribus longis.

Senſus Aphoriſmi eſt, Si quis in ſpem venit, (à profuſione vrinæ albæ, copioſæ, & craſſæ,) ſe abſceſſus incurſum enadere poſſe, ſe liberalius cibo & potu inuitauerit, ſuperſtite adhuc laſſitudine illa vltrò oborta, quæ diuturnæ illius febris fuit anteſignana, is, comparata multa cruditate, abſceſſu & doloribus in articulis laborabit: eò, quòd ea cruditas, impetum faciet in eam partem, quæ laſſitudine eſt affecta.

1 Ab integra criſi.

2 Sublata febri, & reſtituto ægro per vrinæ craſſæ & albæ profluuium.

3 Supra corporis exhauſti rationem, & partium nutritioni dicatarum conditionem. à diuturno enim morbo calidum natiuum languet, & ventriculus frigidus appetit; vnde cùm edat, non coquit tamen.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 429 sur 513

XLVI.

Ἡ 1 ῥῖγος ἐμπίπτῃ 2 πυρετῷ μὴ διαλείποντι, 3 ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, 4 θανάσιμον.

Rigor frequens. XLVI. Frequens in 1 febris assiduitate rigor, 3 fractis iam viribus, 4 funestum.

Nunc de tempore vniuersali agit.

1 Hoc est, si febris ab initio fuit assidua continuaque; nec, oborto rigore, remiserit. Nascitur talis rigor, à fracta natura, quæ mouet quidem, sed nil promouet excrementi; vel si quid excluserit vnà, ob fractas vires, fatiscit æger.

Sudor fluens. 2 Id est: Si perhorrescendi finem non faciat die critico, quo sudor fluit: Notanter dicit ἐμπίπτῃ, hoc est, incidat, nimirum, continuò; non semel aut bis.

3. Epid. in fine. 3 ἤδη, hoc est iam: hoc est antequam in febres inciderit. vide historiam adolescentis qui in Meliboea iacebat.

Iudicatorium non iudicans. 4 Quòd sit iudicatorium non iudicans: & quòd materiam morbi intrò referri ostendat: & attritæ iam vires ferre nequeunt nec haimorhagiam, nec sudorem, nec quassationem corporis. Est enim Rigor, inæqualis totius corporis concussio, ab affectione naturalis caloris; à materiæ contrariæ occursu in superiore ventre. Est autem rigor triplex: criticus, symptomaticus, & periodicus. Criticus est, vt qui in causo sudorem criticum præcedit, semelque aut bis incidit: periodicus est, qui in tertiana euenit: symptomaticus, de quo hîc, qui à natura oppressa venit; sæpè incidit, nullamque euacuationem succedaneam habet.

Rigor quid, & quotuplex.

XLVII.

Αἱ 1 ἀποχρίμψεις αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι 2 μὴ διαλείπουσιν αἱ 3 πελιδναὶ, καὶ 4 αἱματώδεες, καὶ 5 δυσώδεες, καὶ 6 χολώδεες, πᾶσαι 7 κακαὶ· ἀποχωρέουσι δὲ 8 κακῶς, 9 ἀχαλόωι καὶ 10 κατὰ διαχωρήσιας, καὶ κατὰ ὧρα. Ἢν δὲ μὰ τὰ ἀφ' ἑωυτέων σημεῖα διὰ τρόπων τούτων, 11 κακόν.

Crises per exclusionē quæ nam bona vel malæ.

Expectorata varia. XLVII. 1 Expectorata in febribus remissionis 2 expertibus 3 liuida, 4 cruenta, 5 fœtida, 6 biliosa, 7 omnia calamitosa: quæ verò eorum conuenienter 8 excluduntur, salutaria. Eadem 10 deiectionum & vrinarum ratio est. Quodsi nihil quod alleuationem adfert per ea loca excludatur, 11 calamitosum.

Egit de sudoribus, iam de aliis excretionibus: Exemplum proponitur symptomaticæ excretionis in laterio difficultate, vel in materia contumacia, vel in viriſq;.

1 Variæ sunt ἀποχρίμψεις, hoc est, expectoratæ: nam quorundam expectoratorum difficultas consistit in materiæ contumacia; aliorum in vtrisque his iunctis. Nam quædam expectorata ideò sunt iudicatoria non iudicantia, propter modum quo excernuntur. Quia omne iudicatorium iudicans, debet fieri κακῶς, (vt testatur in hoc Aphorismo) hoc est, citò & ex facili. Porrò quod ad curationem attinet, magnè interest an expectorandi difficultas pendeat ex materiæ contumacia, an ex laterum infirmitate. Nam si ex materiæ contumacia proueniat, commodè exhibebis oxymel, ad incidendum, vtque materia attenuetur. Si verò ex laterum infirmitate (id quod ex stertore discès) iam actum est; neque vlla ratione oxymel tunc exhibendum. Nam si exhibueris, absorbebit partes materiæ humidiores, reliquam verò partem ficciorem contumaciorémque reddet, indéque maior difficultas respirandi veniet.

2 Quasi dicat quorum exclusio nullum febri finem aut modum imponit.

3 Extincto à calore illius partis vnde veniunt.

4 Hoc est, meraca, quod est meri sanguinis; qui ruptâ, exesâ, vel apertâ venâ exprimitur.

5 Soboles putredinis. Quæ est signum fractæ naturæ, & victi caloris natiui. Fœtor, authore Auicenna, nascitur à coctione imperfecta: propterea, dicit Alexander Aphrodisæus, hominum excrementa fœtent, non verò in ferarum excrementa; quòd illi variis à cibis ex cruditate laborent: altera causa fœtoris est putredo. *Fœtoris causæ.*

6 Meræ bilis, non sanguine aut pituitâ perfusa; propterea quæ pepasmi expertia: hæc facilè in atram degenerant bilem. Cùm vitellis ouorum similia deiiciunt, malum.

7 Nam febri finem non imponunt; & notant fractam œconomiam partium spirabilium, & materiæ contumaciam.

8 Ineunte morbo: sine molestia ac difficultate spirandi si excludantur citò & ex facili. etiam liuida, vel cruenta, si (præcedentibus pepasmi signis) excernantur die critico.

9 Partium spirabilium integritatem denunciant: & sunt iudicatoria iudicantia, naturæque beneficio expectorantur, modumque febri imponunt.

10 Quarum excretio salutaris est, si nulla in illis ratio desideretur qualitatis, copiæ, excernendi modi & temporis.

11 Nam si talia purgantur qualia oportet, confert, perferúntque ex facili: si minus, contra.

XLVIII.

Ἐν τοῖσι μὴ 1 διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ὅκου τὸ ἔξω 2 ψυχρὸν ἢν τὰ ὑπ' ἔνδον 3 καίηται, καὶ δίψεα 4 ἔχῃ, 5 θανάσιμον.

Frigus partiū extremarum.

XLVIII. In febribus remissionis 1 [vel intermissionis] expertibus, si extimæ partes 2 frigidæ sint, intimè autem præcordia 3 conflagrent ardore cum 4 siti coniuncto, funestum.

In peste maximâ huius Aphorismi vsus esse videtur: Vsus Aphorismi.

Si enim in hac ardor cum siti adest, extremáque frigent, non temerè theriacam aliáque calida antidota exhibueris: nam phlegmonem internam hac denunciant: Sin frigeant extrema, nec homo vehementer sitiat, nota erit hoc extingui calidum natiuum; tunc theriaca & cetera antidota sunt necessaria.

1 Vt frigus quod sequitur, neque criticum neque periodicum vocari possit. ita vt illud frigus non producat febrim ad remissionem vel ad crisin.

2 Si marmore frigidiores sentiantur, sine vlla incendij successione, aut cum vicissitudine, & repentina caloris & frigoris mutatione. Illud frigus indicat extinctionem caloris fixi partium solidarum, vel inopiam caloris fluentis; qui incendio febrili ablumuntur.

3 Hoc est, ventre coctisque calentibus. Si nulla neque doloris colici, neque syncopes excusatio adferri possit, ueque hystericæ affectionis. Nam in dolore colico spiritus intrò recurrunt subsidij ergo: vnde extremæ partes marmore appârent frigidiores. Intimæ autem partes sunt ipsa viscera, quorum nimirum potentiâ totum gubernatur corpus. Harum inflammationes, instar cucurbitæ omnem calorem attrahunt: Inde sitis. non à bilis aut pituitæ salsæ influxu in ventriculum, quod euenit in paroxysmis intermittentium.

4 Ab exhaustu viscerum & caloris natiui. Nam cor opprimitur, totiusque corporis calorem in se reuocat. vel saltem validæ partium obstructiones aditu arcent calorem fluentem ab extimis partibus; vel à crassa materia plurimus halitus non ferit cutem. vel phlegmone interna trahit, vnde maior ignis. vnde linguæ siccitas, iactatio, & hypochondrij tensio.

Modò

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 430 sur 513

Modò hæc symptomata non sint futuræ crisis, nec febrium speciei intermittentium propria.

5 Vel si sitis causa adsit (vt si lingua scabra) etiamsi non sitiant, resolutâ aluo, accenso in thorace vel ventre (hoc est hepate, vel ventriculo & intestino primo) foco febrilis incendij.

XLIX.

Ἐν μὲν τ διαλείποντι πυρετῷ ὄψ 2 χεῖλος, ἢ 3 ὀφρῦς, ἢ 4 ὀφθαλμὸς, ἢ 5 ῥὶς διαστραφῇ, ὄψ μὲν βλέπει, 6 ὄψ μὲν ἀκούει, ἧδη ἀσθενὲς 7 ἐόντος τοῦ σώματος, ὃ, τι ἂν τυφλὸν ᾖσιν, ἐγγὺς ὁ 8 θάνατος.

Lethalia signa in debili ægro.

XLIX. Si cui in febre 1 remissionis & intermissionis expertæ labrum 2 distorquetur, aut 3 supercilium, aut 4 oculus, aut etiam 5 nares, tum etiam si audiendi 6 videndique vis periit, fractis iam 7 morbo viribus, quicquid horum acciderit, in propinquo 8 mors erit.

1 Quasi dicat, vt nulla excusatio perturbationis criticæ adferri possit. Hæc enim interdum critica sunt & fugacia, vbi scilicet integra naturæ vis adest. Quare dum talia eueniunt, actiones examina.

Musculi varij.

2 Conuulsis eorum musculis, vel per se, à siccitate; vel ex euentu, cùm cognati congenereſque conuelluntur; vel ob resolutionem andagonistarum musculorum. Musculi congeneres dicuntur, qui simul membrum aliquod attollunt, vel simul deprimunt: cuiusmodi duo illi qui labrum superius attollunt, vel simul deprimunt; item alij duo qui labrum inferius attollunt; item qui deprimunt id: hi andagonistæ sunt.

3 Carne cutéque circa frontem distentâ, vnde patet oculus.

4 Conuulsis, aut inæqualiter resolutis musculis ipsius.

5 Exhaustis tenellulis musculis alarum nasi.

6 Labefactatâ cerebri facultate animali ab exhaustu.

7 Naturali atque vitali vi fractâ à morbo. Exsuccipleno si exsuccus euasit, ex valido infirmus.

8 Nam ad pertinacem vim morbi accedit labefactatio omnium facultatum, quatum potentiâ corpus administratur. Caue igitur ne his apparentibus quid magni remedij adferas.

Vsus.

L.

Respirandi difficultas cum delirio quid notet.

Ὅτι ἂν ἐν τῷ πυρετῷ μὴ 1 διαλείποντι 2 δύσπνοια γένηται ἅμα παραφροσύνῃ, 3 θανάσιμον.

L. Quotiescumque in febrem 1 remissionis expertem difficultas 2 spirandi & delirium incidit, 3 funestum.

Summa Aphorismi hæc est, Quotiescumque facultatis vitalis apparet labefactatio, indeque animalis vis acciditur adeò, vt vsui respirandi necessaria denegetur facultas partibus spirabilibus, tunc mors est in propinquo. Atqui in febribus continuis si adsit spirandi difficultas cum delirio, vitalis simul & animalis facultas sunt labefactatæ. Nam cum in omnibus febribus necessarius sit liber spirandi vsus, certè quo maior est febris illa continua, eo maior est respirationis vsus. Si itaque adsit respirandi difficultas, ea mala erit: quia significatio fit aut labefactati vsus (nimirum calore naturali ad extinctionem properante) aut labefactatæ facultatis animalis. Si parua & rara fuerit, exstinctionem caloris natiui significat. Parua enim est ob contumaciam thoracis mouentis; rara, ob defectum vsus. Si difficultas illa constiterit in rara & magna respiratione, significabit delirare ægrum: voluntatis enim depranationem notat talis respiratio in perenni febre. Sensus itaque Aphorismi est, Quoties ad labefactationem vitalis facultatis accesserit cerebri depranatio, in angusto spes est.

1 Hoc addit, quia in perturbatione critica adest delirium & respirandi difficultas, quæ mala quidem est vt causa, non vt signum, cum per vasa thoracis transit materia, thorax tunc premitur, ægréque spirant tunc homines: hoc fit imminente crisi aliquando. Loquitur hîc de febris assiduitate, in qua nulla spes est intermissionis, & vnde vitalis facultas deiicitur.

2 Ante delirium si euenerit, solet esse magna & rara respiratio: si post, parua & frequens erit. Agit hîc de dyspnœa quæ fit post delirium, cùm translatione bilis exaresci cerebrum.

3 Vt signum, & vt causa. vt signum, quia significatur sublatio vsus respirationis; quod que fit translata materia in cerebrum. Vt causa, quia cùm vsus respirationis necessitati non respondet, fiunt homines pneumatici. Et labefactatâ facultate animali, respiratio facilè vitali denegatur.

LI.

Abscessus per febres.

Ἐν τοῖσι 1 πυρετοῖσιν 2 ἀποσήματα, μὴ λυθέντα πρὸς τὰς 3 πρώτας κρίσιας, μάλ' ἀσφαλὲς σημαίνει.

LI. In 1 febribus abscessus, qui primis 3 crisibus febrem haut soluit, 4 diuturnum talem morbum fore ostendit.

1 In longum tempus excurrentibus.

2 Si non tantum excernatur quantum est necessarium: vel si materia decumbat in partem quæ non est totius materiæ capax: & si non procul à foco morbi excludatur.

3 Quibus crisibus obueniunt illi abscessus: cùm iam ad septenariorum vim ventum est; vt die vigesimo septimo, trigesimoquarto, quadragesimo, sexagesimo. Quo tempore nec irritatione, nec materiæ præparatione natura ad excretionem excitatur; vt in Clazomenio, & in ancilla pictoris. Et talia tandem apostemata putrilaginem generant, & mortem adferunt: vel longâ die, si pepasmum acceperint, morbum finiendum denotant.

4 Quia est iudicans non iudicatorium: nam materiæ aspernimam duritiem (vt quæ tota excludi nequit) vel fractam vim naturæ denotat. Sic si haimorrhagia, vel alui profluuium euenerit die critico, & si ab his perennat morbus, vel diuturnus, vel calamitosus is erit. Ita à peripneumonia vel pleuritide obortà parotis, quæ morbo finem non imponit, calamitosa. Quasi dicat hoc Aphorismo: Si iudicatorium non iudicans pranum sit in abscessuum exclusione; quid igitur per veras crises, si tale euenerit, fiet?

Vsus Aphorismi.

LII.

Lachrymæ quid portendant.

Ὀλοφύσιοι ἐν τοῖσι 1 πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσιν χωρὶς 2 προαιρέσιος ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν, ἀδύνατον ἐκλύσιν 3 μὴ 4 χωρὶς προαιρέσιος, ἀποσήμαινε.

LII. Quibuscumque per 1 febres, vel alios quosuis morbos, oculi 2 sponte ac prælectione illacrymant, nihil 3 absurdi est. Quibus verò [per se illacrymant] non à prælectione, longiùs à se, absunt.

Explicantur hoc Aphorismo signa quædam indifferentia, de quibus sine distinctione causarum & corporum pronunciari non potest. In quo genere continentur lachrymæ quas ægri profundunt. Nam si ea inuitis nobis profluxerint, iam modò mortis aduersa signa sunt, quod caruncula illæ resolutæ in sympathiam à cerebro tractæ, cerebri significent resolutionem. Si verò lachrymæ profluxerint ex causa aliqua, & non inuitis nobis, ex illis nulla indicatio sumi debet.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 431 sur 513

©BIUM

1 Maximè per febres ardentes, inquit Hippocrates in Epidemicis, μᾶλλον καυσώδεσιν.

2 Hoc eſt, ab inſtinctu, ſeu à præelectione ſi id faciunt. προαίρεσιν verto præelectionem: alij electionem vertunt, cùm tamen electio animalibus quoque à ratione alienis aſcribatur: præelectio verò tantùm animalibus ratione vtentibus conuenit. Alij ſtudium & inſtitutum, quod latiùs patet: alij propoſitum, quod dicitur de fine; cùm præelectio ſit eorum quæ pertinent ad finem, vt docuit Ariſtoteles: alij voluntatem, quæ tamen diſtinguitur ab Ariſtotele à præelectione: alij conſilium; quod etiam aliud eſſe dicit Ariſtoteles quàm præelectio. Eſt autem Proæreſis, actus intellectus per cognitionem promouens ſe in voluntatem. Si itaque miſericordiâ ducti homines lachrymas fuderint, vel ſi à fumo, vel à propria affectione preſſi oculi illachrymant, vt ab ophthalmia vel à lippitudine, febri minimè ſymptomatica.

προαίρεσις quid. 3. Ethic.

3 Nullam ſignificationem edunt exitus morbi qualis ſit futurus: nihil mali præ ſe ferunt.

4 Hoc eſt, Si hoc nullo inſtinctu à præelectione, ſed à reſoluta facultate fiat, ardore à febrili; nam concaui etiam fiunt. Reſolutio canthorum, indicium eſt reſoluti cerebri.

Cautio præſag.

5 Multùm ſunt à ſe mutatis reſolutâ, ſcilicet, vi morbi carne, quam oculorum canthis obduxit S. Deus ad arcendas lachrymas. Intellige, modò excuſatio perturbationis criticæ adferri non poſſit; tunc enim lachrymæ appârent ad haimorrhagiam. Terrificum verò eſt ſi vi morbi interni illachrymet, vt in Dealcis vxore, cui à phrenitide ichor tenuis oculos feriebat. Sed cæteræ etiam notæ obſeruentur. Semper hoc libro ob oculos habere debemus ſcopum Hippocratis quis ſit: ille agit de euentu omnium excretionum ac ſignorum criticorum per morbos acutos, ſiue criticôs ſiue ſymptomaticôs eueniant.

Scopus Hippocratis.

LIII.

Ὁκόσοισι δὲ ἢ ἐδόντων ἐν πυρετοῖσι οἱ ὀδόντες γίνονται, ἰχωρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί.

LIII. Quibuſcumque per 1 febres 2 lentores in dentibus adhæreſcunt, his 3 acerbiores febres reduntur.

1 In continuis: vbi adhuc cruditatis ſunt plena omnia. Dicit, per febres, vt nulla excuſatio adferri poſſit crapulæ, vel decumbentis catarrhi, vel vitioſi decubitus; vt hominis decumbentis in dorſum. Hoc fit in illis hominibus quorum caput vel ventriculus circumfluit crudâ pituitâ: nam accedente calore, lenteſcunt ſurrecti inde vapores.

2 Fiunt à crapula, vel à lenta ventriculi pituita, nam interior ventriculi tunica ad dentes vſque ſerpit. ab illo lentore videntur, quaſi glutino quodam, committi dentes. Huiuſmodi pituita vt difficulter flammam concipit, ita conceptam ſemel diutiùs retinet.

3 Accenſa contumaci materia, quæ ineunte morbo calorem non profert. Albo ſqualore ſi obſidentur dentes, diuturnitatem morbi; ſi nigro, mortem: ita ſi labra talia vlcuſcula habeant, inuictum incendium denunciant. Idem de aphthis iudicium: quæ præclarè abſterguntur aqua nucum cum aceto extillata ſi ſpongiola admoueatur.

Remedium.

LIV.

Ὁκόσοισι δὲι πολὺ βῆχες ξηραὶ, βραχέα ἀφιεῖσκαι, ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, ἧσσον τοῦ πάνυ τοὺς ὀδόντας τίλλουσιν.

Tuſſes ſiccæ.

LIV. Quibus 1 ſiccæ perennant tuſſes, rarò & leuiter irritantes, in febribus 2 ardentibus, non 3 admodum 4 ſiticuloſi ſunt.

Exemplo familiari docet febres ſæpè deliteſcere. Et ſic ſæpè fallimur, exiſtimantes non ita grauiter homines febricitare. Sed vrina & pulſus teſtimonium fidum dabunt; ac quidnam agendum dicent.

Vſus Aphoriſmi.

1 Hippocrates alibi has vocat tuſſiculas. Siccas intelligit tuſſes, non à maligna deſtillatione aut craſſa, ſed à diſtillatione tenui & miti, vel ab intemperie frigida partium reſpirationi dicatarum. In his nihil expectoratur.

2 In febribus intermiſſionis expertibus; quæ cum ſomno ardore, iactatione, linguæ ſcabritie, & ſiti inexplebili conſociari ſolent.

3 Pro ratione febris ardentis cuius quidem ſignum pathognomonicum eſt inexplebilis ſitis; quæ hîc latet.

4 Lingua eſt particeps membranæ œſophagi & pulmonum: quare cùm catarrho rigatur illa, has etiam partes humectat.

LV.

Οἱ ὀδὼν 1 βεβῶσι 2 πυρετοὶ, πάντες 3 κακοὶ, πολὺ μᾶλλον 4 ἐφημέριοι.

Bubonum febres.

LV. 1 Febres in 2 bubonibus, 3 calamitoſæ ſunt omnes, præter 4 ephemeras.

Vide Gal. ad Glauc. 1. lib. 2.

1 Quæ febres, bubones pariunt: ita vt febricitanti ſuperueniant bubones. Præſtat ex bubone febris, (nam illa eſt ephemera à cauſis externis;) quàm ex febre bubo. Nam quæ ex bubone fit febris, ephemera eſt, non autem putrida; quia totus humor in bubone impingitur ita, vt inde non conſurgat ea vaporis copia, qua cor feriat. Interdum tamen à bubone fit putrida febris: ſed ea fit non ratione vaporis illius qui ferit cor; ſed quia cacochymia obſitum corpus facilè in putredinem abripi patitur, à vaporibus illis, in venis contentum ſuccum fœdum.

2 Bubo ſignificat partem & morbum. Morbum ſcilicet infeſtantem partem illam, nimirùm phlegmonem glandularum, quæ ſunt emunctoria cerebri, cordis, & hepatis. Loquitur autem Aphoriſmus de bubonibus per ſe & vltrò obortis, ſine vi rerum extrinſecus incidentium. Bubo enim per ſe ortus, ſignum eſt partis germen habentis morboſum, & non vindicantis ſe à materia iniqua; quia febris perennat etiam ab ipſa excluſione.

6. Epid. 2. tex. 10.

3 Præſertim ſi bubones febri ſuperueniant ſymptomatici. Nam bubo ſymptomaticus nunquam erumpit ſine peculiari vel hepatis, vel cordis, vel cerebri vitio. vt non criſin vel excretionem partis obſeſſæ, ſed eius reſolutionem ſignificet. In bubonibus peſtiferis euapora madente ſtuppâ ex decocto florum chamæmeli, meliloti, foliorum maluarum, ſcabioſæ, morſus diaboli. Tandem opopanax ex aceto coquatur, vt ſoluatur, ac ſeraceo tranſmittatur, & cum oleo laterino iterum coquatur ad melliginem: inde fiat emplaſtrum. Vel accipe conſolidam maiorem, & ſcabioſam; adde ficus detractis pelliculis externis; cum radicibus liliorum: his ex aqua coctis, ac croco adiecto, fiat emplaſtrum. Apertum vlcus purgetur ſucco nicotianæ & ſenecionis, cardui benedicti, & pimpinellæ.

Remedia.

3 Eſſentiâ quæ eſt ephemera, non periodo: quòd in his bubo rerum extrinſecus incidentium vi obruatur; eo quòd ſubſidij cauſa, magna copia ſanguinis in partem læſam irruat; vel dolore eò attrahatur, ſine vitio partis principis. Et ſpiritus ſolùm hîc laborant citra putredinem. Verum in criſi interdum fit ſalutariter, & virginibus tempore menſtruorum. Maligna febris ſuſpicio abſit. & ſi febris ab illa excluſione mitеſcat.

De ſeb. diff. 6.

LVI. Πυρὸς

LVI.

Ἐπιφαίνεται ἱδρὼς ὀπτηρούμενος, μὴ ἀπαλλάσσοντος τοῦ πυρετοῦ, 2 κακόν. 2 μακρὴν γὰρ κρῖσιν, καὶ 3 ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

Sudor perennis. LVI. Febricitanti [crebri] sudores si superuenerint, febre remissionis experte, 1 calamitosum: protrahitur enim morbus, & 3 excrementitium multum humorem significat.

1 Nullam enim crisin facit.

2 A contumaci materia, quæ exuta est parte sui tenuiore, ac spoliata ferè suo ichore; & infirmior iam reddita est natura. Vnde ab vtroque difficultas pepasmi.

Medela. 3 Hoc est, colluuiem magnam, quæ facile mitigari non potest; partiumque solidarum infirmitatem arguit. Ducatur vrina cichoraceis, & decocto asparagi, graminis, pyrolæ: detur cornu ceruinum. olfaciat acetum rosatum. Caueat à vento & frigore. Senfim purgetur semine carchami, & radico mechioacan.

LVII.

Spasmo febris sinedat. Ὑπὸ 1 σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐσχλουμένῳ 2 πυρετὸς ὀπτηρούμενον 3 λύει τὸ νόσημα.

LVII. Qui 1 spasmo aut tetano est correptus, si ei 2 febris incidat, morbum 3 soluit.

1 A repletione cùm copiâ crudorum succorum aut flatuum replentur nerui.

2 Quæ sit spasmo analoga.

Remedium. 3 Dissipatâ materiâ, & confirmatis partibus. Coquit enim crudos succos. Quasi dicat, Vtiliter calida & sicca in vsum duces: vt decoctum pæoniæ, ligni guaiaci, sarsæ parillæ, ligni sassaphras: theriacam vel mithridatium, castoreum, & talia cætera.

LVIII.

Ὑπὸ 1 καύσου ἐχομένῳ ὀπτηρούμενον 2 ῥῖγος, λύσις 3 γίνεται.

Causo incidens rigor. LVIII. Si quem febris 1 ardens detineat, semel incidente 2 rigore, 3 finitur.

Rigor quid. *Hoc Aphorismo speciem criseos docet. Est rigor; inæqualis concussio panniculi carnosi, qui adipi subiacet in hominibus, ab excremento quod in peculiari cuiusque naturâ redundare consueuit.*

Causus. 1 Exquisita, hoc est, continua, & remissionis expers: sed cum summo ardore, iactatione, siti inexplebili, cum lumborum ac capitis dolore, coniunctaque linguæ scabritie; ex motu, coaceruatione, & putredine acerrimorum ichorum, quos, à siti & labore arefactæ, venulæ, succi familiaris inopia pressæ attraxerunt. Sitis illa excitatur à calore & siccitate ventriculi & hepatis. Linguæ scabrities à fulginoso fumo ab hepate ascendente. Dolent autem lumbi, cùm sanguis conflagrat in maioribus venis & arteriis. Ichores ferè omnes sunt pepasmi expertes, vt qui summa vincantur difficultate. Remedium optimum est ad acrimoniam illam temperandam, potus aquæ anguriæ, vel melonum, vel prunorum alborum paruorum. His miscemus interdum parum aquæ spermatis ranarum, vel aquæ solani, & parum olei vitrioli, cum syrupo acredinis citreorum.

Symptomatis causa in causo.

Remedium.

2 Critico (qui semel tantùm incidit) sudoris aut hæmorrhagiæ antesignano. Diffusa bile ex foco in habitum corporis. Reddidi incidente rigore semel: qui scilicet antè non fuit: quia Hippocrates vsus est Præterito tempore: nam Præsens, continuitatem significat.

3 Nam quibus in febribus cottidie rigores fiunt, cottidie febres soluuntur: scilicet exclusione febrilis materiæ. Atque hic rigor symptoma est perturbationis criticæ, & signum iam iam futuræ excretionis. Biliosi illi ichores, quos venulæ arefactæ attraxerant, quorumque incendio causus explenduit, ac tunc effunduntur sudores. Sed, quid si non sequatur excretio vlla? lethale erit: nam metastasin in caput & diaphragma faciet, vnde delirium. Nam rigor salutis non est author, sed consectaria illi excretio, quæ primùm iudicata fuit in viribus constantibus.

LIX.

Tertianas. Τεταρταῖοι· 1 ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἡμέραις 2 περιόδοισι, τὸ 3 μάλιστα πρόσωπον.

LIX. Tertiana 1 exquisita iudicatur septem 2 periodis, vt 3 tardissimè.

Quia agit de omni excretionum varietate hoc libro, propterea notas proponit, criticas & symptomaticas, quò rectè distinguamus, quo euentu euenturæ sint. Qualis est dierum ratio in continuis; talis est ratio periodorum in intermittentibus.

1 Cuius paroxismus ad summum est duodecim horarum. hoc est: cuius celerrimæ acerrimæque sunt periodi motusque, tum singularis temporis, tum vniuersalis. nam Galenus tales tertianas κατασώδεις vocat; quamuis sint periculi expertes.

2 Iudicatur ad salutem. Quòd acerrimæ celerrimæque sint mutationes, quodque materia biliosa & vniusmodi hæc sit pepasmi capax, ac expers malignæ qualitatis; & corpus ab inflammatione liberum; naturâ verò integra humore stimulata, & intermissione recreata: nec vlla metastasis humorum quòd adsit.

Tertianæ iudicatio. 3 Absoluto intra illud tempus materiæ benignæ pepasmo. Vt ergo materia mitior vel contumacior fuerit, ita vel quinto, septimo, vel nono circuitu, ad summum, eam tertianam iudicari scribitur ad Coacas. Ferè statum habet quarta accessione, hoc est, nono die. interdum septimo vel vndecimo die: decimo certio declinat. Nam, vt hîc inquit Galenus, vt in perperacutis morbus quinto, quarto, & tertio die iudicari potest, ita in tertiana interdum natura non expectat septimam periodum. Initio ducatur aluus: accipe electarij lenitiui drachmas sex, diacatholici drachmas duasicum aqua cichorei fiat hausus. Dein cùm apyrexia adest, modicè adimatur sanguis, si opus est: ac præpara iulapiis per triduum: mox purga rhabarbaro, cum manna & syrupo rosato laxatiuo.

Remedium.

LX.

Ὀλοσύριον ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα 1 κωφωθῇ, 2 αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ 3 κοιλίην ταραχθεῖσα, λύει τὸ 4 νόσημα.

Surditas per morbos acutos. LX. Quibus in febribus 1 aures obsurduerunt, 2 sanguinis profluuio è naribus, aut alui 3 commotione 4 morbus finitur.

Proponitur exemplum perturbationis criticæ scilicet surditas.

1 A palindrome materiæ morbificæ ad aures non à resoluta vi cerebri, quod labefactatum est à vehementi morbo. Sed si criticôs eò feratur materia, solutionem adfert hæmorrhagia. Nam si symptomatica fuerit ea translatio, imminet phrenitis: nisi alui solutione id periculum tollatur.

2 Si κάθαρσις feratur.

Remedium. 3 Cùm bilis plena effunditur manu. Date solemus electarium de succo rosarum, cum syrupo rosato laxatiuo, & manna; vel cum electario lenitiuo.

4 Cùm fit refluxio vel effluxio humoris à capite, qui aurem opprimebat.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 433 sur 513

©BIUM

XLI.

1 Πυρέσσοντι μὲν μὴ ἐν 2 ἀνίσοισιν ἡμέρησι 3 ἀφῇ ὁ πυρετός, κακοηθιάζειν 4 εἴωθεν.

Febrium intermissio.

LXI. 1 Febricitantem nisi diebus 2 imparibus febris 3 dimiserit, solet 4 reuerti.

Non satis commodè accipit hunc Aphorismum Hippocratis Galenus, eúmque in suspicionem falsitatis ducit, quòd etiam decimoquarto aliisque paribus diebus fœliciter eueniant crises. Neque enim decimusquartus aut vigesimus pares sunt dies, si medicam supputationem ineas. Agit autem Hippocrates ex professo de morbis acutis, quorum cùm materia sit biliosa, paroxysmos etiam habere debent dies impares.

1 Si continua febre causode quis detineatur, quæ vltra decimumquartum excurrere non solet.

2 Quia illæ febres continuæ mouentur diebus imparibus: hoc est, paroxysmi fiunt his diebus imparibus. quare, cùm in paroxysmis crises fiant, necessariò die impari, vt quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, finiri criticôs deberent. Quodsi ergo die pari finitur, non fiet id criticôs, sed ab oppressione naturæ, quæ materiæ ferociâ vel copiâ irritata aliquid excludit, sed non ita vt deberet, in copia, qualitate, & excernendi modo, vel fessa natura suæ resolutionem facultatis retentricis indicat. Si enim paribus diebus motum iniisset, pari etiam die criticôs potuisset quid excludi: At morbi acuti febrésve continuæ rarò paribus diebus mouentur: nam plerumque à bile nascuntur: quæ tertio quoque die consurgit in naturam.

3 Cum exclusione alicuius materiæ.

4 Nam iudicatoria non iudicantia ad mortem vel ad deterius apparent: Vide historiam de Philisco & de Philiste.

LXII.

Ὀκόσοισιν ἐν τοῖσι 1 πυρετοῖσι 2 ἴκτεροι ὀπίσω γίνονται ἐς τὰς ἑπτὰ ἡμερέων, 3 κακόν.

Icterus ante septimum.

LXII. Quibuscumque 1 per febres 2 icterus ante septimum diem incidit, 3 calamitosum.

Quoniam præcedente Aphorismo censuit eam solam crisin bonam quæ editur die impari; iam exemplo hoc familiari declarat non quouis die impari salutariter apparere signa, vel fieri crisim: eo quòd non omnis dies impar salutaris criseos sit capax, sed is solus qui antè significatus fuit signis apparentibus ad tempus criseos. Ratio Aphorismi est, Cum ante septimum diem crudi-tatis plena sint omnia, nulla excretio ante septimum diem salutaris esse potest, quòd illa excretio ante septimum diem facta significata non fuit (non enim significari potuit) signis ad tempus criseos pertinentibus. Sed dices, Peracuti quarto indicantur die, Verum id est, sed non per icterum indicantur.

1 Vt nulla inflammati hepatis, aut obstructæ vesiculæ bilem excipientis, aut venenatæ potionis excusatio adferri possit.

Icterus triplex.

2 Exclusa bile ad cutem. Est autem triplex icterus; criticus, naturalis, & symptomaticus. Vnus est itaque symptomaticus, qui fit vitio partis: vt qui sequitur scirrhum hepatis vel phlegmonem, aut obstructionem hepatis. Alter est, qui sequitur motum morbi, vt qui sexto die per febres incidit, tertius fit ex potione venenata: hic dicitur viridis icterus. Ex his posterioribus duobus fit ille etiam icterus de quo hîc agimus, nimirum ante septimum diem.

3 Nam febres quæ translatâ criticè bile ad cutem iudicantur, à tali bile nascuntur quæ naturâ crassior ac crudior est, quàm vt ante 7. diem mitigari possit. Propterea meritò funestum hoc esse asserit. Nisi autalui aut vrinæ profluuio, aut haimorrhagiâ iustâ periculum arceatur, quod Heraclidi contigit, & restitutus est: non Hermocrati, ideóque interiit. Quasi dicat Hippocrates, Non satis est imparibus diebus febres moueri; sed statim apparere debet quod significatum fuit. Nulla ergo febris ante septimum diem salutariter ictero iudicari potest. Non tamen is icterus qui post septimum incidit, periculi expers est, nam perseuerate poterit obstructio & phlegmone. In critico ictero appârent signa pepasmi in vrinis, aluus fertur laudabilibus excrementis. Meminit huius Aphorismi Plinius 26. lib. 12.

LXIII.

Ὀκόσοισιν ἐν τοῖσι 1 πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην 2 ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ 3 πυρετοὶ 4 λύουσι.

Rigores febriles.

LXIII. Quibuscumque in 1 febribus, [intermittentibus] 2 rigores incidunt cottidie, febres 3 cottidie 4 soluuntur.

Est ætiologia sequentis Aphorismi, & propterea postponi deberet.

1 Quales sunt tertianæ, quartanæ.

2 Aut horrores aut frigora: nam de peculiaribus intermittentibus agit.

3 Silent enim febres discussâ febrili materiâ, cuius motu paroxysmus fiebat. Sed cur causus vno rigore discutitur, tertiana verò variis paroxysmis? Quia non solùm in humoris vitio consistit tertiana, sed etiam in partis gignentis & suscipientis vitio.

4 Hoc est, eo die febris expertes agunt. Sed manet focus vnde redintegratur nouus paroxysmus.

LXIV.

Ὀκόσοισιν ἐν τοῖσι 1 πυρετοῖσιν τῇ 2 ἑβδόμῃ, ἢ τῇ 3 ἐνάτῃ ἢ τῇ 4 ἑνδεκάτῃ, ἢ 5 τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ὀπίσω γίνονται, 6 ἀγαθὸν· μᾶλλον μὲν τὸ δεξιὸν 7 ὑποχόνδριον ἢν λυθῇ 8 μᾶλλον, καὶ ἧσσον 9 ἀρρωστόν.

Icterus per febres continuas.

LXIV. Quibuscumque per 1 febres die 2 septimo, aut 3 nono, aut 4 vndecimo, aut 5 decimoquarto icterus incidit, 6 salutare, nisi dextrum hypochondrium 7 obduruerit: sin 8 minùs, 9 calamitosum.

Hic de continuis febribus agit: antea egit de intermittentibus.

1 Vt scilicet nulla venenati morsus neque inflammati visceris, neque obstructæ vesiculæ excusatio adferri possit.

2 Totius historiæ morbi: ante quam nulla incidit salutaris excretio in acutis.

3 Siue sit totius historiæ nonus, propterea que intercalaris, siue nonus ἐκ πρωτέου à tertio; nam is erit septimus.

4 Totius historiæ, cuius index fuerat septimus, aut est septimus ἐκ πρωτέου à quarto die.

5 Qui indicem habuit vndecimum.

6 Quia est iudicatorium iudicans.

7 Aut primaria aut secundaria affectione. Nam quocumque die apparuerit icterus dum hypochondrio, est symptomaticus.

8 Si apparuerit sine vllo dierum indicantium & iudicantium delectu.

9 Nam significat motu morbi quòd euenerit: & est causa, quòd febri, etiamnum remissionis experti, accessio adiungatur. Modò non alui aut vrinæ profluuio, aut haimorrhagia calamitatis causa tollatur. quod Heraclidi contigit, non Phanagreoni nec Hermocrati. Icterus enim symptomaticus causam non tollit: sed potius arguit illius visceris vitium quod

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 434 sur 513

quod eo hypochondrio continetur. Nam, vt habet Galenus, Commentario ad hiſtoriam Hermocratis, Submollis hypochondrij tenſio, phlegmonem in diaphragmate ſignificat, vel ſimarum partium hepatis. Maxima verò duricies, gibbarum partium hepatis phlegmonem arguit. Ictus poſt ſeptimum diem, ſi febri finem imponat, bonum. Ictum à folliculi fellis obſtructioone ita vinces. Accipe rhabarbari drachmas duas: cinnamomi ſcriptulum: agarici trochiſcati ſemidrachmam: zinziberis ſemiſcriptulum: infunde vino tenui & aquæ endiuiæ: colaturæ adde mannæ electæ drachmas duodecim, fiat hauſtus. Deinde accipe lumbricorum rertæ pulueriſatorum ſcriptulum: diaſpolitici grana octo: cum ſirupo byzantino fiat pilulæ tres: & ſuperbibat decoctum abſinthij ex vino, ſi non febricitat: alioqui ex aqua. Et pro potu vtatur ſolo illo decocto.

Axioma.

Remedium.

LXV.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι κοιλίη ἀφεῖ ἡμῶν κοπτόμενον 2 καῦμα ἰσχυρὸν, καὶ καρδιωγμὸς, 3 κακόν.

Aluinum incendium cum cardiogmo.

LXV. In 1 febribus ſi incendio aluus 2 conflagrat, cum ſtomachi morſu, 3 malum.

1 In febribus continuis.

2 Ardor ille ventriculi ingens, & oris amaritudo, ſymptomata ſunt anadromes materiæ biliosæ acerrimæ ad ventriculum: quæ calamitoſa eſt ventriculo: nam eius vim labefactat. De illo incendio loquitur hic Aphoriſmus, in quo manus pedeſque frigent, ventriculo coſtiſque calentibus. Nam accedit tranſlatio ſympramatica materiæ biliosæ. Omnis autem anadrome materiæ biliosæ in partem nobilem, mala eſt; facit enim morbum funeſtum aut diuturnum.

3 Hæc enim ſymptomata biliosæ materiæ, partis eius vnde manat hæc materia (quæ eſt hepar) calamitatem arguit, & parti ad quam fertur (quæ ventriculus eſt) calamitoſa eſt: hæc enim contumaciter eius tunicis adhæreſcit: vnde ciborum deprauatio, & ſyncope ex ſyntimoria cordis. Hic Aphoriſmus in Coacis prænotionibus ita legituri Quibus in febribus premitur morſu pectus, malum. τὸ στόμαχος, hoc eſt, pectus: per pectoris dictionem intelligit hic ſtomachum, id eſt orificium ventriculi; vſurpato per ſynecdochen ſterno, pro cartilagine enſiformi, quæ pectoris pars eſt: & per Metonymiam id quod ſub illa enſiformi cartilagine continetur, orificium nempe ventriculi. Sed quare fluit bilis ab hepate in ventriculum per febrium aſſiduitatem ardentium? Quia reſoluitur fundus ventriculi, vnde concepta bilis in ipſius tunicis fluctuat, nec exitum habet. Nihil melius eſſe vſu deprehendi, cùm queruli ſunt ægri de flagrante cordis incendio, quàm ex panno rubro imponere cordi epithema ex aqua roſata cum aceto, & ſemidrachma diarrhodonis abbatis; & iulapium propinare ex aqua cichorei cum ſirupo de acredine citreorum, cum pauco oleo vitrioli. Plurimos ita redintegraui S. Dei beneficio.

Cur influat bilis in ventriculum per febres. Remedium.

LXVI.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσιν ὀξέσιν οἱ 1 σπασμοὶ καὶ ὅσοι περὶ 2 σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, 3 κακόν.

Conuulſio & præcordiorum dolor.

LXVI. In febribus acutis 1 conuulſiones & qui in præcordiis ſentiuntur 2 dolores acerbi, calamitoſi ſunt.

1 Conuulſiones ſuccedentes febribus acutis, funeſtæ, modò non fiant ineunte morbo: quia tunc conuulſio febri finem imponit, vt ſcribitur in Coacis. Vide hiſtoriam de Pythione. Aut modò non accedat illa conuulſio vitio vel infirmitate peculiaris inſtrumenti, quemadmodum euenit in pueris. aut modò non fiat ex euentu, videlicet ob paralyſin muſculorum congenerum à tranſlatione materiæ ab interioribus ad genus muſculorum: vt non facultatis vitio, ſed ſolius inſtrumenti infirmitati imputari ea debeat.

2 Tractis intrò hypochondriis, phlegmones aut ſqualoris vi; phlegmone, ſepti tranſuerſi; ſqualore, hepatis & lienis. quæ exhauſta, in contagium abripiunt diaphragma præ ſiccitate. Diaphragma autem ad centrum trahitur.

3 Siniſtri aliquid præ ſe ferunt, ſiue viſcus trahatur in contagionem biliosæ materiæ ab anadrome, ſiue id accidat per ſyntimoriam viſceris primùm affecti. Sunt enim hæc ſigna contumacis morbi, & ſunt cauſæ labefactantes viſcera. Cùm eſſem in Italia, præceptor noſter herbarius D. Melchior Guillandinus, cùm ex inanitione quidam toto corpore conuelleretur, hominem totum cado tepentis olei immergi iuſſit. euaſit.

Obſeruatio practica.

LXVII.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἀπ' ὕπνων 2 φόβοι ἢ σπασμοὶ, κακόν.

A ſomno pauor, vel conuulſio.

LXVII. In 1 febribus à ſomno 2 pauores aut conuulſiones, 3 malum.

1 In continuis febribus.

2 Ex fuligine bilis atræ, ab incendio biliosi humoris per ſomnum excitata. Notanter dicit, à ſomno, vt nulla excuſatio ineuntis paroxyſmi adferri poſſit: nec inflammati alicuius viſceris, aut alterius ſimilis. Nam qui ineunte paroxyſmo fiunt ſomni, fere ſunt turbulenti: neque tamen propterea in malis ſunt ducendi. Et, ſi malè poſt ſomnum ſe habeat æger, malum quidem id certè eſt, ſed non funeſtum. Pauores autem huiuſmodi ſunt quales melancholicis & pueris eueniunt: qui quidem pueris excitantur à corrupto lactis, eleuatis inde in cerebrum vaporibus. Per ſomnos hoc euenit, quia intrò tunc materia viam affectat; ibique coctrice vi agitur materia.

3 Nam metaſtaſin praui vaporis ad cerebrum ſignificat: & quòd flaua bilis, æſtuante incendio, in atram degenerat maximè à ſtomacho hæc materia ſurrigitur. quaſi dicat: Si inde, vnde multum præſidij expectatur, affligantur ægri, in anguſto ſpes erit. Id autem euenit, cùm à ſomno humor ſit magis efferus. Monachus quidam, quem cum meis præceptoribus Parauij in uiſebam, ardenter febricitabat: à ſomno exiliens ſe è feneſtra præcipitauerat; cùm pulſum tangeremus, tractionem neruorum manus animaduertimus: obiit.

Hiſtoria.

LXVIII.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν πνεῦμα 1 ἀφαυσκάλων, κακὸν· 2 ζασμὸν δ' σημαίνει.

LXVIII. In febribus ſpiratio 1 illiſa in faucibus, mala: conuulſionem 2 enim ſignificat.

1 Hoc eſt, duplex ſpiritus intrò reuocatio: qualis eſt puerorum eiulantium. Accidit autem hæc interciſa reſpiratio, quòd thorax vnico hauſtu nequeat tantum aëris intrò trahere, quantum ad cordis refrigerationem opus eſt. Huiuſmodi autem reſpiratio admodum frequens eſt pueris eiulantibus. Nam cùm facillimè iraſcantur, & fuligine abundent, calor ipſis augetur; at muſculi his ſunt infirmi: itaque non poſſunt vſui neceſſario ſatisfacere vnico hauſtu. Πρόσκοπτοι dicuntur equi ceſpitantes; ſic offenſat ſpiritus, alibi vocat, τὸ πνεῦμα προσκοπτίον.

2 Conuulſionem ſignificant muſculorum duodecim reſpirationi inſeruientium. Cùm in omnibus morbis acutis omnis reſpirandi difficultas pernicioſa habeatur, tum verò præcipuè calamitoſa eſt hæc reſpiratio

2. Acut.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 435 sur 513

©BIUM

ſpiratio interciſa. Nam cùm adſit neceſſarius reſpirandi vſus, ob incendium videlicet caloris natiui, ſi deſideretur integritas inſtrumenti, hoc eſt thoracis, laborantibus ipſius muſculis, in anguſto ſpes eſt.

LXIX.

Οὐρήσιον ἥρα 1 παχέα, 2 γρομβώδεα, 3 ὀλίγα, ἐκ 4 ἀπύρετοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ 5 τηλέων 6 λεπτόν, 7 ὠφελέει. μᾶλλον δὲ τὰ 8 τοιαῦτα ἤρξε) * οἷσιν ἐξ 9 ἀρχῆς ἢ διὰ 10 * παχέων 11 ὑπόστασιν * ἴσχει.

* τοῖσιν
* παχέων
* ἔχει.

Vrina pauca & craſſa.

LXIX. Quibuſcunque vrinæ primùm quidem ſunt 1 craſſæ, mox 2 grumoſæ, 3 paucæ, non febris 4 expertibus, ſi 5 ab iis copioſè profluxerint 6 tenues, 7 iunant: Maximè verò eiuſmodi fluunt 8 vrinæ, quibus ineunte 9 morbo, aut 10 breui 11 ſedimentum habent.

De febrium certiſſimis iudiciis iam agit, quæ petuntur ex veneſi generis excremẽto, hoc eſt, vrina. Et docet quid hæc ſignificet ex ſui ſubſtantia, copiâ, & qualitate, in colore, odore ac remixtu. Quidã hanc vrinarum tractationem ab ea, quæ traditur libro ſecundo Prognoſticorum diſtinguunt: quòd hic patefaciat Hippocrates vitia partium vrinariarum, libro verò illo Prognoſticon docent ſigna quæ ex vrinis petuntur, quatenus videlicet appareant ad mortem vel ad ſalutem, ad deterius, vel melius; ad criſin, vel ad tempus criſeos: ſed male; quia omnia hæc, ex vrinis docet Hippocrates. Vrinam definit Galenus: Humorum qui ſunt in venis ſerum. Plato in Timæo dicit eam eſſe ſerum mite ſanguinis.

Vrina quid? Com. ad hiſtoriã Hermocratis.

1 Ex crudæ materiæ copia; vt in febribus lentis. Craſſeſcunt ita, quòd à flatulento ſpiritu contenta confundantur.

2 Diſiectis per vrinam ſedimentis, vt quibuſdam interuallis appareat liquor ſincerus vrinæ; aliis autem partibus multæ concretiones grumoſæ. Quemadmodum quibuſdam temporibus appareat cœlum quadam parte nubibus coactum: aliis partibus quibuſdam, ſerenum; noſtra lingua dicimus *den hemel is getrãpt*, quaſi dicas; gradibus nubium cœlum diſtingui. grumoſum cœlum. Indicium eſt in vrinis ſecerni partes craſſas ac crudas. quod, ineunte morbo, fit non à pepaſmo perfecto, ſed quòd craſſæ partes à flatibus & à calore agitantur. Poſtea à caloris vi mutatur hæc hypoſtaſis, in enæorema; indicium, materiæ crudæ plurimas partes mutari in flatus, à calido emicante; tandem ſidit id in hypoſtaſin bonam.

3 Quod ſecernatur pauca vrinæ materia, ob materiæ contumaciam ac craſſitiem.

4 Vt nulla excuſatio affectionis nephriticæ adferri poſſit. In non valida admodum febre: vt pote à craſſis ſuccis enata.

5 Scilicet grumoſis & paucis.

6 Hoc eſt, ſolito tenuiores: hoc eſt, mediocriter craſſæ; fuſã iam materiã crudã à caloris natiui vi.

7 Quòd ab abſceſſu liberent, vel diadochen febrilis materiæ mox excludendæ ſignificent. Nam indicant mitigatam iam eſſe craſſam materiam, vias meabiles, ac naturæ vim efflorescere.

8 Tenuiores ſolito, quæ antè fuere craſſæ, grumoſæ, & paucæ.

9 Hoc eſt, primis quatuor diebus.

10 Hoc eſt, non ita multò poſt: hoc eſt, ſeptimo die.

11 Bonum loco, & materia. Vnde ſignificatio fit integræ naturæ, ac materiæ pepaſmi capacis. Tales vrinæ primo libro Epidemion iuuenibus apparebant ad haimorrhagiam: ſenibus, ad dyſenteriam cruentam. Si verò perſeuerant vrinæ craſſæ, longitudinem morbi, vel calamitatem denunciant: calamitatem, ſi ſigna praua adfuerint, cum virium infirmitate.

LXX.

Οὐρήσιοι δὲ ἐν 1 πυρετοῖσι τὰ ἥρα 2 ἀγαστεπαρσίμα, οἷον 3 ἀπὸ ζυγίων. τυτθοῖσι 4 κεφαλαλγέα ἢ πάρεσιν, ἢ παρίσωσι).

Vrinæ perturbatæ.

LXX. At verò quibuſcumque per 1 febres [eſſentiales] vrinæ ſunt 2 perturbatæ, vt 3 iumentorum, ſanè iis 4 cephalalgiæ adſunt, aut in propinquo ſunt.

Præcedente Aphoriſmo egit de vrina ſubſtantia ſecretionis participe vel experte: ſit autem id vel ex alieni humoris permixtione, vel corruptione propriæ ſubſtantiæ. at nunc agit de craſſis, propriꝰ liquoris vitio: vnde ſignificatio ſit perturbationis in venis à flatulento ſpiritu. Subſtantia vrinæ aut tenuis eſt, aut craſſa, aut mediocris. Craſſa aut alieni humoris permixtione, aut vitio propriæ ſubſtantiæ. Hic craſſæ, cruditatem humorum ſignificant, & flatulentum ſpiritum: ſeu, ab hoc ipſo, perturbationem in venis. Et hæ craſſæ tales ſunt ſine ſpe ſecretionis materiæ mixtæ. Etenim ſignificant in venis perturbationem à flatu & copia crudorum humorum. Talia ſapè in peſtilentialibus febribus apparent. A prouiſione totius, damus conſeruam foliorum acetoſæ, cum margaritis: vt ſuperbibant dilutum ſcordij, calendulæ, acetoſæ, endiuiæ; cum ſirupo ex carduo benedicto & de acore citreorum: remixtis paucis guttulis olei vitrioli. *Remedium.*

1 Vt nulla excuſatio affectorum tenuum adferri poſſit.

2 Quæ non claræ redduntur quiete.

3 Animalium veterinorum ἥρα ὀλκὰ vocat, & παχεῖα: Hoc eſt, vrinæ quæ animalium vrinas referunt ſpecie, quæ diu depoſitæ non vnquam ſubſidunt: vt in Dromeadæ vxore. Vel quæ cùm diu multúmque fuerunt perturbatæ, nunquam appãrent conglomeratæ. *1. Epid.*

4 A flatulento ſpiritu ſurſum elato, cum calore contra naturam: nam perturbatur in venis ſerum à flatulento ſpiritu & calore, inde caput impletur. His delirium quoque ipſum, & conuulſio à capite euenit; &, ſi cum virium infimitate, ad mortem appãrent: vt in Polyphanto, & vxore Philini. cum robore, & exigua febre, morbi diuturnitatem. *7. Epid. & 6. Epid. s. 15.*

LXXII.

1 Οὐρήσιοι 2 ἑβδομαῖα κείνεται 3 τετάρτιον 3 ὑπόστασιν ἴσχει τὸ ἥμισυ τῇ 4 τεταρτῇ * ἐρυθρὸν, ἢ τ' ἄλλα χρὴ 5 λόγιον.

Contentæ nubeculæ.

** legendum* ὑπέρυθρον. *ex lib. 2. Prog. fol. 404. linea 12. Græco cod. Baſil.*

LXXI. Quibuſcumque [ad ſalutem] 1 criſis incidit 2 ſeptimo die, his 3 nubeculam habet vrina 4 quarto die ſubrubram, aliáque 5 conuenienter.

Hactenus egit de vrinarum conſiſtentia, & de ipſis vrinis quatenus apparent vel faciunt ad ſalutem & mortem, ad ſpeciem & tempus criſis: nunc agit de contentis, quæ tria ſunt numero.

1 In morbis acutis, ſanguinis è naribus profluuio, ſudore, vel aluo.

2 Philo, libro de mundi opificio, dicit, φύσιν σελήνης ἑβδόμον εἶδ), καὶ τὴν ἑβδομάδα καιρόν: & τελεσφόρον, hoc eſt, perfectam vocari.

3 A ſero ſanguinis, in cuius vitio morbus ſuam habet hyparxin: qui tamen omnium humorum pepaſmi eſt capaciſſimus, maximè verò enæorema nubiloſum ſi apparuerit, vel hypoſtaſis bona: & ſi tenuis vrina, craſſa euadat; & quæ alba erat, ſi citrina reddatur.

4 Qui eſt index ſeptimi. nam nihil ſalutariter criſin

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 436 sur 513

criſin inire poteſt, quod primùm ſignificatum non ſit ſignis apparentibus ad tempus criſeos: hæc enim ſigna præcedere debent ea ſigna quæ appârent ad ſpecie criſeos.

5 Naturæ & morbo. Hoc eſt, aliæ morborum ideæ propriis ſignis criticis indicantur quo loco ſint, & per peculiaria cuiuſque indicantur excrementa. vt ſi quarto die procedit expectoratum, die ſeptimo criſis fiet. Axioma: Qui morbus initurus eſt criſin ſeptimo die bonam, edit pepaſmi ſigna quarto die. Non ex aduerſo: nam interdum ea vehementia morbi & celeritas non adeſt, vt ſeptimo veniat ad vigorem. *Axioma.*

LXXII.

vrinæ albæ pellucidæ. 1 Ὀκόσιοιν ἴδρα 2 διαφανέα 3 λευκὴ, 4 πυρὸς μάλιστα ἢ ἐν τοῖσι 5 φρενιτικοῖσιν * ὑπάρχοντα.

LXXII. 1 Quibus 2 pellucidæ & 3 albæ funduntur vrinæ, 4 calamitoſæ: maximè verò in 3 phreniticis tales apparent.

Deinceps proſequitur colorem & quantitatem vrinarum. & hoc Aphoriſmo de colore. Color autem vrinæ varius eſt, ex caloris totius corporis remiſſioris vel intenſioris vi, aut ex alieni humoris permixtione. Nam duobus modis in vitio ſunt vrinæ, aut propriæ ſubſtantiæ corruptione, aut alieni humoris permixtione. Propriæ ſubſtantiæ corruptione, idque tribus modis, aut reſolutione, aut putredine, aut concretione: quia reſoluitur, putreſcit. *vrinæ vitia.* *Colores vrinarum hi ſunt, albus, pallidus, ruſſus, qui & naturalis, flauus, ruber, viridis, caruleus, niger, &c.* *Colores vrinarum.*

1 Vbi per continuas febres adhuc cuncta plena ſunt cruditatis.

2 Significant cruditatem, vel puritatem humorum per metaſtaſin humoris alterius: denique labefactatam vim naturalis œconomiæ, & naturæ infirmitatem, & quodcumque horum ſignificauerint, eſt contra naturam. Metaſtaſis enim, ſi ea ſignificetur, contra naturam eſt. Sunt autem hæ pellucidæ contra naturam morbitis enim cùm ſit acutus & bilioſus, tincta bile deberet eſſe vrina: quin ægri etiam natura, quæ bilioſa eſt, hoc non admittit. Quaſi dicat, excrementa quæ contra naturam morbi & ægri, colorem præ ſe ferunt, peſſima ſunt. *Prorrhet. 18.*

3 Quales ſunt vrinæ quæ habent conſiſtentiam aqueam. Quaſi dicat, Mala ſunt excrementa cuiuſque morbi propria, ſi fuerint contra naturam morbi & ægri: Albæ, hoc eſt, crudæ, & bilioſæ tinctura expertes: ob bilis metaſtaſin. Si autem notæ pepaſmi præceſſiſſent, potuiſſent hæ vrinæ criticôs apparere ad haimorrhagiam in iuuene, vel ad dyſenteriam cruentam in ſene, vt in Bione, Xenophane, & Critia. *1. Epid. conſtitutione temperi. 3.*

4 Si nulla excuſatio adferri poſſit, nec mitioris morbi (vbi ad abſceſſum appârent) nec antè apparentis pepaſmi. In Pythione præua talis vrina apparuit. *1. Epid. 1. Hiſtor. 2.*

5 Suntque funeſtæ: nam cerebrum inflammat eò tranſlata bilis. In Coacis ſcribitur, Albæ vrinæ à phreniticis mortiferæ. Medici tamen ſuum vt poſſunt tunc officium facient, clyſmis ac frictionibus extremarum partium reuellent, venam in pede vel brachio ſecabunt; tandem etiam frontis venam. Nuper cuidam ex frontis vena emittebam octo vncias ſanguinis, nam potentiſſimè fluebat: euaſit is. *Hiſtoria.*

LXXIII.

Hypochondriorum tenſio cum vrina copioſa. Ὀκόσοισιν ὑποχόνδρια 1 μετέωρα 2 διαφορεύζοντα, ὀσφύος 3 ἐλκήματος ὑπηνιώδεος, αἱ κοιλίαι τυπώσιν 4 καθυγραίνοντες, ὧν μὴ φύσει καταῤῥαγέωσιν, ἢ ἄρα 5 πλῆθος ἐπέλθῃ ἐν 6 πυρετοῖσι ἢ τοιοῦτο.

LXXIII. Quibuſcunque [recens] hypochondriorum 1 tumor incidit cum 2 murmure coniunctus, ſuperueniente 3 lumborum dolore, iis 4 alui feruntur, niſi flatus erumpant, aut 5 vrinæ copia fluat. atque ea in 6 febribus locum habent.

Agit de vrinæ copia, vt appâret vel facit ad ſalutem, vel mortem. nam in duobus affectibus indicandi vim habet vrina, nimirum in febribus eſſentialibus, & in tumoribus hypochondriorum.

1 Μετέωρον dicitur id quod pendulum eſt, ſublato fulcro. Atque hypochondria debent æqualia eſſe, moderataque in calore & frigore. debent eſſe mediocris diſtentionis & contractionis, mollitiei & duritiei. Addimus recens, ex 2. Prognoſt. nam tales tumores non ſunt veteres.

2 Sine dolore & phlegmone: ex flatulenta materia, ſine peculiari partium, quæ in hypochondriis ſunt, affectione.

3 Qui continentur quinque vertebris; & eæ partes quæ in lumbis continentur, vt vena caua, arteria magna, & quæ inde naſcuntur, vt meſocoloni tranſlatâ ad eas partes materiâ.

4 Quia quò natura vergit, eò criſium & vacuationum inclinationes fiunt.

5 Diadoſi materiæ quæ borborygmum faciebat in hypochondriis, ad partes lumbis contenras.

6 Eſſentialibus; non ſymptomaticis, quales in phlegmone hepatis. Quaſi dicat, vt hypochondria illa ſint omnis inflammationis expertia, nec vllo tumore obſeſſa. In tumoribus autem viſcerum hæc locum non habent. Hæc locum habent in pituitoſis febribus, quæ ſocum ſuum aluum habent: nam dum pepaſmo hæc aluina materia miteſcit, naſcuntur flatus. Hypochondriorum meteoriſmus recens, cum borborygmo flatum ſignificat: hîc clyſmata flatus diſcutientia conueniunt, parcus potus, & refrigerantia. Si fuerit recens ſine borborygmo, phlegmonem denotat: hîc phlebotomia vtilis, & emanata refrigerantia: medici, quia tormina his eueniunt, calamitosè maluaticum propinant vinum. Vetus verò tumor cum borborygmo, tenuium inteſtinorum hecticam intemperiem denunciat: metúmque adfert hydropis ſicci. Vetus tumor hypochondriorum ſine borborygmo, ſcirrhum indicat. Igitur melius eſt diaphragmati lumborum dolorem ſuperuenire, quàm ex aduerſo; non enim benè, inferne ſi ſurſum effluat ſuccus. Hæc itaque, inquit, in febribus nimirum eſſentialibus, locum habent; quaſi dicat, Ne vlla inflammati hepatis aut ſcirrhoſi, cauſa adferatur; tunc enim hæc non iuuarent. *Hypochondriorum tenſio varia.*

LXXIV.

Abſceſſus critticus per vrinam antè tiitur. Ὀκόσοισιν 1 ἐλπὶς ἐς τὰ ἄῤῥωστα ἀφίκεσθαι, ῥύσεως τῆς κοιλίης ἔργου πολλοῦ, ἢ μικροῦ, ἢ 2 λευκῶν γινομένων, εἶτα ἐν τοῖσι 3 κατὰ ἰσχίον παρείσιν 4 τεταρταίοισιν ἀρχὴ ἐπίσχει γίνεσθαι. Ἢν δὲ μὴ ἐν τῶν ῥηθέντων ἀμαρτάνῃσι, καὶ πάνυ ταχὺ 5 λύει.

LXXIV. Quibuſcumque abſceſſus in articulis 1 expectatur, ab abſceſſu eo vindicat vrina multa, craſſa, & 2 alba, qualis [vrina] 3 laborioſis in febribus exire ſolet, 4 quartum diem [morbi] agentibus. Quodſi narium quoque accedat profluuium, multò celeriùs 5 liberantur.

1 Vt ſi febris difficultas poſita ſit in pepaſmi difficultate: ſi vrinæ perpetuò appareant & mancant crudæ, & albæ: ſi pars corporis aliqua ſit effœminata vel dolori implicitâ. Non ſolùm hoc locum habet in febribus laborioſis à laſſitudine laborioſa, & vltrò obortis, ſed etiam in peripneumonia ſanabili, quæ per abſceſſum in crure, aut per paroridas curationem ſui poſſit recipere. Si venæ micent in temporibus, faciéſ-

que

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 437 sur 513

6. Epid. 2. que si turgidula fuerit, cùm pallore, 6 abscessum fore significant pone aures.

2 Ex materiæ pituitosæ mixtione.

3 A lassitudine obortis. in laboriosis, à calore, in axillis fiunt abscessus, & si quid in criticis euacuationibus relinquatur, promptus in abscessum morbus est. 6. Epid. 4 9 lassæ febres fiunt à materia lenta crassaque.

4 Vel alio die critico: sed alioqui quarto id die plerumque euenit, vt seruo Archigenis, & libri de humoribus in fine.

5 Vt febres quæ excretione curationem recipiunt, nonnunquam curantur abscessu. sic & ij morbi qui per abscessum curari solent, excretione & per vrinas interdum soluuntur. Vult itaque Hippocrates vrinas habere vim iudicandi. Et addit, multa; quia paucum non est criticum. Crassa, à vi caloris: Alba, à permixtione pituitæ: agit enim de febribus laboriosis, in quibus pituita vitium facit. Quare in febre laboriosa abscessus expectatur, nisi fluxus vrinæ multæ & crassæ, vel sanguinis, aut fluxus alui morbificam materiam excluserint. Natura in primis crisi elidere solet causas morborum: si hoc non fecerit, sensim mitigare eas solet coquendo: alioqui per abscessum depellit materiam: vel metathesin facit, hoc est, in alium morbum vertit se morbus. Vt natus sit morbus ex lenta pituita, excretionem non molietur hîc natura, sed sensim coquet hanc materiam, vel abscessum mouebit: nisi natura vegeta expernat hanc meatibus parentibus vrinalibus. Quare naturam imitari debemus in his, ac vrinalia præscribere. Vt decoctum sarzæ parillæ, & radicum chinæ. Si non adsit febris, & si pituita vitrea in vitio sit, ac homo robustus, præclarè præscribuntur grana duodecim pilularum Iliacarum Rasis, cum scripturo pilularum alephanginarum. Nota quod hîc ait Hippocrates, celeriùs liberantur: quàm, scilicet, per vrinas qui iudicantur.

Vrinæ vim habent iudicandi.

ℵ

LXXV.

Ἡν αἷμα *ℵ ἢ πῶον 1 ὑρίῃ, σῆμ᾽ ἕφ᾽ ἢ ἐν κύστι 2 ἕλκεα σημαίνει.

Vrinæ cruentæ & purulentæ.

LXXV. Si sanguis & pus cum vrina 1 reddatur, 2 exulceratæ vesicæ aut renum significationem præbet.

Egit de vrina substantia, contentis, qualitate & colore, quatenus ad salutem vel ad mortem faciunt vel apparent. Nunc agit de eisdem vt sunt nota affectionum partium vnde manant, nimirum venarum, & per quas iter faciunt, vt renum; & quibus excipiuntur, vt vesicæ; nam serum indicat calamitatem & integritatem harum partium. Integritas partium deprehenditur ex essentia partis: quæ & ipsa cognoscitur ex temperamento, habitu, charactere & mole. Secundò ex actionibus animalibus, naturalibus, & vitalibus. tertiò, ex excrementis: quorum ratio est habenda qualitatis, quantitatis, & modi excernendi. Quicquid autem excernitur, aut est substantia rei (sub qua & adnata continentur, vt sunt adeps, seuum) aut quid eorum quæ continentur in parte ipsa. Hæc autem contenta aut sunt è natura, vt sanguis, & vt vrina in renibus: aut contra naturam, vt calculus in eisdem. Primùm agit de contentis in renibus, sero, & sanguine: ac primò de horum excretione, pòst de substantia colliquatione seu excretione colliquamenti renum. Quidam quinquagenarius effundebat sanguinis magnam vim per vrinam liquidi, interdum etiam grumos. diu de sinistro latere questus erat. Huic secuimus venam, & dedimus stringentia: frustra: tandem hecticus obiit. Hic vsum stringentium non admittebat lubenter. Alius cum diu multumque sanguinis minxisset, tandem pus cum exiguis calculis excreuit. Quare in mictu sanguinis mihi semper ferè suspicio est de calculo renum.

Partium essentia vnde cognoscatur. Excrementa quæ.

Historia.

1 Ita vt excernendi finis non fiat, quoties vrina redditur. Hic notandum, Quòd dum pus à partibus diaphragmate superioribus manat, æqualiter id permiscetur vrinæ: dum vero à renibus & vesica proficiscitur, non æqualiter permiscetur vrinæ. Præter hoc autem, quòd vomica pulmonis interdum in renum vomicam degeneret. Interdum pus à pulmonibus in epipleon deponitur. Nec hæc miranda, cùm vsu compertum sit puerum aciculam quam deuorauerat, eandem per scrotum reddidisse; & mulierem quandam pus, in pulmonibus collectum, per costas excreuisse. Dicit hîc Hippocrates ὑφέῃ, hoc est, vt mingendi pus finem non faciat: vt nulla suspicio indè sit partium superiorum, nec meatus vrinarij vel parastatarum eius malè affectarum excusatio adferatur. nam hi non mingunt pus: sed manat illis inuitis pus. hic fœda colluuie laborat, igitur meit, non sequitur.

Missus sanguinis vrinas ob causas.

2 Maximè si purulentæ vrinæ cruentas excipiant. Nam fieri poterit vt quis sanguinem mingat à suppressis haimorrhoïdibus, vel quòd crus aut brachium abscissum sit, vel quòd patulis emulgentibus venis, natura excludat sanguinem qui qualitate vel copiâ in vitio est: vel à fracta vi iecoris, aut quòd renes, exuti genio, non fruuntur sanguine illo pro suo nutricatu; vel à calculo feriente renum venulas. Quare non statim in suspicionem abire debemus exulceratorum renum dum sanguis mingitur, nisi vnà pus elidatur. Pus excerni potest ex meatu vrinæ, penc, vesica, vreteribus, renibus, hepate, thorace, corde, pulmone, & habitu corporis: vide ergo quænam pars in querela fuerit; & quid vnà excernatur. Pus in transitu interdum exulcerat vias per quas fertur. Ita, inquit doctissimus Holerius, in corde abscessus & lapides inuenti fuere, in corpore quod pus minxerat, dein vnà sanguinem, integris renibus & vesicâ. Sæpè calculosis exulcerantur vreteres.

Pus is mictus ob varias causas.

LXXVI.

Οἱόσιον ἐν τῷ ὕδατι 1 πτυχὶ ἴδῃτι, σαφηὶς 2 μικρὰ, ἢ ὡσαύτως 3 τρίχες ξυνεξ[ε]ρχυ[ῦ], τοιοῦτον χρὴ σῦν νεφρῶν ἑλκέα τιν.

Vrina cum caruncula vel capillis.

LXXVI. Quibuscumque cum vrina 1 crassa carunculæ paruæ 2 aut veluti 3 capilli quidam exeunt, iis è renibus excernuntur.

Iam agit de vrina, vt est colliquamentum, hoc est, vt est excrementum substantiæ renum, hoc est, eius rei quæ substantiam eorum constituit: Renes enim videntur ex multis carunculis coaluisse.

1 Integris venarum rebus, vt nulla concoctionis ratio desideretur: quod beneficium concoctionis à venis est. Vult enim nullam desiderari rationem concoctionis: ac proinde significat, à vitio venarum non manare illas carunculas. Crassæ & oleosæ vrinæ significant colliquamentum adipis renum. Nam quæ excernuntur, aut sunt substantiæ rei, aut adnatæ substantiæ, aut contenta in re. Si crassæ fuerint vrinæ cum membranosis partibus, erunt substantiæ vesicæ excrementa; cum vrina verò tenui si excernantur carunculæ, erunt ab hepate, & venis partibusque diaphragmate superioribus, vt in febribus magnis: vt albæ, bullis obsitæ, infumitatem caloris innati significant. Vrina crassa, hoc est, mediocris consistentiæ. Cùm à renibus prodeunt carunculæ, præcessit dolor renum, & vrina purulenta, nec adest febris. Nam cùm vehemens febris vrit, interdum sanguis in renibus & venis hepatis assatur, vnde quid simile carunculis mingitur, sed tunc non est vrina mediocris.

2 Frustulatim dispersæ.

3 Interdum

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 438 sur 513

3 Interdum tamen hi prodeunt à crasso venarum sanguine; vt in his qui intemperatèr viuunt, cùm præditi sint calido hepate, sanguine, & renibus. nam cruda lentaque pituita se in fila conglobare solet. Dum enim ventriculi vis stupet, talem proferre materiam viscidam solet: quæ attracta ad hepar, vbi ad renes calidos venit, vritur in fila, vel sabuleta; si verò putrescat in renibus, vermes ibi generantur; quod voracibus canibus sæpe enenit: vt & à gonorrhœa: vel ab vtero. Cùm à renibus, dolor istîc fuit, à parastatis vasis, id est, à semine manant hæc sæpè filamenta; nam à vesica nasci nequeunt: vesica enim in fibras resolui nequit.

περιχάσις. περιχάσιν hanc passionem vocant, quasi dicas, pilimictionem. Hippocrates hîc doctè loquitur: dicit ἀπὸ νεφρῶν, à renibus vel ex renibus; quasi dicat, non à soluta renum substantia, sed à contentis in renibus, nam ibi concreuere.

Calculo in meatu calculi. Doctè admodum enarrat hunc Aphorismum Galenus. Cùm itaque capillata materia excernitur, quia homo in calculosæ coagmentationis periculo est, refrigerentur renes illitu rosati vnguenti loti aceto, & pauca adhibeatur caphura. Tenuans diæta accedat, ventriculus roboretur. & flamma hepate venisque concepta, sero lactis cum iulapio violato vel rosato extinguatur. Si coagmentatio facta sit, chalybis succus in vinum solutus propinetur manè ad semunciam, cum duabus vnciis aquæ alkekengi. Vel sumat interdum hieram: & quotidie pulucrem citronum, & milij solis, cùm melle. Illustris matrona diu calculosum synagma maximis doloribus gestauerat; iam dictum remedium propinauimus; illud in cretam quasi pulueriſatam solutum fuit; ac vnà cum vrina illud eminxit.

Historia.

LXXVII.

Furfuracea in vrinis. Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὔρῳ ἡ παχεῖ ἐόντι ἡ πυρώδεα συνεξέρχεται τουτέοισιν ἀ κύστις ἕλκεται.

LXXVII. Quibuscumque vnà cum vrina 1 crassa 2 furfuracea quædam efferuntur, iis vesica laborat 3 ex scabie.

Iam agit de hypostasi contra naturam, ratione colliquamenti earum rerum quæ sunt substantia rei: id est, quæ rem constituunt, aut quæ adnascuntur. Quattuor autem hypostases contra naturam recitantur ab Hippocrate, inter quas πυρώδης significat venarum aut vesicæ scabiem: quamcumque indicauerit, malum. Nam venarum scabies ratione communis officij intercepti, & ratione difficultatis curandi signum est malum, & etiam causa est mali. Vesica autem scabies, vt & reliqua vesicæ mala, lethalis est ratione communis officij intercepti, & etiam consortij cum aliis partibus. *Lib. 2. Prog.*

1 Hoc est; moderatæ consistentiæ, beneficio concoctionis quam in venis accepit. Si enim cum tenui vrina prodirent, significationem adferrent, per causos, internas venarum tunicas abradi ab acerrimo succo, qui validissima à febre torreretur. Quare hîc dicit, cum vrina crassa: vt nulla excusatio sit malè affectarum venarum. Vrina cruda est cum furfuribus, igitur venæ laborant: cocta est cum furfuribus, igitur vesica atteritur.

2 Id est, furfures tritici benè triti referentia.

3 Quòd nulla concoctionis ratio in vrinis desideretur, propterea que furfures ii venis ascribi non possunt: nec etiam renibus, nam horum resolutio per caruncula indicatur. Interna superficies vesicæ abraditur ab acri pituita, quare dolor & pruritus eam exercent. Quæ cum vrinis feruntur, vel ex naturæ lege sunt, vel sunt contra naturam, vt colliquationes totius corporis: & à venis, furfures cum tenui vrina, vel furfures cum vrina crassa, hoc est mediocri ac cocta, excusi, ex vesica prodeunt. Alia in partibus continentur, vt crimnodes, grano attrito similis quod subterfugit molam: & furfurea ex labore venarum, si cum tenui feratur vrina pus, multum vrinæ mixtum, à partibus diaphragmate superioribus: à vesica, inæqualiter vrinæ mixtum; à renibus, æqualiter. Vesica superficie tenus exulcerata, sanari potest, inflammatio verò eius est insanabilis, interceptione communis officij. Molli medicina tractari vesica exulcerata debet, vt emulsione seminum quatuor frigidorum maiorum, seminisque papaueris & psyllij: cum trochiscis de alKekengi, ex decocto florum maluæ & althææ in sero lactis; vel ex aqua equiseti.

LXXVIII.

Sanguinis mictus. Ὁκόσοι ἀπὸ τῶν παλλομένων αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν ἀπὸ ἄλλου τινὸς ῥηγνυμένου φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

LXXVIII. Quicumque repentè ac confertim sanguinem mingunt, his ruptæ à renibus venæ significatio fit.

Explicat nunc rationem excrementi quod κατὰ φύσιν in renibus continetur, καὶ παρὰ φύσιν autem quod excernitur.

Vrinæ causæ mictus sanguinis. 1 Hic ἀπὸ τουτομένων non significat vltrò: nam id etiam potest fieri ab externa causa, vt ab ictu, lapsu, casu; nam ab his rumpi potest vena in renibus. Vel etiam vltrò reddi possit, vt intelligas sanguinem illum præter expectationem emingi, quod nulla præcesserit causa manifesta quæ venam dilacerare potuit aut eam aperire, vt rerum leptomeratum vsus. nullus autem à foris impulsus. Vrinæ cruentæ sunt sanguineæ vel prærubræ, significantque renes non fungi suo officio. Vt ventris prærubra proluuies, hepatis vitium indicat. Verùm non ita solet per dysenteriam effundi sanguis: hic verò multus repentè, meracus etiam, & qui in terram effusus concrescit, cùm à vase rupto exiliit. Sed vnde funditur meiendo sanguis: à renibus, vel à musculo vesicæ, vel vretere. Qua ratione id discernam? Sanè ab vretere vel à vesica parca funditur manu: & à vesica cùm venit, id fit vlceris vi, vnde dolor, pus, & laminæ. Plenâ verò manu à renibus & à vesicæ musculo. Vt noscam num à musculo; vel à rene? A rene qui mingitur sanguis vrinæ exactè miscetur: videturque tota vrinæ consistentia nihil aliud esse quàm tenuis ac dilutus sanguis, mox tamen fidit liquidus minimeque concretus & rubicundus. A musculo verò vesicæ qui emingitur, non exactè permiscetur vrinæ, & in fundo depositus grumescit. quin hic grumus qui interdum citra vrinam excidit, & dolor quidam circa vesicæ musculum consistit dum meit. Varias itaque vides causas cur quidam meiendo repentè sanguinem fundant. hinc est quod veteres variè de hoc existimârint. Milesius, inquit Cælius, debilitate fieri dixit seminalium viarum, vel sequi in vsu venereo pro semine sanguinis emissionem. Sed, inquit, hoc commune est etiam iis qui in osculo vesicæ, quam vrethram vocant, vlcus habuerint. Est harum manifesta discretio In iis enim qui vlcus habuerint, cùm mictum fecerint, sanguis fluit, attestante mordicatione & dolore; & aliquando egestione corpusculorum quæ ἐφελκύδες Græcis vocantur. In iis verò qui debilitate seminalium viarum afficiuntur, solo tempore veneris exercendæ sanguis excluditur, nullis corpusculis, & mictum faciunt nulla mordacitate vexante. Notandum quod Cælius Aurelianus annotauit libro quinto Tardatum passionum capite quarto: Solent, inquit, sicut in podice, vel fœminarum sinu, aut matricis collo, etiam in vesica haimorrhoïdes generari, quæ fluorem sanguinis præstant, quibusdam interualiis variatum, quod oportet apprehendere prudentem, cùm non coaceruata primò fuerit effusio, sed augmentis quibusdam promota, interiectis defectionibus, ac sæpè retento sanguine doloris pube tenus admonitione cessante *5. Tard. pass. c.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 439 sur 513

©BIUM

*attestante

* cessante cùm tensione inguinum, & grauedine clunium, vel renum consensu: & cùm sanguis eruperit, supradictorum relevatione sequente. Siquidem aliquando inflatæ ac tumentes haimorrhoïdes difficultatem vel abstinentiam faciunt mictus, dysuriam Græcis vocatam vel ischuriam. Hactenus Aurelianus. Archigenes verò dicebat, vt statis periodis menses & hæmorrhoïdes, ita & certis vicissitudinibus interdum plethora se effundit per renes & vesicam. hoc fit apertis à natura venis. Galenus cruentas ab hepate etiam proficisci putat, vel à renum imbecillitate, aut rupta in iis vena, erosa, vel aperta. Rupta vena effundit liberali manu sanguinem purum, ac id repentè. Diapedesis cruentat vrinam ita, quasi quis lauerit recenter mactatam carnem in aquâ. Exesum vas ab vlcere, non purum profert cruorem, nec plena manu, nec subitò. Holerius sanguinem etiam mingi affirmat, si immoderato exercitio exardescant renes, vel successu ab equitatu. Hippocrates verò hîc loquitur de eo quod plerumque euenit, quòd scilicet mictus ille sanguinis prodeat à rupta vena in rene à plurimo crassoque sanguine tendente ac rumpente venam, vel à calculo contundente. Et propterea addit ἀπὸ ταυτομάτε, quasi dicat, si inopinanter fundatur meiendo sanguis, ita vt nullus alius qui appâret intùs morbus vel morbi causa, vel dolor aliarum partium in querela fuerit, sed inopinatò funditur, vel ictus, saltus, lapsûs, acrévè quid potulentum prægressum fuit.

LXXIX.

Οὐδούσιν ἐν τῷ 1 ὕρῳ ψαμμώδεα [2 ὑφίστασι, τουτέοισιν ἡ 3 νοῦσος λιθώδης.

Sabulosæ vrinæ.

LXXIX. Sicui in 1 vrina sabulosa 2 resideant, huic vesica ex 3 calculo laborat.

Explicat rationem excrementi quod præter naturam in vesica & renibus continetur.

1 Tenui, aquea, & alba: nam intercipitur à renibus, calculo impeditis, vrinæ materia crassior; vel quòd vesica frigore calculi labefactata nec vrinam micigat, nec à renibus prolectat admodum.

2 Dicit, ὑφίστ, hoc est, residentia: nam grauia sunt & maiora hæc sabulosa, quàm arenulæ illæ quæ ex ardore hepatis & venarum, sanguinem vrente, vnà cùm vrinis effunduntur, nam hæ lateribus matulæ adhærent, nec digitorum attritu eam aspredinem & molem præ se ferunt, qualem edunt sabulosa illa ex renibus vel vesicâ profecta. Interdum & calculi & sabulosa fatigant. Putris aliquando pituita ita imitatur calculum in vesicâ concepta, vt quis eum adesse putet, vt etiam pus. sed & tria hæc consociari possunt.

3 Addit Galenus, vel renes. nam hoc subintelligi. Hoc autem fit, quod Χώασμα sabulosum fiat motâ, cùm diu arenulæ illæ hærent renibus: tunc enim sensim parcaque manu excernuntur. Non sequitur, non fundit sabulosa, igitur non laborat ex calculo. nam quibusdam calculi impacti renibus nunquam arenulas fundunt. Secui olim Illustrem quendam Dominum veneno ab inimicis sublatum, cui innati erant maximi calculi renibus. nec vnquam eorum indicium editum fuerat. nisi quòd interdum ab equitatione sanguinem meieret. Erant autem carni renis innati. Optimum remedium, cutiones cum paruis locustis in pulverem redactis, adiecto semine milij solis: ac melle excepta. Vbi ren calculum habet, dolor acutus eum fatigat, ac peruadit ad testes, & stuper crus, ac vomunt.

Calculus quid, & foti, & signa.

His verò quos calculus in vesica affligit, tam acerbi sunt dolores, vt nunquam his taceat dolor. Est autem calculus, glutinosi & crassi humoris coagmentatio lapidosa. Hæc duplicem focum habet, vnum in rene, alterum in ipsa vesica. In rene quidem, cùm ante cœptam duci vrinam, quod Hippocrati est πρὸ ὑρήσεως, illîc coagmentatum sabulum, in vesicam illabitur, nec inde ilicò exclusum corticatim crescit ac in calculum assurgit. In vesica verò focus est, perfecto vrinę ductu, quod est μετ' ὕρησιν Hippocrati, cùm ibi fit hæc coagmentatio lapidosa, hoc est, τὸ Χώασμα, quod facile fit à lento succo in vesica imbecilli puerorum, nam hi calent; vt etiam in senecta, quòd cunctando inibi durescat materia. Putat Hippocrates, non enasci calculum in vesica μετ' ὕρησιν, à quadragesimo secundo, ad sexagesimum tertium ætatis annum: ob victus sobrietatem. sed si concreuerit ea ætate, id fieri πρὸ ὑρήσεως, quia in matura ætate gignendi in vesica calculi nulla est causa efficiens; nec materialis. Est enim vis expultrix vesicæ tunc valida, & glutinosi humoris vacuitas. In pueris congestionis lapidosæ μετ' ὕρησιν causa est, lentus à voracitate succus, qui diu moram trahit in vesica imbecilli. Quare sæpè nocte emingant pueri. Reliqua ætas ad sexagesimum tertium ætatis annum, lapidosæ coagmentationis focum habet in renibus. In pueris itaque calculi coagmentantur μετ' ὕρησιν, hoc est in vesica. & corticatim augescunt. Et grandæ qui quoque focum habent in vesica coagmentationis lapidosæ: corticatim etiam in vesica crescit: randem cùm regi non potest ampliùs imperio vesicæ, cruciatus atrocissimos facit, cùm meiere cogitur homo: quod sæpè fit nisu temerario pressæ vesicæ: irrito tamen conatu nititur molestum excludere calculum; & tunc pro calculo substillum vrinæ edit. Si itaque crebra meiendi adsit cupiditas, cum summa difficultate in mictione extrema, tum vrina lactea, crebroque diuersis coloribus variegata; sique accesserint causæ congestionis, ac partium vicinarum grauitas, sique medio cursu intercipiatur vrina, mucculque innatet, & gutta sanguinis interdum in mictionis fine prodeat, calculus vesicæ in vitio est.

LXXX.

Ἢν αἱμὰ ὑρίῃ καὶ τ ἐρόμβους, ἢ 2 σφαγγείλιον ἔχῃ, καὶ ὀδυνᾶται ἐμπίπλη ἐς 3 τὸ * ἰσχιοκάτιον, καὶ ἐς τὸ αἰδοῖον, τοῦ αἰεὶ πίνω 4 νοῦσον ποιεῖ.

Vesicæ affectuum diagnosis.

* ἰσχιοκάτιον

LXXX. Si quis sanguinem vnaque 1 grumos sæpè mingat, ac stranguriam habeat, vnaque dolor incidat in 3 aqualiculum, & in interfœmineum, huic vesicæ vicinæ 4 partes laborant.

Sanguinis grumi missilis.

1 Quòd sanguis in amplam capacitatem delapsus grumescat. Nam cùm sanguis excidit suis acetabulis, aut necessariò grumescit, aut putrescit: si in paruâ capacitatem excludatur, tunc vel putrescit, vel suppuratur. Qui sanguis fluit liquidus à renibus, exesis à venis renum, vel ob imbecillitatem eorundem, vel si per diapedesin exudet, vel ab apertis venis renum, vel à dilatatione venarum emulgentium, siue à seroris imbecillitate, vel ab vretris vlceratis, vel à vesicæ corpore, si coacteuetur in vesica, grumescit. & grumus ibi putrescit ac acris fit, vnde stranguria, vel phlegmone, vel vlcus vesicæ, vnde dolor vicinarum.

2 Hoc est, vrinæ stillicidium cum difficultate mingendi: stranguria comprehendit ischuriam & dysuriam. Fit à vesicæ imbecillitate, vel à phlegmone osculi vesicæ, vel à grumo, pure, pituita putri lenta, vel ab acerrima bile: fit etiam ab oppressione vesicæ à calculo. Est talis in vesica affectus, qualis in aluo est tenesmus.

3 In pectinem & perinæum, vbi vreter vesicæ iungitur. Hîc agit de doloris proprietate: nam dolor à dolore distinguitur ex proprietate, deinde ex intermissione, aut assidua ex eius infestatione; ex vehementia aut lenitate, teste Gal. 6. Aphor. 5. Hypogastrium vel hypocystrium (nam antiqui inferiorem ventem κύστιν vocârunt) est regio situs vesicæ in abdomine.

4 Ducta

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 440 sur 513

4 Ducta tecmarſi ex immutatione qualitatis. Cerui cem veſicæ affectam denotat vel affici ipſam veſicam, vel vreteres, podicem, & perinæum, & longanonem, ex mictione ſanguinea, thrombodi, & ſtranguria, ac partium iam dictarum dolore in diagnoſin venimus veſicam grauiter affligi. Vidi ſenes qui ex veſica laborantes excernebant tam lentam pituitam, vt quis meritò dixiſſet ipſam veſicam emingi: acerbi aderant dolores: hi moriebantur. Grumos præclarè ſoluit rubia tinctorum, cum ſemine naſturtij, & ſpermate ceti, cum mumia, vt fiat puluis.

Hiſtoria.

Remedium.

LXXXI.

Ἢν αἷμα καὶ 1 πῦον οὐρέῃ, ἢ 2 λεπίδας, καὶ 3 ὀσμὴ βαρείη, τῶν κύστις ἕλκωσιν σημαίνει.

LXXXI. Si quis ſanguinem aut 1 pus mingat, cum 2 ſquamulis, & cum 3 graui odore, veſicæ exulceratæ ſignificatio fit.

Veſicæ vlceratæ ſignum.

Aliter etiam veſicæ exulceratio diſtinguitur à renum exulceratione, & ab eo pure quod manat à ſuppurato pulmonum. Si enim pus vrinæ non permiſceatur, veſicæ ſignificatur exulceratio. Si inæqualiter vrinæ permiſceatur, renum; ſi æqualiter, pulmonum ſuppuratum denunciat. Verum Hippocrates hæc per graueolentiam diſtinguit. Nam in pulmone ſi fiat ſuppuratum, pus id, ratione generationis, non fœtet: nam à pleno calore elaboratum fuit. Et propterea, quia per longos anfractus manat antequam excernatur, etiamſi malè oleret amitteret tetrum illum odorem. Sic etiam purulentæ vrinæ ex renibus excretæ non ita fœtent, quia in itinere graueolentiam amittit pus. Ex veſica verò exulcerata quod excernitur pus, graueolet: quia cum parum ibi ſit caloris, pus putredinem facilè concipit, & tetrum odorem longa via non amittit. Huc accedit quod pus partium membranoſarum, ſoleat eſſe graueolens. Renum autem exulceratio ſignificatur, primum, ſi pus inæqualiter vrinæ fuerit permixtum.

Pus cur interdum non fœteat.

Renis vlceravi notæ.

1 Si finem mingendi pus non faciat, & non per interualla id excernat, & ſi antè dolorem punctorium ſenſerit, nunc verò doloris pondus ſentiat, & ſequatur rigor, hoc confecti puris documentum erit.

2 Squamulæ albæ, colore & idea veſicam referentes: nam ſunt reſolutæ veſicæ particulæ. Excernuntur cum vrina non tenui.

Veſicæ vlceratæ notæ.

3 Fœtet pus cunctando; & membrana facilè putreſcit, & nulla aliena prædita eſt miſtione, & ſanguinis expers eſt. Semen pendulum eſt in vrina: pituita quaſſata non ita vt pus diffluit. pituita non ita fœtet, & periodis quibuſdam manat. Lac aſininum hîc ſummè prodeſt: & emulſio ſeminis pſyllij & papaueris, & quatuor ſeminum frigidorum.

Pus in vrina vt noſcatur.

LXXXII.

Ὀκόσοισιν ἐν τῇ 1 οὐρήσει φύμα 2 φύεται, τυπέοισι 3 διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις.

LXXXII. Quibuſcumque in fiſtula 1 vrinaria phyma 2 exiſtit, phymate 3 expurato liberantur.

Vrinæ ſuppreſſio.

Vrinæ ſupprimuntur variis de cauſis: interdum ab exhauſto ſero per ſudores; interdum à materia per deiectionem deriuata, vt ſequenti Aphoriſmo traditur. vel id ſit criticè, vt quibus futura eſt criſis, iis vrinæ ſupprimuntur: interdum ſymptomaticè; idque vel vacua veſica, ob conſumptionem extremam ſeri à calore præter naturam: vel propter obſtructionem renum & meatuum vrinariorum: vel quia veſica à calculo obſtruitur: plena verò veſica, à refrigeratione veſicæ: vel collum veſicæ attollitur in molem ab inflammatione, ſcirrho & cæteris, vel ob tumorem longanonis aut vteri: vel à ſiccitate conniuente meatu, vt in cauſo: vel caro fungoſa in meatu, vel quòd ibi ſit erruca aut callus: vel grumus, pus, pituita. Si glandulæ paraſtatæ exulcerentur, deficit humor oleo ſimilis, qui in fiſtulam funditur, ne acrimonia lædatur, vnde conniuet tunc vrinæ meatus.

Vrinæ ſuppreſſæ cauſæ variæ.

1 In eo vrinæ ductu qui eſt in pene. Quod phyma vel tuberculum, habet pepaſmi capacem materiam: vnde vrina intercipitur. Innaſcitur meatui vrinario, vel collo veſicæ.

2 Quod iſchuriam parit, plenâ veſicâ.

3 Id eſt, à ſuppurato & puris eruptione: tunc enim liberè profluit vrina. Ineunte morbo fotu aquæ tepidæ, & litu oleorum diſcute phyma quod ſuppurari poteſt. Sed caruncula, quia pepaſmi expers eſt, ſi impedimentum fecerit, conſumi debet: abſtergeri vlcus & claudi. Vide Pareum & Amatum Luſ. 4. cent. 19. Ne moriatur æger, inquit Holerius, cogimur caruncula illam abſumere & rumpere, factâ excorticatione ibi. Remedio caruncule eſt oleum cucumeris aſinini, temixtum cum vnguento roſato, cui pauca grana ſublimati vel præcipitati adduntur; candela cerea immittetur docta manu: vel hæc adduntur vnguento de tutia. Quidam triginta ferè annis ita laborauerat, vrinâ ſemper tenui filo fluente. his recreatus fuit. In omni ſuppreſſione vrinæ, ſudoris, vel diarrhœæ, fit palindrome ad venas: ſymptomaticáque tranſlatione cerebrum afficitur; ſi tres quattuorve dies ſupprimantur. In phymate non vtendum mordentibus, vt in hyperſarcoſi: in quâ candela etiam cerea obſita pompholyge, antimonio, caphura, cum quibuſdam ſuccis immittitur.

Remedium.

Hiſtoria.

LXXXIII.

Οὖρησις 1 νύκτωρ πολλὴ γενομένη, σημαίνει 2 τῆς ὕδρωτος χαλάσιν σημαίνει.

LXXXIII. Vrinæ mictio 1 de nocte plurima facta, paruam 2 ſignificat deiectionem.

Quaſi dicat, Derivationi maxima vis eſt in fluxibus, vt ſcilicet auertatur ad proxima, incumbens parti affectæ materia morbifica. Ita Galenus liberauit Boëthi vxorem, mota vrina, ab vtero in proſtunio. Sic theriacam damus in diarrhœa. vrinam mouemus in nimio ſudore. in vulneribus per vulneraria potiones abripimus materiam illam aliò, quæ phlegmonem accerſeret. in vteri haimorrhagia hypochondriis vel mammis cucurbitas damus. in narium haimorrhagia venam brachij pertundimus.

Derivationes bonæ.

Senſus Aphoriſmi.

1 Quo tempore concoctioni & diſtributioni operam dat natura.

2 Si nulla immoderatæ potionis excuſatio adferri poſſit. Deriuatione materiæ, & denegato fœcibus vehiculo: vel exigente hepate calidiore humiditatem ab inteſtinis.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 441 sur 513

©BIUM

HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBER QVINTVS.

I.

Spasmus. 1 Σπασμὸς ἐξ 2 ἑλλεβόρου, 3 θανάσιμον.

I. 1 Spasmus ex 2 elleboro, 3 funestum.

Argumentum libri huius. *Hac parte hypercatharseos & plenitudinis Symptomata, thoracis atque pulmonum morbi, vis frigidi & calidi, γυναικεῖα, hoc est, mulierum affectiones continentur. Quarto libro egerat de omni euacuatione, quacumque ratione eueniat: at immodicas sequitur interdum spasmus; de hoc iam agit.*

Spasmus duplex. 1 Est duplex spasmus, alius est per se, alius ex euentu. Per se, cùm instrumentum motus, causam continet in se. hoc est, inanitionem, vel replerionem: ex euentu, cùm excretrix vis vindicare nititur se à re molesta quæ ferit cerebrum vel neruos. Spasmus itaque, qui non ab acredine ellebori, sed qui ex hypercatharsi, iam humido neruorum dissipato obortus fuerit, est funestus.

2 Multis rationibus à pharmacopoſiâ fit ſpaſmus: vel enim quòd acerrimos succos adducat ventriculo, vel acri pharmaci vi quòd rodatur ventriculus; vel ab hypercatharsi, vel à trahendi vexatione: nam nerui afficiuntur ob illam sympathiam quam habent cum stomacho. Hypercatharsis fit, non omnino exhaustis vasis, sed quòd æquabilis humorum proportio deficiat in his: inde spasmus est calamitosus, interceptione communis officij, doloris acerbitate, & curandi δυσμαχία quòd ab exhausto fiat: quæ causa est insanabilis, vt prudenter hîc in Scholiis Dnretianis annotatum est. Vt etiam hoc, quod non scribat hîc Hippocrates ὑπὸ ἐλλεβόρου, sed ἐξ ἐλλεβόρου: ὑπὸ enim significat causam efficientem: at ἐξ vacuitatem significat rei quæ in quæstionem venit, quòd hîc absentia est ellebori, vt excluſum iam elleborum spasmus sequatur. Vide itaque quale pharmacum sit elleborum, & quibus id sit exhibendum, quibus in morbis, quo tempore, quoque modo antè parandum sit corpus ad elleborum, & quænam materia sit educenda.

Spasmus quis funestus. 3 Vt signum exhausti humidi primigenij. Quatuor autem in vniuersum sunt causæ ob quas conuulsio elleboro possit dici lethalis. prima est ab hypercatharsi, secunda ob affectionem nerui sextæ coniugationis: tertia, ob prauitatem succorum quos attrahit elleborus in ventriculum: quarta, ab intercepcione officij partium quæ ab elleboro conuelluntur: & hanc causam vult hîc assignare. Ob morsum autem ventriculi excitatus spasmus, sanatur pharmaco vomitorio, aut alio quod sua lenitate acrimoniam mitigat humoris. Nam spasmus ab acredine ellebori est sanabilis; ita à materia acri attracta ab elleboro ad ventriculum. Sed à nimia effusione est lethalis: cùm, inquit Galenus, consummata est siccitas, primùm suræ musculi contrahuntur. Historiam non lethalis spasmi refert hîc Galenus de adolescente qui elleborum biberat: & 12. Methodi vltimâ pagina fol. 311. Vltraiecti quidam in officinâ medica, me præsente, purgandi causa, ellebori albi radices siccas masticabat, & vorabat: dicebat se id sæpiùs feciſſe innoxiè: Tandem nimia profusione aluina enecatus fuit. In nimio alui profluuio hoc maximè iuuare solet: Accipe theriacæ semidrachmam, aquæ theriacalis semunciam, aquæ cinnamomi vnciam: aquæ cardui benedicti vncias duas: misce. Homo hydrelæo tepido immittatur. Historia. Remedium.

II.

Ἐπὶ * 1 τραύμασι σπασμὸς 2 διαφέρει θ- 3 θανάσιμον. * τρώμασι

II. Conuulsio quæ in 1 plagam incidit, 3 calamitosa. Spasmus à plaga.

1 Intellige omnem grauem offensam quæ venit à foris: vt à luxatione, ictu, casu, vlcere: nam dolor cùm prolectet materiam in partem, vt si sensilis admodum ea fuerit, vt neruosa, vel viscus princeps, vbi materiæ copia, si exitu prohibeatur illa materia, inflammat partem ac replet. Quin ex præcipiti haimorrhagia nasci in vulnere spasmus potest, ab exhaustu neruorum, vel quòd ad internas partes repit humor; vel quia acerrimum pus mordet neruos, vel quòd acri remedio nudus neruus incurratur; aut si nudus neruus stricto frigore percellatur.

2 Hæc vox plerumque in malam partem accipitur, vt ibi, Rigor in causum si incidat, bonum.

3 Ratione exhausti, vel interceptione communis officij, vel translatâ materiâ à parte ignobili, in nobilem: Multis autem modis conuulsio in plagam cadens est pernicioſa: vt si sauciatur ea put aut finis musculi: nisi enim tunc appâret tumor, incidet conuulsio, translatâ materiâ à parte ignobili, scilicet carne, ad cerebrum: vel si sauciatum sit caput ipsum aut temporum musculi: tunc enim tumor cùm vulnere aut vlcere salutaris, & conuulsionis expers. Si verò tumor repente, ita vt nulla διαφόρησεως excusatio adferri possit, eum nescat; pars opposita futuræ mortis signum dabit. Siquidem posteriores corporis partes occupanerit plaga, spasmum adferet: Sin anticas & genus venosum, maniam dabit. Præterea σπασμὸς in articulos cadit, estque calamitosum. Hinc est quòd Hippocrates vlcera non, nisi vino, madefacere iubet, indicatione sumpta ab vlcere, quod postulat detergentia & siccantia: addit, nisi sunt in articulis. Indicatio enim quæ à parte sumitur, vincit tam quæ ab affectu: hæc verò, aqua & oleo madefacere oportet, conuulsionis metu. Præterea, vt anteà monuimus metu. Præterea, vt anteà monuimus, in vulnera temporum incidit cõuulsio: quare etiamsi tenuis foraminis vulnus in temporibus consisteret, vel tumor ibi conceptus esset, nunquam adducì debemus vt incidamus tempora, conuulsionis metu. Nam conuulsio cadens in tempora, tollit officium partis, cuius officio carere non debemus, nam cibos capere non possumus temporibus conuulsis. Calamitas autem conuulsionis in vulneribus percipitur ex immutatione in qualitate, nam humidum efficitur: in charactere, ex

Plaga in diuersis partibus. lib. De vlceribus.

Temporum vulnera.

ex solido tumidum; in mole, ex mutatione in excrementis; sanies enim loco boni puris effluit: & in actione, inuoluntariè enim partes mouentur. Tandem cadit in vulnus conuulsio ob exhaustum: nam tunc & ratione exhausti, & ratione conuulsionis calamitas imminet. Itaque quæ vulnera sauciant magnas arterias & venas, ab exhaustu accersunt spasmum, qui tamen non sempet est calamitosus: quæ verò neruosis infliguntur plagæ, spasmum faciunt, ob neruosum violatum genus; nam sæpe cùm nerui inflammantur aut neruosa, oritur spasmus tandem, ob interceptam saniem in parte neruosa, quæ mordicat. Θανάσιμον, periculosum, dicit Galenus hîc, vt sæpe etiam alias, significat. Optimum in neruis ac musculorum extremitatibus remedium est oleum extusum ex sem. hyperici, cui immiscentur ac immacerantur flores hyperici.

Quid significet θανάσιμον.

Remedium.

III.

Αἱμαῤῥοΐης πολλοῦ ῥυέντος, σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγιγνόμενος κακόν.

Spasmus ab haimorrhagia.

III. Nam quæ ex nimia sanguinis profusione incidit conuulsio vel singultus, malum.

Ætiologia præcedentis Aphorism. Exhausti ratione, & interceptione officij partis quo carere non possumus, & translatione materiæ ad partem nobilem. Singultus quidem ratione intermissi officij ventriculi: conuulsio autem, exhausti ratione. Immoderati fluxus causa sunt externa, ictus, casus, lapsus: interna, erosio, ruptio, & apertio venæ. Fluit autem per os, nares, anum, pudenda. Singultus conuulsio quædam est ventriculi, non propriè, non enim ventriculus est musculosus. fit nonnunquam à flatu, nonnunquam à repletione, aliquando à praua cibi qualitate: interdum ab acri qualitate: nonnunquam exhausti ratione, vt hîc, & 7. aph. 17. A conuulsione dantur sem. hyoscyami ℈ cum haimatitidis ʒß. coralli ʒ. seminis papaueris ʒß. cum conserua rosarum. Euenit hæc conuulsio, quod vasa sanguinea symmetria succorum fraudata neruos sugant. Remedio haimorrhagiæ ex naribus maximè sunt reuulsio, quæ fit venæ sectione & cucurbitis. vt si ex naribus ruat, aperi tenui ictu externas brachiorum: ac repetitis vicibus elice. Vidi iuuenem qui totam domum fere è naribus sanguine commaculauerat vndante; dixisses nihil reliquum vitæ aut sanguinis superesse: pallebat etiam natura. secta ei fuit in brachio vena: tres vnciæ elisæ primò: dein bis vel ter vncia: euasit. Nam quæ remedia frigida ilico capiti admouentur, spasmum adferunt, refrigerato ac repleto à sanguine capite, vel ruit in pulmonem. Quod de haimorrhagia hîc dicit, idem dici potest de omnibus causis exhaustus.

Remedium.

Historia.

IV.

Ἐπὶ κοιλιοδύσῃσι σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγιγνόμενος κακόν.

IV. Conuulsio quæ immodicam sequitur purgationem, aut singultus, malum.

Iam vniuersim pronunciat de omni pharmaco, quod primum de elleboro dixerat.

1 Qua non solùm vitiosus humor, sed etiam succus alibilis excluditur.

2 Nam, dicit hîc Galenus, singultus Hippocrati est conuulsio stomachi.

3 Tum ab exhaustu irreparabili, tum ptiuatione actionis partium quarum officio vita carere nequit. A causa est hæc conuulsio insanabili; Et adest symptomatum vehementia, & virium infirmitas. Quæ hîc dicuntur ita intelligi debent, vt nulla ratio desideretur puerilis ætatis, consuetudinis, &c. Sed quam obrem spasmo nerui affliguntur in hypercatharsi? Causa est quòd pharmacum, in initio suæ actionis, peculiarem sibi humorem ex vasis prolectat, vtroque eam copiam qua massæ sanguineæ mancipatus erat: (non enim totum educit: nam si hoc fieret, mors conuulsionem anteuerteret,) deinde sequaciorem succum abducit: tandem purum sanguinem elidit, qui tamen particeps adhuc est reliquiarum succorum nutriciorum aliorum. hunc enim natura tutata fuit instar opum extremarum. Hinc tandem venit mors, non tamen ante spasmum, (qui euenit, quòd venæ & arteriæ fugant madorem sanguineum ac spiritus ex neruis) & syncopem.

V.

Ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἀφωνός τις γένηται, σπασθεὶς ἀποθνήσκει· ἢν δὲ μὴ παραχρῆμα ἀποπλαγῇ, ἢ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ἐλθὼν, καθ' ὑπνον ἢ κραιπάλαι λύσῃ, ἐθέλγξῃ).

Aphonia ex conuulsio in ebrietatem cadens.

V. Si quis ebrius repentè 1 obmutescat, 2 conuulsus 3 moritur: nisi febris incidens eum corripiat, aut quo tempore 5 crapulæ solui solent, vocem edat.

Agit nunc de Conuulsione per se ex repletione, quæ fit neruis imbutis multo humore, labefactatóque cerebro à compressione vel ab obstructione. Cum enim opprimitur cerebrum, consecutio depranationis omnium actionum ipsius adfertur naturalium (vt est somnus) sensificarum, motus, & actionum principum. Est autem ebrietas varia, pro eius natura qui bibit, & pro vini conditione, in facultate, calore, consistentia, & sapore. Si quis enim cute perspirabili vtatur tenui vino, quod asperando est neruis molestum, is non facile ebrius fiet: aut si fiat, facilè euanescet ebrietas. Si verò quis non perspirabili cute, vt mulier, se liberalius vino inuitat, vt non facilè ebria fiat, diutissimè tamen durat illa ebrietas: cerebrum enim in his frigidum & humidum vnà cum ventriculo; hinc inopia caloris nativi, vnde non facilè dissipantur vapores è vino elati.

Ebrietas varia.

1 Vocis expers, & vnà motus: per conuulsionem enim denegatur motus spiritibus animalibus in partes inferiores. Interdum aphonia significat labefactationem facultatis animalis & vitalis, sublato simul respirationis vsu à nimio febrili calore. vnde ait, Aphoniam quæ in febrem ardentem cadit, esse funestam, labefactatis facultate vitali, nimirum, & animali. vitalis ab exhaustu laborat per illas febres. Febricitat quis? fit aphonos, hoc est, sine voce, nunquam sanabitur. Si verò vocem edat, quamuis non loquatur, sanabile malum. Hæc aphonia, de qua hîc agit, fit à crassis vaporibus, qui carotidas arterias ac plexum choroidem intercipiunt, vnde sensus & motus non planè tollitur vt in Apoplexia, sed stuporem quendam præbet. apoplexiæ tamen æmulus affectus est, sed qui non inparalysim, sed in spasmum desinit totius corporis.

2 Labefactata vi cerebri ab oppressione, & neruis multo vapore & humore imbutis, vnde actio vitæ necessaria intercipitur. Conuulsio interdum febri finem imponit, si soluatur eâdem quâ inualuit horâ. Dicet quis: Quo modo cùm Aphono cerebrum resolutum sit, conuulsus moritur? Respondemus, id fieri choroide plexu repleto, cerebroque aucto plethoricis causis: nec Aphonia hîc sumitur pro vera apoplexia, in qua resoluitur cerebrum: sed cùm id superatur à materia morbifica, pro concussiuo motu, reddit conuulsiuum.

3 Quia denegatur exitus spiritibus animalibus in partes, & calor nativus non potest se explicare, sed translatâ materiâ in musculos, conuulsio accidit; quæ vt specie non videatur funesta, tamen interceptione actionum ad vitam necessariarum, est lethalis. Sensus est: si tanta sit cerebri oppressio, vt æger vocis expers reddatur, & non pateat exitus animali spiritui ad motum, vnde significatur summa caloris infirmitas, moriuntur.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 443 sur 513

4 Quæ proportione magnitudini causæ respondeat. Crapula enim, ebrietatis soboles frigida, soluitur modico vini vsu. Ita febris hîc explicat calorem naturalem, & neruos infimos partis confirmat.

5 Pro vini conditione, ægri peculiari naturâ, loco, & tempore soluitur ebrietas. Galenus dicit secundo vel tertio die eam solui, nam crasso vtebantur vino Græci. aliis in locis sex vel septem horarum est ebrietas: sed efficientis & suscipientis ratio est habenda.

VI.

Tetanus. Ὁκόσοι τῶν τετάνων ἁλίσκονται, ἐν τεσσαρσὶ ἡμέρῃσιν 2 ἀπόλλυνται. ὧν δ' ἂν παύσῃς 3 διαφύγοισιν, ὑγιέες γίνονται.

VI. Quos 1 tetani vis magna exercet; intra quartum diem 2 intereunt: quodsi hos 3 effugerint, tetano leuantur, & 4 sani euadunt.

Eo spectat hic Aphorismus, vt intelligamus quidnam commodum sit conuulsioni, & quanam in ea sit opportunitas medendi. Conuulsio ab exhaustu, naturæ est incommoda vt signum, & vt causa, & vtroque modo. Vt signum exhaustus, in oculis, & in facie eluces corporis internæ prædia depopulari, ac madore genuino exui, vnde conuulsio tenerrimarum partium faciei: vt causa, duobus modis, aut enim doloris vim maximam adfert, vel interceptionem communis officij: vel vtroque modo, vt in singultu & à dysenteria. Conuulsio etiam à repletione, mala, vt signum & vt causa: vt signum, indicat enim cerebrum oppressum materiæ copia: vt causa, ratione doloris, qui partem maximè infirmam reddit, & ratione interceptionis officij. Quod verò natura ad infirmitatem adiungat oppressionem à materiæ copia & contumacia, calamitosum.

1 Distentis ceruicis potissimùm musculis. Est autem maxima ceruici cognatio cum septo transuerso, quòd nerui è quarta ceruicis vertebra prodeuntes, finiantur in septo transuerso: hinc spasmo tenta ceruice, intercipitur respiratio. ἀλίσκ. magnitudinem denotat mali.

2 Doloris intolerabilis vi, & actionum ad vitam necessariarum interceptione, & maximè thoracis: & est morbus acutissimus. tales verò primò quaternario crisin accipiunt. Intereunt hi quartum intra diem, interceptione actionis. Nam cùm duplex sit actio per quam est vita, nutritio, & respiratio, per tetanum intercipitur respiratio. Musculi enim thoracem mouentes vim suam amittunt in tetano, vnde homines fiunt pneumatici; fuligo enim non expellitur; nam adest respirandi difficultas; & pulmones incalescunt, trahuntque è capite pituitam, quæ magis difficultatem spirandi auget.

3 Medelâ, vel analogâ à febre incidente, placato dolore, quò natura habeat locum se iuuandi; quò superet causam morbificam.

4 Absumpta & exclusa materia quæ neruos tendebat. In quam rem incumbit natura contentione quadam, illius doloris, ac interceptæ actionis impatiens. Totum corpus oleo immergatur tepenti, maximeque ceruix hapsis foueatur.

VII.

Epilepsiæ euentus. Τὰ 1 ἐπιλήπτικὰ ὀκόσοισι πρὸ τῆς 2 ἥβης γίνεται, 3 μεταίσσειν ἴσχει· ὀκόσοισι δ' 4 πάντα ἢ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τούτοισι τὰ πολλὰ 5 ξυναποθνήσκει.

VII. Comitiales morbi, aut conuulsiones 1 epilepticæ quibus ante 2 pubertatem eueniunt, 3 curationem recipiunt: at quibus ex eueniunt 4 vigesimo quinto ætatis anno, 5 maximam partem commoriuntur.

Scopus authoris est, vt cùm docuerit quot modis fiant conuulsiones, videlicet à siccitate & repletione, deinde doceat vt illæ finiantur & curentur.

1 Epileptici paroxysmi. In epilepsia quibusdam vicissitudinibus quatitur totum corpus spasmo, cum sensuum omnium afflictione. Fit autem epileptica conuulsio aut per idiopathiam, aut per sympathiam. Per idiopathiam duobus modis: vno, cùm cerebrum praua qualitate imbutum est, vt lanæ imbuuntur tinctura quæ elui non potest. altero, cùm in se continet causam, ea autem duplex est, melancholicus humor, aut pituita. Fit in pueris ob materiæ copiam, & ob neruorum infirmitatem à senibus, ob melancholiæ vbertatem. Per sympathiam duplex est ea quæ fit epilepsia: aut enim à ventriculo fit, aut ab aura venenata. Est autem Epilepsia typica & periodica totius corporis conuulsio, cum mentis & sensuum læsione. Periodica quidem est ebriorum conuulsio; suam enim habet periodum, sed non est typica. *Epilepsiæ causæ & species.* *Epilepsia, quid.*

2 Antequam Venerem agnoscere, vocemque asperiorem edere incipiunt. Pubertatis tempus definit hîc Galenus à decimo quarto anno, ad vicesimum quintum. *Ætas, pubertas.*

3 In pubertate; confirmatis neruis exhaustâ materiâ per caloris natiui ἐκλαμψιν, hoc est explendescentiam calidi natiui. Μετάστασις significat alterius morbi successionem, quæ solet longè priore calamitosior esse; sed hîc in bonam partem accipitur: quòd nimirum robur succedat, post causæ morbificæ amotionem per eclampsin calidi natiui materiam absumentis, & neruos confirmantis.

4 Cùm ex aspera voce grauem edere incipiunt. Et quanto seriùs ab ea ætate inuaserit, tanto erit contumacior.

5 Hoc est, ad vltimum vitæ spacium protrahuntur: quòd peculiari & inemendabili cerebri vitio euenire videantur: quòd continuò materiam gignat. nec iam amplius, per ætatis decursum, validam in melius mutationem corpus inibit. Addit τὰ πολλά; nam nonnunquam fatiscente ætate soluitur. plerumque tamen, propter vitium per idiopathiam cerebro conceptum, commoritur. Quasi dicat Hippocrates, etiam ante decursam hanc ætatem remediabimur puerorum madori: vt rebus calidis & siccis à neruis abigatur, vtque illi robur acquirant. Quare radicem pæoniæ collo appendimus, ac in sorbitiunculis eam coquimus. damus mel scillæ vi imbutum, hyssopo ac rorem arino cibos coqui iubemus. Cuidam iuueni à manu repebat quid per humeros in ceruicem & caput, mox cadebat. Post prouisionem habitam totius corporis, phœnigmos adhibui manui: tunc malum incipiebat ab humeris; illis caustica admoui, ac vt theriaca vteretur cottidie manè ad scripuli copiam iussi. mox à labris ac linguâ inuadebat & à genis: genis phœnigmos admoui, perennique theriacæ vsu, S. Dei beneficio euasit. sed diu mutus perseuerabat. at loquela rediit tandem. *Historia.*

VIII.

Pleuritidis solutio. Ὁκόσοι 1 πλευρίτιδες γηρύουσι, οἱ 2 ἀνάπυον διαφεύγουσι ἐς 3 πεντεκαιδεκάτην ἡμέρην, τούτοισιν ἐς 4 ἐμπύημα μεθίσταται.

VIII. Quicumque pleuritici 1 expectorabilem 2 materiam non excludunt intra dies 3 quatuordecim, iis in 4 empyema degenerat.

Pleuritidis causæ, & quibus viis fiat. 1 Dicit γηρύουσι, vt significet se loqui non de inchoata, sed de absoluta Pleuritide, hoc est; de inflammatione tunicæ costis intextæ, ex sanguinis bilioso allapsu per venam intercostalem, mammariam, vel per venam azygon: vel fit ea ex efferi humoris in latus translatione; vel alterius morbi successione, aut doloris vi.

2 Quæ materia iam est pepasmi particeps, quæque dimanat ex phlegmone obsessa parte. ἀναπύαιμος

Hippo

Hippocrati est expectoratio materiæ morbificæ.

Pleuritidis curatio hîc indicatur.

3 Ob materiæ contumaciam, quæ neque phlebotomiâ, nec pharmaciâ, fotu, aut cucurbitis vinci potuit. Quatuordecim dies intelligi debent totius historiæ morbi: non autem eius temporis quo expectoratum procedere cœpit. Quodsi quid alterius mali superuenerit, cadunt antequam ventum sit ad empyema. Quasi dicat, ineunte pleuritide multum extrahe sanguinis, vel purga, foue, ita metum empyematis declinabis. Notandum quòd Anaxion iudicatus fuit anacatharsi & sudore. Dicet quis, Anaxion iudicatus fuit trigesimo quarto die. Respondemus, pleuritis fuit secundaria, ab orgasmo. Primùm ille febricitabat. Non satis commodè Galenus excipere videtur Hippocratem, cùm affirmet illum octauo die venam secuisse: secuit quidem octauo die ab ineunte febre illi venam: sed non octauo die ab ineunte pleuritide. Nam pleuritis suo statu non manet vltra decimum quartum diem, sed vt hîc docet, mutatur in empyema, si careat anacatharsi. Sunt autem pleuritidis & peripneumoniæ dies critici 3. 5. 7. 9. 11. 14.

1. Epid. Anaxion.

Empyema quid significet.

4 Hippocrates, inquit hîc Galenus, quamlibet in pus mutationem vocat empyema: vel ita etiam vocat factam inter thoracem & pulmonem (ruptâ vomicâ) puris effusionem. Vtrumque enim, dicit, accidit, cùm pleuritici per expectoratum non repurgantur. Quare homonyma vox est empyema: nam significat suppuratum & expuratum. Vidi iuuenem triginta annorum succi sanguinisque plenum: qui cùm ruri esset, humi dormiuit, ac in pleuritidem incidit: tardè huic à Mediois parumque sanguinis extractum fuit. Dolor perseuerabat. Decimoquarto in empyema versum fuit malum: dein in expuratum. Tandem cùm fœda multa expectorasset ac extabuisset, obiit.

Historia.

IX.

Tabi obnoxia ætates.

Φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίησι τῇσιν ἀπὸ ἐτέων δεκαοκτὼ ἄχρι πέντε καὶ πεντήκοντα.

IX. 1 Tabes in eas maximè ætates incidit, quæ à decimo octauo ætatis anno, ad trigesimum quintum finiuntur.

Phthisis hæc à pulmone, aut sicca est, aut humida. Sicca, vt cum quis sub ardenti Sole iter faciens, pulmonis humiditas absumitur. Humida verò, de qua hîc agimus. Hæc autem fit per se, vel ex euentis: per se, à rupta, aut ab erosa vena. In pulmone ab acri distillatione, vel ab ictu, lapsu, casu. Hinc fit, quòd acrem distillationem Hippocrates vocet πηδάλιον. *Hæc autem acris distillatio labens in pulmones aut expectoratur, vel non: si expectoratur, ibi tunc opus est vi magna, validâque concussione, vnde vasa sæpè lacerantur pectoris & pulmonis. Si non, tum ibi cunctando putrescit, & exulcerat pulmones. Ex euentu verò, vt tabes anginæ succedaneæ, est insanabilis. Iuuenes verò tabi sunt obnoxij, tum ratione ætatis perfectæ, vtpote quæ iam consistat, nec amplius crescat: propterea que sanguine abundat, ac plethorâ laborat. tum etiam ratione diætæ in periculo tabis sunt à vasorum pulmonum ruptione, erosione, apertione. Ita hi per se ex euentu, sut tabi obnoxij. Est verò hæc tabes, pulmonis exulceratio; vel marcor, qui pulmonum exulcerationem sequitur.*

Phthisis, sicca aut humida.

Tabes cur iuueni familiaris.

Tabes quid.

1 Quæ venit ex pulmonum vlcere, quod non à ferina distillatione ortum fuit; sed à soluto vase pulmonis à plethora, nam hi sanguinem fundere solent naturæ officio, maximè è naribus: vel in hac ætate, præ cordis calore, efferuescentia, acerrimaque vis sanguinis, accedente iuuenili exercitio, in partibus spirabilibus vas rumpit. Vel palindrome ad has interdum partes fit sanguinis, supressâ solemni aliquâ euacuatione.

2 Minoribus enim in nutricatum facessit copia sanguinis: & madore corporis acerrima vis distillationum obtunditur. Annosioribus verò, iam ætate exhaustus est sanguis, totumque corpus algiosum redditur, ac cautè viuunt. Sinminùs rectè vixerint, etiam in tabem abeunt, ob distillationes efferas. Sed iuuenes ex tabe laborant ob vas ruptum: ex ea circumfluunt sanguinis copia & acrimonia. Tabes ab vlcere pulmonis πηδάλια veteribus appellatur: id enim exhaurit corpus sanguine ac nutricatu. Nec enim potest aliter. nectar enim illud diuinum sanguinis, quod ex sinu sinistro cordis, toto se corpore vibrat, contaminatur à pulmonum fœtore; vnde habitum corporis vberrimum extenuant. Et infectione tabifica aërem quem spirando ducimus, inquinat. Plurimos à rupta vena partium spirabilium tractaui iuuenes: sed maxima eorum pars interiit. Vnus seruabatur vsu radicis chinæ & sarzæ: quarum decocto miscebamus guttulas sex vel septem olei sulphuris. Sed in aliis non succesit.

πηδάλια quid.

Historia.

X.

Angina ità peripneumoniam.

Ὀλίγοισι τῶν κυνάγχων διαφθείρεται εἰς τὰ πνεύμονα πέπονα, ἐν ἕπτα ἡμέρῃσιν διαφθείρουσιν· ὧν ἢ πάντας ἢ διαφύγουσι, ἐμπύους γίνονται.

X. Qui ex 1 anginosis fiunt 2 peripneumonici, intra septem 3 dies moriuntur: Quodsi ab illis superstites 4 euaserint, fiunt 5 suppurati.

Anginæ cur varij succedant morbi, & qui singulis. 6. Libr.

1 Hoc est, qui laborant ex inflammatione musculorum laryngis propriorum: hæc symptoma habet orthopnœam: hæc est vera angina. Secunda in anginæ specie rubor in ceruice apparet. est musculorum communium inflammatio: hæc etiam terrifica est. De hac loquitur in Epidemiis, vbi ait, Rubor synanchicus in pleuritidem abiit: dicit non de vera, nam hæc in peripneumoniam degenerat. Vera angina solet esse funesta, interceptione viarum qua ducitur spiritus, & fuligo expellitur. Cùm hæc metastasis fit, videntur ilicò meliùs respirare ac deglutire, sed mox cadunt vires, ac mors obrepit.

2 Ex materiæ translatione, aut rupta vomica, aut euanescente tumore.

3 Interceptione officij ad vitam necessarij: & ob difficultatem curandi, quòd materia pepasmi sit expers. Intra septem dies, ab illa metastasi numerando.

4 Mitificatâ materiâ, ac vi naturæ edomitâ.

5 Ruptâ pulmonis vomicâ, & effuso pure in spacium inane thoracis vtrinque. Hoc funestũ. nam effera reddita fuit cunctando illa materia. Pulsus fit inæqualis, cùm transfertur in pulmones materia: sin aliò, æqualis, cum libero spiritu. Quidam robustissimus miles ex hac tali angina laborabat anxiè: moxin pulmoniam abiit. rogabat medicos quid iam spei concepissent; se enim defunctum esse illa calamitate. Responsum, parum id placere medicis. Iussit duodecim oua coqui, quæ vorabat. Eodem die obiit.

Historia.

XI.

Puris fœtor, & capillorum fluxus.

Τῶν ὑπὸ τῶν φθισίων ἐκχωμένων, ὅταν τὸ πῦσμα δύσοσμον ᾖ, καὶ ἀνοζήσωσι, βαρὺ ὄζειν, ὅτι τὰς ἀνθρακας ὑπερχόμενον· καὶ αἱ τρίχες ὑπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέουσι, διαφθείρουσαι.

XI. Cùm, tabi 1 implicitis quod tussiendo excluditur sputum, 2 grauiter oleat, dum carbonibus ardentibus infunditur, capillique defluant, 3 funestum.

Agit de excrementis ex quibus significatio fit partis affectæ, status morbi, vel periculi magnitudinis, & magnitudinis morbi ob putredinem insanabilis. Exhaustum capitis sequitur facultatum animalium debilitas, motus thoracis interceptio, qua respiratio & caloris nativi euentatio tollitur, vnde mors. Inchoatum exhaustum sequitur capillorum defluuium, quia illis absumit therioma succum nutritium capillorum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 445 sur 513

©BIUM

1 Apulmonis exulceratione antiqua.
2 Vnde ſignificatio ſit partis emortuæ.
3 Quia quò plures facultates labefactatæ ſunt, eò res ægri peiore ſunt loco. Defluuium capillorum eſt à capitis exhauſtu. Iniucundum quid ſpirat cunctum pus, non tamen fœdum. Fœtor enim ferè ſoboles eſt putredinis. Tale pus fœtet, pallet, vireſcit, cœnoſum eſt, & ſubcruentum. Igni vitrum imponatur; huic inſtilla pus; ita exhaurietur mador ille qui obtenebrabat fœtorem genuinumque odorem: & reliqua pars halitum fundet odoris ſubiectum. Verùm hæc argumenta non ſatis ad præſagiendum firma ſunt; quædam enim excrementa per ſe fœtent: quare iungenda alia ſigna, ac videndum tum, inquit Hippocrates, num vna capilli effluant. Id enim argumento erit, fraudari partes diuino illo à corde nectare, parteſque capillatas exhauriri humido ſuo, nimiumque patére eas; & earum corrumpi nutricatum. Alibi aquæ marinæ iniicit pus, vel aquæ in qua ſubduplum ſal eliquatum eſt. ſi ſubſidat, calamitoſum; ſignificat enim languorem calidi natiui, iſtudque ſputum exuſtum eſſe adeò vt nullum in ſe flatum habeat. grauem etiam efflant animam. Vidi quandam nobilem matronam quæ purulenta diu expuebat, euaſeratque in ſummam maciem: tandem tam fœtida exhalabat ore, vt filias etiam aſtantes tabifica vi contaminaret. Iuſſi vt hæ ore perpetuò parum theriacæ continerent: illa obiit. Altera puella nobilis à Principe ad me miſſa fuerat, vt quod tuſſiculoſa eſſet, explorarem quid mali haberet. Hæc primis nubilibus in annis vitam agebat. Sputa mihi oſtendere nolebat: ancillæ iuſſi vt clam hera quæ noctu excreuerat ad me referret factum. ſummum fœtorem carbonibus iniecta ſpirabant. Rettuli ad Principem, actum eſſe de huius vita, etiam ſi non dum ægrotare videretur. Poſt paucos menſes tabida obiit; reluctantibus etiam doctiſſimis noſtræ patriæ medicis

In Coacis.

Hiſtoria.

XII.

Phthiſicis ſi capilli fluant. Ὀλόσσοισι ἂν 1 φθισιῶσιν ἀι 2 τρῖχες ἀπὸ τῶν κεφαλῶν ῥέωσιν, ἤτοι 3 διαῤῥοίης ὕστερον, ἢ μυδῶσι 4 ἀποθνήσκουσιν.

XII. Quibuſcumque tabidis 1 è capite vnà capilli 2 defluunt, ii 3 diarrhœa ſuperueniente, 4 moriuntur.

Hæc ſigna labefactatæ omnis facultatis ſymptomata ſunt.

1 In inueterata tabe. Tali voce vtitur vbi confirmata eſt tabes: alioqui φθινώδεις dicuntur.

2 A praua qualitate qua afficitur nutritius ſuccus: vel quòd ab exhauſtu laborant ſolidæ partes.

3 Eſt enim ſignum labefactatæ naturalis œconomiæ. Hæc enim diarrhœa conſiſtit in vitio coctionis, diſtributionis, & excretionis: quia hæc nutricium ſuccum è corpore abigit: vel ſignificat ζώτηξιν partium ſolidarum à ſqualore. Interdum tamen bonis ægri rebus fluit aluus, dum materia catarrhi à capite in aluum funditur, vel ſi empyema pulmonis ſe in aluum euacuârit; modò fluat modico tempore, & à tuſſi ſi ægrum vindicauerit.

4 Nam fractas omnes vires corporis indicat, & illas diarrhœa etiam ſoluit. Itaque diarrhœa inueteratæ tabi ſuperueniens, in procinctu mortem eſſe denunciat: nam diarrhœa calamitoſam vim morbi oſtendit, ac naturam infirmam facit.

XIII.

Sanguis ſpumoſus. Ὁκόσοι 1 ἔμα 2 ἀφρῶδες * ἀναπτύσει, τετευχότα ἐν τῷ 3 πυώδεος ἢ τοιούτῳ ἀναγωγὴ γίνεται.

ἀναπτύσει, id eſt exuſſiunt.

XIII. Qui 1 ſanguinem 2 ſpumantem tuſſiendo exſcreant, iis ex 3 pulmone talis excluſio fit.

Scopus eſt, Iuuenes qui indebitè ſe exercent, intemperantérque viuunt, ex vena rupta ſæpe laborant: iam erit indicandum num ſanguis feratur ex pulmonibus. Meminit hîc vnius ſigni quo certo deducimur in cognitionem partis vnde excretum educitur. Sanguinem ſpumoſum ex multis partibus excernimus; vel enim ex thorace, vel è pulmonibus, vel è faucibus: ventriculo, hepate, liene, cerebro. Nota diſtinctionis, qua ex parte ſunt hæ, qualitas ſanguinis, quantitas, & excernendi modus. Quia ſanguis paucus, ſincerus, dolore & iuſſi, vel ſcreatu excernitur, vel à faucibus, vel ex larynge, & non admodum ſpuma permiſcetur. Paucus, niger, & grumoſus, cum tuſſi & dolore, ex thorace. Spumans, purpureus, multus, ſine dolore. ſed cum tuſſi, è pulmonibus. Vomitione, vel è ventriculo, ſi fuerit non conglomeratus; vel è liene, ſi quodammodo fuerit conglomeratus; exiguámque ſpumam habet. Qui verò ex pulmonis exulcerata ſubſtantia prouenit, mera eſt ſpuma ſanguinea, rotundus ſanguis, non continuatus fluens, ſed interciſſus quibuſdam interuallis, ac diſſociatus, dilutus ac albidus. In pleuritide & peripneumonia leuiter ſpuma permiſcetur ſanguini ſeroſo. Reliquæ partes ſua indicia etiam proferunt in qualitate & actione mutata, quare in Coacis dicitur, Si dolor non ſit ſub diaphragmate. Hîc verò meminit Hippocrates ſolius ſpumæ, nec vllus illi ſermo de qualitate ſanguinis, aut eius excernendi modo. Sed an omnis ſanguis ſpumoſus ex pulmone excernatur, dubitari e quis poſſit; cùm, vt iam diximus, ex aliis etiam partibus veniens, ſpumam gerat. Certè pulmones crebris meatibus perrui, ex motu & ex calore ſæpe ſpumam excitant. Spuma enim nulla alia parte excitari poteſt quàm ea, quæ continenter mouetur. hinc eſt quòd ex ſolis pulmonibus effluat ſanguis ſpumans. In pulmonibus præterea magna ſunt vaſa: hinc copioſus effluit ſanguis. Pulmones ſunt omnis ſenſus expertes; hinc effluit ab his ſine more. Quia verò ſanguis ducitur per vias reſpirationis, hinc eſt quod tuſſiendo excludatur. Sanguis itidem hîc ſubſtantiæ eſt, refert enim ideam partis vnde manat. Vomitio cadit peculiariter in ventriculum: hinc vomitione redditur è ventriculo, vel per ventriculum, vt à ſupremo ramo ſplenico. Non enim aperta aliqua vena ventriculi, ſed aperta illa vena quæ fertur à liene in ventriculum, vomitione redditur ſanguis: ſed hic eſt glomeratus, ſi fuerit naturalis; liquidus verò, ſi fuerit corruptus. Quod ſi ſanguis è pulmonibus fluat, emittendus eſt ſanguis, ad reuulſionem: ſi ex pectore, abſtinendum eſt à ſanguinis emiſſione. ita Hippocrates in pleuritide vbi ſanguis expectoratur, à venæ ſectione cauet; nam hîc opus eſt firmis lateribus: vena autem ſectione admodum franguntur vires.

Per os ſanguinis excretio vnde.

Spumoſus ſáguis vnde.

Remedium. 6. Epid. 2. 44.

1 Si is ſanguis flaueſcat, liberalique ſi effundatur manu, ſine dolore, cum tuſſi. Totus ille ſanguis quaſi coagulata ſpuma eſt: quemadmodum talem ſanguinem natare videmus ſpumantem in ſanguine recens mactatorum boum; dicas potius ſpumam ſanguineam, quàm ſanguinem ſpumoſum. hic ſanè è pulmonibus venit; hoc eſt è pulmonum ſubſtantia.

2 Qui à capite in pulmones influxit, non eſt ſpumans: nam, dicit Galenus ſpumans ſáguis eſſe nequit, niſi è carne & ſubſtantia pulmonis educatur: quàuis ſpumoſus eſſe poſſit qui excluditur ex vaſis pulmonis ruptis aut exeſis, attamẽ non erit ſpumãs, hoc eſt, erit ſanguis qui ſpumã habet, ſed totus ille ſãguis non erit ſpuma (hoc eſt erit ſanguis ſpumoſus, non autem ſpuma ſanguinea) eſtque tenuis; qui verò à capite in pulmones lapſus fuit, ibi redditur craſſior & viſcoſior; propterea que interdum non eſt ſpumoſus. Qui ſanguis è lateribus educitur, etiã raro eſt ſpumoſus: & ſæpe etiam is ſanguis qui ex vaſis pulmonis educitur, nõ eſt ſpumoſus, vt euenit in rupta vel exeſa vena pulmonis. Sed vbi exulcerata eſt caro & ſubſtãtia pulmonis,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 446 sur 513

7. Aph. Ex Holerio.

nis, tunc neceſſariò educitur ſpumans ſanguis. Quòd verò aliquando ſpumã habeat ſanguis qui prodit ex rupto vel exeſo vaſe pulmonis id, inquit Holerius, potiùs à cauſa externa eſt, vt propter agitationem illam reſpirandi: non à propria cauſa, qualis eſt ſanguis è pulmonis ſubſtantia & carne. Namille ſanguis ſpumoſus, tenuis, ſubtilis, qui pulmones nutrit, cùm expectoratur ſpumoſus neceſſariò erit, plurimum enim arterioſi illi ineſt, & ideam refert partis eius vnde dimanauit, nam pulmo quaſi ſpumeſcit. Propterea falsò illud dicitur, Non eſt ſpumoſus ſanguis, ergo non ex pulmone. Nam ſanguis non eſt ſpumans ob reciprocam illam reſpirandi viciſſitudinem motumque pulmonis, inquit Holerius, nec ob calorem; quamuis ſit adiuuans cauſa; verùm ſola ea non ſufficit. Euenit tamen aliquando vt à vena pulmonis prodiens ſanguis ſit ſpumoſus: ſed id perpetuum non eſt, imò rarò hoc euenit. At ex vulneratis pulmonibus effunditur ſemper ſanguis ſpumans. Quare (inquit hîc Galenus) rectè ita enunciatur, Sanguis ſpumans pulmonis ſolius exulcerationem indicat; at non rectè dicas; Exulcerato pulmone, neceſſariò ſpumans excreatur ſanguis. Sæpè enim lapſis aut contuſis ſanguinis coloratiſſimi plurimum extuſſitur ſine dolore, quem ex rupto pulmonis vaſe quopiam prodiiſſe veriſimile eſt.

3 Quaſi dicat, ſpuma ſanguinis quæ copioſè, ſine dolore, cum tuſſi excernitur, non alibi quàm in pulmonibus gigni poteſt. hoc eſt, in pulmonum carne. Conſule Galenum libro ſexto De vſibus partium, capite decimo, pagina 566. Præclarè hîc præbetur decoctum radicis conſolidæ maioris ex lacte: & puluis hæmatitidis, coralli, boli, ſeminis hyoſcyami, ſeminis papaueris, cum conſerua roſarum.

Remedium.

XIV.

Ὑπὸ φθίσιν ἔχουσιν 1 διάρροια ἐπιγινομένη, 2 θανατώδες.

XIV. Tabe detento 1 profluuium alui ſuperueniens, 2 letale.

Hic Aphoriſmus ferè eiuſdem eſt argumenti cum duodecimo.

1 Nam plus à tabido colliquatur partium ſolidarum, quàm poſſit ab ingeſtis ſuppeditari in nutricatum: quia omnis actio labefactatur.

2 Quaſi dicat, Dixi quum rabidis fœtet pus, vnáque ſi capilli defluant, ſi interuenerit his diarrhœa, breui homo morietur: quia, vt iam ſcribit, in tabe inueterata, ipſa ſola diarrhœa ſatis eſt ad mortem: quamuis non ita citò funeſta ſit, ſi citra capillorum defluuiũ euenerit. nam pedetentim exedentur vires. Quaſi dicat, ſumma religione in his pharmaca præſcribantur: ac caue ne validis aluum moueas. Sed daillis potiùs aquàm cancrorum, cum guttulis quibuſdam olei ſulphuris.

Cautio ad praxim.

XV.

Ὅσοισιν ἂν 1 πλευρίτιδος 2 ἔμπυον γένηται, διὰ μακροῦ διαρθροῦσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρησιν ἀφ' ἧς ἂν ἡ 3 ῥῆξις γένηται, σώζονται. ὅσοι δὲ 4 μὴ, εἰς 5 φθίσιν μεθιστανται.

Empyi.

XV. Quicumque à 1 pleuritide empyi (hoc eſt 2 purulenti vel ſuppurati) redduntur, quando expectorandi finem faciunt quadraginta diebus, ex 3 quo rupta fuit pleuritidis vomica, liberantur: ſin 4 minùs, in phthiſin 5 degenerant.

1 Quæ pleuritidis materia tota non excluſa fuit intra dies quatuordecim.

2 Vigeſimo, trigeſimo plerumque, vel quadrageſimo, aut ſexageſimo die quæ in empyema degenerauit pleuritis. Eoque die recrudeſcit febris, quia pus conficitur.

3 Cæpitque pus expectorari. ῥῆξις eruptio puris eſt. Vt ſi fiat ſuppuratio vigeſimo die, fiat ῥῆξις trigeſimo; ab ea ῥῆξι oportet intra quadrageſimum diem repurgetur.

4 Si tota materia purulenta excluſa non fuerit.

5 Eâ morâ corrumpitur adeò pus, vt neceſſariò vnà in exulcerationem abripiat molles pulmones. Quare hoc tempore cauendum à paracenteſi. Nam plurimi ante 40 diem in phthiſim degenerant, ob animi iniquitatem, puriſque malignitatem, ac corporis infirmitatem. Nota puris confecti in pleuritide eſt, pondus in latere occupato, & horrorà pure vellicante membranam coſtis intextam: & modò horrent, modò ſudant. Ruptæ vomicæ ſigna vide libro 2. Prognoſticôn Quaſidicat, Caue ergo ne latus aperias paracenteſi, poſt 40 diem.

Suppurati ſigna.

Cautio practica.

XVI.

Τὸ θερμὸν βλάπτει παντὰ τοῖσι πλευρίτισι χρεωμένοισι· σαρκῶν 2 ἐκλύσιος, νεύρων 3 ἀκράτειαν, γνώμης 4 τάρκησιν, 5 διαῤῥαγίας, 6 λειποθυμίας· πάλιν δὲ τοῖσι 7 ψυχρὸν ὠφελέει.

Calidi vſus.

XVI. 1 Calidum in hæc calamitoſum eſt, háſque adfert calamitates his, qui eo ſæpè multumque vtuntur, 2 carnium laxationem, neruorum 3 infirmitatem, mentis 4 ſtuporem, 5 hæmorrhagias, 6 lipothymias: quæ ſunt eiuſmodi vt 7 mortis conſequutionem adferant.

Explicatis affectibus thoracis, eorumque cauſis, criſi, periodo, & paroxyſmis, quoniam ad hos curandos magnas adfert oportunitates vſus aquæ calidæ ſine fotus calidi, propterea agit iam de calido. Nam θερμὸν hoc loco nihil aliud ſignificat quam θέρμασμα. Id autem quod inter θερμάσματα primum obtinet locum, eſt fotus aquæ calidæ & dulcis; quia hac accommodatur ad curationem morborum quorum antè meminit. Deſumptus eſt hic Aphoriſmus ex libro De humidorum vſu. Generalior autem eſt propoſitio quàm vt ſolis pleuritidi applicetur. Agit contra hos, qui ſemper pleuritidem perpetuis fomentis curare nitebantur.

1 Hoc eſt, calida: ceu fomentum aquæ dulcis calidæ, quod κατ' ἐξοχὴν nuncupatur θέρμασμα.

2 Laxatis fibris, ac diſſipatis ſpiritibus.

3 Quia neruorum robur in mediocritate ſiccitatis conſiſtit: quod enim ſiccum eſt, propiùs abeſt à ſanitate; quod verò humidum, longiùs.

4 Hoc eſt infirmitatem motus & ſenſus, actionúmque principum, γνώμη ſeu διάνοια eſt vis iudicandi & ratiocinandi: anima ſicca eſt, prudentiſſima, dicebat Heraclitus, nam ſpiritus habet ætthereos ſicciores, qui ſunt eius proxima inſtrumenta. Hi verò ſpiritus gignuntur in cerebro ſicciore & duriore.

3 Aph. 6. & 6. Epid. 55.

5 Patefactis meatibus, & ſanguine fuſo à calore, vnde venæ diſtenduntur, ac rumpuntur, vel aperiuntur. Id agit in corporibus haimorrhagiæ obnoxiis.

6 Exhauſtis ſpiritibus, & laxatis membranis.

7 Quia ſoluuntur vires omnium partium, vnde ſpiritus animales & vitales diſſipantur. Nam hæc ſimul iuncta intelligi debent: ita vt his ſolutis viribus, ſuperueniat haimorrhagia author lipothymiæ, quam ſequitur mora. Nimis abundè in coagmentatione lapidoſâ, vretras ac renes contundente, fotuum vſus initur: præſtaret reperitis vicibus, ac ſeſquihora, vel duabus horis interpoſitis repetere decoctum ex aqua fœnugræci, ſeminum maluæ, chamæmeli; mox vngere oleo Scorpionum. Foueat ſe panno villoſo, craſſo, albo.

Cautio ad praxin.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 447 sur 513

XVII.

Frigidi vis. Τὸ δ' ψυχρὸν 1 σπασμὸς, 2 τέτανος, 3 μέλασμὸς, καὶ 4 ῥίγεα πυρετώδεα.

XVII. Frigidum verò [hæc adfert incommoda :] 1 conuulsiones adfert, 2 tetanos, liuores, quasique partium 3 denigrationes, & 4 rigores febriles.

Vide 9. Meth. 6. fol. 223. *Si quis conuenienter frigido vtatur, in qualitate, quantitate, vtendi modo, & occasione, pares habet curandi vires cum calido, etiam ad phlegmonem; si nulla ratio desideretur neque materiæ, neque causæ, neque partis, necessarius est frigidæ vsus. Ineunte enim phlegmone, si nulla desideretur partis ratio, hoc est, si non fluat sanguis in glandulas, siquepars nobilis in ignobilem non se exoneret. Et si nulla materiæ desideretur ratio, hoc est, vt non sit venenata, nec impacta. Et si nulla desideretur causæ ratio, hoc est, si illa fluxio non sit critica. Tunc, dico, ἀναιρετικῶν vsus omnino est necessarius. nam confirmant excipientium partium constringendo poros quà effluit materia, calidioris sanguinis infringendo acrimoniam, & affluxum omnem prohibent. Propterea veteres ineunte phlegmone adhibebant oxycratum; Arabes cataplasmata ex vino austero, succo semperuiui, & cortice granatorum. Sic Hippocrates præscribebat, ad arcendam phlegmonem, ceratum ex duabus ceræ partibus, & ex vna parte olei rosati. Si quis tamen inconsideratè vtatur plurimo frigido, sentiet plurima incommoda, qualia Aphorismus explicat.*

Repellentium remediorum quando vsus necessarius.

1 Contractis neruosis partibus, & cohibito effluuio.

2 Congenerum musculorum à spasmo.

3 Fixo partium calore extincto, interceptóque spiritu vitali qui è corde affluit.

4 Qui speciem febrium præseferunt, vel febrim adferunt ex euentu, suppresso à frigore excremento quod in corpore tali circumfluere solet, quod tunc putrescit, & congeneres suæ naturæ morbos parit. *Historia.* Exemplo sit Alexander Magnus apud Q.^ Curtium, qui cùm exiliisset in algidissimum flumen, funestissimam in calamitatem tractus fuit; attamen S. Dei beneficio, Philippi Medici illi fidelissimi operâ seruatus fuit. Vidi Parisiis idem in Sequana euenisse celeberrimo natatori, qui cùm bis tranasset flumen; tertiò, medio in alueo periit.

XVIII.

Frigidum quas partes ladat. Τὸ ψυχρὸν πολέμιον 1 ὀστέοισι, ὀδοῦσι, 2 νεύροισι, 3 ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ· τὸ δ' θερμὸν 4 ἀσθένειαν.

XVIII. Idem frigidum bellum indixit ossibus, dentibus, 2 neruis, 3 cerebro, dorsali medullæ: calidum vero his præstat 4 adiumentum.

1 Ob algorem istorum natiuum. Patiuntur quidem ossa, sed non sentiunt, propterea nigrescunt. Dentes vero patiuntur & sentiunt.

2 Membranis, ligamentis, tendonibus, exsanguia omnia lædit frigus, vel sensu eximio prædita, vt vterum, vesicam, intestina, penem, thoracem.

3 Quia alget à propria natura.

4 Si illæ partes ad suæ consimilem intemperiem abductæ fuerint. Nam intemperatæ naturæ, modico *Dubium.* contrariorum vsu gaudent. Dicet quis, si calidum tantopere his prodest, cur igitur scripsit Hippocrates, vulnera & fracturas capitis, (etiam suâ naturâ funestas) minimè tamen funestas esse hyeme, ita vt æstate; & celeriùs curari hyeme quàm æstate: præterea, non tam facilè hyeme, culpâ, imperitiâ & errore Chirurgi, ex euentu, funestas fieri, quàm æstate. Dico quòd hyems, ex euentu, maiores adfert opportunitates ad benè curandum, quàm per se, detrimenti suo frigore: quia frigori facilè occurri potest calfacientium vsu, quo æris frigus temperetur. Quia autem in eam curam incumbere debet Chirurgus vt omnem arceat putredinem: calor autem causa est putredinis: ergo tempus minorem quod adfert putredinis opportunitatem, id ad curationem est optimum; cuiusmodi est hyems. Dubitabit hîc fortè quispiam, *Dens num sit os.* num dens sit os. Cur enim meminit hîc Hippocrates dentium, si sunt ossa? Respondeo: Propterea quia os patitur tantùm, non sentit: dens & sentit, & patitur. Verùm sensus particeps, & expers non constituunt essentiam ossis. magis & minùs non immutant speciem.

XIX.

Ὁκόσα 1 καταψύχεα, ἐκθερμαίνειν δεῖ, πλὴν ὁκόσα 3 ἀθρόα ἀπο- *Contrariis curatio quæ absoluatur, non semper locum habet, ob vrgentius malum.* χέει, ἢ μέλαν.

XIX. Quæ refrigerata 1 sunt, 2 calfacere decet; modò ex iis sanguis 3 non fluat, aut fluxurus sit.

Innititur Aphorismus communi Maximæ, Contrariorum contraria sunt remedia. Quæ quidem locum habet in affectionibus simplicibus. vbi enim multiplex est affectio, ibi sequimur illud Galeni consilium, horum vtrium rationem habeamus, primò, vrgentioris. Sic enim non habita ratione vlceris, adhibeo ei oleum vel aquam, conuulsionis metu, si nimirum vulnus fuerit in articulis. Secundò, rationem habemus causæ omnium symptomatum. Sic ei qui ex vertigine, amarore oris, & cardialgia laborat, purgationem adhibeo, sperans fore vt excluſa bile omnia symptomata excludantur. Postremo rationẽ eius habemus sine quo curatio obiri nequit. Sic in vlcere cum phlegmone, prius phlegmones quàm vlceris est habenda ratio. nã prius sarcosi studeri nequit, nã sarcosis naturæ est opus. atqui natura ex intemperie laborat dum flagrat phlegmone. Igitur phlegmones curatio præcedere debet vlceris curationem, quò temperies partis laborantis restituatur. Ita vidi in luxatione pedis cum tibiæ fractura, euenisse maximam calamitatem, cùm chirurgi & amici primùm restitui volebant pedem, quàm fracturam curari, vel eam extra phlegmones metum poni: nam superuenit spasmus, delirium, mors. *Practica methodus. 1. & 11. Meth.* *Historia.*

1 Quæ ex intemperie frigida laborant, caloris detractione, & frigoris accessione.

2 Vt illud symmetrum, in quo naturæ virtus consistit, restituatur, intemperiei detractione, & eius rei, quæ deficit, additione, vt si ab exhaustu perit calor.

3 Quoniam rei vehementioris maior est habenda ratio: est autem calamitosius profluuium sanguinis eâ intemperie, in cuius curationem incumbimus calfacientium vsu, quæ parant haimorrhagiam. Quare si vi frigoris vena sanguinem fundit, non calfaciendum.

XX.

Ἕλκεσι 1 τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα 2 σκληρύνει, ὀδύνῃσι 3 ἀνεκπύητον παύει, 4 μέλασμὸς, 5 ῥίγεα πυρετώδεα, σπασμὸς, καὶ τέτανος. *Frigidi incommoda.*

XX. Vlceribus 1 frigidum est acerbum & mordax; cutem 2 obdurat, dolorem 3 reddit suppurati expertem, [ideóque] 4 liuores, 5 rigores febriles, conuulsiones & tetanos [hoc est distentiones] inducit.

1 Detracta cute, carnéve vlcerata molli & rara, quæ frigidis non assueuit, vnde maior diuisio ex compressione, præterea quod ichoribus & sordibus ab vlceribus

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 448 sur 513

vlceribus exitum deneget. Vlcus eſt ſolutio continui mollis ſubſtantiæ, à cauſa interna vel externa.

2 Colligendo & contrahendo partes quas peruadere nequit. quodque ſpiritum & caloris effluxum prohibet, materiamque cogit, vnde diaphoreſis intercipitur. Quare ita ſemper tepeant admota, ne exhalatio intercipiatur.

3 Doloris cauſam non permittit ad pepaſmum venire. hæc enim vi caloris mitigatur. inde ſæpè vlcus phlegmonen concipit, & ex plegmone ſcirrhum facit. inde liuores.

4 Nam vertit phlegmonem in ſcirrhum. Caueitaque ne diutiùs refrigeres.

4. Simpl. 4. 5. 5 Nam ea vlcera frigidi contactum ſentiunt, ac dolent inde, nam frigus pungit.

XXI.

Frigidi commoda. Εσι δ' ὅτε ὅτι 1 τετάνῳ ἄνευ 2 ἕλκεος, 3 νέῳ ἀσίτῳ, θέρεος 4 μέσου, ψυχρὸν πολὺ, καταχυσις 5 ἐπαλλάσσει θερμῆς ποιέσθαι. θερμὴ δὲ ταῦτα 6 ῥύεται.

XXI. Sed tamen fieri poteſt vt in 1 tetano vlceris 2 experte, 3 iuuene bene habito, æſtate 4 media, frigidæ quam copioſa profuſio calorem natiuum 5 reuocet. huiuſmodi autem hæc 6 calor ſoluit.

Senſus Aphoriſmi eſt, Nonnumquam tamen frigidi vſus eſt.

1 Hoc eſt, in æquali andagoniſtarum muſculorum cetuicis conuulſione. Idem locum habet in aliis conuulſionibus.

2 Nam frigidum vlceribus eſt mordax, & dolorem reddit ἀνεκπύητον.

3 Quia in hoc nerui habent ἐπίζλημα carnem, quod arcet frigoris intrò peruaſionem. Non ſit obeſus, non gracilis.

4 Quo tempore æſtuat externus corporis habitus à calore fluente: qui via aquæ frigidæ affuſæ intrò cogitur: nam eius effluuium vi frigoris prohibetur. Aliis enim frigidis temporibus frigidæ affuſio ſuperaret calorem natiuum.

5 Ex euentu, nam intrò pellit frigus calorem; hic collectus, viuaciùs exilit, ac coquit excluditque crudos ſuccos ex corpore quadrato.

6 Tetanum videlicet. Videte Galenum tertij de temperamentis, vndecimo.

XXII.

Calidi fotus commoda. Τὸ 1 θερμὸν 2 ἀκπυητικὸν, οὐ ὅτι 3 παντὶ ἕλκει, μέγιστον 4 συμμῖσον εἰς ἀσφάλειαν· θέρμα 5 μαλάσσει, 6 ἰσχναίνει, 7 ἀνώδυνον· 8 ῥιγώσι, 9 ἀτασμῷ, τετάνῳ παρηρεικὸν· τοῦτο δὲ ἐκ τῆς καρηβαρίας λύει· πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων 10 κατάλυσιν, μάλιστα δὲ τούτων 11 ἐφιλοποιοῦσι· τετρωμένοις δὲ μάλιστα τούτων ἐν 12 καθαρῷ ἕλκεα ἔχουσι· καὶ ἐκόσα τοῦ ῥύεσθαι 13 δύνηται ἀπέλαττει, καὶ 14 ἕλκεσιν ἐπιπολάζουσιν, 15 ὕδρῃ, ἀιδοίῳ, ὑστέρῃ, κύσει, τουτέοισι τὸ θερμὸν φίλιον· καὶ κοῖλον, τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον· καὶ κτείνει.

Quibus per ſe calidum nocet, & quibus ex euentu proſit.

XXII. 1 Calidum eſt 2 ſuppuratorium; non tamen 3 quouis in vlcere præclarè ad ſalutem 4 apparet & facit: cutim 5 emollit, ac craſſam 6 extenuat, 7 dolorem ſedat: idemque 8 rigorem, 9 ſpaſmum, tetanum ſeu diſtentionem mitificat: quin etiam capitis grauitatem ſoluit: ſed admirabile quantum fracturis 10 oſſium ſit adiumentum, ac præſertim ſuaue cute nudatis: maximeque inter eas fracturas quibus 12 caput eſt vlceribus obſeſſum, & quæcumque frigoris vi ſunt 13 emortua aut exulcerata: & herpetes 14 exedentes iuuat: 15 ſedi, pudendo, vtero, veſicæ; his calidum amicum eſt, & ſecundi iudicij, frigidum verò his eſt bellicoſum ac interimens.

Docet quid innet per ſe vſus θερμασμάτων, & quid ex euentu noceat; deinde quibus ſalutariter adhibeatur, & quibus bellum indixerit. Quia nullum remedium omnibus eſt idem; qui eſt præcipuus huius Aphoriſmi ſcopus. *Remedium nullum omnibus idem.*

1 θέρμασμα, quod interciſis ſpaciis, non perpetuò, admouetur.

2 Purificum eſt à calore naturæ noſtræ conſentaneo. Tribus opus eſt pepaſmo; vt pars circumfluat ſpiritu & calore natiuo, vt vlcus ſit pepaſmi capax. & vt apta remedia adferantur illi.

3 Vbi integritas naturæ, & materiæ bonitas deſideratur, aut quod ſit ex affluxu materiæ pepaſmi expertis, vel eius capacis, vt in vlceribus Chironiis, cancris, & phagedænicis. Solatio eſt vlceribus quæ in frigidis partibus hærent, vt oſſeis & membranoſis, vel ſi à frigore venerint, vt pernionibus. ſed abſit putredo: nam magis putreſceret.

4 Nam omne ſuppuratum pepaſmus eſt; à pepaſmo autem certa ſalutis ſpes: quòd & naturæ integritas & materiæ bonitas ſignificatur. Quare notandum, num à fotu prodeat pus bonum. θέρμασμα ſuppuratum promouet, calore enim ſuo excitat calorem natiuum ſopitum, eumque collectione auctiorem reddit. At in prauis illis vlceribus maximam ac immedicabilem putredinem facit: nam ibi potius ſiccandum & detergedum. Iis igitur ex euentu nocet calidum ſuppuratorium, per ſe verò prodeſt. In cancro duplex eſt venenum, putrefactiuum & rodens: ſi admoueris ſuppurantia, ſurgit eius vis putrefactoria; ſin validè ſiccantia cum morſu admoueris, ſæuiet eius rodens potentia. *5. Simplic. 3. Cautio ad praxim.*

5 Siue ea ſiccitate, concretione, vel repletione indurueris.

6 Ad mediocritatem reducit; aut etiam ex euentu id facit, craſſos ſuccos exhauriendo.

7 Vacuando, rarefaciendo, & temperando humorem, & flatum, cuius qualitate & copia temperamentum & habitus partis immutata fuerant. Quicquid enim habitus & temperamenti immutationem reſtituit, eſt anodynum.

8 Digerendo excrementa quæ in corpore circumfluere ſolebant.

9 Pepaſmo acrium ſuccorum & flatuum, craſſaque, ſi adſint, attenuando; lenta incidendo: flatus diſcutiendo. Propterea fotus capitis fiunt decocto betonicæ, chamæmeli, agarici, & foliorum ſenæ.

10 Septimo die, ad pruritum mitigandum qui à vinculis incidit, tunc perfundendum vlcus aquâ calidâ.

11 Poſt ſeptimum diem ad ſedandum pruritum: poſt vigeſimum verò, ad illiciendum ſuccum alibilem, quo callus gignatur adducto à nutricatu. Oſſibus enim, & vlceri φίλιον ἐστὶ τὸ θερμὸν. Quaſi dicat, fracturis cum vlcere coniunctis confert.

12 Aqua per ſe eſt calamitoſa capiti & eius vlceribus, quòd aqua vtraque qualitate pugnet cum iis. Ea tamen tempora incidere poſſunt, vt neceſſarius ſit illius vſus ratione ſymptomatum. Nihil eſt capiti, vt caput eſt, ipsâ aquâ inimicius; nihil vlceribus, ſuppuratorio calido. Vt igitur vlcus eſt, nullâ re madefacere oportet, authore Hippocrate, niſi vino, quod exciccat & exterget: Nonnumquam tamen indicatio quæ à parte ſumitur, affectionis indicationem vincit. Dicit enim Hippocrates, niſi vlcus ſit in articulis, quia ſauciatis tendonibus facilè incidit conuulſio, eaque, funeſta. Igitur, ad tempus, illam partem, vino, aqua, vel etiam oleo, profundimus, vt arceatur conuulſio quæ immineat, licet hæc vlceri ſint inimiciſſima. Succurrendum enim primò ei quod magis vrget. Sic hoc loco docet profundendas eſſe fracturas fotu aquæ calidæ morſus experte. Etenim ſi quis perfregerit brachium

vel

©BIUM

vel tibiam, reſtituet primùm fractum membrum, ac illud continebit: continendo, inflammationem arcebit; arcendo inflammationem, generabit carnem. Primùm igitur dabit operam extenuationi, iniiciendo tres faſcias ſuper partem fractam: vnam ad prohibendam fluxionem; alteram, ad exprimendum; tertiam, ad reſtitutionem muſculorum. Atque ſeptem diebus his faſciis tenebitur pars, iuſtâ tenſione; id quod tumor durus & albus in pede apparens indicabit. Si enim durus & ruber tumor apparuerit, nimia erit faſcium tenſio. Denique vt excitentur muſculi, ſui quaſi muneris immemores, qui ad vigeſimum vſque diem, ſuo quaſi fraudati genio, iam languent: hîc fotus eſt adhibendus, ad excitandum calorem muſculorum, vt his fotibus ſuccum nutricium alliciant, atque vt id quod nutritioni ſupereſt in callum tranſeat. *Dubium.* Sed obiicies: Vlcera capitis nulla re ſunt madefacienda: quia caput, ſi frontem excipias, non eſt capax inflammationis, quia non eſt pars contenta, in quam alia pars ſua excrementa exonerat, ſed continet. & vlcus quod denudatum habet os, eſt ſine metu inflammationis. Atque ſolâ corruptione reddunturcapitis fracturæ incurabiles, communicatâ corruptione duræ meningi. Duobus enim modis corruptio hæc incidit, inflammato oſſe, & ſuppurato; aut cùm humor, qui diploë continetur, ſtillat in meningem, cunctando ibi putreſcit. Solis igitur vtendum medicamentis cephalicis. Sed dices, vinum deterget & deſiccat. Verum: ſed non ſatis eſt contrariis, contraria oppugnari, verùm contrario etiam exceſſu ea oppugnari debent. Iam verò vinum non habet eam vim vt æquali exceſſu caput exiccare poſſit. Præterea os ſiccum, non poteſt admittere ſiccum, ſi ſit conſiſtentiâ humidum. Fortè dices, cur igitur Hippocrates adhibet fotum aquæ calidæ? Quia ſi os capitis, affuſione bilis fiet eryſipelatodes, tunc erit vtendum fotu huiuſmodi: qui quidem ſua qualitate & conſiſtentiâ oſſi eſt inimicus, exhaurien do tamen illam materiâ, & eius qualitatem infringendo, per accidens plus prodeſt, quàm noceat. Demum hic ſolus reſtituet calorem capiti, frigidorum occurſu penè extinctum. Ad herpetes verò exedentes adhibetur hic fotus, non ratione vlceris, ſed ratione materiæ: ſicuti etiam rerũ frigidarũ & humidarũ vſus prohibetur nõ ratione materiæ, ſed ratione vlceris: ſic cõtrà, calidi fotus vſus, ratione materiæ acrioris & craſſioris, qualis eſſe ſolet bilis illa craſſa, quæ in herpetibus, propriæ ſubſtãtiæ corruptione in vitio eſt. Fotus hic, dicit Hippocrates, fracturis capitis cum vlcere prodeſt: non ratione vlceris, quod oſſe conceptum eſt, nam os ſicca petit, ſed ratione coniuncti affectus, vt ſi eryſipelate obſeſſum fuerit os, ab acerrimæ bilis affluxu, tunc poterit aquâ calidâ lauari vlcus, ad domandam vim bilis. Quare calidâ fouemus, non quâ vlcus aut fracturam conſociemus, ſed vt inde mitiſcat dolor, nam acerrimæ bilis potior habenda ratio eſt quàm vlceris: vbi, ſcilicet, os eryſipelatoſum eſt.

13 Extinctione caloris natiui, & ſpiritus vitalis interceptione. Et hyeme perniones, & digiti, inquit Galenus, cæteraque partes externæ.

14 Ad infringendum bilis acrimoniam: hoc eſt, non ratione vlceris, ſed acerrimæ bilis, cuius maior ratio habenda quàm vlceris: & vlceri calidum blanditur, nam frigidum vlceri mordax eſt. Herpes ſuperficiem ſolam corporis inuadit: Phagedæna craſſam materiam habent, propterea ad oſſa vſque peruadunt.

15 Quia neruoſis partibus amicum eſt calidum: præterea, inquit hîc Galenus, quòd frigiditas & caliditas facilè, per communicationem ex ſede in ventrem aſcendat. Idem dictum ſit de vtero, pudendo, veſicâ. Galenus colligit hîc hæc Axiomata: Nihil poteſt mali accidere vlceri pus generanti. Præterea, malignitatis aut bonitatis vlceris argumentum eſt fotus calidus: Nam in quo vlcere non conuenit, ea à calido inſuppurabilia permanent.

XXIII.

Ἐν τετάρτοισι δὲ δεῖ πρὸ 1 ψυχείου χρέεσθαι, ἐκδύσαι 2 ἀπαμοῤῥαγέα, ἢ μέλλει· μὴ 3 ἔπειτα αὐτὰ, ἀλλὰ πρὶν 4 ἐκδῦναι ὑπορρεῖ· καὶ ἐκδύσας 5 φλεγμαίνει, ἢ ὑπηλογήσιμα ἐς τὸ ἑρυσίπελας καὶ ὁ ὠχαμοῤῥαγέων νεκρὸν αἷμα πᾶν, δεῖ 7 ταῦτα ἐπὶ 8 τόγε πλεῖστα μελαίνει. Καὶ 9 ἐρυσιπελὰς τὸ μὴ ἐλκούμενον 10 ὠφελεῖ. ἐπὶ τοῖς ἐλκεμένοις 11 βλάπτει.

XXIII. Cæterùm ad hæc rerum 1 frigidarum valet vſus, vndecumque ſanguinis profluuium 2 eſt, aut vnde futurum: nec tamen 3 ſuper ea, ſed circum, vnde 4 ſcilicet ſanguis affluit. & quæcumque 5 inflammationes, partiúmque ardores & incendia quæ ad rubrum & ſanguineum colorem tendunt, 6 recenti efflorescente ſanguine, 7 ſuper his adhibeto. Nam his quæ inueterârunt liuorem afferunt. Et ipſum 9 eryſipelas vlceris expers 10 curat, quandoquidem exulcerato 11 calamitoſum eſt. *Fotus frigidi commoda.*

1 Vt frigidæ aquæ & ſuccel frigidi.

2 Ruptâ, exeſâ, vel apertâ venâ, vel fauciatâ parte.

3 Quòd frigidum vlceri ſit mordax. Ita in haimorrhagia narium, hepati vel lieni admouemus frigida, ſi ſint robuſta nec obſtructa hæc viſcera; vel occipiti, mammis.

4 Vt meabili ſanguini & viæ intercipiatur fluxio: nam frigida arctant vias, ac reſtagnare faciunt fluxiles ſuccos.

5 Id eſt, tumores cum rubore, calore, pulſu, renixu, & dolore coniuncti. Bis tantum in hac ſignificatione reperitur hæc vox apud Hippocratem. Sed non inducatur liuor rerum refrigerantium vſu. *Phlegmone quid Hippocrati.*

6 Sanguinis recentis affluxu. Extinguatur tantùm ardor: non inducatur parti liuor.

7 E directo, & ſuper ipſis. Vel ad hæc, ſcilicet valet frigidi vſus, ſi ipſis inflammatis partibus admoueatur. Modò id ferat partis natura, materiæque morbificæ conditio.

8 Opprimendo calorem vitalem.

9 Hoc eſt, tumorem præter naturam obortum ab effluxu bilioſæ materiæ non corruptæ, ſed integræ.

10 Nam acerrimam vim materiæ temperat, & meatus viaſque per quas affluit bilioſus ſanguis, intercipit. Huiuſmodi eryſipelas ſæpe degenerat in herpetem: bile illa acerrima cunctando putreſcente.

11 Nam vlceri acerbum eſt frigus ac mordax. Quare non ſuper, ſed circum, hoc eſt, partibus editioribus ea adhibent: ita enim orgaſmus impeditur conſtringendo, infringendóque ſanguinis acerrimam potentiam, corroborandóque partem. Docet Hippocrates haimorrhagiam ſiſti immutatâ à figurâ corporis, vinculo, & emmoto. Scribit etiam Hippocrates, Quòd expedit in omni vlcere, tam veteri quàm recenti, ſanguinem effluere. A recenti quidem, gratiâ arcendæ inflammationis: à vetere verò, vt ſarcoſis promoueatur. Reſponſio eſt, eum locum intelligi de vlceribus vnicuique parti propriis, cùm ſanguis effluit ex venis illi parti propriis ac dicatis, ex qua effluit ſanguis. Non autem de apertione venæ communis quæ tali alicui parti eſt dicata. Dixit hîc Hippocrates recenti efflorescente ſanguine: quaſi dicat, Omnis tumor præter naturam, cuius cauſa efficiens eſt materiæ calidæ affluxus, (non autem coacervatio ob facultatis concoctricis & expultricis infirmitatem,) remedio eſt, ineunte & augeſcente morbo, vſus rerum frigidarum: nam acrimoniam ſanguinis frangit, & meatuum laxitatem conſtringit; nam materia calida fluxum mouet. Niſi tamen pars ipſa, vt *6. Epid. lib. De vlceribus.* *Dubium.*

glandu

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 450 sur 513

glandulæ, aut causa critica, aut materia venenata (vt in constitutione pestilenti, in lue venerea) vel materia impacta & contumaciter ad musculos adhærescens (vbi vsu refrigerantium phlegmone in scirrhum incurabilem degenerat) prohibeat. Proindè rectè adiecit Hippocrates, quæ ad rubrum; nam si partes liuent, non adhibebis repercutientia.

XXIV.

Τὰ 1 ψυχρὰ, οἷον χιὼν, 2 κρύσταλλος, πρὸς φύσιν 3 πολέμια, ἀνθρώπων κατηκόῳ, 5 αἱμορροϊκά.

Extremi frigidi incommoda.

XXIV. 1 Frigida, cuiusmodi sunt nix, & 2 glacies pectori sunt; inimica; tusses 4 mouent, 5 sanguinis profluuia cient, catarrhos 6 excitant.

1 In quibus frigoris summa penè sunt omnia.

2 Quæ, vt ait Scholiographus Holerij, aqua elementari sunt frigidiora.

Historia.

3 Quod vitam tueatur pectus, cuius tutela calore peragitur. Hodie obiit iuuenis, cui iam 14 dies inflammatæ fuerant membranæ. diaphragmatis ad pectus: quòd choreis exsudans se aëri frigido exposuisset nudato thorace. secta fuit tamen illico illi vena, purgatus fuit: praua expectorabat ac flaua illicò; mox nihil, vrina primùm flammea, mox citrina: pulsus febrilis: lingua fuit nigra & arida.

4 Quia distillatione asperitatem inducit viæ spiritus.

5 Venas indurando, & contumaciores reddendo: vnde fit, vt distenta sanguine vasa, cùm dilatari non possint, rumpantur.

6 Tussiferos, aluinos, arthricos. Antiquis in deliciis erat nix & glacies: tamen populi qui his vtuntur gutturosi sunt, ac catharrhis affliguntur, & breuis sunt vitæ.

XXV.

Τὰ 1 ἐν ἄρθροισιν ὀδυνήματα καὶ ἀλγήματα 2 ἕλκεος, καὶ 3 podαγικὰ, καὶ 4 ἀσπασμοὶ, τούτων τὸ πόνεον τὸ ψυχρὸν 5 πολλὴν καταχόησιν ῥίζει τῷ καὶ 6 ἰσχναίνει, καὶ ἀδυνίην 7 λύει. 8 ὕδωρ γὰρ μέτριον ἀδυνίης 9 λυτικόν.

Frigidi socius commoda. Narcotici vsus.

XXV. Verùm articulorum 1 tumores & dolores 2 vlceris expertes, & 3 podagrica & 4 conuulsiones horum sanè plurima frigida; copiosè affusa mitigat, leuat, & 6 adæquat, atque ita dolorem 7 sedat: huc accedit quòd 8 stupor modicus dolorem 9 sedat.

1 Ex sanguinis & bilis affluxu. Igitur, authore Hippocrate, Arthritis non ex sola materia frigida fit, cùm aquâ frigidâ sanetur.

2 Cui sit ficus est acerbum.

3 Hoc est, dolores podagricos excitatos ex ichoris bilioſi affluxu.

4 Scilicet reuocando calorem in iuuene quadrato.

5 Sæpè & multum.

6 Ad æqualitatem reducit partem tumore obsessam, ita vt ampliùs tumor nullus apparere possit, idque pepasmo & resolutione excrementorum: repressione verò per se.

7 Restituto habitu & temperamento partis.

8 Quem frigidi fotus inducunt. Talem narcosin hîc admittit Hippocrates.

9 Vacuando & digerendo causam continentem, & reprimendo causam antecedentem. Stupor destruit dolorem: ergo stupor non est species doloris. Ego maximo successu vtor in Arthritide calida fotu aquæ seminis ranarum.

Remedium elegans.

XXVI.

Ὕδωρ 1 τὸ 2 ταχέως θερμαινόμενον καὶ ταχέως ψυχόμενον, 3 κουφότατον.

XXVI. Aqua 1 quæ 2 citò calefit & citò refrigescit, 3 leuissima est. *Aqua quæ optima.*

1 Dulcis, omnis mixtionis expers.

2 Ob partium tenuitatem & raritatem facilè induit contraria. Tam facilis itaque mutatio, eam tenuissimam esse arguit.

3 Et pondere & subtilitate partium. Eadémque optima est. Non lance æstimanda est aqua, sed si non grauis sit hypochondrio, verùm si ea subitò peruadat, nec ibi cunctando putrescat. Talis propinanda per morbos acutos. Quâ aquâ res iniectæ citiùs elixantur, hæc leuissima est. Estque hæc saporis ac odoris expers, ac clara. Dura ac cruda est aqua putealis, vtpote sole fraudata: fluuiales cœnosæ sunt: hæ reponendæ vt limus sidat; illæ coquendæ. Pluuiales meliores, si coquantur, quòd maris ac solis soboles; at coctio dissipat diuersas ab ea partes Hyemalis pluuia cruditatis plena est; æstiua optima est, cùm incendio flagrat cælum. Columella ex Hippocratis sententia duo genera aquæ arte mitigatæ proponit. Hippocrates in libro De aëribus, aquis & locis: & 6. Epid. 4. *De re rustica libr. 3.*

XXVII.

Ὀκόσοισι 1 πίειν ἐρίζιες γίνεται, τοῖσι πάνυ διψῶσιν, ὑπὸ 2 δύσκοιμίης ὀδυνῶσιν, ἀγαθόν.

XXVII. Qui noctu bibendi sunt 1 appetentes, hos admodùm sitientes somnum 2 inire iuuat. *Sitis nocturna.*

1 Madoris inopiâ. Post somnum si perseuerat sitis, plenâ potet manu.

2 Nam ita augescunt viscera, & assumptorum squalor actiorque vis castigabitur. Modò nulla valida præcessit euacuatio: nam tunc nulla aderit materia à somno mitiganda. & per somnum intrò fertur sanguis ac mador, vnde vapor qui sitim excitabat vincitur, ac madescit internus squalor. Attamen, inquit Galenus, Valdè sitientibus à meraco vino vel ab inopiâ potus, concedendus est potus.

XXVIII.

Γυναικὸν 1 ἀγωγὸν ἐκ ἀφώνου 2 πνεῖν πολλαχοῦ ἢ καὶ εἰς ἄλλα χρήσιμον ἂν εἴη, μὴ 4 καρηβαρίας ἐπῇ.

XXVIII. Suffitus 1 aromatum muliebria 2 ciet; idemque ad alia 3 non rarò valeret, nisi 4 capitis grauitatem adferret. *Mulierum affectus.*

Quia hoc libro, vt antea monui, Hippocrates de omni euentu omnium euacuationum agit, quæcumque ratione illa obortæ fuerint, vel naturæ aut morbi vi, vel artificiosa à molitione, igitur de iis euacuationibus iam agit quæ eueniunt ab vtero. Est enim vterus, dum procreationi non studet, receptaculum omnis fœditatis muliebris corporis non puri.

1 Hoc est rerum benè olentium, vt cyperi, calami aromatici, cassiæ, beniouini, & eorum quæ ex iis conficiuntur. *Aromata.*

2 Menstrua atque lochia. Nam vim expultricem vteri excitat, atque venarum quæ vterum attingunt obstructiones aperit: & compactiorem vterum tarefacit, ac algiosum recreat, & materiam lentam incidit. Ita tamen vt nulla anteacti morbi, neque exactæ ætatis, neque lactationis, neque instituti vitæ, neque haimorrhoïdum, aut pernersi vteri, aut vteri phlegmone vel ardore occupati, vel ingrauidationis excusatio adferri possit. vox γυναικεῖα varia significat: primò significat partes muliebres; secundo, omnes mulierum affectiones, quæ propriè in eas cadunt; tertiò, mulierum purgationes, quæ etiam variæ sunt. quædam enim sunt purgationes menstruæ, quædam λοχεῖα: sub his est etiam secundina & fœtus mortuus:

tertiò

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 451 sur 513

©BIUM

tertiò ἐπὶ γυναικῶν, in quo ſcilicet deſideratur ratio qualitatis, quantitatis, temporis, & modi excretionis: ſed hic non debet promoueri, ſed ſupprimi.

Hip. lib. De ſuperfat.

3 Ad peculiares vteri adfectiones. Vt ſi cui mulieri caput, coxendix aut femur doleat, & à concepto fœtu hic dolor abeat, ac rurſus edito fœtu repetat: huic odorata bibere, & ad os vteri admouere oportet. Item ad conceptionem fœlicitandam, & ad ſterilitatem auertendam. Suffocatas etiam euocat, ac dolores à partu remouet.

4 Ob leptomeriam. & cerebrum auidè prolicit in ſe aromatum vapores. vnde illud plethoram incurrit vaporum. Grauitatem capitis adfert his mulieribus quibus vterus eſt rarior: nam per venas inuadit caput, quia in venis ille vapor ſuo ardore ſanguinem turbat. Fiat peſſarium ex penna obuoluta bombace & filo: illinatur oleo macis & caryophyllorum, cum beniouino & croco. Sit longitudo eius ſex digitorum: craſſitudo medij digiti. Attamen ſuffitu aromatum non ſine cutione vtendum; tenerrima enim acetabula à ſiccitate facilè areſcunt: hinc infœcunda redditur mulier. Sed tamen in lochiorum ſuppreſſione raro euadunt. Vbi mulier defraudata fuerit ſuo genio, non euocationi menſtruorum erit illi ſtudendum. Sed illa euchymis vtatur cibis. At ſi ab obſtructione laborauerit menſtruorum, ea aperiatur. fit autem tribus modis obſtructio; copiâ, materiæ craſſitie, & facultatis infirmitate. Nam ni mulier viceſimo ſexto die purgetur à ſanguine, ægrotat.

Remedium.

Cautio practica.

XXIX.

Ταὶ κυήσας καρωκάδην, ὑπ' ὀργᾶ, τρόμῳ, καὶ ἄχεϊ ἐπὶ πλεῖον, ἤπερ ἢ πύστις· τὰ δ' ῥῆγμα ἢ φρεσβύτερα σύλαβέτω.

Grauidarum purgatio.

XXIX. Prægnantes quidem purgandæ, ſi humor ſit efferus, & quadrimeſtris geſtatio, dum ſeptimeſtris fuerit, quamuis hæ minùs. nam in minore & grandiore fœtu cautiùs religioſiuſque agendum.

Alius eſt ſcopus huius Aphoriſmi in initio libri quarti Aphoriſmorum, alius hoc loco. Quia in quarto libro docet tecmarſin purgationis conuenienter cuique exhibendæ: quæ conſiſtit in perſpicientia humoris peccantis, affectus, & peculiaris naturæ eius cui medicina adhibetur, idque adducto familiari exemplo quod perſpicuitate vincit cætera. Hoc verò loco docet quam cautionem & prouiſionem debemus adhibere ad vterinas affectiones quæ ſunt è natura, vt ſeruetur & fœtus & fœta. Sequentibus enim Aphoriſmis agit de affectionibus è natura. cùm autem vterus inſtrumentum ſit conceptionis, certè conceptio eſt affectio. Cacochymæ mulieres, ni à fœditate illa vindicentur, abortiunt. Optimè autem defunguntur eo periculo, ſi à quarto menſe ad ſeptimum ea fœditas effundatur: vidimus enim ſæpè naturam illis menſibus validam euacuationem attuliſſe, ſuuma cum alleuatione fœtarum. quare tutò cacochymiæ plenitudo hoc tempore excluditur.

Obſeruatio practica.

XXX.

Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκπιπτώσκει· καὶ μᾶλλον, εἰ μείζων ἐπὶ τὸ ἡμισυ.

Ingrauidatæ temerè non abducendus ſanguis.

XXX. Mulieri ingrauidatæ ſi vena tundatur, 1 abortit: eoque 2 magis ſi fœtus grandior ſit.

1 Defraudato fœtu ſuo genio, & oborta lipothymia. item laxatis vinculis, quibus vtero fœtus alligatur, & ab exhauſtis cotyledonibus. Vt plantarum fructus nutricatu fraudati tabeſcunt, ſiccantur, ac cadunt: ita fœtus cadit fraudatis vinculis ſuo paſtu.

2 Si ſeptimum menſem attigerit. Hippocrates libro De morbis mulierum, ſanguinem emittendum ſuadet ſectâ venâ ad poplitem vel malleolos, vt liberentur à difficultate pariendi. Huic idoneæ ſunt mulieres iuuenes, robuſtæ, ac ſuccì ſanguinei, plenæ. Quare de his venis pertundendis hîc loquitur. Nam ſuperiores venæ, vt manus & brachij, tundi poſſunt etiam ad ſanitatis tutelam quarto & quinto menſe, ſi abortioni non ſit obnoxia mulier: Imò in quadrimeſtribus & ſeptimeſtribus ſecare tutò poteris in pleuritidis curatione: maximè ſi mulieres ſint vtaces, quibuſque ante grauiditatem largiùs ac diu ſolebant fluere menſes. Verùm tempore Hippocratis, nihil aliud erat viuere, quàm è natura viuere. Vbi neceſſaria eſt phlebotomia in morbo acuto, vt infarctæ expediantur, phlegmone ſedetur, metaſtaſis reuocetur, corpuſque εὐδιαφόρητον reddatur, citra fœtus & fœtæ iniuriam tunditur vena brachij, vltimis etiam ingrauidationis menſibus, quòd ſubſiſtens iam ſanguis corpore adeò circumfluat, vt mammas etiam lacte impleat. Recreanda mox erit eupeptis. Si quis coëgerit nos fateri Hippocratem hîc loqui, non de venarum infernarum, ſed de ſuperiorum ſectione, reſpondebimus eum loqui de ea ſanguinis emiſſione, quæ tempore Galeni non erat libra minor quemadmodum purgationes, quæ eius tempore erant ex elateriis remediis, quale elleborum, ſcammonium, colocynthis. Hodie verò benignis non veremur purgare, nec minorem ſanguinis effuſionem auerſamur, modò vires admittant, morbuſque validus id ſuadeat. Si plura velis, vide Fernelij De venæ ſectione libri ſecundi caput duodecimum.

Practica obſeruatio.

XXXI.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ὅταν τινὸς ὀξέος ἢ γυναικείων λοφῶνται, ὁ θάνατος.

Grauidæ cui morbo acuto.

XXXI. Mulierem grauidam ex vllo morbi acuti genere laborare, funeſtum.

1 Qui magnam agnoſcit cauſam.

2 Difficultate curandi, (nam fœtæ aut fœtus incommodo remedia adhibentur) ſymptomatum vehementia, & fœtus interitu: Præſertim ſi fœtus ſit grandior. Eò quod mulier grauidà duplo maiore vtatur reſpiratione quàm non grauida. Si ergo calor maternus in æſtum degenerat, ſummi ſpirandi difficultate laborabit: inſtrumenta enim & facultas non poſſunt ſatisfacere vſui neceſſario. Difficultas autem reſpirandi in omni morbo acuto eſt lethalis. Secundo, ineunte morbo, quamdiu morbus eſt ſiccus, potiùs incumbendum eſt morbo, quàm naturæ ſtudendum. in muliere verò grauida potiùs naturæ eſt ſtudendum, quàm in morbum incumbendum. Igitur quantum hic naturæ ſtudebis, tantum morbum augebis. Non itaque licebit hîc vti tenui diæta, qualem maximè morbus requirit. Sed obiicies, ex Hippocrate, mulierem grauidam, quæ vehementi morbo correpta fuit, ſeruatam fuiſſe. Reſpondet Galenus, quòd trimeſtri grauiditate in hunc morbum inciderit: trimeſtres enim & quadrimeſtres aliis magis ſeruantur: quòd maiorem habeant opportunitatem admittendorum remediorum, quàm aliæ quæ ſunt ſeptimeſtres ac ſextimeſtres. Illud meminiſſe conuenit, trimeſtres ac quadrimeſtres omnibus iniuriis præ aliis magis reſiſtere. Quare δανάσιμον, interpretandum, quòd pleruмque ita eueniat.

Obiectio.

1. Epid. 3. Hiſtoria 13.

XXXII.

Γυναικὶ αἷμα ἐμέσαι, ὅταν καταμηνίων ἐμφανέντων λύσις γένηται.

Mulier ſanguinem vomens.

XXXII. Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus, vomendi finis.

1 Apertis venis plethoræ vi, à menſtruorum ſuppreſſione. Vt nulla tamen vel rupti vel exeſi vaſis

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 452 sur 513

vaſis excuſatio poſſit adferri : ſed ſi ſit à palindrome menſtruorum ad ſuperiores partes. Quodſi ille ſanguis non effundatur, ſolebat ſcirrhum inferre lieni vel hepati, hinc hydropem.

2 Confertim fluentibus. Quaſi dicat : Si verò his confertim effluentibus, vomitus tamen non ceſſauerit, certò tibi conſtet, venam ruptam vel exeſam eſſe. Quare his remediandum.

3 Auerſione & euacuatione ſanguinis, cuius copia & ſurſum refluxu cruenta excitabatur. Intelligatur hic Aphoriſmus de ea ſanguinis vomitione quæ fit apertis vaſis, (non autem ruptis aut exeſis,) vt nimirum ramuli illi qui à ſupremo ramulo ſplenico in ſtomachum mittuntur, collecta ſanguinis à copia dehiſcant, & in ventriculum, per anaſtomoſin ſanguinem effundant, citra vaſculorum aut ſtomachi vitium. Nam ſi hæc vomitio fiat à ruptis vaſis, talis non inhibebitur erumpentibus menſibus : ſed peculiarem ſui rationem requirit. Hunc Aphoriſmum explicat Galenus 5. Methodi 2. fol. 116. Nobilis puella Leydæ menſtrualis cùm eſſet, ruptum illi vas fuit in pulmone à catarrho acti. prodeuntibus menſibus nihil auxilij ſenſit. omnibus tentatis, obiit. Quinque aliis, inter quas vna matrona, palindrome ad laryngem fuit, in eaque cancri lethales: duæ exeſis carotidibus foras prodeunte ſanguine abreptæ fuere, ſuffocatæ à conniuente larynge.

Hiſtoria.

XXXIII.

Γυναικὶ ἧς κατεμηνίων ἐκλειπόντων, αἷμα ἐκ ἧς ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν.

Sanguinis è naribus eruptione extruſi menſes.

XXXIII. Mulieri ſuppreſſis menſibus, ex ſanguinis è naribus profluuium bono eſt.

Dixit priùs de locis incommodis quibus ſanguis effunditur, iam de commodis.

1 Talis haimorrhagia inter cæteras principatum obtinet, generiſque nomen ſibi adoptat. Suppreſſio menſtruorum plethoricam adfert affectionem. Quatuor autem ſunt viæ per quas hæc plethora auerſione amouetur: aut enim haimorrhagia, aut vomitione, aut haimorrhoïdibus, vel dyſenteria cruentâ. Auerſio autem ea quæ fit vomitione, periculo non caret: nam quamuis ſanguis non arguat calamitatem partium vnde manat; ſi tamen cunctetur in ventriculo, lipothymiam & mortem etiam ſæpè adfert. Vt ſit calamitoſa hæc auerſio, non ratione refluxus, ſed ratione partis per quam effluit. Similiter periculi plena eſt auerſio per dyſenteriam, quòd hæc materia etiam in inteſtinis interdum grauiſſima excitet ſymptomata: ſic etiam quæ fit per haimorrhoïdas. fœliciſſimè autem euenit hæc auerſio per haimorrhagiam. Profluuium vteri: hoc eſt, ſi liberaliter ſanguis fundatur.

2 Neque enim arguit calamitatem partis vnde effluit: ſignificat enim vias eius iam eſſe apertas, quæ priùs naturæ incommodo erant occluſæ. Neque vlla ratione calamitoſa eſſe poterit parti per quam fluit: eò quod fluat continenter per vaſa, neque in magnam capacitatem fluat, vbi corrumpi vel conglomerari poſſit. Sed dicet quis, Si ſcopus eſt, vt naturæ conſilium medicus ſequatur, cur igitur ſuppreſſis menſibus iubet Galenus potiùs tundi venam poplitis vel malleoli pedis, quàm venam axillarem? imò ipſe vult inhiberi fluxum menſtruorum apertâ venâ brachij. Reſponſio eſt, Si id ſtudeas vt fluant menſtrua, poplitis vena neceſſariò eſt ſecanda. ſi verò ſtudeas vt plethoram tollas, (imitando id quod hoc Aphoriſmo ſcribitur) axillaris è directo eſt pertundenda. Vt ſi à menſtruorum ſuppreſſione ardenter febricitat, quia febris maximè vrget, non in menſtruorum euocationem, ſed in febris curationem erit incumbendum, ac vena bra-

Dubium.

chij pertundenda: vt etiam in pleuritide & peripneumoniâ. In ſanguinis effuſione vltrò obortâ, vide vnde, quò, quà, & quamobrem fluat; & num onere preſſa natura onus excutiat. Notandum, quod à me vſu obſeruatum fuit, in hac haimorrhagiâ, menſium ſuppreſſione quæ excitatur, longe aliâ ideâ ſanguinem ferri, quàm in vulgari haimorrhagia: Hic enim prodit intermixtus thrombis ac fruſtis.

Notandum.

XXXIV.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑὸν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῆ, κίνδυνος ἐκβῶναι.

XXXIV. Mulieri grauidæ ſi aluus profuſior ſit, abortionis periculum imminet.

Nam fœtus hinc fraudatur genio ſuo, infirma reddita matre, imò extinguitur fœtus tetro à vapore excrementorum quæ per inteſtina feruntur, nam inteſtinis incumbit vterus: vnde vena tetri fœtoris offenſione agitatur: Sine illud aluj profluuium fuerit diarrhoëticum, ſiue lientericum, ſiue dyſentericum. Nam in omni profluuio fit minor alimenti diſtributio, vnde vires fœtæ debilitantur, & genio fraudatur ſuo fœtus: accedunt præterea inſomnia, cum & crebra adeſt ſurgendi de nocte neceſſitas in tali profuſa aluo: & plerumque nutritioni dicata vnà cum fœdis abiiciuntur. Ob ſocietatem quæ vtero eſt cum inteſtinis, facilè horum affectio in vterum deriuatur. Ita nuper cùm mulierculæ quædam párere non poterant, in ipſa parturigine iuſſi plurimis mollem clyſterem iniici inteſtinis, ac ilicò peperere. Ita vt iam aput nos id agere incipiant mulieres nobiliſſimæ. Clyſter ſit ex decocto herbarum emollientium, vt maluæ, althææ, parietariæ, tapſi barbati, chamameli, artemiſiæ: colaturæ adde ſaccharum, oleum amygdalinum dulce: & drachmam ſalis communis. Quod verò vterus grauiter afficiatur ab inteſtinis, ſæpè à me obſeruatum, dum præfocationi obnoxiis propinatur purgans pharmacum, tunc ſanè grauiſſimè affligi ſolebant.

Hiſtoria. & curatio.

Obſeruatio practica.

XXXV.

Γυναικὶ ὑστερικῶν ἐπιλαμβάνῃ ἡ ἀνοσίη, πλατυὶς ὀπτηρώμενον ἀγαθόν.

Vterina ſuffocatio, & partus difficilis.

XXXV. Vterinæ mulieri, aut ægrè parienti, oborta ſternutatio eſt bona.

1 Quæ vteri ſymptomatis infeſtatur, hoc eſt, quæ præfocatur ab vtero : ſublato ſcilicet reſpirationis vſu à ſeminis venenata qualitate, & extincto calore, aut inde impeditis reſpirandi inſtrumentis.

2 Infirmitate fœtus aut vteri: non ab oſſium mala conformatione, vel à malè affecta ceruice vteri, vel à fœtus in dorſum aut pedes prodeuntis malo ſitu: iis enim in caſibus nihil iuuat ſternutatio.

Vbi non iuuet ſternutatio.

3 Nam inde ſignificatio fit calorem ferè extinctum redintegrari, quodque ea concuſſione expellatur materia ſeminis, quæ eius mali erat cauſa, quodque fœdus vapor, qui (natus à menſtruorum corruptione, vel à retento ſemine) caput ac diaphragma feriens, reſpirandi vim intercipiebat, excludatur. In omnibus morbis acutis præclarè facit ad ſalutem ſternutatio: ſed ſi euenerit à thoracis & pulmonum affectibus, mala eſt, vt ſignum, & vt cauſa. Vt ſignum, quia ſignificat malam anathymiaſim ad cerebrum aſcendiſſe à partibus ſpirabilibus. vt cauſa, quia hæc quaſſatio has partes magis diſrumpit. Vbi verò parturigo non ſuccedit ex ſententia, ſaluaris eſt ſternutatio, etenim ad inferna validè propellit diaphragma, compreſſo epigaſtrio, hinc ad inferna pellitur valido niſu vterus. Nos parum piperis & galangæ naribus vt ſorbeat iubemus: miſcemus interdum parum albi ellebori, maximeque quid

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 453 sur 513

Remedium optimum ad difficilem partum & ad retentas secundinas: ostenobis compertum.

euphorbij. Sed antea propinamus hoc remedium: Accipe cinamomi electi drachmas duas cum semisse: myrrhæ optimæ scriptulos duos: succini candidi sesquidrachmam: rubiæ tinctorum, castorei, cuiusque scriptulum: boracis, semiscriptulum: croci grana quinque. misce. fiat pulvis subtilissimus: capiat drachmam vnam cum vino albo, & saccharo. Eliso fœtu, cùm secundæ retinentur, hoc puluere propinato, illicò redduntur: nam tunc, haimorrhagiæ metu, non fouemus. ὑστέρα, vterus: τὰ ὕστερα, secundinæ, hoc est, chorion.

XXXVI.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἀγάγοντα, καὶ μὴ καθ' ἑαυτὰ οἷόν τε ἀπορρύεται, διαφθορὰν δηλοῖ σημαίνει.

Mulieri vt cautè purgatio præscribi possit.

XXXVI. Mulieri si fluxerint menses 1 decolores, qui nec eodem modo benè 2 respondeant, purgatione 3 opus esse significat.

1 Si aut sanguis menstruus propriæ substantiæ ratione in vitio sit, aut alieni humoris permixtione infectus.

2 Vt periodi vtriusque (hoc est vt singulis mensibus hoc est 29 diebus eueniant: & tunc septem diebus fluant) & excretionis modi ratio desideretur: vt si non decenti fluxu fetantur, sed liberaliori, vel parciore. In mulieribus mulierosissimis tempus menstrualis profluuij est dierum septem: ita vt intermissionis dies sint viginti duo: in mediocribus verò mulieribus, quattuor vel quinque dierum profluuij tempus est, & vigintiquinque dierum intermissionis tempus. In viragine verò vigintiseptem intermissionis, & duo profluuij. Desideratur igitur ratio periodi, si menstrua cunctantur vel anteuertunt: vel si biduum fluunt, quæ olim triduum fluere solebant. Modi autem desideratur ratio, si guttatim vel ἀθρόα, celeriùs vel tardiùs; copiosiùs, vel minùs copiosè fluant.

3 Vniuersali & singulari corporis totius atque vteri. Sanguis menstruus propriæ substantiæ corruptione est in vitio, si sit melancholicus, si colore sit meracus, ex resolutione partium. Alieni autem humoris permixtione infectus, si admixtam habet pituitam, bilem, vel melancholiam, aut serum. Purgatio vniuersalis totius corporis fit, adhibito eo pharmaco, quod respondet ei humori quo sanguis est infectus. cuius quidem notæ percipiuntur in linteis mulieris menstruosæ. Particularis verò vteri purgatio adhibetur, si causa consistat in vitio & infirmitate excretricis vteri, vel in materiæ contumacia, vel in meatuum angustia. Vniuersalis purgatio his instituatur ex idea eius humoris qui in sanguine emanante in vitio esse videtur. Si pituita in vitio est, agarico: si bilis, rhabarbaro: si melancholia, sennæ foliis vacuetur. ita vel melle aut syrupo rosato; nam is etiam menses euocat. Sed in particulari purgatione instituenda rimandæ sunt causæ tardantium mensium: hoc enim illis euenit conniuentibus osculis venarum vteri, vel quòd inflectitur ad dorsum vel ad latus vteri os, vel quòd duritie id obsideatur, aut quòd compactior sit substantia vteri: vel sanguis peccet parcitate vel crassitie. Vbi crassities in vitio est, diætam incat attenuantem succos: suffitusque fiat aromatum, & pessi præscribantur. Potio instituatur, ex vino cui incoxit calaminthe, vel pulegium, aut abrotanum. Sed priùs purgetur corpus: quod familiaribus his pilulis ego maximo cum successu facio. Accipe aloës vnciam vnam; myrrhæ, gentianæ, aristolochiæ, dictamni, croci. cuiusque semidrachmam: rubiæ maioris, mithridatij, cuiusque drachmam: cum syrupo de artemisia. fiat massa. capiat pro dosi pilulas quattuor vel quinque cottidie, manè decem aut duodecim matutinis continuis, ante solitum tempus purgationis menstruæ.

Remedium.

Causæ menstruorum tardantium.

Pilulæ menses elicientes.

XXXVII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὧν οἱ μαζοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται, διαφθορὰν δηλοῖ.

Abortus nota.

XXXVII. Mulieri ingrauidatæ si mammæ 1 repentè 2 extenuentur, 3 abortit.

1 Vt nulla excusatio tabescentis corporis totius adferri possit à viscerís alicuius iniuria.

3 Quæ priùs erant solidæ & succi plenæ cùm fœtus mouetur, tunc inturgescunt mammæ. Hoc fit tertio, quartóve mense.

3 Quod fœtum suo genio defraudari significat, vt eo nutriendo sanguis necessarius satis esse non possit: eóque fœtus defraudatus aliò tendit: vel quòd graui morbo vterus teneatur, vnde anadrome sit sanguinis in vterum. dicat quis, cibum sumunt fœtæ: igitur nutricatus non deest, & diu post puerperium lacte nutriunt fœtum. Igitur abortus non fit à plenitudine in vterum ruente. De sterilibus initio pag. 387. Quæ, dicit, corrumpent fœtus, his mammæ gracilescunt. si verò iterum durescant, dolor erit in mammis, vel coxis, aut oculis, aut in genibus, & non corrupta fœtus. Quomodo durescent rursum mammæ, nisi recurrat materia ab vtero? Quòd hæ partes dolent, fit ob recursum sanguinis ad vterum. 1. De morbis pag. 313. Quare vtroque modo, & ab inopia alimenti, & à subito recursu ad vterum in fieri memo negauit. Admonet nos hoc aphorismo, vt caute medicinam faciamus, ne in calumniam trahamur. Quasi dicat, Vbi notæ hæ in grauidâ appârent, vide ne quid remedij præscribas, vnde quis existimet te abortum promouisse: qui iam sponte naturæ eueniet.

Cautio pragmatica.

XXXVIII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὧν ὁ ἕτερος μαζὸς ἰσχνὸς γίνηται διάνισμα ἔχουσα, διάτρησιν ἐπιδρώσκει· καὶ ὧν μὴ ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν· ὧν καὶ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

XXXVIII. Quia & mulieri grauidæ si altera mamma 1 extenuetur, ac gemellos gerat, alterum abortit. Ac si dextra quidem extenuetur, 2 matem abortit; si autem sinistra, fœminam.

Intelliguntur duo hi Aphorismi, modò nulla excusatio adferri possit inediæ. Nam loquitur Hippocrates de inchoata extenuatione. Quum verò mamma sola inter omnes partes quæ sub sensum cadunt, duplices habeant venas; proprias quidem, quibus sanguinem ad lactis generationem alliciant: ideo quoque in mammis duplex consideratur extenuatio, propria, quæ est ab alimenti inopia, vel à vitio nutricatus, quo ipsarum membrana collabuntur: & communis ea est mammis extenuatio, cùm scilicet venis, quæ officium habent, copia sanguinis denegatur, quòd fœtus validior & alacrior plurimum nutrimenti capiat per venas epigastrij quas veluti oculo excipiunt venæ mamillares. Fœtus enim tantum absumit ad sui nutricatum, vt non sufficiat materia generando lacti, aut sanguini quo fœtus nutritur. Quare non eadem ratio est extenuationis harum partium, quæ aliarum partium: mammæ enim non sibi, sed etiam fœtui alimentum conficiunt. Praterea hic loquitur de extenuatione non propria, sed de ea qua habitus ipse subsidet. Sed rogabis, An, vt contrariarum contrariæ sunt indicationes, mammarum extenuatio abortionem significat, ita earundē distentio, prosperā ingrauidationē significet. Dico quòd nō. Æque enim distētio appāret ad abortionē, atque extenuatio. Si enim fuerint mammæ sanguine distenta

Mammæ solæ duplices habent venas.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 454 sur 513

diſtentæ plus æquo, arguunt ſummam fœtus imbecillitatem. Ex euentu fieri poteſt vt vtrumque fœtum abortiat. Vterus duos tantùm habet ſinus: quare ex lege naturæ duos tantùm fœtus poteſt ſuſcipere. Plures quidem aliquando ſuſcipit, imò ſex, non quòd tot ſint in vtero ſinus, vt volunt Arabes, ſed hoc fit per ſuperfœtationem: ideóque illi poſteriores fœtus non poſſunt eſſe vitales.

Fœtus quot vitales.

Cauſa maſculi vel fœminini fœtus.

1 Tranſlato ad vterum ſanguine ad fœtus nutricatum ex inopia laborantis.

2 Quia fœtus qui mares ſunt, dextra: fœminæ verò ſiniſtrâ vteri parte continentur. Vaſa ſpermatica dextrâ quidem parte ducuntur ex tunicâ venæ cauæ; ſiniſtrâ, ex vena renali: ideò ex dextra parte excernitur ſemen calidius, ſiccius & elaboratius, maribus procreandis aptiſſimum: è ſiniſtra ſemen frigidius, aquoſius, nec æquè elaboratum, fœminis procreandis aptiſſimum. Aliquando tamen contra naturam vaſa hæc dextrâ parte ducuntur à vena renali; & ſiniſtrâ à trunco venæ cauæ: in talibus corporibus fœtus mares ſiniſtra corporis parte; fœminæ, dextra parte continentur. Imò aliquando vtrinque hæc ducuntur à trunco cauæ venæ; aliquando vtrinque à vena renali. Verùm Hippocrates docet quid in natura ritè conformata eueniat, & quid plerumque accidat.

6. Epid. cum 2. Aph. 29. & comment. 3. Aph. 37. 6. Epid. 4. 27.

XXXIX.

Suppreſſorum menſium notæ.

Ἢν γυνὴ μὴ ᾖ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, πάυτη τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.

XXXIX. Si mulier neque 1 prægnans neque puerpera lac habeat, huic ſuppreſſa ſunt menſtrua.

Virgines lac fundunt aliquæ.

1 Sed à partu expedita. Ex eo lacte ſignificatio eſt boni ſanguinis & integræ mammarum partis quæ lac facit. Bonus is eſt ſanguis qui eſt dulcis, purpureus, mediocriter craſſus. Hinc adeò accidit vt ſi virgines huiuſmodi ſanguine abundent, & ab ea ſanguinis copia menſes ſupprimantur, niſi eiuſmodi plethorâ aut ſanguinis emiſſione, vel vomitu, vel per haimorrhagiam, aut per haimorrhoïdes vel per dyſenteriam haimatoden excernatur: & ſi his mammæ calidiores fuerint, & atterantur; eò aliquando is poterit decumbere, & in lac conuerti. Quin interdum attritu papillarum viris lac etiam naſcitur, vbi ea ſanguinis ſuppellex. Nam lac ſolùm eſt elegantior pars ſanguinis, quæ (vt natura hominem à crudelitate auocet) à glandulis mammarum in alborem abit. Sed non ita copioſum id lac manat quod mulieribus extra grauiditatem ac lactationem euenit. Quod tamen rarum eſt in virginibus, nam prouidentiâ naturæ (quæ vis quædam eſt à Deo inſita) gignitur lac in mammis, fœtus causâ. Vnde ea prouidentia? ab animantium opifice, inquit hîc Galenus. Octauo & nono, dicit idem Galenus, grauidationis menſe, turgent venæ vtero & mammis communes.

Viris vnde lac.

Lac quid.

XL.

Γυναῖκα ἰσχόυσαν ἐς τὰς τιθὰς γάλα συμφέρει, μαστὸν σημαίνει.

XL. Quibuſcumque mulieribus 1 ſanguis in mammis* colligitur, 2 phanaticæ fiunt.

** vel, conglomeratur.*

1 Si is ibi collectus cunctando putreſcit vel exardeſcit: ſi putreſcit, inde inflammantur mammæ. ſi exardeſcit, ardore eo in atrorem vritur. Συρροὴ eſt omnis tumor præter naturam.

2 Quia ibi permanet pepaſmi expers. Cùm fluit à ſuppreſſis menſibus ſanguis in mammas, pro ipſius ſanguinis conditione, & partis in quam fluit temperie, aut phymatis, aut furoris conſecutionem adfert. Si enim ſanguis is fuerit bonus, & natura partis integra, natura lac ex ea generabit. Si verò ſanguis propriæ ſubſtantiæ corruptione vel alterius humoris admixtione in vitio fuerit, eius partis in quam effluit, ſubſtantiam labefactabit: & omne genus phymarum pro varia corruptionis conditione, vel humoris mixtura, generabit. In aliis quidem phlegmonem, in aliis cancrum, in aliis aliud, vt hic in ardorem, vnde ambuſtus ſanguis, fuligines nigras in cerebrum effundit, indeque melancholeſcunt: vel fit eò metaſtaſis ſanguinis incendio conflagrantis. Vnde fit mania, hoc eſt furor febris expers. Nam ea mania quæ febris eſt particeps, phrenitidem ſequitur. De hac non loquitur in hoc Aphoriſmo. Niſi prouocentur menſes, hinc cancri naſcuntur. Lac, inquit Galenus hîc, tanto eſt ſanguine frigidius, quanto hepar eſt glandulis calidius. Si igitur in mammis ardore vratur ſanguis, in lac abire non poterit. Nobiliſſimam vidi puellam, annorum viginti, cui non ex ſententia reſpondebant menſes. huic glandula in mamma indurauerat. author eram vt menſes excitarentur, ac mollia remedia imponerentur. Illa ad empiricum abiit, qui cauterium impoſuit, ac mammas cum thorace exedit, vt anima thorace prodiret. Frequentique impoſitione acrium remediorum cùm in tumorem à ſanguinis affluxu abiiſſet diu, in verum cancrum degenerauit.

Hiſtoria.

XLI.

Γυναῖκα δεῖ ὅκως εἰδέναι ἢ κύει, ἐπὴν 1 καθεύδειν μέλλῃ 2 μελίκρητον διδόναι πιεῖν, ἢ δεῖ μὲ 3 πρόσω ἔχειν περὶ τοῦ γαστέρα, κύει· δεῖ δ᾽ ὠὶ, οὐ κύει.

Mulier curanda nam ſit grauida.

XLI. Si noſſe velis an mulier vtero gerat vel conceperit, iam iam 1 dormituræ melicratum 2 bibendum exhibeto: quòd ſi alui 3 tormina infeſtentur, concepit; ſin minus, non concepit.

1 Nec incœnatas. Eo enim tunc tempore crudum melicratum excitare poteſt tormina.

2 Crudum. fit ex vna parte mellis, & decem aquæ.

3 Nam ventos inteſtinis ingenerat crudum mel, qui retinentur turgido ab vtero preſſis inteſtinis. Sed non ſit familiaris mulieri colicus dolor, nec æſtuet corpore; id enim diſſicit ventos. nec aſſueta debet eſſe melicrato: nec ſit durâ aluo: nam vt in hac venti facilè euaneſcunt, ita in illâ facilè retruduntur ac retinentur. Hæc ſanè ratio contingunt, nec inter ζυγὰ ἁμαρτία Hippocratica agnoſcitur hic Aphoriſmus. Grauiditatis tria ſunt τεκμήρια. Primum, ſi rem habuerit cum viro. ſecundum, ſi ſeptem dies ſemen continuerit, eiusque nihil excreuerit. tertium, ſi os vteri cum mollitudine ita ſit coactum, vt ne acus quidem acutiem admittat. Præterea ſi venter & abdomen quodammodo collabitur & quodammodo deprimitur, colligente nimirum ſe vtero, vt arctiſſimè ſemen contineat. Communia ſigna ex vrina & pulſu petuntur: pulſus enim non ſunt maiores, niſi fœtu iam abſoluto. Galenus hæc tormina ad anguſtiam quæ fit ab vtero in recto inteſtino refert. Sed dicas, in initio grauiditatis (de quo ſolo tempore hîc loquitur Hippocrates) vterus, qui recto inteſtino incubat, vndique ſe colligit, minuſque illud inteſtinum premit. Igitur illud inteſtinum non fit arctius, ſed amplius. Hoc autem ampliore reddito, & reliqua inteſtina fiunt ampliora. Hic igitur Aphoriſmus non caret ſuſpicione mendi. Quid ſi legatur, quod ſi non infeſtetur alui tormínibus, concepit. Nam quod omnibus commune eſt, non poteſt eſſe proprium grauidæ. Noſtræ mulieres dant baſtardicum, hoc eſt paſſum vinum cũ ſaccharo,

Tria ſigna grauiditatis propria.

Communia grauiditatis ſigna.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 455 sur 513

©BIUM

& lac dulce, quo moueat se fœtus: sed id ineunte conceptu locum non habet. Nam etiam, grandiore iam fœtu, manum calidam vmbilico imponunt: mouet se fœtus ad illam teporem.

XLII.

Τῶν ἔλκῶν, ὧν μὴ ἄῤῥην κύει, 1 ἄμεινον ὑγιᾶναι· ὧν δὲ θῆλυ, 2 χεῖρον.

Num marem vel fœminam gestet.

XLII. Mulier grauida si quidem marem concepit, 1 colore est viuido: sin autem fœminam, 2 fœdo.

Aphorismus hic non semper habet locum, nisi cætera sint paria, vt victus ratio, & talia. Ratio autem Aphorismi est: Qualis sanguis fuerit, talis est color: quia color similis efflorescit humoribus. Mas generatur à meliore sanguine, & elaboratiore semine; ab his verò mulier viuidior euadit.

1 Hoc est, est colloratior quàm cùm fœmellam gestat esse solet. nam committit eandem mulierem sibi ipsi.

Certa signa maris vel fœmellæ.

2 Non tam bono colore, ac cùm marem gestat, & lentigine obfideatur facies. Mas tertio, fœmina quarto mense mouetur. In mare aiunt fœtu oculi dextri pupillam maiorem ac nitidiorem esse, & dextras arterias turgidiores & commotiores, venasque sub lingua dextras tumidiores, vt etiam mammam dextram: vtrique dextras partes.

XLIII.

Vteri erysipelas.

Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐς τὴν ὑστέρην ᾖσι, θανατῶδες.

XLIII. Si mulieri grauidæ in vtero sit erysipelas, funestum.

Ob febris vehementiam, spirandi difficultatem, & ob summam curandi erysipelatis difficultatem. Eò quod, ob metum fœtus nullum medicamentum vtero adhibere audeat, quo illa materia vel discutiatur, vel concoquatur. Propterea quòd erysipelas ad sui curationem venæ sectione indigeat huiusmodi verò auxilium & fœtui & fœtæ est periculosissimum. Vtero magna cognatione principes partes iunguntur. Funestum id maximè fœtui ob ardorem & interceptionem alimenti: conniuent enim inde ora venarum uteri vnde fœtus nutritur, in tali tumore. Iuuenculam vterum gestantem tractaui hic nuper, cui tale quid euenit: ardentissimè febricitabat, secta fuit vena, clyster iniectus. Die trigesimo quarto abortiit semiputridum fœtum. Perpetuò febricitabat: interdum aluus liquidis ferebatur: suffocatio uterina sæpè angebat. parum dormiebat: fœtorem sentiebat ipsa. Iulapium ex cichorei aqua, cum sirupo de acredine citreorum assumebat. tandem euasit. Verùm hoc non fuit erysipelas exactum. Seniori olim adfui mulieri grauidæ; hæc primis diebus vehementer æstuabat ab utero: vena fuit secta; lenita aluus. tertio die obiit vnà cum fœtu.

Historia.

XLIIII.

Abortus causa.

Ὁκόσαι φύσῃ 1 φύσιν λεπτὴν ἐσόυσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, 2 ἐκπρώσκουσι ὡρίῃ· ἢ 3 παχυνθῶσιν.

XLIIII. Quibuscumque grauidis extenuationis 1 summa sunt omnia, 2 abortiunt 3 priusquam habitiores fiant.

1 Hoc est, in quibus non inchoatæ, sed perfectæ extenuationis signa appârent: qualis extenuatio esse solet ab exhaustu partium solidarum, vbi nulla spes est redintegrationis. Vt si longo à morbo defraudatæ fuerint suo genio: quo tempore ad conceptionem sunt aptiores, vtpote purgatiores.

2 Bimestres: hoc est, simulatque fœtui nutricatu est opus, vt solet esse bimestribus, nec antè. Nam cùm mulier sit extenuata, sibi solùm cibum capit, indeque fœtus inopiâ redditur infirmus. nam quo modo fœtum alet, si sei ipsam fœta non aluerit? Tres enim sunt causæ abortus continentes, fœtus imbecillitas, nutricatus inopia, & vinculorum quibus fœtus vtero alligatur laxitas.

3 Vel ante illud tempus, scilicet trimestris grauiditatis.

LXV.

Ὁκόσαι μειρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκπρώσκουσι θᾶσσον, 1 ἢ ὀψιμώτερον 2 ἄτερ σφοδρότητος φανερῆς, τούτοισιν αἱ κοπρηδόνες 3 μέζους μεσαί εἰσι· καὶ ὀδυνᾶται κρατεῖν οὐκ ἐθέλουσι τοῦ βάρεος τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' 4 ἀπορρήγνυται.

Abortus aliæ causæ.

XLV. Quæcumque verò corpore benè constituto bimestres, atque etiam 1 trimestres abortiunt, nullâ 2 incidente abortionis causâ, his sanè 3 cotyledones mucco abundant: eoque fit vt præ grauitate fœtus potentes esse non possint, sed 4 diffumpuntur.

Superiori Aphorismo abortionis causa consistebat in alimenti inopia: hoc autem in secundinarum & vinculorum vteri laxitate. Fœtus enim alligatur secundinis, secundinæ verò vtero. Secundinam constituunt illa venarum & arteriarum oscula, qua cotyledones appellamus. Quæ secundinæ diuelluntur, si vasa ac oscula illa mucco plena fuerint. Plena autem erunt, si mulier cœli morbo, aut diæte vitio colligat in capite copiam pituitæ viscosæ, crassæ & gypseæ, à sanguinis concretione segregatæ, quæ neque per os, neque per nares, aut intestina, vel vesicam excludatur: sed perenni fluxu in vterum delabatur. Vt igitur fœtus conseruetur; exhauriendum est cerebrum ea pituita; vel aluo est deriuanda. Purgatio ergo instituatur ex agarico & rhabarbaro commodis mensibus, vel etiam ante ingrauidationem. Matronæ quædam sæpius abortierat, pituitosa naturâ: cùm verò medicinarum vsum iniit, fœliciter gestationem perfecit.

Secundinæ quid.

Hipp. 1. De Mor. mul. & lib. De superfœt.

Practica observatio.

1 Quia quibus mensibus fiunt labores, iisdem fiunt abortiones, si cotyledones mucco circumfluant. dicit, si fuerint corpore benè constituto, vt nulla excussatio adsit extenuationis, aut obesitatis.

2 Nulla valida suborta euacuatione, aut vteri affectione; non ictu, casu, aut animi perturbatione: denique nulla re quæ aut fœtum infirmiorem faciat, aut suo defraudet genio, aut vteri secundarumque vincula laxet, vietaque faciat. nec fœtorem grauem naribus conceperit. nec vociferatio valida præcesserit.

3 Hoc est, venarum & arteriarum in vteri fundo oscula.

4 Hoc est, à cotyledonibus secundinæ diuelluntur.

XLVI.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχύτεραι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν τῇ γαστρί, τούτοισι τὸ 1 ὄμφαλος τὸ σῶμα τῆς ὑστερίης 2 ἀναπίπτει, ἢ ὡρίη ἢ λεπτυνθῆναι, ἢ 3 κύσαι.

Conceptio vt felicitetur.

XLVI. Quæcumque [non naturâ, sed educatione] supra modum habitæ concipere nequeunt, iis 1 omentum os vteri 2 comprimit; nec 3 antè concipiunt, quàm graciliores fiant.

Vt concipiant hæ, author est Hippocrates vt phlegmagogis vacuentur, ac dein vt vterus purgetur: tandem vt illa dentur quæ flatus gignunt. hi enim expandunt contractum nimis vterum. Sagax natura id sæpe postulat à muliere iam iam ingrauidata; quæ miro desiderio iam tunc fertur in poma, ceruſsa, pruna, aliáque quæ in flatus fœcunda sunt. Quare vteri os & collum non verti ad latus aut dorsum debent; nec præcludi debet callo aut omento, nec lentè in se rapere debet vterus.

Cur varia appetant ingrauidatæ. Vteri os & colli vterini os.

1 Hoc

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 456 sur 513

1 Hoc Philotheus refert ad pinguedinem vtero adnatam: Galenus propriè ad dictum omentum; ita ſcilicet, vt collum vterinum quod adnexum eſt ori vteri, comprimat adeò, vt aditu ad vterum ſemen viri prohibeantur. Ita nimirum vt pudendum muliebre primo ſit loco; ſecundo, collum vteri; tertio, os vterij quarto, ipſe vterus. Hæc ſectio corporis humani apertè monſtrat.

Ariſt. 2. De part. animal. 5. Et 1. De generat. animal. 18.

2 Eoque fit vt ſemen virile os vteri rectâ ſubire nequeat: ſed in via refrigeratum corrumpitur. Et his ſanguis in corporis molem abit.

Sterilitatis cauſæ.

3 Sterilitatis multæ ſunt cauſæ, aliæ ex euentu, aliæ per ſe. Hæ craſſæ, ex euentu ſunt ſteriles: quia virile ſemen excipere nequeunt ob pinguem aqualiculum, qui os vteri comprimit. Quòd ſcilicet hominibus maximum ſit omentum; ampliuſque quàm boui, pro ratione ſui corporis.

XLVII.

Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ 1 ἰσχίῳ ἐγκαθῆται διαπυήσαν, ἀνάγκη 2 ἔμπυον γενέσθαι.

XLVII. Si vterus 1 coxendici incubans ſuppuret, 2 emmotum vlcus fieri neceſſe eſt.

1 Ab excitata phlegmone in vtero; ſi peruertatur vterus ad coxam.

2 Sinuoſum vlcus ſit: ad cuius curationem conceptis linamentis opus eſt. Nam per emmotum ipſam affectionem denotat: alioqui ſignificat remedium quod ſinuoſis vlceribus admouetur, ad abſorbendam materiam humoremque illum qui ibi cunctatur. Hoc autem remedium varium eſt, pro varia eius figurâ & materiâ. figura, nam interdum refert ellychnij formam, interdum glandis. materiâ, alia fiunt ex argento, auro, plumbo; alia ex materia ſolida, alia ex perforata.

Ratio Aphoriſmi.

Ratio Aphoriſmi eſt, quòd non ſolùm, ex ipſa parte quæ vlcus concepit, materia illa educi debet, ſed etiam ex vtero, vnde perpetuò noua materia ſuppeditatur. Quaſi dicat, euacua ergo totum corpus, ne fœdi ſuccii irruant in vterum affli&tum, & quæ fœda in vtero ſunt, illa peſſis prolice. hoc eſt, vt os vteri rectum fiat ſtude, vt effundere omnia contaminata poſſet, ne ad vlceris incrementa faciat. Suidas ſcribit μοτάριον eſſe, quod vulneri immiſſum prohibet coalitũ; vt iam ſtrepta ſunt. Falluntur medici qui pro iſchiadica affectione hunc affectum medicantur, venam malleoli incidendo. Nam & ipſæ mulieres falluntur ſæpè, exiſtimantes ſe iſchiade laborare, cùm claudicent interdum altero crure. vide Rouſſetum de partu Cæſareo in fine capitis noni.

XLVIII.

Ἔμπυα τὰ ἐπ' ἀρίστερα ἐν τοῖσι 1 δεξιοῖσι· τὰ δὲ δεξιὰ, ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι 2 μᾶλλον.

XLVIII. Fœtus qui mares ſunt, 1 dextra; fœminæ, ſiniſtra 2 magis ſunt.

1 Quia dextra parte calidior eſt vterus & ſolidior; & ea parte nutricatum fœliciùs mitigarum ſuſcipit: nam ea pars eſt collocata κατ' ἴξιν ad hepar. Sic ait 2. Epidemiõn, circa naturam magnam vim habet oculus dexter. quaſi dicat: Dextrâ validior eſt homo, quàm ſiniſtrâ. Hinc quoque affectiones contra naturam potiùs eueniunt ſiniſtra parte, quàm dextra. Si tamen in dextram inciderint, longè ſunt periculoſiores, quàm ſi in ſiniſtram. Antiqua eſt hæc ſententia à Parmenide & Empedocle prodita. Attamen ea interdum vis eſt ſeminis, vt vtroque ſinu maſculos profetat.

2. Epid. vltima ſect.

Ariſt. 4. De gener. animal. Hippocr. 6. Epid. initio.

2 Quia hoc non eſt perpetuum: quibus enim dextrum vas ſpermaticum à renali, & ſiniſtrum à vena caua deſcendit, iis ſiniſtra mares, dextra verò vteri parte potiùs fœminæ geſtantur.

XLIX.

Ἐς ὑστέρων ἐκπύησιας 1 πλεῖστον ὀπίσθιοι, ὀπισθοτόνους τοὺς μυκτῆρας 2 καὶ τὸ στόμα.

Ad ſecundinarum excluſionem quid conferat.

XLIX. Vt excludantur ſecundinæ, adhibito 1 ſternutatorio, comprimere 2 oportet nares & os.

Cùm natalis eſt puer, vt menſe 7, 9, & ad ſummum, inquit Holerius, 10, copulationes ſecundinarum cum acetabulis ſiccantur & ſoluuntur, & ſenſim cum fœtu nato iam prodeunt. Sed interdum rumpitur vmbilicus, vt cùm inuoluitur fœtus collo. Hinc phlegmone, febris, rigor, à putridis ſecundinis: quæ niſi excludantur, vel ſicò vel ante octauam plerumque enecant.

Ad ſecundinas retentas præcellens remedium.

1 Ex ellebori puluere, cum caſtoreo, maximeque euphorbio. Holerius propinat ſuccum artemiſiæ cum vino expreſſum. Ego ſummi Dei beneficio plurimas liberaui hoc puluere, Accipe cinnamoni electi drachmas duas cum ſemiſſe: myrrhæ optimæ ſcriptulos duos: ſuccini candidi ſeſquidrachmam: rubiæ tinctorum, caſtorei, cuiuſque ſcriptulum: boracis ſemiſcriptulum: croci grana quinque; miſce. fiat puluis ſubtiliſſimus. capiat drachmam ex vino, adiecto ſaccharo.

2 Quo denegato ſpiritui exitu qui à cerebro excluditur, in partes inferiores irruat. Corrupta autem vena quæ in vmbilicum inſeritur, editur fœtus ſine ſecundinis. Quæ, ſi in vtero remanſerint, ſtatim corrumpuntur, & ſubitariam mortem inferunt. Agitato autem per ſternutationem vtero, excutitur ſecundina. Admoneant Medici tunc obſtetrices ne vnquam digitum ab interno ore vteri amoueant: dum enim à digito irritatur, rectum manet id, ac ſæpe hac irritatione excludit ſecundinas laceras. digitusque ab altera manu perpetuò madeſcat oleo lilino, cum croco & myrrha, & muccagine ſeminis pſyllij. Si abſtulerit obſtetrix digitum, vertet ſeſe ilicò vteri os, ac ita conniuebit, vt nulla poſteà arte aperiri poſſit. Cautio obſtetrici adſit hæc, ne vnquam trahat validè vmbilicalia vaſa, tenerrimis enim à ſecundinis facilè auelluntur. Antiqui propterea fœtum, integro adhuc vmbilico, vteri aqua pleno imponebant, ac ſenſim effluente aqua ſidebat vter, modeſtoque lapſu ſecundinas vnà proliciebat.

Cautio practica.

L.

Γυναικὶ τὰ 1 καταμήνια λίαν ῥέοντα ἐπισχεῖν, σικύου ὡς μεγίστου φορὰς τὸν 2 πίδακα ἐπιτιθέντα.

L. Si mulieri immoderatiùs 1 fluentia menſtrua vis inhibere, quammaximam 2 cucurbitulam ad mammas defigito.

Aphoriſmus hic accommodari poteſt ad omne immoderatum ſanguinis profluuium, cuius ſiſtendi ratio captanda eſt ex ratione cauſarum efficientium & inſtrumentariarum, vnde, quo, quia, & quamobrem ſanguis fluat. Puerperis ſæpè hoc euenit, vt confertim ab vtero ruat ſanguis.

Hæmorrhagia vt ſiſtenda.

1 Immoderatiùs fluunt menſtrua, cùm nulla ſeruatur ratio neque periodi vniuerſalis, aut particularis; neque quantitatis aut excernendi modi. Fluit autem ſanguis, quia ipſe acrior vel ſubtilior, vel multo ſero tum pituitoſo; tum bilioſo perfuſus; nam venas aperit, aut erodit vel copiâ rumpit. Qui quidem fluxus tribus modis ſiſtitur, reuulſione, repreſſione, obſtructione. hîc ſolius reuulſionis meminit. Vterus habet quaſdã venas officiales, quaſdã miniſtras. Officiales ſũt, quibus excipiunt ſanguinẽ nõ ſibi, ſed fœtui. Vt etiam mammis euenit, quibus venæ mammariæ rectâ ferũtur ad vmbilicum, quo loco venas epigaſtrij veluti oſculo

Sanguinei fluxus cauſæ.

Medela.

Venæ vterinæ duplices.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 457 sur 513

©BIUM

quodam excipiunt (ſæpiùs tamen animaduertimus perſectiones corporum humanorum, continuas vnaſque illas venas eſſe) ita à mammis in vterum fluit ſanguis per mammarias. Quare ſi mammis (inferno nimirum earum loco) cucurbitam affixeris, reuocabis eum ſanguinem qui ad vterum tunc fluit.

2 Nam venæ mammariæ non ſunt foris ſitæ, ſed in profundo corporis collocatæ; propterea cucurbitulæ his adhibentur ſine ſcarificatione. Nam ad reuulſionis conſilium, admouenda ſunt remedia iis partibus vnde ſanguis fluit. Porrò hæc reuulſio fit duobus modis: aliquando aſpectabili, vt emiſſo ſanguine; aliquando inſpectabili, vt vinculis, cucurbitis. Poſt adhibitas cucurbitas danda ſunt aſtringentia, vt pars confirmetur, meatus claudantur, & ſanguinis impetus prohibeatur. Itaq; mammis adhibebimus cucurbitam reuulſionis ergo, cùm largiore copiâ, vel longo tempore vtraque dies ſeptem effluat ſanguis. Poteſt etiam ſanguis auferri ex brachio, ſi plenitudo ſanguinis adſit: & ſuccus plantaginis admoueri. Nos hunc puluerem maximo ſucceſſu propinamus, Accipe ſeminis hyoſcyami albi, ſeminis papaueris albi, cuiuſque drachmam: hæmatitidis, coralli rubri, cuiuſque ſemidrachmam: caphuræ ſcripeulum ſemis. ſumat manè & veſperi ſemidrachmam.

Puluis ad omnem ſanguinis fluxum.

LI.

Ὁκόσαι ἐν μαζοῖ ἔχυσι, τιτθίων τὸ σῆμα τῆς ὑστερέων 1 συμμίσγουσιν.

Ingrauidationis ſignum.

LI. Quæcumque ſunt grauidæ, illis os vteri 1 conniuet.

Continet hic Aphoriſmus inter tria τεκμήρια conceptionis, ſuprà Aphoriſmo 41. explicata, vnum; nimirum vteri omnimodam occluſionem. Sed quares, Cùm conſtet ſuperfœtationes fieri, an igitur poſt conceptum vterus aliquando aperiatur? Maximè id euenit primis menſibus, cùm vterus auidiſſimè alterum ſemen excipit. Cæterùm hoc ſignum intelligitur de illis mulieribus quæ operam dant liberis, nam in virginibus etiam conniuet.

1 Ne aër ſubeat, & ſemen corrumpat, vterique ne calor euaneſcat, quo vtitur potiſſimùm ad fœtus conformationem. Si ſcilicet conniuet ſine dolore & tenixu. modò quoque nulla excuſatio malæ conformationis adferri poſſit. Quibus enim ob malam conformationem conniuet os vteri, à purgatione menſtrua, his præſcribit. Ariſtoteles vt ſtatim à menſtruis, hoc eſt ſub finem menſtrualis profluuij rem cum viro habeant. Quæ non excipiunt, non concipiunt.

LII.

Ἢν γυναικὶ ἐν μαζοῖ ἐχούσῃ γάλα πολὺ ἐν τῷ μαζῶν ᾖ, 1 δόκησις τὸ ἔμβρυον σημαίνει· ὦδ' 2 ἂν σφρηδὸν οἱ μαζοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον 3 σημαίνει.

LII. Si cui mulieri grauidæ lactis copia è mammis profluat, 1 infirmum eſſe fœtum ſignificat: ſin autem 2 ſolidæ, ſuccique plenæ fuerint mammæ, ſaniorem eſſe fœtum 3 ſignificat.

1 Id ſignificat, fœtum propriâ infirmitate, quâ cibum reſpuit vel cibum capere non poteſt, in vitio eſſe. Cùm enim lac fluat, indicium eſt nutricatum ſufficere, quod cùm fœtus reſpuat, minimeque potentiam habeat fruendi alimenti, regurgitat in mammas, quæ diſtentæ copiâ, lac profundunt.

2 Non extenuatæ, nec flaccidæ, nec diſtentæ, ita nec inopiæ alimenti, nec imbecilli fœtus notas edent. Sint turgidiores, quàm erant cùm non geſtaret adhuc vtero; nec ſint flaccidiores, quàm cùm non geſtaret vtero.

3 Hoc eſt, Nec propria infirmitate, nec inopia ſucci alibilis abortioni eum obnoxium eſſe ſignificatur. Nam alimenti copiâ fruitur abunde, & tamen mammis relinquit quod ſatis eſt ad earum ſoliditatem. Mammæ, vt partes officiales, trahuntur in ſympathiam vteri vel benè vel malè affecti; idque tribus modis, generis ſimilitudine, operis ſocietate, & vaſorum communione. Sequitur vt, ſi vterus benè affectus ſit, conceptoiam fœtu valido & viuido, excitetur per ſympathiam calor mammarum natiuus. Atque mammæ (aucto calore natiuo) non ſolùm nutricatus cauſa ex vena thoracica trahunt ſanguinem; ſed etiam è venis mammariis. Alia enim eſt ratio materiæ quæ per venas mammarias in mammas deducitur, alia eius quæ è vena thoracica. Nam per venam thoracicam proprij nutricatus materiam trahunt: per venas autem mammarias, lactis materiam. Extremis menſibus geſtationis prouenit lac. Si copiosè aquoſum lac marcidæ mammæ fundant, certum indicium eſt abortionis. Sanguinis palindrome ad mammas, aut ſtrumas excitat, aut carcinomata, aut furorem, aut lacteſcit.

Mammæ triplici ratione affiguntur.

Gal. 14. De vſibus partium.

LIII.

Ὁκόσαι διαφθείρεσθαι μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσι οἱ 2 πλεῦνες ἔχουσι γίνεσθαι· ὧδε δ' πάλιν 3 σκληρὴ γίνεται· 4 ὦδ' ὠδίν, ἔστιν ἃ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν, ἃ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ὧδ' ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, ὧδ' ἐν τοῖσι γόνασιν, ἢν ὁ διαφθείρῃσιν.

Abortionis ſigna è mammis.

LIII. Quæcumque ſunt 1 abortionem facturæ, iis 2 mammæ extenuantur: 3 contrà ſi duræ fiant, dolor 4 erit vel in mammis, vel in 5 iſchiis, vel in genibus, nec 6 abortiunt.

Signa ſumpta ex charactere, mole, colore, operationibus & excrementis, quibus de abortione iudicare licet, hæc ferè ſunt apud Hippocratem: fœtu mortuo vel moribundo, venter & mammæ concidunt: frigeſcit pubes, ſinúsque pudoris; ore ac pudendo redditur grauis halitus, cauantur oculi, arteriarum motus langueſcit: facies, cruraque totúmque corpus intumeſcunt: pueri nullus motus, ſed pondus ſentitur: deuoluitur cùm ſe mulier conuertit, liuent labra: ſummæ nares & auriculæ albicant: grauitas lumborum & femorum adeſt: ſanies cruenta ex vtero manat.

Abortus futique mortui ſigna.

1 Nam διαφθορὴ & ἀπώλεια Hippocrati idem eſt quod ἐκβωσμὸς, hoc eſt abortus & corruptela fœtus.

2 Concidunt alimenti inopiâ, vel ſanguinis & ſpiritus ad vterum tranſlatione, cùm vterus graui affectu, vt inflammatione vel dolore, vt ab ictu, lapſu laborat. Subitò extenuantur mammæ: nam lentè interdum ſine metu abortionis mammæ extenuantur; vt in grandiore fœtu: vel à craſſiore ſanguine, quod non ita fiat impetus & excurſus in mammas: vt etiam ab infarctu vel à tenui venarum capacitate; vel à præcedente morbo attrita ſi ſit ſanguinis quædam copia: tunc ilicò iterum turgidulæ ſororiant.

3 Si mammæ tendantur à ſanguinis benigni copia eò tranſlata: talis tenſio eſt ſignum abortionis: quia vterus & fœtus fraudantur à prauo ſanguine; eò tranſlato ab vtero malè affecto, talis diſtentio fœlicem futurum partum indicat. Quæ ſuccia alibilis ad mammas tranſlationem indicat lac multum è mammis effluens. At vitioſum ſanguinem indicat dolor, duricies, phlegmone: ibi ſi permanſerit dolor, ita vt non fiat recurſio praui illius ſanguinis in vterum. Non caret hic locus ſuſpicione mendi: videturque legendum, Sin contrà mammæ ſint duræ, atque dolor abſit, hoc eſt inflammatio; ſed ſine lactis effluxu.

4 Eò tranſlatâ materiâ, quæ in vterum alioqui & mammas ſe effunderet.

5 Diadoſi factâ vitiolæ materiæ ab vtero in alias partes.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 458 sur 513

partes. Atque ita fœtus & vterus morbo defunguntur. Iſchiis vterus eſt alligatus. Sed rogabis, Si igitur ab ictu, lapſu, caſu, & ex fœtore extinctæ candelæ fiat abortio, an iis quoque mammæ extenuabuntur? Reſpondeo: cùm doloris vi aliò trahitur à mammis ſanguis & ſpiritus, tunc ſine dubio gracileſcunt mammæ; & à talibus rebus vehementer affligitur vterus: quare etiam mammæ gracileſcunt: nam ea eſt cognatio iis cum vtero, vt trahantur ilicò in ſympathiam ab eo.

Vſus Aphoriſmi. 6 Quaſi dicat, multò minùs illæ abortient. Quaſi dicat, Igitur euacuate eas mulieres à talibus ſuccis.

LIV.

Exceptio ad ſigna ingrauidationis. Ὀκόσῃσι τὸ στόμα τῆς ὑστέρης 1 σκληρὸν ἔῃσι, ταύτῃσιν ἀνάγκη τὸ στόμα τῆς ὑστέρης 2 ξυμμύσσειν.

LIV. Quibuſcumque os vteri 1 durum eſt, id 2 conniuere iis neceſſe eſt.

1 Diſtentione; ab inflammatione, vel ſcirrho.

2 Quia colligitur & contrahitur. Sed tamen talis contractio, quia dura & dolorifica, non poteſt eſſe conceptionis nota. vide Aphoriſmum præcedentem. In conceptione dolor & duricies abſunt. In duricie præter naturam, immitte hapſum ex oleo lilino, amygdalino & violaceo, remiſce adipem caponis, anſeris, vel anatis, cum muccagine ſeminis pſyllij, lini, cydoniorum. Si calor abſit, iunge quid croci. Vtilitatem maximam ad curandum hic Aphoriſmus habet; nam plurima mala eueniunt mulieribus à palindrome menſium ad viſcera. Hoc cùm fit, interdum exiſtimant ſe ingrauidatas: quare nec medicinam tempeſtiuam admittunt, nec vt reuellatur ille incurſus à viſceribus admittunt. Quare obſtetrix digito exploret num molliter conniueat os vteri. Si cum duritie & dolore conniuet, non concepit: ergo Medicus tutò remedia ſolemnia ac magna admouere poterit.

Remedia.

Vſus Aphoriſmi.

LV.

Ὁκόσαι ἂν 1 μὴ κύουσαι ἴσχωσι 2 πυρετοὺς λαμβάνουσας, καὶ 3 ἰσχνῶς ἰσχναίνωνται, ἄνευ 4 καταψύξιος φανερῆς, πίνουσι 5 χαλεπῶς καὶ ὀπισθοβαρέως· ἃ 6 ἐκτιτρώσκουσι κινδυνωδέως.

Ingrauidatis calamitoſus eſt morbus acutus.

LV. Quæcumque mulieres 1 grauidæ 2 in febres [acutas] incidunt, ſi vehementer 3 extenuantur, nullâ incidente aliâ (quàm febris vi) extenuationis 4 causâ, 5 grauior eſt illis, & periculoſior partus, aut 6 certè calamitoſa eſt illis abortio.

1 Inſtante iam partus tempore.

2 A motu, putredine, & coacernatione humorum in maioribus venis & arteriis, aut in viſceribus. Loquitur enim de febribus eſſentialibus, & non ſymptomaticis. Si lenta ſit febricula, difficilem partum & periculoſum experietur mulier, ſed non abortiet. Si acuta ſit febris, abortiet, non ſine periculo.

3 Ita vt non ſolùm inchoatæ, ſed etiam perfectæ extenuationis notæ appareant. Hoc eſt, cutis diſtentio cum pallore coniuncta.

4 Vt ſanguis effuſio, purgatio, inedia, &c. quæ reſarciri poſſunt.

5 Vteri, fœtus, & reſpirationis infirmitate, & muſculorum abdominis extenuatione, & aquæ conſumptione quæ in ſecundinis eſt. Partus fœlix fit à robuſta matre, fœtu ac vtero.

Axiomata. 6 Quaſi dicat, Quoties ad calamitoſam vim morbi ſeu ſummam virium infirmitatem accedit noua infirmitas, hîc ſpes in anguſto eſt. Grauidis enim extenuatis accidit abortio. Omnis morbus acutus in grauidas incidens eſt funeſtus; quia ſi in curationem morbi incumbas, ipſum fœtum peſſundabis. Huc accedit, quòd cùm duplo maior ſit pulſus in grauidis quàm in non grauidis; propterea auctò iam vſu reſpirationis & tranſpirationis, ſi inſuper acceſſerit calor febrilis, vſui nec motui arteriæ nequeunt ſatisfacere: hinc fœtus & fœta ſtrangulantur. Propterea quia tum diætæ & euacuationis vtriuſque (nimirum pharmaciæ & phlebotomiæ) ratio deſideratur, fit, vt morbus vires acquirat eundo, & vt mulier vi febris extenuetur. Itaque fœtus vnà cum matre ſuo defraudatur genio: atque hinc abortio. Vidi robuſtam mediæque ætatis mulierem, quæ extremis menſibus febri ardenti correpta, ab abortu ilicò interiit.

Hiſtoria.

LVI.

Ἐπὶ ῥοῇ γυναικείῃ κάματος ἢ 1 λειποθυμίη ἢν ὀπτήσῃται, ῥῆξις γυναικείου κιρκοῦ.

LVI. Si ad muliebre profluuium, conuulſionis vel 1 defectionis animi acceſſio adiungatur, calamitoſum.

Imò funeſtum; quia vterus exhauritur, & in ſympatiam omnes nobiles partes trahit. Omnis autem conuulſio ab exhauſtu eſt calamitoſa, vt ſignum & vt cauſa. Vt ſignum quidem exhauſti humidi primigenij: vt cauſa, quia intercipit actionem partium, officio quarum natura ad punctum temporis carere nequit.

Mulieribus triplex genus excrementi euenit. Lochia. Profluuium muliebre.

1 Ab exhauſtu: ſublato vſu reſpirationis. Tria autem ſunt genera excrementorum muliebrium: duo naturalia, tertium verò contra naturam. Naturalia ſunt menſtrua, & lochia. Lochia pari temporis interuallo fluunt à partu, quo menſtrua ante partum. Tertium eſt contra naturam, & dicitur Profluuium muliebre, κατ' ἐξοχὴν: quod nihil eſt aliud quàm ſanguinis ſeroſi atque ſero aliorum humorum, pituitæ ſalſæ, biliſque vtriuſque imburi perennis vel repentina excretio. Non autem eſt vna eademque in his profluuiis conditio. facit etiam hoc cœli ſtatus, vt pluuioſus auſtrinus à ventis placidus: quo cœli ſtatu ſanguis vix ſuis vaſis contineri poteſt. Refert ſanguis autem ideam ac colorem eius humoris cuius ſero diluitur. Eſt etiam ob admixtam pituitam ſalſam acrior. Deſideratur etiam ratio quantitatis, cùm menſtruatis ſolæ fluant duæ heminæ ex lege naturæ. Præterea ratio temporis deſideratur, nam ſine vlla temporis diſtinctione excernitur. Poſtremò deſideratur modus excretionis, quia menſtrua paulatim fluunt, hic verò confertim. Quædam ſeminis eſt etiam effluxio acris ac ſalſi, à reſolutis vaſis ſpermaticis: hæ rarò curantur, nam totum corpus exhauritur, ſummoque cum fœtore tandem extinguuntur. Vidi nobilem matronam quæ hoc profluuio extabuit; & tanto fœtore effundebatur, vt nullus non exiſtimaret ab aluo venire. Sed hic fœtor longè aluum ſuperabat. Exiſtimo totum eius vterum in tetertrimum tabum eliquatum vnà effuſum fuiſſe. Languebat hæc mirum in modum, ac quaſi lethargo oppreſſa ſtupebat mente. Lentè obiit intolerabilibus fœtoribus. Ego ſanè nil fœdius vnquam olfeci. Quin his nonnunquam euenit pituitoſum profluuium, cùm pituitæ per alias partes denegatur exitus, hæc per dorſum ad vterum defluit. Siccabimus in his caput, & ſiccabimus illam pituitam decocto guaiaci, & ſirupo Montagnanæ: nam fotu & ſuffumigiis curationē recipiunt, inquit Hippocrates De morbis mulierum.

Hiſtoria.

Profluuium muliebre pituitoſum. Curatio.

LVII.

Καταμηνίων γυναικείων 1 πλείονων, 2 νοῦσοι ξυμβαίνουσι, ἢ μὴ γενομένων, ἀπὸ τῆς 4 ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι.

Muliebrium morborum cauſa.

LVII. Si menſtrua 1 plura fiant, eueniunt 2 morbi. & ſi 3 non fiant, vel ſiſtantur, ex 4 vtero morbi eueniunt.

1 Si copiâ eâ excernantur quâ ſuperant duas heminas Atticas vini aut aquæ, & vtriuſque periodi

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 459 sur 513

©BIUM

ratio desideretur. Fit hoc vteri acetabulis hiantibus, ac tenui calidoque à sanguine, eoque abundante.

2 Cachexia, hydrops, paralysis tab exhausto calore natiuo.

Causæ obstructionis mensium.

3 Nec vlla ætatis, lactatus, morbi anteacti, aut grauiditatis excusatio adferri possit: sed si supprimantur scirrho, aut erysipelate, aut materiæ copiâ vel contumaciâ, aut venarum angustiâ, vel facultatis infirmitate.

4 Quorum essentia in variatione humoris & partis malè affectæ consistit. Inde enim pleuritides, peripneumoniæ, anginæ, furores, apoplexiæ. Si neque hæmorrhoïdibus neque sanguinis vomitione, nec dysenteriâ cruentâ, nec narium profluuio huiusmodi calamitates arceantur. Menstruorum debitè fluentium quanta sit vtilitas, alibi prodidit Hippocrates, vbi ait, Menstruis fluentibus omne malum euasisse fœminas. Cùm verò eadem sisterentur, plethoricis sympromatis reddebantur obnoxiæ totius corporis, & singularum partium. Quemadmodum autem viro mutilato fluit sanguis per aluum, ita mulieri infructiferæ necesse est vt fluat sanguis superfluus per vterum; qui alioqui fructiferæ cederet in nutricatum fœtus. Dicit ἀπὸ τῆς ὑστέρης: vt significetur translatio materiæ, vel sympathiâ vteri malè affecti. Trimestre per spatium explendescit vis suppressorum mensium: tunc enim morbi eneniunt abeis: interdum tandem sexto mense in morbos quædam trahuntur. Cùm enim restagnat is sanguis, putrescit; vnde febres, vterique phlegmone, aut carcinoma. Quibusdam turgent crura ac pedes: quin aliæ coxariæ redduntur. Interdum recurrit sanguis in faciem ac caput, vnde mania: si ad partes spirabiles se effuderit, pleuritis, peripneumonia, phthisis. Si in totum corpus abierit, anasarca nascitur. Siftuntur autem menses, paucique fluunt, ob angustiam venarum quæ ad vterum sanguinem vehunt, vel ob osculorum venarum ad vterum pertingentium obstructionem, vel ob sanguinis crassitiem & frigus, vel ob robur vasorum vteri sanguinem affluentem non admittentium. Quicquid horum fuerit, tandem vterum trahi in huiusmodi affectum, vt in phlegmonem, erysipelas, scirrhum, vel cancrum est necesse; tandemque totum corpus in contagionem abduci.

1. Epid. 2. *Menstruorum commoda & incommoda.*

Menses suppressi quando nocere incipiant, & quos morbos adferant.

Causa mensium suppressorum. Gal. in Com.

LVIII.

Ἐπὶ 1 ἀρχῇ 2 φλεγμαίνοντι, καὶ ὅπὶ 3 ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ, ἢ ὀπισθοτόνοισιν ἐμπύοισι, 4 σφαγιεῖσιν ὁπηνίκα). ὅπὶ δ' ἦπαρ 5 φλεγμαίνοντι λύγξ ὁπηνίκα).

Strangurie causæ.

LVIII. Recto 1 intestino vel 2 vtero 3 inflammatione obsessis, & suppurato renum, vrinæ 4 stillicidium superuenit. Sin autem hepar sit 5 inflammatum, singultus succedit.

1 Vocat rectum intestinum ἀρχὸν, quòd videatur omnium intestinorum esse principium.

2 Per inflammationem intelligitur ardor & tumor contra naturam, à pituita putri, quæ abradendo, intestinis, sensu exquisitissimo præditis, est molesta. Vocamus tenesmum illam inflammationem, nam vnà sphincteres affligit.

3 Vterus inferiore parte alligatur intestino, & vesicæ collo.

4 Recto intestino in viris inflammato superuenit stillicidium, non quidem per diadosin, sed per sympathiam, generis similitudine & vasorum communione, eò quòd vesica incumbit intestino recto, & vtraque pars sit membranosa. fit itaque hæc stranguria, resoluta facultate retentrice vesicæ, & vrinæ acrimoniâ. Sic quoque vtero inflammato in mulieribus fit stranguria: quia vesica his non incumbit intestino, sed cruci vteri: non quidem vteronam si vtero incumberet, in grauiditate ne ad punctum quidem temporis vrina contineri posset; vterus enim dilatatur, cruix eius nequaquam. Quasi dicat Hippocrates: Tribus de causis nascitur stranguria, vitio partium vnde fluit, quà fluit, & vnde excipitur. Recto autem intestino laborante, accidit stranguria, vitio partium vbi excipitur vrina. Quare dabis operam vt recti illa intestini inflammatio curetur. At renibus purulentis stranguria accidit vitio partium vnde manat. Nec tamen vlla stranguria fit, nisi affectâ vesicâ, hæc autem hîc afficitur per διοτεροπάθειαν, per diadosin & translationem materiæ purulentæ. Vitio enim puris vellicantis vrgetur vesica ad excretionem. Porrò purulentarum vrinarum tria sunt genera, ipsis partibus vnde pus fluit distincta. Aut enim fluit pus ex vesica exulcerata, aut renibus, aut partibus diaphragmate superioribus. Quod à vesica manat pus, nullo modo est cum vrina permistum: si verò permisceatur inæqualiter, à renibus est: si æqualiter, à partibus diaphragmate superioribus.

Stranguria triplex.

Vrinæ purulentæ tres.

5 Ad inflammationem hepatis sequitur singultus, vel affecto ventriculo per διοτεροπάθειαν, idque per sympathiam, vel per diadosin. per diadosin quidem, quia influit biliosus humor, qui ab inflammato hepate excidit, in os & finem ventriculi, qui vellicando consecutionem adfert singultus. Per sympathiam verò quòd hepar inflammatione obsessum tumidius fiat, & ita opprimat diaphragma & ventriculum à qua oppressione singultus. item vasorum communione, nam rami nerui sextæ coniugationis inseruntur stomacho & hepati. Sequitur etiam singultus ab exhaustu, quia calor febrilis hepatis exhaurit ventriculum. Quare hepati ita affecto succedit singultus, oppresso ventriculo ab exhaustu, vel à reflxu biliosi humoris ab hepate ad ventriculum, & ob sympathiam hepatis & ventriculi per neruos hepathi & stomacho communes. 2. Epid. 4. τόνους appellat hos Hippocrates.

Singultus varia causæ.

LIX.

Γυνὴ ὦ μὴ 1 λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, βλὴν ἢ εἰδήσει εἰ 2 λήψεται σφε καλύψας ἱματίοισι 3 θυμιάσεται· καὶ ὧν μὲ πυθέσθαι σοι δοκέῃ ἢ ὀδμὴ 4 διὰ τῦ σώματος ἐς τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὸ στόμα, γνώσεται ὅτι αὐτὴ ἐ δι' ἑωυτῆς 5 ἄχρις ὀξέος.

Sterilis malier unde noscatur.

LIX. Si mulier non 1 concipit, scire autem velis num 2 conceptura sit, circumtectam vestibus inferne; suffito: si odor 4 per corpus, ad nares, & os viam affectat, scias velim & persuasum certò habeas, ipsam suo vitio 5 infœcundam non esse.

1 Ita vt sterilis & infœcunda videatur, cùm tamen det operam liberis: nec antè concepit.

2 Vel num possit concipere.

3 Vt styrace, cassiâ, beniouino, metrenchyta vtero inhalet.

4 Hoc est, si odor naribus & ore percipiatur: nec vlla coacti vteri à menstruis accusatio possit adferri.

5 Quòd nimirum ex eo suffitu naribus & ore percepto significatio fiat vteri ad concipiendum conuenienter affecti inhabitu & temperamento, nec vllam materiæ spermaticæ & sanguinis menstrui rationem desiderari. Quæro igitur, An cui anarthymiasis aromatum ab imis partibus ad os & nares transmittitur, sit signum τεκμήριον fœcunditatis? Maximè. quia si vterus in vitio sit aut mala collocatione, aut figuræ peruersione, aut distortione, non transmitteretur odor ille ad nares. item quibus frigidior fuerit atque densior. Addo, modò nulla excusatio adferri possit vteri post menstruam purgationem conuenientis.

Quæstio.

Sunt

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 460 sur 513

©BIUM

Ar. 1. De biſt. anim.

Sunt enim quædam mulieres quibus à menſtrua purgatione ita conniuet vterus ac ſi concepiſſent. Alia quoque ſunt ſigna. Nam ſi fuerit fœcunda, allium detracto cortice immiſſum in ſinum pudoris, odorem ſuum poſtridie imprimet in pileum mulieris, atque adeò is fœtor natibus percipietur. Hæc, inquit Galenus, vt aſſerit Plato in Theæteto, ars erat doctrum pronubarum.

L X.

Ἢν γυνὴ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἀπὸ καθάρσιος 1 περιόντος, ἀδιώατον τὸ ἔμβρυον 2 ὑγιὲς εἶναι.

L X. Si mulier grauida ſit 1 menſtrualis, non poteſt fœtus eſſe 2 ſanus.

1 Vt menſtrua benè illi reſpondeant in qualitate, quantitate, excernendi modo, & vtraque periodo. περιόδῳ, dicit Galenus, eſt ſæpè & multum fundi ſanguinem.

Dubia duo.

2 Quia ſuo defraudatur genio. Circa hunc Aphoriſmum duo ſunt inquirenda. vnum eſt, An mulier grauida poſſit eſſe menſtrualis. Alterum, An menſtrua fluentia grauidæ, ſint τεκμήρια fœtus non ſani. Quod ad priorem quæſtionem attinet, videtur quòd non. Quia concepto fœtu ita os vteri conniuet, vt ne acus quidem ipſum ſubire poſſit. Et ſi menſtrualis illa materia feratur per venas & arterias in ſinum vteri, ſanguis is non foras prodibit, ſed in fœtus nutricatum abibit. Nam venæ ſpermaticæ illæ & arteriæ, conſtituunt cotyledones, ex cotyledonibus fiunt ſecundinæ, ex his venæ & arteriæ coëunt per vmbilicum in fœtum. Reſpondeo quòd ſanguis non feretur per illos ductus, ſed per crurales, quæ feruntur in ceruicem vteri, per quas etiam virgines ſunt menſtruales. Ad alterum dico eſſe τεκμήρια non ſani fœtus. Si toto grauiditatis tempore fluant & poſt perfectam typoſin: quia ad perfectam typoſin, hoc eſt vſque ad 35, vel ad 45. grauiditatis diem poteſt mulier eſt menſtrualis, ſaluis rebus fœtus. Nam cùm ante ſecundum menſem grauiditatis (35. enim dies eſt initium ſecundi menſis, & 43. eiuſdem medium) fœtus non capeſcat nutricatum ante perfectam typoſin (quæ maribus eſt 35. die, & fœminis 45.) ſi mulier ſit benè morata benéque conſtituta, ipſa debet eſſe menſtrualis. Quare primo aut ſecundo conceptionis menſe benè fluunt menſes, id eſt ante 35. aut 45. diem. Quare poſt hos dies nec largè, nec ſtata periodo fluere debent, nam id genio fraudaret fœtum. Semel ſi fluxerit etiam copioſè, innocuè ſit: nam natura onus deponit ita interdum. Scribit enim Hippocrates, ſanguinem illum qui allabitur vtero toto geſtationis tempore in fœmella affluere ad libras ferè triginta; in maſculo, ad viginti duas. Si igitur copia vel qualitate peccârit hæc quantitas, benè ſemel excluditur: vt ſi plena manu mulier menſes fundere ſolet, & ſi fœtus fuerit imbecillior. His ſecetur vena 3. vel 4. menſe geſtationis. Nec neceſſe eſt vt in grauidis per crurales venas effluant menſtrua, vt virginibus ſingulis euenit menſibus, ſed etiam funduntur per vteri capacitatem, non enim omnes vteri venæ annectuntur fœtus membranis: nam ſit ſuperfœtatio 1 & copia tanta quæ grauidis interdum effluit, ſine dubio ex capacitate vteri fluit. Hippocrates etiam ait, Menſes ſupprimi concluſo ore vteri: ergo inde fluunt. Si menſes ſiſtantur ſine rigore & febre; & ſi adſit malacia, id eſt pica, faſtidium & frequentia ſputi, cauantur oculi, mammæ deinde ſenſim turgent, & venter initio concidit: ſignum eſt conceptionis. Hippocrates dicit, ſi adſit oris vteri mollis occluſio, tormina ab hydromelite, & ſuppreſſio menſium ſine horrore, & à ſuppreſſis menſibus cibi faſtidium. Vt ait inſequenti Aphoriſmo.

Reſponſio.

Hip. De natura infantiũ & De morbis mul.

Lib. De natura pueri.

Ar 5. De biſt. ani. Contra Galenum in hoc Aphor.

Notæ grauiditatis.

De morbis mulier.

L XI.

Ἢν γυναικὶ καθάρσιος 1 μὴ προσιόντος, μήτε φρίκης, μήτε πυρετοῦ ὑπαγομένου, 2 ἔσται ἡ αὐτῇ ἀποπτώσιος 3 λογίζεσθαι τοῦτο ἐν γαστρὶ ἔχειν.

L XI. Si mulier non ſit 1 menſtrualis, nec rigor vllus, nec febres illi ſuperueniat, ipſa verò in cibi faſtidium 2 incidat, certò ſcito hanc vterum ferre, ac grauidam eſſe.

Conceptionis notæ.

1 Cùm tamen illi antè reſponderent menſtrua, & ſi iam nulla repentinæ ſuppreſſionis cauſa poſſit adferri vel à vitio vteri, vel ſanguinis à copia acciſa, vel imbecillitatis facultatis excretricis, vel obſtructorum vaſorum, aut mœroris, quod Phædhuſæ euenit.

2 Ex ſanguinis menſtrualis corruptione; nec enim ineunte grauiditate eo adhuc fruitur fœtus. Si non ſit grauida, purgatione hoc faſtidium curabitur. Si grauida, non antequam trimeſtris fœtus fuerit, erit purganda, vel dum fuerit quadrimeſtris; potiſſimùm humido cæli ſtatu, quo omnes ad abortum pronæ ſunt: eò quòd cotyledones ſunt pleni mucco & pituitâ à tali aura. Ob mœrorem aliquando ſupprimi menſtrua docet elegantèr Hippocrates in Epidemiorum libro 6. hiſtoria vltima. Non poterat Phaëthuſa γυναικωθῆναι, id eſt muliereſcere; & muliebritatem rurſus nanciſci. Omnis enim animi perturbatio ſpiritus & ſanguinem ad pulmones trahit. Rigorem tempore Hippocratis ſequebatur febris, quia tunc temporis non erat aliud viuere ex more, quàm naturæ conuenienter viuere. Agimus autem de illo rigore qui agnoſcit cauſam internam ſui effectricem: non de eo qui ab externo fit frigore. Quaſi dicat, cautè medendum mulieri non menſtruali, ac perpendendum antequam eò venias, num grauida ſit.

Pica vt curanda.

2 Prouerbet. 44.

Perturbationis effectus.

Rigor.

Vſus Aphoriſmi.

L XII.

Ὁκόσαι 1 ψυχραὶ καὶ πυκναὶ τὰς μήτρας ἔχουσι, ἀκύησιοι. καὶ ὁκόσαι 2 καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυίσκουσι· ἀποβεύγουσι γὰρ αὐτοὺς ὀγδόῳ· καὶ ὁκόσαι ξηρὰς 3 μᾶλλον καὶ ἀθελήτους ἐνδέχεται τὸ σπέρμα. Ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κράσιν ἔχουσιν 5 εὐμεμπτον, αἱ τοιαῦται δύστοκοι γίνονται.

Sterilitatis cauſa.

L XII. Quæcumque 1 frigido & denſo vel compacto ſunt vtero, non concipiunt: 2 item quæ præhumido ſunt vtero, non concipiunt; nam iis ſemen genitale extinguitur: tum etiam quæcumque 3 ardenti ſunt vtero & ſicco; nam alimenti inopiâ ſemen 4 corrumpitur. At verò quæcumque ex vtriuſque oppoſitionibus modico & 5 temperato ſunt vtero, huiuſmodi ſanè ſunt fœcundæ.

1 Quamuis excipiant, non tamen concipiunt; quòd refrigeretur ſemen virile, propterea quæ vis prolifica delearur. Deinde quòd tales mulieres ſemen non excernant, quia frigidæ: præterea quòd ſecundinæ, ob anguſtiam, cotyledonibus adnaſci non poſſunt: deinde quòd ſuccus alibilis fœtui non ſuppeditatur: nam hæ menſtruis fraudantur.

2 Nam iis ſemen genitale obruitur humoris copiâ: vt ſemina in locis paluſtribus & cœnoſis. Horis paucis retinetur ſemen, mox lubricos ob locos elabitur.

3 Qualis vterus vitaginum, quæ paucos menſes fundunt. Retinetur paucis diebus ſemen, mox effluit. Sabuloſis ac arenoſis locis nihil ſoboleſcit.

4 Nam fœtus conformatio à ſemine animato, non per corruptionem, ſed motu & nutricatu perficitur. Sed ab hac intemperie omni motu & nutricatu fraudatur. & ſecundinæ gigni nequeunt, coactis vteri vaſis.

5 Temperatè humidi vteri, concipiunt ſemen paulo ſiccius virile. Præterea ſterileſcunt, ſi vteri os obliquetur,

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 461 sur 513

©BIUM

obliquetur, vlceretur, vel obduretur, his prodit illicò iniectum semen. quibusdam conniuet semper vterus, præterquam in periodo menstrua: hæ non nisi vltimodie illius periodi concipiunt. Eleganter & doctè hunc Aphorismum interpretatur Galenus, & hæc magna arte etiam ad viros traducit. ipse consulatur.

LXIII.

Παρὰ πολυσίους ἢ καὶ ὅπῃ ἧσσ ἀῤῥένων· ἢ γὰρ δι' ἀραιότητα τ τὸ σῶμα & τὸ πνεῦμα ἔξω φέρει, ὥσε τὸ μὴ ἐνδιαπέμπειν τὸ σπέρμα, ἢ διὰ πῶ πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω· ἢ διὰ πῶ ψυχρότητα ἐκ ἐκπυέσκεται, ὥσε ἀδροίζεσθαι ὥσε ἢ πύον τοῦτον· ἢ διὰ πῶ θερμασίην τὸ τοῦτο γίνει).

Hippocratica maiestate indignus Aphorismus & Galeno etiam spurius est.

LXIII. Pat est de maribus ratio: aut enim ob corporis raritatem spiritus 1 foras fertur, ita vt genituram effundere nequeat; aut propter densitatem humor foras non exilit: aut præ frigiditate non incenditur, vt eo loci coaceruari possit: aut propter caliditatem id ipsum illi euenit.

Steriles vnde viri.

Sterilescunt viri ob fractam corporis œconomiam, adeò vt prolifica inde vis simpescat: vel quòd in intemperiem deflectat semen primæ vel secundæ qualitatis, nam etiam vsus rerum frigidarum id facit, vt caphuræ, mandragoræ &c. vel quòd mala conformatio occupat partes generationi dicatas: vel paralysi harum si langueat vis, vel si testes indurnerint, aut morbo alio teneamur. arteriæ temporales, inquit Hippocrates, incisæ fœcunditatem adimunt.

De aeribus, aquis & locis.

1 Id amatores iuuenes interdum experiuntur, cùm multùm amatæ puellæ copia datur, vnde tori cum feruore æstuant ac sudore manant, nec pote est vt arrigant.

LXIV.

Lactis commoda & incommoda.

Γάλα διδόναι 1 κεφαλαλγέσι, κακὸν· κακὸν δὲ καὶ 2 πνευμόνι, καὶ εἰσὶν ἐπιτήδεια μετέωρα 3 διαῤῥοιζέοντα, καὶ τοῖσι διὰ δίψεσι κακὸν· καὶ εἰσὶ 4 χολάδεες οἷ διαχωρήτες, καὶ ἐν τοῖσι ἔξω πυρετοῖσιν ἐοῦσι, καὶ οἷσιν 5 αἷμα & πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν. Ἀρμόζει δ' τοῖσι 6 φθινώδεσι μᾶλλον πολλῷ πυρέσσουσι διδόναι γάλα, καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι, καὶ βληχρῶσι, μηδενὸς δὴ ἀφεδριμῶν σημείων παρεόν & πρὸ λόγου δ' 7 ἐκτηκόσι.

LXIV. Lac 1 cephalicis exhibere malum est etiam 2 febricitantibus, & quibus suspensa quasique pendula 3 hypochondria murmurant; & etiam quibus 4 biliosa secedunt cum febre acuta, & his qui sanguinis 5 copiam profuderunt. Sed consentaneum est 6 tabidis, modò non admodùm febricitent: sed conuenienter etiam ad diuturnas febres & lentas præscribitur, si nihil eorum quæ dicta sunt adsint; & supra modum 7 extenuatis.

Tecmarsis in quibus consistat.

Agit Hippocr. de tecmarsi conuenienter incunda cuique medendi, proposito familiari exemplo de lactis vsu. Hæc autem tecmarsis consistit in duobus, in perspicientia opportunitatum quas habent singula remedia singulis morbis dicata: deinde in distinctione vel delectu eorum remediorum, secundum qualitatem, quantitatem vtendi modum, & occasionem. Lac itaque excrementum est benigni excrementi tertiæ coctionis, ex bina sanguinis concoctione confectum in mammis mulierum. Cuius quidem multa sunt vires, vt sunt animalia ex quibus sumitur; vt est sanguis, vt sunt pabula, vt est anni constitutio, sic lactis quoque sunt discrimina. Atque hæ lactis sunt opportunitates tum ad nutricatum, tum ad morborum curationes. Ad delectum, quæ altera erat τεκμάρσεως pars, iam veniamus. Hoc autem in eo consistit vt nunquam exhibeamus lac ei, cui ventriculus vel frigidior fuerit, vel calidior. Nam vt prosit lac, hæc adsint oportet: Vt coquatur ex facili, distribuatur ex facili, non vertatur in nidorem, non acescat.

Lac quid.

Lactis varietas vnde.

1 Siue is dolor à flatulenta materia, siue ab acri vapore per sympathiam accidere videatur. Quia in omni cephalalgia, laborat quoque ventriculus, propterea his lac non conuenit. Crassior pars lactis in flatus; butyrosa in nidorem vertitur: propterea augent capitis plethorica symptomata.

2 Quò butyrosa pars in nidorem vertatur, sanguine incendio conflagrante, & impuro ventriculo: nam multa resuunt in fundum eius per febres.

3 Flatu distenta cum tumore hepatis recenti, sine phlegmone, quasi dicat, Vt qui ventre sunt calidiore, iis nidorosum est lac: sic etiam iis qui frigidiore sunt ventriculo, acescit. Si is Meteorismus fuerit recens cum borborygmo, significat flatus qui fiunt ab intemperie frigida: Huiusmodi autem corporibus lac acescit. Si verò fuerit meteorismus recens sine borborygmo, nec tunc conuenit: quia is meteorismus euenit à phlegmone: atqui tumorem auget lac crassâ suâ substantiâ. Si verò fuerit meteorismus vetus cum borborygmo, hîc fortè exhiberi lac possit, quia fit à scirrho: potissimùm si benè affectus sit ventriculus.

4 Quia butyrosa pars illis in bilem vertitur. Id est, non conuenit picrochiolis, ἄνω, nec κάτω.

4 Coquendi & distribuendi difficultate: coquendi, refrigerato ventre; distribuendi verò, venarum collapso habitu.

6 Exulceratis pulmonibus: tum ad substantiam triplicem refarciendam, quòd & coquatur & distribuatur ex facili, acres humores temperat, nutrix nostræ est consentaneum, ideoque facilè coquitur, bonum succum gignit, quòd succi boni sit: adeoque naturæ studeat, ac pugnet cum morbo. Nam vlcus sero suo deterget & siccat: butyrosâ suâ substantiâ partes conglutinat (præsertim caprillum) & cicatricem inducit. Intellige semper, nisi phthisicus impuro sit ventriculo, aut capite doleat: quia tunc nec facilè lac coquitur, nec distribuitur. Nec, dicit, admodum febricitent: nam butyrosa pars verteretur in vapores, vnde fluxio maior in pulmones.

7 Diuturno morbo confectis, modò ventriculus possit coquere: vt puellis quibus suppressi sunt menses. Puro detur lac ventriculo: non validè quatiatur pòst corpus. Sit corpus meabile, alioqui cunctando putrescit: non biliosis, non frigidis ventriculo (nam alioqui exhaustis dari potest, si frigus non terigerit ventriculum: nam in ventriculo validè refrigerato acescit,) sed siccis detur. Diocles conualescentes omnes lacte recreabat. Caprillum anceps est inter bubulum & asininum. Sit lac renne, splendidum, & dulcissimum. Sit asina mediæ ætatis, benè habita, vtatur fœno & hordeo. Asina lactat pullum annis binis: Secundo anno die tantùm lactat pullum. Arthriticis confert, dicit Plinius. Venerea à luc extenuatis, ac doloribus artuum afflictis confert: nam etiam, authore Dioscoride, argento viuo reluctatur lac. Senium tollit vsus lactis, ac rugas. Hinc Poppæa Neronis vxor 100. asinas nutriebat in cottidiani balnei vsum, ad candorem & mollitiem cutis. Saccharo condiatur lac. Gal. Lac à plurimo calore in nidorem, id est, in aduftionem abit. à pauco, in acorem.

Vulnerum ac vlcerum euentus.

I. XV.

1 Ὀκόσοισιν οἰδήματα ἐφ' 2 ἕλκεσι φαίνεται, οὐ μάλα 3 ἀσινέα, οὐδὲ μαίνονται. τετάνου δὲ 4 ἀφανιδίων ἐξαίφνης, τοῖσι μὲν 5 ὀπίσω ἀσασμοὶ, τέτανοι· τοῖσι δὲ 6 ἔμπροσθεν μᾶλλον, ἢ 7 ἐμπύησις, ἢ 8 ἐρυσίπελας ἢ τὰ οἰδήματα.

LXV. Quibuscumque 1 tumores in 2 plagis appârent, ij non facilè 3 conuulsione tentantur, nec

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 462 sur 513

nec facilè his inſania ſubnaſcitur: ſin autem repentè 4 euaneſcant, iis parte 5 poſtica, conuulſiones vel tetani; antica 6 verò, inſania, aut lateris dolores acuti, aut ſuppuratum, aut 7 dyſenteria; præſertim ſi fuerint illi tumores 8 rubro ſuffuſi.

1 Oedemata propriè dicta, id eſt tumores molles & laxi.

2 Id eſt, in vulneribus atque vlceribus: quia ἕλκος Hippocrati vtrumque ſignificat.

3 Nec parte obſeſsâ vlcere, nec toto corpore: quòd tum materia feratur extra neruoſum genus, & quòd nulla fiat materiæ in cerebrum metaſtaſis.

Potio vulneraria. 4 Nimirum illi tumores: nec aluus feratur, aut vrina profluat: Nam vulnerariæ potiones argumento ſunt, ob eam quæ fit per vrinas reuulſionem & euacuationem, abduci tenuem illum ichorem à ſanguine: quo is viam, tanquam vehiculo quodam, ad partem vulneratam affectare ſolet.

5 Exulceratis, aut inde tumoribus euaneſcentibus, ac ad neruos refuſis excrementis. Sunt enim poſtica neruoſa.

Hiſtoria. 6 Tumoribus euaneſcentibus, ac ad cerebrum tranſlatis excrementis. Vidi Domicellam quæ in humeri & ſcapulæ articulo vulnus acceperat: nullus tumor apparebat, leniter inſaniebat; at claudi ianuas ac funeſtras volebat, ne alicubi mors ingrederetur. obiit. Virum vidi qui lapſu humeri carnem læſerat: nullus tumor, leniter inſaniebat: edere nolebat, verebatur enim ne cochlearia ac patinæ irreperent in ventriculum. obiit. Antica ſunt venoſa, vnde repit ſanguis in caput, vel in latus, aut ad inferna, vnde cruenta deiectio.

7 Cruenta deiectio cum difficultate inteſtini coniuncta, cùm per venas aut arterias in inferna fertur materia.

8 Si fuerint phlegmonæ vel eryſipelata, quibus euanèſcentibus fit cruenta dyſenteria. Omne ἕλκος magnum, neceſſariò adiunctum habet tumorem: ex quo ſignificatio fit naturæ victricis, quæ procul, intus, foras, materiam propellit excrementitiam: vel quòd aliò tranſlatio materiæ tumorificæ fieri non poſſit. Quodſi igitur non adfuerit is tumor, ſignum erit vel aliò tranſlatæ materiæ, vel infirmæ naturæ. Quæritur an in omnibus partibus corporis locum habeat id, vt à parte poſtica fiat conuulſio; & antica, inſania, vt nimirum ſauciata parte poſtica cruris. Dico locum habere in corpore definito ab oſſe ſacro vſque ad ceruices: quia in crure non antica, ſed poſtica eſt calidior.

LXVI.

Vulnera & vlcera. Ἢν τραυμάτων 1 ἰσχυρῶν ἐόντων καὶ 2 πονηρῶν, οἰδήματα μὴ φαίνῃ, κίνδυνος 3 μέγας.

LXVI. Si in vulneribus 1 magnis & 2 malis tumor non appareat, ingens 3 calamitas.

1 Vel κακοηθείας, id eſt malignitate, vel dignitate partis, vel eſſentiâ: id eſt, vbi eſt magna violatio continui.

2 In capitibus & caudis muſculorum, hoc eſt, ad articulos. Maligna ſunt hæc vulnera, quia caput muſculi excipit integrum neruum & ligamentum. Hippocrates lib. 2. De vlceribus initio. Finis muſculi verò, tendo eſt.

3 Nam parte poſticâ conuulſionem; anticâ inſaniam indicat. οἰδήματα dicit, hoc eſt laxi molleſque tumores. In parte neruoſa vulnerata vtendum eſt lenibus ac dolorem placantibus, ne à dolore fluxio incumbat parti. Quare pàx fit à validè refrigerantibus & ſtringentibus. potiùs calidis ſiccantibus curentur.

Remedium præcellens. Sæpè non ſine ſucceſſu author fui chirurgis, vt in his vterentur oleo extruſo ex ſemine hyperici, cui immacerati fuerant flores hyperici.

LXVII.

Τὰ 1 χαύνα 2 χρηστὰ τὰ δ' 3 ἴνωμα κακά.

Tumores qui boni aut mali in vulneribus & vlceribus.

LXVII. Molles 1 & rari [quod ad tumores attinet] 2 boni: 3 crudi verò mali.

1 Χαυνὰ nimirum œdemata, id eſt, doloris & inflammationis expertes, vt œdomatoſi: qui cedunt preſſioni. Fungoſi ſunt tumores hi, ſine pulſu. Quales quædam parotides erant 1. Epid. 84. quæ iuuenibus ſine noxa euanuere. vt bubones venerei molles, boni ſunt.

2 Vt ſignum, & vt cauſa. nam pepaſmi capaces erunt, ac naturæ vim indicant: nec metaſtaſin aliò faciunt.

3 Tactui non cedentes: ſed dolorifici cum phlegmone coniuncti, & ſine pepaſmo. vt parotides rubræ tenſæ & cancri in mammis. Bubones venerei duri, luem fœdam denunciant: nam materiæ contumaciam indicant. Molles enim vel mitificantur, vel reſoluuntur.

LXVIII.

Τὰ ὄπισθεν τ' κεφαλῆς ὀδυνώμενα, ἢν ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα, ὠφελέει.

Dolor capitis vt ſedandus.

LXVIII. Cui poſtica pars capitis dolet, ſecta in fronte recta vena eſt adiumento.

Vacuatione & reuulſione materiæ morbificæ. Omnis reuulſio fit reuocando humorem vnde fluere cœpit: quod non ſinat quò fluere debet. vel è ſuperis partibus ad inferas, vel contrà: vel è dextris ad ſiniſtras, vel contrà: vel ab anterioribus ad poſteriores, vel contrà. Præſcribitur igitur hæc reuulſio ad loca contraria, & ad exhauriendam cauſam antecedentem & coniunctam, quæ per ſe immutat habitum & temperamentum partis, vnde dolor. Agitur autem hoc Aphoriſmo de dolore capitis qui euenit non per ſympathiam, ſed per idiopathiã à materia; quæ ſi fuerit craſſioris conſiſtentiæ, in parte poſtica capitis erit; ſi tenuior ac acrior, erit in partibus anticis, ibique diſtendendo membranas, dolorem excitabit. Hunc verò dolorẽ curat ſecta vena in fronte recta. Hanc ſecat vt proximam, ad eductionem materiæ coniunctæ. Porrò vinculum iniiciendum eſt collo, vt ita intumeſcat hæc vena. & oblique erit ſecanda, cauendo diligenter nè lædatur tunica pericranij. Non ſine cauſa dixit Hippocrates, Si calet pars capitis, & non pars cerebri. Producit iugularis venæ duos ramos: vnus occiput petit, alter frontem. hinc illa cognatio anticarum ac poſticarum capitis. Sed ſi plethora adeſt, primum tundatur brachij vena: ſi ab vtero eſt, pedis vena etiam anteà aperiatur. Oculis dolentibus ita emittimus ſanguinem ex occipite.

LXIX.

Ῥῆγας 1 ἀρχὴ, 2 γυναιξὶ μᾶλ· ἐξ 3 ὀπισθοτόνου μᾶλλον, ἢ διὰ τόνου ἐς κεφαλὴν ἀνδράσι δ' μᾶλλον 4 ὄπισθεν τε σώματος, εἶτα ὑπό τε 5 πηχέων καὶ μηρῶν, ἄκρων καὶ τὸ ἄκρον 6 ἀρχὴ σημεῖον δ' τοῦτο 7 ὀρθή.

LXIX. Rigores 1 incipiunt 2 mulieribus maximè 3 ex lumbis [& per dorſum] ad caput: viris autem parte 4 poſtica potius [quàm antica] corporis, vt cubitis 5 & femoribus: argumento eſt cutis 6 raritas; quam pilus 7 oſtendit.

1 Hoc eſt, ducuntur, id eſt, principium ducunt: non tamen cauſas inde ducunt.

2 Naturâ frigidioribus: propterea{que} rigoribus opportunis. Quòd intemperata natura ſimilem intemperiem faciliùs ſuſcipiat; quàm temperata contrariam.

3 Id

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 463 sur 513

3 Id est, parte posticâ neruosâ, propterea que frigidiore. Maximè ibi sentitur vis rigoris, & per neruos spinæ caput afficit. Lumbis vehementer mulieres affliguntur.

4 Quòd antica pars sit calidior, ob venas & arterias. Sed aliis etiam partibus foris quàm intùs magis rigent.

5 Quæ partes intùs, interna parte, & domestica, quàm foris, hoc est, externa parte, sunt calidiores.

6 Eararitas caloris soboles est.

7 Qui extaritate cutis, caloris vi, & motu materiæ spermaticæ primordia ducit & generatur. Quasi dicat, qua parte pars aliqua pilosa est, ea quoquè est calidior: antica est pilosior: quia in rara parte nascitur pilus. Raritas à calore est. Restituendus est hic Aphorismus ex 6. Epid. 3. 29. vbi ita, Πλῆθος ἄρχῃ, χλιαυξὶ μὲν, μᾶλλον ἀπ' ὀζρύου, καὶ διὰ νυκτὸς, καὶ τότε ἐς κεφαλήν. Ἀτὰρ καὶ ἀνάπαλιν ὁπόθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. * ὁρίσασθαι γὰρ μᾶλλον τὰ ἔξωθεν, ἢ τὰ ἔνδοθεν τῷ σώματι· οἷον πυκνέων · μυρίων. ἀτὰρ καὶ τὸ θέρμα ἀραιότερον, δηλοῖ ἡ ὀφρύς. &c. Hoc Aphorismo perstringit primò naturam communem, dein peculiarem cuiusque. Non agit autem de rigore critico, neque symptomatico, neque periodico: sed de externa illa refrigeratione & frigoris tensione, quam barbari hortipilationem dicunt. Sensus est: frigidiora afficit faciliùs rigor, vt mulieres, & partes posticas (neruosas & membranosas) & inter illas quæ minùs tectæ sunt vt femora, cubitus, vbi minùs tectæ sunt afficiuntur à rigore priùs, id est in externis, id est posticis, vbi non ita sunt pilosa.

* ὁρίσασθαι

LXX.

Epileptica conuulsio cum quartana.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, ὑπὸ μὲν ἀσασμοῦ ὀλίγου πάνυ τὴν ἁλίσκονται· ὧν δὲ ἁλόντες ἀφίστανται, εἶτα ὀλιγωροῦσι τεταρταῖοι, παύονται.

LXX. Qui febris quartanæ dominatu tenentur, haut facilè conuulsione infestantur: quodsi antè laborauerint, superueniente quartana, morbo illo defunguntur.

6 Epid. 6. 6. *Videtur propriè accommodandus hic Aphorismus ad epilepsiam.*

1 Quia periodica materiæ exclusio, occasionem & causam conuulsioni, præripit, nam tanta melancholiæ copia nunquam congeritur, quin ita excludi possit. Verbo ἁλίσκον & diuturnitatem temporis, & morbi vehementiam significat: vt sit sensus, Qui non leuiter eo morbo laborant, vix tentantur conuulsione, nec à repletione, nec ab exhaustu. Quartana enim quia periodum habet 72 horarum, cumque eius ferè 12 vel 16 sint paroxysmi, & intermissiones 56 vel 60, non potest adferre exhaustum, neque conuulsionem per se, nec ex euentu.

2 Ad pepasmum prouehit lentum succum, ac excludit. Quare hoc dicere videtur Hippocrates, moderatè calidis remediis epilepsiam fugari, quæque corpus modestè vacuant hîc vtilia esse: vt purgationes mediocres, & sudorifica, quale est decoctum ligni guaiaci, & radicum chinæ. *Vsus.*

LXXI.

1 Ὁκόσοισι σκληρὰ σφετέρωσε καὶ ξηρὰ, ἔνδ. 3 ἱδρώτων τελευτώσιν· ὁκόσοισι δὲ χλερὰ καὶ ἁπαλὰ, σὺν 4 ἱδρῶτι τελευτῶσιν.

1 Quibus distenta est cutis, 2 rigida & sicca, sine sudore; vitâ defunguntur: quibus autem laxa & rara, cum 4 sudore intereunt. *Cutis tensa & aspera in febribus.*

1 Nimirum febre correptis.

2 Id est scabra & aspera: quæ antea erat mollis. Scilicet ex partium solidarum exhaustu ac spirituum.

3 Quia est perfecta extenuatio, humoris inopia, & corporis densitas. Hi tremunt cum conuulsione. vt Dealcis vxor in Thaso: & adolescens in Melibœa.

4 Resoluta œconomia facultatis retentricis. Si cætera vt in morituris signa appareant. Die in critico non fit. Quare Medici hypochondria tentant etiam, vt cutis tensionem notent. Crebrò hoc vidi sudoribus symptomaticis illis obortis homines vita fungi. In aliis qui non ita madent, contractionem tendinum ac neruorum manus, dum pulsum tentarem pollice, frequentissimè notaui. *Obseruatio practica.*

LXXII.

Οἱ ἰκτεράδεες ὑπὸ πάνυ τι πνευματώδεές εἰσιν.

Ictterici.

LXXII. Ictterici non admodum sunt flatulenti.

Hoc est, non infestantur ructibus, torminibus, vel flatibus. Intelligendus est Aphorismus de ictericis naturâ: hoc est de hominibus biliosis, vel picrocholis τὰ ἔξω, hoc est, quibus non symptomaticûs sed naturali habitu bilis diffusa est per totum corpus. Huiusmodi enim homines sunt calidi. Atq; etiã de ictericis criticis hoc dicendum. maximè si nullæ morbi reliquiæ supersint. Sed nequaquam de ictericis symptomaticis: Nã siue acciderit icterus symptomaticûs à venenata qualitate, siue à motu morbi, vt Hermocrati, siue à vitio partis, bi possunt esse flatulenti: vt euenit Apollonio, qui erat ictericus & flatulentus. 1 Epid. 3. 13.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 464 sur 513

HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBER SEXTVS.

I.

Ἐν τῇσι χρονίοισι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη, μὴ δυσωδέων ἐόντων, σημεῖον ἀγαθόν.

Lienteria ab intemperie.

I In diuturnis 1 lienteriis 2 ructus si superueniat accidus, qui antea non extiterat, 3 bonum.

Argumentum libri.

Hic liber περὶ τῶν ἐπιγενομένων, *hoc est, de superuenientibus morbis & symptomatibus, quæ in corpus incidere possunt. Aut enim superueniunt morbi morbis, aut symptomata symptomatis, aut morbis symptomata, aut symptomatis morbi: ex quibus perspicimus an ad salutem ægri, vel num ad mortem res sit abitura. Desumpta autem est omnis materia ex libro de internis affectionibus. Neque possunt huius libri Aphorismi ad certa capita deduci. Continet hic Aphorismus symptoma epigenomenon partium ventris inferioris, partiumque omnium quæ nutritioni dicatæ sunt. Aut coctionis aut distributionis, aut excretionis vitium ostenditur. Agitur de lienteria quæ primùm & per se venit, à simplici temperie ventriculi frigida, in cuius initio est impossibile vt ructus acidus eueniat. Est autem triplex, pro causarum varietate, lienteriæ differentia. vna intemperies frigida & humida ventriculi, & hectica intestinorum fluxio è cerebro: & cùm ventriculus & intestina aphthodea euadunt. In prima specie commendatur ructus acidus.*

1 In excretione cibi nullo modo mutati neque alterati in consistentia, colore, odore: à fracta retentrice ventriculi; vnde elapsus causa est cruditatis, non ex aduerso.

2 Vt lienteriæ causa retentricis facultatis infirmitati, sine vlla pituitæ acidæ accessione sit tribuenda.

3 Est enim signum incipientis restitui ventriculi, & cum cibo quodammodo in gratiam redeuntis, ac cibum iam auidiùs diutiusque amplectentis. Nam ex eo complexu concoctio quædam sequitur, quæ antea nulla erat, sed aderat absoluta concoctionis priuatio. inchoatam enim concoctionem sequitur ructus acidus. In lienteria excrementa excernuntur sine vllo dolore, nec vlla ratione à cibo & potu mutata sunt, sed eadem referunt in consistentia, qualitate, quantitate, colore, odore. nec cholera aut cruore sunt tincta: verùm subalbida. Sed in cœliaco malo semicocta ac semichylosa deiiciuntur. eleganter hîc in Commentario lienteriæ diuersas causas aperit Galenus, ac veterum sententias de nomine lienteriæ recenset.

II.

Sanitatis securæ aut non securæ indicia ab excrementis.

Οἵοισι ῥῆσι ὑγρότερα φύσει, ἢ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι χοιρότερον· οἵοισι παράπαν, ὀλιγαυτέρουσι.

II. Quibus nares naturâ sunt 1 humidiores, & semen 2 humidius, sanitate sunt morbosiore, 3 viuuntque valetudinarij: At qui contrà 4 sunt affecti, salubriùs degunt.

Naturarum distinctio potissimùm sumitur ex partibus principibus; ideo per has partes describit hoc Aphorismo vitium temperamenti humidioris & frigidioris totius corporis. Quasi dicat, qui non solum cerebro, sed toto corpore excrementis abundant humidis & frigidis, his principes partes eadem ab intempore laborant. Nares sunt dicatæ expurgationi cerebri; his itaque humidioribus existentibus, humidius atque infirmius erit cerebrum, humorum excrementitiorum coacernatione, vel aliunde irruente succorum copiâ. Seminis autem humiditas duobus modis euenit, aut vitio materiæ spermaticæ, aut vitio testium. Vitium materiæ spermaticæ consistit in apepsia, primùm ventriculi, deinde hepatis, prostremò totius habitus. Humiditate igitur seminis significatur vitium naturalis œconomiæ in coquendo, distribuendo, retinendo, & excernendo. Vitium verò testium est, quia hi sunt & frigidiores & humidiores, vt semen, cuius materia est excrementum benignum tertiæ concoctionis ob frigiditatem & humiditatem ad debitam crassitiem & soliditatem peruenire non possit. Rectè igitur significatur inde totius corporis vitium, quia declaratur habitus δυσδιαφόρητος *adeò, vt semen à suo sero sufficienter expurgari nequeat. Valetudinarij hi vinunt, qui pituitâ excrementitiâ abundant, quæ lassitudines, tumores, pustulas, œdemata, nodos, flatus, aquam, ac plurima tubercula profert, vt sunt herpetes salsi, chœrades, strumæ, testudines, pro diuersæ pituitæ ratione. Nam vt est cœli tempestas, ita variè pituita ipsa mutatur atque alteratur. Atque hæc si in asperam arteriam decubuerit, anginam; si in pulmones, asthma & vlcera; si in ventriculum, vlcera aphthodea, vnde lienteria; si verò altius abraserit, dysenterias parit.*

Principum partium temperies.

Seminis vitium vnde.

Testes.

Vnde bi languent.

1 Hoc est, humore abundant excrementitio, ab humore cerebri. Hic narium humor in sanis est calamitosus, quia accidit symptomaticôs. In ægris est salutaris, quia accidit criticôs, vt sternutatio: nam sunt malarum causarum bona signa: in sanis verò malarum causarum mala signa. Dicit, ὑγρότ, ne adferatur vitio diætæ, vt si quis sub Ioue dormiat frigido, & vsum si ineat intempestiuè rerum frigidarum.

2 Ex materiæ spermaticæ vitio, ob cruditatem & serosum humorem, vnde corporis totius, & naturalis œconomiæ vitium, sanguinisque mador significatur: vnde putridi morbi, & apoplexiæ, si retineatur excrementum in cerebro; aut lethargi, nam totum horum corpus est excrementosum.

3 Hoc est, leui de causa in morbos incidunt à distillatione à cerebro, quæ non solum partis (id est, cerebri) vnde dimanat, calamitatem arguit; sed ipsis etiam partibus in quas illabitur calamitosa est. *Dubium.*

4 In morbos non sunt tam opportuni. Hoc est, Quibus totus habitus solidus est & succi plenus. Aristoteles & cuncti philosophi naturæ vitæque hyparxin constituunt in humido, adeò vt quò quis plus humidi obtineat, ita fœliciùs degat. Idem docet Hippocrates lib. De locis in homine, vbi docet siccioribus naturis morbos esse pertinaciores, quia curatu difficiliores, nam deterior est sic-

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 465 sur 513

©BIUM

ciorum hominum conditio quàm humidorum. Ad prius respondeo, Hyparxin vitæ naturæque consistere in humido primigenio, non autem in humido excrementitio; de quo hic Aphorismus loquitur. Ad posterius, hîc non agi de morbis nec morborum curatione, sed de diathesi, id est, dispositione vel pronitate ad morbos. Aliud enim est, difficilius curari; aliud, morbis magis esse obnoxium. Fœlicius viuunt sicca temperie p ræditi: his siccæ sunt nares, nec sudores fundunt, sed sensui incomperta vaporatione defunguntur excrementis tenuioribus.

III.

Ἐν τῇσι 1 μακρῇσι δυσεντερίῃσιν 2 αἱ ἐπιστάσιες, 3 κακόν· ἢν δὲ καὶ πυρετὸς 4 κάκιον.

Dysenteria diuturna.

Si 1 diuturnæ dysenteriæ appetentiæ deiectæ 2 accessio adiungatur, 3 malum: eóque magis 4 malum, si febris coniuncta sit.

1 Dicit diuturnæ dysenteriæ 1 nam fieri potest vt ineunte dysenteria deiiciatur appetentia, vt cùm pituita putris est dysenteriæ causa. Describit hîc dysenteriâ magnam. Porrò tribus de causis dicitur dysenteria magna, aut ex essentia morbi, quòd scilicet vlcus ipsum secundùm trinam dimensionem magnum sit; vel difficultate curandi, quòd medicamenta parti ægræ admoueri nequeant, aut vitio materiæ antecedentis & perennis fluxus, quo non solùm affluxus excitetur, sed etiam excitatum vlcus foueatur. Nam cùm pars illa & situ & officio excipiat omnia corporis excrementa, vlcus illud duobus modis fit excrementitium; primò excremento ordinario: secundò, extraordinario. Ordinario, videlicet sordibus & ichoribus: hæc enim sunt duo ordinaria excrementa, nutritiæ cuiusque partis, crassum videlicet & tenue. Quæ pars, si valet, longè à se depellit; si vero infirmior fuerit, depellere nequit. Extraordinario verò, quòd doloris vi huc ex toto corpore materia excrementitia attrahatur.

Dysenteria quæ magna.

2 Vt nimirum superueniat diuturnæ dysenteriæ ab vlcere intestini. Ob colluuiem fœdorum succorum non sentit famem. Vel quia resoluta iam est facultas appetitrix ciborum: hinc suctionis sensus non percipitur.

3 Quod malum ad ventriculum serpere videatur; diuturnitate morbi tracto in sympathiam ventriculo ab intestinis: quodq; ad excretionis deprauationem, concoctionis infirmitas & succi alibilis inopia adiungatur. Vnde fit, vt ad calamitosam vim morbi, accedat summa infirmitas virium. Optimum remedium est infusum rhabarbarum, in decocto rosarum siccarum, radicum plantaginis, & myrobalanorum ex aqua endiuiæ, cum pauco cinnamomo: expressio fiat valida: præbeatur cum sirupo de ribes vel de rosis siccis. Sumitur bis in septimana. Intermediis diebus lac à vacca calens datur, ter die, cum saccharo rosato simplici. Dolor si vrget, lac clysmo infunditur cum butyro recenti, & vitello: coquitur in lacte tapsus barbatus & rosæ. Tandem, vt stringas, lactis dimidium excoque. bibat ter die.

4 Quæ cùm ipsa per se calamitosa est & vires frangit, tum verò magni morbi symptoma est. Aut enim hæc febris est essentialis. vel significat vitium materiæ quæ excitat dysenteriam: quòd videlicet materia antecedens, quæ parit dysenteriam, non solùm sit parti in quam decumbit calamitosa, sed etiam illi vnde manat. Aut erit febris symptomatica, & significabit vlcus cum phlegmone. vnde franguntur vires: vel ingentem putredinem denunciabit.

IV.

Vlcera. Τὰ 1 φαγεδαινικὰ ἕλκεα, 2 κακοήθεα.

IV. Vlcera circumglabra, maligna.

Proposito exemplo vlceris quod sub conspectum cadit; docet difficultatem curandi vlceris maligni. Atque hic est huius Aphorismi syllogismus, Morbus is dicitur malignus qui succum alibilem depranat, & partem reddit effœtam. Huiusmodi autem sunt vlcera circumglabra. Igitur maligna. Maior probatur. Nam vlcus non curatur nisi sarcosi. Sarcosis verò non medici, sed naturæ opus est: qua ad hoc duobus vtimur instrumentis, nimirum partis solidæ integritate, & succi alibilis bonitate. Cum igitur curandi difficultas in duobus his, vel altero tantum, hoc est partis intemperie, vel succi deprauatione consistat, ægrè superantur ea mala quibus hæc eueniunt. Minori fides ita quaritur: Pili generantur ex vi caloris, motu humoris spermatici, & cutis raritate. Si igitur pili fuerint benè colorati, solidi, & densi, indicabunt partium temperiem & succi alibilis bonitatem. Pilus ergo declarat partis intemperiem, & succi nutritij deprauationem, vel alterum tantum. *Pili.*

1 Id est, pilis carentia: cadunt enim.

2 A partis insigni intemperie, & ab affluentis materiæ vitio. vnde redintegrari nequeunt facilè. Nam succi praui illi, corrumpunt nutricatum pilorum. Talia sunt venerea vlcera. Vt vlcus, vel vulnus curetur, opus est benigno sanguine, ac partibus illi vicinis moderatis. abfint quoque falsi humores, nam inde etiam mali moris euadunt. Inde quoque, dico ex glabritie, sciemus virulentam qualitatem inuasisse partem, vnde ferinum vlcus soboleſcit. Propterea chirurgis illud studium semper adsit, vt partem firment, & totius cacochimiam castigent: vtantur sæpe à purgatione decocto farzæ & chinæ, & ligni Indici: & vlceribus talia topica adferant, quæ vnà partis calidum natiuum recreent, ac intemperiem flectant. *Obseruatio practica.*

V.

Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι, καὶ ἐν κοιλίῃσι, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν, διὰ μεγάθεα διαφόρων, 1 καταμαθητέον. *Dolorum ideæ notandæ: quodque multiplex sit dolor.*

V. Inter cōstarum pectorisque dolores, aliarumque partium quantum intersit, accuratè 1 discendum.

Dolor aliquando significat ipsum morbum. Hic verò sumitur pro ipso symptomate, hoc est, pro ipsa perceptione rei naturam ladentis. Doloris autem duæ sunt causæ, nimirum mutatio habitus, hoc est conformationis, & temperamenti alteratio. Doloris autem ratio multiplex est. nam vt est materia dolorifica, vt pars quæ dolet, vt est immutatio habitus & temperamenti, sic alia atque alia doloris proprietas. Perdiscendum itaque quantum differant dolores: nam ex doloris specie locum affectum & humoris speciem, cuius vitio dolor excitatur, inuenimus. Item perdiscendum quantum durent dolores. hoc est, considerandum vtrùm dolor sit perpetuus, vel num sit remissionis particeps; typicus, an typi expers; magnus, an paruus; vehemens, an mitis; remediis cedat, an non; vincat magnitudinem causa, an vincatur; de die sit grauior, an de nocte; sit in parte similari vel organica (nam alia sunt symptomata phlegmones, vt est in parte similari, alia, vt est in organica;) postremò an sit in ventriculo, an in cerebro, an in hepate, an in pulmonibus, & sic de cæteris partibus organicis. Tertio perdiscendum quantum dolores differant: hoc est, quantum alter alteri præstet, & vtrius sit maior vis. Quia duobus propositis malis, malum declinandum maius: atque permultis indicationibus permixtis, exordiendum est ab ea, quæ cæteras vincit, vel sine qua nihil effici potest, vel à qua omnia symptomata pendent, authore Galeno, tertio libro methodi. 6. Epid. s. 2. & 2. Aph. 6. & 6. Aph. 55. De locis affectis 2. Axioma therapeuticum in mixtis indicationibus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 466 sur 513

1 Pars morbo obsessa, causa morbifica; morbi species, magnitudo, motus, & mos, ex doloris idea eluceſcunt. Quare ad cognoſcendum, prædicendum, & curandum, doloris natura ſcrutanda eſt. Dolor pungens membranæ eſt; pulſans, arteriæ; grauis, carnis; tendens, membranæ repletæ. Cauſam quoque denunciat: nam tenſiuus eſt à repletione ſuccorum, vel flatuum; calidus, calidam materiam ſignificat. Morbi ſpeciem oſtendit; vt ſi latus pungat, pleuritidem. Morbi magnitudinem exprimit; nam ingens dolor punctilis, magnam pleuritidem loquitur. Videndum etiam num ſit dolor continuus vel intermittens. Repete: examina qualitatem doloris; hoc eſt, num ſit pungens, vel grauis; quales præterea à Galeno deſcribuntur. Deinde vehementiam doloris nota & diuturnitatem. Ita renum ſubſtantia patitur dolorem grauantem: ſed cauitas eius, vbi vreter, punctilem præbet dolorem, ita hepatis ſubſtantia grauatiuum dolorem patitur, eius verò membrana pungentem dolorem experitur. Vehemens dolor naſcitur à partis valdè ſenſilis natura, vel à materiæ vitio in qualitate vel copia. Diu etiam quòd durant dolores, id etiam à materiæ copia & qualitate eſt; vt ſi frigida illa fuerit & craſſa: quin partis proſtrata vis nonnunquam diuturni doloris cauſa fuit, vel quod exitu prohibetur materia. Dolor ſi breui deſierit ac intermittat, à tenui eſt flatu, vel ab ichore. Præterea videndum quaſnam partes ille dolor in contagionem abripiat, vt ſi colico à dolore vomat quis, ac lumbi doleant & crura, ſæpè à calculo id euenit renum: vt in cæteris etiam id euenire, doctè hîc demonſtrat Galenus.

2 loc. aff.

Caput & ſcopus huius Aphoriſmi eſt, vt nos doceat non ſolum in ſpecie, ſed in individuo conſiderandos eſſe morbos: eò quod iidem ſecundum eſſentiam morbi in diuerſis corporibus, vel etiam in diuerſis partibus eiuſdem corporis multùm variantur, & ægrè vel facilè curantur. Sic enim ardentis febris eadem eſt eſſentia in ſene & iuuene; facilius tamen curantur in iuuene quam in ſene: ſic quoque eadem eſt eſſentia inflammationis hepatis & manus; longè tamen periculoſius hepatis malum, ob officium quo vita carere nequit, quod in hepate habitat.

1 Per μετέωρα non intelligit eos morbos qui conſiſtunt in ea abdominis parte quæ ſupra vmbilicum eſt: nam, vt ait Hippocrates in Prognoſticis, Quo propiùs abſunt à coſtis & viſceribus, eò ipſos eſſe periculoſiores. Sed intelligit affectiones muſculorum abdominis. Sæpe enim docti Medici falluntur, vt putent hepatis inflammationem eſſe eam, quæ eſt muſculorum abdominis. Verùm diſtinguit Galenus, quòd inflammatio illorum muſculorum retineat figuram muſculi; hepatis verò minimè, & grauia ſympromata hepar affectum profert. Nuper vidi mulierculam cuius abdomen ſaxo durius erat, ſub muſculorum tamen idea ac charactere. Emplaſtrum iuſſi admoueri de nuccaginibus: rubicundior cùm euaſiſſet locus, ac cùm cedere videretur aliquantulum, iuſſi pertundi, ſariſque altum inſligi vulnus. Erupit maxima puris copia: euaſit. Muſculi illi abdominis craſſiſſimam membranam habent: quæ niſi pertundatur, non vnquam ferè ſponte erumpere poterit pus. Vidi propterea non ſectos illos tumores in ſaxa abiiſſe, totumque meſenterium in ſaxum ferè inde commigraſſe.

De locis affect.

Hiſtoria enarrationi accommoda.

VI.

Τὰ ἰ νεφρικὰ ἢ ὀπίσω κ͂ τῶν κύστιν ἀλγήματα, ἀργῶδες ² ὑγιάζεται τοῖσι ³ πρεσβύτηισι.

Renum & veſicæ morbi.

VI. 1 Renum & veſicæ dolores 2 vix ſanantur 3 ſenioribus.

1 Nephritici omnes morbi, & inflammationes, vlcera, infarctus, calculi. Per renum & veſicæ dolores intelligantur hîc morbi omnes earum partium quæ vrinæ aut ſecernendæ, aut tranſmittendæ, aut excipiendæ dicatæ ſunt.

2 Libro ſexto Epidemiôn dicit, nunquam ſe vidiſſe curatum vlcus renum & veſicæ, poſt quinquageſimum annum. Nam cùm veſica membranea ſit, non coaleſcit, tum ob eſſentiam morbi, tum ob excretionem ordinariam, tum ob rationem partis, quæ ſemel exulcerata, non facilè curationem recipit: & ſenes abundant pituita ſalſa, quæ impedit vlceris curationem. Omne enim excrementum in ſenibus, abradendo eſt moleſtum, eò quòd corpora ſenum non difflantur. Vix, dicit, curantur: hoc eſt, cum ſumma difficultate, in ætate proue ctiore: quòd vis remediorum eò tranſmitti vix poſſit.

3 Annis quinquaginta maioribus. Nam remediorum vis eò vix pertuadit: quòd expultrix vis infirmior ſit, & quòd meatus ſint anguſtiores, quódque materia morbi contumax ſit tum propria, tum aduentitia. Et hæ partes in ſenibus ægrè curantur, quia naturâ ſunt frigidiores, & excrementis abundant: at vlceri ſiccatione opus eſt & ocio. Succo chalybis quoſdam S. Dei beneficio curaui. Lotus vino chalybs tenuatus limâ, vino dulci potentique immaceratus liqueſcit. Cochlearium ſumunt manè, remixta aqua capillorum Veneris. Lac aſininum etiam confert.

Remedium inſigne.

VII.

Ventris dolores.

Τὰ ἀλγήματα τὰ κ͂ πρὸ κοιλίου γινόμενα, τὰ μ͂ ἰ μετέωρα, ² κουφότερα· τὰ δ᾽ ἐπὶ μετέωρα, ἰσχυρότερα.

VII. Dolores & tumores in ventre 1 ſublimes quidem minores leuioresque: non ſublimes vero graviores.

Caution cùm hiſtoria.

VIII.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ μηδέποτε ἕλκεα ὑπὸ τῷ σώματι ² ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

VIII. Vlcera 1 hydropicorum vix, imò ne 2 vix curantur.

1 Quæ ratione hydropis naſcuntur.

2 Nam vlceri ſiccitate opus eſt, & humido primigenio: at vtroque fraudatur corpus hydropi implicitum. Nam ichor fœdus à tali corpore ad vlcus effluit: nec ſuo fruuntur genio partes corporis; rabeſcit enim in hydropicis calidum humidumque primigenium partium ſimilarium. Hepar enim, in quo genius nutritius habitat, ſuo genio exuitur. nam nimium refrigeratur, hinc cunctæ partes ficcantur ſimilares, cùm nullo benigno rigentur madore nutritio. Vnde ergo ſpes redintegrandæ partis vlceratæ? nec enim illi affluit benignus ſanguis (cùm hepar eum ſolummodo aquulentum proferat,) nec, ſi etiam afflueret, in ſui naturam, fracta iam pars, à corporis totius deprauata œconomia, eum mitigare poſſit. Quare in omni ſpecie hydropis inſanabilia ferè ſunt vlcera. Caue ergo tu ne cauteria inuras hydropicorum facilè corporibus. Noui hoc euenisse in Doctore celeberrimoque Medico Vltraiectino: qui cùm ab aquâ fatigaretur, inuri ſuis crutibus vlcera iuſſit: at illa mox in gangrænam abibant, ac hominem abripiebant.

IX.

Τὰ ἰ πλατέα ἐξανθήματα ὑ ² πυρὶ π͂ ³ κνησμώδεα.

IX. Puſtulæ latæ 2 minùs 3 pruriunt.

Puſtulæ.

1 Quæ fiunt à pituita, in diaphoretico corporis habitu, ſi dyſdiaphoretos fuerit habitus, pituita putreſcit ac pruritum præbet, vt etiam melancholia interdum, vbi corpora cacochyma.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 467 sur 513

©BIUM

2 Quàm faſtigiatæ & acuminatæ: nam fiunt à bile, & ab intercepta tranſpiratione: alioqui tenuiſſima vis facilè perfluit.

Pruritus quid? Hiſtoria.

3 Pruritus eſt ἡδὺς γλυκύτερον, dolorifica voluptas, in cute excitata ab acri ichore. Vidi ictericos paruis puſtulis ſæpè obſitos; immenſa quadam ſcalpendi libidine proritari ab acri bile quæ ſubtercus vtebat. Purgata bile, ac diſſipata ab habitu corporis materia, quieſcebant. Quare à prouiſione totius vt expirare poſſit quæ habitu corporis concepta

Remedium. contaminatio eſt, rectè decoctum ſalſæ ac ligni Indici præſcribitur. Vt etiam aqua ſuauis, balnea.

X.

Dolorum capitis ſolutio vnde.

Κεφαλὴ 1 πονέουσι καὶ σφοδρῶς ἐπέουσι, 2 πύῃ ἢ 3 ὕδωρ, ἢ 4 αἷμα ῥυὲν ἔξ τῶν ῥίνων, ἢ ἔξ τοῦ σώματος, ἢ ἔξ τῶν ὤτεων, λύει τὸ νόσημα.

X. Ex capite 1 dolenti, & vehementer, effuſione 2 puris, vel 3 aquæ vel 4 ſanguinis è naribus aut ore, vel auribus, ſolet morbus ſolui.

1 A ſuccorum copia vel qualitate: nam fit à vapore: diſcuſſione ſolâ curatur.

2 Ab inflammatione conceptum ſi ſit pus, vt ſæpè euenit in longis malis capitis.

3 Id eſt, ichor pepaſmi participis ſucci biliosi, pituitoſi, vel melancholici.

4 Sanguis ſi copiâ vel qualitate vitium fecit. Quaſi dicat, & Medicus tot modis ac rationibus dolorem capitis ſoluet: habita tamen priùs prouiſione totius. In magnis doloribus capitis Turcæ ſolent auriculas validiſſimè fricare, mox nouacula ſcarificare; ac ſanguinem elicere. Noſtrates cantharidibus veſiculas pone aures excitant: & venam frontis ſecant. errhinis hoc etiam molimur; capitis lotione ex decocto agarici & florum chamæmeli.

Noua ratio medendi.

XI.

Melancholicorum & nephriticorum remedium.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ πόνοισι νεφριτικοῖσι αἱμορροΐδες ἐπιγιγνόμεναι, 1 ἀγαθόν.

XI. Melancholicis & nephriticis haimorrhoides ſuperuenientes, 1 bono ſunt.

Haimorrhoides duplices.

Geminæ ſunt haimorrhoides, externa & interna. Externæ veniunt à venæ cauæ ramo crurali: duas enim fundit iliacas venas, & ramulum venæ ſacræ, hæ etiam excurrunt in veſicam, pudendum, & vterum; interna à ſplene oriuntur. Externæ fundunt fœculentam craſſum ſanguinem: internæ tenuem & ſplendidum ſanguinem ferè elidunt: nam ſplenicus ramus talem à ſplene (qui arteriam recipit) ſanguinem promit, lienemque exonerat. Externa, hepar, renes, & vterum vendicant ab iniuria. Vnde cùm totum genus venoſum exonerent, liberant à metu pleuritidis, peripneumoniæ, maniæ, melancholiæ, &

6. Epid. 3. & De tumoribus. Hiſtoria. *à tumoribus. Aduſtus ſanguis ab internis prodire ferè ſolet, & purpureus. Vidi qui cùm haimorrhoidibus tentari ſolebant, cum vrina ſanguinem effundebant certis ſpaciis ſine noxa. Ita mulieres noui, quæ menſium vice haimorrhoides fundebant.*

1 Nam tum reuellunt, tum euacuant ſanguinem qui in vitio erat: quare diadoſis illa præclarè ad ſalutem facit & appâret. Quare hoc naturæ conſilium imitari medici in his morbis debent: & etiam pedum v. nas aperire.

Obſeruatio practica.

XII.

Αἱμορροΐδας 1 ἰσχούσι 2 χρονίας, ἐὰν μὲν μία φυλαχθῇ, κίνδυνος 3 ὕδρωπα διηρέσθαι, ἢ 4 φθίσιν.

XII. Si quis hæmorrhoidas 1 diuturnas 2 ſiſtere velit, niſi vna fluere ſinatur, 3 hydropis vel tabis 4 metum adfert.

1 Quæ alicui conſuetæ ſunt fluere modeſto & tempeſtiuo curſu. Recentes ergo ſupprimi poſſunt, ſi caueris vt materia illa craſſior ſanguinis phlebotomiâ, vel pharmacia, vel diætâ auferatur, ac in meliorem temperiem flectatur.

2 Cùm metus adeſt nimiæ exhauſtionis.

3 Palindrome in hepar, vnde ſcirrhus & oppreſſio caloris natiui hepatis à multo fœculento ſanguine: vnde id loco ſanguinis aquam reddit.

4 Si in pectus fiat metaſtaſis, indeque vas iſtic rumpatur. vel ſi alia pars infirma eſt, eò fluet. vt hepar reiicit in pulmones, ita vel in latus, vel in caput, aut in habitum corporis protrudere poterit: vnde phagedæna, maniæ &c. Itaque vena aperta teneatur, vel vena in ea periodo ſecetur, vel fecis plenus ſanguis purgetur, vel diæta remedium adferat. Cui- *Hiſtoria.*
dam mediæ ætatis nimia præcipitatione fundebantur hæmorrhoides: cum medici & chemici cuncta tentaſſent, nec ſucceſſiſſent, iuſſi vt vnâ intactâ, reliquæ tangerentur colcothare; ita appellant craſſamentum illud ab vitrioli olei diſtillatione relictum. Ilico conſtitit. Viuit. Præſtitiſſet tamen ſenſim aliquaque die id actum fuiſſe.

XIII.

Ὑπὸ 1 λυγμοῦ ἐχομένῳ 2 πταρμὸν ἐπιγενόμενον, λύει ἡ λυγμόν. *Singultus.*

XIII. Singultui 1 implicito 2 ſternutatio ſuperueniens ſingultu liberat.

1 A materiæ influxu quæ ſe inſinuauit ventriculi tunicis, vnde irritatur expultrix vis.

2 Quæ eſt motus cerebri per nates confertim acto ſpiritu: quem motum ſentiunt etiam muſculi epigaſtrij, qui ventrem vnà comprimunt: ita extunditur materia influxa. In Conuiuio Platonis ita ſedatur Ariſtophani ſingultus. Fit ſingultus à repletione, vel inanitione, aut ab acerrima materia, vel quòd contagione à neruoſis partibus in ſympathiam ventriculus trahatur; vel à vicinis, vt ab hepate. Singultuoſæ febres ſæpe fiunt ab acri flatu ventriculo concepto. *Remedium.*
Remedio eſt ſi puppa ex anethi ſemine ac papaueris potui immittatur.

XIV.

Ὑπὸ ὑδρωπος ἐχομένῳ τὸ ἔξ τῆς φλεβὸς ἐξελθὸν καλῶς ὑδατος ῥυὲν 1 λύσις. *Hidrops cum alui fluxu.*

XIV. Hydropicis ſi aqua è venis in ventrem influxerit, ſoluit 1 morbum.

Cùm id ſit confertim & copiosè, excuſſa aqua in inteſtina, quæ inſedit cauæ hepatis parti: vel in veſicam, quæ inſedit gibbis: vel quæ in ea quæ eſt ad lienem cauitate fluctuat, ſi per venas meſarrhaicas ab omento in inteſtina excidat. Vel ſi ea quæ inter peritonæum & inteſtina natat per occultos ductus in inteſtina vel veſicam feratur. Per occultos dico ductus, nam ita videmus eam interdum in pectus vel in pedes ferri. Anaſarca naſcitur cùm malum excluditur per exiguas venas in habitum corporis. Si tamen viſcus vitioſum fuerit, non iuuat aqua abductio; ilico enim recrudeſcit. Si itaque duos menſes laboratum fuerit hoc malo, actum eſt: viſcus enim germen morboſum concepit. non propina hydragoga niſi integris agri viribus.

1 Diadoſi. Curandi itaque viam hîc aperit medendi præceptor, ab imitatione naturæ ductam. Sed *Cautio practica.*
notandum id, fieri non poſſe vt inualida medicina trahatur in inteſtina humor ille, qui natat infra peritonæum & inteſtina. Qui enim ſucco ireos, vel diaturbith aut bryoniâ, vel ſoldanellâ exiſtimant ſe id efficere poſſe, falluntur. Hæc enim venis concepta aquam facili niſu effundunt, non abdomine natantem. Quare elaterio opus eſt: huius grana aliquot

remiſcere

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 468 sur 513

remiscere cum pilulis alephanginis: vel euphorbium remixtum in parua copia cum cassia recenter extracta præbeo.

XV.

Diarrhœa superueniens vomitui.

Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ ι μαχρὴ, ἢν τὸ πτυσμάτιον ἐωθὸς ἐπιγίνηται, ἀπαλλάσσει.

XV. In longa 1 diarrhœa, vomitus vltrò obortus diarrhœam 2 sistit.

1 Cùm iam materia praua vacuata est: non autem ineunte morbo. Hydropi si superueniat diuturna diarrhœa, bono est, si tandem vomitus superueniat à naturæ potentia: vel etiam artificiosa à molitione soluit morbum.

2 Reuulsione, & motu intestinorum contrario priori, alioque taptà materiâ. Imitandum igitur est hoc remedium.

XVI.

Diarrhœa superueniens morbis.

Ὑπὸ τὰ φρίσσοντος ι ἢν ἐπὶ πλεύμονα ἐγχωρήσῃ, διαῤῥοίη ἐπιγενομένη, ἀγαθόν.

XV. A pleuritide 1 & peripneumonia vehementi 2 afflicto si diarrhœa superuenerit, 3 malum.

1 Quarum vi iam languet vis naturæ.

2 Ob morbi magnitudinem; & partium, inflammatione obsessarum, necessarium vsum.

3 Nam vires fractas iam ab his morbis, exhaurit symptomaticus hic fluxus, cùm nihil ex foco morbi adimat, crebrisque laboribus desidendi ac perennibus vigiliis spiritus dissipet. Præterea inde significatio fit, vim tractricem ac coctricem ventriculi ac hepatis, in contagionem trahi à thoracis morbis; ac retentricem intestinorum vim solui. Non ita noxia est diarrhœa ineuntibus his morbis, vel vbi pepasmi notæ explendescunt, si tunc euenerit. Lenibus itaque remediis ex Hippocratis sententia tentanda est aluus in peripneumonia & pleuritide, vt manna, sirupo violato & rosato laxatiuo, cassia, diacatholico, cum pauco rhabarbaro, electario lenitiuo, & de psyllio. Nam Hippocrates hîc non dicit diarrhœam cunctis pleuriticis & peripneumonicis malam esse, sed ἐχομένῳ hoc est vehementer ab his afflicto: ita vt ratione contagij, hepar, ventriculus ac intestina diarrhœam proferant symptomaticam. Itaque à vexatione harum inferiorum partium euenit diarrhœa, nam vexatum iniuriâ hepar non ampliùs trahit in se alimentum, nec sanguinem proferre potest; verùm etiam ventriculum affligit. At diarrhœa illa quæ moderatæ pleuritidi vel peripneumoniæ superuenit, hæc quia non nascitur ex καπορραγία viscerum, bonis ægrorum rebus euenire potest: vt antea dixi. Obseruabile etiam num ab ingestis nata fuerit diarrhœa, & non à vi morbi. Vidi nobilem pleuriticam: huic ad statum ferè immanis fluxus alui superuenit. Præscripsi illi vsum sirupi myrtillorum, ac Summi Dei beneficio seruata fuit.

Cautio practica.

Historia.

XVII.

Opthalmiæ remedium.

Ὀφθαλμιῶντα ι ἐπὶ 2 διαῤῥοίῃ λαφθῆναι, 3 ἀγαθόν.

XVII. Oculi ex 1 inflammatione laborantem 2 diarrhœa corripi, 3 bonum.

1 Ab acri materia, & sanguine cui mixta sit pituita salsa.

2 Siue arte, siue vltrò erumpat.

Obseruatio practica.

3 Nam reuellit, & vnà euacuat ab oculo. Quare si natura id vltrò non fecerit, pharmacia hoc agemus. Si valida phlegmone occupauerit oculum, venam seca, cucurbitas ceruici admoue: purga. dolorem mitiga. digere. In magnis doloribus foue oculum decocto maluarum, chamæmeli, & seminis fœnugræci. tandem collirio, quod alibi discripsimus, illine.

Lib. 2. Methodi nostræ vbi de collyriis.

XVIII.

Κύστις διακοπέντι ι ἢ 2 ἐγκεφάλου, ἢ 3 καρδίης, ἢ 4 φρενὸς, ἢ ἧπαρ ἐντέρων τι ἧπαρ 5 λεπτῶν, ἢ 6 κοιλίης, ἢ 7 ὑπερῴου ἀναστομωθέντος.

XVIII. Vesica 1 pertusa, aut 2 cerebro, 3 corde, 4 diaphragmate, tenui 5 intestino, 6 ventriculo, 7 hepate, mortiferum.

Vulnera interna.

1 Valido vulnere si fecetur, ita vt cauitatem feriat. Id sanè est calamitosum: nam, quia exanguis, non potest coalescere. & inflammatio superueniens illi funesta est. Diacopas vocat grauissima vulnera.

2 Nam pars princeps & spermatica. Galenus hîc dicit se vidisse curatum cerebrum vulneratum.

3 Vsque ad ventriculum si peruaserit læsio, ilicò moriuntur: alioqui si caro sola læsa fuerit, nec peruaserit vulnus in sinum cordis, superueniente phlegmone primo aut secundo die abripiuntur.

4 In eius parte tendinosa & membrana, vbi eius initium.

5 Ægrè curantur ob tenuitatem, quodque perpetua bile rigentur. Si ea parte vulneratur qua mesenterium attingit, ob venarum eò venientium magnitudinem quæ plurimum sanguinis fundunt, plerumque calamitosum: in aliis partibus curata vidi, cùm nec phlegmone nec dolor vllus superuenirent.

6 Quia neruosæ partes dehiscunt vulnere lacerræ. In crassis etiam intestinis parua & rectà inflicta, non transuersim, vulnera, non ita lethalia sunt. Ventriculi superior pars maximo percutitur periculo.

Vulnera quæ ex causis calamitosa.

7 Si parenchyma & venæ feriantur, ex copioso effluxu sanguinis moriuntur. Galenus hîc negat curari posse. Vulnera quattuor ex caussis calamitosa sunt; vi symptomatum superuenientium, vt si luxationi cum vulnere delirium superuenerit. secundò, quòd pars cuius officio vita carere nequit, validè afflicta sit. tertiò, quòd malum malo se nectat, vt si loco sit tali vulnus quo remediis non pateat aditus: vel si spiritus & sanguis confertim se effundant; vt si caua vena laceretur: quartò, ex euentu cùm insanabile sit vulnus, quod alioqui redintegrabile erat: vt si toxico anima fuerint tincta, vel si cacochymia corporis sit ingens, ægerve si susque deque vixerit.

XIX.

Ἐπὶλύ ι διακοπὴ ὀστέου, ἢ 2 χόνδρου, ἢ 3 νεύρου, ἢ 4 γναθμὸ τοῦ λεπτοῦ, ἢ ἀνεκποδίσματος, ἢτε αὐξηθῆναι, ἢτε ξυμφύεσθαι.

Partes resciſſæ quæ non redintegrantur.

XIX. Vbi præcisum est 1 os, aut 2 cartilago, vel 3 neruus, aut genæ 4 pars tenuis, vel præputium; neque augescit iterum, neque coalescit.

Partes seminales non possunt iterum redintegrari: verum aliquid renascitur loco ablatæ partis, forma & materia dispari à primæua parte. nam tanta spermaticæ materiæ copia non circumfluit corpus, vt terna dimensione in nouam sobolem illa fœcunda sit. Quare ferrumminantur ac coagmentantur lacerræ hæ partes materia dispari. Dicat quis, Cur spermaticæ partes non redintegrantur à semine, cùm totum tamen corpus crescat vi seminis in omnem dimensionem? Resp. seminales iam partes ætate sunt factæ siccæ duriores que, & vegetæ vis in vtero formatrix erat. ægrè enim forma talis iam editur partium, natura fractæ potentia: adde quòd pars læsa, viribus non ita valeat vt olim in vtero: nec eâdem copiâ ac bonitate gignitur ea materia spermatica.

1 Magno vulnere. nam os durum est, nec potest molli substantiæ iungi.

2 Vt narium, auriũ: nam ad ossis naturam accedit.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 469 sur 513

3 Nam eſt pars ſpermatica.
4 Vt ad palpebras,& labrum.

XX.

Ἢν ἐς τὴν 1 κοιλίην αἷμα χυδὴν ῥυῇ φύσιν, ἀνάγκη 2 ἐκπυηθῆναι.

Sanguinis grumi.

XX. Si ſanguis 1 in ventrem effuſus fuerit præter naturam,neceſſe eſt vt 2 ſuppuretur.

1 Vt in thoracem,ventriculum,& inteſtina, veſicam,vterum, & cerebrum, ita in interſtitia muſculorum.

2 Et vt putreſcat;modò moram ibi trahat : vt ſi menſes in vtero ſex vel quinque retineatur. Suppuratur,inquit,hoc eſt in pus abibit, vel liueſcet, vel grumeſcet.nam hîc impropriè vtitur ea ratione Hippocrates.Familiaritas venis ingenita eſt cum ſanguine,quæ facit vt in his naturalis locus ſit ſanguinis: quæ cauſa eſt quòd iſtic nunquam congeleſcat ſanguis.Sed cùm ſubſtantia, naturæ maximè conſocialis putreſcit, eò deteriore putredine afficitur,quo naturæ erat familiarior:quod ex ſeminis putredine elucet,nam horrenda ſymptomata id proferre ſolet.

XXI.

Τοῖσι 1 μανικοῖσι 2 κιρσῶν ἢ 3 αἱμορροΐδων ἐπιγενομένων, ἡ μανίη 4 λύεται.

Melancholicorũ varices & haimorroides.

XXI. 1 Inſanientibus ſi 2 varices ſuperueniant aut 3 hæmorrhoïdes,inſaniam ſoluunt.

1 Vt melancholicis , & qui ſine febre inſaniunt.

2 Id eſt, in cruribus venarum tumor & in femore,cum cutis nigrore,à craſſo & flatulento ſanguine.fiunt etiam in hypogaſtrio,ſcroto , & inguinibus, genis,mammis.

3 A craſſo & aduſto ſanguine.

4 Metaſtaſi à capite ad crura & ad haimorrhoïdes.Hîc ſecanda eſt vena ad malleolum, & multum ſanguinis detrahendum : caſtigandaque ſanguinis conſiſtentia diætâ.

XXII.

Ὁκόσοι * 1 ῥήγματα ἐκ τῆ 2 νώτου ἐς τὰς ἰλίας κατιδεῖν, 3 φλεβοτομίη 4 λύει.

* ῥεύματα vel ἀλγήματα
Dorſi dolores.

XXII. 1 Ruptiones quæ à 2 dorſo ad cubitum feruntur,venæ 3 ſectio 4 ſoluit.

1 Vel dolores,vel fluxiones. In rhegmate, muſculis intextæ fibræ diuelluntur. In rheumate labitur materia à capite in dorſum & ſpinalem fiſtulam ἀλγήματα fiunt à plethora & flatu, vel acri à ſanguine.

2 Vt etiam ex ceruice & humeris.

3 Ex Brachio oppoſito,vel ex crure eiuſdem lateris,dum adhuc ruit humor.

4 Reuellendo & vacuando. Ad deriuandum verò propior dolori vena erit pertundenda; cùm, nimirum,iam conſtitit fluxio.

XXIII.

Ἢν 1 φόβος καὶ δυσθυμίη πολλὸς 2 χρόνον διατελέῃ, 3 μελαγχολικὸν τοῦτον.

Triſtitia & metus.

XXIII. Si 1 metus cum triſtitia perſeuerent longo 2 tempore, 3 melancholicum hoc eſt.

1 Sine cauſa manifeſta & cum nulla ratione : & propterea dicit,longo tempore.

2 Nam animæ noſtræ ſubſtantia conſtat ex ſplendido æthere ; odio propterea habet obſcuros ſpiritus & tenebras, eaſque abhorret & pauet. tales autem fiunt à vapore ſucci melancholici.

3 Nam animi actiones ſequuntur temperiem corporis& humorum:eorumque ſplendorem vel obſcuritatem ſentit anima per ſpiritus. Nam ſplendidi ſpiritus animo afferunt ſpecies ſub amœna idea : at atri, horrendas triſteſque imagines animo exhibent. Si ſanguine ab vſto melancholeſcat homo, interdum ob ſplendorem , ridet. Timor,mœror, & melancholia, ſibi inuicem operam dant, nam melancholia timorem & mœrorem, hi iterum melancholiam pariunt. Præcautionis ergo ratione purgetur melancholia, venaque ſecetur,ſi ſanguine circumfluit victum qui euincere poteſt craſſitiem ſuccorum , inſtituat. Cùm autem in corrupteram rapitur melancholia,quòd euacuata non fuit,enthuſiaſmum profert,& ſpectra miranda ab indicibili qualitate. Cùm δυσθυμίαν diuturnam animaduerteris,quæ zelotypiam facit, caue ne armorum illi copia fiat. Admonui aliquando amicos fruſtrâ;nam id ridebant; de quodam qui poſteà ſe & vxorem interfecit cultello.

Remedium.

Cautio & hiſtoria.

XXIV.

Ἐντέρων δὲ διαιτᾶν ἢν λεπτῶν ᾖ, ξυμφέρεται.

XXIV. Si quod gracile inteſtinum perſectum ſit,non coaleſcit.

Delendus eſt hic Aphoriſmus,nam anteà ſcriptus.

VXX.

Ἐρυσίπελας ἔξωθεν μὲν ἔσω τρέπειν, ἢν ἀγαθὸν· εἴσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν.

Erysipelas.

XXV. Etyſipelas foris intrò verti,malum:intùs verò foras,bonum.

Quaſi dicat,in eryſipelate non validè eſt refrigerandum:nam bonis egrorum rebus ſit mutatio intus foras. Laudatur enim ſemper excluſio in partes.Quare non repelle vbi morbus eſt malignus , natura debilis , materia copioſa & acris , cum phlegmone viſcerum. ita in pleuritide & peripneumonia non repercutimus materiam , nam repreſſus intrò ſanguis augeret horum viſcerum phlegmonem. Quicquid igitur ex viſceribus ad cutem abit,non debet retrudi. Excludenda tamen eſt cauſa antecedens interdum phlebotomiâ & pharmacia;ſeróque lactis propinato, ac iulabiis temperandus feruor. quin topica frigida & humida admouemus,non tam repreſſionis quàm temperationis gratiâ.Si cauſa antecedens non magna ſubſit , linteа ſmegmate aqua ſoluto madentia admouemus optimo ſucceſſu:maximè ſi acerrima vel maligna fuerit materia , & ſi viſcus germen morboſum habet,vel ſi ſenex fuerit,aliaue de cauſa vires titubârint. Præclarum remedium eſt ſtercus recens bubulum , ſi in ſartagine coquatur cum aceto,adiectis floribus chamæmeli & ſambuci,vt fiat cataplaſma:quod tepidè admouetur. Ex aceto roſato & ex aqua ranarum coquitur myrrha,& ea aqua admouetur.

Repercuſſionis vbi nullus locus.

Præſtat admittere.

Remedium.

XXVI.

Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γίνωνται, θάνατον λύει.

Tremor in cauſo.

XXVI. Quibuſcunque ex cauſo laborantibus tremores gignuntur,delirium hos ſoluit.

Hoc eſt a delirio in mortem abeunt quaſi reſoluti antè:nam neruoſum genus affligitur valdè , vbi à cauſo tremor ſuperuenit. Itaque illud λύει, pro reſolutione totius corporis interpretor. Nam ille tremor metaſtaſeos indicium eſt ad partes nobiliores: nam à venoſo genere excutitur malum in neruos, meningas , & inde in cerebrum eiuſque in ſubſtantiam,& tunc cedit tremor in delirio , quod tandem reſoluit totum corpus. Hunc ſenſum

Aphoriſmi

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 470 sur 513

Aphorismi esse, nec experientia docuit. Vndique ita illud perniciosum est. Sed si illud λύσις propriè dictum ab Hippocrate velis, certe ironia dictioni subuerit: minimè enim delirium soluit tremorem ad salutem, sed ad mortem. quare non ἡ νόσου λύσιν, ἀλλὰ μετάστασιν Cruserij. Sepe cùm venam tentat manus, pollice in aduersa manus agroti parte, senties subsultantes neruos, variéque exilientes sub pollice, & etiam ipsis digitis quibus pulsum examinas hoc senties, id calamitosum in causis, vbi iam principium superauit morbus.

Obseruatio practica.

XXVII.

Ὁκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ τιτρωσκόμενοι ἢ τεμνόμενοι, ἐκρυέντος τοῦ πύου ἢ τοῦ ὑδατος ἀποθνήσκουσι.

Euacuatio subitanea, vbi magna sunt vasa, periculosa.

XXVII. Quicumque empyi vel hydropici 1 vruntur aut secantur, si pus aut aqua 2 vniuersim efflu xerit, certò 4 moriuntur.

Veteres empyema vocabant puris collectionem, rupto vel non rupto tumore, & in quauis corporis parte. Alij pus contentum in thorace solùm appellant empyema. Fit ex peripneumonia, vel angina, vel quòd serosa materia irruat ex capite in pectus, vel à corde, aut à toto corpore, vel ex abdomine aquulento, vel ex pulmonum vase aperto. In inflammata autem parte colligitur pus cùm intra 14. aut 20. diem non expectoratur. Ab his diebus tum si supputes ad vigesimum vel 27. aut 34. aut 40. vel 60, rumpitur, vt nimirum acrior vel crassior fuerit humor, & pars vt fuerit. Hoc ita effusum nisi intra 40. dies excludatur, à die suppurationis, in tabem trahit, vel suffocat. tabem, corruptis pulmonibus: suffocat, si copia obruat.

1 Cùm scilicet aliorum remediorum vis victa iacet. Maximè cùm summa respirandi difficultate tenentur, quæ nascitur ob angustiam regionis thoracis interceptæ. Si reuiuiscat aqua à decimotertio, sensim eliciatur.

2 Hoc est, per libras; cùm vncia vna, ad quatuor vsque, secundum vires, erat exhaurienda tantùm. Semel id fiat die, dum duodecimum ad diem ventum sit, tunc liberè effluat si quid superest.

3 Syncope, à dissipatis spiritibus, ob oscula arteriarum quæ apertiuntur liberata à mole prementis aquæ: cùm iam etiam antè à cacochymia fatiscerent vires. Erasistratus dicebat se id vsu compertum habere, vniuersim emissam materiam, febres ac mortem inuehere. Immutatur enim subitò omnium viscerum habitus, quæ mole primùm turgebant; & puris acrimoniâ tenerrima va sa reddita facilè dehiscunt, cùm non ampliùs aquæ mole premuntur: quo tegmine subitò abducto, ruunt spiritus foras. Hoc etiam in aliis abscessibus locum habet, vbi magna vasa adsunt, quæ à pure reparata, eo præsente adhuc conniuent. In hac medela valeant vires, absit febris valida: nondum ventum sit ad cachexiam: viscera ac pus nondùm corruptelam habeant. Sed ante sectionem lacte vel euchymis nutriatur bene æger. Primò vtemur vesicatoriis, deinde cautetiis potentiâ: si hæc non satisfecerint, veniemus ad actu cauteria; tandem his irritis, seca empyum. Quæ autem cauteria sub mento, sub mammis & sub scapulis imponuntur, faciunt ad auersionem causæ antecedentis, quæ ex capite in thoracem fluit.

Erasistrati sententia.

Cautiones ad vectè cutandum.

XXVIII.

Εὐνοῦχοι ἧσσον ποδαγῶσιν, οὐδὲ φαλακροὶ γίνονται.

Podagra & calui ties.

XXVIII. 1 Eunuchi ex 2 podagra non laborant nec fiunt 3 calui.

1 Frigidiores redditi toto corpore.

2 Fit podagra, cùm in imbecilles artus effunditur humorum copia. Illa est à desidiâ, luxuriâ, heluatione, & generosi vini potione ante cibum. Propterea etiam hac ætate, extra veneris vsum eunuchi podagrâ affliguntur. Olim ex temperantia, pura erant corpora & fortia, nec immoderata Venus subducebat neruis suum genium; sed succi natiui plena erant, nec excrementis replebantur. Arthritici primùm fiunt podagrici.

3 Nam pilorum focus non resiccatur, & à genuino madore densam gerunt cutem.

XXIX.

Γυνὴ οὐ ποδαγᾷ, ἢν τὰ καταμήνια αὐτῇ ἐκλίπῃ.

Podagra mulierum.

XXIX. Mulier ex podagra 1 non laborat, nisi menstrua illi 2 deficiant.

1 Vera ævo Hippocratis sententia, cùm à luxu & libidine essent alienæ.

2 Aut parcâ fluant manu. Nam vt pedes artusque hoc malo affligantur, necesse est vt sit sentina ac scaturigo succorum; nec enim artuum imbecillitas solitaria hoc malum euocat. Sentinam verò hanc exhaurit menstrua purgatio. Quare cùm mulier laborat ex tali morbo qui à cacochymia venit, excita huic menses.

XXX.

Παῖς οὐ ποδαγᾷ πρὶν τὰ ἀφροδίσια χρήσῃ.

XXX Puer ex podagra 1 non laborat antequam 2 Venerem exercuerit. *Podagra puerorum.*

1 Nisi à parentum semine illa podagra nata fuerit, & maximè cùm parentes luè venerea contaminati fuerunt: quod malum ignotum fuit Hippocratis ævo. Hippocrates tamen maximè Veneri ascripsit hoc malum articulorum.

2 Tunc grauem vocem edunt, magnaque fit commutatio seminis & succorum, qui tunc in imbecilles artus se effundunt.

XXXI.

Ὀδυνίαι ὀφθαλμῶν 1 ἀκρητοπότιν, ἢ 2 λουτρόν, ἢ 3 πυέλη, ἢ 4 φλεβοτομίη, ἢ 5 φαρμακίῃ λύει.

XXXI. Dolores oculorum 1 vini potus, vel 2 balneum, aut 3 fotus, vel 4 phlebotomia, vel 5 pharmacia soluit. *Causa docet morbifica quid sit agendum.*

Hoc est, vt fuerit varia causa morbi, ita etiam varius eius esse debet modus auferendi; ab amotione scilicet causæ antecedentis.

1 A causæ antecedentis euacuatione, cùm crassus oculos occupauit succus: hunc enim vinum validum ac tenue discutit.

2 Cùm à fumo vel vapore concepta molestia est.

3 Cùm oculos incurrit acerrimus succus. Tunc fiat fotus, qualis est fœnugræci decoctio cum spongia. Nam si reliquum corpus purum fuerit, ilicò curabitur, exhaustis succis qui influxerant. Quod si corpus irriguum humoribus fuerit, fotus hoc indicabit. nam ilicò à fotu mitescet aliquantulum dolor, ob exhaustos humores qui oculo insederant: sed mox recrudescet, quòd fotus æquè nouum fluxum accersat, ac insidentem dissipet succum.

4 Si sit ex sanguine.

5 Si à succo prauo fuerit. Præclaras huius euentus enarrat historias Galenus ad hunc Aphorismum. Alij habent φαρμακοποσίᾳ.

XXXII.

Τραυλὸς κατὰ διάρροιαν μᾶλλον ἀλίσκεται ἢ κατὰ.

Balbuties.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 471 sur 513

Alui proſtuuium. βαύλωσις, ψελλίσμος, ἰσχνοφωνία, μογιλαλία.

XXXII. Linguâ 1 titubantes diarrhœis 2 diuturnis plerumque implicantur.

1 Triplici vitio afficitur in ſanis hominibus lingua, vnde quidam trauli dicti, qui ſcilicet aliquam litteram pronunciare perfectè nequeunt. Pſelli qui prætermittunt litteram vel ſyllabam. Iſchnophoni, qui balbutiunt ita vt continua ſerie non nectant ſyllabas. Cuncta hæc vitia intelligere videtur hîc Hippocrates.

2 Nam his imbecillis eſt lingua ob intemperiem humidam totius corporis, vel cerebri. Et quibus lingua humeſcit, eiſdem plerumque & aluus: nam eſt eadem membrana quæ veſtit ventriculum & linguam. Hanc igitur ob cauſam cùm titubat lingua, diarrhœæ metum adferet. Quaſi dicat, talia corpora cautè purganda ſunt, ne præcipitentur in fluxum. Sed ſunt plurimæ aliæ cauſæ quæ offenſam linguæ præbere poſſunt: vt linguæ breuitas, palati aliena formatio, dentium inopia; vinculum linguæ duplicationem adferens, vnde ἀσχύγλωσσοι. vel quòd paralyſi feriatur lingua.

XXXIII.

Acidus ructus frigoris nota. Οἱ ἐξυρεγμώδεες ἀπὸ πάνυ ἢ πικρεσκοὶ γίνονται.

XXXIII. Acidum qui eructant, non ſunt pleuritidi obnoxij.

Nam hi ſunt pituitoſi; & pituita denſior eſt quàm vt facilè ſubeat tunicam coſtis intextam. Quin eiuſmodi homines toto corpore algioſi ſunt. Nam acidi ructus ſunt à ventriculo frigido. Quin ſi falſa etiam fuerit pituita, aluum mouebit: at tales, pleuritidis vitant facilè inuaſionem. Quare vera pleuritis hos non fatigabit. Sæpe euenit tamen ab aquoſa tenuique pituita pleuritis in his regionibus, ſed illa non vera eſt ac exquiſita. Summâ prudentiâ hic Aphoriſmus ſcriptus fuit. Nam in his corporibus frigidis ac pituitoſis, ſæpe grauiſſimi dolores laterum à flatibus oriuntur, fotibus mitigandi. Si venam perturderis, necabis. Vidi formoſiſſimam mulierem, quæ cum flatibus obnoxia eſſet, ac cùm cenaſſet liberaliùs, noctu in acerbum lateris dolorem conjecta fuit. Ilicò à ſecta vena periit.

Cautio practica, & hiſtoria.

XXXIV.

Varices, & caluities. Οἱ φαλακροὶ, τατάσιοι κιρσοὶ μεγάλοι ἐγγίνονται· ὁκόσοισι δ' ἂν φαλακρεῖσιν ἐσθοὶ κιρσοὶ ἐπηβώωσι, πάλιν αὖτοι γίνεσθαι ἄπιστοι.

XXXIV. Qui calui ſunt, his varices magni non eueniunt: quibus verò caluis varices ſuperueniunt, ii rurſus comantur.

Cùm id fit ab humoris vitio qui deponitur ad varices vel ad haimorrhoides. ita enim vel diadoſi euertitur, vel euacuatur, vnáque reuellitur. Nam à prauis ſuccis exuitur interdum caput capillis, qui ſi in crura deponantur, reuiuiſcunt pili, cùm non amplius eorum radices inquinenter à fœdo ſucco. Eadem tradit Ariſtoteles de hiſtoria animalium. Quaſi dicat Hippocrates, ſi decidui capilli fuerint, purga corpus, quo materia fœda quæ in caput fluit abducatur. Quare euacuari debebit materia etiam à medico, qua in caput viam affectat.

Vſus.

XXXV.

Hydrops tuſſi ſuperueniens. Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι κ βῆξ ἐπιγενομένη, ε κακόν.

XXXV. 1 Tuſſis ſi hydropicis ſuperueniat, malum.

1 Quæ primùm non aderat; tranſlatâ materiâ ab imo ventre in pectus, (non autem à catarrho illabente in pectus) nam id calamitoſum. Naſci vel etiam poteſt à tumido hepate; quo deorſum pendulo, diaphragma vnà deorſum rapit, vnde ſicca tuſſis: vel diaphragma mole materiæ opprimitur.

2 Nam bronchia plurimùm implentur aquâ, vnde ſuffocantur. & ſpirandi difficultas præceſſit.

XXXVI.

1 Δυσεύρετον φλεβοτομίην. τέμνειν δ' ἐς τὰς 2 εἴσω.

XXXVI. Vrinæ 1 difficultatem dolorificam ſoluit phlebotomia: ſecare autem oportet 2 internas venas. *Dyſuria.*

1 Ab inflammatione veſicæ. Tunc febris potens adeſt.

2 Cubiti, quæ baſilica dicitur; & malleoli, quæ ſaphæa vocatur; interna eſt: nam externa iſchiatica appellatur. hanc ad deriuationem, illam ad reuulſionem ſecamus. Acrimonia vrinæ, & veſicæ imbecillitas, huius etiam difficultatis cauſa eſt: quæ tamen aliquando à plethora naſcitur. Vbi acrimonia fatigat, vtatur emulſione ſeminum frigidorum, & papaueris albi ex ſero lactis, vel decocti iuiubarum & glycyrrhizæ. Si ſit ab imbecillitate, vino tenui vtatur cum nuce myriſtica; vel folia ribes nigri illi immacerentur. Sumat pulueris myrrhæ ſemiſcriptulum cum ſirupo violato; id ſæpe agat: vel bibat lixiuium factum ex cineribus toriſmatini ex vino albo factum. *Remedium.*

XXXVII.

Ὑπὸ 1 κωδύγχνε ἐγκεφάλου ἕλκωμα γενὲς ἐν τῇ τραχήλῳ ἀγαθὸν· ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα. *Tranſlatio materiæ morbificæ feliciter ſi foras.*

XXXVII. 1 Anginâ detento ſi tumor appareat in collo, 2 bonum: nam foras vertitur morbus.

1 Ab inflammatione laryngis.

2 Diadoſi ab internis ad extetiores. Quare ex Hippocratis conſilio, omnia admouebimus vt foras prodeat in collum materia. Tale eſt emplaſtrum quod coquitur ex nido hirundinis, ex decocto maluarum, melilori, ficuum, ſambuci florum; additur theriaca & crocum. Ita litus ex adipibus, & oleo amygdalino cum croco. *Remedium nobile ad anginam.*

XXXVIII.

Ὁκόσοισι κρυπτοὶ 1 καρκίνοι γίνονται μὴ 2 θεραπεύειν βέλτιον. Θεραπευόμενοι δὲ ταχέως μὴ θεραπευόμενοι δ', * πάλαι χρόνον διατελέουσι. *πλέον

XXXVIII. Quibus 1 cancri occulti naſcuntur, non 2 curari præſtat: curati enim ſubitò intereunt; non curati verò diutiùs viuunt.

1 Id eſt, tumor inæqualis, dolorificus, durus, liuidus, à bile atra quæ ex bile flaua nata fuit.

2 Quia eſt pepaſmi expers. Licet tamen ſedare dolorem, detergere ſordes, mouere haimorrhoides, ſecare venam & purgare. Id ſanè obſeruarum eſt, duplex in cancro venenum eſſe, vnum putrefactium, alterum corroſiuum. Si itaque ei admoueas calida ac humida remedia, quæ pus promouere ſolent in apoſtematibus ac vlceribus pepaſmi capacibus, inde in altam putredinem degenerabunt, cunctaque vicina putrilagine contaminabunt. Quodſi illam fœditatem cauſticis caſtigare volueris, ſurget alterum quod in cancris venenum eſt corroſiuum, ac vicina cuncta exuret. Quare non irritandus cancer. Optimè ad ſolatium hîc facit ſuccus geranij illius quod herbam Roberti appellant, ſi miſceatur cum aqua ſeminis ranarum: ac mox emplaſtrum ex plumbo mercurialato applicetur. Vidi illuſtrem puellam ab empiricis in calamitatem tractam: dum ſcirrhoſæ illius mammæ *Obſeruatio practica.* *Tale deſcripſimus libro primo methodi*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 472 sur 513

noſtræ ad praxin, capite De vnguentis, in vltima editione.

alius cauterium, alius calidum ac humidum cataplaſma admouiſſet. Si in ſuperficie corporis conſtitit, benè exſcinditur, ſi radicitus auelli vnà cum venis nigricantibus poſſit. Initio itaque curabiles ſunt; cùm ſolùm propagant fibras ſuas; ſed tamen non omnes, ſed in quibus nulla reliqua in auulſione remanet fibra. quin tales interdum pharmacia & phlebotomia eluuntur. Cùm inſedit inſigni venæ, arteriæ, aut neruo, curari ſectione aut vſtione nequit. Lacte etiam tepido fœliciter placatur cancer.

Hiſtoria.

XXXIX.

Spaſmus & ſingultus vnde.

Σπασμὸς γίνε᾽ται, ἢ ἰσχὺς 1 πληρώσιος, ἢ 2 κενώσιος, ἔστω δὲ καὶ 3 λυσμός.

XXXIX. Conuulſio naſcitur vel à 1 plenitudine vel ab 2 inanitione: eodem etiam modo 3 ſingultus.

1 Cùm nerui implentur humore craſſo & viſcido: quod fit dum coaceruant, imbecillitate tacti, hos ſuccos: vel quòd hi aliunde affluant: vel quòd punctione violentur, à qua ſordes vellicant neruos.

2 Vt in febribus ardentibus: & ab elleboro.

Singultus quid differat, & quid commune habeat cum ſpaſmo.

3 Qui eſt motus quidam conuulſiuus & prouenit ab eiſdem cauſis à quibus conuulſio, nimirum à plenitudine, & ab inanitione, & repente ſe reuellit ventriculus ad ſuum initium, hoc eſt ad tonos illos ſuo orificio inſertos. Differt à conuulſione tractionis ideâ, loci laborantis naturâ, & ſymptomatis ſpecie. Symptomatis ſpecie, nam ſingultus fit à naturalis facultatis vi, quæ excernit quod immiſſum tunicis ventriculi, vellicat. Neruos enim illos maximos habet non motus, ſed ſenſus causâ. Tractionis ideâ differunt; ſpaſmus enim ſola tractione abſoluitur: at ſingultus euenit contractione & dilatatione; nam primùm ſe pandit in maiorem niſum ventriculus, quo fortiùs ſe ſtringat. Loci laborantis naturâ etiam differunt. nam ſpaſmus muſculo proprius eſt, ſingultus ad ventriculum pertinet. Spaſmus ſymptoma eſt cauſæ morbificæ; ſingultus eſt opus naturæ, id eſt, cauſæ expultricis. Vbi à plethora eſt nata conuulſio, venæ ſectio ſolatio eſt: vbi ab exhauſtu, balneum tepidi olei conuenit.

Remedium

XL.

Ὀκόσοισι ἀεὶ τὸ ὑποχόνδριον 1 πόνος γίνε᾽ται 2 ἄτερ φλεγμαίνης, τούτοισι 3 πυρετὸς ὀξυγενόμενος λύει τὸν πόνον.

XL. Quibuſcumque 1 dolor ſine hypochondriorum inflammatione excitatur, his 3 febris ſuperueniens dolorem ſoluit.

Hypochondriorum dolor diuturnus.

1 In parte non principe.

2 A craſſa & frigida pituita, & à flatu.

3 Nam calor febrilis diſcutit, & materia per vrinas & inteſtina excluditur. Igitur nos, imitando vtemur fortibus tenuantibus, diſcutientibus, coquentibus: ſacculis, ſpongiis. Modò, vt admonet hîc Hippocrates, nec febris, nec inflammationis, nec mordentis materiæ, vnde dolor, excuſatio adferri poſſit.

Remedia.

XLI.

Abſceſſus latentes in corpore.

Ὁκόσοισι διαπύον τι ἐὸν ἐν τῷ 1 σώματι μὴ διασημαίνει, τούτοισι διὰ 2 καχεξίην τοῦ πύου, ἢ τῇ 3 πόσει, δῆλα ποιητέα.

XLI. Quibus pus in 1 corpore nullam de ſe notam præbet, ob ſui 2 craſſitudinem, 3 aut loci, non ſe prodit.

1 Vt in pulmone & hepate, cùm dolores præceſſerunt.

2 Vt in tumoribus frigidis.

3 Vt vbi cutis ſolida, ſcalpello incidi debet, vel pyrotico: aut pus & cutem rarefacias. Ita abſceſſus latitant nonnumquam in imis corporis partibus, ob partis craſſitiem incomperti, vel ob puris craſſitiem. Vidi plurimos à fato ſectos, qui perennibus querelis miſerè vixerant, quibus ingens apoſtema ſaxeæ ferè duritiei pancreas occupauerat. Vidi cui hepatis parenchyma, illæsâ ſolâ ſuperficie in pus verſum fuerat, ſub languidâ febre ac frequenti lipothymiâ ſolum. Ita ſæpè notaui in abdominis muſculis pus delituiſſe diu, quod tandem in ſaxoſam duritiem abiens ſubiectas partes eâdem calamitate afflabat. *Hiſtoria.*

XLII.

Ἐν τοῖσι ἰκτεριώδεσι τὸ ἧπαρ 1 σκληρὸν γενόμενον, 2 πονηρόν.

XLII. Ex ictero laborantibus, iecur 1 durum fieri, 2 malum. *Ictherus.*

1 Nam ea durities eſt à phlegmone vel à ſcirrho: ſi cum febre, erit à phlegmone: ſi illa durities ſit febris expers, à ſcirrho erit.

2 Nam ſcirrhus in hydropem abit; inflammatio in ſcirrhum. Sine hypochondrij duritie interdum μετατιθῶς natura bilem ad cutem pellit, vnde ictherus ſalutaris. Fit etiam non bene à viſcerum interdum intemperie, aut à venenata ſuccorum qualitate, vt à morſu viperæ. Vidi quendam ſtatæ ætatis robuſtum virum, qui ſæpe genio indulgebat. hic in pleuritidem tractus fuit. A vena ſecta expuebat flaua admodum, & craſſa. quarto die in ictherum abiit, excrementis biliоſis, nimirum vrina, & alui: ſeptimo ſudauit vehementer. Purgabatur interdum manna cum rhabarbaro. Et quia virulenti aliquid adeſſe videbatur, conquerebatur validè ad xiphoïdem cartilaginem de dolore. iuſſimus decocto pectorali & cichoraceo incoqui ſcordium & aliquid marrubij; vtque interdum ſcriptulum vel ſemidrachmam theriacæ ſumeret. euaſit. *Hiſtoria.*

XLIII.

Ὁκόσοισι 1 ἁπλοῦς ἐὸς ὑπὸ δυσεντερίης ἀλίσκονται, τούτοισι ὀξυγενομένης 2 μακρὴς τῆς δυσεντερίης οὐ γίνε᾽ται ὀξυγίνεται, ἀλλ᾽ αὐτομάτως, καὶ 3 διὰλυσιν.

Dyſenteria ſplenceticorum

XLIII. Qui 1 ſplenetici à dyſenteria corripiuntur, eaque ſi longa fuerit 2, his hydrops vel lienteria ſuperuenit, & 3 moriuntur.

1 Quibus induruit ſplen à melancholia. Id eſt, quibus imbecillior lien colligit plurima inquinamenta; eaque ſi non effundat per vas ſplenicum, vel per vas breue in ventriculum.

2 Si modum non ſeruat. Id fit, quòd materia computruit, quæ, ſine dubio, longa die ſoluit inteſtinorum robur, vnde lienteria. Vel inde refrigeratur ac frangitur vis hepatis, vnde hydrops. Dicit μακρῆς: nam alioqui ſi breui peragat ſuam hiſtoriam ac. criticòs, dyſenteria (à ſanguine melancholico) bono euentu ſuperuenit. Poſt quadrageſimum diem ſolet exulcerare inteſtina effluens ſanguis melancholicus: cùm æſtuare cœpit, aut cùm cunctando putreſcit, vel ſi acriore ſucco remiſceatur.

3 Fraudato corpore ſuo genio, vigiliiis, ac deſidendi aſſiduo conatu. Et lienteria à dyſenteria eſt calamitoſa. Si itaque lien immemor reddatur ſui officij, purgetur; aluuſque humeſcat enemate: & topica attenuantia admoueantur, & emittentia: vt emplaſtrum ex ammoniaco & hordeo, dentur myrobalanorum cortices cum rhabarbaro: vel dilutum rhabarbari, in quo craſſamentum rhabarbari expreſſione eliſum ſit. *Remedium.*

XLIV.

Ὁκόσοισιν οὖρα στραγγώδεα 1 εἰλεὸς *, οὐκ ἐπὶ μακρήσιν 2 διὰλλυται, ἢν μὲν 3 πυρετὸς ὀξυγενόμενος ἄλυσι τὸ 4 ἔσον ῥυῇ.

* ὀξυγίνεται

XLIV. Quibus à ſtranguria fit ileos, 1 ſeptem diebus: pereunt, niſi, ſuperueniente, febre, copioſa 4 vrina fluxerit. *Ileos.*

1 A materia

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 473 sur 513

©BIUM

1 A materia crassa flatulenta; quæ vesicæ collum obstruit; hinc enim turget vesica ab vrina, & intestinum opprimit.

2 Dolorum acerbitate, & excrementorum palindrome ad partes principes, nam vrina etiam refluit ad nobiles partes.

3 Quæ exhaurit flatus, & tenuat materiam quæ obstruebat.

Cæsar. 4 Quia si febris sine vrinæ promotione accesserit, erit symptomatica inflammationis Vt vidi in quadam matrona, quæ septimo die ab hoc malo obiit.

XLV.

Vlcera difficilia. Ἑλκεα ἰκόσι ἀνιηπια γινεται, ἢ μακρότερον χρὸν ὑφισασιν, ἢν ἀρξωνται, χρὴ σὰρκας ὅλας ἐχειν ἐλκεα γινεσθαι.

XLV. Vlcera quæcumque annua vel 1 inueterata si fuerint, os 2 abscedere necessarium est, & cicatrices 3 causas fieri.

1 Ab incursu acerrimæ saniei, quæ membranas & os exedit.

2 Nam os restitui nequit. Quasi dicat, si sæpiùs à cicatrice erumpit vlcus, os erit abradendum vbi vitium habet: nam exputt ichorem os, vnde vlcus recrudescit. Vt si liuet os: & si vlcus copiosius & tenuius pus emittat; quàm moles eius postulat. Labra ægrè coalescentia, rubor subnascens, hæc ossis corruptelam denunciant. Si hæc absint, aliunde hæc soboleſcit calamitas, vt à praua intemperie partis & perioſtij, vel à cacochymiâ totius corporis.

3 Quasi dicat: Igitur Chirurgi itudeant vt plus carnis ibi gignant. De vlcerum difficilium curatione consule chirurgiam Arcei, qui de vulneribus capitis doctè scripsit. In contumacibus vlceribus mirum in modum solatio esse solent remedia reuellentia succos à parte vlcerata. Hinc est quòd ita iuuent vulnerariæ potiones, nam vrinas mouent, vnaque ichorosam materiam, quæ cottidie in partem vlceratam ferri solebat, excludunt. Inde etiam decoctiones chinæ & sarzæ iuuant: nam talem materiam sudoribus & vaporibus euacuant ac reuellunt. Hoc itaque dicere velle videtur hîc Hippocrates, quia à talibus vlceribus periculum est vt ossa affligantur; vos cauete ne in longum tempus trahatur eorum sanatio, & ne inueteraſcant.

Obſervatio practica.

XLVI.

Gibbosi. Ὀκόσοι ἰσχὶοι ἐξ ἀσθματος ἢ βηχὸς γίνονται, σκὸλ τὴ ἡβης γίνεσθαι.

XLVI. Qui 1 gibbosi fiunt ex 2 asthmate vel 3 tussi, ante 4 pubertatem 5 moriuntur.

1 In dorso vel ceruice luxatis vertebris ab ictu, vel ab humoris aut tumoris incursu, in ligamenta. ἰσχοὶ, κυρτοί.

2 Compressis pulmonibus angustiâ thoracis qui tuberculum iam concepit vel humorem crassum in ligamentis, cui asthmati si superuenerit gibbus à luxatis vertebris, magis anxiè respirant pulmones.

3 Considentibus pulmonum bronchiis, cùm sese explicare non possunt. tunc ex tuberculis vel humoribus liquidioribus illis qui in spinæ ligamenta influunt aliquid exsudat in laryngem & asperas arterias. vel cùm moles tumorum, qui in ligamentis vertebrarum sunt, opprimunt pulmones.

4 Priusquam suam amplitudinem occupauit pectus & cor.

Obſervatio practica. 5 Nam thorax nutriri nequit; neque costæ increscunt: igitur moriuntur, cùm spacia sua non habeat pulmo, sed tabescat. Vnde ineunte adolescentiâ moriuntur. Qui autem fiunt gibbi, non ex tumoribus frigidis ligamentorum vertebrarum, non ita in asthma aut tussim trahuntur; nec ita facilè moriuntur. Si itaque ita affecti homines in febres magnas trahantur, ob difficultatem spirandi facilè intereunt. Quare magnis remediis hæ naturæ non temerè debent tentari.

XLVII.

Ὀκόσοισι ἰ φλεβοτομίη ἢ, 2 φαρμακίη ξυμφέρει, τετῖσι προσηκον τὰ 3 ὑφὸς φλεβοτομεῖν, ἢ φαρμακεύειν.

Sanis quæ præſidio vacuatoria adhibenda ſit.

XLVII. Quibus 1 phlebotomia aut 2 pharmacia profutura est, his 3 Vere perrundenda vena est, aut corpus purgandum.

1 Si ex plethora laborat homo alioqui adhuc sanus. Vt ne paroxysmo suo faciat morbos, cùm liquescit sanguis.

2 Si cacochymiâ obsitus videatur homo sanus.

3 Nam ver est temperatum, vnde tunc corpora circumfluunt sanguine cum calore natiuo vberrimo. Ita calamitas arthritica ab articulis arcetur, ac incursus epilepsiæ, melancholiæ, & apoplexiæ intercipitur. nam crassi viscidique humores quos morbis dare solebant, hac arte auerruncamus. Ita imminentes impetus reprimimus luis venereæ antiquatæ, enacuatione ac alexipharmacis vere ac autumno præscriptis, longaque die ac annis sensim eam ferociam frangimus. Nam suo impetu vltrò mouentur humores verno tempore; & quia autumni intemperie intrò viam affectant praui succi, authores morborum euadunt, ni succurreris. Quibus spaciis annuis morbi recurrere solent obseruandum est: ac illud remediis anteueniendum.

Practica curatio.

XLVIII.

Dysenteria à ſplene. Τοῖσι 1 σπλῆνα πάσχουσι 2 δυσεντερίη ὑπογενομένη, ἀγαθόν.

XLVIII. 1 Splenicis 2 dysenteria superueniens, salutaris est.

1 Quibus totum corpus circumfluit melancholia.

2 Non ea ab atra bile, nec diuturna, nec illa quæ est cum vlcere intestinorũ, sed cruenta, quæ illicò placatur: nam splenem euacuat. Principem vidi quæ querula fuerat antè de splene in febre deiecit aluo cruentam atram materiam copiosè bis aut ter. trepidabat illa ad conspectum excrementi. Verùm in bonam spem eam erigebam. euasit.

Hiſtoria.

XLIX.

Ὀκόσα 1 ποδάγρικα νοσήματα γίνεται, ταῦτα 2 ἀπαρτέλιμώσαντα ἐς τεσσαρήκοντα ἡμέρησιν, 3 ἐκπαύεται.

XLIX. Qui 1 podagrici morbi eueniunt, sedata 2 phlegmone intra quadraginta dies, 3 quiescunt.

1 Id est, arthritici omnes.

2 Tensis vinculis cingentibus articulos, ac distentis tendinibus & neruis ab incursu materiæ. Est in illis διάθεσις φλεγμονώδης, nam vera phlegmone occupat partes sanguine irriguas, ac calore circumfluas.

3 Nam materia contumax non ita facilè mitigari & discuti potest, ob partium densitatem ac debilitatem, & ob frigus materiæ, & quia corpus altum petiit in articulorum recessibus. Vt materia fuerit crassior vel tenuior, ita citiùs aut seriùs discutietur: attamen non durabit illa inflammatio vltra dies quadraginta, si medicus & æger suum fecerint officium: & nisi tophi fuerint iam congelati. Carnosæ partes faciliùs suppurare solent: at tendinosæ seriùs, nam sunt densæ partes. Quasi dicat Hippocrates, non facili remedio cedit hoc malum. Quare decoctum sarzæ parillæ præscribemus, si homo humidus fuerit; vel si siccus, chinæ radicum: si frigidus, guaiaci aut sassaphras

Obſervatio practica.

ad

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 474 sur 513

ad quadraginta dies. Si phlegmone fit valida, foris fouebimus aquâ ſpermatis ranarum.

L.

Cerebri vulnerati ſignum.

Ὀκόσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος 1 διακοπῇ, τουτέοισιν ἀνάγκη 2 πυρετὸν ἢ χολὴν 3 ἔμετον ὕστερον γενέσθαι.

L. Quibus 1 præciditur cerebrum, his 2 febrem & bilioſum 3 vomitum ſuperuenire eſt neceſſe.

1 Id eſt, infligitur altum vulnus.

2 Quia effuſus ibi ſanguis cunctando putreſcit, inde inflammatur cerebrum. Et à pure vapor ferit cor: quod pus ortum fuit à corrupto ſanguine.

3 Sympathiâ, ob neruum ſextæ coniugationis. Hi ab illato vulnere ilicò concidunt: ſanguinem nares fundunt, ac bilem vomunt. Et diebus criticis quidnam eueniat perpendendum, vſque ad viceſimum diem: Vt ſi quarto die hæc praua ſigna euenerint, morietur ſeptimo. Si vndecimo, vitam ponet 17. vel 20. Quin praua hæ notæ interdum deliteſcent, tandemque explendeſcunt; ac ægrum abripiunt 40. die.

Notæ vtiles praua.

LI.

Ὀκόσοισιν 1 ὑφ' ἑαυτοῦ ἐδωδὴ 2 ὑγιηλὴ ἐξαίφνης ἐν τῇ 2 κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα 3 ἄφωνοι γίνονται, καὶ 4 ῥέγχουσιν, 5 ἀπόλλυται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ 6 πυρετὸς ὑπολάβῃ.

Soporoſi affectus cum ſtertore.

LI. Quibus 1 ſanis dolores ſubitò fiunt in 2 capite, ſi ſubitò 3 obmuteſcunt, & 4 ſtertunt, intra 5 ſeptem dies moriuntur, niſi febris 6 ſuperuenerit.

1 Repentè ſi fiat ille dolor: vt ſi liberaliùs biberit.

2 Translato eò craſſo vapore & ſanguine pituitoſo; qui infarciit iam iugulares venas ac arterias carotidas.

3 Interceptâ voce, quò ſpiritus vitalis aditu arceatur à cerebro: & propterea animalis non gignatur; vnde apoplexia hæc notha. Aphonia eſt vocis interceptio, vnà cum ſenſus vel motus priuatione.

Aphonia quæ.

4 Excluſis ſpiritibus animalibus à muſculis, hæc eſt fortis apoplexiæ nota: nam ab imbecilla muſculorum thoracicorum ac laryngis actione naſcitur ſtertor. Hippocrates tertio libro De morbis ſcribit ab his notis hominem tertio die fieri apoplecticum, ſanguine perfrigerato.

5 Vniuerſali paralyſi vel conuulſione correptus: Et pars princeps laborat, impar diuturno validoque modo: hinc eſt quòd 4. vel 3. die moriantur nec excurrit malum vltra ſeptimum diem.

6 Quæ apoplexiæ ſit analoga: quia diſſipetur hæc materia vapida, vel pituitoſa, quæ aditus intercludit ſpiritibus. Non valida eſſe debet febris: nam talis exuit corpus natiuo calore, viteſque ſoluit: nec tenuiſſima, nam contumax eſt materia. Talis febris vires non peſſundabit. Dolor capitis hîc denunciat mali principium; aphonia verò, augmentum; ſtertor, ſtatum. Hæc ſenioribus ebriis eueniunt, nam his ſanguis eſt craſſior. Vidi iuuenem robuſtiſſimum poculis deditum, qui ſubitò obmutuit ac ſtertebat; mouebat aliquando ſe, iterumque quaſi reſolutus iacebat. acta omnia. obiit ante ſeptimum.

Hiſtoria.

LII.

Oculi dormientium inſpiciendi. * ἐόντε.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν 1 ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ὡς γὰρ τὰ 2 ὑποφαίνοντα ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τὸ λευκοῦ, μὴ ἐκ 3 διαῤῥοίης * ἐόντα, ἢν ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατώδες 4 σφόδρα.

LII. Quin etiam in 1 ſomnis animaduertere oportet num quid de oculis appareat: nam ſi quid 2 appâret albi, non exactè clauſis palpebris, (ſi non euenerit ex præcedente; diarrhœâ aut pharmaci potu) malum & 4 lethale.

1 Hoc eſt, videndum vt æger in ſomno oculos componat. Id eſt, an palpebris conniuentibus vel apertis ſomnum ineat: an dormiendo nictet: an more leporum vel limis oculis ſomnum carpat. Hoc per τὴν ὑποφασιν intelligit, ab ὑποφαίνεσθαι, id eſt, leuiter pandere.

2 Siccatis, vi febris, palpebris, quæ naturâ ſunt ſiccæ; & motricis facultatis imbecillitate, vel conuulſis oculorum muſculis, & à cute circa frontem intenta & rigida: vel reſoluto lato muſculo, qui præter cætera officia palpebras demittit. Hoc dicit, Si conniuentibus oculis, hoc eſt, non exactè clauſis palpebris, dormiat.

3 Vel aliâ magnâ euacuatione, vnde imbecillis redditur. Celſus hunc locum ita reddidit, Neque id alui reſolutio, aut medicina expreſſerit, id eſt, magna alui euacuatio. Ita etiam mœror, inedia, vigiliæ, profuſior haimorrhagia, omnisque valida euacuatio id poteſt.

4 Reſoluta facultate animali, exhauſtóque cerebro, indeque conuulſis duobus muſculis palpebram mouentibus. Quare ſi venerit à critica perturbatione, calamitoſum non erit: vt ei euenit qui in Dealcis horto iacebat. Sed ſi à collapſis naturæ præſidiis, & à viuacitatis vaſtatione à febre colliquante, id peſtiferum. De his vide noſtra Commentaria quæ edidi ad tres libros Prognoſticorum Hippocratis: ſunt enim illa cuncta elaboratiſſima, & in incude attrita.

LIII.

Delirij idea, quid quæque præmunciet.

Οἱ παραφρονέοντες, οἱ μὲν μὴ 1 γελῶντες ἢ ῥυθμίζοντες 2 ἀσφαλέστερον· οἱ δὲ μὴ 2 ἀτρέμα, δεινοπαθέστερον.

LIII. Delirium cum 1 riſu obortum, minùs periculoſum: quod verò cum 2 ſtudio iungitur, minùs tutum.

2 Mitioribus vaporibus & ichoribus ſanguineis in caput peruadentibus. Nam eſt à ſanguine, qui author eſt non ferocium deliriorum.

2 Ab aduſta & feruida bile, cum agreſti ſero & vapore. Hoc, cum ſtudio delirium, medium eſt inter ridiculum & id quod audax & temerarium dicitur, quæ ab atra vredineque ſubacta bile ortum ducit. hoc eſt cùm flaua æſtu immoderato in atrorem vertitur, vnde phanatici euadunt. Si itaque cerebrum occupatur ſanguine nulla praua contaminatione infecto, ſed æſtuante, naſcentur inde ludicra delira ac ridicula: Sin degenerare incèperit à nimio æſtu in bilem, ſtudium quoddam accedet: quodſi in atram bilem torreatur, phanatici fiunt ac turbulenti. Vidi paſtorem eccleſiæ, qui maximo ſtudio nabliis incumbebat & canebat, inſcius muſicæ: tandem obiit.

Hiſtoria.

LIV.

Suſpiria lieuioſa.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι παθέσι τοῖσι μὴ πυρετῶδες αἱ 1 κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, 2 κακαί.

LIV. Luctuoſa 1 ſuſpiria, cum febre coniuncta, in morbis acutis, 2 mala.

1 Hoc eſt, duplex intrò ſpiritus reuocatio à fractis viribus & à ſiccitate aſperæ arteriæ, & muſculorum thoracis conuulſione. Ita eiulantibus pueris nonnunquam interrumpitur ſpiritus cunctante pectore inter reſpirandum, iterumque quod deerat adiiciente. Ita imbelle pectus medio reſpirationis curſu ſe ſiſtit, mox redit ad officium.

2 Nam

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 475 sur 513

©BIUM

2 Nam conuulsio à siccitate est lethalis.

LV.

Τὰ ποδαγρικὰ νοσήματα 1 ἦρος καὶ 2 φθινοπώρου κινέει ὡς ὀπὶ τὸ πολύ.

Veris & Autumni morbi.

L V. Podagrici morbi 1 verno & 2 autumnali tempore maximè excitantur.

1 Paroxysmo: nam pandit recrementa inducta corpori ab hyeme, atque ea excutit in partes imbecilles; tales sunt articuli.

2 Ab oporæ fœditate, & densato iam frigore corporis habitu. & autumnalis inæqualitas etiam potenter succos mouet corporis, ac turbat. His ergo anni partibus euacuationibus auertatur malum. dentur purgantia pharmaca, vena secetur, artus roborentur. decoctum sudorificum præscribatur per 40. dies.

Vt succurrendum.

LVI.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νοσήμασιν ἐς τάδε 1 ὀπισθοδομέει ἡ ἀποκύλισις, ἢ ἀποπαγέϊλλει τὸ σῶμα τοῦ, ἢ 2 ἀπασμὸν, ἢ 3 μανίην, ἢ 4 τύφωσιν σημαίνει.

L V I. Morbis ex melancholia ortis 1 malè & periculosè ad hæc membra fit metastasis, vnde fit apoplexia corporis, vel 2 spasmus, vel 3 mania, aut 4 cœcitas.

1 Nam grauissima mala adferunt, & ægrè curabilia.

2 Cùm repit materia melancholica in neruos.

3 Id est, melancholia morbus: effuso per cerebri substantiam succo melancholico vredine vel putredine maligna.

Obseruatio practica.

4 Incubitu materiæ in oculos. Quare his morbis obnoxij se euacuare debent vere & autumno: alterare viscera decocto fumariæ, cichorei, acetosæ: & theriaca pauca, & plurima conserua violacea vel rosacea aut bulgossæ redintegrare succos fœdatos corporis: & decocto radicum chinæ sudores per plurimos dies euocare.

LVII.

Ἀπόπληκτοι ἢν μέλαινα χολὴ πλείη τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων ἡλικίῃ ἐγγίνεται.

Apoplexia.

L V I I. Apoplexiæ maximè fiunt à quadragesimo ætatis anno ad sexagesimum.

A materia melancholica crassa, quæ cerebri poros obstruit, nam hac ætate is humor luxuriat. Præterea carotidas ac reticularem plexum crassus is humor infarcire potest. Haimorrhoides hîc egregiè ad salutem faciunt. excitantur vsu aloës, & hirudinum admotione. In paroxysmo verò in his optimè pertunditur vena brachij, si maxima sanguinis sit abundantia, dein ingulares, vel frontis vena.

Prouisio vt habenda & curatio.

LVIII.

Ἢν ὄλισθον 1 ἐκπέσῃ, ἐνδέλλειν 2 ἀναστατέον.

L V I I I. Cùm omentum 1 exciderit, necessariò 2 putrescit.

1 Vt in vulneribus ventris.

2 Quasi dicat, ilicò igitur reponatur, ne liuescat & putrescat. Si igitur liuet, excindatur, ne trahantur à reposito omento vicina. filo excipe, ne fiat haimorrhagia; & foras propendulum sit filum, dum sponte excidat.

Cura. Gal. 6. lib. Methodi.

LIX.

Ὀκόσοισιν ἂν 1 ἰσχιάδος ἐνοχλημένοισι χρόνος 2 ἐξίσαται τὸ ἰσχίον, καὶ πάλιν ἐμπέσῃ, τοῖσδε 3 μοῦσαι ἐπιγίνονται.

L I X. Quibus diuturnis coxendicis 1 doloribus implicitis caput femoris coxâ 2 excidit, rursumque recidit, iis 3 muccus ibi congeritur.

1 Ligamentis & tendinibus, & vbi nerui illi lorarij, ab osse sacro nati, ad summas nates repuntin femora. Ischium est articulatio capitis femoris cum coxa. Ischias, est morbus ischij cum acerbo dolore.

2 Laxatis vinculis articuli coxæ à congestione succorum in interna parte, vnde illud crus fit longius, cùm in intimam partem luxatur: si foras, decurtatur crus.

3 Qui coacceruatur à parte imbecilli; vel à capite illabitur aut ab vtero. Quasi dicat, ficca igitur totum corpus, & partes firma. Hoc oprimè fit à prouisione habita totius corporis decocto farzæ parillæ, & eius electario, quod alibi descripsimus. Sarza enim vnà dolores potenter placat.

LX.

Ὀκόσοισιν ἂν ἰσχιάδες ἐνοχλήσωσι 1 χρόνιος, τὸ ἰσχίον 2 ἐξίσαται τυτθοῖσι 3 πλείοσι τὸ σκέλος κἠ 4 χωλαίνωσι, ἢν μὴ 5 κάωσῶσιν.

L X. Si dolor coxarius fuerit 1 diuturnus, ac tum his si caput femoris coxa 2 excidit, his crus 3 extenuatur, & 4 claudicant, nisi 5 vrantur.

1 Ab incursu succi muccosi.

2 Quod circumfluat pituita muccosa.

3 Fracto calore partis, quæ muccos genuit. & quia distorquetur vena saphæna, & arteriæ intercipiuntur.

4 Quia crus fit longius vel breuius.

5 Congestio vbi muccos intulit. Vrantur priusquam fiat tabes cruris, vel claudicatio: à prouisione tamen habita totius corporis. Vredo madorem exhaurit, & laxitatem contrahit, foras trahit materiam etiam phœnigmus. Cauteria diu aperta fluant: tribus locis admoue. caue à tendinibus & neruis. Si aliunde influit, purga, ficca totum & partem. Ita in puerorum vacillantibus genubus siccantia emplastra admoue.

Remedia.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 476 sur 513

HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBER SEPTIMVS.

I.

Ἐν τοῖσιν ι ὀξέσι νουσήμασι ψῦξις ² ἀκρωτηρίων, κακόν.

Frigus extremarum partium.

I In ¹ acutis morbis partium ² extremarum frigus, malum.

Hic liber epigenomena signa enarrat.

1 In quibus viscera interna æstu flagrantia calidum natiuum in se euocant: vel vbi nimio incendio aut prauitate calidum natiuum extinguitur. Non sit fugax illud frigus. Cùm incendij vi frigescunt, tunc sitis adest; si prauitas venenosa adfuerit, sunt sitis expertes, nam calor natiuus tunc extinguitur.

Obseruatio practica.

2 Pedes, manus, nares, aures. Propterea in prauis ac magnis febribus continuis notare debemus cùm ita externè frigent, num adsit sitis: quodsi illa vehementer vexet, à rebus calidis pax sit. vetùm si sitis absit, indicium erit prostrati caloris natiui: tunc antidotis etiam calidis erigendus erit æger.

II.

Ἐπὶ ι ὀστέῳ νοσέοντι σὰρξ ² σκληρὴ, κακόν.

II. Caro ¹ liuida si circum ² os fuerit, malum.

1 Extincto calido natiuo ab irruente succo vnde putrescit: vel à phlegmones conceptæ vehementia; si nulla excusatio contusionis adferri potest.

2 Ossis intemperiem ostendit caro: eius enim cariem sensit. Vratur igitur caro, vsque ad os: deinde abrade ossis cariem. In lue venerea sæpè talia eueniunt. Vidi cui erat totum caput tuberosum: cauterio id ad os vsque aperuimus: quod exesum erat ferè vsque ad diploën abrasimus sensim: iterumque aliam partem aperiebamus ad os: ita sensim totum ferè caput eius abrasimus. euasit

Historia.

III.

Ἐπὶ ι ἐμέτῳ λύγξ, καὶ ὀφθαλμοὶ ² ἐρυθροὶ, κακόν.

Singultus & oculi rubri in acutis.

III. ¹ Singultus & oculorum ² rubor si vomitui superueniant, malum.

1 Si per morbos acutos id euenerit, eorumq; vi: ita vt nulla excusatio conatus vomiturientis adferri possit. Ita enim ab exhaustu erit ille singultus, quòd vomitu nimis multa euacuata sint, vel quòd ventriculus phlegmonem concepit. Vel à praua quadam qualitate quæ fatigat ventriculum. Sopitur, puppa potui indita ex semine papaueris & anethi.

Quid agendum.

2 Nam indicat cerebri inflammationem, eò translato sanguine, vnde & oculorum venulæ implentur. Siue igitur cerebrum siue ventriculus inflammatione tentetur, hæc duo se consociabunt, oculorum rubor, & singultus: ob communionem quæ illis est à neruis sextæ coniugationis. Oculorum tamen rubor maior est, vbi cerebrum inflammatur.

IV.

Ἐπὶ ι ἱδρῶτι φόβος, ἢ ² χεῖρον.

Horror à sudore.

IV. Horror ¹ sudoci superueniens, non ² bonum.

1 Si infida sit crisis: vt in Epicratis vxore, & in Cherione. Crebra horrescendi & sudandi vicissitudo etiam mala est. *1. Epid. & 3.*

2 Nullam spem erigit: Iudicatoria enim non iudicantia pernicioſa sunt, vel ad diuturnitatem morbi appârent. Nam prostratæ naturæ indicium hoc est, ac materiæ luxuriantis copiæ. Ita si subitillum sanguinis euenerit, in magna febre.

V.

Ἐπὶ μανίῃ ι δυσεντερίη, ἢ ² ὕδρωψ, ἢ ³ ἔκστασις, ἀγαθόν.

Maniæ crisis vt eueniat.

V. Maniæ si ¹ dysenteria, vel ² hydrops, aut ³ extasis superueniant, bonum.

1 Translata nigra bile ad intestina: quæ tamen abradendo non ita molesta est vt ea quæ ab vredine nascitur. Vel haimorrhoïdes si sanguinem fuderint adustum.

2 Effuso ichore melancholico in abdomen, nondum alienato hepate: propterea que curabilis hydrops ille.

3 Vehementer mota mente: quòd irritetur cerebrum, adeò vt mox crisin editurum sit.

VI.

Ἐπὶ νούσῳ ι πολυχρονίῃ ² ἀπεψίη καὶ ³ ἄφρητοι ὑποχωρήσιες, ⁴ κακόν.

Morbi diuturni euentus.

VI. Morbo ¹ diuturno ² inappetentia & alui ³ meraca deiectio si superuenerit, malum.

1 Qui à frigida materia natus fuit: vnde ventriculus in cibi desiderium se erigere deberet.

2 Fracta œconomia naturali stomachi & iecoris, à nimio algore, vel quòd prauè putrescat frigida illa materia, cùm tamen primò cibum caperet.

3 Vt exhausto à sero natiuo per morbos acutos meraca editur deiectio, ita in diuturnis meraca subeunt ob vim fractam calidi natiui, quòd nequeat domare succum chylosum, nec ritè permiscere.

4 Nam vires per morbos longos fractæ, non alia re quàm fœlici nutricatu redintegrari possunt.

VII.

Ἐκ πολυποσίης ῥῆξις καὶ ² παραφροσύνη, ³ κακόν.

A vinolentia quæ mala.

VII. Ex largiore ¹ potu rigor & ² delirium, ³ malum.

1 Obruitur enim nimia copia calor natiuus, qui cùm excludere eam nitatur, rigor fit, & suffocat copia immoderata. Vinum, inquit Plato, calefacit corpus & animam, hoc est, humores & spiritus. attamen si liberalior vsus eius ineatur, refrigerat ex euentu. Apollonius aput Philostratũ ait, Vinum purum potũ esse; sed ipsum bono mentis statui aduersari, quòd eius diuinam partem peruerteret. *In Tim. i. lib. 5. in fin.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 477 sur 513

©BIUM

2 Capite repleto feruenti ſanguine ac vapore.

Hiſtoria. 3 Nam ſignificat calidum natiuum exhauriri, aut ſuffocari. Vidi virum fortiſſimum ex largiore potu intra quartum diem abreptum fuiſſe. Non ſine delirio is obmuteſcebat, nec vnquam verbum proloqui potuit.

VIII.

Abſceſſus intus rupti nota. Ἐαὶ 1 φύμαλος ἔσω ῥαγῇ, 2 ἔκλυσις, 3 ἔμετος, καὶ 4 λιποψυχία γίνεται.

VIII. A tumoris intùs ruptione, 2 exolutio, 3 vomitus, & animi 4 defectus gignitur.

Remedia. *Notas docet quibus noſcamus intus conceptos ac erumpentes tumores, quo remedia opportunè adferamus. Talia ſunt potiones vulnerariæ, & quæ grumos ſoluunt, vt fluxile pus fiat: rubia tinctorum, ſperma ceti, nux moſcata, ſemen naſturtij & melanthij.*

1 Id eſt, à vomica.

2 Maximè ſi nobilem partem obſidet abſceſſus, diſſipatis ſpiritibus.

3 Apure irritato ventriculo.

4 Ex puris prauitate. Et ita plerumque moriuntur: quod vidi in piſtore quodam, cui hepar in pus abierat. Quo igitur modo in peripneumonia pateretur cor vt pus viam per ſe faceret?

IX.

Hæmorrhagiam quæ mala ſequantur. Ἐαὶ 1 αἱμαλος ῥύσει 2 παραφροσύνη, ἢ καὶ 3 σπασμὸς, 4 κακόν.

IX. 1 Hæmorrhagiæ ſi 2 delirium aut vnà ſi 3 conuulſio ſuperuenerit, 4 malum.

Quaſi dicat Hippocrates, Nimia ſanguinis profuſio cauenda etiam in criſibus, ne vitæ prædia exhauriantur, vnde ab inanitione conuulſio ſequi poſſet.

1 Exhauſtis ſpiritibus vnà cum ſanguine.

2 Cuncta enim ſua officia facit anima proximè ſatellitio ſpirituum: quibus exhauſtis, ſtupent eius munera, ac leuis quædam ſubnaſcitur deliratio.

3 ab inanitione ſi fuerit, maximè ſi iungantur hæc, ſcilicet delirium & conuulſio. nam illa per ſe deliratio ab exhauſtu, cibo ſedatur redintegrante, idque facilè.

4 Quòd ad virium afflictionem accedat inuictum ferè malum.

X.

Ileos. Ἐαὶ 1 εἰλεὸς 2 ἔμετος, ἢ 3 λύγξ, ἢ 4 σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

X. Ab 1 ileo 2 vomitus, vel 3 ſingultus, vel 4 ſpaſmus, aut delirium, malum.

1 A cruditate fœda, ab infarctu inteſtinorum intercepta, vel à veneno: vel elapſis ab inteſtinis in ſcrotum: at maximè à phlegmone tentatis inteſtinis: vel cùm inteſtinum tenue inteſtino illabitur.

2 Bilis, pituitæ, fæcum.

3 Fæcibus in ventriculum raptis: vel ab exhauſtu.

4 In contagionem tracto cerebro à ventriculi afflictione, & ob putredine conſpurcatas fuligines, delirant. Inteſtinum ſi elapſum ſit in ſcrotum, illico reponatur; antequam febris & ſingultus ſuperuenerit: ſi enim illa ſuperuenerit, ac ſi vi reponatur, ante ſeptem ferè horas moriuntur. Si in hoc morbo fluant ſudores fœtidi, anhelitusque & ructus oleant malè, lethale. Si ſuperum inteſtinum inferiori illapſum ſit, clyſmis ac glandibus acribus deorſum fiat motio: Sin infernum ſe ſuperno intruſerit, globulo plumbi deuorati, abactio fit.

Cautio curandi.

XI.

Ἐαὶ πλευρίτιδι 1 ἐπιπνευμονίη, κακόν.

XI. Pleuritidi ſupereueniens 1 peripneumonia, 2 malum. *Pleuritis funeſta.*

1 Nam eſt tranſlatio illa ſymptomatica ab oppreſſa natura. Vel enim prauior reddita materia affligit partem nobiliorem, in quam repit: vel minimè mutato foco aliam partem vnà contaminat.

3 Periculoſior enim eſt peripneumonia ob principatum partis. ſiue ſit ἐπιγίνημα, ſiue μετάπτωσις, malum

XII.

Ἐαὶ 1 ἐπιπνευμονίη φρενῖτις 2 κακόν.

XII. 1 Peripneumoniæ ſi ſuperueneſit phrenitis, 2 malum. *Peripneumonia calamitoſa.*

1 Hæc ſi naſcitur à ſuccis incendio æſtuantibus, fuliginibus imbuit caput, idque in ardorem abripit; tunc bilioſus ſanguis ſi fuerit, eò prolectatur.

2 Quòd ad proſtratas vires à primo morbo, accedat ſumma morbi ferocia: & pepaſmi expertis materiæ nota hæc eſt, quòd ruat in partem principem.

XIII.

Ἐαὶ * 1 κώματα ἰσχύσῃ 2 σπασμὸς ἢ τέτανος, κακόν. * ῥεύματα

XIII. Ingentibus 1 ardoribus ſuperueniens 2 ſpaſmus, vel tetanus, 3 malum. *Cauſſ lethales.*

1 Id eſt, febribus ardentibus magnis.

2 Ab exhauſtu neruoſi generis & cerebri.

3 Nam conuulſio ab inanitione lethalis. Et tetanus ſuo rigore intercipit actionem muſculorum thoracis, ac præpotente dolore enecat.

XIV.

Ἐαὶ 1 πληγῇ ἐς τὸν κεφαλὸν 2 ἔκπληξις, ἢ 3 παραφροσύνη, 4 κακόν.

XIV. 1 Plagæ in capite acceptæ, 2 ſtupor aut 3 delirium ſi ſuperuenerit, 4 malum. *Caput quaſſatum.*

1 A caſu, ictu ab obtuſo telo, vnde in vacuo illo cranij ſpacio cerebrum validè illiditur, vnde ſpiritibus aditus intercluditur ad neruos.

2 In quo ſenſus & motus percellitur. apertis oculis ſtupent, quaſi metu terrefacti; & muti ſunt. nam cerebri pori ac ventriculi turbantur, ac ſitu vitium facit: vnde in neruorum originem ſpiritus influere nequeunt.

3 In quo morum & verborum abſurditas.

4 Nam indicant cerebrum graviter affligi ab eo ictu. obſtructionem enim ventriculorum, vel vehementem cerebri refrigerationem hæc indicant.

XV.

Ἐαὶ 1 αἱμαλῶ πύῃσι, 2 πύῃ πλύσις, κακόν. *Sanguinis ſputum.*

XV. 1 Sanguinis ſputo ſi ſuperuenerit 2 puris expectoratio, malum.

Sanguinis ſputo, ilicò remedia admone, quæ ſanguinem retineant, venam aſtringam, phlegmonem arceant: vaſa aperta adſtringantur, rupta glutinentur, exeſa regenereantur, nempe conſerua antiquâ roſarum cum caphura, ſemine hyoſcyami albi, corallo, hæmatitide, & ſemine papaueris. *Remedium ſanguinis fluxus.*

1 Lacera

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 478 sur 513

1 Lacera à vena pulmonum ab eroſione à ſucco atri. Nam ſi à pulmone effundatur per oratum apertionem, aut ruptionem venæ, puris conſequutionem non ita adfert, niſi longa die ſuperuenerit ἀπόστασις, id eſt, eroſio, putredo, & febris. Criticôs ſi effundatur, interdum iuuat.

Cautio practica.

2 Ab vlcere ſinuoſo pulmonum. Imponit ſanguinis cum tuſſi valida ſpuitio ſæpè bonis medicis, vel à cunctis notis falſi exiſtimant eum à pulmone proficiſci, cùm ex capite illabatur vel iecore circumfluo ſanguine, ob ſolemnem aliquam vacuationem interceptam, effundit caua vena ſuam copiam in venam azygos, ac expectoratur.

XVI.

Phthiſis.

Ἐπὶ πύῃ 1 πλύσει 2 φθίσις καὶ 3 ῥύσις ἐπιλὺ ἢ τὸ πλύσιον 4 ἴσχεται, 5 ἀποθνήσκειν.

XVI. A 1 puris expectorato 2 phthiſis & 3 fluxio, poſtquam verò expectoratum 4 retentum fuerit, 5 moriuntur.

Pulmonum vlcus cum ebricula.

1 Cùm primum ſanguinem extuſſiunt.

2 Id eſt, phthoë, hoc eſt non redintegrabile pulmonum vlcus cum febricula, vnde tota corporis atteritur œconomia.

3 A tabe defluis capillis ab madoris genuini exhauſtu: vel aluus etiam ruit, impotentia retentricis facultatis: vnde imbecillitati noua imbecillitas additur. Quaſi dicat, relligiosè igitur debetis purgare.

4 Impotentiâ expectorandi, vnde obducuntur meatus pulmonis à purulenta materia. Hac ſerieiſputum ſanguinis, pus, phthiſis, fluor, niſi redintegretur æger à purulentia illa intra dies quadraginta.

Ductus vt fiat ad phthesin.

5 Cor in ardorem ac ſqualorem abripitur. Hippocrates triplex genus phthiſis agnoſcit: vnum, ab incurſu madidi ſucci à cerebro in pulmones, & à dulci pituita putrida, vnde corripitur pulmo. Alterum ex metaſtaſi, vt cùm pleuritis, angina vel pulmonia in vomicam abeunt. Tertium à lacero vaſe pulmonum, hîc à ſanguinis ſputo, puris euenit ſputum: in aliis, ex aduerſo.

Phthiſis triplex.

XVII.

Cingultus vbi malus.

Ἐπὶ φλεγμονῇ τῆς ὑπωλένης λυγξ, κακόν.

XVII. Inflammationi hepatis ſi ſuperuenerit ſingultus, malum.

Si ab hepate, phlegmones mole occupato, opprimatur ventriculus, ac communioni neruorum in ſympathiam trahatur, vel bilis acerrimæ prouentu, ab eſtuante hepate genito, ventriculus incurratur ac vellicetur: & aliquando inflammetur: vel nimio ab æſtu hepatis exſiccetur.

XVIII.

Conuulſio & delirium vbi mala.

Ἐπὶ 1 ὀλιγυπνίῃ 2 σπασμὸς ἢ παραφροσύνη, κακόν.

XVIII. 1 Vigiliis ſi 1 conuulſio aut delirium ſuperuenerit, malum.

1 A vi morbi ortis, non autem à foris ſi data occaſio; nam ſiccant vigiliæ, ac ſoluunt ſpiritus animales, vnde languor & tremor totius corporis.

2 A magna cauſa hæc ſymptomata naſcuntur interna: vel enim exhauſti cerebri indicium eſt, vel ſanguinem in acrem bilem iam abiiſſe. Si quis ob perennes vigilias languet ac tremit toto corpore, quia à diſiectis ſpiritibus cerebri id vitium eſt, ſtudendum erit vt corpus inſuccetur bono nutricatu; madente & refrigerante cibo, & potu ſomnus accerſatur; & modeſtè id agant.

XIX.

Eryſipelas.

Ἐπὶ ὀστέῳ 1 φλλύσει 2 ἐρυσίπελας, 3 κακόν.

XIX. Oſſi 1 nudata ſi ſuperuenerit 2 eryſipelas, 3 malum.

1 Si ſuis tegumentis nudatum fuerit, à quacumque cauſa.

2 Si circumiecta oſſi caro eryſipelas conceperit. quod fit dum ab acerrimis incurritur ſuccis.

Tecmarſis.

3 Nam à tam acri ſanguine gigni caro nequit. Purgetur ergo in primis prauus ille ſuccus: ſecundò eryſipelati remedia dentur: tertiò oſſi caro accedat.

X X.

Eryſipelas.

Ἐπὶ 1 ἐρυσιπέλατι 2 συμπέψει, ἢ ἀποστάσις, 3 κακόν.

XX. 1 Eryſipelati ſi ſuperuenerit 2 putredo, aut ſuppuratio, 3 malum.

1 Indicium praui eryſipelatis, quod foris intrò fertur, ac rodit.

2 Nam ſolui deberet per ἄδηλον διαπνοὴν ille tenuiſſimus ſuccus vnde eryſipelas.

3 Suadet in hac calamitate Celſus vſum cauteriorum.

X X I.

Vlceri haimorrhagia.

Ἐπὶ ἕλκεϊ ῥοὴ αἵματος ἐπιγενομένη ἕλκεσιν 2 ἀπαρρήξιν, 3 κακόν.

XXI. Forti in vlceribus 1 pulſui ſi 2 haimorrhagia ſuperuenerit, 3 malum.

1 A phlegemone preſſis arteriis; ac repletis arteriis ſpirituoſo ſanguine.

2 A valido arteriarum motu, quo ſtudet natura ſibi moleſta excludere.

3 Calamitoſam enim hæmorrhagiam dabit, quæ nulla arte compeſci poterit, ob recluſam arteriam. Bona quidem vlceri eſſet haimorrhagia, niſi immoderata foret. Admoue farinam tenuiſſimam molendinarum, cum bolo ſanguinéque draconis: maxima hæc copia aſpergantur.

Remedium.

XXII.

Dolor diuturnus aluinus.

Ἐπὶ ὀδύνῃ 1 πολυχρονίῃ περὶ ὀφὺν 2 περὶ κοιλίην 3 ἀποστάσις. *

XXII. 1 Diuturno partium 2 aluinarum dolori 3 ſuppuratio ſuperuenit. * κακόν.

1 Phlegmone excitata ſi ſit à materia viſcida. Si non ſit dolor interruptus, non à flatu, nec vagus, febricula adeſt, vel adfuit.

Situs inteſtinorum.

2 Vt partium quæ ſunt ad ventriculum, omentum, inteſtina, hypochondria, lumbos. Dextro hypochondrio tegitur hepar, ſiniſtro lien, & ventriculi maxima pars: Lumbis hærent renes: Ilibus dextris inteſtinum cæcum: ſiniſtris, colon & ieiunum: ad vmbilicum, coli & ieiuni portio: Imo ventri, longano, veſica, vterus.

Remedia.

3 Circa ſexageſimum diem. Cùm iam iam in expuratum abiturum eſt ſuppuratum, ſanies exudat; hinc morſus inteſtinorum & fluxus non ſine dolore, horrore, ſudore frigido, lipothymia, frigore pedum ac manuum. Igitur tunc, quaſi dicat, ſtudendum erit ſuppurato: in expurato autem danda quæ pus attenuant; qualia ſunt illa quæ præſcribuntur in grumoſo ſanguine.

XXIII.

Dyſenteria.

Ἐπὶ 1 ἀκρήτῳ διαχωρήσει 2 δυσεντερίη, κακόν.

XXIII. Sinceræ 1 deiectioni 2 dyſenteria ſi ſuperuenerit, malum.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 479 sur 513

©BIUM

1 Ichore ſuo ſi fuerint ſpoliatæ deiectiones cholericæ vel melancholicæ : quo ichore eorum acrimonia temperari ſolet, ac meracus color dilui.

Remedium. 2 Acrimoniâ illabentis ſucci afflictis inteſtinis. Illicò præſcribe iulapia, ex aqua cichorei, cum emulſione ſeminis cichorei & endiuiæ : miſce ſirupum de ribes. Et alternis diebus propina rhabarbari & myrobolanorum ſemidrachmam, cum ſirupo de ribes.

XXIV.

* κενεὸν. Ἐπὶ ὀστέου 1 διαλοσὴ ἢ ξυφοσμὴ, 2 μὴ ἐχ κενεὸν λάβῃ * 3.

XXIV. Oſſis 1 vulneri, ſi in vacuum vſque 2 ſpacium peruaſerit, 3 delitium ſuperuenit.

Hip. lib. de vulneribus capitis. 1 Διαλοσὴ eſt alta caluariæ fractura. Fracturarum cranij variæ ſunt ideæ, inciſio, fiſſura, colliſio, ſedes, fiſſura in parte non colliſa.

2 Diſſipato ſpiritu animali.

3 Hoc eſt, ſi pertuſa vtraque tabula fuerit : vt facilè euaneſcat tanto in vulnere ſpiritus animalis ; aut refrigeretur cerebrum illabente aurâ frigidiore.

XXV.

Spaſmus à pharmaco. Ἐκ φαρμακοποσίης ἀπεπείης, ἔκστασις ἐς.

XXV. Ex pharmaci potione ſpaſmus, mortiferũ.

Qualecumque fuerit id pharmacum, inaniendo; vel mala qualitate, quatenus ſubſtantia naturam opprimit, affligendo : vel quantitate perniciosam vim importando. Vnde cerebrum neruoſaque partes in hanc calamitatem conuulſificam abripiuntur.

XXVI.

Frigus extremarum. Ἐπὶ 1 ὀδυνῇ ἰσχυρῇ ἢν ἔξω κατὰ 2 κοιλίην, 3 ἀκρωτηρίων 4 ψῦξις, 5 κακόν.

XXVI. 1 Si acerbiſſimo partium ad 2 ventrem pertinentium 3 dolori ſuperuenerit 4 frigus extremarum, 5 malum.

1 A phlegmone vel eryſipelate, aut alio aliquo tumore.

2 Vt ventriculi, hepatis, lienis, inteſtinorum, veſicæ, vteri, renum.

3 Manuum, naſi, pedum, aurium, cutis.

4 Nam extremorum frigus naſcitur ex partibus internis phlegmone obſeſſis, vnde intro pellicitur ſanguis & calor : vel calorem extinctum denunciat id frigus : vel craſſior materia exitu prohibet calorem.

5 Nam copiâ ſuccorum irruentium opprimitur pars : & doloris acerrima vi trahuntur huc ſpiritus & ſanguis.

XXVII.

Teneſmus in grauida. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ 1 τεινεσμὸς ἐπιγενόμενος, ἐκβάσεα 2 ποιεῖ.

XXVII. Si ingrauidatæ mulieri 1 teneſmus ſuperuenerit, 2 abortire eam facit.

1 Perpetua deſidendi cupiditas quâ pauca mucoſa exprimuntur ab inteſtino longanone, irritato inteſtino ab acri ſucco, & ſalſo.

2 Trahitur enim in contagium vterus à recto inteſtino, qui nectitur ceruice ac fœta fatiſcit crebrâ de-

Remedium. ſidendi neceſſitate. Mollibus enematis eluatur malum ; vt ex aqua hordei, cum ſaccharo, & vitello oui.

XXVIII.

Ὅτε ἂν ὀστέον ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον ἐπισπασθῇ ἐν τῷ σώματι, ἢ ὀφθῇ, ἢ ἀύξεται, ἢ οὐκ ἀυξεται, ἢ συμφύεται.

XXVIII. Si os vel cartilago, ſiue neruus ſectus fuerit in corpore, neque augetur, neque coaleſcit.

In ſexto libro, Aphoriſmo ſexto expoſitus eſt hic Aphoriſmus.

XXIX.

Ἢν ὑδρ 1 λευκῆς φλέγματος ἐχομένῳ 2 διάῤῥοια ὀπηλίκη τις ἐγγένηται λύει τὸν νοῦσον.

XXIX. Si 1 leucophlegmatiæ implicito valida diarrhœa 2 ſuperuenerit, morbum ſoluit.

1 Id eſt, in anaſarca, vocat λευκὴν φλέγμα, quia fit à pituita alba, quæ proficiſcitur à frigido hepate, vel ibi ſuccreuit in habitu corporis refrigerato. *Hydropi diarrhœa.*

2 Ineunte morbo, vbi vires & viſcerum robur adhuc vrgent : nam in proſtratis viribus calamitoſè fluit aluus. Vt hydropi fœliciter medicina fiat, adſit viſcerum integritas : non adſit hectica intemperies, *Cautio medendi.* nam ſignificat longa die viſcera proſtrata eſſe. Deinde, *Remedium.* ineunte morbo aqua copioſè expellatur, libereque efferatur, amota omni cruditate. Dentur ſex vel ſeptem grana optimi elaterij cum pilulis alephanginis. ruente nimium aluo propinentur duo vel tria grana opij cum theriaca & ſirupo citreorum : nam motis ſudoribus ſedatur immanius profluuium.

XXX.

Diarrhœa cephalica. Ὀκόσοισι 1 ἀφ' ὑδρὸς παιδιακὰ κατοχώματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τούτοισιν ὑπὸ 2 τῶν κατάλων τοῦτο καλάῤῥησι.

XXX. Quibuſcumque per diarrhœas 1 ſpumoſa feruntur alui excrementa, his ex 2 capite effluunt talia.

1 Motu cùm agitatur materia pituitoſa flatulenta, vt in minimas partes atteratur, vel madentes partes in flatus comminuit.

2 Si caput in vitio ſit : ſique pituita cornumax *Remedium.* deiiciatur, bullis maximis obſita. Fluit facilè inventriculum per choanam. Quare pilulis coccijs, vel de hiera cum agarico excludatur, ſi laborante capite citra febrem, à pituita, aluus ſubſtiterit.

XXXI.

Hypoſtaſis craſſa farinæ. Ὀκόσοισι 1 πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔρεσι 2 νεφελώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, 3 μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσι.

XXXI. Quibus 1 febricitantibus in vrinis hypoſtaſes 2 craſſiorem farinam referunt, 3 diuturnam inualetudinem denunciant.

1 Nam vrinæ ſunt fidæ nunciæ affectionum venarum.

2 Ab ardore retortido facto ſanguine : vel à carnibus & pinguedine liqueſcente, ſed tunc vrina præceſſit pinguis. Illæ rubræ ſunt ; hæ, albæ. Vide hiſtoriam Sileni, & eius qui in Dealcis horto iacebat. Si lenta & viſcida ſit hypoſtaſis, pituitæ nota erit. κρίμνον eſt farina quæ molam ſubterfugit : hoc eſt, quæ craſſiùs molita fuit.

3 Si vitium robur adfuerit : alioqui citam mortem ſignificant : nam pepaſmi difficultatem denunciant. propterea in graui ac calamitoſo morbo indicant perniciem promptam in mitioribus, diuturnitatem.

XXXII.

Hypoſtaſes biliosæ. Ὀκόσοισι 1 χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ὀλιγοχρόνιοι 2 λεπταὶ, ἐξ ἀῤῥωστίην 3 σημαίνουσι.

XXXII. Quibus biliosæ ſunt hypoſtaſes, ſed 2 ſuprà quidem tenues, 3 acutum morbum denunciant.

1 Nam

1 Nam morbi acuti ferè à bile sunt.

2 Cùm in mediâ regione natet, coctionis absentiam denunciant. coctio enim incrassat.

3 Nam circumfluere corpus tenui bile significat: vnde morbus breuis. Opponitur farinaceæ hypostasi hæc.

XXXIII.

Vrinæ varia. Ὁκόσοισι ὁ 1 διεκπεσὼν τὰ ἕρια γίνεται), τούτοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματί ἐστιν.

XXXIII. Qui varia 1 ac diuulsa profundunt lotia, his valida perturbatio fit in corpore.

2 Si iam candidæ ac tenues, iam crassæ ac tinctæ fundantur, multiplicem arguunt materiam in vitio esse morbosam. Inde premitur natura, cùm nec materia sit vniusmodi, nec naturæ ductus eodem filo trahatur: vbi enim natura triumphat, vniusmodi prodeunt excrementa. Nam vbi eadem semper vrinæ idea apparet, materiæ benignitatem arguit, salutatemque ac breuem futurum morbi cursum. Quasi dicat, vbi talis diuersitas conspicitur vrinarum, vt si pars quædam cocta, pars cruda appareat; vel si hoc die pepasmi particeps videatur, at mox sequenti die cruditatis notas adferat: talia tunc remedia in vsum duci debent quibus materia ad pepasmum prouehi possit, crassaattenuentur, &c.

Notatio Practica.

XXXIV.

Vrinæ bullæ. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐόῃσιν) 1 πομφόλυγες, 2 νεφριτικὰ σημαίνουσι, καὶ μακρὴν 3 τὴν ἀρρωστίην ἐσαεῖ.

XXXIV. Quibus 1 bullæ in vrinis natant, 2 nephritica mala, 3 diuturnamque inualitudinem significat.

1 Vt spumantes vrinæ à crassa materia flatulenta, caloriſque inopia. Quasi dicat, igitur auerte mala attenuando, purgando, flectendo intemperiem, ne calculus gignatur in renibus. Primùm habeatur prouisio totius corporis, deinde renum.

Vsus Aphorismi huius.

2 Quia crassis succis obsiti sunt renes, qui vel ibi congeruntur, vel à capite aut hepate aliaue parte eò abducuntur per arterias, venas & neruos.

3 Ægrè quòd lentus ille succus ad pepasmum prouehatur. Spuma quæ motu gignitur externo, facillimè dissoluitur, nec ita perseuerat vt illa quæ intùs nata fuit. Vide Fernelium. Sunt inquit hîc Galenus, qui ab vrinæ acrimonia, recluſa arteriarum ad renes pertinentium ora spiritus aliquid emittere dicant, qui cum vrinis illapsus bullas efficiat.

3. lib. 16. Pathologiæ.

XXXV.

Vrinæ supernatans pinguedo. Ὁκόταν λιπαρὴ ἡ ὑπόστασις 1 ἐόῃσιν, τούτοισι 2 νεφριτικὴ, καὶ ὀξέα σημαίνει.

XXXV. Quibus in vrina pinguis superficies est, 1 & plurima confertim micta, his 2 nephritica & vehementia mala adesse denunciat.

1 Nam à renibus profluit. Nam à toto corpore sensim fluit, non sine febre.

2 Phlegmone tactis renibus, vnde & febris ardens. Quin omnis febris ardens incendio suo renum pinguedinem fundere potest: sed hoc non ira lethale per se.

XXVI.

Qui longo tempore fuere nephritici. Ὁκόσοισι ὁ νεφριτικοῖσιν ἐοῦσι τὰ καρηατικὰ συμβαίνει σημεῖα, πονοι δὲ οὐκ ἐπὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους γίνονται, διὰ τοῦτο οὐκ 1 τοὺς ἔξω τόνους γίνονται, ὑστερικὰ φορέουσιν ἐσώμενον ἔξω. Ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι πρὸς τοὺς ἔσω τόπους γίνωνται, καὶ τὸ ὑστερικὰ φορέειν ἐσώμενον μᾶλλον 2 ἐόντα.

XXXVI. Si autem exrenibus laborantibus adfuerint prædicta iam signa, & dolores excitentur circa spinæ musculos, si ad partes quæ foris sunt percipiantur, apostema foras expecta. Quodsi dolores intrò magis vergant, intus 2 potiùs expectandum apostema.

Si dolor diu nimirum & multum fatigârit fixus.

1 Effuso succo dolorifico in musculos externos dorsales. Quasi dicat, tunc non repellendum; sed potiùs erit prolectandum cataplasmatis molliter calentibus. *Vsus huius Aphorismi.*

2 Effuso humore in musculos internos dorsales, vel in renes, & tunc repellendum. Plerumque tamen ille humor qui renes occupauit emingi solet: vel euaporat interdum. Vtrum, inquit Galenus, renibus ipsis suppurantibus id fiat, an solis musculis, an vtrisque, non explicat Hippocrates. Cæterùm cuncta hæc fieri posse ostendit vsus.

XXXVII.

Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὴ ἄκρον πυρετῷ, 1 σωτήριον· εἰ δ' ἔξω πυρέσσει, 2 κακόν. θεραπεύειν δὲ τοῦσι 3 ψυκτικοῖσι, καὶ τοῖσι συστελλουσι.

XXXVII. Qui sanguinem euomunt, febris expertes, 1 salutare est: verùm si cum febre, malum. Remediari oportet 3 frigidis & adstringentibus.

1 Minus malum est, quàm si cum febre excludatur. Vt in plethora, vbi supprella solemnis vacuatio. & quidam periodis certis fundunt sanguinem, bonis illorum rebus, sine febre.

2 Afflictum enim hepar vel lienem denotat à longa febre. Vbi itaque sanguinis inopia adest, non benè effunditur is. Effunditur tamen in afflictis his partibus per venæ portæ ramos, qui in ventriculum inferuntur. Vidi nuper cùm hæc scriberem, quendam virum, qui copiosè sanguinem euomuit: tandem obiit: aperto in corpore deprehendimus exsuccos pulmones, ita aridos ac si corium siccatum videres. Talem autem, quale hîc præscribit, curationem respuit vlcus cum phlegmone & febre consociatum; & incrementa ducunt die hæc vlcera, ob inflammationem. *Historia.*

3 Frenetur vt fluens sanguis, & vt cicatrice obducatur vulnus, si rupta fuerit vena; vel si exesa illa sit, glutinantibus. Id optimè facit puluis ex semine hyoscyami albi, papauere albo, corallis rubris, terra Lemnia, cum caphura: ex consertua rosata præbetur. *Remedium præclarum.*

XXXVIII.

Καταῤῥοὴ ἐς τὴν 1 ἄγω κοιλίην 2 ἐκπυοῖ τὰ ἐν ὑμέρῃσι εἴκοσιν. *Pleuritis in empyema.*

XXXVIII. Catarrhi defluentes in superiorem ventrem ad 2 suppurationem veniunt intra dies viginti.

1 In pectus.

2 Phlegmone excitatur ab illis catarrhis, id est succis sanguineis qui à capite, venis magnis vicinis, vel à toto corpore influunt. Cum expectorato non excluduntur, ob imbecillitatem partium, aut materiæ contumaciam, vel viarum angustiam. His madentibus in regionibus sæpe in tabum abit pulmo, ex pituita illapsa eò, quæ cunctando ibi putrescit. Quare præclarè hîc admonet Hippocrates, vt antequam putrilaginem inferat, illa excludatur ac dometur. Propterea purga, ac decocto sassaphras attere eius vim. Da etiam linctus cum pauco oleo fœniculi. *Te mursis.*

XXXIX.

Ἢν ὑπὲρ 1 αἷμα καὶ θρόμβους, καὶ ταγγείλῃ ἔχῃ, καὶ ὀδμὴν ἐμπίπτῃ ἐς τὸ 2 φλεγμαίνει, καὶ τὸ 3 ὑποχάσκει, καὶ ἡ κοιλία, τὸ 4 ἔντερα, σημαίνει καὶ τοῦτο κόσιν νεφρέων σημαίνει. *Vesicæ laborantis signa & renum.*

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 481 sur 513

XXXIX. Si quis ſanguinem 1 & grumos mingat, non abſque ſtranguria; dolorque ſi incidat in 2 perinæum & 3 hypogaſtrium, & pectinem; ſignificatio inde fit partes quæ ad 4 veſicam pertinent ægrotare.

Remedium.

1 Id eſt, ſanguinem liquidum & conglobatum. Quaſi dicat, da itaque talia remedia quæ grumos ac arenulas ſoluunt. Tale eſt vitrum vicies vſtum, ac in terebinthina extinctum, potui datum.

2 Interfœmineum.

3 Aqualiculum.

4 Inſtrumenta vrinæ dicata: vt meatus vrinarius, veſica ipſa, vretræ, renes.

XL.

Stupor linguæ vel partis.

Ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης 1 ἀκράτὴς γένηται, ἢ 2 ὑποπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον γίνεται.

XL. Si ſubitò lingua 1 impotens reddatur, vel aliqua corporis pars perplexa 2 ſtupeat, planè id 3 melancholicum eſt.

Vel ſi mens aliò ſe vertat ab incurſu ſucci praui in cerebro: ita nec lingua nec partes corporis officium facient.

1 Impotens ita redditur lingua à ſpaſmo tentata: vel à reſolutione facultatis animalis, articulare nequit vocem: balbutiunt.

2 Paralyſi affecta aliqua parte repentina, à pituitæ incubitu.

3 Cùm à melancholico ſucco hoc euenit, à capite vel corpore toto in linguam illapſo. Hæc euenire videntur è ſucco craſſo, hoc eſt partim melancholico, partim pituitoſo. Quaſi dicat, ergo reuelle, & euacua ilicò ſuccum illum ruentem elyſmis, & pilulis.

Vſus.

XLI.

Singultus.

Ἢν καθαρσίοισι μὴ ὠφελήσῃ σφόδρα, ἐπὶ πρεσβυτέρου λύγξ ἐπιγένηται, ἐκ ἀγαθόν.

XLI. Si ſenibus ſuperpurgatione exhauſtis ſingultus ſuperuenerit, minimè bonum.

Res per ſe cunctis funeſta, ſi incidat in corpus in quo iam languet calidum natiuum, & vbi euchymia abeſt: & in quibus conniuent iam venæ arefacto corpore à decurſu ætatis, omnino erit calamitoſum. Etenim ſi in tali corpore natiuum calidum ob potentem aliquam cauſam atteritur, nulla arte reuocari poterit. Admonet ergo prudentiſſimus medendi artifex, cauendum eſſe in ſenili corpore à vectiaria medicina, & à medicamentis vibrantibus quæ elateria olim dicta fuere.

Admonitio practica.

XLII.

Balneum vtile non putridis febribus.

Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ 1 χολῆς ἔχῃ, 2 ὕδατι πολλῷ καὶ θερμῷ καταχεόμενον καὶ ἡ κεφαλὴ λούσῃ τὸ πυρετὸ γίνει.

XLII. Si febris non ex bile 1 nata fuit, plurima 2 aqua calida capiti ſuperfuſa, febris ſolutionem adfert.

Lib. 2 & 4. de morbis. & 2 de natura humana.

1 Cuius hyparxis non pendet ab humore: quales ſunt hecticæ, & ephemeræ ab vredine natæ. Nam Hippocratis ſententia fuit, omnes putridas febres à bile naſci.

2 Quæ vim madefaciendi & refrigerandi habet, vnde recreat hecticos. Et in ephemera ſuccurrit, quia reſerat, refrigerat, madefacit cum repore; Prodeſt autem ſtipatis poris à calore, vel à frigore. dicat quis,

Quæſtio.

Hippocrates ſexto Epidemion, ſectione quinta, lotionem ſuadet ante vſum ellebori, vbi craſſi ſunt humores. Igitur vbi corpus humoribus occupatum eſt, vtile erit balneum. Reſpondemus, bellum indixit balneum plethoricis & cacochymicis corporibus: nam concitat ſuccos, eoſque putrefacit, ac aliò excludit. Sed Hippocrates hoc ſuadet, vbi ſucci craſſi ſunt, quo fundantur attenuati, ac naturæ expellenti & medicamento faciliùs cedant. quod iam iam exhibebitur.

XLIII.

A ſexu iudicatio.

Τῶν ἀμφοτέξιος ἡ γίνεται.

XLIII. Mulier ambidextra non fit.

Quòd non ita ſpiritu ac calore circumſluat vt vtrumque latus æquè his abundet. Nam mollis eſt ac frigida mulier. quaſi dicat, Non ita calent fœminæ vt viri. ita ſexus imbecillitatem ſignificat; quaſi dicat, igitur magnis remediis non pellantur mulieres, maximè mulieroſæ, quæ præcipuè non ſunt ambidextræ, hoc eſt, fortes.

Vſus Aphoriſ.

XLIV.

Ὀκόσοι ἔμπυοι καίονται, ἢν μὲν τὸ πύον 1 καθαρὸν ῥυῇ καὶ 2 λευκὸν, περιγίνονται· ἢν δὲ 3 ὑφαιμὸν καὶ βορβορῶδες καὶ 4 δυσῶδες, 5 ἀπόλλυνται.

XLIV. Si empyis cùm vruntur aut ſecantur 1 purum & album 2 pus effluat, ſani euadunt. Sin 3 ſubcruentum & cœnoſum & 4 fœtidum, 5 moriuntur.

Vide Aphoriſmum 27. libri ſexti.

1 Vniuſmodi, vniforme in ſubſtantiæ modo: indicio quòd natiuum calidum ſe inſinuauit in cunctas eius partes.

2 Quo ſignificatur partium ſolidarum integritas: propterea fœtor etiam abeſt. Hoc eſt, ſecentur, ſi opus eſt, ante 40. diem. nam fieri poteſt vt ante eum diem partes nondum alienatæ ſint à ſua indole.

3 Non album, ſed pepaſmi expers. Vel cœnoſum, quaſi lutulentum & ſubuireſcens ſi fuerit.

4 Ex corruptela pulmonum & ſanguinis, vnde prauitate quadam imbuitur pus.

5 Nam illa contaminatio extinguit cordis viuacitatem. Quaſi dicat, poſt quadrageſimum diem nolite aperire pectus: nam fieri nequit, vt tam diu in loco calido & humido fluctuet materia purulenta, quin neceſſariò ſuam naturam vertat in calamitatem: vnde pulmonis alienatio ac tabes.

Vſus Aphoriſmi.

XLV.

Ὀκόσοι τὸ ὑπερ 1 διάπυον καίεται, ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν, περιγίνονται· ἐν χρῷ γὰρ τὸ πύον τυπίσιον ἔξιν, ἢν 2 δὲ ἐν ἀμέργῃ ῥυῇ, ἀπόλλυνται.

XLV. Quibus 1 purulentum iecur aduritur, ſi pus purum ac album effluxerit, ſuperſtites euadunt; his enim membranâ pus continetur: ſin verò qualis 2 amurca profluat, moriuntur.

Hepar purulentum.

1 Purulentum euadit, cùm inflammatione tentatum nec reſolutione, nec euacuatione intra diem viceſimum finitur. Si maxima copia puris hepate concepta fuerit, effunditur interdum in ventriculum, ac tetro ſuo vapore ſuffocat. At exigua eius copia benè euomitur, aut vrina vel aluo deiicitur: vel interdum erumpit in abdomen. Sin rumpi membrana nequit, pertundenda, dicit Hippocrates. Holerius mauult potentiali cauterio id agere. Quòd ſi tunc effluxerit pus album ac ſincerum, ſalua res erit: nam hepatis integritatem ſignificabit, nec parenchyma contaminatum eſſe, at ſolam membranam.

2 Si

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 482 sur 513

2 Si cœnoſum eſt ac viſcidum, id pernicioſum: nam id argumento eſt parenchyma in putrilaginem tractum eſſe: hîc nulla ſperabilis redintegratio. Vidi

Hiſtoria. piſtorem quendam, qui cùm in itinere ſe fatigaſſet, ac in gramine dormiuiſſet, querebatur de aliquo at non valido dolore hepatis: febricitabat non ardenter: interdum lipothymia tentabatur. Cùm obiiſſet, hepatis parenchyma, intactâ ac integrâ membranâ, in pus merum degenerauerat.

XLVI.

Ὀδυνῶσι ὀφθαλμῶν ἄκριτον πόσιος, ἢ λίαν πολλῷ θερμῷ, φλεβοτομεῖ.

XLVI. Dolores oculorum poſt meraci vini potum, & aquæ calentis balneum, venæ ſectione curato.

Aph. 31. *Indignus Hippocrate Aphoriſmus. Alludit ad illum Aphoriſmum quem explicauimus libro ſexto.*

XLVII.

Hydropico-rum tuſſis. Ὑδρωπικῶν τὰ ἐν βήξ ἔχει, ἀνέλπιστός ἐστιν.

XLVII. Si tuſſis hydropicum inuoluerit, extra ſpem eſt.

Refuſo in thoracem humore, vel quòd hepar liénveita propendeant vt diaphragma ſe amplius pandere nequeat. Indicium alienatorum viſcerum: quare id calamitoſum. Tunc itaque validis remediis non tententur ægri.

XLVIII.

Vrinæ diffi-cultas. 1 Στραγγουρίαν καὶ 2 δυσουρίαν 3 θώρηξις καὶ 4 φλεβοτομίη λύειν· τέμνειν δὲ τὰς 5 ἔσω φλέβας.

XLVIII. 1 Stranguriam & 2 dyſuriam 3 thorexis & 4 venæ ſectio ſoluit: incidêdæ autem ſunt 5 internæ.

1 Qua ſtillat vrina.

2 Qua acerbo cruciatu prodit vrina. In iſchuria eſt ablata mictio, cùm veſica lotio repletur; ob anguſtiam ceruicis ſuæ.

Vſus. 3 Cùm hæ affectiones proueniunt à veſicæ algore, vel à viſcida vel flatulenta materia; da quaſi diuterica, nucem moſchatam, decoctum ribes nigri.

4 Cùm à phlegmone natæ ſunt, vel eius metus ſi ab vrinæ acrimonia adſit.

5 Baſilica, ad auerſionem: pedis, ad deriuationem. Cùm calculus vel grumus aut viſcidus humor infarcit meatus, cathetere opus erit.

XLIX.

Ὑπὸ 1 κυνάγχης ἐχομένῳ ὄγκος καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στήθει ὀλεθρώδεις, 3 ἀγαθόν· ἔξω 4 γὰρ τρέπει τὸ νόσημα.

Angina. XLIX. 1 Anginæ implicito ſi tumor 2 & rubor in thorace ſuperuenerit, 3 bonum: 4 foras enim ſe conuertit morbus.

1 Vbi nullus initio tumor aut rubor appâret, cum magno deglutiendi ac reſpirandi labore.

2 Vt non ſolùm ruborem, ſed etiam tumorem adferat, eò depoſitâ à materiâ, quæ à priore exiliit foco, ita vt nullus reſtibilis maneat intùs.

3 Nam naturæ robur indicat, quæ foras agit morbificam materiam. Maximè ſi notæ critici adſint motus: hoc eſt, vt illud eueniat non ineunte morbo, nam à copia ac materiæ prauitate id euenire poteſt. Sed ſi à tali diadoſi dolor placatur, febris cadit, anima meliùs trahitur, cibi faciliùs admittuntur.

4 Hoc eſt, ſigna talia ſuperuenire debent, quæ teſtantur hanc materiam non rapi intrò, ſed eam exhauriri vaporatione, vel expectorato aut ſuppurato. Quaſi dicat Hippocrates, ergo omni ſtudio foras prolecterur materia. admoue igitur cataplaſma hirundinum nidi, ex decocto maluarum, chamæmeli, ſeminis fœnugræci: cum oleo amygdalino dulci, theriaca, croco. Vel ex ficubus fiat cataplaſma, cum croco, & oleo. Hæc poſt prouiſionem habitam totius corporis.

Remedia.

L.

Ὀκόσοισιν ἂν 1 στρεβλωθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἢν 2 τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλωνται· ἢν δὲ παύσωσι διαφυγόντες, ὑγιέες 3 γίνονται.

Cerebrum læ-ſum.

L. Quibus cerebrum 1 ſphacelo afflictum eſt, intra triduum pereunt. ſi verò hos ſuperuenerint, 3 ſani fiunt.

1 Cùm ab inflammatione concipi incipit gangræna & corruptio. Cauſa eſt, quòd phlegmone non digeritur ob eius magnitudinem, calidique nariui imbecillitatem. Cùm in ſphacelum abire incipit cerebrum, dicit, nondum verò corruptum ſi ſit. Maximè ab ictu, vel caſu laceratis venis, vnde grumus & ſanies, inde phlegmone. Ita à ſanguinis influxu.

2 Quia pars laborat cuius officio vita carere nequit. & natura algioſum cerebrum non poteſt phlegmonem facilè exhaurire.

3 Maior ſpes ad ſalutem appârer: ita vt aliquando euadant. alioqui in ſtuporem abeunt, ac ſudatiunculas fundunt. Σφακελοι proprie ad os pertinet, vt gangræna ad carnem: cariem iam vocant. Gangrænæ dicitur ſuperuenire ſphacelus, hoc eſt mortificatio perfecta integræ partis, ita vt oſſa etiam trahat. Gangræna itaque eſt ἐν γίνεσθαι ἐν, ſphacelus γεγονέναι. In hoc malo trepano opus eſt, ne fiat cerebri ac meningum corruptela. Si aperto cranio cerebrum videris liueſcere, motuque priuari, calamitoſum; nam iam factus eſt perfectè ſphacelus. Puto Hippocratem etiam loqui de cerebri inflammatione vltrò oborta: cuius interdum eſt tanta ſæuities, vt intra quaternionem primum plerumque enecet. Hoc malum ilicò incumbit ſæua cum cephalalgia, cuius dolor ſpinam ac occiput etiam occupat; ilicoque deiicit ſenſus cunctos. Ægri tamen exiliunt ac ſe iactant pedibus, manibus toroque corpore. Maximè cuncta inuolant manibus, ita vt quædam mulieres ne propriis quidem capillis parcant; imò vnguibus propriam faciem defœdant. Mox productiore morbo, mouendi vis in languorem abit. In ſilentio perenni perſeuerant hi, vixque puncti reſpondent. Febris acetrima comitatur: nec cibum nec potum admittunt. Ortum ducit à retorrido ſanguine in cerebrum tranſlato. Vnde ineute morbo, facies cum tumore rubet, oculi cum rubore fixi videntur. Nam in hoc malo ipſa cerebri ſubſtantia inflammatur, vnde tandem gangræna: quæ dum abſoluta conſtitit, redintegrari cerebrum nequit. Verùm illa quæ eſt ἐν ζίνεσθαι, quæque in procinctu eſt, ob vim phlegmones: (præcipiti calamitate hi trahûtur, ob morbi potentiam & partis occupatæ principatum:) quodſi ad quartũ peruenerit diem, ſpes eſt morbum poſſe domari: nam virium id robur denunciat. Libro tertio De Morbis, huius affectionis meminit etiam Hippocrates, nomine ſphaceli vel ſideretionis cerebri: vbi ſcribit his dolere ceruicem, caput, & ſpinam: ſcilicet, ineunte morbo, nam eo aliquantulum progreſſo, omni ſenſu ſpoliantur. Quòd ſignificauit etiam Hippocrates, dum ait, illos non audire, & illicò obmutescere. His ſi καβρῶς haimorrhagia oboriatur, ſalutaris eſt. At liuor ſucci in his malus, nam eſt à ſphacelo abſoluto. Morbus his originem habere videtur ex cerebri calida intemperie, cum bilioſo ſanguine; & tumor inde naſcitur in ipſo cerebro. Curatio itaque erit materiæ ex cerebro euacuatio, vtque algioſum euadat cerebrum. Habita prouiſione totius corporis, materia à capite reppellatur: dein diſcute eam: dein flectatur ad algorem cerebrum. Verùm tanta mali huius eſt calamitas, vt vix hæc perficias antequam in gangrænam cerebrum trahatur. accedit quòd vix intrò remedia ac alimenta admittant. Quare viribus admittentibus ſeca ſi internam in brachio venam à leni clyſtere: abſtine ab acri glande in tam feroci febre. Capite actu frigida deinde admoue, vt oleum roſatum complectum, cum pauco aceto. Vel potiùs rigetur caput decocto actu frigido endiuiæ,

Quid ſphacelus, gangræna, & caries.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 483 sur 513

lactucæ,violarum,portulacæ,parietariæ:vel ex his fiat cataplasma,cum oleo nymphææ,cum pauco aceto rosato:frigida admoue:æstuantia remoue. Ita agatur ineunte morbo,si æstiuum fuerit tempus. Fiant etiam reuulsiones per cucurbitulas:ac fotus fiat ex decocto salicis, violarum, nymphææ, lactucarum, malnatuui, parietariæ,& florum meliloti. Ceruici & humeris admoue cantharides,& hirudines ponè aures. seca venam in fronte:narium venæ recludantur, vt copiosè sanguis effluat. Tunc iunge oxyrrhodino oleum chamæmelinum:& foue decocto maluæ,florum chamæmeli,meliloti,seminis fœnigræci,& lini,radicum althææ. Inclinato malo admoue sternutatoria. Aluus mollescat enemate. Si vrina detenta fuerit,illine oleo scorpionum pubem,& admoue parietariam coctam. Post quartum diem redeant ad paucam cibi copiam. ius pulli laudatum cum semine melonum. absit vinum. Tandem validiùs purgentur,iam recreatis viribus.

LI.

Παρισὸς γίνεται ὁ πτάρμὸς, 2 διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τῆς ἐν τῇ 3 κεφαλῇ κενεᾶς. 4 ὁδὸς δέ ἐστιν ἡ διὰ τῶν μυκτήρων ἔξω· 5 δῆλον δὲ, ὅτι διὰ στενοῦ ἡ ἔξοδος αὐτῷ ἐστιν.

Sternutatio quid.

LI. Sternutamentum fit 1 ex capite, 2 calefacto cerebro, aut humectato spacio 3 in capite inani:aër enim intùs contentus 4 foras effunditur, 5 strepit autem, quia per angustum ipsi est exitus.

1 Quia caput se exonerat, eaque materiæ vapidæ excluduntur, quæ conceptæ sunt ad os ethmoïdes.

2 Vnde materia in flatus mutatur.

3 Vbi vaporosa materia replet partes inter cerebrum & meningas,& sinus cerebri.

4 Excluditur ab expultrice vi irritata.

5 Quia flatus erumpit è cerebro & è pulmonibus per nares, vnico impetu:ad hoc vtitur neruis in thoracem demissis, contrahitur enim thorax. Tunc vel solus vapor erumpit, vel vnà effertur ichor acrior.

LII.

Hepatis dolor.

Ὁκόσοισιν ὑπαρ 1 ἡπατὸς ἀλγήματα, τουτέοισι πυρετὸς ὀξὺς ἐπιγίνεται, 2 λύει τοῦτο ἔμπυος.

LII. Quibus hepar admodum 1 dolet, iis febris superueniens soluit 2 dolorem.

1 Sine febre, à flatulento vapore. Admodùm, dicit; quòd indicium est id non laborare ab infarctu. nam mediocres tunc dolores adesse solent. At flatus dum tendit hepatis membranam, ingentes dolores adfert.

Historia. Vidi quendam, qui cum exiguo de dolore quereretur hepatis, eius tamen totum parenchyma in pus commigrârat, hic febricitabat, sed non validè.

Vsus. 2 Nam discutit flatus. Quasi dicat, febris tandem si superuenerit, quæ primùm non aderat: Nam si primùm adfuisset, in flammationis suspicionem attulisset. Soluit itaque, inquit, febris hunc dolorem. quasi dicat, nos imitabimur naturam hac in re; & propinabimus medicamenta quæ vim habent calfaciendi, attenuandi,& discutiendi. Talia sunt decocta intùs & fouis admota, ex chamæmelo, anetho, anisso, fœniculo; oleo anisi; theriaca, mithridatio.

LIII

Vere sanguis auferendus.

Ὁκόσοισι 1 συμφέρει αἷμα ἀφαιρεῖσθαι ἀπὸ τῆς φλεβῶν, τουτέοισι χρὴ 2 ἦρος φλεβοτομεῖσθαι.

LIII. Quibus 1 sanguis è venis est auferendus, his 2 Vere perfundenda est vena.

1 Qui eo circumfluunt, ne crassescens melancholescat. vel ne ruat in nobilem partem, eamque in phlegmonem abripiat. Vt si metus inde sit inflammationis, obstructionis, validi doloris, vel translationis.

Vsus Aphorismi. 2 Tunc enim vigent vires, ac ferunt abactionem hanc, facileque iacturam hanc refarciunt. Quasi dicat, cùm ad sanitatis prouisionem magnis remediis vtemur, à quibus flaccescunt initio vires; cumque periculum imminet ne fundant se humores praui vel copiosi, id eo tempore agendum, quo vires florent, ac cùm tale periculum imminet. Tale verò est vernum tempus.

LIV.

Ὁκόσοισι μεταξὺ τῶν 1 φρενῶν καὶ τῆς γαστρὸς φλέγμα ἀποκλείεται, καὶ ἐδωδὴν 2 παρέχει, ἐκ ἔχον ἔκβασιν εἰς 3 εὐθετέριον οὐδὲ κοιλίην, τουτέοισι κτλ. τὰς 4 φλέβας εἰς τὸν κύστιν τρέπουσιν οἱ φλέγμασοι, λύσις γίνεται τῆς νούσου.

Hydrops.

LIV. Quibus inter 1 diaphragma & ventriculum pituita intercluditur, & 2 dolorem adfert, in 3 alterutrum ventrem viam non habens, iis per 4 venas in vesicam versâ pituitâ, morbi fit solutio.

Dolor circa diaphragma diuturnus.

1 Id est, inter peritonæum & omentum, post diaphragma. Pituita, dicit, intercluditur: nam eò loci magna plerumque fœditas deprehenditur, etiam à bile resudante à folliculo, vnde ille dolor, exiguo qui sefigit loco, ad diaphragma ferè, vel vbi ensiformis cartilago.

2 Dum in flatus abit.

3 Ad pectus vel intestina.

4 Extenuatâ pituitâ. Etenim vt materia ex venis quacumque effundi potest, ita in easdem remeare potest, vbi fusa erit: per cæcos ac latentes ductus. Da itaque talia remedia quæ eò abducere materiam illam possunt quò illa viam affectat. vt si ad intestina, dabis mel rosatum: si ad vrinas, decoctum radicum chinæ cum diureticis: si ad pectus, iuscula in quibus immaduit vngula caballina.

Vsus Aphorismi.

LV.

Ὁκόσοισιν αὖ τὸ 1 ἦπαρ ὕδατος πλησθὲν εἰς τὸ 2 ὄπισθεν χαλᾷ, τουτέοισι ἡ 3 κοιλίη ὕδατος ἐμπίμπλαται, καὶ 4 ἀποδιδοῦσιν.

Hydrops.

LV. Quibus hepar 1 refertum aquâ erupit in 2 omentum, his 3 venter aquâ impletur, atque 4 moriuntur.

1 Alienati visceris indicium; propterea aque tunc in angusto spes est.

2 In spacium illud quod est inter omentum & peritonæum.

3 Aquosâ materiâ; natâ à fracta sanguificatrice, cùm præ copia ampliùs retineri nequit in venis heparis, erumpit. Ita in pedes & in scrotum interdum labitur, in vterum, in pectus.

4 Fatiscente naturâ vi morbi pressâ.

LVI.

Vini vsus.

Ἀλύκη, 2 χάσμη, 3 φρίκη οἶνος ἴσος 4 ἴσῳ πυόμενος λύει τοῦτο νοῦσον.

LVI. 1 Iactatio, 2 oscitatio, 3 horror, vinum potum pari 4 aquæ remixtum, soluit morbum.

1 Id est, halismus: cùm æger loco stare nescit, ab acerrimo succo hypochondriis ac venis primis concepto, vt in causis. Sed hoc loco transtulit Hippocrates hanc vocem ad homines sanos: vt qui se iactant ob cibi potusque ingesti copiam præter morem: vel hoc fit ob succum irritantem stomachum sua qualitate: vel quòd musculosum genus excrementa quàm plurima contraxerit. Est enim, dicit Galenus, ἀλύκη sui dissidentia, suique tædium: & qui præsentium tædio incerta mente errant, ac ad alias res subinde transeunt.

2 Ob flatus maxillaribus musculis conceptos.

3 Cùm mouetur materia flatulenta in musculis collecta.

Vini vsus vt sit iucundus.

4 Dissoluit flatus, sudores ac vrinas prouocat. hinc humidis & frigidis affectibus medetur. Examina vim, ægri naturam propriam & adscititiam, & morbi genus ac magnitudinem, & cœli temperiem. Hesiodus tres aquæ partes quartæ parti vini in festis adhiberi iubet ad hilaritatem. Athenæus dicit Græcos dnos vini cyathos ad quinque aquæ, vel vnum ad tres consueuisse miscere.

LVII.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 484 sur 513

LVII.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα γίνεται, τούτοισι διαπυήσαντος καὶ ῥαγέντος λύεται ὁ πόνος.

LVII. Quibus in vrinario meatu nascitur tuberculum, his cùm suppuratur, ac eruperit, dolor soluitur.

Libri quarti Aphorismo octogesimo secundo idem scriptum fuit.

LVIII.

Mutus ex concussione.

Ὁκόσοισι δ' ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεσῃ ὑπό τινος προφάσιος, ἀναλυτοι καὶ ἄφωνοι γίνεται φθαρέντα.

LVIII. Quibus ab externa 1 aliqua causa valide concussum fuerit cerebrum, hos protinùs 2 mutos fieri necesse est.

1 Vt à casu, ictu obtuso à telo, vnde in vacuo illo cranij spacio cerebrum validè vibratur, vnde spiritibus aditus intercluditur ad neruos. Si id lacero à cerebro fiat, non redeunt ad se ægri.

2 Sensus omnes læduntur ac motus. nam ventriculi cerebri eiusque pori turbantur, ac in situ vitium facit: vnde à cerebro in neruorum originem, quæ est in principio spinalis medullæ, spiritus influere nequeunt. Nam, vt anatomica sectio apertè demonstrat, omnium neruorum, ii qui in cerebro sunt, hoc est septem illa paria, non in capite nascuntur, sed in initio ceruicis, vbi spinalis medulla nascitur. Σεῖσις est valida concussio. ea voce vtitur Theocritus Idyll. 29. folio 224, versu 19. Noui quosdam in occiput cum lapsi fuissent, tota vita sua postea non rediisse ad gustandi & odorandi vim.

Nerui non nascuntur in capite.

Obseruatio.

LIX.

Paralysees & Hydropis remedium.

Τοῖσι σώμασι τοῖσιν ὑγροὺς τὰς σάρκας ἔχουσι, δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν· λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα.

LIX. Corporibus 2 præhumida carne præditis 3 fames imperanda est: fames enim exiccat corpora.

1 Vbi luxuriat pituitæ copia; quæ cùm sanguini mixta est, diu pro nutticatu corpori esse potest.

2 Dum enim exhauritur corpus, primùm id quod humidum est in vaporem abit. Exhaurit corpus tum calidum innatum, tum ambiens aër: Ita tenuatur corpus ac in sudorem & vaporem abit: hinc tertâ delitescentia animalia non exhauriuntur facilè.

3 Per famem enim non resarcitur id quod exhaustum est: ita per aliud siccat fames. Fames sensim ac æqualiter totum corpus siccat: ita Galenus ait, in fame enecto animali, cor & iecur non tabescere. Itaque mador hac arte facilè consumitur. Ita in hydrope imperare solebamus famem & potus accisionem: ex ipsa Epidauro vix præstantius remedium petas. Italum medicum hydropicus accessit agricola. imperat medicus vt toto anno temperet à potu: fecit, conualuit. post annum rediit ad medicum: qui hominis agilitatem ac robur admirabatur. Quare quicquid huiusmodi est vt famem procreet, id præclarè in humidis intemperiebus præscribitur: tale est decoctum ligni guaiaci, sassaphras, & sarzæ parillæ.

lib. De Tabe.

Historia.

Vsus Aphorismi.

LX.

Ὅκου αὖ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ τὸ σῶμα καταψύχῃ, καὶ πάλιν θερμαίνῃ, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταβάλλῃ, μάλιστα γίνεται σημεῖα.

LX. Vbi toto corpore frequens mutatio incidit; ita vt corpus modò refrigeretur, modoque incalescat, aut colorem alium ex alio mutet, diuturnitatem morbi arguit.

4 lib. 40. 42. *Hic Aphorismus antè expositus fuit.*

LXI.

Ἱδρὼς πολὺς θερμὸς ἢ ψυχρὸς, ῥέων ἀεὶ, σημαίνει ἐχθὺν πυελικὴν ὑγρόν. ἀπάγειν δὲ χρὴ τὸν μὲν 2 ἰσχυρῶς ἀνιῶντα, τὸν δὲ ἀσθενέα κάτωθεν.

LXI. 1 Sudor multus calidus frigidúsve perpetuò fluens, humiditatem in robusto quidem 2 supernè, imbecillo verò infernè vacuandam esse demonstrat.

1 A succorum copia, non à ciborum vbertate. 4 *Aph.* 37.

2 Si eò repit, ægerque si vomit ex facili, & molestior semper est vomitus quàm secessus. 28 42 1

LXII.

Ἤν τις τῷ πυρέσσοντι ξηρὴν δίδῳ, τὸν μὲν ὑγιαίνοντα, ἰσχὺν τῷ δὲ κάμνοντι, νοῦσον.

Cibus febricitantium.

LXII. Si quis febricitanti cibum dederit quem sano exhiber; valenti robur; ægrotanti morbus fit.

Nam in sanis robori studemus, tantúmque vel plus etiam adiicimus quàm exhaustum fuit inedia & labore. Febricitãtibus verò satis est vt vires stent; ac vt quinque vel sex horis pepsis peragatur in his necesse est, ne interueniens febris cibum in ventriculo deprehendat. Ita enim verteret se natura à pepasmo ad pepsin, quod fieri non debet in paroxysmis febrium. Nam in his corporis interna, à reflui eo succis sunt impura: sed corpora impura quò magis nutrias, eò magis lædes: quare cibus hic morbum augebit etiam. Maxima damna sibi adferre solent febricitantes, dum potant ineunte paroxysmo. Vsu mihi compertum est inde plerumque ex febribus intermittentibus periculique expertibus nasci continuas ac lethales febres.

Cautiò medendi.

XLIII.

Τὰ διὰ κύστεως διαχωρέοντα ὀλίγα δεῖ, εἰ εἴη τῆς ὑγιαίνοντος διαχωρέοντα· τὰ πλεῖστα οὖν ὅμοια τούτοισι, πλὴν τὰ νοσώδεστερα· τὰ δὲ ὅμοια τοῖσιν ὑγιαίνουσιν, πλεῖστα μόρια.

LXIII. Quæ per vesicam meant spectare oportet, an talia sint, qualia secunda valetudine subeunt. Nam quæ his minimè sunt similia, insalubriora; quæ verò sanis similiora, minimè insalubria.

Excrementa vt sint exeminanda.

Quo quid prolixius à naturali statu abit, eò est deterius, quæ verò sanis similia, ea optima. Ita cuncta symptomata examinari debent, nimirum in excrementorum substantia, qualitate, quantitate, excernendi tempore & modo: & qualitate immutata, vt ex colore, corporis mole & charactere: præterea in actionibus animalibus, vitalibus, & naturalibus.

LXIV.

Καὶ εἶσι τὰ διαχωρήματα, ὧν τὰ μὲν ἁπλᾶς σῖτα, καὶ μὴ κινήσας, τὰ δὲ ὑφίστατο ἐνεῖ ξύσματα, καὶ ὧν ὀλίγα ἢ, ὀλίγη ἀνάγκη γίνεσθαι. ὧν δὲ πολλὰ, πολλὴ· τούτοισι ξυμφέρει τὰ διαχωρήματα πλὴν κοιλίων· ἢν δὲ μὴ καθαρθῇ πολλὰς διὰ ῥηϊδίως τὰ ῥεύματα, ἐκέοι ἂν πλείω διδοῦς, μᾶλλον βλάπτων.

Aluina excrementa.

LXIV. Et quibus * hypochoremata, si 1 residere permiseris, nec moueris, subsident velut strigmenta: quæ si pauca sint, paruus morbus est; si verò multa, magnus: his 2 aluum infernè purgare conducit. Alioqui si non repurgatâ aluo sorbitiones exhibueris, quanto plures dederis, tanto magis offenderis.

* *deiectiones.*

1 Cùm aluus durus ac liquidis simul fertur: etiam remixtis ramentis ac pituita: argumẽto cacochymiam adesse, corpusque pituitâ crudâ circumfluere, non sine inæquali quadam corporis intemperie. Hîc pharmacia vtilis: dein intemperies partium debellanda.

2 Crassæ copiosæque tales deiectiones morbi contumaciam denunciant: die coqui debent, sensimque purgari, & præterea in his sobriè tenuitérque victitandum.

LXV.

©BIUM

LXV.

Αἱ ἀποχρέμψεις αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ τελευταῖαι ἢ αἱματώδεες, καὶ χολώδεες, καὶ δυσώδεες, πάσαι κακαὶ· ἀποχωρέουσαι δὲ καλαὶ, ἀγαθαί. καὶ ἢν πολλὸν, καὶ κοῦφον, καὶ ἢν ὀλίγον· καὶ ἢν μὴ ἀποχωρέῃ ἢ μὴ καθαρῶς, κακόν.

LXV. Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, bilioſæ, fœtidæ, omnes malæ: commodè tamen ſi prodeunt, bonæ. Per aluum etiam & veſicam, & quacumque corporis parte ſi prodeat aliquid, ſi non purgatum reſtiterit, malum.

4 *lib. Aphoriſ. 47. hic expoſitus fuit.*

1 Id eſt, vbi excludi debet, ſi non excluditur, malo eſt: nam recidiuam adferre ſolebat.

LXVI.

Τὰ σώματα χρὴ ὅκως τὶς βούλεται καθαίρεσθαι, οὕτως ποιέειν· ἢν μὲν ἄνω βούλῃ ἴουσα ποιέειν, ἄνω πίνειν· ἢν δὲ κάτω, ὑποτρώγειν.

LXVI. Corpora cùm quis purgare voluerit, meabilia illa reddat oportet: & ſi quidem 1 ſuprà velit, aluus ſiſtenda; ſi verò infrà, humectanda.

Secundo libro, Aphoriſmo 9. hic explicatus fuit.

1 Si exiſtimauerimus ad morbi curationem maximè neceſſariam fore vomitionem.

LXVII.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον τοῦ μετρίου γινόμενα, νοῦσος.

LXVII. Somnus & vigilia, vtraque ſi præter modum fuerint, morbus.

Hunc enarrauimus libro ſecundo, Aphoriſmo tertio. Sequentes etiam duos Aphoriſmos (nempe LXVIII, *&* LXIX*) interpretati ſumus libri quarti Aphoriſmo* 30. *&* 40.

LXX.

Ἐπὶ λευκοφλεγματίῃ ὕδρωψ ἐπιγίνεται.

Hydrops.

LXX. 1 Leucophlegmatiæ hydrops ſuperuenit.

1 Vbi totum corpus in tumorem mollem attollitur; venis habituque corporis pituita refertis: quale eſt corpus cacochymiâ obſeſſum. Cùm enim hepar alget, ſolidæque partes frigent, gignitur pituitæ copia, vnde in alborem trahitur corpus. Quaſi dicat, purga eam pituitam, ac firma viſcera, ne aſcites naſcatur. Exhibe ſæpè rhabarbarum, hoc modo: Accipe Rhabarbari ſemunciam, cinnamomi ſemidrachmam: redige in puluerem, quem remiſce cum duabus vel tribus vnciis conſeruæ florum cichorei vel abſinthij, aut tanaceti: addde ſitupum cichorei. Sumat cottidie drachmas duas: & ſuperbibat cochlearium vini chalybis.

Vſus Aphoriſmi.

LXXI.

Ἐπὶ διαῤῥοίῃ, δυσεντερίη.

Dyſenteriæ vbi metus.

LXXI. A diarrhœâ dyſenteria.

Senſim enim abraduntur inteſtina. Quaſi dicat, igitur remediis exclude ac tempera ſuccum illum acriorem inteſtinis immiſſum. Da rhabarbarum, myrobalanos, vel dilutum agarici, ſi pituita in vitio ſit: dein tempera decoctis ac ſirupis.

Prouiſio vt habenda.

LXXII.

Ἐπὶ δυσεντερίῃ λειεντερίη ἐπιγίνεται.

Lienteriæ metus.

LXXIII. Lienteria ſuperuenit dyſenteriæ.

Fractis inteſtinis à materia contumaci, quam initiam etiam ſentit tandem ventriculus, vnde lienteria. Quare ſummum ſtudium adſit vt placetur diſenteria, ne eò prorepat malum.

Cautio.

LXXIII.

Ἐκ μὲν σφακελισμοῦ, ἀπόστασις ὀστέου.

LXXIII. A 1 ſphaceliſmo, oſſis 2 abſceſſus.

1 Cùm phlegmone in gangrænam, hæcque iterum in corruptelam abit, vt cùm os liueſcens in cariem abit.

2 Os eximitur. Id patitur os, vel quia nudatum vndè refrigeratur, & nutricatu ſuo ſpoliatur; vel quòd tabe manans vicina caro os inquinat. Quare tunc abradendum eſt os, ſi ſuperficietenus à natura ſua degenerauit: ac ireos puluis oſſi imponendus; nihil enim æquè ac ſolitarius hic puluis ſolet os ab omni putredine tueri.

Remedium elegans ad oſſis tutelam.

LXXIV.

Ἐκ μὲν αἱματος ἐμέτου ἐφθὴ, καὶ τῆ πνοὺς χαλάσις ἄνω· καὶ ὀδὴ τῇ φθόῃ· ῥεῦμα ἐκ τῆς κεφαλῆς, ὀδὴ τῷ ῥεύματι· διαῤῥοίη, ὀδὴ τῇ διαῤῥοίῃ· ὄρχις τῆς ἄνω χαλάσεως, ὀδὴ τῇ ὄρχεϊ διαπαλᾶν.

Phthiſis.

LXXIV. A ſanguinis 1 vomitione 2 tabes & puris ſupernè purgatio, à tabe fluxio de 3 capite; à defluxu diarrhœa, à 4 diarrhæa interceptio expectorati; ab 5 interceptione mors.

1 A largo ſanguinis expectorato ex partibus ſpirabilibus.

2 Niſi ilicò vena obturetur, phlegmone ac febris arceatur; ſiſtatur fluxio, ſuccus temperetur, antequam pus fundant.

3 Trahunt enim ac admittunt pulmones labefactati fluentes ſuccos. Caput tunc plerhoricis cauſis à pulmonibus repletum eos demittit abundè: incaleſcens enim caput à fuliginibus pulmonum, trahit à toto corpore, illicque retenta materia acrimoniam induit: hanc iterum in ſe trahunt pulmones. ita conſpirant in ſui perniciem.

4 Hoc benè ſit incunte morbo, viribus adhuc ſimis; nam ita caput ſe exonerat in aluum. Non autem bonis ægrorum rebus euenit in labefactatis viribus.

Vſus Aphoriſmi.

5 Pus enim interceptum ſtrangulat. Quare in tabidis non temerè mouenda eſt aluus: nam ita id atterit vires, vt expectoratum ampliùs excutere nequeat pectus.

LXXV.

Ὁκοῖα καὶ ἐν τοῖσι χρῆσι τῶν κύστεων, καὶ ἐν τοῖσι χρῆσι τῶν κοιλίων ἀποχωρήμασι, καὶ ἐν τοῖσι χρῆσι τῆς σαρκὸς, καὶ ὅσα τῆ ἄλλῃ τῆς φύσεως ἐκκρίνῃ τὸ σῶμα, ὅσα ὀλίγον, ὀλίγα ὁ νοῦσος γίνεται· ἐν ᾧ πολὺ, πολλά. ὅσα πολλὰ, κατὰ τὰ αὐτὰ τὸ τοιοῦτον.

LXXV. Qualia ſint quæ per vrinas ac aluum ſubeunt, 1 & quæ per carnes abeunt, & ſi quâ aliâ 2 corpus à natura recedat, ſpectare oportet. Nam ſi parum, paruus morbus eſt: ſi multum, magnus: ſi valdè multum, iam tale fuerit perniciosum.

Excrementa vt ſint examinanda.

Vt Medicus incognitionem veniat morbi, auſæ, ac partis, ſymptomatum opus eſt illi examine. Inter ſymptomata ſunt excretiones, quæ examinari debent in ſubſtantia, qualitate, quantitate, eorum copia, excernendi modo, & tempore. Nam excrementa referunt ideam illarum partium vnde dimanant.

Morbi vnde deprehendantur.

1 Vt ſudores, & abſceſſus.

2 Alia etiam ſymptomata, in examen vocanda; vt actiones læſæ, qualitas mutata corporis, in colore, charactere, & mole.

INDEX

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 486 sur 513

INDEX RERVM MEMORABILIVM

Quæ in hoc Secundo Tomo continentur.

Numeri paginæ eſt ſolum habenda ratio.

A

Abdomen.

ABDOMINIS partes, & nomina earum. pag. 594
Abdominis præſtantia in ſignificando. ibid.
quòd à Medicis tangi debet. ibid.

Abortus.

Abortus. 104
cauſæ. ibid.
ſigna. 105
Indicationes curatiuæ. ibid.
Prognoſis. 106
Medicamenta. ibid.
Doloris remedium. ibid.
cùm iam iam imminet abortus. ibid.
Cautela. ibid.
Empirica. ibid.
Abortus cauſæ. 448
Abortus futuri ſigna. 450
Abortus notæ. 446
Abortus periculum vbi. ibid.

Abſceſſus.

Abſceſſuum genera. 386
Abſceſſu qui iudicantur. 378
Abſceſſus à febribus longis. 421
Abſceſſus criticus per vrinam auertitur. 420
Abſceſſus in febribus longis. 421
Abſceſſus latens in corpore. 465
Abſceſſus per febres. 422
Abſceſſus in quibus morbis expectandus. 278. 279
Abſceſſus potius hyeme eueniunt. ibid.
Abſceſſus ad ſuprema vel ad inferna. 266.267
Abſceſſus in peripneumonia in crura. ibid.
Abſceſſus bonus in partem qui ſit capacem. 248
Abceſſum vrina ſignificat. 256
In Abſceſſum quæ febres abeant. 278
Abſceſſu iudicantur febres diuturnæ. 421
Abſceſſu vel excretione fit criſis. 273
Abſceſſum auertit vrina critica. 429

Abſtinere.

Abſtinendum à cibo vigore morbi. 371

Academici.

Academicorum ex ſententia an aliqui fuerint felices. 115.116

Acetum.

Acetum & oximel vtile bilioſis, noxium melancholicis. 330
Acetum inimicum mulieribus ob vterum. ibid.

Acidus.

Acidus ſuccus malus eſt. 196
Acidus ructus frigoris notæ. 464

Acron.

Acron Agrigentinus. 134

Acutus morbus.

Acuti morbi duplices, & quales. 284.330
Acutis in morbis quo modo ali debet æger. 371
Acuti morbi etiam fallunt. 388
Acutis in morbis criſi imminente non dandæ ſorbitiones. 345
Acutos morbos curandi indicationes duæ. 304
Acutis in morbis ſi aluus perpetuo fluat, quomodo habendi ægri. 344
Acutis morbis ſorbitiones quando dandæ. 343
Acutorum morborum indoles quatuor ex ſignis eluceſcit. 312
Acutos per morbos ſurditas. 425
Acutis in morbis cibus. 26.27
Acuti morbi quibus diebus iudicentur. 132.271
Acuti morbi cum vel ſine febri. 240
Acuti morbi ex μεταπτώσεως. ibid.
Acutorum morborum ſalutaria ſigna 272
Acutorum morborum cibus qualis. 27
Acutis in morbis quomodo diæta inſtituenda. 309 312.
Acutis in morbis diætæ ordinandæ quatuor ſcopi Hippocrati. 399
Acuti morbi qui & quales. 132
Acumen morbi & malignitas calamitoſa. ibid.
Acutis in morbis quando vinum inutile. 332
Acutis in morbis quo modo cibus exhibendus. 377
Acumen morbi tenuiſſimam diætam poſtulat. 371
Acutorum morborum an bilis ſit cauſa. 18
Acutis in morbis phlebotomiæ locus. 341
Acuto cum morbo grauida. 444.451

Adoleſcens.

Adoleſcentum morbi. 409

Adipoſus.

©BIUM

Index Rerum.

Adipoſus.

Adipoſi vt purgandi. 412

Æger.

Æger quæ vitare debet 203
Ægrialacritas in ſurgendo quid denotet. 237. 248
Ægri torpor. ibid.
Ægri à Medicina ſanantur. 170
Ægri conſolandi ac in ſpem erigendi. 211
Ægri ſe lædunt ſuis animi affectibus. ibid.
Ægris non omnia concedenda. 213
Ægri ſæpe cauſa ſunt inſanabilis morbi. 172
Ægri iam iam morituri ſigna. 423
Ægri facies; & quid in ea obſeruandum. 232. & ſeq.
In Ægro læthalia ſigna. 423
Ægris aliquid concedendum. 395

Ægyptus.

In Ægypto vt admoueantur cucubitæ. 38
Ægypti endemius morbus Elephantiaſis. 119
Ægypti vt hodie diætam per febres præſcribunt. 27

Aër.

Aërem Anaximenes rerum principium ſtatuit. 139
Aër quomodo morborum cauſa. 152
Aër qualis eſſe debeat ad tutelam à peſte. 48
Aër qua ratione in morbis variari debet: & quomodo purus ac temperatus dicatur morbis vtilis. 25
Ex Aëre ſudorum prognoſis. 401
Aër. 215
Aëri maior vis ineſt quam cibo aut potui. 273.274
Aëris ſubitaria turbatio fugienda. 213
Aëris violata temperies cauſa peſtis. 74
Aërem quid coutaminet vt noſcas. 76
Aër & cibus vt in peſte habendus. 84
Aër maximè parit morbos. 367

Æs.

Ærea inſtrumenta. 162

Aſclepiades.

Aſclepiadum doctrina à quibus corrupta. 135

Æſculapius.

Æſculapius vt quondam pingi conſueuerit. 136
Æſculapius à Chirone inſtitutus. 134
Æſculapij varia nomina. 158
de Æſculapio plura. ibid.
Æſtatis quo tempore luxuriat ſanguis. 149
Æſtatis morbi proprij & alieni. 406
Æſtate in frigida & ſicca qui fiant morbi. 403
Æſtiui & verni morbi quid differant. 406
Æſtatis quo tempore vigorem ſuum obtineat ſanguis, & quo bilis. 149
Æſtate bilis increſcit. ibid.
Æſtate quid purgandum. 412
Æſtate increſcit bilis: & quo æſtatis tempore. 149
Æſtas frigida & ſicca quos morbos proferat. 403
Æſtate num vino generoſo vtendum. 376
Æſtate decreſcit bilis. 148
Æſtiui morbi. 406

Æſtus.

Æſtum in corpore nunquam concipit ptiſana. 288
Æſtu in maligno excellens remedium. 80
Æſtui totius potus præſtans. 85

Ætas.

Ætatis declinantis morbi. 410
Ætates obnoxiæ tabi. 437
Ætates aliæ aliis temporibus gaudent. 405
Ætatum ſingularum morbi. 6,a,b

Æther.

Æther quid veteribus. 215

Æthiops.

Æthiopibus quare febres calamitoſæ. 268

Affectus.

Affectuum veſicæ diagnoſis. 433

Ager, Agricultura.

In Agricultura Deus eſt ſummè viſibilis. 118
Agriculturæ laus. 117
Agrum colens Cincinnatus Dictator renunciatur, ibid.
Agriculturam prætulit Diocleſianus Imp. Imperio. ibid.
In Agris præcipue philoſophicum otium felix. ibidem.
Ακρόνυξις quid. 212.258

Albus.

Album cur cerebrum. 264
Albo pro profluuio menſium conſilium. 101

Alcmaon.

Alcmæon in auro ſummam poſuit felicitatem. 113

Alexipharmaca.

Alexipharmacorum quorundam cenſus. 91

Alexiteria.

Alexiteria triplicia. 324

Alimentum.

Alimenta vim ſuam retinent vel ſeruant vt variis offeruntur naturis. 192.193
Alimenta. 388
Alimentum & pus non differunt causâ. 274
Alimenti cognatio cum corpore cuiuſque hominis. 192. & ſeq.
Allij facultates. 355
Αλλοφάσεων quid. 273
Alphi. 406

Alterans.

Alterantia remedia in peſte. 53

Aluus.

Alui in fluxu vomitoria. 35
Aluum quo modo & quando moueat melicratum. 323
Aluini fluxus cauſæ, differentiæ, &c. 33. & ſequentibus.
Aluus fluens vt ſtringenda. 36.60
Aluus & excrementa peſtis tempore. 78
Aluinarum deiectionum tria genera. 293
Aluinum incendium cum cardiogmo. 427
Aluus profuſior. 464
Aluus quibus ab haimorrhagia feratur. 417
Aluum lenientia in febribus. 30.41
Aluum lenientia in peſte qualia præſcribenda. 52
Alui excrementa. 249. & ſeq.
Aluus vt mollienda hecticis. 9
Aluus humida iuuenibus ſalutaris. 399
Alui deiectiones. 249. & ſeq.
Alui cum fluxu hydrops. 460.
Alui excrementa qualia eſſe debeant. 249
Alui excrementa liquida quid denotent. ibid.
Aluino fluxui. 86
Αλυσιτελές quid. 259
Αλυσμός duplex. 237

Amœnus.

Amœnus locus ſanitati dicatus. 213

Amor.

Amor patriæ. 109

Amygdala.

Amygdalatum lac. 43
Αμυγδάλωσις quid. 260

Anatomia.

Anatomica primus profeſſus eſt Diocles Cariſtius. 135

Anaxagoras.

Anaxagoræ de bile ſententia. 17

Angina.

Angina quid ſit, & eius ſpecies, cauſæ & pericula. 191.266.277
Angina mutatur in pleuritidem & in peripneumoniam

©BIUM

niam. 276.277
Angina vnde sit dicta, 191
Angina. 342.475
Anginæ causæ & curatio. ibid.& seq.
Angina pestilens. 90
Angina à luxata vertebra. 469
Anginæ cur varij succedant morbi,& quid significent. 437
Angina in peripneumoniam. ibid.
Angina latens. 418
à luxata vertebra. 519
Angina pituitosa num sit periculosior biliosa. 393

Anglicus.

Anglicus sudor. 60

Anhelitus

Angelitus suspiriosus. 176.265

Anima, Animalis.

Anima proprie videt. 215.224
Animalis facultatis à robore prognosis. 393
Animalium sanguineorum & hominis quæ materialia principia. 145
Animalia contra venena. 91

Anisum.

Anisi vis in pueris. 408

Annus.

Anni quibus partibus qui humores moueantur. 274
Anni tempora vnde bene maleque morata. 272.& seq
Anni diuisio antiquorum Græcorum. 399
Anni salubris constitutionis descriptio. 402
Anni qua parte bene aut male ferantur cibi. 377

Anodyna.

Anodynorum tria genera. 299

Anomalia.

Anomalia vnde. 22
Anomaliæ causa. 21

Antipraxia.

Antipraxia quæ agant. 132

Antiqui, Antiquitas.

Antiquorum variæ opiniones de victu febrium putridarum. 26
Antiquitatis authoritas. 146
Antiqui plerique tantum semel de die cibum capiebant. 187
Antiquis diæta multiplex. 369
Antiquorum vices in edendo. 251
Antiqui cænabant. ibid.
Antiqui Philosophi principium vnum posuerunt. 140
Antiquorum mos in scribendis libris. 364
Antiqui diligentes in ellebori descriptione. 226

Antistenes.

Antistenes Socraticus voluptatem summum malum dixit. 112

Aphonia.

Aphonia vnde subitaria. 341
Aphonis quibus vena pertundi debeat,& quæ contingant illis symptomata. ibid.
Aphonia in 14.morbi diem incidens diuturnitatis signum. 343
Aphonia & conuulsio in ebrietatem si cadant. 435

Aphorismus.

Aphorismus quid. 364
Aphtæ. 90

Apollo.

Apollo celebratus fuit fere ab omnibus gentibus pro Deo Medico. 158
Apollinis varia nomina apud varias gentes. ib.
Apollinis nominum ratio. ib.
Apollo manu dextra gratias gestabat, sinistra sagittas. ib.
Apollinis Cumæ simulachrũ auulsum Seleuciæ. 120
Ἀπόστασις quid. 244

Apostema.

Apostema quid. 243.386

Appetitus.

Appetitus læsus;indicationes curatiuæ;causæ. 129
Appetentiæ caninæ causæ. 130
Eius causæ,signa differentiarum: ibid.
cibus,cautio,remedia. ibid.
Appetentiæ caninæ nobile remedium est vinum generosum. 130

Apoplexia.

Apoplexia in parua post phlebotomiam quid agendum. 341
Apoplexia cur lethalis. 396
quid sit parua& magna apoplexia. ibid.
Apoplexia qua ætate. 468
Ἀποσφαγαὶ. 195

Aqua.

Aquæ genera. 331.332
Aquæ potionem in morbis acutis vtilitatem nullam adferre. 331
Aquæ potio cur calamitatem in morbis acutis refrigeratis pedibus afferat. 332
Aquam cur non olfaciamus. 224
Aqua theriacalis optima. 82
Aquæ innatatio an Lamiarum indicium. 132
Aquæ frigidæ exhibitio in ephemera. 15
Aquæ frigidæ potus Causo. 41
Aqua vitæ præstans remedium ad flatus ventriculi & vtendi modus. 126
Aqua est capitis vlceribus perniciosa. 442
Aqua quæ optima. 443
Aquæ frigidæ potus. 41
Aqua frigida hecticis vt danda. 10
Aqua frigida vt propinanda in synocho. 15
Aqua plures morbos infert quam cibus. 49
Aquæ frigidæ vsus in peste. 84
Aqua ptisanæ. 290
Aqua pura vtantur Medici. 162

Aquilo.

Aquilonis constitutionis vis. 401.405

Arabes.

Arabum Lipyria. 66.67

Archigenes.

Archigenes De febribs scripsit. 1

Ardor.

Ardor stomachi,& eius remedia. 123

Ariphron.

Ariphronis hymnus de sanitate. 158

Arma.

Armorum signa dignoscat Chirurgus. 165
Aromata. 443

Ars.

Arti opus est exercitatione. 197
Artis fundamentum est natura : & naturæ perfectio est Ars. 197.& seq.
Artis principium quæ obseruatio euadat. ibid.
Artis quid sit proprium. 171
Artes non insectandæ,sed augendæ. 168
Artes cur quidam calumniantur. ibid.
Artes quæ vtiles,quæ inutiles. 179
Artes methodo constant. ibid.& seq.
Artibus comparandis tria opus sunt. 221
Arti opus est vsu. 185.197.205.206
ad Artem eruditio omnis traduci debet. 197
Ars Hippocratis perpetua. 230
Artis,naturæ,& fortunæ opera vt differant. 170
Ars Hippocrati quid. 365
Ars quid. 167.& seq.
Ars non vltra suum instrumentum operatur. 172
Ars solis initiatis aperiebatur. 180

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 489 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Arti iungenda est scientia: & contra. 221

Arteria.

Arteriæ aortæ natura. 218
Arteriarum per corpus distributio. ibid.
Arteriæ vt secandæ. 163

Articulus.

In Articulis ichor continetur. 175.241.264

Artus.

Artus vt gignantur. 221
Artuum muccus vnde. ibid.
Artuum proiectio, in morbis. 185
Ἀζανὲς quid significet. 259
Ἀζαλὲς quid. 283

Astantes.

Astantes non sint idiotæ. 204.224

Astronomia.

Astronomiæ laus. 115

Asinus.

Asinino lacte purgandi causo laborantes. 337

Athenienses.

Athenienſium decreto diuinus honor exhibitus Hippocrati. 135

Athleta.

Athletarum plenitudo periculosa. 368
Athletæ ridiculi. 368
eorum corpora. ibid.

Atra bilis.

Atra à bile dysenteria. 417
Atram in bilem non abit pituita. 259
Atrorum succorum excretio. 416
Ἄυανσις. 16

Auaritia.

Ab Auaritia abſit Medicus. 159.198
Auaritia abſit Medico. 209

Auctio.

Auctio humani corporis est naturæ opus. 375

Auctor.

Auctoris pestilentiales pilulæ. 78

Auctoritas.

Auctoritas vetustatis. 146

Auditus.

Auditus vt fiat. 223
De Auditu variæ opiniones. 224

Augustus.

Auguſti infœlicitas. 116

Aura.

Aura venenata ex antro Seleuciæ exiliens totum orbem vastans. 120

Aures.

Aures quibus mobiles sint. 233
Aurium dolor acutus. 275

Aurum.

Aurum summum bonum posuit Alcmæon. 113

Auster.

Austrorum vis. 401.402.405

Autumnus.

Autumno melancholia copiosissima. 149
Autumnales morbi. 407
Autumni morbi. 402.468
Autumnus aquilonaris quibus profit, vel noceat. 404
Autumnus tabidis noxius. 402
Autumnales morbi. 400 & seq.
Autumno pauciſſimus ſanguis, melancholia copioſiſſima. 149
Autumno pauciſſimus ſanguis. ibid.

Axioma.

Axiomata pariunt iudicium & vſus. 368

B

Balbuties.

BAlbuties. 463

Balneum.

Balnei in morbis acutis vſus. 333
& in quibus morbis vtile. 335
ni rectè præparatum vſurpetur, valdè noxium. ibid.
quibus vtile. ibid.
quo acutorum tempore eius vſus iucundus. ibid.

Balsamum.

Barſamum Peruuianum. 56

Bilis, Biliosus.

Bilis author febrium. 4
Bilis num ſine putredine febrim excitet. ibid.
Bilis num ſola putreſcat. 18
Bilis num cauſa ſit acutorum morborum. ibid.
Bilis vt paranda. 31
Bilis varia. 18
Bilioſi vt nutriendi. 27
Bilis increſcit æſtate. 149. & quo æſtatis tempore. ib.
Bilis hyeme decreſcit. ibid.
Bilis decreſcit æſtate. 148
Bilem, Pituitam, Melancholiam purgantia in Peſte. 81
Bilis atræ excretio quid ſignificet. 416
Bilis cur influat in ventriculum per febres. 427

Bito.

Bitonis & Cleobis fœlicitas. 116
ΒΑΑΣΤΗΜΑ quid. 169
Βλέφαρον φριτεταμένον. 236
Βλεφαρίδων ῥαμπυλότης. ibid.

Bolus.

Boli lenientes. 30

Boulimos.

Boulimos & eius remedia. 130
Βεβδυτελία. 131

Bronchia.

Bronchia pulmonis quid ſint. 258

Bubo.

Bubo peſtilens vt curandus. 58.59
Bubones in febres. 424
Bubone de peſtilentiali notatu dignum. 75
Bubo peſtifer. 87
Buboni peſtifero inſigne vnguentum & emplaſtrum. 88

Bubula.

Bubulæ carnis vſus. 355

C

CAbala. 180

Cacochimia.

Cacochimia vt ſit curanda. 394
Cacochymiæ variæ regiones, & notæ earum. 385

Calculus.

Calculus vbi gignatur. 255
Calculi tyrannis, & crudelitas ſectionis. 159
Calculi ſectionis officium quibus olim datum. ibidem.
Calculi ſectioni Medicum aſtare non debere. ibidem.
Calculiſraga quanta temeritate propinentur. ibid.
Calculus quid, eius foci, & ſigna. 432
Calculi vt periculum vitetur. 431
Calculoſis quibus vinum album diureticum exhiberi debeat; & quibus non. 321
Calculo. 190

Calidum.

©BIUM

Index Rerum.

Calidum, Calor.

Calidum illud quod est febris, quid sit. 2
Calor in nobis geminus. ibid.
Calor fluens. ibid.
Calidum natiuum vbi stabuletur. 219
Calidum natiuum & eius vis. 215
Calor & frigus non habent magnam vim per se. 189. & seq.
Calor insitus & peregrinus. 215.216
Caloris natiui effectus in generatione corporum. 215
Calidi fotus commoda. 441
quibus per se noceat, & quibus ex euentu prosit. ibid.
Calidi vis. 442.439
Calidum natiuum quid. 375
Calor & frigus partium quid indicet. 420
Calor perit triplici de causa. 368
Calor triplici de causa extinguitur. 296
Caluities. 463

Canis.

Canis rabidi morsus. 391

Capilli.

Capillorum ortus & natura. 223
Capillorum fluxus. 440.437

Caput.

Capitis immensi dolores vt iudicentur. 275
Capitis dolor quo die soluetur. 280
Caput trahit, & semper plenum est. 194
Capitis dolor vt medendus. 455 460
Capitis vulnera cur æstate periculosa magis. 442
Capitis dolor. 86

Capra.

Capræ etiam sanæ febricitant. 1
Caprillæ carnes. 356

Carbunculus.

Carbunculi curatio. 57.58
Carbunculis apparentibus, quæ vena secanda. 51
Carbunculus pestifer. 89
Carbunculi pestiferi differentiæ, signa, prognosis. ibid.
Carbunculi pestiferi indicatio curatiua, diæta, remedia interna, externa. ibid.
Carbunculus. 298
Carbunculus morbus. 120

Cardiogmus.

Cum cardiogmo aluinum incendium. 427

Carmina.

Carmina Sagarum tolluntur. 278

Caro, Carnes.

Carnes febricitantibus inutiles. 26
Carnis natura. 221

Caruncula.

Caruncula in gula obseruabile remedium. 122

Caseus.

Caseus quibusdam confert, aliis nocet. 192.193
Casei facultates. 355

Castoreum.

Castorei vsus pro mensibus. 96
Κατὰ μέρος quid sit apud Hippocratem. 376

Cataplasma.

Cataplasmatum vsus qualis esse debeat. 162.165
Κατασκέυη quid sit. 191

Causa

Causa morborum. 142
Causa morborum quomodo aër. 152
Causa morbi docet quid sit agendum. 463
Causæ omnium ferè morborum. 383
Causæ internæ morborum duæ. 194
Καῦσις quid. 16

Causus.

Causus quid sit; eiusque causa, differentiæ, signa. 39
Causi pulsus, prognosis. ibid.
Causo subsit illum pessimum. 40
Causi curatio, diæta, phlebotomia. 41
Causo lenientia, præparantia. ibid.
Causi sitim extinguentia. ibid.
Causo aquæ frigidæ potus. ibid.
Causus qualis febris. 6.39
Causi varia crisis. 276
Causo incidens rigor. 425
Causus. ibid.
in causo quænam symptomatum causæ. ibid.
Causus vt generetur. 336
eius etymologia. ibid.
in causo quibus aqua melicrato mixta exhibenda. 337
quando vomitus & aluus mouenda. 338
asinino lacte purgandi. ibid.
hæmorrhagia & sudor eum soluit. ibid.
quando recurrat. ibid.
causus nothus. 339
hæmorrhagia hîc incommoda. ibid.
quando hîc purgandum. 344

Cauterium.

Cauteria adhibenda in peste. 52

Celsus.

Celsi locus emendatus, ex Hippocrate. 264

Cephalalgia.

Cephalalgiæ solutio vnde. 460

Cerebrum.

Cerebri natura. 217
Cerebrum cur album. ibid.

Calybs.

Calybs vt potabilis fiat. 36

Chirurgus.

Chirurgo turpe est, si suum scopum non assequatur. 163
Chirurgus militare debet. 165.167
Χρώς. 243

Cibus.

Cibus duplici ratione consideratur, ratione alimenti & remedij, & à quibus hæc indicentur. 26.27
Cibi exhibendi modus. ibid.
Cibus quacopia dandus per febres. ibid.
Cibus in acutis morbis. ibid.
Cibus quando per febres sit exhibendus. ibid.
Cibus ratione causarum morbificarum & vitium qualiter exhibendus. ibid.
Cibi fastidium. 90
Cibus vt in vitio sit. 131
Cibus vt in peste habendus. 84
Cibi cur plus hyeme dandum. 377
Cibi dandi occasio vnde captanda sit, vbi is dandus. 374
Cibi qua parte anni benè aut malè ferantur. 377
Ciborum qualitas. quis cibus imbecillis. Cibus sitis expers. 376
Cibum necessariò capere quid sit, & iure, & loco. 392
Cibi familiaritate quadam naturæ studere debent. 188
Cibi qui commodè nutriant: nim. qui edomari naturæ vi possunt. 187
Cibus cur non dandus in paroxysmo. 280
Cibus nouus adferendus corpori cùm pridianus coctus est. 185
Cibus optimus quis. 395
Cibus. 485
Cibus quo modo in acutis sit exhibendus. 377
Cibus in quâ infirmitate dandus. 313.344
Cibus nullus in ipsâ purgatione sumendus, nec post eius absolutionem plenâ manu ineundus. 304.
Cibus quo paroxysmi tempore exhibendus. 296
Cicer. 355

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 491 sur 513

Cincinnatus.
Cincinnatus agrum colens Dictator renunciatur. 117
Cinctus.
Cinctus peſtilens. 91
Cleobes.
Cleobis & Bitonis fœlicitas. 116
Clyſter.
Clyſterum quando vſus. 229
Cnidy medici. 284
Coa.
Coæ ſcholæ duplex docendi ratio. 205
Coctio.
Coctione omnia craſſeſcunt. 250
omnes vires fœlicitat coctio. 252
Coctio eſt duplex. 379
Cocta purganda. ibid.
Coeffuſio quid. 378
Cogitatio.
Cogitationis vis. 205.206
Κοινὰ quid. 375
Κοινὴ γνώμη. 214
Cœliaca paſſio. 131
Colicus.
Colicus dolor. 67
Collega.
Collega admittatur. 212
Columella.
Columellæ mala. 278
Columella degenerat in vuulam. ibid.
Commentator.
Commentatoris officium. 364
Compoſita.
Compoſita omnia conſtant ex quatuor elemẽtis. 144
Conceptio.
Conceptionis ſigna. 453
Conceptio vt fœliciter. 448
Conſilium.
Conſilium pro albo menſium profluuio. 101
Conſilia ſint abſque contentione. 210
Conſolari.
Conſolandi ægri. 211
Conſuetudo.
Conſuetudinis maxima vis eſt. 179
vt lædat ſi peruertatur temerè. 184
Conſuetudini aliquid dandum. 377
Conſuetudinis in cibo habenda ratio, non qualitatis, ſed quantitatis. 289
Conſuetudo diætæ promiſcuæ optima ſanis. 307. & ſeq.
diætæ conſuetudinis quanta vis etiam in ſanis. ibid.
læſiones obortæ à ſubitâ conſuetudinis immutatione in ſanis, quo modo corrigendæ. 211
quæ noxa à repentinâ conſuetudinis immutatione. 310. & ſeq.
noxa immutatæ conſuetudinis in illis qui bis de die ſolent ſumere cibum, ſi iam tantùm ſemel ſumant. ibid.
quomodo ad conſuetudinem priſtinam debeat redire qui ſeipſum prandio defraudauit. 313. & ſeq.
Contagium.
Contagium quid, & quo modo fiat. 74
Contagium. 46
Continens.
Continens non putrida. 14
Continua febris.
Continuarum febrium differentiæ. 17
Continuæ febres vbi focum ſuum habeant; vtque hinc varie moueantur. ibid.
Continuarum febrium natura, cauſæ, ſigna, curatio. 39
Contraria.
Contrariorum curatio num perpetua ſit. 440,442
Conualeſcentes vt ſint habendi. 387
Conuulſio.
Conuulſio peſtilens. 90
Conuulſio à purgatione. 435
Conuulſio & præcordiorum dolor. 427
Conuulſio in ebrietatem. 435
Conuulſio in febrem incidens. 390
Cor.
Cor viſcus nobiliſſimum: per ſe micans: eius neceſſitas. 1
Cor roborantia. 49.55
Cordis dolor in peſte. 89
Cor cur omnium calidiſſimum videatur. 218.219
Cordi inſidet ſpiritus feruidus. 218
Cordis natura. ibid.
& num frigidum; eius præſtantia; & vnde dictũ. ib.
& vaſa illi inſerta. ibid.
Corpus.
Corpus mixtum componentia quænam denuo ſeparentur. 144
Corporis humani plura eſſe principia à modo corruptionis probatur. ibid.
Corporum variæ conditiones. 388
Corpus vt fiat ἔυρον. 385
Corporis totius calor & mollities. 248
Corporum primordia. 215.192
ortus humanorum corporum. ibid.
Corruptio.
Corruptionis varia nomina. 16
Corruptio communis mixtis omnibus. 144
Κορύζα vbi mala. 260
& quid ſit. 190.260
Coryza vnde. 190
Cranium. 217
Craterus.
Craterus medicus. 119
Crateri ſerui nouus morbus. ibid.
Κρισιὲ. 255
Criſis.
Criſis. 273
Criſis propriè dicta quid. ibid.
efficitur pepaſmo. ibid.
fit excretione vel abſceſſu. ibid.
Criſis pro ſigno à natura edito. ibid.
Criſis tempus. ibid. ſpecies. ibid.
Criſeos ratio. 270
Criſeos ratio cur non pendeat à Luna. 273
& de tota criſeos ratione. ibid.
Criſeos ratio eſt tribuenda triplici naturæ periodo. ibid.
Criſes ſubitò à morbis vindicant: nec vllus ſubitò ſanatur ſine criſi. 270
Criſes per ſudores in febribus. 419
Criſi etiam opus eſt quartanæ. 390
Criſis dum fit, ſit medicus ſpectator. 378
Criſis fit in paroxyſmo. 385
grauia ſympromata eam antecedunt. ibid.
vnde perfecta & imperfecta notetur. 386
Quæ ſit per abſceſſum. ibid.
Criſis Hippocrati ſumitur duobus modis. 365
Criſis per excluſionem quænam bona vel mala. 422
Criſis perfectæ vel inchoatæ notæ. 386.392
Criſis quid. 389
Criſis quid, criſis imperfecta & perfecta. 378.386
Criſis ſigna antecedentia, & conſequentia. 385
Criſis tardioris cauſæ. 389
Critica ſigna duplicia. 385
Criticum theorema. 401
Critici dies. 268
& num Lunæ ſint aſcribendi. 273
Criſis quàm variis modis, varioque euentu contingat. 291

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 492 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Crocus.

Crocus efficax ad exclusionem fœtus. 107

Cræsus.

Cræsi fœlicitas. 116

Cruditas.

Cruditates quot. 379
Crudum apud Hippocratem duobus modis accipitur. 289

Crura.

Crura implexa habere quid denotet. 237

Cucurbitæ.

Cucurbitæ quando admouendæ in peste. 52
Cucurbitæ vt admoueantur in Ægypto. 38
Cucurbitæ vt admoueantur in Ægypto. ibid.
Cucurbitis quibus vtendum in variis affectibus. 163
cum scarificatu quomodo vtendum. ibid.

Curatio.

Curationem exilis causa turbare potest. 213

Cutis.

Cutis tensa & aspera in febribus. 456
Cutis corporis vnde. 221
Cutis pallor. 233
& nigror cutis. ibid.
Cutis temperies & natura. 216

Cybele.

Cybele terra. 215

Cyceon.

Cyceon quid. 313

Cyrenaici.

Cyrenaici humanam fœlicitatem in voluptate posuere. 111

Cyrus.

Cyrus Persarum Monarcha hortos coluit. 117

D

Dæmon.

Dæmon sine pacto nihil potest. 132

Darius.

Dario Persarum Monarchæ Pythius Bithynicus donauit platanum & vitem auream, stipendiúmque & frumentum quinque mensium eius exercitui dedit. 113

Deambulatio.

Deambulationum apud Hippocratem tria genera. 308

Decubitus.

Decubitus quid significet. 203.236
supinus quid significet. 204.237

Deglutitio.

Deglutitio bifariam agitur. 122
Deglutitio difficilis ciborum: eius causa & signa. ib.

Deiectio aluina.

Deiectionum aluinarum tria genera. 293
Deiectio liquida alui vnde. 250
cum murmure. ibid.
praua deiectiones alui; æqualis. 249.& seq.
Deiectio nigra significat varia. 252
varia deiectio. ibid.
cum flatu. ibid.
Deiectio quæ salubérrima. 249

Deligatio.

Deligatio commoda. 164
concinna interdum inutilis. ibid.

Delirium.

Delirij signa. 348
Delirij idea quid quæque prænunciet. 467
Delirium quale à somno mitescat. 382

Democritus.

Democritus opes reiecit, peregrinationesque difficillimas suscepit, vt eruditionem nancisceretur. 113
Democritus Hippocratis præceptor ab ipso ab ellebori iniuria liberatus. ibid.

Demonstratio.

Demonstrationes medicæ sint sensibus notæ. 178

Dentes.

Dentium ortus. 222
& tota dentium historia. ibid.
Dentium stridor quid denotet. 338
Dentium volsella. 164
Dentitionis tempore qui eueniant morbi. 409
Dentium lentores. 424
Dens num sit os. 440

Deplorati.

Deploratis non est facienda medicina. 172

Derivatio.

Deriuationis vis. 433
Deriuatio quid differat à reuulsione. 378

Deus.

Deus in agricultura summè visibilis. 118
Deus prima est causa. 201
Deus summe visibilis in agricultura. 118
Diadosis bona. 277

Diæta.

Diæta ex quorum cognitione per morbos recte instituatur. 374
Diætam tenuissimam postulat acumen morbi. 371
Diæta multiplex antiquis. 369
Diæta tenuis triplex. ibid.
Diæta accurata. ibid. & quid sit. ibid.
Diæta plenior non anteponenda tenui. 371
Diæta stata quid. 370
Diæta tenuis vtilissima est. ibid.
Diæta tenuis sanorum hominum quid sit. ibid.
Diæta vt instituenda in peste præcauenda. 48
Diæta est instituenda à peste correptis. 50
Diæta à veteri Medicina inuenta est. 178
Diæta à secundis qualitatibus instituenda. 187
Diæta non eadem sanis debetur ac ægris. 178
& quòd ex eisdem vtraque sit nata fontibus. ibid.
Diæta non pertinet ad coquum. 180
& cur non numeretur inter artes. ibid.
Diæta tenui non diu vtendum. 213
Diæta vnde ornatum suum nacta sit, atque in artem prouecta. 179
Diætæ vis. 159
Diætam quæuis gens habet suam à Medicina. 179
Diæta quando & quâ copiâ in morbis acutis exhibenda. 307
quando tenuis, & quando plenior diæta conueniat. ibid.
quomodo in morbis acutis instituenda. 309.312
Diætæ promiscuæ consuetudo optima sanis. 308
diætæ consuetudinis quanta vis etiam in sanis. ib.
Diætæ totam vim & effectum immutat occasio exhibendi. 314
Diætæ inconsideratè institutæ damna. 308.314
Diætæ in medicinâ vtilitas. 289
Diætæ in morbis acutis ordinandæ quatuor scopi Hippocrati. 309
Diætæ scopi duo. 288
Diætam ægrotorum cur non exactè sint prosecuti antiqui medici ante Hippocratem. 286

Diætetica.

Diætetica verè est ars. 177.& seq.
Diætetica prima Medicinæ pars. 177.179.181
& vnde sit inuenta, & quod sit ars. ib.& seq.

Dialectica.

Dialecticæ amœnitas. 115
Diaphragma quibus in malis tentetur. 196

Diarrhœa.

Diarrhœa superueniens vomitui. 461
Diarrhœa superueniens morbis. ibid.
Diarrhœa. 60
Diarrhœa in hydropem incidens. 247

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 493 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Dies.

Dierum criticorum recenſus. 389.390
Dici partitio. 249.274
Die quinto morbi quæ obſeruanda lethalia ſigna. 348
Die quarto iudicantur febres. 168
Dies critici. ibid.& ſeq.
Dies critici in longis morbis. 273.& ſeq.
Dies critici κρ' ἀποδοσιν. 272
ratio horum dierum. 166
Dies critici quomodo numerentur. 271.272

Diligentia.

Diligentia opus: & eius vis. 167

Digiti.

Digitorum liuor. 248
& nigror. ibid.

Diocles.

Diocles Caristius primus Anatomica professus. 135

Diocletianus.

Diocletianus Imperator prætulit agriculturam imperio. 117

Dionysius.

Dionysius Siciliæ Tyrannus quo modo Damoclem docuerit,regum vitam esse infœliciſſimam. 112

Disputatio.

Disputationes nimis subtiles vitu perandæ. 115

Diuinum.

Diuinum seu θεῖον quid Hipp. 45
Diuinum in morbis quid. 232

Diuretica.

Diuretica in peste. 53
Diuretica remedia. 32

Doctrina.

Doctrina opus ad scientiam. 199
Doctrinæ vis. 114

Dolor.

Doloris idea notanda;quodque sit multiplex. 458
Dolor vt fiat. 383.458
Dolor dupliciter accipitur. 297
Dolores omnes placans secretum remedium. 106

Dorsum.

Dorsi dolor pestilens. 90
Dorsi dolor. 462

Draco.

Draco filius Hippocratis. 135

Dracunculus.

Dracunculus qualis morbus. 119

Duretus.

Dureti prudens dictum. 160

Δυνάμεις.

Δυνάμεων mentio. 194
& quid sint. 194
vt agant. ibid.
earum potentia. ibid.

Dysenteria.

Dysenteria diuturna,& quæ magna. 458
Dysenteriæ splenitici orum. 465.466
Dysenteria quando contingat. 148
Dysenteria. 324.329.352
Dysentericæ deiectiones quales. 252
Dysenteria quadruplex. 417
Dysenteria ab atra bile. ibid.
Dysenteria cum caruncula. ibid.

Δυσκοιτῶν.

Δυσκοιτεῖν est implacidè lecto decumbere. 185
Dysuria. 464

E

Ebrietas.

EBrietas varia. 435
In Ebrietatem si incidant aphonia & conuulsio. 435

Eclegma.

Eclegmata & syrupi calidi cur expectoratum inhibeant. 321
Eclegmata in principio pleuritidis non præscribenda. 298

Elaterium.

Elaterium 285
Elateria pharmaca pro quibuslibet vsurpat Hipp. 285

Elleborus.

Elleborus albus,niger. 303
niger elleborus cur vtilis in infernæ pleuritidis purgatione. ibid.
Ellebori in descriptione diligentes erant antiqui. 226
Elleborum quibus morbis prosit. 414
Elleboratum vinum elegans & innoxium. 120

Electuarium.

Electuarium ex ouo pro peste. 83

Elegantia.

de Elegantia liber dignus Hippocrate. 197

Elementum.

Elementum vnum esse quia asserunt, refutantur. 140
Elementum corporum non esse vnum probatur argumento à maiori ad minus. 143
Elemento ex vno hominem non constare. 144
Elementi & principij discrimen. 140
Elementa singula ad suam naturam redeunt homine mortuo. 144
Elementorum διαχώρησις & διάκρισις quid differant. 216
corum mixtio vt fiat. ibid.

Elephantiasis.

Elephantiasis Endemius Ægypti morbus. 119

Embrio.

Embrio vt nutriatur. 219

Empedocles.

Empedoclis discordia. 215

Empirica.

Empirica in febribus. 32.56
Empirici. 13
& quomodo cum iis transigendum. 212
Empiricos infamia non affligit: & cur. 166
Empiricis de remediis ventriculi obseruandum. 126

Empyema, Empyj.

Empyema quibus funestum. 269
Empyematis citiùs vel seriùs rumpendi notæ. 263
Empyematis futuri nota. 262
periculosum quodnam sit empyema. ibid.& seq.
boni moris notæ. ibid.
mali notæ. ibid.
quando crumpet,signa. 263
Empyematis initium iam adesse vt notabimus. ibid.
in qua parte thoracis sit conceptum. ibid.
de vetere & perfecto empyemate; hoc est vbi effusum est pus. ibid.
Empyematis in phthisin abeuntis notæ. ibid.
eisdem signis agnoscitur recens effusio in thoracem,& recens collectio. 265
Empyi à peripneumonia senes faciliùs moriuntur. 268
Empyi secti,quo euentu. 269
Empyicorum febris ad hecticam abit. 264
sudor eorum qualis. ibid.
eorum tussis. ibid.
Empyema quid significet. 437
Empyi. 439

Empyreuma.

Empyreumatis nota. 378

Endemius.

Endemij morbi. 119

Ephemera febris.

Ephemerarum febrium natura. 11
In Ephemeram qui prompti. 12

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 494 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Ephemeræ differentiæ, ſigna, focus. ibid.
Ephemeræ ſigna cauſarũ, prognoſis, curatio. diæta. ib.
Ephemeræ illitus, clyſteres. 13
Ephemeræ an vtile balneum. ibid.
Ephemeræ decocta purgantia; phlebotomia. ibid.
Ephemeræ confectiones. 14
Ephemera de febre vbi veteres agant. ibid.
Ephemera plurium dictum. ibid.
De eius cauſis, ſignis, curatione. ibid.
Eius differentiæ, ſigna, prognoſis, curationis ſcopi. ibid.
Eidem phlebotomia, cucurbitæ, aquæ frigidæ exhibitio. 15
Eidem diæta, decocta, clyſteres, ſyrupi, purgantia. ibidem.
Eidem Balnea. ibid.
Eiuſdem mutatæ ſigna. ibid.
Ephemera peſtilens num detur. 46
Epheſiæ Dianæ templum Heroſtratus incendit. 112

Epiala febris.

Epiala febris quo modo calida & frigida 22
Epialæ febris hiſtoria. 66

Epicraſis.

Epicraſis quid. 384

Epidemicus.

Epidemici morbi. 282
Ἐπηγτίδες quæ. 211

Epilepſia.

Epilepſiæ euentus. 436
Epilepſiæ cauſæ & ſpecies. ibid.
Epilepſia quid ſit. ibid.
Epileptica conuulſio cum quartana. 456
Epilepſiam quid curet. 436

Ἐπιάτης.

Ἐπιάτης quem medicum vocet. 161

Epithema.

Epithema in febribus. 32
hepati, & cordi. 42
renibus. 56
Erratica febris. 71

Eruditio.

Eruditio omnis ad artem traduci debet. 197
Eruditionis vis. 114
Eruditi hoſtium ſubactorum liberos noluere Mitilenæi. 115

Eryſipelas.

Eryſipelas euaneſcens quid ſignificet. 277
Eryſipelas. 462.471
Eryſipelas peſtilens. 90

Euacuatio.

Euacuatio inſtitui debet collineando ad varias circumſtantias. 367
Euacuatio molienda eò quò natura viam affectat. 379
Euacuationi quando ſtudendum. 391
Euacuationis duo iuſta ſigna. 379
Euacuationis rationem indicant morbi & ſymptomata. 367
Euacuatio num extrema conueniat. 380
Euacuatio vbi ad lipothymiam vſque ducenda. ibidem.
Euacuatio ſubitanea, vbi magna ſunt vaſa, periculoſa. 463
Euacuatio quando doloriſica. 145. 148
Euacuatio ſymptomatica. 32

Euexia.

Euexia quid. 468

Exanthema.

Exanthemata peſtifera. 87
Exanthemata peſtifera vt noſcenda & curanda. 59
Exanthematis apparentibus num vena ſecanda. 38
Exanthemata quid Hipp. 406

Excoriatio.

Excoriatio vteri. 109

Excrementum.

Excrementa meraca, mala. 386
Excrementa nigra quid ſignificent. 416
Excrementa alui qualia eſſe debeant. 249
liquida quid denotent. ibid.
Excrementa bona quæ. ibid.
Excrementa quarum partium ſignificationem præbeant. 259

Excretio.

Excretiones non ſunt multitudine æſtimandæ. 379
Excretione vel abſceſſu fit criſis. 273
Excretiones critico die obortæ, & alieno die. ibid.
num Lunæ ſint aſcribendæ. ibid.

Exercitatio.

Exercitatione opus eſt arti. 197
Exercitij vtilitas. 116

Exhauſtum.

Exhauſtum ſeu exhauſtio eſt duplex. 233

Exorciſmus.

Exorciſmi tolluntur. 278

Expectoratum.

Expectorata varia. 422
Expectoratum cur inhibeant eclegmata & ſirupi calidi. 321
Expectoratum laterum firmitatem requirit. 327
Expectoratum quid, & quæ eius cauſa. 258
Expectoratum citò & expeditè procedere debet. ibidem.
Expectoratum flauum quid denotet. 259.260
Expectorata praua. ibid. & ſeq.

Experientia.

Experientiæ bonæ laus. 366
Experientia quotuplex, & quid. 365
eius laus. ibid.
Experientia & ratio iungi debent. 166.186.176
Experientiâ opus eſt. ibid.
& tamen fallax eſt. 166.176.186

Extenuatio.

Extenuatio varia. 383
Extenuationis cauſa eſt indaganda. 233

Extinctio.

Extinctio violenta. 16
Ἐυδία quid. 403
Εὐχημοσύνη quid. 161.198

F

Facies.

FAcies ægri; & quid in facie ſit obſeruandum. 232.
& cur. ibid.
& vnde. ibid.
Facies Hippocratica non eſt neceſſariò funeſta ſemper. 234
Facies neruoſa quæ. 233
Facies ægri. 232. & ſeq.

Fames.

Famem vinum ſoluit. 388
Fames non admittit laborem. 387
Famis falſæ cauſa. 392
Fames atrox quibus euenerit. 185
Fames magnam vim habet ad ſanitatem & morbum. ibid.

Fauces.

Faucium exulceratio. 276
& quid ſint fauces. ibid.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 495 sur 513

©BIUM

Index Rerum

Febris.

Febre peſtiferâ an quis mortuus vt cognoſcatur. 284
Febres quæ abeant in abſceſſum. 278
Febres diuturnæ iudicantur abſceſſu. 421
Febricitantium victus qualis eſſe debeat. 176
Febri ſingultuoſæ vt medendum. 350
Febris ardens hiemalis. 348
Febris vt fiat, tria requiruntur. 274
Febris diuturnæ cauſæ. 278
Febris remiſſio quæ fida, & quæ infida. ibid.
Febrium differentiæ Hippocraticæ. 190
Febres erraticæ vnde. 279
Febres non tolluntur niſi certis cauſis & ſignis apparentibus remiſſionis. 278
Febres quibus diebus iudicentur. 270
Febris nunquam negligenda: nam vix vllus ſine febre moritur. 1
Febris Diuæ templa. ibid.
Febris eſſentia, & quid ſit, & eius ſubiectum. ibid.
Febris vnde dicta & eius Definitio. ibid.
Febris in quo ſit ſubiecto. 2
in calore nimirum fixo, non in ſpiritibus, nec in humoribus. ibid.
Febris calor qualis ſit. ibid.
dubia de eo calore. 2.3
Febris num ſuam hyparxin habeat in ſiccitate. 3
Febrium cauſæ generales. ibid.
cauſæ ſcilicet naturales, occultæ, manifeſtæ, non naturales. ibid.
Febrem vt accendant cauſæ febriles. ibid.
Febrem accendunt ſpiritus. ibid.
Febrium differentiæ propriæ & remotæ. 5
earum diuiſio non bona. 6
Febrium diuiſio à cauſis. ibid.
ab adiunctis. ibid.
Febres quænam à ſpiritibus. ibid.
quænam ab humoribus. ibid.
quænam à ſanguine. ibid.
Febris primaria quæ. ibid.
Febres quæ exacerbentur. ibid.
Febres ſymptomaticæ. ibid.
Febres cur continuæ. 7
vnde intermittant: & vnde acriùs exardeſcant. ibidem.
Febres putridæ generali quodam modo deſcribuntur; omnibus putridis communi. ibid.
de earum cauſis, differentiis, ſignis, prognoſi, & generali curatione. 16
Febrium putridarum cauſæ, vel de putredinis cauſis. 17
variæ ſententiæ de putridis. ibid.
Febres variæ fiunt putridæ, pro varietate ſubiecti quod inuaditur à putredine. ibid.
Febres putridæ num in venis. ibid.
Febris num citra putredinem ab humoribus gigni poſſit. ibid.
Febrium putridarum differentiæ. ibid.
earum variæ formæ vnde. ibid.
Febrium intermittentium cauſæ & natura. 18
Febrium intermittentium cauſa num hæreat extra venas. 19
contra neotericos hac de re agitur. ibid.
Febres compoſitæ. ibid.
Febres quibus ſignis innoteſcant. 22
& eorum anacephalæoſis. 23
Febris putrida qualis ſit. ibid.
Febris quo ſit in tempore ſui decurſus. ibid.
Febrium intermittentium peculiaria ſigna. 18
Febrium putridarum prognoſes. 24
Febris diuturnæ ſigna. ibid.
Febris notæ ſalutares. ibid.
Febris calamitoſæ ſigna. ibid.
Febrium putridarum vniuerſalis curatio. 25
Febribus putridis qualis victus ratio conferat. 26
& variæ hac de re Antiquorum opiniones. ibidem.
Febrium remedia. 25
Febris continens. 37
eius natura, cauſæ, differentiæ, ſigna, prognoſis, curatio. 37.38
Febrium continuarum natura, cauſæ, ſigna curatio. 39
Febres intermittentes. 61
Febris Tertiana intermittens. ibid.
eiuſque tota hiſtoria & curatio. ibid.
Febres Compoſitæ. 71
Febricitantibus qualis victus præſcribendus. 477
Febris continuæ remedium. 406
Febris cum laſſitudine. 418
Febris diuturnæ notæ. ibid.
Febris diuturna terminatur in phyma. 421
Febrium motus diebus paribus. 426
Febres erraticæ vnde. 407

Fel.

Fel dulce vt dicatur. 17

Flatus.

Flatus quas partes exerceant. 195
& quid ſit flatus. ibid.
quæ patiantur à flatibus. ibid.
Flatus in vtero dolorem concitans. 99

Flores Sulphuris.

Flores ſulphuris parandi ratio. 56

Fluxus aluinus. Fluxus.

Fluxii aluino. 86
Fluxus aluini. 33
& eorum cauſæ. ibid.
differentiæ. 34
& ſigna. ibid.
Indicationes & prognoſes. ibid.
& curatio. ibid.
in primario fluxu remedium. 35
phleborotomia & pharmacia. 34.35
temperantia remedia. ibid.
ſtringentia. 36
diæta. ibid.
Fluxus ſi adſit non ſecanda vena. 29
Fluxus varius, criticus, ſymptomaticus, perque varias vias. 30
Fluxus omnis tres ſunt cauſæ. 194

Fœlicitas.

Fœlicitas humana quid ſit. 110
ea quàm varia exiſtimata. ibid.
à Cyrenaicis in voluptate poſita. 111
vt etiam à Philoxeno, Sardanapalo: ibid.
Xerxe, Tiberio, Heliogabalo: ibid.
& Mileſiis, Sybaritis, ac Tarentinis. ibid.
Critolaus Peripateticus & Antiſthenes Socraticus voluptatem ſummum malum dixere. ibid.
An in gloria ſumma fœlicitas. ibid.
vt putauit Iulius Cæſar, Themiſtocles: 112
Alexander Magnus. ibid.
In gloria non eſt ſumma fœlicitas. ibid.
Potentia an ſit ſumma fœlicitas. ibid.
eius refutatio. ibid.
Quidam in otio fœlicitatem poſuere, vt Cyneas Pyrrhi regis Orator & Conſiliarius. 112
Num in diuitiis ſummum bonum. 113
Varia ſæcula cur in diuerſis fœlicitatem poſuerint. ibid.
In auro ſummam fœlicitatem poſuit Alcmæon. ibidem.
& Pythius Bithynicus. ibid.
In diuitiis non conſiſtere fœlicitatem. ibid.
An in eruditione aut virtute. 114

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 496 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

An triplici bonorum genere, nimirùm animi, corporis, & fortunæ, absoluatne fœlicitas. 115
Num aliqui fuerint fœlices ex sententia Academicorum & Peripateticorum. 116
Nemo fœlix. 117
Philosophicum otium fœlix. ibid.
& præcipuè in agris. ibid.

Fœtor.

Fœtoris causa. 422.437
Fœtida cuncta num putrida. 16

Fœtus.

Fœtus masculei vel fœminei causa. 447
Fœtus mortui signa. 450
Fœtus quadrimestris. 411
Fœtus quot vitales edi possint. 447
Fœtus sani vel morbosi signum. 450
Fœtus mortui signa. 105
Fœtus extractio. 107. remedia. ibid.
Fœtus ex vtero præcipitare homicidium est. 159
Fœtus in vtero an sugat; & vnde illi atræ fœces. 219
quomodo in vtero febricitetur. 220

Fortuna.

Fortunâ homines non curari demonstrat. 170.171
Fortuna quid differat à casu. 170
Fortuna quid possit in Medicina. 170.171
Fortuna. 116

Fotus.

Fotus calidi commoda. 441
Fotus frigidi commoda. 442
Fotus pro bubonibus pestiferis. 88
Fotu quandiu sit vtendum. ibid.
Fotus eiusque genera. 297.300
Fotuum commoda. 299. & seq.

Fractura.

Fracturæ vt curandæ. 442

Frigidus. Frigus.

Frigidi extremi incommoda. 443
Frigidi fotus commoda. 441
Frigidi incommoda. 440
Frigidi commoda. ibid.
Frigidi vis. 440
Frigidum quas partes lædat. ibid.
Frigus partium extremarum. 422.472
Frigus corporis. 248
Frigoris nota ructus acidus. 464
Frigus in febribus vnde. 21
Frigidæ aquæ vsus in peste. 84

Frons.

Frontis cutis tensa. 233
Frontalia. 42

Fructus.

Fructus vtiles febricitantibus. 27

G.

Ganeatum.

GAneatum obsonium cùm Sybaritæ repperissent, perierunt. 111

Gemursa.

Gemursa morbus. 120

Gladioli.

Gladiolis qualibus vtendum. 163

Gloria.

Gloria an summum bonum. 111
Gloria non est tota felicitas. 112

Γνώμη

Γνώμη quid κοινὴ & ἰδία. 214

Gonorrhœa.

Gonorrhœa muliebris. 451

Gracilis.

Graciles vt purgandi. 412.413
Graciles vatij. ibid.
Graciles & obesi. 413

Gratiæ.

Gratias gestabat manu dextra Apollo. 158

Gravida. Graviditas.

Grauidæ cur varia appetant. 448
Grauidæ quando purgandæ. 411.444
Grauida cum morbo acuto. 444
Grauida menstrualis. 453
Grauidis calamitosus est morbus acutus. 451
Grauidis temere non abducendus sanguis. 444
Grauiditatis notæ. 445
Grauiditatis signa propria. 447.450.452

Grumi.

Grumi sanguinis mictus. 432

Gurgulio.

Gurgulionis morbi formidabiles. 278
Gurgulionis officium. ibid.

Gymnastica.

Gymnastica exercitatio. 116.
Gymnastica ex medicina nata est. 180

H.

Habitus.

HAbitus corporis natura & origo. 221
Habitus corporis Hippocrati & Galeno. 310

Haimorrhagia.

Haimorrhagiæ remedium. 435
Haimorrhagia quid significet Hippocrati. 406. 409
Haimorrhagia vterina vt sistenda. 449
Haimorrhagia si molesta sit in pestiferis, quid agendum. 60
Haimorrhagia significant tensionem hypochondriorum. 242
Haimorrhagiæ notæ vnde sumantur. ibid.

Haimorroïdes.

Haimorroïdes duplices. 460
Haimorroïdes. 87.410
Haimorrhoïdes. 87

Hectica febris.

Hecticæ febres. 7
& quid significet vox Hectica. ibid.
earum differentiæ. ibid.
causæ. ibid.
signa. 8
Hecticis cur calor incendatur. ibid.
Hecticam febrem adesse quidnam denunciet. ibid.
Hecticæ speciem quæ denuncient. ibid.
quis dignoscat num ei putrida iungatur. 9
Hecticæ prognoses. ibid.
& eius curatio. ibid.
Hecticis vt mollienda aluus. ibid.
Hecticorum diæta. ibid.
cibus. ibid.
potus, & alterantia. 10
foris admouenda. ibid.
epithemata, vnguenta, balnea. ibid.
& num frigidis balneis vti debeant. ibid.
num lac ante balneum his propinandum. ibidem.
Hecticæ marasmodis curatio. 11
motus ratio. ibid.
Hectica cùm iungitur putridæ vt curanda. ibid.
Hectica pestilens num detur. 39

Hepar.

Hepar roborantia. 56
Hepar in sinistra parte inuentum portentosè. 243
Hepatis natura, & eius officia. 220

Herbæ.

©BIUM

Index Rerum.

Herbæ.

Herbæ contra venena. 91

Herodicus.

Herodicus gymnaſtices auctor. 180

Herodes.

Herodis magni nouus morbus. 119

Hirudines.

Hirudines admouendæ in peſte. 52

Hippocrates.

Hippocratis ſcribendi mos. 368
Hippocratis mors, & poſt mortem portentum. ibidem.
Hippocrates qualis vir fuerit. 230
Hippocratis ſcripta quid ambigua effecerit. 135
Hippocratis laus. ibid.
Hippocratis laus. 134
Hippocrates indoles, & ſtirps paterna. 134
Hippocratis tritauus Nebrus. ibid.
Hippocratis materna ſtirps. ibid.
Hippocrates viceſimus ab Hercule. ibid.
Nobiliſſima Græciæ peſtis ab Hippocrate curata. ibidem.
Hippocrati ab Athenienſibus diuinus honor exhibitus. 135
Hippocrates Perdiccæ Macedonum Regi familiaris & charus: ibid.
ob artis excellentiam & affinitatem. ibid.
Hipp. ſcribendi mos. 230
eius ars perpetua. ibid.
Hippocrates diſcipulis ſilentium indicebat iuramento, & ne à pietate abirent, illos ſtringebat. 157
Hippocrates non eſt inuentor Medicinæ. 178
vanum eſt, eum ex Æſculapij templi ſcriptis Medicinam fabricaſſe. ibid.
Hippocratica vera eſt Medicina. 230

Hiſtoria.

Hiſtoria difficilis deglutitionis. 122
Hiſtoria de difficili partu. 107

Homo, Humanum corpus.

Hominem ex vno principio conſtare cur quidam exiſtimauerint. 147
Hominem non conſtare ex vno elemento. 144
Hominem non vnum eſſe oſtenditur ex modo generationis & corruptionis. 143
Hominem non eſſe vnum demonſtrans argumentum ab experientia. 142
Hominis & animalium ſanguineorum, quæ materialia principia. 145
Hominis de natura variæ ſententiæ. 140
Hominem ex diuerſis humoribus conſtare probat argumento à ſanitate & morbo deſumpto. 145
Homine mortuo ſingula elementa ad ſuam naturam redeunt. 144

Horror.

Horroris cauſa. 18
vnde in paroxyſmo. 21

Hortus.

Hortos ad philoſophandum qui habuerint. 117.

Humanum corpus.

Humani corporis vnum eſſe principium quod nam quidam Medici dixerunt. 141
Humani corporis principium qui ſtatuunt vnum, refutantur. ibid.
Humani corporis plura eſſe principia à modo corruptionis probatur. 144
Humani corporis propria materia. 139

Humana fœlicitas.

Humana fœlicitas quid ſit. 110

Humor. Humidum.

Humores in homine qua ratione dicantur calidi, frigidi, &c. 150
Humores in homine mutari, ibid.
Humores in homine creſcere & imminui, ſecundum anni tempeſtates. ibid.
quo modo id intelligendum. 151
Humores quatuor, non vnum, eſſe materialia principia hominis. 139
Humores lege & natura diſtingui. 146
Humorem quemlibet ſuam naturam & facultatem habere. ibid.
Humores cur non ſemper eadem copia in corpore humano. 148
Humidum, eſt ſubiectum caloris & frigoris. 221. 274.
Humoris natura ex quattuor conſtat. 274
Humores nutritij. 215
Humores alij aliis faciliùs putreſcunt. 274
Humoribus ineſt viciſſitudo mouendi & quieſcendi. ibid.
qui moueantur quibus anni partibus. ibid.
Humorum mutatio vnde. 196
Humiditates quæ ſint in partibus ſolidis. 7
Humor ſ. putredinis expers num febrem excitet. 4
Humores quando in febribus intermittentibus putreſcant. 23

Hydrops. Hidropici.

Hydrops cum alui fluxu. 460
Hydropici vt purgandi. 394
Hydropicorum vlcera. 459
Hydropi tuſſis ſuperueniens. 464
Hydrops cum alui fluxu. 460
Quidam compreſſo ſpiritu inſtar hydropici turgebat. 135
Hydrops peſtifer. 91
Hydropes. 172. 246. & ſeq.
Hydrops quis incurabilis. 382

Hyems.

Hyemis morbi. 407
Hyeme bilis decreſcit, pituita accreſcit. 149
Hyems quando medicis incipiat. ibid.
Hyeme cur pituita increſcat, cum tunc ventres ſint calidiſſimi. ibid.
Hyeme pituita creſcit. 148

Hygia. 162

Hypochondria.

Hypochondriorum dolor diuturnus. 465
Hypochondriorum tenſio cum vrina copioſa. 429
Hypochondriorum tenſio cum borborigmo. ibid.
Hypochondria variè affecta, varia ſignificant. 242
Hypochondrii tumor durus. ibid.
mollis. ibid.
Hypochondriorum tenſio recens & vetus. 242
qualiter debet tenſum eſſe. ibid.
quid eius pulſus denotet. ibid.
& eius affectus. ibid.
Hypochondriorum tumores & dolores. 253
vetus & recens dolor. ibid.

Hypoſtaſis.

Hypoſtaſis quæ bona. 243
orobæa, & genitalis. 255
ſquamoſa; laminea. ibid.
furfuracea. ibid.
nigra hypoſtaſis num ſit peior nubeculâ nigrâ. 256
Τ'σίρα. 446

I.

Iacobus Carpenſis.

IAcobus Carpenſis cur plurimos à peſte ſanabat. 181

Iactatio.

Iactatio ſeu proiectio artuum in morbis 185

Ichor.

©BIUM

Index Rerum.

Ichor.

Ichores humorum nutriciorum. 18
Ichores qui. 337
Ichor continetur in articulis. 175.241.264

Ictterus. Ictterici.

Ictterus ante ſeptimum. 426
Ictterici an flatulenti. 456
Ictericos quos pharmacia lædat. 387
Ictterus cum hepate duro. 465
Ictterus per febres continuas. 426
Ictterus triplex. ibid.
Ictterus peſtifer. 90
Ictterus criticus & ſymptomaticus. 352

Idea.

Idea qui Hippocrati. 146
Ideæ ſunt rerum germina. 169

Idioſyncraſia.

Idioſyncraſia ægrè dignoſcitur. 193.228

Idiota.

Idiotæ vt in iudicium de arte ſint ducendi. 178
Idiotis non tradenda medicina. 159.201
Idiota duo ſignificat Hippocrati. 286
Iliaca paſſio. 90
Ἰλιγγος quid. 236

Imperitia.

Imperitiæ mala. 166
& quòd temeritatis illa ſit parens. ibid.

Imperium.

Imperio præfertur agricultura. 117

Incantatio.

Incantationes tolluntur. 278

Indicatio.

Indicatio à peculiari affectione. 413
Indicatio à viribus. 370.372
Indicationes mixtæ. 458
Indicationes vt ſumendæ. 413
Indicationibus in implicitis vt agendum. 440
Indicationibus curatiuis opus eſt. 211

Inedia.

Inediæ vbi locus. 371

Inflammatio.

Inflammatio quid. 243
Inflammatio quæ conſiſtit ad vmbilicum, vt maturéſcat. 244
Inflammatio quid Hippocrati. 297
duplex. ibid.
cauſæ geminæ. ibid.
quomodo partem lædat. ibid.
ſigna eius pathognomonica. 298.299
Inflammationem non curat purgatio inſtituta ante venæ ſectionem, ſed irritat. 242
Inflammatio ventriculi eiuſque dolor. 127
Eius cauſæ, differentiæ, ſigna, indicationes curatiuæ. ibid.
Inflammationis ventriculi prognoſis, curatio, phlebotomia: 128
Pharmaca, & quæ intus ſumuntur doloris cauſa. ibid.
Cautio, repercutientia. ibid.

Infacunditas.

Infœcunditas ratione viri. 102
Infœcunditas ratione mulieris. ibid.
Infœcunditatis ſigna, indicationes curandi, prognoſis, curatio, phlebotomia, pharmaca. ibid.
Infœcunditatis empirica. 103
Infœcunditas, *vide* Sterilitas. 102

Inſania.

Inſania eſt commune vocabulum. 242

Inſtrumentum.

Inſtrumenta qualia ſint medicis. 162
non nimis culta. ibid.
ærea. ibid.

Intemperies.

Intemperies calida & ſicca. 124
Intemperies humida & calida ventriculi. 126

Inteſtina.

Inteſtinorum motus. 329
Inteſtina num retentrice vi careant. 250
Inteſtinorum temperies & natura. 216

Inuidia

Inuidia oritur à minore. 210
Iolabia. 10

Iſchias.

Iſchias & Iſchium. 469

Iſocrates.

Iſocratis panegyrica oratio bellorum cauſa. 114

Iudicium.

Iudicium cur difficile. 366
Iudicium & vſus axiomata pariunt. 368
Iudicio opus eſt. 221
Iudicium eſt difficile. ibid. & ſeq.
Iudicij difficultas. ibid. & 176

Iuniores.

Iuniores ab inflammationibus faciliùs intereunt. 267
Iuniores hæmorrhagia iudicantur. 275.280

Ius.

Ius longum. 28

Iuſiurandum.

Iureiurando morum probitas eſt melior. 158
Iuriſiurandi efficacia, & quid ſit. 157

Iuuenes.

Iuuenibus aluus humida ſalutaris. 399
Iuuenum alui humidæ in ſenectute ſiccéſcunt. 398
Iuuenum morbi. 409

K.

Κυναγχία. 288

L.

Labor.

Laboris vtilitas. 151
Labore opus eſt ad ſcientias. 171

Labrum.

Labra quid ſignificent. 236

Lac.

Lac amygdalatum. 43
Lac quid. 447
Lac in virginibus aliquando. ibid.
Lac in viris aliquando. ibid.
Lactis coagulati in mammis noxa. ibid.
Lactis commoda & incommoda. 454
Lactis varietas vnde. ibid.

Lacryma.

Lacrymæ quid portendant. 423
Lachryma cerui. 54

Lamiæ.

Lamiarum indicium an aquæ innatatio. 132

Λαπαρὸν.

Λαπαρὸν quid ſignificet. 252.267

Lapis.

Lapides contra venena. 91

Laſſitudo.

Laſſitudo oſſiaria. 337.341
Latetum difficultas vnde. 327
Laſſitudines quæ conualeſcentibus accidunt. 418
Laſſitudines quæ præcedunt morbos. ibid.
Laſſitudines variæ. 382
Laſſitudinis & laboris remedium. 398

Legumen.

Leguminum facultates. 155

Leniens.

©BIUM

Index Rerum.

Lens. 355

Leniens.

Lenientia aluum in febribus. 30.41
Lenientia aluum qualia sint in peste præscribenda. 52.
& in pueris. 53
Lepra. 406
Λεσχηνεύεσθαι qui. 202

Lethale.

Lethalia signa in debili ægro. 423

Leucophlegmatia.

Leucophlegmatia Deli morbus Endemius. 119

Lex.

Lex Hip. 166. & quid sit. ibid.

Liber.

Librorum Hipp. ordo. 214

Lien. Lienterici.

Lien in dextra portentosè. 243
Lienis natura. 220
Lienis tumor duplex. 407
Lienteria ab intemperie. 457
Lienteriæ causa quid differat à diarrhœæ causa. 415
Lienterici quando purgandi. ibid.

Ligamentum.

Ligamenta vt gignantur. 221
Λιμός. 387.388

Lingua.

Linguæ obscuritas vnde. 213
Linguæ miranda velocitas. 225
Linguæ inflammatio. 90

Lipyria.

Lipyria. 7.66
eius historia. ibid.
Lipyria Arabum. 66.67

Liuor.

Liuoris causa. 239.248
Lochia. 451.

Locus.

Locus amœnus sanitati dicatus. 213
Locus in quo decumbit æger, qualis esse debeat. 162.

Loquela.

Loquelæ instrumenta. 225
Lotiones. 43

Lucretius.

Lucretij mors. 994

Lues.

Lues venerea vt curanda. 386

Lumbi.

Lumborum dolor si ad superna vel ad inferna. ibid.

Lumbrici.

Lumbrici. 409
Lumbricorum causa. 251
Lubricorum species. ibid.
Lumbrici quo tempore elisi quid significent. ibid.

Luna.

Luna crisin non facit. 273
Luna pepasmum retardare potest. ibid.

M.

Machaon.

MAchaon, eiusque posteri. 134

Macula.

Macularum rubentium notæ. 59

Magia, Magi.

Magia non est ars. 172
Magi. 73
Magorum præstigia. 391

Malignitas.

Malignitas morbi est calamitosa. 132

Malum.

Malum mortuum quid. 406

Mamma.

Mammæ trahunt ex vicinis venis. 195
Mammæ solæ duplices habent venas. 446
Mammæ triplici ratione affliguntur. 450

Mania.

Mania clamosa phrenitidi superueniens. 238
Mania est triplex. ibid.
Mania. 406
Manna. 322

Manus.

Manus tremulæ hæmorrhagiæ indicium. 315
Manuũ gestus quid significent in morbis acutis. 237. 239

Marcor.

Μάρανσις, marcor quid. 16

Marasmus.

Marasmi causæ. 8
Marmarigæ. 280

Materia.

Materia propria corporis humani. 139
Materiæ crudæ & crassæ symptomata. 415
Materiæ morbificæ superstitis nota. 378
Maxillæ. 223
Maza quid. 180

Medicina.

Medicina præcellit cæteras artes. 166
Medicina cur vituperetur. 169
Medicinam patres liberis tradebant. 159
Medicina cur difficilis. 166. & seq.
Medicina quid. 365
cur ea sit longa & difficilis. ibid.
Medicina cur à vulgo vilipendatur. 287
Medicina cur censeatur à vulgo incerta. ibid.
Medicina rationalis. 134
Medicinæ origo. 133
Medicinam olim principes tantum exercebant. ibid.
Medicina ad Deum refertur. 187
Medicina quid sit. 169
Medicina ferè semper inutilis habita est. 171
Medicina fortunæ nihil debet. ibid.
Medicina vt sit inuenta & à quibus. ibid.
Medicina orta est ab experientia. 206
Medicina ad sapientiam referri debet. 200
Medicina abditam quandam philosophiam habet. 201
Medicina iam eadem quæ olim. 177. & seq.
Medicina in remediis non consistit. 231
Medicina quæ seruilis. 159.201
Medicina per se culta est satis. 212
Medicina vere est ars. 170. & seq.
Medicina hypothesi non vtitur, sed eius obiectum sub sensum cadit. 178
Medicina Neotericorum falsa. 177
Medicina veterum vere est medicina; & cur. ibid.
Medicina vetus diætam inuenit. 179
Medicina heroïbus in deliciis fuit. 180
Medicina ex diætetica nata est. ibid.
Medicina asseri debet vulgo notis argumentis. 214
Medicina non est in ipsis pharmacis, sed in vsu ipsorum. 227
Medicinæ ortus ex sensata demonstratione. 178
Medicinæ calumniatoribus quid opponendum. 166. & seq.
Medicinæ calumniatores qui sint, & quales. ibid.
Medicinæ nulla constituta mulcta. 166
Medicinæ subiectum quatenus est homo. 192
Medicinæ finis sanitas ægri, & gloria medici. 209
Medicinæ demonstrationes sint sensui notæ. 178

Medicus.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 500 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Medicus.

Medici S.Dei cultores. 200
Medici vident Dei opera. 201
Medici opinione qui. 209
Medici qui veri. ibid.
Medici indocti ſocium non admittunt. 210
Medici θαυματόποιοι huius æui. 212
Medici verſantur ſemper in naturæ quadam philoſophia. 168
Medici plurimi famâ, pauci re. ibid.
Medici docti imperitorum calumnias negligunt. 172
Medici ignari vt deprehendantur. 183
Medicis cur nullum ſtatutum præmium. 166.198. 207
Medicus quantum in phyſicis ſe exercere debeat. 141
Medicorum opiniones de vno corporis humani principio. ibid.
Medicus qualis eſſe debeat. 136
Medicus debet tangere abdomen. 394
Medicorum bonorum & malorum mores. 198. 210
Medicus philoſophus eſt Deo ſimilis. 192
Medicus debet ſtudere vt ſit colore ac habitu bono; & vt cultus ſit. 161.204
Medicus à pueritia inſtituatur, & accedat diligentia & cultus. 167
Medicus vt extra culpam ſit. ibid.
Medicus ab auaritia abſit. 159.198
Medicus quando collegam admittet. 210
Medicus quæ non agere debet apud ægros. 199. 212
Medico num cum idiotis diſceptandum & quo modo. ibid.
Medicus ſit παιδομαθὴς. ibid.
Medicus quomodo calumniam vitet. 131
Medicus quo modo vel quatenus naturam noſcere debet. 192.& ſeq.
Medicus ſciat oportet quæ ſit cognatio alimentis cum corpore cuiuſque hominis. ibid.
Medicus ſciat facultates alimentorum; & quæ mala ex quibus ſuccis naſcantur. ibid.
Medicus imperet cum ratione. 199.201
Medicus ab auſteritate ſit alienus. 201.203
Medicus ſit alienus à loquacitate cum idiotis. 201.
Medicus quo habitu debet venire ad ægrum. 202
Medico apud ægrum quid maxime agendum. ibidem.
Medicus fallitur ab ægris. ibid.
Medicus hærere debet ſenſibus. 206
Medicus etiam ab idiotis inquirat. ibid.
Medicus cur paciſci & quando non paciſci debeat. 200.207
Medicus nullum ægrum quamuis ingratum negligat. 209
Medicus interdum gratis & cum ſumma liberalitate & humanitate artem exerceat. 198
Medicus ſit memor medicamentorum. 202
Medici ornatus in quibus conſiſtat. 197.& ſeq.
Medici veri mores. 200.201
Medici inſtrumenta. ibid.
Medico futuro quid opus. 166.& ſeq.
Medico quæ virtutes inſint à philoſophia. 192
Medicus naturæ motum ſequatur. 378
Medicos doctos & indoctos cur promiſcuè habeat vulgus. 286
Mediocritas vbique optima. 382

Medulla.

Medullæ ſpinalis natura. 217

Melancholia, Melancholici.

Melancholia autumno copioſiſſima. 149
Melancholia ſine putredine non accendit febrem. 4
Melancholia triplex. 406
Melancholici. 404
Melancholici morbi. 469
Melancholici ſucci excretio quid ſignificet. 416
Melancholici vt purgandi. 413
Melancholicorum remedium. 460
Melancholia irritatur à carne bubulâ. 355

Melicratum.

Melicratum. 320
eius acerrimi noxæ. 327
vtilitas. 323
Melicratum quibus pleuriticis vtile, & quibus non. 322
melicratum & hydromel Dioſcoridi differunt. ibid.
Melicratum diureticum. 323
quando & quo modo aluum moueat. ibid.
diluti & meraci facultates. ibid.
malè à vulgo in pleuritide damnari. 324
prout ante aut poſt ptiſanam potatur, iuuat aut nocet. 325
cocti & crudi facultates. ibid.

Meliſſus.

Meliſſi de rerum principio ſententia. 140

Mel.

Mellis genera. 322.326
quàm potenter nutriat. 325

Membrana.

Membranarum temperies & natura. 216

Memoria

Memoria quid ſit & quo modo fiat. 205.206

Meninx.

Meningis ortus. 217

Menſes.

Menſes leuiter, fortiter mouentia. 95
Menſibus ſyrupus, balneum, vnguentum. ibid.
Menſes cientes pilulæ. 446
Menſium commoda & incommoda. 452
Menſium obſtructorum cauſæ. 452
& quando nocere incipiant. ibid.
Menſium ſuppreſſorum notæ. 447
Menſium ſuppreſſio. 94
Menſibus peſſus, ſuffitus, empirica. 96

Menſtruus ſanguis.

Menſtruus ſanguinis an venenum. 94
Menſtruus ſanguis vnde ſupprimitur. ibid.
Menſtruales quæ. 93
Menſtrua mulieres ab omni morbo liberant. ibid.
Menſtruorum tardantium cauſa. 446

Mentagra.

Mentagra cœpit Tiberij temporibus. 120

Metalla.

Metallorum aut ſubterraneorum dubia eſt ſcientia. 178

Meteora.

Meteora pro phyſica. 215
Meteororum incerta eſt ſcientia. 178

Methodus.

Methodo conſtant artes. 179.& ſeq.
Methodo opus eſt. 198.201.212

Mictus.

Mictus ſanguinis. 109

Mileſiæ virgines.

Mileſiarum virginum morbus admirandus. 119

Mixtum.

Mixtum corpus componentia quænam denuo ſeparentur. 144
Mixtis omnibus communis corruptio. ibid.
Mixta partim ſimilia, partim contraria eſſe debent. 143
Mixta quædam corpora cur ſentiant. 148
Miſta duplici ratione pereunt. 187

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 501 sur 513

Mola.

Mola, eius causæ, in virginibus cur non fiat. 103
Mola an ex solo menstruo sanguine, an ex semine. ibid.
Molæ signa, indicationes curatiuæ, prognosis. ibid.
Molæ phlebotomia, medicamenta, victus. 104

Morbilli.

Morbillorum & variolarum notæ. 59

Morbus.

Morbi abditi qui. 173.174
Morbi qui manifesti. ibid.
Morbi quidam incurabiles, & cur. ibid.
Morbi inuicti qui. 231
Morbi graues fiunt à secundis qualitatibus. 189
Morbi quod ægre curentur, quæ sit causa. 175
Morbi duobus modis recrudescunt. 231.232.272. 273
Morbi acuti qui & quales. 132
Morbi acuti & etiam diuturni quo modo iudicentur. 273.
Morbis ad crisin euntibus vt notandus euentus. ibidem.
Morbos qui potest cognoscere, potest & curare. 175
Morbus quod breui absoluet suam historiam vnde intelligamus. 271
Morbi magnitudo, motus, species & mos vnde intelligatur. ibid.
Morbi vigor vnde innotescat. 273
Morbi motus. 280
Morbi remissio quæ fida, quæ infida. 278
Morbi nomina non sunt expetenda in prognosi. 281
Morbi diuturni triplex causa. 256
Morbi congeneres morbo naturæ an salutares semper. 268
Morbi diagnosis vnde captanda. 176
Morbi acumen & malignitas calamitosa sunt. 132
Morbi epidemij inclinatio est obseruanda. 282
Morborum causæ. 142
Morborum causa quomodo aër. 152
Morborum mutatio secundum anni tempora. 150
Morbum & sanitatem Hippocrates refert ad copiam, facultatem, & mixtionem humorum. 145
Morbo quando, & Naturæ quando studendum. 290. 305
Morituri iam iam ægri signa. 423
Morbi ætatis proprij & alieni. 406
Morbi autumnales. 407
Morbi autumnales quando expectandi. 400. & sequentib.
Morbi autumni. ibid. 402
Morbi ex quibus noscantur. 370
Morbi hyemis. 407
Morbi indicant vacuationes. 370
Morbi iuuenum. 409
Morbi lethales quotuplices sint.
Morbilli phlebotomiam admittunt. 387
Morbi longitudo vt notetur. 420
Morbi omni tempore eueniunt. 403.404
Morbi qui eueniant tempore detentionis. 409
Morbi qui fiant in æstate frigida & sicca. 403
Morbi qui periculosi, & qui non. 393.396
Morbi qui syntrophi & increscentes. 395
& qui incurabiles. ibid.
Morbi puerorum pubescentium. 409
Morbi senum & declinantis ætatis. 410
Morbi siccæ tempestatis. 401
Morbi singularum defectionum. 402
Morbi status quid. 371
Morbi status, vt noscatur. 390
Morbis in acutis quo modo ali debeat æger. 371
Morbi variis temporibus variè se habent. 400.401
Morbi verni. 405
Morbi verni & æstiui quid differant. 406
Morbi verni & autumnales. 402
Morbo & naturæ par quid. 387
Morborum diagnosis est tripartita. ibid.
Morborum diuturnorum causæ. 395
Morborum diuturnorum differentiæ. ibid.
Morbi acuti intra XIV. dies iudicantur. 389
Morbi adolescentium & puerorum. 409
Morbi noui & inauditi. 30
Morborum in statu non nutriendum. 371
Morborum maximorum causæ. ibid.
Morbo venienti vt occurrendum. 415
Morbos interdum beneficio non ordinario solui. 390
Morbus magnus quis. 421
Morbus num in longum tempus sit excursurus. 391

Mors.

Mors summa felicitas. 117
Mortis repentinæ vbi metus. 395
Mortis certum signum. 284
Mortifera signa in ægro. 423

Morselli.

Morselli vel rotulæ alentes. 131

Motus.

Motus est à spiritu. 219
Motus & quies in febribus. 28

Muccus.

Muccus artuum vnde. 221

Mutus.

Muti nati. 225
Muti à conuulsione. 477

Mulier.

Mulieri soli cur menstruus sanguis. 94
Mulier num calidior viro. ibid.
Mulieribus inimicum acetum ob vterum. 330
Muliebris fluxus pituitosus. 451
Muliebrium morborum causæ. ibid.
Mulieribus triplex genus excrementi euenit. ibid.
Mulieri vt cautè purgatio præscribi possit. 446
Mulier num marem an fœminam gestet. 447.448
Mulier num sit ingrauidata. ibid.
Mulier sanguinem vomens. 444
è naribus eum emittens à suppressis mensibus. 445
Mulierum affectus. 445
Mulierum ingrauidatarum præseruatio in peste. 79

Musculus.

Musculi varij. 423

Mutatio.

Mutationi magnæ quo modo magna mutatio opponenda. 151
Mutationem subitam natura ægre fert. 399
Mutatio remediorum non temerè facienda. 400
Myrobalani. 35

N

Narcotica.

NArcoticorum vsus. 443
Narcotica. 36

Nares.

Ex naribus sanguis. 87

Nasus.

Nasus acutus. 233

Natatrix.

Conspicua ratio naturalis natatricum mulierum. 133

Natura.

Natura iam eadem est quæ olim fuit priscis. 179
Naturæ quid sit labefactatio. ibid.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 502 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Natura non fatiſcit tempore. 179.282
Natura peculiaris. 228
Natura principatum habet in artium acquiſitione. 201
Natura qui ſint imbecilliores. 187
Naturæ hyparxis in ſolidis. 273
Naturæ opera quid differant ab opere artis & fortunæ. 170
Naturæ periodi. 273
Naturam humanam medicina explicat. 192
Natura ægri in quibus. 372
Naturæ & morbo par quid. 387
Naturæ hominum ad varia tempora varie afficiuntur. 440
Naturæ res voluuntur variè. 368
Natura vt conſeruet corpora. ibid.
Naturæ quando, & morbo quando ſtudendum. 290
Natura. 145

Nephriticus.

Nephriticorum remedium. 460

Neruus.

Neruorum temperies & natura. 216
Nerui vnde dicti. ibid.

Nigror.

Nigroris cauſa. 233.248

Nomen.

Nomina non ſunt ideæ rerum; & quid ſint nomina. 169.181

Νόμος.

Νόμος quid Hippocrati. 242.& 146
Νοσοτέθημαι quid. 167

Nonana.

Nonana febris. 71

Notatio.

Notatio neceſſaria de remediis peſtilentialibus. 82

Nubecula.

Nubecula vrinæ. 254
Nubecula nigra num ſit peior hypoſtaſi nigra. 255
Nubecula in vrina quid ſignificet. 428

Nutritio.

Nutritio eſt damnoſa impuris. 374
Νυσάζειν quid. 184

O

Occaſio.

Occaſio quid. 205.& ſeq.
Occaſio quod ſit præceps. ibid.
Occaſio quid, & eius neceſſitas. 365
Occulta remedia. 30

Oculus.

Oculi ægri quo in loco ſint medicandi. 162
Oculi ægri lineis medicandi. ibid.
Oculi concaui. 232.& ſeq.& 264
Oculi quæ præſagia præbeant. 234.& ſeq.
Oculi contemplandi per ſomnum. 236
Oculi medelæ. 463

Odor.

Odores vitandi. 161

Oedema.

Oedema quid Hippocrati. 243
Oedema ventriculi. 128

Olfactus.

Olfactus vt fiat. 224. & cur aquam non olfaciamus. ibid.

Oleum.

Oleum & oua cur non æquè ac ptiſana in morbis acutis apta. 288
Oleum ſcorpionum pro peſte. 83

Olus.

Olera febricitantibus vtilia. 27

Ophthalmia.

Ophthalmiæ remedium. 461

Opera Naturæ.

Opera naturæ, artis & fortunæ vt differant. 170

Opinio.

Opinio in crimen vertitur. 199
Opinio damnoſa eſt. ibid.

Opſopœus.

Opſopœus vindicat libellum de Iuſiurando Hippocratis à ſuſpicione ſuppoſitij. 157

Ordo.

Ordo in cibis in peſte. 84

Ornatus.

Ornatus honeſtum facit. 197
Ornatus nimij vituperatio. ibid.

Os, Oſſis.

Oſſium natura & ortus. 216.217

Os, Oris.

Ore hiante dormire. 237

Ὀστεοκόπος.

Ὀστεόκοπος, ſeu laſſitudo oſſearia. 341.337

Otium.

Otium an ſumma felicitas. 112.115
Otium parens libidinum. 197

Ouum.

Oua cur non æquè ac ptiſana in morbis acutis apta. 288
Ouorum laus in nutricatu. 26

Oximel.

Oximel vtile biliosis, melancholicis noxium. 330
Oximelitis in pleuritide vtilitas. 326
quid, eiuſque facultates. ibid.
cautela in acerrimi oxymelitis vſu obſeruanda. 327
non debet frigidum in pleuritide exhiberi. 328
mitioris oximelitis commoda. ibid.
oximel mite flatus diſcutit, & eſt diuretium. ibidem.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 503 sur 513

oxymelitis noxæ. ibid.
occasio vtendi oxymelite. 329
quomodo oxymel temperandum cùm totâ morbi historiâ eius solius futurus vsus. ibid.
oxymel & acetum vtile bilio sis; noxium melancholicis. 330
mulieribus inimicum, ob vterum. ibid.

P.

Παιδες ἰατρῶν vnde dicti. 159. 167

Palindrome.

Palindrome tribus notis animaduertitur. 268

Palpebra.

Palpebra quas notas proferat. 236

Panis.

Panis cibarius, confusaneus, αὐτόπυρος. 180. 187. 205
Panificij negotium hodie respondet vetustati. 180

Παραγγελία.

Παραγγελία quid Hippocrati. 159. 161. 204

Parotis.

Parotis enecat iuuenes. 275
Parotis in peripneumoniam incidit; & quo euentu. 266
Parotis sanguinea est funesta, ni coquatur, ac symptomata mitigarit. 266. & seq.
Parotis pestilens. 90
Parotides cur olim διόπυροι dictæ. 47
Parotidis cura. 61
Parotis. 387

Paroxismus.

Paroxismorum ratio. 274
Paroxismus quid. 20
Paroxismorum natura & causæ. ibid.
& cur remittant. ibid.
cur ordine vel nullo ordine redeant. ibid.
Paroxismo præsente, à cibo abstinendum. 373. 377
Paroxismorum intermittentium tempora. 373
Paroxismus quid. ibid.

Pars.

Partes corporis vnde fuerint natæ & formatæ. 215
Partes dissimilares facilius laborant quam similares. 174
Partium varia conformatio. 194. & hæc facit vt pars facile vel ægri patiatur. ibid.
Partes sectæ quæ non redintegrentur. 461
Partium principum temperies. 457

Partus.

Difficilis partus causæ. 106
Partus difficilis signa, prognosis, curatio. 107
Partus difficilis. 445
Partu à difficili quid agendum. 107
Partu in difficili cautio. 108
πάλβος num in fieri. 409

Patria.

Patriæ amor. 209

Pauper.

Pauperum remedium pro peste. 83

Pedes.

Pedum nigror. 248
Pedum nudatorum significatio. 237

Pepasmus.

Pepasmus est crisis. 274
Pepasmus à Luna tardari potest. ibid.
Pepasmus à pepsi quid differat. ibid. 275
Pepasmi difficultas in quibus. 420
πέψις quid. 245
& quid pepasmus. ibid.

Periodus.

Periodorum ratio. 271
Periodus duplex. 373. 377
Periodus quid. 20
& variæ de eis sententiæ. ibid
earum natura & causæ. ibid

Peripneumonia.

Peripneumonia habet iunctam orthopnœam. 260
Peripneumonia abscessu in crura iudicatur bene. 266. & seq.
interdum male. ibid.
Peripneumonia iudicatur etiam parotide. 266
& abscessu ad infernas partes. ibid.
Peripneumonia num per crisim vel per abscessum iudicabitur, quomodo cognoscemus. 266
Peripneumoniæ curatio. 352
Peripneumonia pestifera. 89

Perturbatio.

Perturbationis effectus. 453

Pestis.

Pestilens hectica. 75
Pestilens putrida. ibid.
Pestis optima remedia. 82
Pestifera syncope & lipothymia. 85
Pestis secundæ signa. 75
Pestis tertium genus. ibid.
Peste num quis laboret vnde noscatur. ibid.
Peste num quis sit mortuus signa. 76
Pestis secunda causa aëris violata temperies. 74
Pestis tertia causa. ibid.
Pestis vino & oleo curata. 84
Pestis elegans remedium. 83
Peste laborantium victus ratio. ibid.
Pestis omnium malorum grauissimum. 72
Quid sit pestis. 73
Pestis definitio, & eius explicatio. ibid.
Pestis causæ. ibid.
Pestis causarum diuisio. ibid.
Pestis quæ ferociſſima. ibid.
Pesti dicata purgatio. 81
Pestis cautio prophilactica. 80
Pestilens febris vnde. 19. 20
Pesti quæ salutaria & calamitosa sint. ibid.
Pestilentis febris Natura, causæ, differentiæ, signa, prænotio, præseruatio & curatio. 44. & seqq.
Pestilens febris semper est continua. 45
in. ſt illi Diuinum. ibid.
Pestis causæ externæ. ibid. num ab occulta qualitate, & quomodo id probari possit. ibid. 46
Pestis cur non omnes occupet. ibid.
Pestis differentiæ. ibid.
Pestilens ephemera num detur. ib. num hectica. ibid.
Pestis futuræ signa. ibid.
vicinæ & præsentis signa. 47
Pestis conceptæ certa signa. ibid.
Peste tactorum pulsus. ibid.

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 504 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Pestiferæ cuiusque febris peculiaria signa. 48
Pestis absque febre quæ dicatur. ibid.
Pestiferæ febres semper cor affligunt. 48
Pestiferarum febrium prognoses. ibid.
Pestis interficere potest decem horarum spacio. 48
à Peste præseruandi ratio. ibid.
Pestis musicâ fugata fuit. 49
Pestem num arceant portata venena. 50
Pestis curatio. ibid.
eiúsque prognosis. ibid.
Pesti calamitatem adferunt plurima remedia. ibid.
Peste laborantium diæta. ibid.
Peste tacti num plurimum comedere debeant. ibid.
Peste correptis num secanda vena. 51
in Peste quo tempore phœnigmis vtendum: & quibus partibus adhiberi debeant. 52
in Peste purgantia qualia præscribenda. ibid.
qualia præparantia. 53
Pestis non est sine febre. 55
Pestiferæ febris symptomata maxima. 57
Pestis indicationes curatiuæ. 76
Peste laborans num euadet vel non prognosis. ibid.
Pestis quo tempore maxime sæuiat. 77
Pestis quo modo sit cauenda aut auertenda. ibid.
Pestis tempore cautio. ibid.
pro Peste secretum. ibid.
Pestis tempore vestes quales. ibid.
Pestis tempore exercitia. ibid.
Pestis tempore Diæta. 78
Pestis tempore excrementa & aluus. ibid.
Pestilentiales Auctoris pilulæ. ibid.
Pestis tempore balnea, venus, somnus, euacuatio. ibid.
Foris admouenda corpori aduersus pestem. ibid.
Pestem aduersus cur venena iuuent. ibid.
Pestem aduersus lapides pretiosi: Olfacienda. 79
Pestem aduersus assumenda. ibid.
Pestis præseruatiua tria nobilissima remedia. ibid.
Pestis excellens remedium. ibid.
Pestilentialis remedij elegans modus. ibid.

Pestigia.

Pestigia. 60
earum prognosis & curatio. ibid.

Pharinx.

Pharinx masculino genere, pro laringe sumitur. 260

Pharmacum.

Pharmacum purgans quid agat. 147
Pharmaco epoto quid agendum. 414
Pharmacum vt segnescat. ibid. 415
Pharmaca nota sint medico. 202
Pharmacia inutilis febricitanti. 228
& ineunte morbo. ibid.
Pharmacia quando lædat. 227
Pharmaca purgantia qualia esse debeant cùm ex pluribus concinnantur. 303

Philosophia.

Philosophia ad medicinam transferri debet. 192. 200
Philosophia exercitationi iungenda. 197
Philosophia si otiosa fuerit, ad vitium declinat. ibid.
Philosophia sine vsu errat in multis. ibid.

Philosophus.

Philosophi antiqui principium vnum posuerunt. 140
Philosophicum ocium felix. 117
Philosophicum otium felix præcipuè in agris. ibid.

Phlebotomia.

Phlebotomia in febribus putridis. 28
vt ea fiat quibus sit opus. ibid. & seq.
Qua copia. 29
Quo tempore. ibid.
Quæ venæ. ibid.
Num sit instituenda vbi fluxus adest. ibid.
Num in exanthematibus admouenda. 38
Phlebotomia in peste an in vsum ducenda? 80
Phlebotomiæ obseruatio in Peste. ibid.
Phlebotomia quibus pleuriticis conueniat. 298
Phlebotomiæ in acutis morbis quando locus. 341
Phlebotomiæ tecmarsis. 368

Phlegma.

Phlegma vnde dictum. 17
Phlegmatici quàm bilioſi inediam faciliùs perferunt. 310

Phlegmone.

Phlegmone quid Hippocrati. 442

Phœnigmus.

Phœnigmis quo tempore vtendum in peste, & quibus partibus adhiberi debeant. 52
Φρατόρες vnde dicti. 159

Phrenitis.

Phrenitidis causa. 240
Phrenitis pestifera. 85
Phrenitis. 285. 286
Phreniticis cur varia symptomata. 379

Phthisis.

Phthiseos empyemati superuenientis notæ. 264
Pthisis cur ἀηρίωμα dicatur. ibid.
Phthisis aut sicca aut humida. 437
Φθορά. 16
Φθόρια remedia qualia. 159

Phyma.

Phyma quid. 421
Phymata. 386

Φυόμενα.

Φυόμενα Hippocrati quæ. 148

Physicus.

Physicus quantus debeat esse Medicus. 141

Physis.

Φύσις quid Hippocrati. 142
Φύσει opponitur νόμῳ. 169

Physica.

Physica pro meteoris. 115

Pica.

Picæ nominis ratio. quæ vorent. historia. 130
Prognosis. ibid.
Indicationes curatiuæ, cibus, vomitoria. 131
Pharmaca, fitis. ibid.
Pica vt curanda. 453

Πικρόχολος.

Πικρόχολοι triplices. 308. 309
inediam ferunt ægerrimè. ibid.

Pili. 158

Pisces.

Pisces carnibus præferendi in peste. 84

Pituita.

Pituita cur hyeme increscat, cùm tunc ventres sint calidissimi. 149
Pituita hyeme increscit. 148
æstate decrescit. 149
Pituita non abit in atram bilem. 259
Pituita triplex. 310
Pituita absque putredine non accendit febrem. 4
num sola putrescat. 16
vt præparanda. 31

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 505 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Plenitudo, Pletora.

Plenitudo athletarum periculosa. 368
Plethora duplex. 28

Pleuritis.

Pleuritis pestifera. 89
Pleuritidis causæ & quibus viis fiat. 437
curatio. ibid.
Pleuritide mortui vnde liueant. 294
Pleuritidi non semper ilicò phlebotomia adhibenda. 300
Pleuritidi ab humore crasso quis fotus conueniat. 302
& à sanguine aut catarrho cum fit. ibid.
in pleuritide venæ sectio quando dolorem auferat, & quando non. ibid.
Cur Hippocrates in principio pleuritidis fotum præscribat. ibid.
quando hîc fotu diu non vtendum. ibid.
Purgatio in pleuritide inferiori qualis. 303
in pleuritide inferiori venæ sectio qualis & quando instituenda. ibid.
niger elleborus cur vtilis in purgatione infernæ pleuritidis. ibid.
Pleuritidis ad curationem tria requiruntur. 298
tribus modis opus est, pro triplici ipsius specie. 298
Pleuritidi in principio eclegmata non præscribenda. ibid.
in pleuritide non vtendum solo oxymelite, verùm & aliis sorbitionibus. 329
eius & peripneumoniæ curatio. 352.357
Pleuritidis differentiæ. 298.& ibid.
ab essentiâ, materiâ calidâ aut frigidâ, causis procatarcticis, à symptomatis. ibid.
Pleuritis primogenia duplex. ibid.
Pleuritis & peripneumonia cur senibus quàm iuuenibus magis funesta. 289
Pleuritis biliosa & sanguinea sola nota Hipp. 259

Podagra.

Podagra. 403.466
Podagra puerorum. ibid.

Podalirius.

Podalirius eiusque posteri. 134

Polibus.

Polibus gener Hippocratis. 135

Poma & pira.

Poma & pira quæ vtilia febricitantibus. 27

Porcus.

Porcelli carnes. 356

Potentia.

Potentia summa num sit summum bonum. 112

Potio.

Potio vulneraria. 455
Potio præstantissima in febribus. 28

Potus.

Potus febricitantium 28
in biliosa & pituitosa febre. ibid.
eius qualitas & copia in febribus. ibid.

Præceptiones.

Præceptores Hippocratis. 209

Præceptor.

Præceptore vtantur docto & amico. 160.& 167
Præceptoribus multum debemus. 159.167

Prædictio.

Prædictio apud quos edenda. 214
Prædictionum quædam præcepta. 282

Præparantia.

Præparantia remedia in febribus putridis. 30
in peste. 53
Præparantia in peste. 80

Præseruatio.

Præseruandi à peste ratio. 48.57

Prandium.

Prandij neglecti damna. 184

Principium.

Principium vnum antiqui philosophi posuerunt. 140
Principium rerum quod ex sententia Melissi. 140
Principia materialia quæ hominis & animalium sanguine præditorum. 145
Principij & elementi discrimen. 140
Principium vnum esse corporis humani quodnam quidam Medici dixerunt. ibid.
Principium rerum aërem Anaximenes statuit. 139
Principia plura esse corporis humani, à modo corruptionis probatur. 144
Principium corporis humani qui statuunt vnum refutantur. 141
Principia communia corporis nostri. 115

Profluuium.

Profluuium mensium. 97
Profluuij mensium definitio, causæ, signa, signa differentium causarum. ibid.
Profluuij mensium indicationes curatiuæ, prognosis, curatio, phlebotomia, cucurbitæ, pharmaca. ibid.
Profluuij mensium præparantia, purgantia, corroborantia, astringentia, topica, victus, empirica. 98

Prognosis.

Prognosis cur non diuturnis morbis ascribatur. 232
Prognosis omnis absoluitur tribus signis. 231

Prognostica.

Prognostica Hippocratis sunt certa. 282
Prognosticorum libri. 230
eorum vtilitas. ibid.& seq.
Prognosticorum librorum argumentum. 231
Prognosticorum nomen cur libris inscripserit Hipp. ibid.
Prognosticorum librorum vtilitas, & de quibus agant ibid.
Πρόνοια quid. 231

Proprietas.

Proprietates specificæ. 21
Πρόστατέοντα vocet quem medicum. 161
Ptyelismus. 258.265

Ptisana.

Ptisana ex hordeo deglumato triplex. 289.290
ptisana integra. ibid.
succus seu cremor ptisanæ. ibid.
& aqua ptisanæ. ibid.
Ptisana proomni pulte Hippocrati. ibid.& 292
Ptisana propriè dicta quæ, & quòd duplex. ibid.
Ptisana si inconsideratè præbeatur, quæ incommoda adferat. 292.293
Ptisana quando non exhibenda. 291.292
Ptisana quomodo paranda. ibid.
Ptisanâ qui iure vtantur. 288.289
Ptisana nunquam in corpore æstum concipit. 288
Ptisana solida quibus exhibenda. 289
Ptisanæ ab incongruo vsu causæ mortis in pleuritide. 293
Ptisanæ facultates. 287.292
Ptisana quid, & quomodo fieri solita. 26
Ptisanæ laus. 376
num hydropicis conueniat. ibid.

Pubertas.

Pubertatis tempus. 436

Pudenda.

Pudenda contracta. 249

Pueri.

Puerorum purgatio in peste. 81
Pueri non ferunt inediam. 375
Pueris vomitus duplex. 408
Puerorum, & pubescentium morbi. 409

Puerorum

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 506 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Puerorum morbi quando iudicentur. 409
Puer in vtero fugit. 219
& quo modo hoc dicatur ab Hippocrate. ibid.
Pueri qui. 256
Pueri conuulsionibus tentantur. 281
Pueri cur ex vesicæ calculo laborent. 270
Pueros vexat vesicæ inflammatio. ibid.
In pueris anisi vis. 408

Puerpera.

Puerperarum crises vt computandæ, nimià quo die. 273

Pulchritudo.

Pulchritudinis vis in alios. 161

Pulmo.

Pulmonis natura. 220
Pulmo trahit ex gula. 195

Pupilla.

Pupilla κόρη dicitur. 125.235

Purgatio, Purgare.

Purgantibus qualibus vsus Hippocrates; & quàm religiosus etiam in vsu lenientium. 304
Purgatio instituta ante venæ sectionem, inflammationem non curat, sed irritat. 357
Purgandi qui in morborum principio, & qui non. 344
Purganti pharmaco rectè supetingeri iusculum aut sorbitiunculam. 304
Purgantia quàm variis vitibus agant. 305
Purgantia vt exhibenda. 31
& an diebus criticis. 32
qua tecmarsi præscribi debeant in febribus putridis. ibid.
& quæ. 38
in causo. 42
in peste. 52
Purgandi occasio. 413
Purgandi quo modo tabidi. ibid.
Purgandi vt melancholici. ibid.
Purgandi vt sint adiposi. 412
Purgandi vt sint graciles. ibid.
Purgandum non vbique. 413
Purgandum quando. 380
Purgandum quid æstate, & quid hyeme. 412
Purgandum vbi. 413
Purgandum vbi initio. 392
quem & quando purgare oportet. ibid.
quod initio purgandum. ibid.
cur in declinatione. ibid.
Purgatio ab habitu corporis captanda. 412
Purgatio difficilis est sub cane. ibid.
Purgatio est instituenda ex situ humoris. 384
Purgatio fœlix sit vbi ducitur humor eò, quo viam affectat. 379
Purgatio molesta sanis. 415
Purgatione superna vel inferna quæ egeant. 412. ibid.
Purgationi bonæ tribus opus est. 379
Purgationi parandum corpus. 414
Purgationis legitimæ regula. 411
Purgationis tecmarsis. 366.384
quid significet nomen purgationis. 367
quotuplex, quódque sit critica & symptomatica: sitque vniuersalis & particularis. ibid.
Purgatio quæ commoda. 411
Purgatio quando repeti debeat. 415
Purgatio quid. 367.379
Purgatio sanis periculosa. 415
Purgatio vt mulieri cautè præscribi possit. 446
Purgantium pharmacorum liber. 226
purgatio fit à tranente pharmaco. 227
Purgare licet in febre, nondum totâ materiâ coctâ. 381
Purgatio in acutis non ante XIV. diem, instituenda. 229
Purgatio non bene instituta icterum facit. 226
Purgatio qualis cuiuis sit præscribenda. 228
Purgatio sub Cane vitanda. 229
Purgatio vera, & non vera. 127
& malè præscriptæ damna. ibid.
Purgatione interire hominem, medico turpe est. 228
Purgatoria occasio, & quibus opus sit ad purgandum. 379
cocta purganda. ibid.
Purgatoria remedia cur lædant. ibid.

Pus.

Pus & alimentum non differunt causâ. 273
Pus quodnam optimum. 145
& prauum quod. ibid.
Puris fœtor. 437
Pus cur interdum non fœtat. 430.433

Pustula.

Pustula quid. 243.286
Pustulæ. 459

Putredo.

Putredo morbosa. 16
Putredo vt à Galeno sit definita. ibid.
Putredinis causa & varij gradus. 17
Putredo quo modo varios effectus proferat pro subiecto quod occupat. ibid.
Putredo quos succos maxime inuadat. ibid.
Putredo vt arcenda. 25
Putrescentia cuncta num fœteant. ibid.
Putridarum febrium generalis descriptio. ibid.
Putredinis de natura, & de putridarum causis, signis, & curatione: atque earum natura vnde noscatur. ibid. & seq.
Putredo quid, & quotuplex, variaque eius nomina. 16
mixti putredo. ibid.
viuentis putredo. ibid.
quæ κατὰ μέρος. ibid.
τῆς κατὰ μέρος causa. ibid.

Q.

Quæstio.

Qvæstio vt probari debeat. 214. & seq.

Qualitas.

Qualitates contrariæ num eandem partem afficiant eodem tempore. 21
Qualitatum primarum quæ sit vis. 190.191.194
Qualitas caloris & frigoris non magnam vim habet. 188
Qualitas prima non facit ad medicinam faciendam. 188.189
Qualitates primæ mouent secundas. ibid.
Qualitates primæ non habent tantam vim quantam secundæ ad morborum procreationem. ibid.
Qualitates secundæ maximè faciunt morbos. 191
Qualitates secundæ quæ illæ sint, quæ morbos faciunt. 187
& quòd separatione & secessione à sanguine id agant. ibid.
Qualitates simplices sibi succedunt vltro, nec valent præcipua quadam vi. 189.190

Quartana.

Quartana à conuulsione est aliena. 456
Quartanæ. 390
Quartanæ historia. 68
Quartana num sit expectanda ex aliis febribus. 279

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 507 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Quartana quæ incurabilis,cur autumno fiat. 183.279

Quaternarij.

Quaternarij monſtrant euentum morbi. 273

Quintana.

Quintana febris. 71

Quotidiana.

Quotidianæ febris natura & curatio. 65

R

Ratio.

RAtio & experientia iungi debent. 166.205
Ratio per ſe non ſufficit. ibid.
Rationem reddere poſſe rerum, pulchrum eſt. 199
& quid ſit vera ratio rerum. 202

Ratiocinatio.

Ratiocinatio quid. 205
& quomodo fiat. ibid.& 206

Recidiua.

Reciuiuæ metus. 425.426

Refectio.

Refectionem quæ faciant facilè. 384
cautio in renutritione. 385

Refrigeratio.

Refrigeratio extimarum partium triplex. 529
Regius morbus. 90

Remedium.

Remedium nobile in initio phrenitidis peſtiferæ. 86
Remedia non ſplendida ſint, ſed iuuantia. 161
Remedia vltrò oblata ſordeſcunt. ibid.
Remedio ab vno non eſt ſperabilis ſanitas. 227
Remedium ſequatur motum naturæ. 176
Remedium excellens in maligno æſtu. 80
Nobile remedium pro peſte. 83
Remedium non omnibus eſt idem. 441

Renes.

Renum morbi. 459
Renum vlcerum notæ. 473
Renum natura. 220

Renutritio.

Renutritionis cautio. 383
Renutritionis modus. ibid.

Repellentia.

Repellentium remediorũ vſus quando neceſſarius. 440
Repellentia remedia vbi non conueniunt. 277

Repercuſſio.

Repercuſſioni vbi nullus locus. 462

Reſpiratio, Reſpirare.

Reſpirationis vſus vnde augeatur. 294
Reſpirandi difficultas cum delirio quid notet. 423
Reſpirandi libertas ſalutaris eſt. 240
quid ſit liberè reſpirare. ibid.
Reſpiratio quid ſit,& quas ſpecies habeat. 240
Reſpiratio bona ſalutaris in acutis : & num ſit actio naturalis. 240.273
Reſpiratio magna & rara in febri ardente, inſaniæ eſt. 240
Reſpiratio quæ ſigna de ſe præbeat. ibid.

Reſtaurans.

Reſtaurans ius. 26
Reſtaurans optimum. 84

Reuulſio.

Reuulſionis & Deriuationis diſcrimen. 378.385

Rheuma.

Rheuma Hippocrati duplex. 163

Rigor.

Rigoris cauſa.18.& quotuplex ſit. ibid.
Rigor quid. 263.280
Rigor. 453
Rigores febriles. 426
Rigor frequens.422.quid & quotuplex. ibid. & 425
Rigor incidens cauſo. 425
Rigor in febribus continuis. 418
Rigor viris & mulieribus vnde incipiat. 455

Roborans.

Roborantia in febribus putridis. 39.66
Roborans. 85
Roborantia pro calida ventriculi intemperie. 125
Roborantia pro frigida intemperie ventriculi, item pro humida,pro ſicca. ibid.
Roborantia pro ſicca & frigida intemperie, pro ſicca calida intemperie,& pro humida & frigida intemperie. ibid.

Roma.

Romæ quid actum tempore peſtis. 73
Ῥώμη quid. 181

Rῦs.

Rῦs γυναικῶος, vel ῥῦς τῆς ὑςέρης. 101
Rῦs γυναικῶος. 451

Ructus.

Ructus acidus frigoris nota. 464

Ruſticus.

Ruſticorum in peſte remedium. 83

S.

Sacculus.

SAcculus hepati. 42

Sagæ.

Sagarum carmina tolluntur. 278

Sagitta.

Sagittas geſtabat ſiniſtra Apollo. 158

Sanguis.

Sanguis cauſa febris.& num putreſcat. 4.37
Sanguis nomen homonymum. 18.37
Sanguinis ſubſtillum in acutis morbis. 360
Sanguis naturæ familiaris. 147
Sanguis vere creſcit. 148
Sanguis quo æſtatis tempore luxuriet. 149
Sanguis Autumno pauciſſimus. ibid.
Sanguinis expectoratio. 87
Sanguinei fluxus cauſa & medela. 449
Sanguinis excluſio. 416
Sanguinis excretio ex ore,& remedium. 478
Sanguinis grumi mictus. 143
Sanguinis mictus. 430
Sanguinis mictus ob varias cauſas. ibid.
Sanguinis mittendi ſcopi. 369
Sanguis ſpumoſus. 438

Sanitas.

Sanitatis fundamentum in quibus conſiſtat. 145
Sanitatem & morbum Hippocrates refert ad copiam, facultatem,& mixtionem humorum. ibid.
Sanitas diuitiis antefertur. 158
De ea in foribus Apollinis carmen. ibid.
de ea Hymnus Ariphronis Latinè redditus. ibid.
Sanitas vt conſeruanda ſit. 196
Sanitate quando maximè fruantur homines, & qua de cauſa. 194
Sanitatis ſecuræ vel non ſecuræ indicia ab excrementis. 457
Sanitas an ſummum bonum? 116
Sanantur homines à medicis vel à medicina. 170

Sapientia.

Sapiẽtia nõ in theoria, ſed in exercitatione cõſiſtit. 197
& inde proficiſci debet. ibid.

Soporoſus.

Soporoſis affectibus 86
Satyriaſis. 409
σκίρρος. 16

Scarificatio.

Scarificatio ad cucurbitulas vt molienda. 163
Σχῆμα. 194

Scientia.

Scientiæ iungenda eſt ars:& contra. 200
Scientiis comparandis, tribus opus eſt. ibid.
Scientiis tempore opus eſt. 167
quæ abeſſe debent vt quis doctus euadat. ibid.

Scoti-

©BIUM

Index Rerum.

Scoti.

Scotis cur febres calamitosæ. 268

Scriptores.

Scriptorum huius sæculi vanitas. 212

Sectio.

Sectio vbi facienda celeris, vbi tarda. 163

Secundina.

Secundina quid. 448
earum exclusioni quid conferat. ibid. 449
Secundinis retentis quo modo medendum. ibid.

Sedere.

Sedere velle ægrum, malum. 238

Sella.

Sellæ medicæ. 162

Semen.

Semini inest vis procreandi, estque animal. 159
quantum sceleris in eius eiectione. ibid.
Seminis vitium vnde. 457

Senex, Senium.

Seniores potiùs vomitu quàm hæmorrhagiâ iudicantur. 280
nec conuelluntur ita facilè vt pueri per febres. 281
Senes quarum partium inflammationes ægrè ferre possint. 375
Senum mala. 395
Senum morbi. 409
Senescur inediam non ferant, & qui. 374
Senes minùs ægrotant. 415
Senium varium. 268

Sensus.

Sensui tribus opus est. 205. 224
Sensus breuioris vitæ causa est. 225

Septana.

Septana febris. 71

Septimana.

Septimanæ quæ per quaternarios digestæ sunt. 389

Sermo.

Sermonis instrumenta. 225

Serum.

Serum quod pepasini particeps. 256

Siccitas.

Siccitas est salubrior imbribus. 404

Signum.

Signa iam iam morituri ægri. 423
Signa in morbis quomodo salutaritet appareant. 374. 375
Signa ab essentia corporis: & ab excrementis. 233
Signa causis suis debent accommodari. 250
Signa propria maximam vim significandi habent. 262
Signa tecmeria quæ; 231
& ex quibus eluceant futura. ibid.
de tribus signorum generibus, coctionis, euasionis, & crisis. & vnde ducantur. ibid.
Signa vnde sumantur. 238
Signorum in controuersia, est recurrendum ad peculiarem naturam. 281
Signorum peritia chirurgo est necessaria. 165. & seq.
Σιλλαίνειν quid. 210

Silphium.

Silphij facultates. 355
Σημεῖον, σημαινόμενον, σημαντικόν. 211

Simon.

Simon. 378
Simonis exanthemata. ibid.

Simplicia.

Simplicia composita medicamenta sint medico nota. 202
Σίνεα quid Hippocrati. 324

Singultus.

Singultus. 460
Singultus causa. 435
Singultus cum spasmo collatio. 463
Singultus variæ causæ. 452
Singultus vnde. 463
Σίνυς. 16

Sitis.

Siti potus præstans. 85
Ad sitim & inde quæ fit infirmitatem. 82
Sitis. 89
Sitim extinguentia. 41
Sitis nocturna. 443

Smegma.

Smegma veterum, pulueres erant. 334

Solum.

Soli natura quædam hominibus aduersa. 74

Somnus.

Somni ac vigiliarum necessitas vnde. 382
Somni cur longi. 375
Somnus: & vt fiat somnus. 381
à somno quale delirium miteſcat. 382
Somnus. 382. mediocris somnus quis dicatur. ibid.
Somnus finiens in pauorem vel conuulsionem. 427
Somnus qui bonus vel malus. 381
Somni causa. & quidnam somnus; & qui eius effectus. ibid.
tribus opus. ibid.
Somnifera. 42
Somnus quando præscribendus in febribus. 37
Somnus si molestus sit in pestiferis, vt succurrēdū. 62
Somni qui boni, & qui mali. 249
quando ineundi. ibid.
quæ causa somni violati. ibid.
Sophistæ. 197

Sorbitio.

Sorbitiones non dandæ crisi imminente in acutis morbis. 345
Sorbitiuncula purganti pharmaco rectè subiungitur. 304

Spasmus.

Spasmo febris incidat. 425
Spasmus ad haimorrhagiam. 435
Spasmus duplex. 434
& quis funestus. ibid.
à plaga. ibid.
Spasmus vnde. 465
Spasmus pestilens. 96
Σπειρόμενα Hippocrati quæ. 148

Spina.

Spinalis medullæ natura. 218

Spiritus.

Spiritus febrem accendunt. 63
Spiritus num putrescant. 46
Spirituum vbertas num sit vitiosa. 2
Spiritus duobus modis consideratur. 219
quatenus vel propriâ formâ gubernatur; vel quatenus est nobilioris formæ instrumentum. 219
Spiritus frigidus, est funestus. 240

Splen.

Splenis natura. 220

Spongia.

Spongiarum vsus ad vulnera tergenda. 162

Spuma.

Spumæ generatio. 396

Sputum.

Sputum sanguini si molestum sit in pestiferis, quid agendum. 60

Subiectum.

Subiectum facit vt sit ars, non contra. 168. & sequent.

Substillum.

Substillum menstrui sanguinis. 198

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 509 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Subſtillum menſium quid ſit, cauſæ, ſigna, curatio, chirurgia. ibid.
Subſtilli menſium topica, præparantia, purgantia, victus ratio. 99

Succus

Succus acidus malus eſt. 196
Succorum atrorum excretio. 416

Sudor. ſudorifica.

Sudor Anglicus. 60
Sudorifica. 32. 35
Sudorifica in peſte 54
Sudor copioſior. 420
Sudores critici. 419
Sudores frigidi. ibid.
Sudores frigidi vel calidi. 421
Sudor indicat partem affectam. 420
Sudor perennis. 425
Sudorum prognoſis ex aëre. 401
Sudor immoderatus peſtifer. 90
Sudorificum pro peſte, quod vires vnà roborat. 82
Sudandi tecmarſis in peſte. 83
Sudoris eliciendi modus. ibid.
Sudores qui optimi, & qui peſſimi. 241
& dies quibus manare debent. ibid.

Suffocatio.

Suffocatio à matrice. 108. eius curatio, prognoſis, curatio in paroxiſmo & extra. ibid.
Suffocatio vterina. 445

Suilla.

Suillæ carnes. 356

Suppreſſio.

Suppreſſionis menſium ſigna. 94
Suppreſſionis menſium indicationes curatiuæ, prognoſis, chirurgia. 95
Suppreſſionis menſium cucurbitæ, pharmaca, præparantia, purgantia. 95
Suppreſſionis vrinæ cauſæ. 322

Suppuratum.

Suppurationum conditiones. 244
quid differant ab expuratis. ibid.
foras erumpere eas præſtat. ibid.
Suppuratum : *vide* Empyema.
Suppurati ſigna. 439

Surditas.

Surditas. 417
Surditas per morbos acutos. 425

Suſpirium.

Suſpiria luctuoſa. 467

Statura.

Statura corporis. 399

Sterilitas.

Sterilitas mulieris quomodo noſcatur. 452
Sterilitas vnde viris. 454

Sternutamentum.

Sternutamentum vbi malum. 260
& quid ſit, ibid.
& vbi vtile. ibid.

Stomachus.

Stomachi ardor, & eiuſdem remedia. 123
Ad flatus Stomachi. 132
Stomachi ad dolorem, ibid.
Stomachici qui? 131
Strangulati. 396

Stranguria.

Stranguriæ cauſæ. 432. 452
Stranguria triplex. ibid.

Struma.

Struma & bronchocele endemij morbi. 120

Studia.

Studiorum detrimenta. 166
Sympathia. 213

Symptoma.

Symptomata maxima febris peſtiferæ. 57
Symptomatica euacuatio. 32
Symptomata in morbis varia vnde. 379
Symptomata quæ petant curationem. 380

Syncope.

Syncopes cauſa in peſte. 85
Syncope. 380. 395

Syncopalis febris.

Syncopalis febris, eiuſque cauſæ. 43
Syncopalis ſigna? prognoſis, diæta, & cætera remedia ibid. & ſeq.

Synochus.

Synochi non putridæ natura & curatio. 14
Synochus inflata. ibid.
Synochi num à ſolo ſanguine. 18
Synochi febris natura, & curatio. 37
Synochi febris cauſæ, differentiæ, ſigna. 38
Synochi febris prognoſis, curatio, diæta, præparantia. ibid. ibid.

Syrupus.

Syrupi præparantes. 50
Syrupi ex rubi Idæi laus. 126

T.

Tabes. Tabidi.

TAbes cur iuueni familiaris. 437
Tabes quid. ibid.
Tabidi vt purgandi. 413
Tabi obnoxiæ ætates. 437
Tabidi non ſunt ſurſum purgandi. 195
Tamarindi. 35

Tecmarſis.

Tecmarſis quid. 372. 284
Tecmarſis in quibus conſiſtat. 454

Teomerium.

Tecmerium ſignum quod. 284

Telum.

Telorum ſigna inuenire maximè ingenioſum eſt. 165

Tempora.

Temporum mutationes morbos pariunt. 400
Temporum vulnera. 434
Tempora anni vnde benè maléque morata. 272. & ſeq.
Tempora collapſa. 233

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 510 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Terra.

Terra cur dicta Cybele. 215
vis terræ insita procreatrix. ibid.
varius eius genius in rerum ortu. ibid.

Tertiana.

Tertiana intermittens, eiusque natura & curatio. 61
Tertiana notha intermittens, eiusque natura, & curatio. 63
Tertiana exquisita. 425

Testes.

Testes, & vnde hi langueant. 457

Testiculi.

Testiculi contracti. 249

Testudo.

Testudines vt parandæ ad epulum hecticorum. 11

Tetanus.

Tetanus. 436
Θανάσιμον quid significet. 435
Θαυματόποιοι. 212

Theoria.

Theoria sola fallit. 197

Theriaca.

Theriacæ de vsu in peste dubium. 81
Theriacæ vsus non formidabilis. ibid.
Theriacalis aqua optima. ibid.
Theriaca pauperum. 91
Theriacæ vsus in peste, eiusque vis. 55
Θηρίωμα quid. 437

Thorax.

Thorax vnde dictus. 134
quid & quas contineat partes. ibid.
Thorexis, quid. 389
Θυμὸς pro tussiendi libidine. 247

Ton.

Ton malum dictum. 119

Translatio.

Translatio materiæ morbi bene fit foras. 464
Τραύλωσις. ibid.

Tremor.

Tremor cordis in peste. 89
Tremor in causo. 462
Τρυχίασις quid. 431

Tristitia.

Tristitia & metus. 462

Tumor.

Tumorum ardor pestilens. 91
Tumor à phlegmone in hypochondriis vt curandus. 343
Tumorum tria genera. 297
Tumores qui boni vel mali vulneribus & vlceribus. 455
Tumorum curatio. 164
Tumorum genera vt diuidantur. 242.243

Turgere.

Turgens materia est purganda. 380.413

Tussis.

Tusses ficcæ per febres. 424
Tussis hydropis 475. varices. 464
Tussis variæ causæ. 323

Typus.

Typus quid. 20

V.

Valetudo.

VAletudo bona an summum bonum? 115

Varices.

Varices vt secandi. 163

Variola.

Variolarum notæ. 59

Varen.

Varen morbus Transiluanis peculiaris. 120

Vena.

Vena num secanda sit in omni febre putrida. 28
Vena num in peste secanda. 52.
Vena latè est secanda, & vbi. ibid.
& quomodo debeat vinculis intercipi. 164
Venæ cauæ natura. 218
Venarum per corpus distributio. ibid.
Venarum temperies & natura. 216
Venæ sectio: *vide* Phlebot.
Venæ vterinæ duplices. 449

Venenum.

Venenum portatum num arceat pestem. 50
Venenosis illico succurrendum. ibid.
Veneni hausti indicationes. 91
Veneficium vt fallat. 159
Venenata aura ex antro Seleuciæ exiliens totum orbem vastans. 120
Contra venena animalia. 91

Venter.

Ventris dolores. 459
Ventres corporis plurimi. 173.194
Ventris dolor à flatu. 128

Ventriculus.

Aqua vitæ præstans remedium ad flatus ventriculi, & vtendi modus. 126
Ventriculi coctio læsa. 131
Ventriculo imbecillo topica. 125
Ventriculus eiusque temperies, natura & ortus. 216
In sicca, in humida ventriculi intemperie cibus & potus, & empirica. 126
Ventriculi imbecillitatis curationes indicatiuæ, prognosis, chirurgia, medicamenta. 124
Ventriculi oris excoriatio, & eiusdem inflammatio. 123 125
Ventriculi imbecillitas. ibid.
Ventriculi frigus & humiditas. ibid.
eiusdem causæ. ibid.
Ventriculi flatus. ibid.
eorum signa. ibid.
Ventriculi flatus à bile, & eorum signa. 124

Ver.

Vere sanguis crescit. 148
Veris morbi. 468

Vermis.

Vermes non gigni in ventriculo. 20
Vermes tempore pestis. 90

Vertebra.

Vertebrâ à luxatâ angina. 469.419

Vertigo.

©BIUM

Index Rerum.

Vertigo.

Vertiginosis quid in febris principio contingat. 357.

Vesica.

Vesicæ affectuum diagnosis. 433
Vesicæ morbi. 459
Vesicæ vlceratæ signum. 433
Vesica fallit prædictionem. 257
Vesica trahit,& semper plena est. 194
Vesicæ temperies,natura & ortus. 216
Vesicæ inflammatio est calamitosa. 269
bona & mala in ea signa. ibid.
pueros vexat. 270

Vesicatoria.

Vesicatoria admouenda in peste. 52
Vesicatoria,cucurbitæ in peste. 80

Vestis.

Vestis apta docto viro. 198

Veteres.

Veteres plerique tantùm semel de die cibum capiebant. 187

Vetustas.

Vetustatis auctoritas. 146

Videre.

Videt propriè anima. 215.224

Vigilia.

Vigiliæ vt succurrendum in pestiferis. 61
Vigilia. 249
Vigiliarum remedium. 39
Vigiliæ. 86

Vigor.

Vigore morbi à cibo abstinendum. 371
Vigor morbi quid. ibid.

Vinum.

Vino per febres interdum vtebatur Galenus. 28
Vinum quale conueniat febricitantibus. ibid.
Vini generosi vis. 388.476
Vinum generosum nobile remedium pro appetentia canina. 130
Vinum inutile quando in acutis morbis. 332
Vini dulcis vtilitas,& nocumentum. 320.& seq.
vinum dulce omne crassum. ibid.
dulce vinum egregiè expectoratum promouet. ibid.
quando id faciat,& quando non. ibid.
Vini albi generosi vires. 321
Quibus calculosis vinum album diureticum exhiberi debeat,& quibus non. ibid.
Fuluum, nigrum & austerum vinum quibus vtile. 321
Dilutum vinum partibus studet superioribus, vt capitiat meracum infernis. 322
Vinum nutrire. 193.320.325
Vinum quando inutile in morbis acutis. 332

Vires.

Vires duplices.29.& quid sint. 26
Vires vt indicent. 370
Virium dignotio. 393
A Viribus quomodo indicationes nutriendi desumantur. 26

Virgines.

Virgines vt præseruandæ in peste. 80
Virgines quædam lac fundunt. 447

Virtus.

Virtus an summum bonum. 114
Virtus num disci possit. ibid.

Visus.

Visus causæ. 224
& tota eius historia. ibid.

Vita.

Vita quæ optanda. 118
Vita cur brevis. 365
Vita quid significet Hippocrati. ibid.

Vlcus.

Vlcera. 454.458
Vlcera hydropicorum. 459
Vlcera quæ incurabilia. 244
Vlcerum variæ viæ. 165
& eorum differentiæ. ibid.
Vlcus corporis, per morbos acutos sua indicia præbet. 238.239
Vlcus ventriculi,eius signa, indicationes, prognosis. 126
Vlcus ad ventriculi phlebotomia, pharmacia,remedia : vlcus corrosiuum,diæta. 127
Vlceri admouenda. 89

Vmbilicus.

Vmbilici regio crassior quid indicet. 394
Vmbilicus pueri recens nati an ilicò abscindendus. 107

Vnguis.

Vngues vnde. 221
Vnguium liuor. 248

Vox.

Vocem edunt præfecti. 226

Vociferatio.

Vociferatio affligit. 213

Voluptas.

Voluptas non summum bonum. 111

Volumus.

Voluulus pestilens. 90

Vomitus.

De Vomitu in peste cautio & dubium. 81
Vomica quid. 386
Vomitus pueris duplex. 407
Vomitus vniuersalis. 412
Vomendi libido. 90
Vomica quid. 243
Vomitus futuri signa in febribus. 280
Vomitus qui boni. 157
particularis & vniuersalis. 258
mali vomitus. ibid.
Vomitus quibus sit præscribendus, & quotuplex sit. 227

Vomitoria.

Vomitoria in febribus. 30.32
Vomitoria in fluxu alui. 35
Vomitoria quæ in peste præscribenda. 53

Joannis Heurnii,... Opera omnia tam ad theoriam quam ad praxin medicam ... - page 512 sur 513

©BIUM

Index Rerum.

Vomitus si molestus in pestiferis, quid agendum. 60
Vomitum mouentia vt exhibenda. 53

Vrgens.

Vrgenti est maximè succurrendum. 497

Vrina

Vrinæ colores. 429
Vrina significat abscessum. 256
Vrina quæ optima. 253
quid in vrina contineatur. 254
varia vrina: & subrubra. ibid.
farina in vrina. 255
laminæ: furfures. ibid.
nubecula alba, vel nigra. ibid.
vrina tenuis rubra. ibid.
graueolentes, aqueæ, nigræ, crassæ, tenues & crudæ. 256
pingues. 257
contenta bona & mala. ibid.
colores. ibid.
& cætera quæ ad vrinas. ibid. & seq.
Vrinæ suppressæ causæ. 322
Vrinarum varietas arguit morbi diuturnitatem. 358
Vrinalia, seu vrinam mouentia remedia. 32. 35. 43. 64
Vrinæ suppressæ causæ variæ. 432. 433
Vrinæ vitia. 429
Vrina alba pellucida quid significet in phreniticis. 429
Vrina critica auertit abscessum. ibid.
Vrina cruenta & purulenta. 430
Vrina cum carunculis vel capillis. ibid.
Vrina pauca & crassa. 428
Vrina quid. ibid.
Vrina purulenta triplex. 450
Vrina perturbata. 428
Vrina fabulosa. 432
Vrina furfuracea. 431. Vulnera & vlcera. 454
Vrina suppressa. 109
Vrina auertit abscessum criticum. 420
Υσερα. 446

Vsus.

Vsu opus est arti. 185. 197. 205. 206

Vterus.

Vteri ad intemperiem. 102
Vteri os. 448
Vteri erisipelas. ibid.
Vterina haimorrhagia vt sistenda. ibid.
Vteri profluuium. 99
Vteri profluuij causa, differentiæ. ibid.
Vteri profluuij signa. 100
Profluuium muliebre & vterinum accuratè distinguenda. ibid.
Vteri profluuium vt à gonorrhœa distinguitur. ibid.
Vteri profluuium & profluuium nothum vt dignoscantur. ibid.
Vterini profluuij indicatio curatrix, prognosis. ibid.
Vterus trahit, & semper plenus est. 194
eius suffocatio. 260

Vulcanus.

Vulcanus est natura. 197. 215

Vulnus.

Vulnera interna quænam læthalia. 461
Vulnera quot ex causis calamitosa. ibid.
Vulneraria potio. 455
Vulnerum ac vlcerum euentus. 454
Vulnera spongiis tergenda. 162

Vuula.

Vuulæ mala. 278

Y.

Υποχυσις quid. 236

Z.

Zona.

Zona pestilens. 91

FINIS.